

SACRORUM  
CONCILIORUM  
NOVA, ET AMPLISSIMA COLLECTIO,  
IN QUA PRÆTER EA QUÆ  
PHIL. LABBEUS ET GABR. COSSARTIUS S. J.

*Et novissime NICOLAUS COLETI in lucem edidit,*

EA OMNIA INSUPER SUIS IN LOCIS OPTIME DISPOSITA EXHIBENTUR, QUÆ  
JOANNES DOMINICUS MANSI,  
ARCHIEPISCOPUS LUCENSIS EVULGAVIT.

EDITIO NOVISSIMA

AB EODEM OPTIME MERITO PRÆSULE  
POTISSIMUM FAVOREM ETIAM ET OPEM PRÆSTANTE

EM.<sup>MO</sup> CARDINALI DOMINICO PASSIONEO

SANCTÆ SEDIS APOSTOLICÆ BIBLIOTHECARIO,  
ALISQUE ITEM ERUDITISSIMIS VIRIS MANUS AUXILIATRICES FERENTIBUS, CURATA  
Novorum Conciliorum, novorumque Documentorum Additionibus locupletata,  
Ad MSS. Codices Vaticanos, Lucenses, aliosque recensita, & perfecta.

ACCEDUNT ETIAM NOTÆ, ET DISSERTATIONES QUAMPLURIMÆ, QUÆ IN CETERIS EDITIONIBUS DESIDERANTUR.

TOMUS DECIMUS QUARTUS.

*Ab Anno DCCCXIV. usque ad An. DCCCLVI. inclusive  
Additis quæ decernunt ab Anno DCCCII. successive.*



VENETIIS MDCCLXIX.  
APUD ANTONIUM ZATTA.  
SUPERIORUM PERMISSU, AC PRIVILEGIO.

*(Editio iterata ad Editionis principis exemplum ab Huberto Welter, Bibliopola, Via Sancti Bernardi Pulvisy 4, Parisius MDCCCIII.)*

# NOI RIFORMATORI

Dello Studio di Padova.

**A** Vendo veduto per la Fede di Revisione, ed Approvazione del *P. D. Filippo Rosa Lanzi* Inquisitor General del Santo Officio di *Venezia* nel Libro intitolato *Sacrorum Conciliorum &c. Auctore P. Philippo Labbeo Soc. Jesu curante Nicolao Coletti, & Joanne Dominico Mansi &c.* non v'esser cosa alcuna contro la Santa Fede Cattolica, e parimente per Attestato del Segretario Nostro, niente contro Principi, e buoni costumi, concediamo Licenza ad *Antonio Zatta* Stampator di *Venezia* che possi essere stampato, osservando gli ordini in materia di Stampe, e presentando le solite Copie alle Pubbliche Librerie di Venezia, e di Padova.

Data li 20. Dicembre 1767.

{ Sebastian Zustinian Riform.  
{ Alvise Vallareffo Riform.  
{ Francesco Morosini Sec.<sup>o</sup> Cav. Proc. Riform.

Registrato in Libro a Carte 335. al Num. 2304.

*Davidde Marchesini Segr.*

# SYLLABUS

## EORUM, QUÆ IN TOMO XIV.

### CONTINENTUR.

Quæ hoc Indice *§* notata sunt, nostræ Editioni noviter accessere *P. Joannis Dominici Mansi* cura, nunc Archiepiscopi Lucensis; omissis  
is, quæ tipothetarum vitio notari non potuerunt.

ANNO CHRISTI		ANNO CHRISTI	
801	Caroli Magni Capitulare I. pag. 1	814	CONCILIUM CONSTANTINOPO- LITANUM G. L. 113
803	Synodus Ratisponensis. 5		Observatio Philippi Labbe. <i>ibid.</i>
	CONCILIUM CLOVESHÖJE. <i>ibid.</i>		Nicephori Confessoris Canones G. L. 119
	Subscriptions. 7		Appendix ad eosdem Canones. 123
	Decretum Adelardi Archiep. <i>ibid.</i>		Ejusdem Canones collecti G. L. <i>ib.</i>
804	Ad Concil. Cloveshoviense. 9		Ex Canonibus Nicephori SS Pa- triarchæ CP. 129
	CONC. TEGERNSEENSE. 10		Collectoris Adnotatio. <i>ibid.</i>
	Synodus Persica. 11		Synodus Constantinopolitana. 131
806	Conciliabulum Constantinop. I. 13		Alia Constantinop. Synodus 133
	Ad Conciliabulum supradictum adnotatio. <i>ibid.</i>		Alia Constantinop. Synodus. <i>ibid.</i>
	CONC. CONSTANTINOP. <i>ibid.</i>	815	CONCILIUM CONSTANTINOPO- LIT. KONOCLASTARUM. 134
807	CONC. SALISBURGENSE. 15		Conciliab. Constantinop. III. 135
809	Conciliab. Constantinop. II. <i>ibid.</i>		Epistola Theodori Studitæ. 138
	Dux Synod. Constant. G. L. <i>ibid.</i>		Synodus Constantinopolitana altera I- conomachorum. 139
	CONC. AQUISGRANENSE. 17		CONC. NOVIOMENSE. 141
	Nota Severini Bini. 21		Nota Severini Bini. <i>ibid.</i>
	Observatio Philippi Labbe S. J. <i>ibid.</i>		CONC. TREVIRENSE. 143
	Epistola Caroli Imp. ad Leonem III. Papam. 23		... LUGDUNENSE. <i>ibid.</i>
	Adnotatio P. Antonii Pagi. 26	816	VITA STEPHANI PAPÆ. <i>ibid.</i>
811	Breviarium Caroli Magni Imp. Divisionis Thesaurorum. 27		Nota Severini Bini. 146
	Epistola Nicephori ad Leonem III. Papam G. L. 29		Synodus Romana. 147
813	CONC. ARELATENSE VI. 55		Canon Concilii B. Stephani. <i>ibid.</i>
	Tituli Canonum. <i>ibid.</i>		CONC. COMPENDIENSE. <i>ibid.</i>
	Præfatio & Canones. 57. 58		CONC. AQUISGRANENSE. <i>ibid.</i>
	Nota Sirmondi, & Bini. 63. 64		Index Capitulum Libri I. 150
	CONC. MOGUNTACUM. 63		Liber I. 153
	Præfatio. 64		Liber II. 246
	Canones. 65		Index Capitulum. <i>ibid.</i>
	Nota Severini Bini. 76		Joannis Dominici Mansi admo- nitio. 247
	CONC. RHEMENSE. <i>ibid.</i>		Epistola Ludovici Pii ad Sicha- rium Ep. Burdigalensem. 277
	Præfatio & Canones. 77		Nota Jacobi Sirmondi. 279
	CONC. TURONENSE III. 81		— ejusdem admonitio ad sequen- tem Epistolam. 280
	Nota Severini Bini. 81		Ludovici Pii Epistola. <i>ibid.</i>
	Præfatio & Canones. 83		Nota Severini Bini. 282
	CONC. BABILONENSE II. 91		Acta Conc. Aquisgr. & præmoni- tio Joannis Dominici Mansi. 284
	Præfatio & Canones. 93		Additio duarum Epistolarum Hec- ti Archiep. Trevirensis ad Con- cilium Aquisgran. 311. 312
	Nota Severini Bini. 107		<i>Ob.</i>
	Capitulare Caroli Magni. <i>ibid.</i>		
	Observatio P. Pagi. <i>ibid.</i>		
	CONC. ROTOMAGENSE. <i>ibid.</i>		
	Ex Concilio Rotomagensi. 110		
	Observatio P. Biffin. <i>ibid.</i>		
	In CPolitana Concilia. 111		

<p>ANNO CHRISTI 816</p> <p>817</p> <p>818</p> <p>819</p> <p>820</p> <p>821</p> <p>822</p> <p>823</p> <p>824</p>	<p><i>Observatio Philippi Labbe in Chronogangi Regulam.</i> 313</p> <p>Prologus Regulæ Chronogangi Regis. 314</p> <p>Capitula ipsius Regis. 315</p> <p>Canonicorum Regula ab Anonymo. 322</p> <p>Additio ad Conv. Aquisgran. 346</p> <p>Regularia Statuta S. Simperti Ep. Augustani. 347</p> <p>Regularia Decreta a S. Synodo in Francia. 349</p> <p>Ludovici Pii Capitulare I. 355</p> <p><i>Synodus apud Celicbyto.</i> <i>ibid.</i></p> <p>Præfatio &amp; Canones. <i>ibid.</i></p> <p>VITA, EPISTOLÆ ET DECRETA PASCHALIS PAPÆ I. 359</p> <p><i>Nota Severini Bini.</i> 371</p> <p>Ejusdem Epistolæ. 372</p> <p>— Epistola ad Ludov. Imp. 376</p> <p>Appendix ad ejusdem Pontificis Epistolas. <i>ibid.</i></p> <p>Conventus Aquisgranensis. 379</p> <p><i>Nota Severini Bini.</i> 384</p> <p>CONC. AQUISGRANENSE. 385</p> <p><i>Nota Sirmondi &amp; de la Lande.</i> 386</p> <p>CONC. VENETUM. <i>ibid.</i></p> <p>CONC. VENETICUM alterum. <i>ibid.</i></p> <p>Conventus Aquisgranensis. 387</p> <p>CONC. ANGLICUM. <i>ibid.</i></p> <p><i>Synodus Persica.</i> <i>ibid.</i></p> <p>Conventus Noviomagenis. <i>ibid.</i></p> <p>CONC. APUD THEODONIS VIL- LAM. 389</p> <p>Decretum Pii Imperatoris adver- sus Percuss. Clericorum. <i>ibid.</i></p> <p><i>Nota Sirmondi &amp; Bini.</i> 392</p> <p>Ad idem Concilium adnot. 393</p> <p>Ahytonis Ep. Basilienis Capitu- lare. <i>ibid.</i></p> <p>Observatio P. Labbe. <i>ibid.</i></p> <p>CONC. apud OSI AVESHEN. <i>ibid.</i></p> <p>CONC. seu CONVENTUS CONSTAN- TINOP. ORTHODOX. G. L. 399</p> <p>CONC. IN CLOVESHIO. 401</p> <p>Ad Concilia sub Beornulfo Rege habita animadversio. 403</p> <p>CONC. ATTINLACENSE. <i>ibid.</i></p> <p><i>Nota Sirmondi &amp; Bini.</i> 406</p> <p>Additio ad idem Concilium. 407</p> <p>Capitulare II. Ludovici Imp. <i>ibid.</i></p> <p><i>Synodus incerti loci.</i> <i>ibid.</i></p> <p>Epist. S. Anaccharii. <i>ibid.</i></p> <p>CONC. LATERANENSE. 409</p> <p>— COMPENDIENSE. <i>ibid.</i></p> <p>Additio ad idem Concil. <i>ibid.</i></p> <p>VITA ET DECRETA EUGENII P. II. 411</p> <p><i>Nota Severini Bini.</i> <i>ibid.</i></p> <p>Diploma Eugenii Papæ. 412</p> <p>Epistola ejusdem ad Bernardum Archiep. Viennensem. 414</p> <p>Decreta ejusdem. 415</p> <p><i>Nota Severini Bini.</i> <i>ibid.</i></p>	<p>ANNO CHRISTI</p> <p>Præmonitio in Conventum Pari- sientem. <i>ibid.</i></p> <p><i>Synodus seu Conventus Parisiensis in caussa imaginum.</i> 417</p> <p>Michaelis Balbi, &amp; Theophili Imp. Epistola. <i>ibid.</i></p> <p>Ejusdem Synodi Capita. 421</p> <p>Epistola nomine Ludovici Imp. ad Pontificem Rom. 461</p> <p>— nomine Pontificis ad Michae- lem &amp; Theophilum Imp. 463</p> <p><i>Nota Severini Bini.</i> 473</p> <p>Refutatio libelli, qui falso in- scribitur Syn. Parisiensis. <i>ibid.</i></p> <p>Ejusdem Capita sex. <i>ibid.</i> &amp; seqq.</p> <p><i>Nota Jacobi Sirmondi.</i> 479</p> <p>Ludovici Pii Imp. Epistola ad Eugenium Papam. <i>ibid.</i></p> <p>Ex Constitut. Clotharii Imp. <i>ibid.</i></p> <p>Præmonitio in Capitulare Lotha- rii I. Imp. 481</p> <p>Capita ejusdem. <i>ibid.</i></p> <p>Præfatio. 485</p> <p>Conciliabulum Cloveshoz. 387</p> <p>CONC. CLOVESHUVIENSE. 489</p> <p>Admonitio. <i>ibid.</i></p> <p>CONC. AQUISGRANENSE. 491</p> <p>CONC. IN VILLA INGILENHEIM. 493.</p> <p>— ROMANUM. <i>ibid.</i></p> <p>827 <i>Synodus Mantua.</i> <i>ibid.</i></p> <p>Adnotationes P. Bernardi Mariz de Rubeis Ord. Præd. 498</p> <p>VITA VALENTINI PAPÆ. 501</p> <p><i>Nota Severini Bini.</i> 503</p> <p>VITA, EPISTOLÆ, ET DECRETA GREGORII PAPÆ IV. <i>ibid.</i></p> <p><i>Nota Severini Bini.</i> 513</p> <p>Ejusdem Papæ Epist. 513. &amp; seqq.</p> <p>Ejusdem Epistola ad Rabanum Abbatem. 523</p> <p>Epistola Ludovici Pii ad Hildui- num Abbatem. 524</p> <p><i>Nota Jacobi Sirmondi.</i> 526</p> <p>Ludovici Imp. Capitulare III. <i>ibid.</i></p> <p>CONC. MANTUANUM. 527</p> <p>— PARISIENSE VI. 529</p> <p>Ejusdem Concilii Liber I. 532</p> <p>— Præfatio &amp; Capita. 533 &amp; seqq.</p> <p>— Liber II. 574</p> <p>— Præfatio, &amp; capita. <i>ibid.</i> &amp; seqq.</p> <p>— Liber III. 592</p> <p>Epistola Episcoporum ad Ludo- vicum Imp. <i>ibid.</i></p> <p>Ejusdem Libri Capita. 594 &amp; seqq.</p> <p><i>Nota Jacobi Sirmondi &amp; Bini.</i> 604</p> <p>Additio ad idem Concilium. 605</p> <p>CONC. LUGDUNENSE. 607</p> <p>Additio ad idem Conc. <i>ib.</i> &amp; seqq.</p> <p>Pseudotynodus in Blachernis G. L. 626</p> <p>CONC. WORMATIENSE. <i>ibid.</i></p> <p><i>Synodus Lugdunensis.</i> <i>ibid.</i></p> <p>830</p> <p>831 Conventus Episcoporum apud No-</p>
---	--	--

ANNO CHRISTI	Noviomagum.	629
	Diploma Ludovici Imp.	631
	Conventus Aquisgranensis.	ibid.
82	<i>Synodus Hamburgensis.</i>	ibid.
	— in celebri Monasterio S. Dionysii in Gallia.	633
	Conventus Wormatiensis.	639
	P. Philippi Labbe observatio.	ibid.
	Diploma Ludovici Imp.	642
	CONC. LONDINENSE.	ibid.
	Conventus Compendiensis.	647
	Libellus Agobardi Ep. Lugdun.	652
	<i>Nota Sirmondi &amp; Bini.</i>	653
834	Conventus apud S. Dionys.	ibid.
	CONC. ATTINIACENSE.	655
835	— METENSE.	ibid.
	— LUGDUNENSE.	ibid.
	— apud THEODONIS VILL.	657
	<i>Nota Sirmondi &amp; Bini.</i>	662
	Additio ad idem Concilium.	ibid.
	Epistola Flori Lugdunensis.	663
836	CONC. AQUISGRANENSE II.	671
	Tituli Canonum & Prefatio.	ibid.
	Canonum Caput I.	674
	— Caput II.	677
	— Caput III.	684
	Ejusdem Synodi Libri tres ad Pippinum Regem.	696
	Liber I.	697
	Liber II.	712
	Liber III.	725
	<i>Nota Sirmondi &amp; Bini.</i>	733
	Conventus apud Stramiacum.	734
	<i>Nota Sirmondi, Bini, &amp; Pagii.</i>	735
	Conventus Aquitanicus.	ibid.
	— Wormatiensis.	738
	— Carisiacensis.	ibid.
837		
838	Additio ad Synod. Carisiacam.	741
	<i>Synodi dua Jacobitarum.</i>	754
	CONC. KINGSTONLÆ.	ibid.
	Additio ad idem Concilium.	755
	Conventus Aquigranensis.	ibid.
	Additio & Adnotatio ad eundem Conventum.	766
839	Conventus Cabillonensis.	767
	<i>Synodus Cenomanensis.</i>	ibid.
	— Audomarensis.	772
840	Restitutio Ebbonis Sedi Rhemensis.	773
	Ejusdem Apologeticum.	775
	<i>Synodus Gallicana Morinensis.</i>	779
	— Teatina.	ibid.
	Leges Ecclesiasticæ Kenethi Regis.	781
	— Religioz.	783
	Observatio Philippi Labbe.	784
841	Conventus Epp. in Diœcesi Autissiodorensi.	786
842	CONC. AQUISGRANENSE.	ibid.
	— CP. ICONOCLASTARUM.	787
	<i>Synodus CPna in Concilio G.L.</i>	ibid.
	CONC. BITURICENSE.	789
	— MEDIOLANENSE.	ibid.
	Diploma Ramperti.	ibid.

ANNO CHRISTI	Decretum Synodale.	ibid.
	CONC. GERMANICENSE.	794
843	<i>Observatio Mabillonii.</i>	796
	Capitulare Tolotianum Caroli Calvi Junioris.	798
	Conventus in Villa Colonia.	ibid.
	CONC. apud LAURIACUM.	ibid.
844	VITA SERGII PAPÆ II.	799
	Ejusdem Epistola ad Episcopos Transalpinos.	806
	CONC. ad THEODONIS VILL.	807
	— VERNENSE.	810
845	— BELVACENSE.	ibid.
	<i>Nota Jacobi Sirmondi &amp; Bini.</i>	ibid.
	CONC. MEIDENSE.	811
	Canones ejusdem.	815
846	Conciliabulum Veneticum.	843
	CONC. PARISIENSE.	ibid.
	Dissertatio in Concilia Parisiensia duo.	847
	CONC. SENONENSE.	850
	<i>Synodus Constantinopolitana.</i>	ibid.
	Capitula excerpta in Villa Sparnaco.	ibid.
	VITA LEONIS PAPÆ IV.	853
	<i>Nota Severini Bini.</i>	881
	Ejusdem Papæ Epistolæ. <i>ib. &amp; seqq.</i>	
	Epistola Lotharii Imp. ad Leonem.	884
847	Epistolarum Leonis Papæ IV. Fragmenta.	890
	Homilia ejusdem cum Collectoris Præmonitione, juxta Editiones Martenii, & Labbei, & Lucensem Codicem.	ibid.
	CONC. PARISIENSE.	899
	— MOGUNTINUM I.	ibid.
	Ad idem Concil. emendatio.	914
848	CONC. ROTONENSE.	ibid.
	— MOGUNTINUM.	ibid.
	— LUGDUNENSE.	918
	Conventus Lemovicensis.	ibid.
849	— Carnutensis.	919
	CONC. apud CURISLACUM.	ibid.
	— PARISIENSE.	923
	Additio ad idem.	925
	Alia Additio.	927
	CONC. ROMANUM.	929
850	<i>Synodus Regiastica.</i>	930
	Capitula.	ibid.
	<i>Nota Henrici Canisii.</i>	940
	CONC. GERMANICUM incerti loci.	942
	<i>Conciliabul. in Monast. Rodoni.</i>	ibid.
	CONC. ROMANUM.	943
	— PROVINCIÆ SENONICÆ apud MURITUM.	ibid.
	Capitula Rudolphi Archiep. Bituricensis.	ibid.
	CONC. apud BENNINGDON.	963
851	— KINGESBURLE.	ibid.
	Charta Bertulphi Regis Merciorum.	965
	CONC. SUESSIONENSE.	967

ANNO	CONCILIUM B. Cordubense.	970
CHRISTI	CONC. MOGUNTINUM II.	ibid.
852	Observatio Philippi Labbe.	ibid.
☞	Ad Concilium Moguntinum.	971
☞	Conventus Ticinensis.	974
	Privilegium Monasterii S. Remigii ab Aldrico concessum.	ibid.
☞	Ad Concilium Senonense Adnotatio Chronologica.	975
	Conventus Senonensis.	ibid.
853	— Ticinensis.	ibid.
	CONC. SUESSIONENSE.	978
	Pars ejusdem Concilii ex ejus actionibus decerpta.	982
	Subscriptiones Episcoporum.	989
	Capitula proposita a Carolo Rege.	990
	Note Sirmondi, Cossartii, & Bini.	991
☞	Additio Canonum ad idem Concilium.	995

ANNO	CONC. alterum apud CARISLACUM.	ibid.
CHRISTI	— VERMERIENSE II.	997
853	— ROMANUM.	998
	Testimonia Veterum de Synodis Eugenii II., & Leonis IV.	ibid.
	Initium Concilii Eugenii II.	999
	Canones.	1002
	CONC. ROMAN. Leonis IV.	1009.
	Capitula.	1011
	Acta depositionis Anastasii.	1017
	Subscriptiones.	1019
	Breviarium ejusdem Synodi Leonis IV.	1022
☞	Ad eadem duo Concilia Additio.	1030
854.	CONC. CONSTANTINOP.	ibid.
☞	Annotatio ad idem Concilium Chronologica.	103



ANNO  
CHRISTI  
802.  
Ex Baluzii  
Capitular.  
rom. p. 161.

# CAROLI MAGNI CAPITULARE PRIMUM ANNI DCCCII.

ANNO  
CHRISTI  
802.

Sive Capitula data Missis Dominicis Anno 11. Imperii. Nunc primum edita ex veteri Codice Longobardico MS. bibliothecæ Thuanæ. (a)

*Capitula ad res Ecclesiasticas spectantia hæc sunt.*

V.

*De ecclesiis, viduis, orphanis, & peregrinis.*

**U**T sanctis ecclesiis Dei, neque viduis, neque orphanis, neque peregrinis fraudem vel rapinam vel aliquid injuriæ quis facere præsumat quia ipse dominus imperator post domini & sanctorum ejus, quorum & protector & defensor esse constitutus est.

X.

*Ut episcopi & presbyteri secundum canones vivant, & ceteros doceant.*

Ut episcopi & presbyteri secundum canones vivant, & ita ceteros doceant.

XI.

*De officio episcoporum, abbatum, & abbatissarum erga subditos.*

Ut episcopi, abbates, atque abbatissæ, qui ceteris prælati sunt, cum summa veneratione ac diligentia subiectis sibi præesse studeant, non potentia dominatione vel tyrannide sibi subiectos premant, sed simplici dilectione cum mansuetudine & caritate vel exemplis bonorum operum commissum sibi gregem sollicitè custodiant.

XII.

*Ut monachi & canonici & sanctimoniales secundum regulam vivant.*

Ut abbates ubi monachi sunt pleniter cum monachis secundum regulam vivant atque canones diligenter discant & observent. Similiter abbatissæ faciant.

XIII.

*De Advocatis, Vicedominis, & Centenariis episcoporum, abbatum, abbatissarum.*

Ut episcopi, abbates, atque abbatissæ Advocatos

atque Vicedominos Centenariosque legem scientes & justitiam diligentes pacificosque & mansuetos habeant, qualiter per illosque laudæ Dei ecclesiæ, magis præceptum vel merces adcreseat; quia nullatenus neque præpositos neque advocatos damnosos & cupidos in monasteria habere volumus, a quibus magis nos blasphemiam vel detrimenta oriantur. Sed tales sint, quales eos canonica vel regularis institutio fieri jubet voluntati Dei subditos, & ad omnes justitiam perticiendi semper paratos, legem pleniter observantes absque fraude maligna, justum semper judicium in omnibus exercentes, Præpositos vestros tales quales sancta regula fieri docet. Et hoc omnino observent, ut nullatenus a quibus magis nobis a canonica vel regulari norma discendant, sed humilitatem in omnibus habeant. Si autem aliter præsumperint, regularem disciplinam sentiant. Et si se emendare noluerint, a Præposito removeantur; & qui digni sunt, in locorum subrogentur.

XIV.

*De concordia episcoporum, abbatum, & abbatissarum cum comitibus.*

Ut episcopi, abbates, atque abbatissæ, comitesque unanimiter invicem sint consentientes legem ad judicium justum terminandum cum omni caritate & concordia pacis, & ut fideliter vivant secundum voluntatem Dei, ut semper ubique & propter illos & inter illos justum judicium, ibique percipiantur pauperes, viduæ, orphani, & peregrini consolationem, atque defensionem ab eis habeant; ut & nos per eorum bonam voluntatem magis præmium vitæ æternæ quam supplicium mereamur.

Ut

(a) Capitula hæc non sunt integrum Capitulare, sed ex integro excerpta. Integrum habes in Baluzio tom. I. pag. 161. edit. Paris.

ANNO  
CHRISTI  
1011

ANNO  
CHRISTI  
1011

XV.

*Et abbates, & monachi subiecti sunt episcopis.*

Abbates autem & monachi omnimodis volumus & precipimus, ut episcopis suis omni humilitate & obedientia sint subiecti, sicut canonica constitutio mandat. Et omnes ecclesie atque basilice in ecclesiastica defensione & potestate permaneant. Et de rebus ipsius basilice nemo ausus sit in divisione aut in sorte mittere. Et quod semel offeritur non revolvatur & sanctificat, & vindicet. Et si autem aliter presumpserit, præsolvatur, & bannum nostrum componat. Et monachi ab episcopo provincie ipsius corripiantur. Quod si se non emendent, tunc archiepiscopus eos ad synodum convocet. Et si neque sic se correxerint, tunc ad nostram presentiam simul cum episcopo suo veniant.

XVI.

*De ordinatione Clericorum, & Monachorum.*

De ordinatione eligenda, ut dominus imperator jam olim ad Francorum banno concessit, ut episcopi abbatibus, ita etiam nunc & firmavit; eo tamen tenore, ut neque episcopus neque abbas in monasterio viliores meliori plus diligit, & cum sibi propter consanguinitatem suam vel aliquam adulationem melioribus suis praeferre studeat, & talem nobis ducit ordinandum cum meliorem eo habeat occultatum & oppressum; quod nequaquam fieri volumus; quia inrisio & delusio nostra hoc fieri videtur. Sed tales in monasterio nutriantur ad ordinandum in quibus & nobis merces & proventus adcreseat commendationibus suis.

XVII.

*Ut monachi secundum regulam vivant.*

Monachi autem ut firmiter ac fortiter secundum regulam vivant: quia displicere Deo novimus quilibet in sua voluntate tepidus est, testante Johanne in Apocalypsin: *Utinam calidus esses aut frigidus. Sed quia tepidus es, incipiam te evomere ex ore meo.* Sæcularem sibi negligentiam nullatenus usurpent. Foris monasterio nequaquam progrediantur licentiam habeant, nisi maxima cogente necessitate. Quod tamen episcopus, in cuius diocesi erunt, omnino procuret, ne foris monasterio rogandi usum habeant. Sed si necessitas sit ad aliquam obedientiam aliquem foris pergere, & hoc cum consilio & consensu episcopi fiat, & tales personæ cum testimonium foris mittantur in quibus nulla sit suspicio mala, vel a quibus nulla opinio mala oriatur. Foris vero peculium vel res monasterii sui abbas cum episcopo sui licentia & consilio ordinet qui praevideat, nisi monachum, nisi alium fidelem. Questum vero sæcularem vel concupiscentiam mundanarum rerum omnibus modis devitent: quia avaritia vel concupiscentia hujus mundi omnibus est vitanda Christianis, maxime tamen his qui mundo & concupiscentiis abrenuntiasse videntur. Lites & contentiones nequaquam neque infra neque foris monasterio movere presument. Qui autem presumpserint, gravissima disciplina regulari corripiantur, ut taliter ceteri metum habeant talia perpetrandi. Ebrietatem & commestationem omnino fugiant, quia inde libidine maxime polluari, omnibus notum est. Nam pervenit ad aures nostras opinio perniciosissima, in fornicatione & abominatione & immunditia multos jam in monasteriis esse deprehentos, maxime contristat & conturbat, quod sine horrore magno dici non potest, ut inde maximam spem salutis omnibus Christianis oriri crederent, id est de vita & castitate monachorum, in tantum, ut aliquos ex monachis sodomitas esse auditum. Unde etiam rogamus & contestamur ut certissime amplius ex his diebus omni custodia te ex his malis conservare studeant, ut nunquam amplius tale quid ad nostras aures perveniat. Et hoc omnibus notum sit, quia

Nullatenus injusta mala in nullo loco amplius in toto regno nostro consentire audeamus, quanto minus inter eos quos castitatis & sanctimonie commendationis esse cupimus. Certe amplius quid tale ad aures nostras pervenerit, non solum in eos, sed etiam & in ceteros, qui talia consentiant, talem ultionem facimus, ut nullus Christianus, qui hoc audierit, nullatenus tale quid perpetrare amplius presumpserit.

XVIII.

*Ut monasteria puellarum firmiter observata sint.*

Monasteria puellarum firmiter observata sint, & nequaquam vagare sinantur, sed cum omni diligentia conserventur, neque litigationes vel contentiones inter se movere presument, neque in nullo magistris & abbatibus inobedientes vel contrarie fieri audeant. Ubi autem regulares sunt, omnino secundum regulam observent. Non fornicationi deditæ, non ebrietati, non cupiditati seivientes, sed omnimodis iuste & sobrie vivant. Et ut in claustra vel monasterium earum vir nullus intret, nisi ad missam tantum, & statim exeat. Et ut nemo alterius filiam suam in congregationem sanctimonialium recipiat absque notitia vel consideratione episcopi, ad cuius diocesim pertinet locus ille; & ut ipse diligenter exquirat qualiter in sancto Dei servitio permanere cupiat, & stabilitatem ibidem firmare vel professionem. Ancilla autem aliorum hominum vel talis femine, quæ secundum morem conversationis in sancta congregatione vivere nolunt, omnes pleniter de congregatione ejiciantur.

XIX.

*Ut episcopi & alii clerici canes ad venandum aut acceptores non habeant.*

Ut episcopi, abbates, presbyteri, diaconi, nullusque ex omni clero canes ad venandum, aut acceptores, falcones, seu sparvarios habere presument; sed pleniter se unusquisque in ordine suo canonice vel regulariter custodiant. Qui autem presumpserit, sciat unusquisque honorem suum perdere. Ceteri vero tale exinde damnum patiantur, ut reliqui metum habeant talia sibi usurpare.

XX.

*Ut abbatissa & sanctimonialia intra claustra sua maneat, nec egrediantur absque licentia, & consilio episcopi.*

Ut abbatissa una cum sanctimonialibus suis unanimiter ac diligenter intra claustra se custodiant, & nullatenus foris claustra ire presument. Sed abbatissa cum propter aliquas de sanctimonialibus dirigere, hoc nequaquam absque licentia & consilio episcopi sui faciant. Similiter & cum ordinationem aliquam in monasteriis agere debeant vel aliquas in monasteriis receptiones facere, & hoc cum episcopis suis pleniter antea retractent; & quod salubrius vel utilius fieri disponat, episcopi archiepiscopo annuntient, & cum ejus consilio quæ agenda sunt perficiantur.

XXI.

*Ut presbyteri comitum episcopis suis subiecti sint.*

Ut presbyteros ac ceteros canonicos, quos comites suis in ministeriis habent, omnino eos episcopis suis subiectos exhibeant, ut canonica institutio jubet, & de his episcopis suis pleniter sub sancta disciplina eos erudire sint contentientes, sicut nostram gratiam vel suos honores habere desiderant.

XXII.

*Ut Canonici pleniter vitam canonicam observent.*

Canonici autem pleniter vitam observent canonicam, & in domo episcopali vel etiam in monasterio cum omni diligentia secundum canonicam disciplinam erudiantur. Nequaquam foris vagari sinantur, sed sub omni custodia vivant, non turpis lucri dediti, non fornicarii, non fures, non homici.



3 CAPITULA ECCLESIASTICA. 6

ANNO CHRISTI 801.

quidam, non raptores, non litigiosi, non iracundi, non elati, non ebriosi, sed casti corde & corpore, humiles, modesti, sobrii, mansueti, pacifici, ut filii Dei digni sint ad sacros ordines promoveri. Non per vicus, neque per villas ad ecclesiam vicini vel terminantes sine magisterio vel disciplina, qui Sarabaiti dicuntur, luxuriando vel fornicando vel etiam cetera iniqua operando que consentiri absurdum est.

XXIII.

Qualis debeat esse conversatio clericorum qui cum presbyteris degunt.

Presbyteri clericos, quos secum habent, sollicite provideant ut canonicè vivant, non inanis lusuibus, vel convivii secularibus, vel canticis, vel luxuriosis usum habeant; sed caste & sobrie vivant.

XXIV.

Ne presbyter aut diaconus mulieres in domo sua habeat.

Si quis autem presbyter sive diaconus post hoc in domo sua secum mulieres extra canonicam licentiam habere presumpserit, honorem simul & hereditatem privet utriusque ad nostram presentiam.

XXXV.

De honore episcoporum & presbyterorum. Et de nuptiis illicitis.

Ut omnes omnino episcopos & presbyteros suos omni honore venerentur in servitio & voluntate Dei, & ne incestis nuptiis & seipso & ceteros maculare audeant, conjunctiones facere non pra-

sumant antequam episcopi presbyteri cum senioribus populi contarguinitatem conjungentium diligenter exquirant. Et tunc cum benedictione jungantur. Ebrietatem devitent, rapacitatem fugiant, furum non faciant, lites & contentiones atque blasphemias sive in convivio, sive in complacito omnino devitentur, sed cum caritate & concordia vivant.

XLI.

Admonitio de simbolo fidei.

Audite, fratres dilectissimi, pro salute vestra hunc missum ut ammoneamus vos quomodo secundum Deum juste & bene vivatis, & hoc secundum cum iustitia & cum misericordia conversetur. Ammonemus vos in primis ut credatis unum Deum patrem omnipotentem & Filium & Spiritum sanctum. Hic est unus Deus & verus, perfecta Trinitas, & vera unitas. Deus, creator omnium bonorum nostrorum: Credite filium Dei pro salute mundi hominem factum, natum de Spiritu sancto & virgine Maria. Credite quod pro nostra salute mortem passus est, & tertia die surrexit a mortuis, ascendit in caelo, sedet ad dexteram Dei. Credite eum venturum ad iudicandos vivos & mortuos, & tunc reddet unicuique secundum opera sua. Credite unam ecclesiam, id est, congregationem bonorum hominum per totum orbem terrarum. Et scitote quia illi soli salvi esse poterunt, & illi soli ad regnum Dei pertinent, qui in istius ecclesiae sedis & communionem & caritate perseverant.

ANNO CHRISTI 801.

ANNO CHRISTI 801.


SYNODUS RATISPONENSIS DE COREPISCOPIIS.

ANNO CHRISTI 801.

Ex P. Pagi ad An. Ch. 801. n. 1.

Abbeus in Collectionibus Concilium Ratisponense, cujus mentio lib. 7. Capitularium cap. 187 ad annum circiter 799. refert. Verum ut observat Contius hoc an. n. 64 & seqq. Carolus anno illo a Bajaria procul abfuit, temelque deinceps illic protectus legitur, hoc scilicet anno 803. Testatur Carolus loco citato tam presbyteros, quam laicos quosdam esse de chorepiscopis & affirmasse laicos, quod saltem ministrorum vel sacerdotum id est, qui chorepiscopi erant quasi ordinati, officia audire nollent, nec eorum infantes majores vel minores, aut familiam eorum per manus impositionem cognati vel confirmari usquam vellet, ne magis vulnus, quam benedictionem acciderent, &c. Quapropter Arnoum archiepiscopum ad Leonem apostolicum misimus, ut inter cetera qua scribas, etiam eum & hoc interrogares, ut quidquid super his definiendum

esset apostolica auctoritate, a nostris episcopis regulariter sopreretur. Pergit Carolus: Cum eodem Arnoune, permittente praefato apostolice, mitius tractantes, iam dictos villanos episcopos inter presbiteros statuerunt, ita ut nihil amplius de episcopatu ministerio praesumerent, nec ipsi deinceps a quoquam fierent, qui gradus sui periculum vitare vellet. Decretum namque est in illa synodo, quare Reginoburgensi pro eadem, vel pro aliis causis, apostolica auctoritate praefato praetextu habuimus, nihil ex praedictis a quoquam eorum agere; nec facere volentibus consentire &c. In synodo itaque Reginoburgensi tres sanctiones adversus chorepiscopos editae; prima, ut chorepiscopi de ministerio episcopali nihil praesumerent; altera ut in posterum chorepiscopi non fierent; tertia, ut quae gesta fuerant a chorepiscopis, haberentur irrita.



CONCILIIUM CLOVESHORÆ ANNO DOMINI DCCCIII. CENULFI REGIS

Merciorum VII. ab Athelardo archiepiscopo Doroberniae, cum duodecim episcopis celebratum,

In quo, exato Liebfeldensi archiepiscopo, sedes Cantuariensis ex praecipio Leonis papa III. pristino suo iuri restituitur.

Anno dominice incarnationis DCCCIII. congregatum est synodale concilium in quo loco qui dicitur Clovesho. Cui praesidebat Athelardus archiepiscopus cum duodecim episcopis.

Gloria in excelsis Deo, & in terra pax hominibus bonae voluntatis. Scimus dilectissimi fratres, quod multis in Deum fideliter confidentibus notum & manifestum est, qui in gentibus Anglorum com-

emorantur, licet in eo factum est nihil placabile visum sit, quod Offa rex Merciorum in diebus Jamberti archiepiscopi cum maxima fraude, honorem, unitatem, & sedem metropolitanam in Dorobernensi civitate dividere & scindere praesumpsit.

Ego autem Athelardus archiepiscopus cum duodecim episcopis, ex praecipio domini apostolice Leonis papae, unanimo consilio totius sanctae synodi

Lex. 9. Rex Offa sedem Cantuariensem (episcopalem) restituit.

Restituitur ut a 5. Gregorio instructum fuit.

CONCILIIUM CLOVESHORÆ.

8

ANNO CHRISTI 801.

ANNO CHRISTI 801.

7  
 nodi precipimus in nomine Dei omnipotentis, & omnium sanctorum illius, & per eius tremendum iudicium, ut nunquam reges, neque episcopi, neque principes, neque ullius tyrannice potestatis homines honorem metropolitanæ sedis iniungere, vel in aliquantula particula dividens præsumpserint, sed per omnia in eo dignitatis honore plenissime semper permaneant, quo in constitutione beati Gregorii, & in privilegiis apostolicorum suorum successorum habetur in Dorobernæ civitate, habetur & custodiatur ubi Christi ecclesia est, & ubi primum in hac insula catholica fides emicuit, & a sancto Augustino sacrum baptismum celebratum est, & evangelium Christi prædicatum, & inde per gratiam sancti Spiritus late diffusum.

Anathema in violatores.

Si quis vero (quod omnino ablit) contra apostolica præcepta, & nostrorum omnium, ausus sit unquam Christi scindere, & unitatem eius sanctæ ecclesiæ dividere, sciat se esse æternaliter damnandum, nisi ante mortem quod inique contra sacros canones fecit, eidem ecclesiæ digne satisfecerit.

DECRETUM ADELARDI ARCHIEPISCOPI.

De libertate ecclesiarum.

EGO Æthilheardus gratia Dei humilis sanctæ Dorobernensis ecclesiæ archiepiscopus, unanimo consilio totius sancti synodi, congregationibus omnium monasteriorum, quæ olim a fidelibus domino Christo perpetuam in libertatem tradita fuerant, in nomine Domini omnipotentis, & per tremendum iudicium, præcipio, sicut & ego mandatum a domino apostolicoque Leone papa cepti, ut ex hoc tempore unquam temerario ausu super hereditatem Domini laicos & seculares sibi præsumant domos eligere. Sed sicut in privilegio ab apostolica sede datis habetur, seu etiam ut ab apostolicis viris in initio nascentis ecclesiæ traditum est per sanctos canones, vel etiam a propriis possessoribus monasteriorum constitutum, ea regulâ & observantia disciplinæ suæ monachica iura studeant observare. Si ergo, quod ablit, ipsi hoc nostrum mandatum, & domini apostolici præcepta spreverint, & pro nihilo ducunt sciam se a sanctæ Dei ecclesiæ communione sequeltratos, & in tremendo iudicio ante tribunal Christi, nisi ante emendare voluerint, rationem reddituros.

F. 112. H.

Hæc sunt nomina episcoporum sanctorum & venerabilium abbatum, & presbyterorum, & diaconorum, qui cum totius sanctæ synodi consensu pro confirmatione prædictæ rei signum sanctæ crucis Christi subscripserunt.

SUBSCRIPTIONES.

Ego Athelheardus gratia domini archiepiscopus Dorobernensis civitatis signum sanctæ crucis subscripsi.  
 Æthilthead abbas.  
 Feologeld abbas.  
 Vvulheard presbyter.  
 Vvernoth presbyter.  
 Beornmod presbyter.  
 Vvultræd archidiaconus.  
 Ego Advulfus Lycceldfeldensis ecclesiæ episcopus signum crucis subscripsi.  
 Hygberht abbas.  
 Lulla presbyter.  
 Monn presbyter.  
 Vvigferth presbyter.  
 Eadhere presbyter.  
 Cuthberht presbyter.  
 Ego Vverenberhtus Legorensis civitatis episcopus signum crucis subscripsi.  
 Ealhmund presbyter abbas.  
 Beomia presbyter abbas.  
 Forthred presbyter abbas.  
 Vvigmund presbyter abbas.  
 Eadberht presbyter.

A Ego Ealdvulf Syddenfis civitatis episcopus signum sanctæ crucis subscripsi.  
 Eadred presbyter abbas.  
 Dæghelm presbyter abbas.  
 Plegberht presbyter.  
 Eadvulf presbyter.  
 Hereberht presbyter.  
 Ego Dænebreht Vvegorarensis civitatis episcopus signum crucis subscripsi.  
 Hygberht abbas.  
 Thinesferth abbas.  
 Pega abbas.  
 Freothomund abbas presbyter.  
 Coenferth presbyter.  
 Ego Vvlfheard Herefordensis civitatis episcopus signum crucis subscripsi.  
 Cuthræd abbas.  
 Srygol presbyter.  
 Dygoga presbyter.  
 Monn presbyter.  
 Heathobald diaconus.  
 Ego Vvigberht Scirburmenfis civitatis episcopus signum crucis subscripsi.  
 Muda abbas.  
 Eadberht abbas.  
 Beorhthmund abbas.  
 Ego Alhmund Vvintanæ civitatis episcopus signum crucis subscripsi.  
 Cuthberht abbas.  
 Marcus abbas.  
 Cumba abbas.  
 Lulla abbas.  
 Northard presbyter.  
 Ungthe presbyter.  
 Ego Ealthead Elmhamis ecclesiæ episcopus signum crucis subscripsi.  
 Folkberht presbyter.  
 Friithoberht presbyter.  
 Eadberht presbyter.  
 Vvlfstas presbyter.  
 Hundfrid diaconus.  
 Ego Fidfrith Dømmacæ civitatis episcopus signum crucis subscripsi.  
 Vvlfthead abbas.  
 Lulla abbas.  
 D Ceolhelm presbyter.  
 Cynulf presbyter.  
 Tyuberht presbyter.  
 Eadberht.  
 Ego Osmund Lundonensis civitatis episcopus signum crucis subscripsi.  
 Heathstan abbas.  
 Plegberht abbas.  
 Vvigheard presbyter.  
 Trianun presbyter.  
 Friithorad presbyter.  
 Ethehelm presbyter.  
 Ego Vværmund Hrofnensis civitatis episcopus signum crucis subscripsi.  
 Lullingo presbyter.  
 Tuda presbyter.  
 Beagnoth presbyter.  
 Heathoberht presbyter.  
 Vvigheard presbyter.  
 Ego Vveoththun Seolelegiæ ecclesiæ episcopus signum crucis subscripsi.  
 Ceolmund abbas.  
 Dudd presbyter.  
 Eadberht presbyter.  
 Beorcol presbyter.  
 Heathfrid . . . .  
 Cynebald . . . .  
 Actum est celebri loco qui vocatur Cloferhoas anno ab incarnatione Christi MCCCLII. indictione XI. die XV. Idus Octobris.

AD

Anno 803. habitum

A D D I T I O .

Anno 803.  
Ex Suppl.  
Mans P. 761.  
Ex Wilkno  
tom. I. pag.  
167.

Quod hic subiungitur decretum concilii Cloveshoviensis. Laboens quidem ex Spelmano dedit, sed mutilum adeo ut iterum hic ex Voilkin, qui ex fonte ipso dedit, referendum censuerim.

Gloria in excelsis Deo, & in terra pax hominibus bonae voluntatis.

Scimus autem, quod multis in Deum fideles confidentibus notum & manifestum est, & nihil tamen illis placabile in eo visum est, qui in gentibus Anglorum commorantur, quod Offa rex Merciorum, in diebus Jaenberhti archiepiscopi cum maxime fuisse honorem & unitatem sedis S. Augustini patris nostri in Doroverensi civitate, dividere & discindere praesumpsit; & quomodo post obitum praedicti pontificis Aedelheardus Archiepiscopus, Dei gratia, donante illius successor, post curricula annorum erga plurima Dei ecclesiarum iura, limina apostolorum & apostolicae sedis beatissimum papam Leonem visitare contigit. Inter alias necessarias legationes etiam discissionem injuste factam archiepiscopalis sedis narravit; & ipse apostolicus pater, ut audivit & intellexit, quod intulisset factum, statim sui privilegii auctoritatis praecipuum posuit, & Britanniam misit & praecipit, ut honor sancti Augustini sedis cum omnibus suis parochiis integerrime reintegraretur, juxta quod sanctus Gregorius, doctus gentis apostolus & magister, composuit, & honorabili archiepiscopo Aedelheardo in patriam pervenienti per omnia redderetur; & Cwenulfus, rex pius Merciorum, ita complevit cum senatoribus suis. Anno vero Dominicae incarnationis DCCCIII. indictione II. die 4. idus Octobris. Ego Aedelheardus archiepiscopus, cum omnibus duodecim episcopis sanctae sedi beati Augustini subiectis, per apostolica praecipua domini papae Leonis in synodo, quae facta est in loco celebri, qui vocatur Cloveshoas, unanimo consilio totius synodi in nomine Dei omnipotentis praecipientes, & omnium sanctorum illius, & per eius tremendum iudicium; ut nunquam reges, & episcopi, neque principes, neque ullius tyrannicae potestatis homines honorem sancti Augustini, & suae sanctae sedi diminuerent, vel in aliquantula particula dividere praesumpserint; sed in eo per omnia dignitatis honore plenissime semper permaneat, quo utique in constitutione beati Gregorii, & in privilegii apostolicorum suorum successorum habeatur; necnon etiam & in sanctorum canonum rectum haberi sanctionibus videtur: nunc etiam, Deo cooperanti, & domino apostolico papae Leonis, ego

Aedelheardus archiepiscopus, & alii coepiscopi nostri, & nobiscum omnes dignitates nostrae synodi cum vexillis crucis Christi unanimiter primatum sanctae sedis firmantes; hoc quoque praecipientes, & signo sanctae crucis scribentes, ut archiepiscopalis sedes in Liccidfeldensi monasterio nunquam habeatur ex hoc tempore, neque in alio loco aliquo, nisi tantummodo in Doroberensi civitate, ubi Christi ecclesia est; & ubi primum in hac insula catholica fides renituit, & a S. Augustino sacrum baptismum celebratum est. Insuper etiam chartam a Romana sede missam, post Adrianum papam, de pallio, & de archiepiscopatus sede in Liccidfeldensi monasterio, cum consensu, & licentia domini apostolici Leonis papae praescribimus aliquid non valere, quia per subreptionem & male blandam suggestionem adipiscebatur; & idcirco manifestissimis signis caelestis regis primatum monarchis archiepiscopatus permanere canonicis & apostolicis munitionibus statuimus, ubi sanctum evangelium Christi per beatum patrem Augustinum in provincia Anglorum primum praedicatum, & deinde per gratiam Spiritus Sancti late diffusum est. Si quis vero contra apostolica praecipua & nostrorum omnium ausus sit tunicam Christi scindere, & unitatem sanctae Dei ecclesiae dividere, sciat se, nisi digne emendaverit, quod inique contra sacros canones fecit, aeternaliter esse damnatum.

Hic sunt nomina sanctorum episcoporum & abbatum, qui praescriptam apographi chartulam in synodo, quae facta est ad Cloveshuvum anno adventus Domini DCCCIII. cum signo sanctae crucis Christi firmaverunt.

- † Aedelheardus archiepiscopus.
- † Aldulphus episcopus.
- † Vuerembertus episcopus.
- † Alcheardus episcopus.
- † Vvuitberthus episcopus.
- † Alhmundus episcopus.
- † Osmundus episcopus.
- † Eadvullus episcopus.
- † Dereberhtus episcopus.
- † Vvilitunus episcopus.
- † Trifridus episcopus.
- † Vvultheardus episcopus.
- † Alhmundus presbyter abbas.
- † Beonna presbyter abbas.
- † Fordred presbyter abbas.
- † Vvigmundus presbyter abbas.

## CONCILIUM TEGERNSENSE

In Monasterio ejus nominis ad Lacum Tegerninam in diocesi Frisingensi habitum, pro lite quadam eiusdem monasterii cum suo episcopo,

Anno Caroli imperatoris IV. Christi 804. die XVI. Junii.

Ex Suppl.  
Mans tom. 1.  
p. 757.

Concilii huius historiam suppeditat vetus documentum, quod ex vetusto codice Traditionum Frisingensium integrum refert P. Meichelbeck in Historia Frisingensi tom. I. part. II. pag. 92. Ex eo vero tota concilii huius historia deducitur. Tegernseusibus monachis diem dixerat Alto Frisingensis episcopus ad concilium quoddam in Ecclesia S. Emmerammi extra murum urbis Ratisponensis cogendum, ut ecclesias quas-

Edam baptismales, id est parochiales, quas illas contra jus & fas retinere contendebat, sibi episcopo suo restituerent. Monachi jus suum pro viribus in eo defendebant; tandem ex sententia concilii reddere omnia iussi sunt. Cum illis nequaquam flexissent, anno quarto imperii Caroli die XVI. Kal. Julias iterum ad concilium in eodem Tegernseusibus monasterio coactum sibi se iussi sunt. Multa ibi pro se monachi; sed



CONCILIUM CONSTANTINOPOLITANUM.

13


14

ANNO CHRISTI 325.

qui catholicum, metropolitam, vel episcopum committunt, usque obtemperare detrahant, a ministerio suo per duos menses arceantur, & si quidem episcopi sunt, ab esu piscium & a vino abstineant; si autem presbyteri, vel diaconi, ab esu carnis & a vino. Ex quo liquet, Timothei temporibus episcopos a carnibus omnino abstinentes. Decimus septimus, ut eucharistia in sequentem diem super Altari nullatenus conservetur;

A sed eodem quo confecta est die percipiatur. Quadragimus secundus & quartus, non licere mulieri, quae ob fornicationis causam a viro dimissa est, alteri nubere, neque viro, qui eam dimisit, alteram ducere. Synodicas alias constitutiones Timotheus edidit, quarum excerpta vide tom. 3. pag. 102. & seq. Extant fragmenta quaedam in laudato Nomocanone Arabico.

ANNO CHRISTI 325.



a CONCILIABULUM CONSTANTINOPOLITANUM I.

ANNO CHRISTI 325.

ANNO CHRISTI 325.

IN CAUSSA JOSEPHI SACERDOTIS

Cujusdam, quem Tarasius sacerdotio amoverat, celebratum anno dcccvi. tempore Leonis papae.

Causa Concilii.

Conciliabulum. De causa hujus Concilii in vita Theodori Studitae haec scribuntur: Josephum siquidem illum communi ecclesiae calculo a Taraso jure olim ejectum, ob manifestum ab eo commissum crimen (Theodorus Studita epistola ad Josephum fratrem & archiepiscopum, cum adulterii imperatoris Constantiniani copulatorem nominat) quod nemini obscurum est: non dubitavit iterum tyrannice & contra canones in ecclesiam revocare, atque ademptum illi sacerdotium restituere. Et paulo infra: Patriarcham vi aggreditur (Nisephorus is erat Tarasi successor) omnibus cum machinis oppugnans, ut vel invitum voluntati ejus obsequeretur, & sacerdotium redderet Josepho. Quod ille sane, vi tandem & aegre adductus, praestitit; veritas, opinor, ut atrocius quidpiam infamanti ejus obsequeretur. Theodorus epistola vigesima quinta & trigesima ad Leonem hoc conciliabulum

Bappellat synodum haereticorum & adulterantium, quia episcopi in eo congregati adulterium Constantiniani cum Theodote comprobaverant, & Josephum adulterii copulatorem amplexi fuerant. Cum enim, inquit epistola vigesima quinta, factus est conventus ille pravus, & nescio quo nomine appellatus, ex carcere per id tempus redieram. Cumque viderem eos esse congregatos, qui adulterium ante susceperant, & adulterii copulatorem amplexi fuerant, venit mihi in mentem illius libri prophetici: Sapiens in illo tempore flebit, quoniam tempus malum est, &c. Hoc tempore adulterantium synodum habitam fuisse, indicat epistola vigesima quinta, quam post hanc synodum celebratam, secundo anno elapso scriptam esse idem Theodorus allegata epistola apertis verbis testatur. Vide Baronium anno 806. n. 13. & 14.

Synodus adulterantium appellatur.

Tempus Concilii.



AD CONCILIABULUM CONSTANTINOPOLITANUM

Pro admittendo Josepho sacerdote

ADNOTATIO CRITICA, ET ADDITIO.

Et Suppl. Manf. pag. 219.

Synodum hanc in Collectionem suam referens Labbe, Pseudo-synodum appellat; qua de causa ignoro. Quanquam enim adulterantium synodus vocatur a Theodoro Studita; id tamen nominis a sancto illo monacho obtinuit, quod in sententiam a se ceterisque monachis adversam concesserit, opinantibus patribus, ut Josephus, qui adulterium Constantiniani imperatoris cum Theodote admiserat pro bono communi ecclesiae, in communionem reciperetur, quae iustissima erat, & tunc temporis necessaria dispensatio. Monachis vero cum Theodoro Studita admissionem improbantibus. Quid ea in re dignum reprehensione occurrit? Synodus ergo ista, quanquam a S. Theodoro Studita reprobata, catholica & legitima habenda est. Quid vero huic addendum olim censui, ipsissimis adnota-

tiones meae ad Pagium ad Anno 806. 3. verbis refero.

In Constantinopolitana hac synodo, cujus canones ignorantur, constitutos fuisse ritus, quibus monasteriorum archimandrita consecrarentur, discimus ex vita S. Hilarionis junioris, quam ex manuscripto synaxario Divionensi exhibent PP. Bollandistae ad diem 6. Junii pag. 759. Ita explico verba illa Synaxarii: Tam vero factus est Hergumenus & Archimandrita secundum ritus ibidem a synodo ordinatos. Porro vir sanctus octavum praesulatus sui annum agebat, cum Leo Armenus imperium cepisset; quare ipso anno quo synodus Constantinopolitana habita fuit, regimen assumpsit.



CONCILIUM CONSTANTINOPOLITANUM

Quo Taraso patriarcha defuncto Nisephorus successor constituitur,

Anno 806. habitum.

Ibid.

S. Taraso Patriarchae Constantinopolitano aegritudine atque reclusis, communi tandem decreto Nisephorum, laicum quidem hominem, sed virtutibus & aeticis vim exercitatione illustrem elegerunt; nihil obviare decernentes quod ad supremam dignitatem non quidem per gradus, sed veluti saltu quodam ascendisset. Porro qui ea occasione

coi.



ANNO CHRISTI 109.

μικρὴ ἄξια Κωνσταντίνου υἱὸς Εἰρήνης τῷ ἀδελφῷ... Ἰσοφύλης τῆς Χερῶν ἐκκλησίας τῶν ἐπι... Τελειώσαντες δὲ ἐπὶ... Βαλγαρίου Νικηφόρου, τῆς βασιλείας δὲ υἱὸς... Στυρμαίους δεδίδξαν.

Christi ecclesia per simplicitatem abrupti fuerant, rursus sunt uniti. Mortuo vero in bello Bulgariorum Nicephoro, filius ejus Stauratus in imperio successit.

ANNO CHRISTI 109.

hic an. 109. de quibus.

POSTERIOR THEODOTI PATR.

Ὁ Ν Μιχαὴλ ὁ Ραγγαβί, ἰσίου ἐπ' ἀδελφῷ Προκαπία ἀποσταλάσαντο, καὶ Δίον, σφοδαὶς υἱὸς Νικηφόρου πατριάρχου ἐπὶ τῷ ὡς ὁ ὁμολογητῆς Θεόδωρος ὁ Στυδίτης. Ἰερατικός, ὁ Συρμαίλιος, ἐκράτησε τὴν βασιλείαν. Ἰδαίως τε καὶ Μανιχαϊκῆς θρησκείας ὑπάρχων κρησφύγετον. Τῆς ἕξιας γὰρ ἀναξίως ἐπιλαβόμενος, μικρῶν καὶ ἄδων χριστιανικῶν ἐκ τῆς Χερῶν μεγάλης ἐκκλησίας Κωνσταντινουπόλεως ἐκώσθησαν οὐκ ὀλίγοι. Νικηφόρον τῶν ἐπὶ ἁγίας καθίδων, παρεκρίσας ἐπὶ τῆς μοναστηρίου αὐτοῦ, Θεόδωρον ἀποχειροτόνησε, Κασσιανὸν καὶ Φλαβιανὸν ἐπιλεγόμενον. καὶ τοὺς ἁγίους ἐκείνους καταβρυσάμενος, τὰ ἀποσκευαστικὰ αὐτῶν ἀναθίματι καθυπέβαλε. διμολογίας, ἔκδοσης, λιμῆ, φυλακῆς, καὶ παντίαις ἰδέαις θανάτου, ὁ ἄθεος κατακάλυψε. ἐκ τῶν αὐτῶν.

Uem quidem Michael Rangabe, sororis ejus Procopis maritus, sibi alcivit: & Leo, coronatus a Nicephoro patriarcha. Eo imperante erat confessor Theodorus Studites, cui Syrmelio nomen erat, imperium arripuit: & Judaicam ac Manichaicam superstitioni receptum præbuit. Imperio enim injuste arrepto, profanam, & impiam, Christianorumque accusatricem in magna Christi ecclesia Constantinopoli congregavit synodum: depositoque sancto Nicephoro, & exilio causa in monasterium suum relegato, Theodotum in ipsius locum surrogavit, qui Cassiteras & Flavianus cognominabatur: sacrisque imaginibus everfis, adoratores earum anathemati subjicit: & proscriptionibus, exiliis, fame, carceribus, variisque mortis generibus eos absumpsit, pedibus trahens & cervicis calcans impius.

Plura de nouis.

CONCILIIUM AQUISGRANENSE,

In quo agitata est quaestio de processione Spiritus sancti, decretaque legatio ad Leonem III. papam, celebratum mense Novembris, anno Christi DCCCIX. Leonis ejusdem papae XIV. Caroli magni imperatoris IX. regis XLII.

DE hac synodo consentiant omnes, quaestioisque Cut videbatur, magnitudinem. Legatis annumerandus auctorem tradunt Joannem quemdam monachum Hierosolymitanum. Sic enim inter ceteros testatur Ado Vitiensis in chronico. Synodus, inquit, magna Graeci aquis congregatur anno incarnationis Domini DCCCIX. in qua synodo de processione Spiritus sancti quaestio agitur. utrum sicut procedit a Patre, ita procedat a Filio. Hanc quaestionem Joannes monachus Hierosolymitanus moverat, cum regula & fides ecclesiastica firmet Spiritum sanctum a Patre & Filio procedere, non creatum, non genitum, sed Patri & Filio coeternum & consubstantialem. Nomen autem processionis a Patre & Filio in Apocalypsi ita aperte est positum: Es ostendit mihi (haud dubium quin angelus) flumen aquae vitae, splendidum utrumque crystallum, procedens de sede Dei & agni. In eadem etiam synodo quaestio est & ventilatum de statu ecclesiarum, & ordine singularum, cujusque conversationis etiam clerici esse debent. Hac ille ceteris aliquanto uberius, nisi quod legationis non meminisset, quam alii commemorant, ut Regino abbas: Anno, inquit, DCCCIX. imperator de Arduenna Aquas revertens mense Novembrio concilium de processione Spiritus sancti habuit. Quam quaestionem Joannes quidam monachus Hierosolymis primo commovit. Cujus definitio causa Bernarius episcopus Vvarmatienis, & Adalardus abbas monasterii Corbeje, Romam ad Leonem papam missi sunt. Agitatum est etiam in eodem concilio de statu ecclesiarum, & conversatione eorum qui in eis Deo servire dicuntur. Nec aliquid tamen definitum est, propter rerum,

erat Jesse isidem episcopus Ambianensis, ut constat ex vita Caroli magni, (quamquam ibi depravatam ejus nomen est) atque ex actis ipsius legationis, hoc est ex collatione cum papa Romae a legatis habita, quam, ut olim a Smaragdo abbate descripta est, ex annalibus ecclesiasticis hoc loco subjicimus. RATIO QUE HABITA EST DE SYMBOLO fidei in secretario sancti Petri apostoli, inter domnum Leonem sanctissimum & corangelicum papam urbis Romae. & Bernarium atque Jesse episcopos, seu Adalardum abbatem, missos domini Caroli imperatoris per indictionem II. L Edis a praedictis missis per ordinem testimonio auditis, ait: Ita sentio, ita teneo, cum his auditoribus, & sacrae scripturae auctoritatibus. Si quis aliter de hac re sentire vel docere voluerit, (a) defendendo; & nisi conversus fuerit, & secundum hunc sententiam tenere voluerit, contraria sententiam funditus abjicio (b) His dictis, novi quod nonnulla colloquendo potius quam disputando praecesserunt: quorum series sensuum, seu verborum, nisi tantum quod inde (c) fuit, non satis memoriae occurrit. Cumque eadem collatio ad hoc usque procederet, ut jam magis (d) certa disputatio, quam ut supra collocutio habenda esset; & si non eadem fuit proprietates sermonum, in quantum recordari valeo, ille tamen fuit cursus sensuum, & summa conclusio novissimarum definitionum. Missi. Quia vero, ut dicitis, ita (e) certissimum creden-

ap. 11.

Fragmentum hujus chartae repertum in Cod. MS. Bibliothecae Universitatis Turicensis, ex quo variantes in ima pagina exhibeo. (a) defendendo. (b) Ita dicitur non. (c) si quidquid illud fuit non satis. (d) certior. (e) ita ut dicitur non certissime credendum, credendo &c.

ANNO  
CHRISTI  
109.

ANNO  
CHRISTI  
109.

deandum est, credendo immutabiliter tenendum, A id ecclesiastica congruere fidei, sicut sentimus, at-  
tencido vero, sicubi necesse fuerit, constantissime  
detendendum est, numquid non id nescientes do-  
cendum, scientibus autem, ut id attentius (a) te-  
neamus, confirmandum est? PAPA. Ita est. MISSI.  
Si ita est, si quis hoc nescierit, vel ita non cre-  
diderit, num salvus esse poterit? PAPA. Quisquis  
ad hoc sentu subtiliore pertingere potest, & id  
scire, aut ita sciens credere noluerit, salvus esse  
non poterit. Sunt enim multa, e quibus illud  
unum est, lacrimae fidei altiora mysteria, subtiliora-  
que sacramenta, ad quorum indagacionem pertine-  
re multi valent; multi vero, aut matis quan-  
titate, aut intelligentiae qualitate praepediti non va-  
lent. Et ideo, ut praediximus, qui potuerit & no-  
luerit, salvus esse non poterit. MISSI. Si ergo ita  
est, immo quia ita est, quod non credere non li-  
cet, & non (b) tacendo docere licet, cur non  
licet cantare, vel cantando docere? PAPA. Licet  
inquam, licet (c) docendo cantare, & cantando  
docere. Sed illicite in prohibitis, nec scribendo,  
nec cantando licet intererere. MISSI. Quia ergo u-  
trisque notum est, quod ideo a vobis, ut id sym-  
bolum cantando vel scribendo inferatur, illicitum  
ducatur vel dicatur, quia illi qui idem symbolum  
concliderunt non indiderunt, ut (d) cetera, & se-  
quentes principales synodi, Chalcedonenlis scilicet  
quarta, Constantinopolitana quoque quinta & sex-  
ta, ut novum ultra symbolum (e) a quoquam  
qualibet necessitate, seu salvandi homines devo-  
tione, conderere, & in veteribus tollendo, adden-  
do, mutandove quidquam inferere (f) prohibue-  
runt, non est ibi diutius immorandum. Sed hoc  
(g) quapro, hoc ut dicatur rogo: quia id credere  
bonum est, bonum hodie sicut ad credendum ita  
ad cantandum tunc esse, si ab eis inferunt fuis-  
set. PAPA. Bonum certe, & valde bonum, utpo-  
te tam fidei sacramentum magnum, quod non li-  
cet non credere, quisquis ad hoc valet pertingere.  
MISSI. Numquid non bene idem tunc auctores fe-  
cissent, si quatuor tantum addendo syllabas, tam  
pernecessarium fidei sacramentum cunctis deinceps  
saeculis perspicuum redderetur? PAPA. Sicut non  
audeo dicere non bene fecisse, si fecissent, quia  
procul dubio sicut cetera quae vel omiserunt, scien-  
tes utique, & non tam humana, quam divina il-  
luminati sapientia fecerunt, ita quoque non audeo  
dicere illud eos nobis minus intellexisse; perpen-  
dissime cur dimiserunt, vel cur dimissum, ne ultra  
mitteretur, sicut & cetera prohibuere. Tu & tui  
videre quid sentias de vobis. Nam & ego me il-  
lis non dico praeferam, sed etiam illud absit mihi  
ut coarquare praesumam. MISSI. Absit etiam, pater,  
Deo nostro protegente, illud a nobis, ut nos quid-  
quam horum cogitemus vel dicamus, vel superbia  
inflati, vel in divinis rebus humanae laudis cupi-  
dine provocati, ac si nosmet illis non tantum praer-  
ferre, verum etiam coarquare praesumamus: sed  
tantum secundum hujus temporis qualitatem, &  
imbecillitatem fratrum nostrorum caritate compa-  
tientes, illud quaerimus, in eo laboramus, ut,  
quia finis mundi appropinquat, in quo sicut praer-  
dicta sunt tempora periculosa, etiam ideo inter ce-  
tera maxime fratribus nostris prodesse valeamus.  
Quo ergo fideles in Domino in sacramento fidei  
reddere studeamus; & idcirco quia praefatum sym-  
bolum a quibusdam ita cantari reperimus, & quod

que per hoc nunc jam plurimos doctos, & sine  
sine ulque in finem saeculi de tanto mysterio, si  
ita teneatur, instruendos esse cognovimus, quine-  
quaquam instrueretur, nisi cantaretur: melius no-  
bis visum fuit cantando tantos instruere, quam ta-  
cendo indoctos relinquere. Si enim sciret paterni-  
tas tua, quanta sunt hodie millia id scientiam,  
quia cantatur, qui nunquam scituri essent nisi can-  
taretur, fortasse nobiscum teneres, & id tuo etiam  
consensu ut cantaretur acquiesceres. PAPA. Inter-  
rim assentio: Verumtamen, quaeso, responde mihi:  
Num universa hujusmodi fidei mystica sacra-  
menta, quae symbolo non continentur, sine qui-  
bus quisque, qui ad hoc pertingere potest, catho-  
licus esse non potest, symbolis inferenda, & pro-  
pter compendium minus intelligentium, ut cuique  
libuerit, addenda sunt? MISSI. Nequaquam: quia  
non aequae omnia necessaria sunt. PAPA. Etsi non  
omnia, certe plurima sunt his similia, quae nisi a  
capientibus credantur, catholici esse non possunt.  
MISSI. Dabisne aliquid, non dico sublimius, sed  
saltem huic simile symbolo deesse? PAPA. Nempe  
dabo, & abundanter dabo. MISSI. Da primo unum,  
& si necesse fuerit, adde alterum. PAPA. Quia  
amica agitur contentione quod agitur, & pro utra-  
rumque partium quaeritur salute quod quaeritur,  
(atque utinam quoties aliquid hujusmodi in ma-  
joribus seu in minoribus ecclesiasticis vel catho-  
licis utilitatibus quaeritur, ita per omnia pacifice  
sine perversa intentione quaereretur) ne quid forte  
de tam reverendis mysteriis temere loquamur,  
detur considerandi locus, & dabimus quidquid de  
his dederit Dominus. Et nocturna dilacione congrua  
data, ait PAPA: Numquid magis salutare est cre-  
dere, periculosumve non credere, Spiritum san-  
ctum a Filio sicut a Patre procedere, quam Filium  
sapientiam Deum a sapientia Deo, veritatem  
Deum a veritate Deo genitum esse, & tamen  
utrumque unam sapientiam, unam veritatem es-  
sentialiter Deum esse, cum tamen constet id a  
sanctis patribus eidem symbolo inditum non esse?  
Si ergo haec duo, sicuti sapientes decet, in tam  
familiari disputatione ad hoc valent, ut nobiscum  
sentias & cognoscatis, tot priores catholicos pa-  
trea, qui hoc unde agitur vel symbolis non infe-  
runt, vel inferere quemadmodum cetera, ut su-  
pra dictum est, prohibuere: non praesenti ignoran-  
tia, non futura negligentia providentia praetermissis-  
se, & praetermissum ne mitteretur prohibuisse, a  
coarquantis testimoniis libentissime quiescimus.  
Sciendum vero, non solum secundum essentiam  
divinitatis, verum etiam secundum mysterium Do-  
minicae incarnationis, tanta, Deo auctore, & ex  
eorundem patrum auctoritate damus & talia, quan-  
ta non solum sapientibus satisfacere, sed etiam  
stultos valent opprimere. MISSI. Non inquam ne-  
cesse est in eo laborare, an nesciamus quod sci-  
mus: quia quidquid exinde ceteri sciunt, nos Deo  
auctore scimus, aut scire possumus, si non scimus.  
PAPA. Hoc est, inquit, quod miramur, qui sine  
proficuo labore potestis quiescere, laboratis ne  
quiescatis. MISSI. Non ideo laboramus ne quie-  
scamus, sed ne propter inertiam pii laboris praer-  
mium amittamus, & salva diligentiore inquisitio-  
ne, declinataque pertinaci contentione, adhuc ma-  
jus aestimamus lucrum, quod per hoc in corde que-  
ren-

(a) reverentia confirmandum ita est? P. Si ita est, quisquis hoc nescierit vel ita non crediderit, non poterit esse sal-  
vus. P. Quisquis &c. (b) cantando docere licet; (c) docendo et.  
(d) cetera sequentes. (e) Deest a quoquam, & pro qualibet scriptum est quantalibet.  
(f) prohibetur. (g) Huc usque Turinens. Cod. Cetera bibliopis adeo tenaci glutinae cum succedenti  
folio devinxit, ut avalli nulla arte potuerit.



ANNO CHRISTI 809.

ANNO CHRISTI 809.

rentiam acquiratur, quam detrimentum in eo fieri illorum qui addiderunt, ac si per contumaciam contemptores paternarum constitutionum existere. Aliud est enim per arrogantiam transilendo bona contemnere, aliud bona per benevolentiam meliora efficere. PAPA. Illud quoque etiam in quibusdam ut agatur bonum est, non tamen ideo ubique agenda est. Quia de re multa id ita esse probentis addi poterant testimonia: sed res per se admodum patet, quanto melius sit, ut quisque quodlibet bonum ita ut est utile reddere studeat: aut, si forte id ipsum bonum melius efficiere nititur, hoc primo caveat, hoc magno opere perpendat, ne & se ultra quam debuit temerarium presumendo, & illud quod per se salubre erat reddat noxium corumpendo. Nisi quis forte asserere velit de presententi unde agitur, vel similibus capitulis, quae sine periculo suo docere licet & discere, ut ordo docendi licitus dimittatur, & ibi deserantur, ubi nunquam deinceps docens aut discens innocens, sed semper sane in transgressiois crimine merito culpabilis uterque iudicetur. Quod te fortasse, si non dedigneris audire, non immerito tangit: qui hic quod haecenus in ecclesia Dei, & sibi quisque sapiens scire, & sine cogitatione delicti intemperanter potuit docere, jam deinceps non dico stultus discere, sed nec ipse sapiens sine praevagatione possit cantare, cantandove ut vultis quemquam docere, & dum multis alio quam debetis tramite proficere eligitis, nullum in hac dumtaxat parte dimittitis, cui si vos secutus fuerit non nocentis. Nam de eo quod supra diximus, non aequo iudicandus vel habendus sit ille, qui tale aliquid devote fructum quaerendo ageret, illo qui hoc contumaci iussione praesumeret. Haec defensio, vel, si dici liceat, tergiversatio, non huc respicit, non istud intendit: quia non idem patres discernendo vel decreverunt, nec sanxerunt, ut ipsum benevolens praesumeret, non malevolus, sed tantummodo nullus. MISSI. Numquid non a te id ipsum symbolum est data in ecclesia cantandi licentia? Numquid a nobis huc usus ille cantandi processit? Hinc etenim illuc mos idem cantandi, non a nobis huc adventit: & quomodo illum usque hodie cantamus? PAPA. Ego licentiam dedi cantandi; non autem cantando quidpiam addendi, minuendi, seu mutandi: & ut expressius aliquid, quia vos cogitis, loquar, quamdiu vobis in hoc satis fuit, quomodo in huiusmodi cantando vel celebrando sacrosanctis mysteriis sancta Romana tenet ecclesia, nequaquam aut nobis in talibus laborare, aut aliis laborandi occasionem necesse fuit ingerere. Quod vero asseritis ideo vos ita cantare, quoniam alios in istis partibus vobis priores audistis canisse, quid ad nos? Nos enim id ipsum non cantamus, sed legimus, & legendo docere, nec tamen legendo aut docendo addere quidpiam eidem symbolo inferendo praesumimus. Quae vero praedictis symbolis fidei tantum non congruentia deesse cognoscimus, non, ut saepe dictum est, inferere praesumimus, sed locis temporibusve opportunis quibus competet ministrare curamus. MISSI. Ergo, ut video, illud a vestra paternitate decernitur, ut primo illud, de quo questio agitur, de saepe fato symbolo tollatur, & tunc demum a quolibet licite ac libere, sive cantando, sive tradendo, discatur & doceatur. PAPA. Ita procul dubio a nostra parte decernitur: ita quoque ut a vestra assentiatur, a nobis omnimodis suscedatur. MISSI. Quamquam ergo, ut supra ipse dixisti, pro ambarum partium quaeritur salute quod quaeritur, sublatis his quae vultis, bonum est ut idem symbolum cantetur. PAPA. Bonum sane. Quod tamen non imperando, sed ut prius

permittere dicimus: quia illud sicuti tunc ita & nunc, si sincere agatur, utile indigentibus esse posse non ignoramus. MISSI. Quia vero, ut dicitis, & verum dicitis, bonum est cantare id ipsum symbolum: numquid enim si sermo plenus recta fide & medio tollatur, idem sermo ab omnibus ac si contra fidem sit condemnabitur? Quare ergo dabis consilium, ne id ipsum ad aliquod transeat exitium? PAPA. Si priusquam ita cantaretur interrogatus essem, ne insereretur utique respondissem. At nunc, quod tamen non affirmando, sed vobiscum pariter tractando dico, quantum menti occurrit, ita mihi videtur posse utrumque fieri: ut paulatim in palatio, quia in nostra sancta ecclesia non canatur, cantandi consuetudo ejusdem symboli intermittatur: sicque fiat, ut quod id ipsum ut cantaretur non quilibet imperantis auctoritas, sed potius audiendi id fecerat novitas; si dimittatur a vobis, dimittetur ab omnibus: & ita fortasse quantum esse potest, non incongrue utrumque fieri possit: ut quod jam nunc a quibusque prius nescientibus recte creditur, credatur, & tamen illicita cantandi consuetudo sine cuiusque fidei laesione tollatur.

NOTAE SEVERINI BINII.

a. *Constitutum.* De tempore & causa huius Concilii auctoritate Francorum anno 809. hoc scribitur: *Imperator de Aedonna Aquisgranum reversus mense Novembri Concilium cili habuit de processione Spiritus sancti &c.* Haec annales alii quoque omnes historici. Non disputatur, an (quod sanctus Leo magnus ante haec tempora Gallis & Hispanis indulsit) symbolum Nicaenum & Constantinopolitanum cantare liceret: sed tantum hoc controversabatur, an symbolum hac voce *Illique* bene audiret, & in ecclesia cum huiusmodi additamento bene cantaretur. Quid sit adum Romanus a legatis quos synodus miserat, docent nos vetera ecclesiastica monumenta ex Zmaragdi ad Carolum epistola, cui ipsa acta inferuntur hac inscriptione notata.

b. *Relatio qua habita est de Symbolo fidei* &c. Apud Baronium extat anno 809. num. 34. atque ad num. 63. inclusiva. sic autem se habet: *Legit a praedictis missi &c. ut supra.*

Post hac autem Leo papa custos antiquitatis, ab eis praesumptis absque consensu apostolicis sedis licentia vindicem assurgens, non solum verbis differendo & praecipiendo, quid vellet fieri, patefecit; sed insubribile monumentum erigendum paravit, quo praeteritae innovaretur, in sacro symbolo esse nihil addendum. Si quidem in basilica S. Petri (non autem Pauli, ut aliqui asserunt) duas tabulas argentearum ad consuetudinem ejusdem S. Petri addendas & revivit, in quarum altera symbolum Latine scriptum legitur, in altera vero Graece exaratum absque aliquo quatuor illarum syllabarum additamento *Illique*, sed illud in suo pristino candore voluit integrum permanere. Est mentio harum tabularum apud Anastasium in ipso Leone, dum agens de basilica S. Petri collatis donis hac ait, postquam de ornamentis oblati eidem ecclesiae nonnulla praemisit: *Hic vero, inquit, pro amore & cavenda orthodosa fides scripti ubi supra scripti argentearum duae, scriptis utraque symbolo, unum quidem litteris Graecis, & alium Latenti, sedentem dextera laevaque super ingressam corporis, posteaque argenti libras nonaginta quatuor, & unctas sex.* Haec ibi.

Quanto autem, & qua occasione illa verba, *Illique*, in eadem auctoritate Romani pontificis in symbolum in Romana ecclesia sine rapina, alia postea causa, suo loco dicturi sumus, ac quando pariter capiam si idem symbolum in eadem ecclesia canit, par erit suo loco tractatio. Vvalafridus Strabo temporis huius scriptor tradit, usum hunc cantandi symbolum a tempore damnatae Feliciana huiusmodi in Gallia atque Germania frequentatum, atque eadem ratione factum, ut Constantinopolitanum potius quam Nicaenum in ecclesia caneretur, quod scilicet Constantinopolitanum apertius videretur modulis massicis. Sed cur non potius, quod hoc plenius sit, utpote quod de Spiritu sancti divinitate habeat magis expressam sententiam.

OBSERVATIO PHILIPPI LABBE, S. J.

Testimonia sanctorum patrum, quorum in principio huiusmodi narrationis sit mentio, teste Holstenio subiunguntur in Vaticano ms. ipsemet collationi. In ms. vero serenissimi regis Suecorum extat epistola Caroli imperatoris ad Loonem III. de processione Spiritus sancti, ex Pilo per dilectos missos (Bernarium, Jesse & Adalacum) directis, quam & Zmaragdus abbas edidit, & super in locum emissa est post synodos Romanas ab eodem Holstenio collectas.

ANNO  
CHRISTI  
809.

EPISTOLA CAROLI IMPERATOR.

AD LEONEM III. PAPAM URBS ROMA DIRECTA, & a Zmarago abbate edita, qui & collationem cum papa eodem Romae habitam a legato seu milite Caroli magni Bernario atque Jesse episcopis & Adalardo abbate Corbeja concispsit relatum a Beronio in annales ecclesiasticos, & a Sirmondo tomo II. Conciliorum Gallie ad annum Christi 809.

Quæstio quæ de Spiritu sancti processione est nuper exorta, jamdudum est diligentissime a sanctis patribus ventilata. Sed quia jam diu a querentibus neglecta jacebat; non quievit quasi antiquitus ventilata, sed quasi quædam his temporibus nobis subito emerfit occulta, quod divinitus spiratum fideliter credens non dubito. Crebris etenim quæstionum idibus præfens ecclesia tunditur, ut doctrinis catholicis erudita, sanæque fidei confessionibus elimata, in æternum quoadque hereditate filiorum percepta vivere cum Domino valeat felicitate regnatura. Sed quia, ut præfatus sum, hæc quæstio diu a querentibus indidiscussa jacebat, voluit omnipotens Deus in eandem suscitare corda pastorum, ut negligentia torpore sublato exercitationis sanctæ brachio cælestem valeant perfodere thesaurum. Sermonis etenim dominici sarculo sæpius divinarum scripturarum pastores debent proficindere campum, ne zizania satoris iniqui semenque malignum formosum si tritici valeat opprimere fructum: aut volans passim volueris hæretica semen catholicum a cordibus rapiat parvulorum: horridaque spinarum emerisio Domini nitidam possit suffocare segetem. Lætionis etenim sacræ cognitio imbecillis baculum, nervosis arma ministrat, hostium subdolas fortiter premit insidias, & victoribus æternas feliciter promittit coronas. Ergo procul a pastoribus negligentia torpor abscedat; procul a mentis acumine inertia damnosa recedat, mollisque lascivia corporis membra relinquat, & altus sopor mollisque somnus in rigidas lucrosasque lætionis emergat excubias, ut ecclesie ager optimus, doctorumque semine satus, valeat centenos omnipotenti reddere fructus. Jam nunc adgrediar de Spiritu sancti processione. Quod Spiritus Patris sit in Filio, idemque Spiritus & Patris sit & Filii, Esaias testatur, ubi vox Patris ait ad Filium: Spiritus meus est in te, & verba mea qua posui in ore tuo, non recedant de ore tuo, & de ore seminis tui amodo & usque in sempiternum. Item in Esaiâ scriptum est: Ibi obviaverunt sibi cervi, & viderunt facies suas mutuo. Transierunt; unus ex eis non perivit, & Spiritus ejus congregavit eos. Cervos hic apostolos præfci patres intellexerunt, quos Spiritus Christi in Hierusalem congregavit, ubi se obviantes mutuo salutaverunt. Igitur quod Patris sit Spiritus, ipse Dominus apostolis ait: Non enim vos estis qui loquimini, sed Spiritus patris vestri, qui loquitur in vobis. Et quod idem Spiritus Filii sit, Paulus testatur dicens: Si quis autem Spiritum Christi non habet, hic non est ejus. Itemque in epistola ad Galatas ait: Quoniam autem estis filii Dei, misit Deus Spiritum filii sui in corda vestra clamantem, abba pater. Beatus quoque Petrus in epistola sua ait: Reportantes finem fidei vestra, salutem animarum. De qua salute exquisierunt atque scrutati sunt propheta, qui de futura in vobis gratia prophetaverunt, scrutantes in quod vel quale tempus significaret qui in eis erat Spiritus Christi, prænantians eas que in Christo sunt passiones & posteriores glorias. Et Dominus in evangelio ait: Cum venerit paracletus Spiritus veritatis, qui a Patre

procedit. Ubi suum esse Spiritum docuit, quia ipse est veritas, & Patris a quo eum dixit procedere. Quod Spiritum sanctum dedit Pater apostolis, in epistola ad Corinthios secunda scriptum est: Aut enim inter cetera: Qui autem confirmatus est in Christo, & qui vocatus est Dominus, & qui cognovit nos, & dedit signum Spiritus in cordibus nostris. Item in epistola ad Thessalonicenses prima: Non enim vocatus, ait, nos Dominus in immunditiam, sed in sanctificationem. Itaque qui hoc spernit, non hominem spernit, sed Deum; qui etiam dedit Spiritum suum sanctum in vobis. Et quod eundem Spiritum sanctum dedit & Filius, in epistola Joannis scriptum est: In hoc intelligimus quoniam in eo morabimur, & ipse in vobis, quoniam de Spiritu suo dedit vobis. Quod Spiritum sanctum effudit Pater in discipulos in epistola ad Titum scriptum est: Cum autem benignitas & humanitas apparuit salvatoris vestri, non ex operibus iustitia, que fecimus nos, sed secundum suam misericordiam salvos nos fecit per lavacrum regenerationis & renovationis Spiritus sancti, quem effudit in nos abunde per Jesum Christum salvatorem nostrum. Quod & eundem Spiritum sanctum effudit Filius, in actibus scribitur apostolorum: ajunt enim apostoli inter cetera: Hunc Jesum resuscitavit Deus, cujus nos omnes testes sumus. Deus igitur Dei exaltatus, & promissione Spiritus accepta a Patre effudit hunc quem vos vidistis & audistis. Item quod una sit a Patre & Filio Spiritus sancti effusio Joële testante didicimus: ait enim vox Patris simul & Filii: Effundam de Spiritu meo super omnem carnem, & prophetabunt filii vestri, & filia vestra: Senes vestri somnia somniant, & juvenes vestri visiones videbunt: sed & super servos meos, & super ancillas meas in diebus illis effundam de Spiritu meo, & dabo prodigia in celo & in terra. Quod Spiritus sanctus oris sit Patris in psalmo trigésimo secundo legitur: Verbo Domini cali firmati sunt, & Spiritus oris ejus omnis virtus eorum. Et quod os sit Filii, in Esaiâ scriptum est: ait enim idem propheta de filio: Percutiet terram virga oris sui, & Spiritu labiorum suorum interficiet impium. Cui sententia concordans Paulus in epistola ad Thessalonicenses ait: Es tunc revelabitur ille iniquus, quem dominus Jesus interficiet Spiritu oris sui, & destruet illustratione adventus sui. Quod Spiritus a Patre procedat, ipse Dominus testatur dicens: Spiritus qui a Patre procedit, ille me clarificabit; & cetera talia plura in evangelii inveniuntur testimonia. Et quod idem Spiritus procedat a Filio, liber Job ore dominico lacratu testis est: ubi hæc inter cetera ait: Et audite auditionem in terræ vocis ejus, & sonum de ore illius procedentem. Hoc in loco os Patris Filii est intelligentem. Sonus vero de ore illius procedens Spiritus sanctus, qui a Filio procedens cum tonitu super apostolos in igne descendens apparuit, sicut apostolorum testatur actus, ubi scribitur: Dum complerentur dies pentecostes, erant omnes pariter in eodem loco: & factus est repente de celo sonus tamquam adventus Spiritus validissimi, & repletus totam domum ubi erant sedentes. Et apparuerunt illis dispersa lingua tamquam ignis, sedisque supra singulos eorum, & repleti sunt omnes Spiritu sancto. Beatus autem Gregorius hunc supradictum libri Job versiculum exponens, inter cetera sic ait: Potest autem per os Dei unigenitus Filii designari; per sonum vero oris potest ejusdem Spiritus sanctus designari. Sonus igitur de ore Domini procedit, cum consubstantialis ejus Spiritus ad nos per Filium veniens surditatem nostram insensibilitatis sumpsit. De hac igitur ipsa processione qua Spiritus sanctus a Filio procedit sicut procedit

ANNO  
CHRISTI  
809.

1. Co. 1.

111. 1.

1. Jo. 1.

1. Ti. 1.

10. 1.

1. Jo. 1.

1. Jo. 1.

1. Jo. 1.

1. Jo. 1.

1. Jo. 1.

1. Jo. 1.

1. Jo. 1.

1. Jo. 1.

1. Jo. 1.

1. Jo. 1.

1. Jo. 1.

1. Jo. 1.

1. Jo. 1.

ANNO CHRISTI 309.

ANNO CHRISTI 309.

dit a Patre, beatus Athanasius in libro quem scripsit contra Arium inter cetera sic ait. Ego credo Filium in Patre, & Patrem in Filio: Spiritum quoque paraclitum, qui procedit a Patre, & Filii esse & Patris, quia & a Filio procedit: sicut in evangelio scriptum est, quod per insufflationem suam dederit in discipulis suis Spiritum sanctum, dicens: Accipite Spiritum sanctum, quorum remissis peccata, remittentur eis: & cetera. Cyrillus quoque de hac ipsa Spiritus sancti processione contra Nestorium inter cetera sic ait: Quamvis enim in sua sit substantia Spiritus, & ejus intelligatur in persona proprietates, juxta id quod Spiritus est, & non Filius: attamen alienus non est ab illo; nam Spiritus appellatus est veritatis, & veritas Christus est. Unde & ab isto similiter sicut & a Deo Patre procedit. Ambrosius inter cetera de Spiritu sancto sic ait: Non enim quasi ex loco mittitur Spiritus, aut quasi ex loco procedit, quando procedit ex Filio. Hieronymus quoque de hac ipsa Spiritus sancti processione in symboli expositione inter cetera sic ait: Spiritus qui a Patre & Filio procedit, Patri Filioque conternus & per omnia conqualis est. Hac est sancta trinitas: id est, Pater, & Filius, & Spiritus sanctus, una est deitas & potentia, una & essentia; id est, Pater qui genuit, Filiusque genitus, & Spiritus sanctus qui ex Patre Filioque procedit: Hac tria unus Deus est. Augustinus quoque in expositione fidei catholicae inter cetera sic ait: In illa igitur sancta trinitate unus est Pater, qui solus de se ipso essentialiter unum genuit Filium: & unus Filius, qui de uno Patre solus est essentialiter natus: & unus Spiritus, qui solus essentialiter de Patre Filioque procedit. Item ipse adversus Maximinum haereticum: Quisris a me, si de substantia Patris est Filius; de substantia Patris est etiam Spiritus sanctus; cur unus Filius, & alius non sit Filius? Ecce respondeo, sive capias, sive non capias. De Patre est Filius; de Patre & Spiritus sanctus: sed ille genitus est, iste procedens; ideo ille Filius est Patris de quo est genitus, iste autem Spiritus utriusque, quoniam de utroque procedit. Et post paululum ipse: Amborum est ergo Spiritus procedendo de ambobus. Item ipse in libro de trinitate inter cetera ait: Cum per scripturarum sanctarum testimonia docuissim, de utroque procedere Spiritum sanctum: si ergo inquam & de Patre, & de Filio procedit Spiritus sanctus; cur Filius dixit: De Patre procedit? Cur putas, nisi quemadmodum solet ad eum referre & quod ipse est, de quo ipse est. Unde illud est quod ait: *Mea doctrina non est mea, sed ejus qui misit me.* Si igitur hic intelligitur ejus doctrina, quam tamen dixit non esse suam sed Patris; quanto magis illic intelligendus est & de ipso procedere Spiritus sanctus ubi sic ait: *De Patre procedit, ut non diceret, de me non procedit.* A quo autem habet Filium ut sit Deus: si enim de Deo Deus, ab illo habet utique, ut etiam de illo procedat Spiritus sanctus: ac per hoc Spiritus sanctus ut etiam de illo procedat sicut procedit de Patre, ab ipso habet Patre. Item ipse Spiritus sanctus. Spiritus vero sanctus nondum de Patre procedit in Filium, & de Filio procedit ad sanctificandam creaturam, sed simul de utroque procedit: quamvis hoc Filio Pater dederit, ut quemadmodum de se, ita quoque de illo procedat. Hac a nobis summo opulante opifice de Spiritus sancti processione sunt testimonia; ut divinatorum librorum sententia visus, multorumque orthodoxorum nube testimonium pressus veritati non valeat resistere inimicus; sed potius sententia catholicis veridicisque

suasus testimonis, revertatur ad tutissimum ecclesiam suam, ut pariter catholico educatus in gremio, quandoque aeternum cum filiis mereatur accipere regnum.

Explicit epistola.

ADNOTATIO P. ANTONII PAGI ad An. Ch. 309. n. 3. & 199.

Eginhardus in Annal. de Concilio Aquigranensi hoc anno celebrato hac habet: *Imperator de Aduenna Aquigranense ni reversus, mense Novembre Concilium habuit de Processione Spiritus sancti: quam questionem Joannem quidam Monachus Hierosolymis primo commovit. Cujus definienda causa Bertharum, Episcopus Vormacensis & Alabardus Abbas Monasterii Corbejae, Romam ad Leonem Papam missi sunt. Agitationem est etiam in eodem Concilio de statu Ecclesiarum, & conversatione eorum, qui in eis Deo servare dicuntur: nec aliquid tamen definitum est, propter remum (ut videbatur) magnitudinem. Idem habent reliqui Annalists ac Ado in Chronico, qui tamen loco Bertharum Episcopi Vormacensis mendosa habet, Episcopi Vormacensis. Carrum enim hoc tempore Bertharum Episcopatum Vormacensem gestisse; ut hoc anno num. VIII. & seqq. demonstrat Constantius, ubi & refellit Simonium, qui Tom. II. Conc. Gall. duobus illis Legatis adnumerandum censet Jesso Ambianensem Episcopum, quod Simonius ait constare ex Actis ipsius Legationis, hoc est ex Collocatione cum Papa Roma a Legatis habita, & ex *Vita Caroli Magni*, in qua tamen fatetur, *ibi deponatum nomen illius Ambianensis Episcopi legi, & intelligit vitam Caroli M. a Monacho Egolesmense scriptam, quae etiam Baronio num. 211. imposuit.* Nam a quo alio id accepit Baronius, non reperio. Verum in illis nulla sit mentio Ambianensis Episcopi, sed in sola dumtaxat inscriptione, qua Jesso Episcopus cum Berthario Episcopo & Adalardo Abbate memoratur, ut videtur est apud Baronium qui illam retinet. Hac verba inscriptionis. *Ratio qua habita est de Symbolo fidei, in Secretario B. Petri Apostoli, inter D. Leonem Sanctissimum & Coronantem Papam Urbis Roma, & Bertharum atque Jesso Episcopos, seu Adalardum Abbatem Monasterii D. Caroli imperatoris per Indictionem secundam.* Nomen enim Jesso in ea inscriptione ab imperio Pontificatus litterarum ad Ritualem Archiepiscopum Moguntiacensem, quas Simonius praedia Legationis Actis subiecit. Hoc eundem litterarum exordium: *Leo Episcopus servus servorum Dei Reverentissimo & Sanctissimo Riculfo Episcopo Cum ad limina Beatorum Principum Apostolorum Bertharicus Venerabilis Episcopus una cum Adalardo Religioso Abbate Missi filii nostri Domini Caroli Serenissimi Imperatoris conjunxissent.* Patet secundo, inscriptionem istam additamentum esse cuiuspiam scilicet, quia Indictio secunda cum mense Augusto hoc anno absoluta est, & Annalists omnes testantur, Aquigranensem Synodum mense Novembri congregatam fuisse, ideoque currente Indictione tertia.*

Per Bertharum Vormacensem Episcopum & Adalardum Abbatem Corbejaensem Synodus Aquigranensis Legatis ad Leonem II. Leoni Papa litteras dedit ab Holstino primum publicatas, quibus hic praefixus est titulus: *Epistola Caroli Imper. ad Leonem III. Papam Urbis Roma directa, a Zmaragdo edita.* In supplemento vero Conciliorum a Lalando collecto huic Epistola haec inscriptio praefixa: *Epistola Caroli Magni Imper. ad Leonem III. Papam Urbis Roma directa, a Zmaragdo Abbate Sancti Michaelis, in Ducis Viridunensis edita de Processione Spiritus sancti, quam inscriptionem probat Mabillonius Tom. II. Vet. Analist. in Notis ad Chronicon Monasterii Sancti Michaelis in Pago Viridunensi.* Et littera ita exordiantur: *Quaestio qua de Spiritus sancti Processione est super exorta, jam dudum est diligentissime Sanctis Patribus ventilata. Sed quia jam dudum a quarentibus neglecta jacet, non quod quasi antiquitate ventilata, sed quia quaedam his temporibus nobis subite emerit occulta; quod dicitur Spiritum sanctum credens non dubito. Crebri etiam questionum istibus praesens Ecclesia tandem, ut debetis Cardinalibus vultis a, sanaque fidei confessionibus estimata, in aeternum quandoque hereditate filiorum percipere utroque cum Domino valeat feliciter regnare. Sed quia, ut praefatus sum, hac quaestio diu a quarentibus indiducsa jacet, vultis Omnipotens Deus in eandem suscitare corda Pastorum, ut negligentia tempore sublato cultivationi Sancta brachia calefactum valeant perfodere obscurum. Sermonis etiam Domini saeculo sapientia Divinarum Scripturarum Pastores debent praesentando campum, ne quanta sanctorum iniqui seminaeque malignam formam tristes valeant opprimere fructum: aut volens passim voluerit haereticis seminae Catholico a cordibus raptae parvulorum: hinc quoque Spirituum emerit Domini misericordiam posse suffragari segetem. Lestanti etiam terra conquisita imbecilliter baculum, nervosque arma ministrat, bestium subdulus forsiter praemis insidias, & villis suis avaris feliciter praemis coronas. Ergo praesens a Pastores negligentia tempore abscedat; praesens a mentis acuminis inertia demersa recedat, mollisque lasciva corporis membra adinquet;*

Joan. 10.

Joan. 7.

Forte, cf. cum. H.

Epistola ad Leonem II.

CONCILIIUM AQUISGRANENSE.

ANNO CHRISTI 809.

In saeculo...

37. Et aliter sepe nullisque semper in vigilia... ANNO CHRISTI 809. In saeculo... ANNO CHRISTI 809. Deinde Theodulphus Arelanensis Episcopus...

A. Afer, Proclus, Agnellus, Cassiodorus, Prudentius, Opus... ANNO CHRISTI 809. Deinde Theodulphus Arelanensis Episcopus...

ANNO CHRISTI 809.

Real probatur...



CAROLI MAGNI IMPERATORIS BREVIARIUM DIVISIONIS THESAURORUM.

ANNO CHRISTI 811.

ANNO CHRISTI 811.

Quam post obitum suum observari iussit.

Edinbartus in vita Caroli Magni ita scribit: Distributionem thesaurorum & pecuniarum ac vestium...

Distributio per illorum suffragium rata permaneret: quid ex his quae diviserat fieri vellet, breviario comprehendit, cujus ratio ac textus talis est: (a) In nomine Domini &c. Extant in Baluz. T. 1. pag. 487. edit. Paris.

NICE-

(a) Nomina Episcoporum & Abbatum, de quibus in hoc diplomate fit mentio, sic a Pagio indicantur. Hildebaldus Archiepiscopus Colonienis, Riculphus Archiepiscopus Moguntinus, Arno Archiepiscopus Salisburg, Vulfarino Archiepiscopus Romenis, Bernuinus Archiepiscopus Vefontionensis, Luldradus Archiepiscopus Lugdunensis, Joannes Archiepiscopus Arelatenis, Theodulphus Episcopus Arelatenis, Iesse Episcopus Ambianensis, Hatto Episcopus Basiliensis, Vulpandus, seu Valdecandus Episcopus Leodiensis. Pagius ad An. Ch. 811. n. 5. Fridulfus Abbas San-Martinianus, Idem ibid. Inter civitates hic signatas omnia sunt Aqua Sextis, Narbo, Ausci seu Elusa olim caput seu metropolis Novempopulaniae. Labrous.

NICEPHORI CONSTANTINOPOLITANI

AD LEONEM PONTIFICEM MAX. EPISTOLA.

THEODORO PELTANO SOCIET. JESU. THEOL. INTERPRETE.

(I) ARGUMENTUM.

Propter diaboli seditionem, crebros humana vita lapsus, continos malvolorum morsus, maneris gravitatem, aliaque id genus non paucis episcopale munus cum dignitate, publica quoque utilitate obire arduum esse docet, seseque proinde, quod suam ipse vitam recte instituisse vix queat, ad eam functionem assumi non debuisse subiungit, quod vita genus, antequam episcopus crearetur, sectatus fuerit, tum qua ratione, & occasione ad patriarchatum Constantinopolitanum pervenerit; Romani pontificis opem, ejusdemque fidem & apud Deum deprecationem imploret; fidem Romanorum ab apostolo laudatam, ipse quoque laudat: addit tubilominus fidei gratiam non solum videri, sed nova quoque Roma, immo omnium gentium & nationum esse, quod apostolicus sermo per omnium mundi plagam pervasisset: subiecit his suam, suaque ecclesia confessionem, qua proinde & eleganter declarat, se ab omnibus iis erroribus, & haereticis alienum esse, qui vel Constantinopoli, vel alibi usquam contra Christum, ejusque ecclesiam existerent aliquando: atque ita in omnibus & per omnem sese completis Romane Ecclesiae, ut qua reliquarum mater sit, fidem, omnia vixus concilia ejusdem ecclesiae auctoritate celebrata; cetera denique omnia, qua quovis modo ad fidei unitatem pertinent; quare epistola hac inter alias, qua ad ecclesiarum unionem pertinent, merito reponenda fuit. Excusat se postremo, quod tardius jussu ad Rom. Pont. scripserit, suarum fidei rationum reddiderit. Ceterum Leonem ad quem ep. hac perscribitur, secundum, vel tertium ejus nominis Pont. fuisse ex eo manifestum sit, quod secundum synodum Nicenam, quam sub Adriano primi pontificatu celebratam fuisse constat, sua aetate celebratam fuisse asserat. Adriano autem successit Leo tertius.

• Græcum textum continens cum m. cod. optima vix biblicæ hæc Seguerianæ, le. pletique porreximus & illustravi mus.

ΤΩ ΤΑ ΠΑΝΤΑ ΑΓΙΩΤΑΤΩ

καὶ μακαριωτάτῳ ἀδελφῷ καὶ συλλειτουργῷ κληρῷ Λέοντι πᾶσι τῆς ἀριστοτέλης Ρώμης Νικηφόρος ἐπίσῳ Θεῷ ἐπίσκοπος Κωνσταντινουπόλεως, χαίρειν.

LEONI PAPA ANTIQUE

Roma fratri & communitate per omnia sanctissimo beatissimoque Nicophorus Dei misericordia episcopus Constantinopolitanus in Domino salutem.

ΜΕΓΑΣ ἰσὺ ὡς ἀληθῶς, καὶ ἀξιώματος, καὶ ταύτης ἀφαιρίας ἐπέχεις, ὅτις ποτὶ ὁ πῶς ἐκείνος οἰκίτης, ὅτις δὴ ἐν παραβολαῖς τῶν ἱερῶν κληρῶν καὶ ἀγγελικῶν ἀνετίθεται κληρῶν κληρῶν, ὅτις τὸ κληρῶν καὶ ἀγγελικῶν ἐν τῷ οἰκίᾳ καὶ οἰκονομῶν ἐν κληρῶν τῶν ἐπιτηραμένων τῶν λόγων, καὶ δεκανῶν ὁ κληρῶν καὶ ἀγγελικῶν, ἀλλ' εἰς διον τῶν πικρῶν, καὶ καλῶς ἀποχρησίων, διδύς ἀκείρους τῶν οὐδάλων τῶν σιτημάτων καὶ χορηγῶν ἐκείνος καὶ ἱσχυρῶν ἀναλόγων τῶν ἀποσφορῶν, χαίρειν καὶ ἀγγελικῶν ἱσχυρῶν ὅλων τῶν τοῦ δεσπότη χαίρειν καὶ ἀγγελικῶν ἐφ' ἑαυτῶν ἐπισημῶν, καὶ τὸ λακκῶν καὶ αὐτῶν ἀποχρησίων, καὶ ἐν ἀκαθῶν, ὅτι ἐν αὐτῶν ἐπισημῶν χρονοποσῶν κατὰ ἀδίστασθαι τὸ ἐπισημῶν κατὰ ἀδίστασθαι. διξίος τὸ γὰρ ὑπέρχω ἐν μύλα ἀκείρος, πῶς οὐ καὶ ἀρόνην ἐμμελεσίων ἐκείνος τὸ καὶ παρεσῶν. πῶν μὲν τὸ ἀκαθῶν τὸ ἀγγλικῶν ἀπὸς τῶν δεσπότην τῶν ἐαυτῶν ἐπισημῶν, καὶ ἡκῶν τῶν πικρῶν ἀποχρησίων. πῶν δὲ λογισμῶν τῶν καθῶν, καὶ διανοίας ἡκῶν, καὶ ἀποσφορῶν, καὶ ἀκαθῶν πῶν ἐκείνος ὁ ἀκαθῶν ἀπὸς τῶν ἀκαθῶν. ἀπ' ὅν ἦδὴ τῆς προσσῶν οἰα τῆς δεσπότη τῆς ἀκείρους, καὶ τὸ ἀδύς ἀγαθῶν καὶ πῶν, κατὰ ἀκαθῶν. ἐπὶ ὅλῳ ἡς ἀκείρος ἐπὶ πολλῶν κατὰ τῶν, καὶ εἰς τῶν χαίρειν τὸ κληρῶν αὐτῶν ὁδῶν ἐκείνος ἀκαθῶν ἀποχρησῶν. τῶν αὐτῶν δὴ ἐκείνος τῶν οἰκίτης, καὶ τὸ γὰρ ἀ τὸ ἱσχυρῶν.

Εγὼ δὲ ὁ τῶν οἰκονομῶν καὶ ἰσχυρῶν τῶν διδουμένων. τῶν δὲ οἰκονομῶν καὶ ἀγγλικῶν δεσπότην, μμμελεσίων: ἐπειδὴ σμικρῶς ἔγω, καὶ τῶν πάντων ἐλάττω, καὶ τῶν ἀκαθῶν πῶν καὶ ἀκαθῶν ἀκαθῶν, καὶ ἱσχυρῶν ἐπὶ ἐκείνος

Magnus revera, omnique laude, & admiratione dignus est, quicumque ejusmodi fidelis & prudens servus est, cuiusmodi in sacris evangelii parabolis describitur: talis enim a Domino super familia eius constitutus, gregi tibi commisso, sermonem non supervacue, non pro dige, non imprudenter, sed cum judicio ac pro egentium necessitate, & utilitate dispensans, suisque conservis nitici mensuram opportuno B tempore disperiens, & singulis tandem commode, certa cum proportione necessaria distribuas, non vulgarem apud Dominum suum gratiam ac benevolentiam promeretur, promissaque beatitudinis brevium certe consequitur: enimvero in omnibus, quorum procurator institutus est, proficiens, promissisque obtinendis iculo incumbens, ac fidem cum prudentis & dexteritate, nec non debitam curam sollicitudinemque ubique adhibens, suam erga Dominum benevolentiam, gratumque animum egregie declarat. Quare cum neminem ex iis, qui fidei suæ concediti fuerant, perdat, verum convenienti prudentia, sensumque sobrietate & diligentia, & sinceritate salutem, libertatemque u-

Canaliculique impigre promoveat, & ad eam impetrandam necessaria præstia subministret; sic ut domiaco favore dignatus, adventuque ejusdem elementer visitatus; tamen lætum illud evangelium audiat: Euge serve bone & fidelis, quia in paucis fuisti fidelis, super multate constitutus, intra in gaudium Domini. Hæc itaque fidelis illius servi & opera & præmia sunt.

At vero ego non is sum, qui isthæc rite moderari, dispensareque valeam; sed qui aliorum moderamine atque directione plane indigeam: sum enim admodum exiguus, vere omnium infimus, & hac tam præclara sorte, tantaque functione penitus indigous, & proinde eccle-

• Græcum textum continens cum m. cod. optima vix biblicæ hæc Seguerianæ, le. pletique porreximus & illustravi mus.

• Græcum textum continens cum m. cod. optima vix biblicæ hæc Seguerianæ, le. pletique porreximus & illustravi mus.

(1) Summarium huius Epistolæ accuratissimum exhibet Ignatius Nicephori discipulus in ejus vita die 13. Martii apud Hænsbech. cap. 4. Harduani.

ecclesia, que domus Dei ab apostolo definitur, A...

111111

M. 111111

Quoniam ergo Deo permittente & conniven-

πικρῶσαι, ἥτις ἐστὶν ἀποστολικῶς εἶπος Θεοῦ, βε-

ex codice Segueriano supplentibus que deest

Ἐπεὶ τίνων συγχωρήσει τὴ ἐπὶ παραίσει Θεῷ



35 tuis quam consulto, aut ulla omnino persuasione, aliis gubernandis praefectus sum.

Αὐθρότητον, εἶνε καὶ τὰ πολλὰ ὑπεριδέμενον καὶ ἀκατανόητον ἐπὶ τῶν ἱερατικῶν τυπῶν θρονοῦ ἀπογεῶγον, τυραννίδος μάλῃον ἢ περὶ τῶν ἰσχυρῶν γένετον.

Quia ergo, licet iavitus, colla iugo submittere, animarumque curam, neque digne, neque caritati quoque satis consentaneae suscipere coactus fui, varia apprimereque perplexa totius malitiae auctoris machinamenta, ac laqueos, malignorumque ac insuperabilium spirituum insultus, innatamque eorumdem suavitatem non parum metuo, ne videlicet incogitantem, omnibusque virtutum ornamentis praesidiisque destitutum, repente invadant: (Norunt enim me in spiritualibus, diviniisque exercitationibus necdum satis institutum, sed neque ignorant quoque artis pugnandi adversus ipsos haecenus me minime peritum esse) nec non peccatorum jaculis convulserent, eaque ratione ecclesiasticum gregem dissipent, ac aciem bene ordinatam conturbent, & ruinae tandem indocile imperiteque praelium dirigentis petulantius insulant. Ad haec cum videam dominatum omnem invidiae plenumque obprobriationumque telis obnoxium esse, invidentium dolos, eorumdemque pravitatem non mediocriter suspectam habeo, ut qui res nostras, sive bene, sive secus habentes, curiosissime observare solent. Nam dum trabes in oculis suis non animadvertunt, neque lippitudinem suis luminibus adimere satagunt, aliorum sedulas curiose inquirunt, rerumque admodum tenuium villiumque, & nullius pene momenti caula, linguas suas contra primates impie virulenterque exerunt: & utrimque amarulenter scelerateque jaculantur.

Ἐπεὶ οὖν καὶ μὴ βυλόμενος τὸν ζυγὸν τῆς ἐπιδραμον, καὶ τὸς φροντίδας ἀναδεδεγμένον ἐκ ἀξίας, ἴδε ὡς προσῆκε τῇ χεῖρτι, δίδουκα μὲν ἀπὸ τῶν ποικίλων καὶ πολυπλοκῶν μηχανουργίας τῆ σοφιστικῆς κακίας, καὶ τῶν κτηνῶν καὶ ἀσάτων πειθματῶν τῶν ἐπιναγασῶν, μήποτε γυμνῶν καὶ ἀσπλον τῶν ἐκ τῆς ἀρετῆς κατηρθωμάτων ἐπέδλημμεθα. ὕψω γὰρ με τῶν πειθματικῶν καὶ θεῶν κακοτεχνῶν ἰσχυροῦν, ἢ τῶ κατ' αὐτῶν ἐργουρασμένοι ἢ διαγοισαμένοι κατὰ τὴν ἀπορίθειαν, πῶς τῆς ἀμαρτίας τυραννικῆς βίβασι τὸ ἐκκλησιαστικὸν διοικητικὸν ὑπερβήσῃσι εἶδος, καὶ τῶν ἑταίρων τούτων παρασῶν ἐδραμυλιώνται τῶ τῶ ἀβάλλας καὶ ἀμαθῶς τυραννικῶν ἐπικρατοῦσιν πτωματι. ἔπειτα δὲ ἴδων καὶ τῆς ἀρχῆς τὸ ἐπίστατον καὶ ἐπιφθονοῦ τῶν βασιλευμένων ἐπίσταται τὸ δοληρὸν καὶ κακοῦδες οἱ πάντες ἐπιτηρεῖν σπουδάζουσι τὰ ἡμέτερα ἴτε καὶ ὡς ἱππῶς ἔχοντα. τὸς μὲν δοκῶν τῶν ἰαυτῶν ἐπι κειμῆσιν ἢ βλέποντες ὀμμασιν, ἴδε τῶν λήμλων ἀπὸ τῶν ὀφθαλμῶν ἀποκαθαίρειν αἰρούμενι, ἀλλότεια δὲ κάρην τετραγώνου, καὶ συμκρῶν ἀγῶν καὶ ἀπλῶν ἐπικῶν, καὶ τῶ μινδῶν λόγου ἀξίων τῶν γλώσσας τῶν ἰαυτῶν κατὰ τῶν ἀποχεῶν ἀνοσίως ὀκλήσῃσι καὶ ἀμφοτέρωθεν πικρῶς καὶ ἀδικίῃ τῶ βέλλουσι.

Dominatus enim iavitus...

Cor Dei...

370. 18. Nicph. epist....

Verum certamine hoc cum his tantae potentiae hostibus suscepto, cuius alterius opem, ac patrocinium implorem commodius, quam illius, qui haec permittit, hoc est Dei? eius proinde virtutem auxiliumque jugiter invoco, eundemque, ut benevolo misericordique oculo ad meam tenuitatem respiciat, dextraque manu me succiat, & ad suam voluntatem salutaremque subditorum gubernationem semper dirigat, etiam atque etiam rogo. Qui quidem si in praesentibus difficultatibus ac molestiis opem suam obscurius declarat, id propter nostram accidit malitiam, quo nimirum hac nos ratione ad vitae emendationem alliciat: Vel ideo sane, quo illorum in nos malignitatem ac perversitatem palam faciat, ne subdolorum virulentia callide in animo occultata, maneat incognita, sed quodcumque occultum abditumque in illorum animis delitescit, id totum in lucem proferatur.

Ἀλλὰ τυπῶν ἀναδεδεγμένος τὸν ἀγῶνα, τίμη λαοπὸν ἀρωγῆν καὶ συλλήπτει χρῆσθαι, ἢ τῶ τῶν παραγοῦνται Θεῷ. κατ' ἑξαιρῶν τῶν ἑξαιρῶν Θεῶν, ἀσπλάγχχνον καὶ ἑμῶν ὀμματι ἐπὶ τῶν ἐμῶν ἐπιβλέψαι μεριότητι, κρατῆσαι πὶ τῆς χεῖρος τῆς δεξιῆς, καὶ ὀδηγῆσαι πρὸς πὶ τὸ αὐτῶν θελημα καὶ τῶ ἐγγχευασῶν πρὸς στυπῆσαν κυβέρνησιν. ὅς γε καὶ ἀναβαλλεται ἐπὶ τῶν δυσχερίσιν τῶν καὶ ἀνωσῶν. ἢ διὰ τῶν ἡμετέρων κακίῶν καὶ βελτίωσιν ἐπαύρασιν ἡμῶν, ἢ πρὸς τὸ ἐκείνων εἰς ἡμῶν παραγοῦνται τῶν κακῶν καὶ δόστρον, ὡς αἰ μὴ λαυθάσῃ πικρῶ ὕψωλος, ἐν ψυχῇ δολερῶ ἐμφωλλῶσιν, ἀλλ' εἰς πρῶτον ἐξέλθει καὶ ἐμφανῆς τὸ κρυπτόμενον.

Quia ergo frater a fratre adjutus, est veluti civitas munita, palatiumque repagulis obfirmatum ( quemadmodum Salomon alicubi testatur ) plurimum quidem orationis imploro, sicut plurium quoque praesidii indigeo: At omnium vero maxime sanctas sanctae & in spiritu desideratissimae fraternitatis vestrae preces, & ad Deum intercessionem in praesentia exopto, eademque summopere desidero. Cum enim tuae preces haud secus atque Moysis & Samuelis, aut si quisquam alius unquam his similis extitit, ob sui puritatem maxime Deo appropinquent, restaque ad caeleste illud & spirituale altare ferantur, non dubitamus, quin maximam illae nobis opem, utilitatemque allaturam sint. Opem proinde meae ferre infirmitati, sanctaeque vestras manus in altum sustollite: Confidimus enim efficaciam vestrae fiduciae non defuturam, sed Dei misericordiam benignitatemque, per hanc provocatam, repente nobis adfuturam,

Εἰ δὲ ἀδελφός ὑπὸ ἀδελφῶ βοηθούμενος, ὡς πόλις ὀχυρῶν, καὶ μεμολῶμενον βασίλειον. κατὰ τὸ Σολομώντιον, ἡμῶν νεπέθῃσι, δίδουκα μὲν καὶ ἄλλων πλειόνων ἑχῶν εἰς βοήθειαν μάστιγα δὲ πάντων, τῆς ἡμῶν ἐν πειθματι ποδασοῦσῃ καὶ ἱπρῶν ἀδελφότητος, ἱπρῶν ἑχῶν καὶ πρὸς Θεὸν μυστικῶν κερήσῃσι, ὡς μεγίστῳ ἡμῶν φέρουσι ὀσπίσι καὶ ἐπικρήσιν, οἷα Θεῷ πλησιαζέσῃσι, καὶ πρὸς τὸ αὐτῶ καὶ νεπερὸν ἀναποροῦσῃσι δυσπαστήσιν, κατὰ τῶν ἀποσομιλῶντων ὀμων καὶ ἀποσομιλῶντων, σπέντω πὶ καὶ ἐπιβοηθῶντων. κατὰ τῶν οἱ πειθ Μωυσῆ καὶ Σαμουὴλ ἱπρῶν, καὶ εἰ τις ἄλλος κατ' αὐτῶν πειθ πειθματι. ἑστῶσιν συλλαμβάνει μὲ τῶ ἀδελφῶν, καὶ χεῖρας ὀσπίσι εἰς ἑσῶν δόστρον. πειθισμῶν γὰρ ὑπῆσαν ἀπὸ τῶν παρῆσῃσι τῶν διακῶν, ἀνωσῃσι ἡμῶν τῶν ἑλῶν ἑλῶντες, καὶ ἑλῶν τῶν Θεῶν ἡμῶν ἐργασῶμενον, διακῶσῃσι καὶ ἐπὶ τῶσῃσι τὸ ἀδελφῶν πὶ καὶ αὐτῶν, καὶ τῶ.







AD LEONEM PAPAM EPISTOLA.

αμαρως τῆ ἁποστασία τῷ Θεῷ φως ἐπιλαμβάνεται... ἀναλόγως ταῖς τῆ φωτισμοῦ παραδοχαῖς, κ' πρὸς τὸ εἶναι ἡγήγησαν ἐν ζωῆσι πραγμάτων...

A modo affectam, virtutem omnia intuentem, omniaque perficientem, omnibus cum ratione, tum intellectu quoque praeditis spiritualiter indivulfeque, & proinde per divinus lucis radium presentem, illuminata & existentia omnia, tam in esse, quam in bene esse convenienter, prout cujusque natura fert, conservantem.

Τῶν ἐν τριάδι θεορμῶν, τὸ μὲν, πατὴρ ἀναρχος κ' ἀναίτιος ὑπάρχων. ὁ γὰρ ἐκ τοῦ, ἐν ἑαυτῷ ἑαυτὸ εἶναι ἔχων. τὸ δὲ υἱὸς κ' οὐκ ἀναρχος, ἐκ τοῦ πατρὸς γὰρ, ἀρχὴ γὰρ υἱὸ πατρός, ὡς αἴτιον. οἱ δὲ τῶν ἀπὸ χρόνου λαμβάνοντες ἀρχὴν κ' ἀναρχος. πᾶσι γὰρ χρόνον οὐκ ἐκ χρόνου. ἡγηγησὶ μὲν, αἰδίως δὲ κ' ἀβυσσῶς κ' τῆς πατρὸς χαρακτὴρ ὑποστατικῶς. τὸ δὲ πνεῦμα ἄγιον ἐκ τοῦ πατρὸς τῶν ὑπάρχοντων ἔχων, ὁ ἡγηγησὶ μὲν ἀλλ' ἐκπορεύσθαι, αἰδίως πατρὶ κ' υἱῷ συνδεδωμένον, οὐκ ἀναρχον μὲν διὰ τῶν ἐκ τοῦ πατρὸς ἐκπορεύσθαι. ἀρχὴ γὰρ κ' αὐτῶν ὁ μὲν ἄρ κατὰ τὸν τοῦ αἰτίου λόγον. ἀναρχον δὲ κ' αὐτὸ κατὰ χρόνον.

Trium autem hypostasion, quas in Trinitate consideramus, alia est Pater, principio carens, nullam suam existentiae causam habens, neque enim aliunde est, sed a seipso, & in seipso habet esse. Alia rursus & Filius, qui principii expertus non est, ex Patre enim est: Pater namque Filii principium & origo existit: quod si temporis initium spectes, aequo Filiius principio caret, ac Pater: est enim temporum conditor, non subiectus temporis: Inseparabili autem, aeternaque generatione ex Patre elucet, tanquam gloriae illius splendor, paternaeque substantiae character: Alia tandem est Spiritus sanctus, ex Patre, non novitate, sed processione substantiam habens, eandemque cum Patre & Filio aeternitatem sortitus. Aeternus quidem, non tamen absque principio, ut qui a Patre procedat: est enim Pater ratione originis & illius quoque principium: Verum ad tempus quod attinet, & ipse quoque principii expertus est.

Εἰς ἃν Θεὸς ὁ πατὴρ, ὁ γὰρ τὸ πάντα, κ' εἰς κείνος Ἰησοῦς Χριστός, δι' ὃ τὸ πάντα, κ' ἐν αὐτῷ μα ἄγιον, ἐν τῷ τῷ πάντα. ἐκ τῆς ἑαυτῶν πλείων ἐν ὑπερπλὴς κ' ὑποπλείων ἢ θεότης. πᾶς μὲν ἀποστολικῶν κ' ἀποστολικῶν ἰδιωμάτων κ' ἀλλήλων διαφέροντα. ἕκαστος γὰρ τῶν, τῶν φύσει ἀρχαίων δια τὸ συναφῆς τῆς οὐσίας, ἡμεῖς ταῖς τῶν ἐπιτολαῖς μελέτη Θεὸς ὁμολογῶνται παρ' ἡμῶν, κ' πισθαται, πάντων πληρέστατος ὑπάρχων τῶν τῆς θεότητος ἰδιωμάτων. κ' τὸ τρία ἀλλήλων συναπτῶμα, εἰς Θεὸς παρ' ἡμῶν προσκινῶνται, τοῖς αἰδίως μὲν κατὰ τῶν ἑαυτῶν, μοναδικῶς δὲ κατὰ τῶν ὁμοίων, κ' μοναρχία παρ' ἡμῶν τὸ τριωμόν, ὁ πολυαρχία διὰ τὸ ἀπικτῶν κ' εἰσαφῶδες τῆς ἑλληνικῆς ἐμβρονονταίας κ' συγχυστικῆς μοναρχία δὲ, ἔχουσα ἢ εἰς ἑαυτῶν περιεργασίαν, διὰ τὸ ἀπικτῶν καὶ συγχυστικῆς τῆς ἰουδαϊκῆς κενίας καὶ ὑπικτῶν. ἀλλ' ὡς φύσει ὁμοιότητα, κ' γνώμης συμπνοία, κ' τοῦτέως κινῶντος δὲ ὡς ὡν, καὶ ἀπὸ τῶν ἐν τῇ τῆς ἑαυτῶν συνδύσεως. ὅτι ἐπὶ τῆς ἡγηγησὶ οὐσίας ἀμῆχανον. ἢ φησὶ ὁ μὲν ἐν τῶν θεολογῶν Γρηγορίῳ, καὶ εἰς τὸ συναπτῶμα κ' συμφῶδες τῆς ἐν τριάδι θεορμῶν θεότης διατηρεται. ἀλλοθῶν γὰρ ἡμῶν, καὶ ἀποπνεύσθαι ἢ τοῦ λατινῶν Ἀρεῶν ἀποδοξία καὶ λίσσα. ἀδιαίρετος γὰρ ἡ αὐτὴ τελεῖς, δόξαι καὶ αἰδιότητα μὴ μελετητικῆς μὲν ἀπαλλοτρισμένη, ὅτι τῶν θεορμῶν ὑποστάσεων μεταστροφῶν καὶ περιεργασίαν εἰς ἀλλήλους. ἀλλ' ἐφ' ἑκάστης τῶν ἀμειψιότητος κ' ἀσυσχῆτος συνσυσχῆτος τῆς αἰδιότητος. κέρως γὰρ ἀποπνεύσθαι καὶ ἀπικτῶν ἢ τῶν μεταστροφῶν. Σαβελλίῳ ἀετιτικῆς συγχυστικῆς.

Unus igitur est Deus Pater, ex quo omnia, & unus dominus Jesus Christus, per quem omnia, & unus Spiritus sanctus, in quem omnia; ex his tribus personis, una perfectissima, immo secundum le absolutissima consistit deitas, proprietatibus sane distinctis ac personalibus hypostasibus inter se sunt distinctae: ( quilibet namque personarum, etiam si propter essentiae conjunctionem ab altera secerari non queat, proprietate tamen personali, mentisque conceptu ab altera distinguitur, Deusque perfectus, hoc est omnibus deitatis proprietatibus ornata esse nolescit. & creditur ) at unum interim divinitate sunt omnes. Rursus licet simul conjunctae tres sint, unus nihilominus adoratur Deus: Oblinet hic enim trinitas secundum substantiam, unitas etiam secundum essentiam. Atque ita contra insaniam inordinatamque paganicae vesaniae confusionisque seditionem non polyarchia a nobiscolitur, sed monarchia; Monarchia autem non unius personae circumscriptione, ne Judaica tenuitatis, infantiaeque imperfectionem, ruditatemque inducamus, sed quam naturae equalitas, sententiae concordia, motionis identitas, idemque singulorum nutus ad unum declarat. Hoc autem, secundum summum illum theologum Gregorium, in generabili natura locum habere non potest: Unitas enim & cognatio deitatis in trinitate consideratur nequaquam distrabitur, aut in partes secatur, ut fit in rebus creatis, dum supposita multiplicentur: Procul enim insana & furiosa Arit opinio & rabies a nobis facessat: est enim trinitas secundum gloriam, & aeternitatem modis omnibus indivisa, nullaque ex parte abs se alienata; neque ob id tamen divinus personae se mutuo permeant, hoc est, in se invicem transmutantur, sed harum quaelibet inde mutabilis manet, & inconfusa, & aeterna: longe enim amandetur pellaturque insani stolidique Sabellii deceptoria confusio.

Σίβω δὲ ἀποπνεύσθαι τὸ ἀπὸ πάντων τῶν αἰώνων ὡσεμῶν μυστικῶν, ἐπ' ἑαυτῶν δὲ τῶν χρόνων ἀποπνεύσθαι.

Veneror quoque & adoro incarnationem mysterium, ante omnia saecula praedestinatum, in novis.

Perplexas & profundas errorum hypostasion ibo. 110.

Una hypostasione, in unum, quo usum, inter se distinctae.

Bruti & ceteri, non trinitas Christi, in personis.

4) nobilissimis vero temporibus ad totius humani generis salutem patet adsum, & per magnum illum admirabilemque unius, sanctæ vivificæque trinitatis personæ, Christi nimirum veri Dei nostri descensum, ineffabilemque ejusdem dispensationem consummatum, ut unde per inexplicabilem ipsius bonitatem esse eramus fortiti, inde etiam ipsum bene esse acciperemus: Confiteor itaque & credo unicum opulentissimæ beatissimæque trinitatis suppositum, ipsum videlicet Dei filium, & verbum, quod cum Deo Patre & Spiritu sancto in omne ævum simul adoratur & conglorificatur, utpote iisdem coessentiali & coæquale existens, infinita benignitate, & misericordia erga proprium psalma motum, accedente huc paterna voluntate & miseratione, & sancti quoque Spiritus gratia, ejusdemque cooperatione de cælo descendisse, & cum hominibus conversatum esse, quo nos dudum propter peccatum damnatos, & e paradisi deliciis expulso, corruptionique obnoxios, per gratiam salvaret, & divinæ naturæ participes efficeret: In utero enim virginis vere proprieque deiparæ inhabitans, & per Spiritum sanctum animam & carnem sibi adaptans, totamque nostram naturam, quemadmodum hominem in principio fixerat sibi asciscens prodiit Deus incarnatus.

Cur Verbum  
matrimonium  
quo nascitur  
conferatur  
virginem.

Virginem quoque, quæ supernaturaliter & ineffabiliter pepererat, post partum virginem conservavit: virginitate illius secundum naturam nulla ex parte demutata aut labefactata, ad designandum per secundæ natiuitatis processum, nullam profus naturæ illius accessisse mutationem, aut alterationem. Qui ergo ejusdem est cum Patre naturæ, nobis per omnia, peccato tantum secluso, factus est coessentialis. Etenim semine Abr hæm suscepto, carnis & sanguinis, perinde ac unus ex nobis, factus est particeps, carnemque anima intelligente vivificatam assumpsit, nullo quidem pacto ante summam illam unionem preexistentem, sed simul carnem, simul anima rationis compote animaliam, simul Verbo unitam. Nec rursus secundum solam gratiam in nostra natura habitavit, sed totus totius humanæ naturæ conjunctus, inconsultus, indivisibilis, supernaturalemque unionem operatus est. Divina enim & humana natura inter se coeuntes in naturali sua proprietate indemetatæ persistunt perleverantque, nec ulla ex parte in se mutuo transformantur: Verumtamen propter naturalem illam communionem, & copulam, nomen quoque communicationem mutuamque reciprocationem pie concedendam existimamus: quandoquidem propter physicam illam admirandamque coeuntium naturarum inter se unionem, non re, sed sola imaginatione, unius ejusdemque quamdam hic distinctionem statuimus.

Porro autem, quod cum naturarum distinctione, personæ singularitatis ejusdemque unitas, indivisa interruptaque temper consistit permanentique, (nam monstruosam impostoris Eulichetis, & Dioscori confusionem concretionemve procul hinc ablegamus) fit ut unum eundemque confiteamur creatum & increatum, æternum & temporaneum, æternum & terrenum, circumscriptum & incircumscriptum, paribilem & impatibilem, sine matre & sine patre: alterum quidem propter ineffabilem, æternam, & omne sæculum antecedentem ex Patre natiuitatem, alterum vero propter arcanam incomprehensibilemque cum nostra natura unionem: Duas

καλυφθεὶς ἐπὶ σπηραὶ πάντος τὸ γένος ἡμῶν, καὶ ἐπιπέσει δὲ διὰ τῆς μεγάλης συγκαταβάσεως, καὶ ἀφῆται οἰκονομίας τὸ ἵνός τῆς ἀγίας καὶ ζωοποιου τελεῖδος Χεῖρὸς τῷ ἀληθινῷ Θεῷ ἡμῶν. Ἰνα, ὅθεν ἡμῖν τὸ εἶναι ὑπῆρξεν διὰ τῆς ἀφῆται αὐτῷ ἀγαθότητα, ἐπιπέσει καὶ τὸ εἶναι ἡμῶν χαλεωθεῖν. ὁμολογῶ ἐν καὶ πισθῶ, αὐτῶν πῶν ἴνα ἴ ζωοποιῆ καὶ μακαρίας τελεῖδος πῶν τῷ Θεῷ υἱὸν καὶ λόγον πῶν τῷ πατρὶ καὶ τῷ ἀγίῳ πνεύματι αἰδίως συμπορευόμενον καὶ συνδοξαζόμενον, ὡς ὁμοῦστον ἐπιπέσει ἀπείρω φιλανθρωπία κινούμενον ἔπος οἴκτων τῷ εἰκείνῃ πλάσματος, ἀδοκίμα παθεῖν καὶ οἰκτιρμοῖς, χαλεπὴ τε καὶ συνεργία τῷ παναγίῳ πνεύματι, κατὰ θεῶν ἐκ τῶν ὑπερῶν τοῖς ἀνθρώποις σινανασραφῆναι. ἴνα τὸς κατεκλεθεῖτος ἡμᾶς πάλαι τῆ ἀμαρτίας καὶ τῆς τρυφῆς ἐκπεπυκῶτος παραδείσου, ἐ τῆ φθορᾶς ἐπεπυκῶτος χαλεπὴ ἀνασῶστητι, καὶ θείας κοινῆς ἀπεργασθῆται φύσις. Συνικητας γὰρ ἐν τῆ γαστρὶ τῆς παρθένου, καὶ κυρίας καὶ ἰληθῶς θεοτικῆς καὶ ψυχῆς ἐ σάρκα προκαθαρθῆσαι τῷ πνεύματι, καὶ ὅλον εἰς αὐτὴν ἀειληθῶς ἐξ αὐτῆς τὸ ἡμῖνον, ὡσπερ ἐν ἀρχῇ ζωοπλαστῆτας πῶν ἀνθρώπων. ἀποπέσει θεὸς σιναραμῶντος μενεας τῶν ὅπρῳ ἡ Θεός. Παρθένου ἐ μὲν πῶν τῆς ὑπερῶς καὶ ἀφῆτους πεπυκῶτος σιναληθῆς. μεθαμῶς τῆς κατὰ φύσιν παρθενίας βασιλεῖς εἰς ἰνδείην ἀληθῆ τῆς κατὰ τῆς ἀποπέσει αὐτῷ τῆς ἡμῖνον ἀφῆτης καὶ ἀναλλοιώτου ὁμοιοῦτος. ὁ τῷ πατρὶ γὰρ συμφορῆς ὁ ὁμοῦστον ἡμῖν κατὰ πάντα καὶ εἰς ἀμαρτίας ἡμῶντος, σπέρματος Ἀβραὰμ ἐπιλαμβάνεται, παρακλητικῶς ἡμῖν κεκοινωνῶς αἵματος καὶ σαρκῶς. σάρκα ἐμψυχωμένη ἀειληθῶς ψυχῆ λογικῆ καὶ νεκρᾶ ὁμοῦτος προπέσει τῆς ἀφῆς ἰνδείως, ἀλλὰ μία σὰρξ ἐμψυχῶς λογικῆ ἐπὶ τῆς κατὰ Χεῖρὸν συμφορίας πισθεται, ὁ κατὰ χεῖρὸν σιλωῶτος ἐν ἡμῖν, ἀλλῆλος ὅλη τῆ ἀνθρώπιον φύσει συμπλακεῖ. ἀσυγχύτως, καὶ ἀδχορίτως καὶ ὑπερῶς τῆς ἰνῶσι ἐργασάμενος, ἴνα αἰ σιναληθῆσαι ἰσῆται θεοτικῆς τε καὶ ἀνθρώποτικῆς, ἐν ἰδιότητι τῆ κατὰ φύσιν διαμείνωσι, καὶ αὐδαμῶς εἰς ἀλλήλας μεταβῶσι. εἰ καὶ κατακλίσεις τῷ λόγῳ τῆς συμφορίας παραχωρεῖν βασιλεῖς πῶν δὲ διὰ τῆς ἰνῶσι ὁμοῦτος ἐπιπέσει. ἰπνοῖα γὰρ μόνον καὶ ὁ ἀπάγματος διείσασθαι δοξαζόμενον, διὰ τῆς ὑπερῶς τῆς σιναληθῆσαι ἰνῶσι.

Τὸ μοναδικὸν δὲ καὶ ἰνῶσι τῆς ὑπερῶτος, φυλάττεισθαι πισθόμενον ἀμῶν καὶ ἀφῆτος ὁμοῦτος. καταβαλεῖσθαι γὰρ ὁ φαντασῶντος τῷ ἀπαταῶντος. Εἰ τυχῶ, καὶ διοσκορὸν σύγχυσις καὶ σιναληθῆσαι. ὁμοῦτος πῶν αὐτῶν κτιστῶν καὶ ἀκτιστῶν ὁμοῦτος. ἀποπέσει ὁμοῦτος ἐπὶ ὑπερῶτος, ὑπερῶν τε καὶ ἐπίγειον, πνευματικῶν τε καὶ ἀπνευματικῶν, παθῶν τε καὶ ἀπαθῶν, ἀμῶν καὶ ἀπάθων, τῶν μὲν διὰ τῆς ἀφῆται, ἐ ἀναρχον, καὶ ἀποπέσει ἴνα πατρός ἡμῶντος, τῶν δὲ διὰ τῆς κατὰ ἡμᾶς κρυφίαντι ἐ ἀπερῶτος ἰνῶσι, καὶ δὲ αὐτῷ τῆς ἡμῶντος κρυφίαντι, ἀκαταλήπτως, καὶ ἐπὶ λόγον τυχαῶτος. ὁ γὰρ ἐν μορῇ Θεῷ ὑπερ-

8. Verius, non aliud... nisi... ut sic sententia; secundum appellationem; ratione naturalis consuetudinis, et in se unum esse intelligamus. Hieronymus.

ὁπάργων μονοθεϊκῆς υἱός, ὁ δὲ ἐν τοῖς καλοῦσι τῷ Λεονί...

omnem sensum, omnemque intellectum excedentes agnosceimus: Unigenitus enim filius, cum forma Dei ac in similitudine, hoc est, utia Patris esset, & ab ipso ex ipso eloceret, sub iacoborum suam semetipsum extinavit, servilemque formam, hoc est, nostram substantiam suscepit.

Ἡ ἐν Χριστῷ ὡν καὶ ὑπόστασις ἰνωσις, ἀλλο...

Unio itaque in Christo secundum hypostasin aliud ad aliud adiungit, pura visibile ad invisibile, patibile ad impatibile, ceteraque ex quibus salvator constituitur, non tamen alium & alium constituit, absit: Unum namque eundemque Deum perfectum & hominem itidem perfectum confitemur: Nam cum naturarum differentiam Christo tribuimus, unum tamen eundemque Deum post incarnationem agnosceimus, & quo stolidus Nestorius a divinis septis faceret, propter naturarum ad hypostaticam unionem coexistentium diversitatem, non duos filios, aut qualitatem filiorum inducimus, omnes autem Christi actiones, quae utique theandricae, hoc est, Dei simul & hominis erant, uni tribuimus. Nam ut Deus erat, edebat opera divina, signa nimirum & miracula: ut autem homo idem ipse sponte subdat passiones, sustinebatque probra & contumelias. Unde cum duabus naturis consentanea, immo necessario, juxta pias divinasque divinatorum patrum nostrorum traditiones, duas quoque naturales operationes illius glorifico, ipsarum quodammodo naturarum & substantiarum indices atque constitutrices. Pari modo & duas quoque naturales unius ejusdemque Dei & domini nostri Jesu Christi voluntates veneror: Nam juxta utramque naturam, ex quibus & in quibus existit & intelligitur, voluntatis facultatem ei tribuimus: Ut enim operatur, salutarique passioni ultro sese exponit, ita & vult quoque.

Unio in Christo...

Πιστὸν αὐτὸν ταυροθῆλαι ἕκαστος ἢ διαλάμπει...

Credo rursus illum ipsum crucifixum esse, non quidem in ea natura, in qua cum Patre lucet & regnat (esto Gloriz dominus propter idiomatum communicationem crucifixus dicitur) sed in natura, hoc est, terrena, secundum quam terrestrem nostram massam suscepit, & factus est maledictum propter peccata nostra, quo suae nos benedictionis faceret esse particeps. Et carnis mortem ab improbis illam, patienter sustinuit, quo mortis stimulum, id est peccatum in carne sua condemnaret, & destrueret cum, qui mortis habebat imperium, hoc est, diabolus. Credo corpus suum sepultura contraditum, incorruptum conservasse, nullo quidem modo ab arcana illa inexplicabilique unione divulsus, etsi illud tridui illo intervallo anima fuerit spoliatum. Cum qua anima & ipse quoque ad inferos descendit, iisque, qui in carne erant spiritibus (quemadmodum apostolorum coryphaeus divinus Petrus exponit) resurrectionem praedicavit, libertatemque & redemptionem impertivit, & nobis quoque, utpote primogenitus mortuorum, per resurrectionem ali-quod incorruptionis principium extitit: surrexit enim ut Deus, mortem pestundans, universaque carni ad resurrectionem viam patefaciens; nos, qui peccati casu in mortem concideramus, una secum quodammodo suscitans.

Verbum crucifixum...

Ἐπιστάτη δὲ μὴ τὴν ἀνάστασιν τοῖς γυναιξί,...

Credo mulieribus post resurrectionem suam adstitisse, tristitiaque quae ex muliere ad nos venerat, abolita, gaudium letitiamque illis annuntiasse. Credo divinis discipulis vivum sese exhibuisse, suae resurrectionis mysterium confirmasse, ac quomodo idem ipse foret, qui ante resurrectionem per manducationem, sacrisque laboribus, quod sapiens Thomas contredavit, exhibito.

Christus...

γυναιξί...

47  
ditionem, demonstrasse. Credo denique assum-

Αλλήλων ἰσαφῆς. ἀναληφθεὶς τε εἰς τοὺς οὐρανοὺς· καὶ καθισθῆναι ἐκ δεξιῶν τοῦ Θεοῦ ἔ πατρὸς μου τῷ προσλήμματος· μεθ' ἧ αὐθις ἐλεύσεται ἐν δόξῃ θρονοῦ καὶ ἐξουσία τῆ κατὰ πάσης κτίσεως, καὶ κλητὴς καθισθῆσεται ἐκάστῳ κατὰ τὸ βεβιωμένον ἀποδοῦναι. πάντας γὰρ ἡμᾶς φανερωθῆναι δεῖ ἡμεροῦσα τῷ ἑσμεν τῷ Χριστῷ.

100

Credo postquam mundus hic fuerit innovatus, & quodammodo transelementatus, & carnis quoque resurrectionem futuram, quo nimirum post hoc mortale induat immortalitatem: & corruptibile incorruptionem. Confiteor etiam unum baptismum in remissionem peccatorum, quod secundum evangelicam apostolicamque traditionem perficitur: In nomine Patris, & Filii & Spiritus sancti. Hæc veneranda orthodoxi sacræque cultus nostri dogmata, divinaque mysteria, quæ juxta sublimem sincerissimamque theologiam divini sacræque doctorum nobis tradiderunt: tum salutarem quoque divini verbi erga nos dispensationem, tum ceteras omnes hæc similes & consentaneas doctrinas prædicationisque cum omni acceptatione & fide amplector & seruo.

Μετὰ ταῦτα πικρῶ καὶ σαρκῶ ἀνάστασι, ἥτις ἐν τῷ κόσμῳ μεταστοχαστικῶς ᾄσεται, ἵνα τὸ πνεῦμα ἡμῶν ἐσθῆσται ἀθανάσιον, καὶ τὸ σῶμα ἄφθαρτον περιβληθῆται. ὁμολογῶ καὶ ἐν βεβιωμένῳ εἰς ἀφεσὶν ἀμαρτιῶν· τὸ εἰς πατέρα καὶ υἱὸν καὶ ἅγιον πνεῦμα πλημῆνον κατὰ τὴν λαγγιλιανὴν καὶ θεῶν παραδόσιν. ταῦτα τῆς ὀρθοδόξου, ἔ ἱερᾶς ἡμῶν λατρίας σιβάσµα δογµατῶ καὶ µυστήρια κατὰ τὴν παραδοθεῖσαν ἡμῖν παρὰ τοῦ Θεοῦ µυσταγωγίαν ὑψηλῶτε καὶ ἀπαισιωστῶτε θεολογίαν, καὶ τὴν σωτηρίαν πρὸς ἡµᾶς τῷ Θεῷ λόγῳ οἰκονοµίαν, καὶ ὅσα τῶν συμβαινόντων ἐφάµελλα κρηγῆµατῶ πατρὸς ἀποδοχῆς καὶ πίστεως σωτηρῶ τε καὶ ἀσπασζοµαι.

101

Exosculor nihilominus & exopto sanctorum apud Deum patrocinia & intercessionem. Primo quidem præcipueque sanctissimæ & immaculatissimæ semper virginis ac dominæ nostræ Dei matris, mox vero divinarum celestiumque virtutum, sanctorum laudatissimorumque apostolorum, beatorum prophetarum, gloriosissimorum invictissimorumque martyrum, divinatorum patrum, ac omnium denique sanctorum, qui ab initio mundi Domino placuerunt, & abique ullo omnino sine in ipso & per ipsum vivunt (animæ enim iustorum in manu Dei sunt) ut qui maximam hinc animæ corporisque salutem consequar.

Ἀποδέχομαι δὲ καὶ ἐξαιτῶ τὸς τε προσβάσεις καὶ ἀφῆς Θεοῦ ἐσθῆξικ· ἑσθῆτων µὲν καὶ ἐξαιρέτων, τῆς πανάγῃς ἔ παναµώµῃ καὶ ἀκαρῶσῃ διαποίτης ἡµῶν Θεοµήτηρ· ἑσθῆτων καὶ ὑρανίων δυνάµειων τοῦ ἁγίου καὶ πανδοξῆµων ἀποστόλων τοῦ μακαρίου ἑσθῆτων, καὶ ἐσθῆτων καὶ καλλιῶνων µαρτύρων, καὶ θεοφόρων πατέρων, καὶ πάντων τοῦ ἁγίου τοῦ ἀπ' αἰῶν· ἑσθῆτων ἑσθῆτων πῶ κληρῶ· οἱ ζῶσι διασπασζοµαι ἐσθῆτων. ψυχῆ γὰρ δικαίων ἐσθῆτων χερσὶ κυρίου, ὡς μετρίῳ σωτηρίαν ἐνταῦθα ψυχῆς ἔ σωματος, καρπηµῶ.

102

Adoro item & exosculor venerandas illorum reliquias, quippe quæ certam animorum corporumque morbis salutem, medicinamque constantem: suscipio præterea ac laudo venerandam divinamque illorum conversationem, celeberrimisque eorumdem æones & pugnas, honoro quoque & venero sacrosanctas illorum tumbas & sepulturas Dignos denique illis ipsos cenleo, qui tumis honoribus decorentur, maximisque laudibus evehantur, quoniam pro gloria Dei omnium nostrum saluatoris sanguinem suum profuderunt, & hanc fluxam præsentemque vitam, ob suam in Deum caritatem animose spreverunt, vivificatque ac salutare illius perpeffiones imitati sunt. Complendor itidem suspicioque non solum venerandas Christi omnium saluatoris nostri iconas, & venerabiles sanctissimæ Dei matris imagines, verum sacras quoque sanctorum omnium effgies eamque venerationem illis exhibeo, quam honor eorum merito postulat.

Προσκυνῶ δὲ καὶ πεινωτάσσομαι τὰ σιβάσµα αὐτοῦ τοῦ λείψανου, ὡς ἱατρῶν ψυχικῶν τε ἔ σωματικῶν παθηµάτων τυγχάνοντα· ἀνοµῶ ἐν αὐτοῦ τὴν σιµιῶ καὶ ἐνθεον πολιτείαν καὶ τὸς ἀοιδίµους αὐτοῦ ἀγῶνας καὶ ἀθλῶς. γιναίρω τὸς θήκας, ἔ τῆς δαύτατι τιµαῖς σφατῶ αὐτοῦ ὅτι ὑπὲρ τῆς δόξῃς τοῦ πάντων ἡµῶν σωτηρῶ Θεοῦ τὸ αἷµα ἐξέλιχεν, καὶ τῆς προσκαίρει ζωῆς δια τῶν ὡς αὐτῶν ἀγάπῃ κατηφόρησαν, µηµηταὶ τῷ ζωοποιῷ καὶ σωτηρῆ καὶ πατρὸς αὐτοῦ ἡρώδῃ. ἀσπασζοµαι ἄµα τῷ τῷ πάντων σωτηρῶ Χριστῷ σιβάσµῃ εἰκόσι τῆς τε πανάγῃς καὶ Θεοµήτηρ καὶ τὸς σπῆτες καὶ ἁγίους αὐτοῦ χαρακτῆρας, ἑσθῆτων ἁγῶν αὐτοῦ κατὰ τιµὴν προσκυλήσιν.

Nicephorus

Salubriter præterea reverentierque veneror, & amplector septem sacras & œcumenicas synodos, omniaque supernaturalia, & salutaria dogmata & decreta, quæ a sanctis, & divinis patribus nostris, quos olim Spiritus sanctus ad ecclesiam suam rependam ascendamque instituit, in illis extant sancita, & determinata.

Πρὸς τίτους ἀσπασζοµαι καὶ τιµῶ τὸς ἁγίους καὶ οἰκουμενικὰς ἐπὶ συνόδους ἔ τὰ ἐσθῆτων αὐταῖς δογματιθεῖντα καὶ κρηγῆσῃν θεῶν τε καὶ ὑπερφῶ καὶ σωτήρια δογµατῶ παρὰ τοῦ Θεοῦ καὶ θεοφόρων πατέρων ἡµῶν· ὡς κατὰ ἑσθῆτων ἑσθῆτων πνεῦµα τὸ ἅγιον ποιμαίνο τῷ ἐκκλησίαν αὐτοῦ ἔ διπκην.

In primis quidem sacram 318. celeberrimum patrum synodum, qui quondam apud Nicæam civitatem, contra impium & furiosum Arium convenerunt, quæ & impietatis audientem ab ecclesia expulit, & fidem veram, rectamque per sacrum illud divinum symbolum nobis exposuit, & Deum verbum, Deique filium non creaturam, ut ille, sed Patri homoussion & cer-

Πρῶτα µὲν τῶ ἐ Νικαίᾳ συνελθῶσαν τοῦ τῆς ἀοιδίµων πατέρων ἡµῶν συνόδου, κατὰ τὸ δασεῖος καὶ μαριῶδους Ἀρείῳ· ἐν τῆς ἐκκλησίας ἐξώσασα, κίτιν ἡµῖν ἀληθῆ καὶ ἐσθῆτων δια τῶ ἱερῶ καὶ θεῶ συμβολῆ ἐξέφώνησε· τὸν Θεὸν λόγον, καὶ τὸ Θεὸ υἱὸν, ἔ κτίσµα κατ' αὐτὸν, ὁμοῦσιον δὲ τῷ πα-

αυτῶν ἢ συνίταρχον, ὡς Θεὸν ἀληθινὸν ἢ κτίσιν αὐτῶν ἢ ἀπὸ τῶν ἰσοθέτων ἰσομάτῶν.

Ἐπειτα καὶ μετ' αὐτῶν ἐπὶ ταῦτα τῆ βασιλίδι τῆ πόλεως συναθροισθεὶς τῆ πρ. Θεοδοῦτος πατριάρχης τῶν ἀγίων πνευματικῶν καθελομένων Μακεδόνων ἢ τῶν τῷ ἱερῷ συμβόλῳ ἰσοῦς ἔχασαν, ἢ πῶς τῷ αἰεὶ πνεύματι λόγου ἐπιτραπέυσαν, Θεὸν ἀληθινὸν ὁμοῖον τῷ πατρὶ ἢ τῷ υἱῷ ἢ ἰστέμα αὐτῶν βεβαίως, ἢ Ἀπολλῶνιον τῶν Λαοδικαίων, τῶ ὅπως ἀφρονεῖ ἢ ἀνόητον τῆς κλητικής ἀποκρίσεως.

Μετ' οὗ τῶν ἐν Εὐσίῳ τῶ ἀρίστῳ συνεκλήρωμένων, τῶ ἱερῶν ὁμοῖον διδασκαλῶν ἄγιαν συνέθετον κατὰ Νεστορίου τῶ ματαίφρονος ἢ τῶ ἰκίου βλασφημῶν, ἐν καθελοῦσα, μίαν τῶ Χριστῷ καὶ Θεῷ ἡμῶν κατ' ἴσην ὑπόστασιν, ἢ διὰ φύσιν ἀσυγχύτως ἢ ἀχωρίτως σοφῶς ἰσοματῶσι, τῶ αὐτῶν Θεῶν ἢ ἀνθρώπων ἀποφύσασα, ἢ τῶ ἄγιοι Μαρίας, κυρίας καὶ ἀληθῶς Θεοῦ ὁμολογῶντα.

Μετὰ ταῦτα τῶ ἐν Καλυδῶνι συναθροισθέντων ἕξατος τελέσονται ἐν Θεῶν ἢ Θεοφορῶν πατέρων, ἢ πῶς τῶ διουσιβείῳ, Εὐτυχία ἢ Διοσκορῶν, ἢ καὶ Ζωζώδη ἢ ἰσοκτισμῶν αὐτῶν συγχύσιν ἐκδικῶσι, ἢ τῶ τῶ ἀναθηματίσασα, πλεον αὐτῶν Θεῶν, ἢ πλεον ἀνθρώπων τῶ αὐτῶν Χριστῷ ἢ Θεῷ ἡμῶν ἐν δύο φύσει ἢ ὑπόστασι μὴ ἀσυγχύτως ἢ ἀχωρίτως ἔστω ὁμοῖον ἀποκρίσεως.

Ἐπειτα καὶ τῶ αὐτῶν κατ' αὐτῶν τῶ Θεοφορήτων καὶ συγκατηθέσασα ἄγιαν πνευματικῶν συνέθετον τῶ ἔξ. ἄγιων πατέρων ἡμῶν, ἢ πῶς τῶ Θεοδοῦτος ἢ Νεστορεῖ, ἢ πῶς ἢ Ἐλεγχῶν, Διδύμου ἢ ἢ Εὐαγγελίου ἢ τῶ ἀπὸ αὐτοῦ ἀποδοξῶν ἀσπίθι δόγματι, πῶς μὴ κατὰ τῶς πολλοῖς κρυπτικῶν, τῶ αὐτῶν δὲ φησὶ ἀναφύσασα ἢ ἀναβλαστητῶν ἐκείνη δὲ ὡς γὰρ αὐτῶν ἰληρωδῶν μωρολογημάτων, ἰδαίκα ἢ ἢ Ἐλλητικῶν μάλλον, ἢ Χριστιανῶν δόξῃ ἰσακαλοῦσαν.

Ἐξῆς τῶ ἰατῶν τῶ πρ. ἱερῶν ἀνδρῶν οἰκουμένης σμῆδος καὶ αὐτῶν κατὰ ταῦτα τῶ Βασιλεῖον ἀπὸ συνεκλήρωσιν, ἢ τῶ κατὰ Χριστῶν φύσιν τῶς τῶ ἰδιοῦτος ἢ οὐσιας ἐνοχίας καὶ διαιρέσεως κληροῦσαν ἀναθηματίσασα δὲ Θεοδῶροι τῶν τῶς Φαραν ἰσικκῶν, ἢ Οὐασῶν, Κύρον ἢ ἢ Σέργιον, Πίρρον, Παῦλον ἢ Πίξον, τοῖς συγχωρήσει Θεῷ κατὰ τῶν ἰερατικῶν ἐπὶ τῶ ἰεροῦ ἐκδοξῶν ἢ τῶ Μακαρίου τῶ Ἀντιόχεια ὁνομασθέντι ἀποκρίδον, ἢ Στεφῶνον τῶν ταῦτα μεθ' αὐτῶν, ἢ πῶς Πολυχρόνιον, τῶ νησιόφρονα γέροντα ὡς ἐν θίλημα, ἢ μίαν σφίγγαν ἐπὶ τοῦ σωτῆρος ἢ πῶν Χριστῷ ἢ Θεῷ ἰσοῦσαν.

Ἐπὶ ταῦτα δὲ καλῶν ἢ μὴ ταῦτα τῶ ἐν Νικαίᾳ τῶ ἀπὸ συνίταρχῶν τῶ ἐν τῶ κατ' ἢ μᾶς χρόνῳ πρ. πατέρων ἰσοῦσιν ἢ ἱερῶν σμῆδος ἢ πῶς τῶς ἀποφύσασα ἄλλας σμῆδος ἐπισφράγισι, ἢ τῶ ταῦτων δόγματι, τῶ σεντῶν ἢ ἱερῶν ἐκόνων τῶ ἀρχῆθεν παραδοξῶν τῶ ἰερατικῶν ἀποκλήσει ἀνείδετο, ὅρσασα παραπλησίως αὐτῶν τῶ τῶ τῶ ζωοποιούσασα ἀποκλήσει ἀνείδετο. ἀπεβίβασα τῶ ἰερατικῶν τοῖς ἐφ' ἰβρεῖ καὶ καταστροφῶν ταῦτων κινολογητῶν, ἢ τῶ Χριστιανῶν καταφύσασα, ὅτι ὡς θεοῖς αὐτοῖς

Council General. Tom. XIV.

τῶν τεταῦτα Θεῶν, ἢ τεταῦτα ὁμοῖον ἐκείνου ἐσσε, orthodoxe determinavit.

Deinde vero 150. sanctorum divinissimorumque patrum synodum, quae post Nicenam in hac regia civitate coepta Macedonium impiissimum Spiritus sancti impugnatorem exautoravit, ostendens illum non esse quid creatum, sed verum Deum Patri & Filio per omnis homouision, eadem sacrum symbolum Spiritus sancti verbis distinctis explicavit, quia & Apollinarianum quoque hominem vere stolidum & iuianum ab ecclesia repulit.

Synodus Constantinensis...

Post haec autem suscipio sacram 200. sanctorum patrum doctorumque hominum synodum, quae contra vclanum Nestorium, blasphematumque ejusdem voces Ephesi coitit, eundemque gradu & loco movit, & unam esse Christi & Deivostri personam, duas vero ejusdem naturas sine ulla confusione ac divisione inter se unitas determinans, unum rursus eundemque Deum & hominem simul esse declarans, ac sacram eandem virginem Mariam vere proprieque Deiparam esse pronuntians.

Synodus Ephesina...

Complecti quarto sacram 630. divinorum Deoque afflatorum patrum Chalcedone coepta tum synodum, quae impiissimos Eutychem, & Dioscorum, obcuramque ac tenebrosissimam confusione condempnavit. His anathemate jugulatis, unum eundemque Christum Deum ac Dominum nostrum & hominem perfectum, & Deum rursus perfectum esse in duabus quidem naturis, in una vero persona inconfuse indivulsiueque existentem pie predicavit.

Chalcedonensis Synodus...

Tum quintam rursus sacram 165. sanctorum patrum synodum, quae in hac iterum divina Deoque addita civitate coepta, impiis Theodotio, Nestorio, Origenis, Didymi, Evagrii, reliquorumque haeticorum praedicta sectantium dogmata, dudum quidem ante apud pletholque oculis, per id vero tempus acerbos denuo ramos turculolique profertentis, julle excoitit. quae enim ipsi mente delira, & fabulose profitebantur, ea Judaeorum & paganorum imaginationi verius, quam Christianorum fidei contentanea erant.

Post haec & sextam quoque sanctam & aemmenicam 170. sanctorum virorum synodum, iterum in regia hac urbe congregatam venerit, quae pro naturarum Christi ratione, ejusdem quoque proprietates, naturalesque operationes, & voluntatis distinctit, ac predicavit, & Theodorum episcopum Pharan, Honorium, Cyrum, Sergium, Pyrium, Paulum, Petrum, qui permissu Dei per corruptionem & fraudem in ecclesiae sacerdotium irrepserant, Macarium Antiochum antistitem, & Stephanum Macarii discipulum, & Polychronium poerilem insanumque senem anathemati subjecit. Unam enim hi dum taxat voluntatem, unamque operationem Christo servatori nostro tribuendam esse docebant.

Honorius, Cyrius, Sergius, Paulus, Petrus, Macarius, Polychronius...

Recipio tandem septimam sacram 150. sanctorum patrum synodum nostro hoc 270 in civitate Nicena denuo celebratam, quae omnes praecedentes sacras synodos, earumque dogmata, ac decreta confirmavit, & quodammodo oblitavit, sacrarumque ac venerabilium imaginum cultum adorationemque jam inde ab initio ecclesiae traditam, suscepit, definitivumque non fecit venerandas esse, atque vivificae crucis effigiem. Eos proinde ex ecclesiis eiecit, qui in harum contumeliam & everfionem luti garulitate Christianis insultant, quasi deorum loco haecenus illas habent, veneranturque, quales





τῆ ἀπογραφῆ, καὶ σωματικῶν ἐν πνεύματι καὶ ὄν ἀποβαλλόμεθα ἢ σαρκικὰ ὄπλα, ἀλλὰ πνευματικά· ἢ τὴν ἀσπίδα τῆς πίστεως καὶ τὴν τοῦ λόγου μάχαιραν, ὅ ἐστι ῥῆμα Θεοῦ τὸ καθύπερθε τῆς ἀμαρτίας τῶν ἰσχυρῶν καὶ μηχανῶν τῆ σφινδόν τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον καὶ τὸ ἄγρυπνον θρασυαυτῶ ἀποσβῆναι καὶ ἐκδιώκεται, ὡς τῆς θείας φυλακῆς καὶ ῥοπῆς ἀξιώμενοι· ἢ καὶ ἡμεῖς καὶ ἐπιρρωσίων ἡμῶν καθίσταται τὸ πολιτεύεσθαι, ἵνα καὶ ἐν τῇ παλιγγενεσίᾳ ἐν τῇ ἐσχάτῃ σάλπιγγι ἀκρωθώμεθα τῷ ἀρχηγῷ τῆς ζωῆς ἡμῶν ἀκατακίτως ἐπατήσῃαι ἐργασίᾳ μὴ δόξης τῆς παρρησίας τοῖς ἀγίοις ἀγγέλοις αὐτῶν, καὶ ἐν τῷ νυμφῶν τοῖς φρονίμοις οὐκ ἐσθλαθώμεθα παρθένους, καὶ τῆς ἀγγελικῆς ἀπολαύσεως παύσεως· κληρονομοῦμεν ἡρώδῃαι τῶ ἀποκεκμηῶν τοῖς ἀγίοις ἀγαθῶν ἐν Χριστῷ τῷ ἀληθινῷ Θεῷ ἀποσεύξαι ἀφράτου καὶ ἀμωμῆ αὐτῷ μηδὲ κατὰ τῆς ἡμετέρας ἀφίον, ἀμήν.

Εἰ δὲ περὶ τὸ ὄψι τῷ κρημνῷ ἐν ταῖς διὰ τῆς ἀποσφραδίσσει ἀπαιτήσεως θωμαζέτω μηδὲς, μηδὲ κατηγορεῖται τῆς ἡμετέρας ὑπολήψεως, ἀλλὰ γινώσκω μὴ ἢ θεοφιλῆς ὁμῶν ἀδελφότης, ὡς ἐξουσίας γνῶμη σκληρὰ καὶ ἀμείλιχτος ἐπρωτοῦσε κωλύει ἡμᾶς τῆς διδογμῆς χρῆσθαι δυναμῆς, καὶ ἱερατικῶν ὄντων παρωταῖς ὁ δὲ ἀπείκων, ἔδὲ ἐκ ῥαθυμίας τινός, τῶ δούτων καὶ ἐκκλησιαστικῶν ἀνδράων ἀπρόκτων ὑπερόπται γυροῦμεν· καὶ συγγινώσκω ἢ ἱερά ὁμῶν ψυχῆ, εἰ τί μοι μέλλοι τῆς βραδυτῆτος μίμωσθαι, ἐν περὶ καθύπερθε καὶ αὐτῆς, ὡς καὶ ἐσδὲς ἐστὶ ἀπὸς δυναστείας ἀπαιτήσεως ἰδίοις ὑπολογισμοῖς θελήμασι καὶ πατὴρ κληροῦν σποδαζοῦνται τὸ κατὰ θυμία· ἰδοὺ γὰρ τῷ ἐπιρρωσίων καὶ ἀποσφραδίσσει ἀποσφραδίσσει ἐφ' ἡμῶν τῶ ἐπιρρωσίων τῷ Χριστῷ ἐνέκω· καὶ ὡς ὁμῶν τῆς ἐκκλησίας ἰσχυρῶς ἀπείκων, διεθρήκων καὶ ἐχάλεπαι· διὸ καὶ ὁμῶν ἐφ' ὧν ἐν τῶ τῆς τῷ διαφασίμων ἀπρόκτων, διαφασίμων γινώσκω ἰσχυρῶν τοῖς ὁμοίοις πεινίτων ἀβλήτων· καὶ ὁσπύτα, ὁμῶν, ἔδὲ δεήσει κληροῦν τῶ πεινί τῆς ἀλογίας λόγων· ἀλλ' ἐπιρρωσίων σὺ ἀκαίριος παραγραφῆσθαι· καὶ μαρτυρεῖ γὰρ τὰ νῦν ἀπαιτήσεως καὶ πλάσμα· ἐπειδὴ ἢ κληροῦν πεινίτων, καὶ ἢ πύλη ἀπαιτήσεως, καὶ οἱ λίθοι τῷ ἀποσφραδίσσει τῆς ὁμῶν διηρῶσαν, καὶ πᾶσα λέγα καὶ ἀποσφραδίσσει ἡμετέρας, καὶ οἱ χεῖρες τοῖς λυπηρῶ· ἐκποδῶν γέροντι τὰ σκάνδαλα, ὁσπύτα τὸ τῆς ἐπρωσίων καὶ καθύπερθε· τὰ ἐκείθεν σκῶλα λήλυτοι· καὶ φῶς ἐκείθεν τῷ ἐκκλησίᾳ ἐπέλαμψεν· διατῶ χωρῶν ἔχε τὰ τῆς ἀφίον, καὶ τῆς κρατίως ἱερατικῆς σιωπῆς ἀπείκων καὶ πεινίτων.

Αὐτοῖς οἷς τὰ θεῖα ἐκ ἐμίλησαν, οἱ κληροῦν δε δόξης γέρον, ἰσχυρῶς κατὰ ψέδει οἷα αὐτοῖς τὰ ἐκ τῷ θεῷ ἀπαιτήσεως δικαστήρια· ὡς γὰρ φίλων αὐτοῖς πρὸς τὴν παρῶσαν κληροῦν δόξαν καὶ πεινίτων, τὰ ἀπὸς ἀλλήλων ἔδωκε, ἡμεῖς δὲ τῆς πεινί Θεοῦ δόξης, καὶ τῆς ἐκκλησιαστικῆς τιμῆς, καὶ ὁμοίας, καὶ τῶ ἱερῶν θεσμῶν τηρήσει τῶσπύτα τὸ σπῆδασμα, τῶ ἡμετέρας ἐχέμεθα, καὶ ἐπὶ τοῦ καὶ ἀναδεδείκτων ἀσπύτα καὶ κρατίως ἡμῶν βασιλείας, καὶ πεινίτων τῆς ἐκκλησίας καὶ ἔδωκε θεοφιλῶν καὶ τῶσπύτα ἀγαθῶν ἀπαιτήσεως, Concil. General. Tom. XIV.

Asperabiles hostes non carnalia, sed spiritualia objicimus arma, scutum videlicet fidei, fermoneque gladium, quod est verbum Dei, ut peccati munitiones & machinas spiritus funda demolientes infestantesque, crudeliter illorum audaciam procul pellamus, frangamusque, quo hac tandem ratione divina custodia auxilioque potiti, vite nostrae conversatio quiesca pacataque consistat, & in regeneratione, cum novissima tuba personabit, digni censeamur, qui citi condemnationem vite nostrae duci in Patris gloria cum sanctis angelis suis venturo occurramus, nosque ad sponsi thalamum, cum prudentibus virginibus, spiritali angelicoque convivio perpetuo fruituri ingrediamur, eorumque bonorum heredes efficiamur, quae in Christo vero Deo reposita sunt non indignis, idque immaculatae inculpataeque matris illius & omnium sanctorum intercessione. Amen.

Quod aut isto serius per ea, quae haecenus exposuimus, occurrimus, id nemo iniretur, neque nostram ob id existimationem in accusationem adducat, quin potius Deo dilecta vestra fraternitas certo sibi persuasum habeat sacerdotalem consuetudinem nequaquam hic exolevisse, aut per contemptum, vel ignaviam quipiam eorum, quae ecclesiasticis viris conveniunt, neglectu habuisse, verum duram implacabilemque praepotentis potestatis sententiam, quo minus decretis uteremur, obtulisse. Ignoscat proinde beata vestra anima, si quam noxam cunctatione mea promerui, cogitaveque haudquam facile esse potentibus propria voluntate elatus, & quodcumque animo libitum fuerit adimplere satagentibus sese opponere: etenim rati causam admodum plausibilem, qua nos jam tum sacerdotio initiatos ab officio praepedirent, sese natos, stomachose nobis obiectabant, passimque invulgabant vos a Constantinopolitana ecclesia alienos esse, temereque ab ea vos devulsiisse. Cum ergo haec, sive vis, sive injuria ad vos quoque attinuerit, venia eos dignabimini, qui praeter voluntatem pari necessitate constricti fuerunt. At cum praesentem ecclesiae locique hujus statum jam non ad sanctitatem tuam perscripserimus, & suo deinceps opportuno tempore, quae hic fieri perscribere certo decreverimus, non erit opus prolixiore ut arbitror nunc purgatione. Siquidem repagulum, quod impediabat, jam est petruptum, apertum est ostium, lapides offensionis e medio sublatis, via lata, plana, scrupulisque libera & exaequata teritur, tristitia procul ab oculis evanuerunt, scandala seditionisque conqueieverunt, omnia denique impedimenta amota, luminaque pristina ecclesiae restituta sunt: quare quae capitatis sacerdotisque consuetudinis propria sunt, locum suum denuo adeptas nullo impolterum negotio E perfici observarique poterunt.

At sunt interim nonnulli adhuc, qui divina flocci faciunt, propriisque existimationis causa quidvis moliantur, neque quale ex Deo iudicium sibi immincat, quicquam pensi habent. Verum enimvero, ut illis usitatum gratumque est praesentis gloriae splendorique inhiare, eaque de causa inter sese conspirare, ita plane consentaneum est, ut nos divinae gloriae ecclesiasticoque decoro, & concordiae, sacrorumque canonum observationi modis omnibus operam navemus, nostrisque inunus die noctuque incumbamus, & pro imperatore nostro piissimo, potentissimoque jam declarato, sincero germanoque

ἐπιρρωσίων  
ἀπαιτήσεως  
τῶσπύτα

que ecclesie filio, ac moribus Deo gratis, honesteque vite conversatione egregie ornato, Deo qui illum coronat, regnumque una cum illo administrat, continuas preces obsecrationesque offeramus, quo vitam pacificam, imperiumque quam maxime diuturnum illi largiatur, barbaricis triumphis extorret, felicem Christiani orbis moderationem concedat, ad orthodoxe fidei zelum incitet, in divinatorum tandem preceptorum observatione ita perficiat, ut libertas eius cum regni potentiaque diuturnitate, honorem & gloriam relinquat non vulgarem.

Ceterum nostras haece synodicas literas Michaeli sanctissimo Christoque dilecto Philadelphiae civitatis metropolitano, ad dilectam desideratamque fraternitatem vestram deferendas tradidimus. Et quamvis ex sermone & colloquio, quod cum eo miscuimus, conjecturam facientes, non dubitemus, quin omni cum humanitate eum suscipiuri, laetisque oculis aspectu sitis, rogamus nihilominus propter nostram parvitatem, ut permansere, familiariter, honorificeque a vobis excipiantur, reficianturque. Is enim est, qui sincero fervidoque affectu vestram dilectionem complectitur, magnumque in rebus ecclesiasticis studium promptitudinemque declarat, & in sermone, vitaeque integritate, & virtute admodum excellere videtur, qui etiam Deo illum dirigente, animumque vestrum permoveente ad majorem nostram laetitiam spirituales perfectionemque nostrae in Domino dilectionis affectionem, dilectionis, concordiaeque symbola, hoc est, venerandas vestras literas hinc presentibus respondentibus ad nos est relatu- ce. Universam, quae vobiscum agit, fraternitatem plurimum salutamus in Christo. Vale in Domino. Ora pro nobis sanctissime & beatissime pater, mediatorum, & synergum apud Deum communem patronum, fautoremque nostrum, magnum illum principemque apostolum ademptus, cui pro nobis indignis illius servis intercessionem offerre ne graveris. In signum autem caritatis, quae inter nos in Domino intercedit, mitimus fraternae vestrae beatitudini encolpium aureum, cujus alterum latus crystallo est insculptum, alterum opere fustili effigiatum. Habet id intra se alterum encolpium, cui pretiosorum lignorum particulae cunctae insertae sunt: Accedit his candidum sticharium, & castaneae coloris contextum phenolium, tum epistaneum quoque & enchirium auro variegata & ornata. Isthac mnemosyni loco ad misericordem illum apostolum, Deo duce transferenda, submisitque offerenda sindoni eleganter involvi, plumbeoque sigillo obsignari curavimus.

Αδελφός η δειστικός σωτήρας προς την εψφιντα η συμβασιλδοντα αυτηθθίου ανατιπολυμ. οπως αυτω ειρηνικω τω ζωω, & το βασιλειον χειροηται επι μηκιστοθθισουλατων χρονον, τοις καπι βαρβαρον θοπαίοις κοσμων αιτων. η το χειρικων θραυβερωντα αισιως πολιταμα, προς ζηλον ορθοδοξιας καταριζομυθθ, η τω θεων εντολων τρησιν, η πανεις το δλοκιμον εν τη της χριστιας θισμοθθ κτωμυθθον.

Μιχαηλ δι τω οσιωπιτω μητροπολιτη της φιλαδελφου φιλοχρητε πολιωσ το παρόντα των συνοδικα γραμματα προς τω υμειρων ηγαπηωλην η ποθεωλω αδιλοτητα εσχειρισαμυ η πεπειμεθα μεθ εκ της ηδη απολοβισης αυτω εσθξιας τε & ομιλιας, ως φιλοφρονος κατ εμων οραθπισται η δεχθσισται, παρακαλωμυ δι η δια τω ημιοπον μετελοτητα, ζηησιωπρα η οικειοτερα τα της αποδοχης η τιμησ η απαυσιωσ αυτω παρ υμων ημιοσαι, η γαρ και προς τω υμειραν ασπλω, παν το θερμον η γνησιον κιατηται, & εσ τοις της εκκλησιας απαιμασι, το σπαδαιον ημυ απθθυμον ειθεικινυται. ωσπιρ και εσ λογη και ειω η αρετη τι απθχον αποφίρεται. εσ ημυ μιλλει θεω δλοδονθθ τυτω και υμασ κινυθθ, τα της ασπης και ομοιοιας σμβολα, τοιςι τυσ τιμιασ υμων περαισ τω εσ χριτι συλλαβον αι λιγραφα προς ημασ κομιζειν, εις πλειονα δροσωιλω ημων πνευματικω, & καταρτισμον της εσ κυριθ φιλικησ ημων θραυσιωσ. πασαν τω εω υμων εσ χειρω αδιλοτητα, πλεισα προσαγορλο μυ. ερρωμωθθ εσ κυρη υπερδχου ημων αγιωτατι και μακαλωτατι αδελφι. μισιτω και σωμυρον προς θεον τον κοινον προσαίλω και ανιληπτορα ημων, τον μεγαλ και κορυφαιον απεσολον κειτημωθθ. ω τυσ υπιρ ημων τω ανιληω δελω αυτω εσθξιασ, προσαγειν η κατοκησιης. εις συμβολον δι της μισιτωσιης εσ ημιν εσ κυριθ αγαπησ, απειελαμυ τη αδελφιη υμων μακαλωτητι, διχλοπιον χρυσων, η η μια οψις χρυσωδου εχαιτακλεισμοση, η δι επρα εικονισμην δι εχαισιωσ, η εσπις εχον επρον εχλοπιον, εσ η εσι μεριδες τω τιμιοω ζηλων εσπιτυμωσαι. τυχσεον λαχον η φανολιον κασανον αραφα, επιτραχλησι & εχχειον, τιτοπιλιμδεια χρυσω. η τυπι δεχομνη θεω δλοδονθθ η θραυωζενθθ μετελασει προς τω οικηραν ταυτω ιπομνησιωσ χασεν, αποσολλω, ταυτα εσ οθωη δρωδω διατυλιχθεντυ διτυπιξμω μολιδεινη σφραγιδι εσσημανθλωσαι.

CONCILIUM ARELATENSE VI. CAROLI MAGNI IMPERATORIS JUSSU. ANNO CHRISTI 813. In basilica S. Stephani, sub die vi. Idus Maias, (ω) Æra DCCCL. celebratum, id est anno Christi DCCCXIII. Leonis III. papæ XVIII. Caroli ejusdem regis & imperatoris XLV. TITULI CANONUM. I. De fide catholica omnibus predicanda & tenenda. II. Ut omnes pro rege ac liberis ejus Deum orent. III. Ut episcopi presbyteros de baptismo doceant, junctim. IV. Ne laici presbyteros de ecclesiis absque episcopi judicio eiciant: & quod episcopi presbyteros diligenter instruere debeant. V. Ne laici a presbyteris munera pro datis ecclesiis exigant. VI. Ut

(ω) In temporibus Charader in hanc Synodum sine dubio progressu temporis intrusus, cum in Synodis in Francia per hac tempora habitis hac temporaria nota aliquam usurpata fuerit. Pagina ad an. Ch. 813. n. 14.

ANNO  
CHRISTI  
813ANNO  
CHRISTI  
813.

- VI. Ut *episcopi qualiter vivant canonici & monachi pro-*  
*vidant.*  
VII. *Quibusnam in monasteria puellarum, & quatenus*  
*permitti aditus debeas.*  
VIII. *Ne in monasteriis plures suscipiantur, quam ratio*  
*permittat.*  
IX. *De decimis.*  
X. *De predicatione in civitatibus, & omnibus parochiis*  
*non negligenda.*  
XI. *De incestis conjunctionibus.*  
XII. *De pace atque concordia.*  
XIII. *Ut comites & iudices cum episcopis consentiant &*  
*justitias faciant.*  
XIV. *Ut famis tempore unusquisque suos alere studeat.*  
XV. *Ut iuste sint ubique pondera & mensura.*  
XVI. *Ut die dominico mercato & placita non fiant, nec*  
*opus rurale & servile.*  
XVII. *Ut episcopus semel in anno circumeat parochiam*  
*suam, & pauperes oppressos protegat.*  
XVIII. *Ut presbyteri sub sigillo chrysolae custodiant.*  
XIX. *Ut parentes filios, & patrum filios erudire stu-*  
*deant.*  
XX. *Ut antiquis ecclesiis sua jura serventur.*  
XXI. *De sepeliendis intra basilicas.*  
XXII. *Ut placita publica in ecclesiis, earumve atriis,*  
*non fiant.*  
XXIII. *Ne res pauperum malis artibus emantur, aut*  
*quoquomodo surripiantur.*  
XXIV. *Ut fugitivi clerici diligenter inquirantur & red-*  
*dantur.*  
XXV. *Ut qui de rebus ecclesie beneficium habet, ad ejus*  
*restitutionem adjuvet.*  
XXVI. *Ut publicis criminis rei publicam penitentiam a-*  
*gant.*

## P R Æ F A T I O.

DUM anno XLV. Inclyti & orthodoxi domini & principis nostri Caroli imperatoris sub die VI. Idus Majas, æra DCCCLII. unanimiter nostræ conventus in Arelatensium urbe, in basilica sancti Stephani martyris primi aggregatus consisteret, atque unusquisque nostrorum ex more, secundum ordinationis suæ tempus, in locis debitis resideret, rerum omnium Domino prius devotissima gratiarum jura persolvimus, pro eo quod nos & alternæ visionis contuitu solari permisit, & alternæ pacis oculo conservendus statuit: diffusis cordibus, sinuque & vocibus, precum murmura effundentes, ut sicut nos alternorum osculorum impensione lætificos efficit, ita serenissimum ac religiosissimum prædictum dominum nostrum, Carolum imperatorem, cujus jussu fraternitatis nostræ cœtus est adunatus, fidei suæ conservatione stabilis, prærogatione justitiæ muniat, pacem ei locupletem reddat, impensione misericordie fulciet, virium fortitudine roborat, commissa sibi regni gubernacula discretio moderamine tenere concedat, ut commissos sibi populos benigne regat, æque disponat, & jure pietatis modifcet. His devotione promptissima actis, cœpit unionis nostræ numerositas de rebus spiritualibus mutua collatione inter se ora diffundere, atque eventum rei expectatione mansuetissima præstolari. Igitur cum hæc attentius agerentur, venerabiles missi gloriosissimi ac piissimi domini nostri, Joannes Arelatensis ecclesie archiepiscopus, nec non & Nibradius Narbonensis sedis archiepiscopus, surgentes steterunt in medio concilii, & dixerunt: Sanctissimi & venerandissimi sacerdotes, gloriosus etenim ac serenissimus dominus noster ferventissimi amoris Christi igne succensus, & sanctæ actionis ope perfusus, utpote verus Christi discipulus & imitator, ecclesiam Dei statum vigili instantia roborare disponit, sanctis Dei basilicis sese munificum exhibet, maligna contra se observatione agentibus animi liberalitate gratissima ac piæ miserationis instantia ignoscere consuevit, ut qui in diversis sanctæ vitæ studiis sese exercendo præpoller, atque

omnibus Dei sacerdotibus obsecrans & obtestans, ut ecclesias quas regendas susceperunt, pia predicatione instruant, moribus sanctis exornent, ac beatæ vitæ exemplis ædificent. Quocirca quoniam pro tot tantisque beneficiis, quæ multimoda devotione ecclesie Dei, vel gentibus prærogare studeat, quid illi unanimiter nostra condigne respondeat, invenire non prævalet, id salutari providentia, quæ semper est utilis, (immo semper est utile quod veram pertinet ad salutem) decernit atque instituit, ut tam per omnes civitates ac loca, in quibus sedes episcoporum esse noscuntur, quam etiam per eorundem episcoporum dioceses, cunctis diebus, quibus idem dominus noster in hac vita superstes extiterit, pro eo, vel pro cubitis ejus filii vel filiabus, sacrificiorum Deo libamina dedicerent, pia orationum vota solvantur, ac cum gratiarum actione superno numini commendentur, ut desideria in eis bona quotidie multiplicentur, adversantium conamina virtutis divinæ dextera confringantur, indulgentia & gratia eis a sua misericordia conferatur, ut suæ potentiam defensione protecti, antiqui hostis decipulam evadant, & caritatis munere ac vitæ longævitate polientes adire mereantur post transitum sideris mansiones. Qui cum sequenti die in eadem ecclesia sancti ac beatissimi Stephani martyris debitis in sedibus locaremur, inter cetera, quæ subterius discreto capitulorum ordine sunt digesta, non aliunde primum cœpimus habere sermonem, quam de nostræ fidei puritate. Et quia initiandis ad beatam vitam hominibus hæc prima semper est via salutis, prævia quoque nostris & institutis pariter & præceptis, quæ per veram credulitatem in omni terrarum orbe diffusa expandatur, nostræ collationis eloquiis prædicetur, prædicata veraciter teneatur, retenta in penetralibus nostri pectoris illibata servetur.

## C A N O N E S.

## I.

Secundum divinas enim scripturas, & doctrinam quam a sanctis patribus accepimus, Patrem, & Filium & Spiritum sanctum, unius deitatis atque substantiæ confitemur. In personarum diversitate trinitatem credentes, in divinitate unitatem prædicantes, nec personas confundimus, nec substantiam separamus. Patrem a nullo factum, vel genitum dicimus: Filium a Patre, non factum, sed genitum asserimus: Spiritum vero sanctum, nec creatum, nec genitum, sed procedentem ex Patre & Filio profitemur. Ipsum autem Dominum Jesum Christum, Dei Filium, & creatorem omnium, ex substantia Patris ante sæcula genitum, descendisse ultimo tempore pro redemptione mundi a Patre, qui nunquam desit esse cum Patre. Incarnatus est enim ex Spiritu sancto, & sancta gloriosa Dei genitrice Maria, & natus ex ipsa solus idem Dominus Jesus Christus, unus de sancta trinitate, animam & carnem, perfectum sine peccato suscipiens hominem, manens quod erat, assumens quod non erat, æqualis Patri secundum divinitatem, minor Patre secundum humanitatem, habens in una persona duarum

rum naturarum proprietatem, (naturæ enim in illo duæ, Deus & homo: non enim duo filii, & dii duo, sed idem una persona in utraque natura) perferens passionem & mortem pro nostra salute, non in virtute divinitatis, sed in infirmitate humanitatis. Descendit ad inferos, ut sanctos qui ibidem tenebantur erueret; devotioque mortis imperio resurrexit: assumptus deinde in cælos, venturus est in finem ad iudicium vivorum & mortuorum. Cujus morte & sanguine mundati peccatorum remissionem consecuti sumus, resuscitandi ab eo in die novissimo, in ea qua nunc vivimus carne, & in ea qua surrexit idem Dominus forma, percepturi ab ipso alii pro justitiæ meritis vitam æternam, alii pro peccatis supplicii æterni sententiam. Hæc est catholicæ ecclesiæ fides, hanc confessionem servamus, atque tenemus. Quam quisquis firmissime custodierit, perpetuam salutem habebit. Sanctæ enim fidei mysterium oris nostri confessione pandentes, ad capitula quæ ad disciplinam ecclesiasticam moreque male errantium componendos necessaria sunt, unanimiæ nostræ articulum flectere, & quæ opportuna sunt discretis capitulis definire oportet.

II.

Ut pro excellentissimo atque gloriosissimo domino nostro Carolo rege, seu liberis ejus, omnes episcopi, presbyteri, seu abbates, & monachi in unum collecti, in quantum extremitas nostra prævalet, psalmodiam, missarum sollempnia, atque humanarum officia, omnipotenti Deo devotissime exolvere decrevimus.

III.

De baptismo, & mysterio sanctæ fidei, unusquisque archiepiscopus suos suffraganeos diligenter studioseque admoneat; quatenus per studium sacræ lectionis imbuti, & de mysterio sanctæ fidei, & de sacramento baptismatis, unusquisque illorum in propria parochia perfecte studioseque presbyteros, & universum populum docere & instruere non negligat: quia ignorantia mater cunctorum est errorum, & maxime in sacerdotibus Dei vitanda est, qui docendi officium in populis susceperunt. Sacerdotes enim legere sanctas scripturas admonet Paulus apostolus, dicens ad Timotheum: *assidue lectioni, exhortationi, doctrina.* Sciant igitur sacerdotes scripturas sanctas & canones, ut omne opus eorum in prædicatione & doctrina consistat, atque ædificent cunctos, tam fidei scientia, quam operum disciplina.

IV.

Ut laici presbyteros absque iudicio proprii episcopi non ejiciant de ecclesiis, nec alios immittere præsumant: quia quando presbyteri ab episcopis in parochiis ordi-

nantur, necesse est, ut ab ipsis episcopis diligenter instructi ecclesias sibi deputatas accipiant; ne per ignorantiam, quod absit, etiam in ipsis divinis sacramentis offendant: quia a sanctis patribus institutum est, ut quando ad concilium venerint, rationem episcopo suo reddant, qualiter susceptum officium, vel baptismum celebrent.

V.

Ut laici omnino a presbyteris non audeant munera exigere propter commendationem ecclesiæ: quia propter cupiditatem plerumque a laicis talibus presbyteris ecclesiæ dantur, qui ad peragendum sacerdotale officium sunt indigni.

VI.

Providendum necesse est unicuique episcopo, qualiter canonici vivere debeant, nec non & monachi, ut secundum ordinem canonicum vel regularem vivere studeant, ut ait apostolus: *Unusquisque in qua vocatione vocatus est, in ea permaneat.*

VII.

Ut in monasteria puellarum non nisi probata virginitatis & ætatis provectæ viri ad quascumque earum necessitates, vel ministraciones permittantur intrare: ad faciendas vero missas qui ingressi fuerint, statim exacto ministerio regredi festinabunt. Alias autem nec clericus nec monachus juvenis ad puellarum congregationem habebit accessum, nisi aut paterna aut germana necessitudo probetur admittere.

VIII.

Ut non amplius suscipiantur in monasterio canonicorum atque monachorum, seu etiam puellarum, nisi quantum ratio permittit, & in eodem monasterio absque necessariarum rerum penuria degere possunt.

IX.

Ut unusquisque de propriis laboribus decimas & primitias Deo offerat, sicut scriptum est: *Decimas & primitias tuas non sordabit offerre Domino Deo tuo.*

X.

Providimus enim pro ædificatione omnium ecclesiarum, & pro utilitate totius populi, ut non solum in civitatibus, sed etiam in omnibus parochiis, presbyteri ad populum verbum faciant, & ut bene vivere studeant, & populo sibi commisso prædicare non negligant.

XI.

De incestis conjunctionibus, sicut a sanctis patribus institutum est, nihil prorsus veniæ reservamus, nisi cum adulterium separatione sanaverint. Incestos vero, nullo conjugii nomine deputandos, quos etiam designare funestum est, hos esse censemus: Si quis relictam fratris, quæ pene prius soror extiterat, carnali conjunctione violaverit: si quis fratris germanam uxorem acceperit, si quis novercam duxerit, si quis con-

ANNO  
CHRISTI  
1722

Die 21.  
Quando presbyteri, Con-  
cilii Tolosani  
IV. cap. 16.

Addit. 1.  
cap. 61.

1. Cor. 7.

Cap. 1. de  
Instituti-  
onibus.  
Mogunt.  
Conc. 1. r-  
m-  
pore Auali-  
cap. 23.

Eisd. 11.

Die 21.  
Quando presbyteri,  
Conc. Tolosani  
IV. cap. 16.

1. Tim. 4.

ANNO CHRISTI 817.  
 confobrinæ suæ se societ, si quis relicta  
 vel filiz avunculi misceatur, aut patris filiz  
 vel privignæ suæ concubitu polluat: vel si quid est hujusmodi, quod & hieam-  
 notare longum est, & in exitii barathrum  
 negligentem quemlibet immergit.

## XII.

Addit. cap. 61.  
 De pacis bono atque concordia, ut ab  
 omnibus omnino indisrupta teneatur, inter  
 episcopos & comites, inter clericos & mo-  
 nachos, & omnem populum Christianum,  
 ut beatus apostolus docuit, dicens: *Secta-  
 mini castitatem, & sanctimoniam, sine qua  
 nemo videt Deum.* Et idcirco quidquid il-  
 lud est, quod nos ad veræ pacis studium,  
 & caritatis perfectionem provocat, totis  
 viribus nostris sectandum est: quidquid nos  
 ab illa disjungit, ut venenum mortiferum,  
 a nobis cavendum est.

## XIII.

Id. c. 64.  
 Ut comites, judices, seu reliquis popu-  
 lus, obediens sint episcopo, & invicem  
 consentiant ad justitias faciendas, & mune-  
 ra pro judicio non recipiant, nec falsos tes-  
 tes, ne per hoc pervertant judicia iusto-  
 rum; quia scriptum est: *Justitia elevat gen-  
 tem, iniustitia vero miseros facit populos.* &  
 psalmista: *Beati qui custodiunt iudicium, &  
 faciunt justitiam in omni tempore.*

## XIV.

Math. 5.  
 Luc. 6.  
 Ut unusquisque tempore famis, aut cu-  
 juslibet necessitatis, ad se pertinentes pro  
 viribus suis gubernare studeat, quia scri-  
 ptum est: *Beati misericordes, quoniam ipsi mi-  
 sericordiam consequentur.* & iterum: *Date &  
 dabitur vobis: dimittite, & dimittetur vobis.*

## XV.

Levit. 19.  
 Prov. 20.  
 Ut pondera vel mensuræ ubique æqua-  
 lia sint & justa, sicut scriptum est: *Æquus  
 modius, & æquus sextarius.* & iterum: *Pon-  
 dus & pondus, mensura & mensura, utrumque  
 abominabile est apud Deum.*

## XVI.

Ne in dominicis diebus publica merca-  
 ta, neque causationes disceptationesque ex-  
 erceantur & penitus a rurali & servili  
 opere cessetur: his solummodo peractis,  
 quæ ad Dei cultum & servitium pertine-  
 re noscuntur.

## XVII.

Addit. cap. 61.  
 Ut unusquisque episcopus semel in anno  
 circumeat parochiam suam. Noverint sibi  
 curam populorum & pauperum in prote-  
 gendis ac defendendis impositam. Ideoque  
 dum conspiciunt iudices ac potentes pau-  
 perum oppressores existere, prius eos sacer-  
 dotali admonitione redarguant; & si con-  
 temperint emendari, eorum insolentia regis  
 auribus intimetur, ut quos sacerdotalis  
 admonitio non flecit ad justitiam, regalis  
 potestas ab improbitate coerceat.

## XVIII.

ANNO CHRISTI 817.  
 Ut presbyteri sub sigillo custodiant chris-  
 ma, & nulli sub prætextu medicinæ, vel  
 cujuslibet rei donare præsumant. Genus e-  
 nim sacramenti est, & non ab aliis nisi a  
 sacerdotibus contingi debet. Quod si fece-  
 rint, honore priventur.

## XIX.

Capitular.  
 lib. 11. c. 66.  
 Ut parentes filios suos, & patrini eos,  
 quos de fonte lavacri suscipiunt, erudire  
 summpere studeant; illi, qui eos genuer-  
 unt, & eis a Domino dati sunt: isti, qui  
 pro eis fidejussores existunt.

## XX.

Ut ecclesiæ antiquitas constitutæ nec de-  
 cimis, nec alia ulla possessione priventur.

## XXI.

Capitular.  
 lib. 11. c. 67.  
 Ut de sepeliendis in basilicis mortuis il-  
 la constitutio servetur, quæ ab antiquis pa-  
 tribus constituta est.

## XXII.

Ut placita publica & sæcularia, neque  
 in atris basilicarum, neque in ipsiis basilicis  
 fiant, dicente Domino: *Domus mea do-  
 mus orationis vocabitur.*

## XXIII.

Ne comites, vel vicarii, seu iudices, vel  
 centenarii, sub mala occasione vel ingenio  
 res pauperum emant, nec per vim tollant,  
 aut quolibet argumento subripiant: sed si  
 cui aliquid possessionum emendum, aut ven-  
 dendum sit, id in publico coram comite,  
 & iudicibus, & nobilibus civitatis facere  
 debebit.

## XXIV.

Ut unusquisque episcopus in sua paro-  
 chia presbyteros vel diacones diligenter in-  
 quirat, & fugitivos omnes clericos ad loca  
 sua redire jubeat, & propriis episcopis, aut  
 rectoribus quærentibus reddat.

## XXV.

Ut si quis beneficium de rebus ecclesiæ  
 habet, ad recta ejusdem ecclesiæ restauran-  
 da, vel ad ipsas ecclesias ædificandas omni-  
 no adjuvet.

## XXVI.

Ut qui publico crimine convicti sunt,  
 rei publice judicentur, & publicam peni-  
 tentiam agant secundum canones.

Hæc igitur sub brevitate, quæ emenda-  
 tione digna perspeximus, quam brevissime  
 annotavimus, & domino imperatori præ-  
 sentanda decrevimus, poscentes ejus clemen-  
 tiam, ut si quid hic minus est, ejus pru-  
 dentia suppleatur: si quid secus quam se-  
 ratio habet, ejus iudicio emendetur: si quid  
 rationabiliter taxatum est, ejus adiutorio  
 divina opitulante clementia perficiatur.

No-

1 Forte, *castitatem*. Nam id & Socrates orationis postulat, & Paulus, qui pecum habet. *Harduinus*.

ANNO CHRISTI 811

NOTA JACOBI SIRMONDI S. J.

Concilium Arelatenſe VI. De hoc & quatuor ſequentibus Conciliis Eginhartus in chronico anni DCCCXIII. Concilia quoque juſſu ejus, Caroli imperatoris, ſuper ſtatū eccleſiarum corrigendo per totam Galliam ab episcopis celebrata ſunt: quarum unum Moguntiaci, alterum Rhematis, tertium Turoniſ, quartum Cabillonis, quintum Arelati conſtitutum eſt. Eodemque ordine ac numero in annalibus Pithanſis, & a Reginone, aliſque recenſentur. In tomis Conciliorum primo loco poſitum eſt Arelatenſe, tum Turonenſe, Cabillonenſe, Moguntiacum, & Rhemenſe. Si temporis ſpectanda eſt ratio, Arelatenſe & Rhemenſe Maii menſis notam præſerunt, Moguntiacum Junii, reliqua duo

A notam nullam habent: quamquam omnia per eſſentem habita falſe dubium non eſt.

ANNO CHRISTI 812

NOTA SEVERINI BINII

Concilium. ) De loco, cauſa, & tempore hujus & ſequentium quatuor Conciliorum, annales Francorum ita habent: Nam hoc eodem anno quinq̄ue concilia quoque juſſu ejus ſuper ſtatū eccleſiarum corrigendo per totam Galliam ab episcopis celebrata eſt. Quarum unum Moguntiaci, alterum Rhematis, tertium Turoniſ, quartum Cabillonis, quintum Arelati congregatum eſt. Et conſtitutiones, quæ in ſingulis factæ ſunt, collatione coram imperatore in illa conventu habita, qui iuſſu volenti, in ſupradictis civitatibus invento poſuit, quamquam & in archiepo palatii exemplata illorum habentur.

Locus, cauſa & tempus Concilii

CONCILIUM MOGUNTIAECUM CAROLI MAGNI IMPERATORIS JUSSU

In claustro basilicæ sancti Albani celebratum sub die v. Idus Junias, indictione vi. anno Christi DCCCXIII. Leonis III. papæ XVIII. Caroli ejusdem regis & imperatoris XLV.

TITULI CANONUM.

- I. De fide catholica firmiter tenenda.
II. De ipe habenda in Deum.
III. De caritate ab omnibus conservanda.
IV. De sacramento baptismi uniformiter celebrando.
V. De pace, & concordia, & unanimitate.
VI. De orphanis & eubredatis subveniende.
VII. Ut res pauperum, vel minus potentum, mala occasione non emanent.
VIII. De potestate episcoporum pro rebus ecclesiasticis, ac de convenientia episcoporum cum laicis.
IX. De vita canonicorum.
X. Item de vita clericorum.
XI. De vita monachorum.
XII. Ne monachi placita secularia adeant.
XIII. De sacris virginibus.
XIV. De negotio seculari clericis & monachis interdico.
XV. De imitatione apostolica.
XVI. De eo quid sit relinquere mundum.
XVII. De armis omittendis.
XVIII. De fidei virtutibus, & viciis vitis discernendis.
XIX. Ut in monasteria nimis multi homines non mittantur.
XX. De locis monasteriorum vel aditu providendis.
XXI. Ut episcopi sicut qualiter canonici, qui sunt cum abbatibus, vivant.
XXII. De clericis vagis.
XXIII. De clericis iniuste tonsuratis.
XXIV. De clericis advenantibus imperatorem.
XXV. Ut predicatio sancta assidue in ecclesia fiat.
XXVI. Presbyteri tantum ad missarum sollempnia introitum habeant ad monasteria puellarum.
XXVII. Ut presbyteri christiana diligenter custodiant.
XXVIII. Ut presbyteri assidue utantur orationi.
XXIX. Ne laici presbyteros ejiciant de ecclesia, extra in eis constituant absque episcopi consensu.
XXX. Ne laici presbyteris munera exigant.
XXXI. De fugitivis clericis.
XXXII. Quid sit litania, & quid exomologesi.
XXXIII. De litania majori.
XXXIV. De quatuor temporibus observandis.
XXXV. De indulto septimo.
XXXVI. De s. praxatilibus anni.
XXXVII. De dominicis diebus cum veneratione observantur.
XXXVIII. De decimis ut dentur.
XXXIX. Ut ecclesie pacem habeant.
XL. Ut in ecclesia placita secularia non fiant.
XLI. Ut antiqua ecclesia honorem suum habeant.
XLII. De beneficiis ecclesiasticis, ut qui eis habent, ad ecclesiarum restaurationem adjuvant, & nonnulli ad artem addent.
XLIII. Ne presbyter solus missam canat.
XLIV. De oblatione & pace in ecclesia facienda.
XLV. Ut symbolum & orationem dominicam omnes discant.
XLVI. Ut malum ebrietatis omnino vitentur.
XLVII. De spiritualibus filiiis instruendis.
XLVIII. Ut canticum luxuriosum circa ecclesias non canatur.
XLIX. De subintroductis mulieribus.
L. De præpositis, vel advocatis, sive vicodominis.

- LI. Ne corpora sanctorum transferantur de loco ad locum.
LII. Qui mortui in ecclesia sepeliuntur.
LIII. De incestibus.
LIV. Ne proprius filius de baptismo suscipiatur, & ne filiola vel commater uxori ducatur.
LV. De damnatis nuptiis.

PREFATIO.

IN nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti. I gloriosissimo & Christianissimo imperatori Carolo augusto, veræ religionis rectori, ac defensori sanctæ Dei ecclesiæ, una cum prole sua, ejusque fidelibus, vita & salus, honor & benedictio, cum victoria sine fine mansura. Almsicæ reverentæ vestræ patefacimus nos humillimi famuli ac missi vestri, Hildebaldus scilicet sacri palatii archiepiscopus, Richolfus & Arno archiepiscopi, ac Bernhartus, una cum reliquis coepiscopis, atque abbatibus, & cetero clero, quia venimus secundum iussionem vestram in civitatem Maguntiam; ibique pariter adunati primitus cum litaniis triduum celebravimus jejunium, divinam suppliciter postulantes clementiam, quatenus sancta gratia tua conventum & actionem ipsius synodi sibi acceptabilem facere dignaretur, & Christiano populo proficientem ad salutem & vitam perpetuam, vobisque ad æternum honorem & gloriam. Tum vero confedentes in claustro basilicæ sancti Albani martyris Christi, consensu voce gratias egimus Deo Patri omnipotenti, quia sanctæ ecclesiæ suæ tam piæ ac devotum in servitio Dei concessit habere reatorem, qui suis temporibus sacræ sapientiæ fontem aperiens, oves Christi indefinenter sanctis reficit alimentis, ac divinis instruit disciplinis, Christianumque populum indefesso labore amplificare conatur, hilariterque Christi honorat ecclesiæ, ac de fauce diri draconis multorum animas studet eripere, & ad signum sanctæ matris ecclesiæ revocare, atque ad gaudia paradisi, & ad regna cælestia omnes communiter invitare, sancta sapientia sua devotissimoque studio ceteros reges transcendens. Incipientes igitur in nomine Domini communi consensu & voluntate tractare pariter de statu veræ religionis, ac de utilitate & profectu Christianæ plebis, convenit nobis, de nostro communi collegio clericorum, seu laicorum, tres facere turmas, sicut & fecimus. In prima autem turma confederunt episcopi cum quibusdam notariis, legentes atque tractantes sanctum evangelium, nec non epistolas & actus apostolorum, canones quoque ac diversa sanctorum patrum opuscula, pastoralemque librum Gregorii, cum ceteris sacris dog.

ANNO CHRISTI 811.

ANNO CHRISTI 811.

dogmatibus; diligenti studio perquirentes, quibus modis statum ecclesie Dei, & Christianam plebem profectum sana doctrina & exemplis iustitie incon-  
 vullum, largiente gratia Dei, perficere & conser-  
 vare potuissent. In alia vero turba confederunt  
 abbates ac probati monachi regulam sancti Benedi-  
 cti legentes, atque tractantes diligenter, qualiter  
 monachorum vitam in meliorem statum, atque  
 augmentum cum Dei gratia perducere potuissent.  
 In tertia denique turba sederunt comites & iudices  
 in mundanis legibus decertantes, vulgi iustitias  
 perquirentes, omniumque advenientium causas  
 diligenter examinantes, modis quibus poterant  
 iustitias terminantes. In his itaque omnibus primo  
 decrevimus, unicuique personam vel sexui congruum  
 honorem impendere, secundum dictum beati  
 Petri primi pastoris ecclesie, ubi ait: *Omnes  
 honorate, fraternitatem diligite, Deum timete, regem  
 honorificate. Servi, subditi estote in omni timore do-  
 minis, non tantum bonis, & modestis, sed etiam dy-  
 colis. Hac est enim gratia in Christo Jesu Domino no-  
 stro. Hinc Paulus ad Timotheum scripsit dicens: Attende  
 tibi & doctrina, insula in illis. Hoc enim faciens,  
 & scripturam saluam facies, & eos qui te audiunt.  
 Sensores ne increpaveris, sed obsecra ut patrem,  
 iuvenes ut fratres, annos ut matres, iuven-  
 las ut sorores in omni castitate. Insuper etiam con-  
 gruam nobis esse videbatur, ut sacerdotes ecclesie  
 Dei iure legitimo & inconvullo honorarentur, de  
 quibus Dominus ait: *Qui vos audit, me audit, &  
 qui vos recipit, me recipit: qui autem me recipit,  
 recipit eum qui me misit.* Et apostolus ad Hebricos:  
*Obedite, inquit, preceptis vestris, & subjacete eis.  
 Ipsi enim pervigilant, quasi rationem reddaturi pro ani-  
 mabus vestris.* Nam de reverentia ecclesiarum dicit  
 Dominus *Domus mea domus orationis vocabitur  
 cunctis gentibus.* De his tamen omnibus valde in-  
 digemus vestro adiutorio, atque sana doctrina, que  
 & nos iugiter admoneat, atque clementer erudiat,  
 quatenus ea, que paucis subter perstrinximus ca-  
 pitulis, a vestra auctoritate firmentur, si tamen  
 vestra pietas ita dignum esse judicaverit: & quid-  
 quid in eis emendatione dignum reperitur, vestra  
 magnifica imperialis dignitas jubeat emendare: ut  
 ita emendata, nobis omnibus & cunctis Christianis  
 plebi, ac posteris vobis proficiant ad vitam  
 & salutem, & ad gloriam sempiternam; vobisque  
 inde merces, honor, & laus, & benedictio ac bea-  
 titudo permaneat in omnes eternitates seculi.*

C A N O N E S

I.

Mar. 1.

Inicium enim actionis nostre de fide esse  
 decrevimus, que bonorum omnium est  
 fundamentum, & quia sine fide, ut dicit  
 apostolus, impossibile est placere Deo. Fides  
 tamen indiget opere, quia fides sine ope-  
 ribus mortua est. Ideo beatus Gregorius: Il-  
 le, inquit, vere credit, qui exercet operan-  
 do quod credit. Quapropter de vera fide  
 omnes omnino Christianos alterutrum in-  
 ter te iugiter admonere & docere oportet.  
 Maxime tamen domini sacerdotes in eo cer-  
 tamine laborare decet, ut firmiter ab om-  
 nibus teneatur.

II.

7/ul. 61.  
8/ul. 16.  
9/ul. 31.

Spes vero in Deum firmiter a cunctis  
 Christianis tenenda est. Unde psalmista com-  
 Concil. General. Tom. XIV

memorat: *Sperare in eo omnis congregatio po-  
 puli, & reliqua. & iterum: Spera in Domino,  
 & fac bonitatem & iterum: Sperantes autem in  
 Domino misericordia circumdabis. & apostolus:  
 Spe enim salvi facti sumus.*

III.

*Caritas Deus est.* ut ait Joannes apostolus: *Qui  
 manet in caritate, in Deo manet, & Deus  
 in eo.* Item Paulus apostolus: *Finis, inquit,  
 precepti est caritas de corde puro, & conscien-  
 tia bona, & fide non ficta.* Caritatem ergo  
 qui habet, omnia bona habet. Quam id-  
 eo commemoravimus, quia volumus ut fir-  
 miter ab omnibus æque catholicis conser-  
 vetur. Augustinus quoque in sermone de  
 laude caritatis dicit: Si ergo non vacat om-  
 nes paginas perferutari, omnium scriptura-  
 rum secreta penetrare, tene caritatem, ubi  
 pendent omnia: ibi tenebis quod ibi didi-  
 cisti. Ille itaque tenet & quod patet, &  
 quod latet in divinis sermonibus, qui ca-  
 ritatem tenet in moribus.

IV.

Sacramenta itaque baptismatis volumus,  
 ut sicut sancta vestra fuit admonitio, ita  
 concorditer atque uniformiter in singulis  
 parochiis, secundum Romanum ordinem  
 inter nos celebrentur, iugiterque conser-  
 ventur: id est scrutinium ad ordine baptis-  
 matis, sicut in decretis Leonis papæ sub  
 duobus continetur capitulis. In capitulo xi.  
 Duo tempora, id est pascha & pentecoste,  
 ad baptizandum a Romano pontifice legiti-  
 ma præfixa sunt. Item capitulo xxi. Non  
 interdicta licentia, qua in baptismo tri-  
 buendo quolibet tempore periclitantibus sub-  
 venit. Et Siricius: Si in qualibet neces-  
 sitate opus fuerit sacri unda baptismatis,  
 omni volumus celeritate succurri.

V.

V. Ut pax & concordia sit atque una-  
 nimitas in populo Christiano, quia unum  
 Deum patrem habemus in cælis, & unam  
 matrem ecclesiam, unam fidem, unum bap-  
 tisma. Ideo in una pace & unanimitate  
 concorditer vivere debemus, si ad unam  
 & veram hereditatem regni cælestis cupi-  
 mus pervenire: quia non est dissensionis  
 Deus, sed pacis, ut ipse ait: *Beati pacifici,  
 quoniam filii Dei vocabuntur.*

VI.

Propter istius itaque pacis concordiam  
 conservandam, placuit nobis de orphanis  
 & pauperibus, qui debite vel indebite di-  
 cuntur amisisse hereditatem paterni vel ma-  
 terni juris ad se legibus pertinentem; si  
 alicubi inventi fuerint, quos patres vel ma-  
 tres propter traditiones illorum exheredes  
 fecerunt, aliorum scilicet suasionibus aut  
 petitionibus, vel aliquo ingenio; omnino  
 volumus atque decrevimus emendari, quan-  
 tum ad nos vel ad nostram pertinet pote-  
 statem, juxta voluntatem Dei, & vestram

E

san.

ANNO  
CHRISTI  
911.

sanctam admonitionem & considerationem. Quod si forte extra officium nostrum alicubi inventum fuerit, admonere vestram clementiam audeamus, ut emendetur.

## VII.

Propter provisiones pauperum, pro quibus curam habere debemus, placuit nobis, ut nec episcopi, nec abbates, nec comites, nec vicarii, nec iudices, nullusque omnino sub mala occasione, vel malo ingenio, res pauperum, vel minus potentum, nec emere, nec vi tollere audeat. Sed si quis ex eis aliquid comparare voluerit, in publico placito, coram idoneis testibus, & cum ratione hoc faciat. Ubi cumque aliter inventum fuerit factum, hoc omnino emendetur per iussionem vestram.

## VIII.

Ut episcopi potestatem habeant res ecclesiasticas providere, regere, gubernare, atque dispensare secundum canonum auctoritatem, volumus: & ut laici in eorum ministerio obediant episcopis ad regendas ecclesias Dei, viduas & orphanos defendendos, & ut obedientes sint eis ad eorum Christianitatem servandam. Et episcopi consentientes sint comitibus & iudicibus ad iustitias faciendas: & ut nullatenus per aliquorum mendacium, vel falsum testimonium, neque per perjurium, aut per primum, lex iusta in aliquo depravetur.

## IX.

In omnibus igitur, quantum humana permittit fragilitas, decrevimus, ut canonici clerici canonicè vivant, observantes divinæ scripturæ doctrinam, & documenta sanctorum patrum, & nihil sine licentia episcopi sui vel magistri eorum composite agere præsumant in unoquoque episcopatu: & ut simul manducent & dormiant, ubi his facultas id faciendi suppetit, vel qui de rebus ecclesiasticis stipendia accipiunt, & in suo clauastro maneat, & singulis diebus mane primo ad lectionem veniant, & audiant quid eis imperetur. Ad mensam vero similiter lectionem audiant, & obedientiam secundum canones suis magistris exhibeant.

## X.

Discretionem igitur esse volumus atque decrevimus inter eos, qui dicuntur seculum reliquisse, & adhuc seculum sectantur. Placuit igitur sancto concilio, ut ita discernantur, sicut in regula clericorum dictum est. His igitur lege patrum cavetur, ut a vulgari vita seclusi, a mundi voluptatibus sese abstineant; non spectaculis, non pompis interfint, convivia inhonesta & turpia fugiant. Tamen Hieronymus in epistola ad Nepotianum dicit: Omnium Christianorum domos quasi proprias amare debemus, ut consolatores nos in meroribus suis potius, quam convivas in prosperis noverint. Item Isidorus: Clerici tamen convivia privata non tantum pudica, sed &

L. b. 1. de  
pisc. cap. 1.

sobria colant: usuris nequaquam incurbant, neque turpium occupationes lucrorum, fraudisque cujusquam studium appetant. Amorem pecuniæ, quasi materiam cunctorum criminum, fugiant: secularia officia, negotiaque abiciant: honorum gradus per ambitionem non subeant: pro beneficiis medicinæ Dei munera non accipiant: dolos & conjurationes caveant: odium, æmulationem, obrectationem, atque invidiam fugiant. Non vagis oculis, non infræni lingua aut petulanti, tumidoque gestu incedant: sed pudorem ac verecundiam mentis simplici habitu incessuque ostendant, obscenitatem etiam verborum, sicut & operum, peius execrentur: viduarum ac virginum visitationes frequentissimas fugiant: contubernia seminarum nullatenus appetant: castimoniam quoque inviolati corporis perpetuo conservare studeant. Senioribus quoque debitam præbeant obedientiam; neque ullo jactantiæ studio se attollant. Postremo in doctrina, in lectionibus, in psalmis, hymnis & canticis, exercitio jugi incumbant. Tales enim debent esse, qui divinis cultibus se mancipandos student exhibere: scilicet ut dum scientiæ operam dant, doctrinæ gratiam populis administrent.

## XI.

Abbatem autem censuimus ita cum monachis suis pleniter vivere, sicut ipsi qui in præsentem synodo aderant, palam nobis omnibus promiserunt: id est, secundum doctrinam sanctæ regulæ Benedicti, quantum humana permittit fragilitas. Ac deinde decrevimus, sicut sancta regula dicit, ut monasterium, ubi fieri possit, per decanos ordineretur: quia illi præpositi sæpe in elationem incidunt, & in laqueum diaboli.

## XII.

Hoc tamen omnino volumus, ut monachi ad secularia placita nullatenus veniant, neque ipse abbas sine consilio episcopi sui: & cum necessitas exigit, tunc per iussionem & consilium episcopi illuc vadat, nequaquam tamen contentiones, aut lites aliquas ibi movere præsumat: sed quicquid querendum vel etiam respondendum sit, per advocatos suos hoc faciat. Abbates & monachi usque ad interrogationem silentium habeant: & cum interrogantur, cum humilitate & reverentia respondeant: alias querelas omnino devitent. In eorum clauastro permaneant, nullusque ex eis foras vadat, nisi per necessitatem ab abbate mittatur in obedientiam. Nec foris manducent, neque bibant, sine permissione abbatis, nec ad convivia secularia vadant.

## XIII.

Abbatissas cum sanctimonialibus omnino recte & iuste vivere censemus. Quæ vero professionem sanctæ regulæ Benedicti fecerunt, regulariter vivant. Sin autem, cano-

nice

ANNO  
CHRISTI  
911.



ANNO  
CHRISTI  
1112.

nice vivant pleniter, & sub diligenti cura custodiam habeant, & in claustris permanent, neque foras exitum habeant. Sed & ipse abbatissæ in monasteriis sedeant, nec foras vadant sine licentia & consilio episcopi sui.

## XIV.

Cap. 1. Ne  
clericus vel  
monachus fac.

Ministri autem altaris Domini, vel monachi, nobis placuit, ut a negotiis secularibus omnino abstineant. Multa sunt ergo negotia secularia: de his tamen pauca perstrinximus, ad quæ pertinet omnis libido, non solum in immunditia carnis, sed etiam in omni concupiscentia carnali. Quidquid plus iusto appetit homo, turpe lucrum est: munera injusta accipere, vel etiam dare, pro aliquo seculari questu pretio aliquem conducere, contentiones lites vel rixas amare, in placitis secularibus disputare, excepta defensione orphanorum aut viduarum, conductores aut procuratores esse secularium rerum: turpis verbi vel facti ioculatore esse, vel jocum secularem diligere, aleas amare, ornamentum inconueniens proposito suo querere, in deliciis vivere velle, gulam & ebrietatem sequi, pondera injusta vel mensuras habere, negotium injustum exercere. Nec tamen iustum negotium est contradicendum propter necessitates diversas; quia legimus sanctos apostolos negotiatos esse, & in regula sancti Benedicti præcipitur prævidere, per quorum manus negotium monasterii transeat. Canes & aves sequi ad venandum, in omnibus quibuslibet sit causis, superfluum esse. Ecce talia, & his similia ministris altaris Domini, nec non & monachis, omnino contradicimus: de quibus dicit apostolus: *Nemo militans Deo implicat se negotiis secularibus.*

## XV.

Philipp. 1.

Apostolus dicit: *Imitatores mei estote, & observate eos, qui ita ambulant, sicut habetis formam nostram: non eos observantes qui sunt inimici crucis Christi, quorum finis interitus, quorum Deus venter est, & gloria in confusione ipsorum, qui terrena sapiunt. Nostra autem conversatio in calis est.* Sicut Hieronymus in epistolam ad Galatas ait: *Emulantur autem bene, qui cum videant vel audiant esse in aliquibus gratias, dona virtutesque, ipsi tales esse desiderant, & fidem, vitam, atque industriam eorum, per quæ illa meruerunt, nituntur imitari, ut possint ea quoque quæ bona æmulatione digna sunt consequi, magis quærentes spiritualia quam carnalia, ut perseveranti gradu ad finem boni operis pervenire possint.* Augustinus in primo libro de agone Christianorum hanc sententiam interpretans dicit: *Imitatores mei estote, sicut & ego Christi.* Quare intelligendum est, etiam ipsum apostolum in semetipso triumphasse de potestatibus hujus mundi, sicut de Domino dixerat, cujus se

Concil. General. Tom. XIV.

imitatorem esse proficitur. Imitemur ergo & nos illam, sicut hortatur, & castigemus corpus nostrum, & in servitutem redigamus, si mundum volumus vincere. Aliquando quidem suo exemplo Christi nos fieri imitatores jubet dicendo: *Imitatores mei estote, sicut & ego Christi.* Aliquando quidem de se reticens, ad ipsius imitationem Dei extendit, dicens: *Estote ergo imitatores Dei, sicut filii carissimi.* Jam vero demonstrans quia nihil ita hanc imitationem pariat, quam si ita vivat aliquis, ut bonum ejus in commune proficiat, atque universis utiliora provideat, adjunxit: *Ambulate in caritate.* Ideo cum dixisset, imitatores Dei estote, continuo de caritate disseruit, quia hæc præcipue virtus homines Deo proximos facit.

## XVI.

Sæculum autem relinquere, est, sicut Gregorius dicit, sæculi voluptatibus contrahere. Hinc Paulus admonet, dicens: *Qui continent, tanquam non possidentes: & quis utitur hoc mundo, tanquam non utatur.* Et Gregorius in libro pastorum: *Ut videlicet sic vobis suppetant, & exterius serviant, quantum a supernæ dilectionis studio animus non reflectant.*

## XVII.

Nos autem qui relinquimus sæculum, id modis omnibus observare volumus, ut arma spiritualia habeamus, secularia dimittamus; laicis vero, qui apud nos suat, arma portare non præjudicemus: quia antiquus mos est, & ad nos usque pervenit.

## XVIII.

Dominus dicit in evangelio: *Attendite a falsis prophetis qui veniunt ad vos in vestimentis ovium, interius autem sunt lupi rapaces.* Hinc Hieronymus in commentario Matthæi dicit: *De omnibus quidem intelligi potest, qui aliud habitu ac sermone promittunt, aliud opere demonstrant.* Item in alio loco: *Non omnis qui dicit mihi, Domine, Domine, intrabis in regnum celorum.* Nec his quidem accommodanda fides est, qui cum pollent integritate fidei, turpiter vivunt, & doctrinæ integritatem operibus destrunt. Utrumque enim Dei servis necessarium est, ut opus sermone, & sermo operibus comprobetur. Et Beda in tractatu in evangelium Lucæ dicit: *Ipse enim finis est, ut nihil duplici animo faciamus. Si veram, inquit, & non fictam vis habere justitiam, quæ verbis ostentat, etiam factis compensare curato.* Et apostolus: *Dilectio sine simulatione, odientes malum, adhaerentes bono.*

## XIX.

Ut plures non mittantur in monasteria canonicorum vel monachorum, aut etiam puellarum, quam sufferi possit.

## XX.

Deinde dignum ac necessarium est, ut missi per quæque loca directi, simul cum

E 2

opi.

ANNO  
CHRISTI  
1112.

1. Cor. 11.

1. Pet. 1.

1. Cor. 6.

Matth. 7.

Matth. 11.

Rom. 11.

Capitular. lib. 1. c. 77.

ANNO  
CHRISTI  
722

episcopis uniuscujusque diocesis, perspiciant A  
loca monasteriorum, canonicorum pariter  
& monachorum, similiterque puellarum, si  
in apto & congruo loco sint posita, ubi com-  
modum necessarium possit acquiri, quod ad  
utilitatem pertinet monasterii, sicut in san-  
cta regula dicitur: monasterium autem ita  
debet constitui, ut omnia necessaria infra  
monasterium exercentur; ut non sit neces-  
sitas monachis vel clericis vagandi foras,  
quia omnino non expedit animabus eorum.  
Similiter quoque ædificia monasteriorum  
supradicti missi, & cum eis episcopi, per  
diversa loca prævideant, si apta sint, &  
congruenter sanctæ professioni composita:  
vel si claustrum firimum habeant, in quo  
salvari possint animæ in eis commorantium  
sub disciplina canonica vel regulari. Ubi au-  
tem aliter inventum fuerit, hoc omnimo-  
dis episcopus loci ipsius faciat emendari:  
ita ut condignam professioni eorum custo-  
diam habeant canonici, vel monachi, at-  
que nonnantes, ne detur eis occasio male-  
faciendi, quod abut.

## XXI.

Capitular.  
lib. 7. c. 76.

Præcipimus ut unusquisque episcopus sciat  
per singula monasteria, quantos quisque ab-  
bas canonicos in monasterio suo habeat: &  
hoc omnino ambo pariter provideant, ut  
si monachi fieri voluerint, regulariter vi-  
vant: sin autem, canonicè vivant omnino.

## XXII.

lib. 7. c. 76.

De clericis vagis, seu de acephalis, id  
est, de his qui sunt sine capite, neque in  
servitio Domini nostri, neque sub episco-  
po, neque sub abbate, sed sine canonica  
vel regulari vita degentes, ut in libro of-  
ficiorum secundo, capitulo tertio, de eis  
dicitur. Hos neque inter laicos sæcula-  
rium officiorum studia, neque inter cleri-  
cos religio tenet divina, sed solutos at-  
que oberrantes sola turpis vita complecti-  
tur & vaga: quique dum nullum metuunt,  
explendæ voluptatis suæ licentiam sectan-  
tur, quasi animalia bruta, libertate ac de-  
siderio suo feruntur, habentes signum re-  
ligionis, non religionis officium, hippocen-  
tauris similes, nec equi, nec homines. Ta-  
les omnino, ubicumque inventi fuerint,  
præcipimus ut episcopi sine ulla mora eos  
sub custodia constringant canonica, & nul-  
latenus eos amplius ita errabundos & va-  
gos secundum desideria voluptatum suarum  
vivere permittant. Sin autem episcopis  
suis canonicè obedire noluerint, excom-  
municentur usque ad iudicium archiepis-  
copi regionis illius. Si autem nec ille eos  
corrige voluerit, tunc omnino sub vin-  
culis constringantur, usque ad synodum,  
ut ibi eis iudicetur, utrum ad iudicium  
Domini nostri, aut ad istam magnam sy-  
nodum adferantur sub custodia.

## XXIII.

De clericis vero hæc statuimus, ut hi

qui hætenus inventi sunt, sive in canoni-  
co, sive in monachico ordine, tonsurati si-  
ne eorum voluntate, si liberi sunt, ut ita  
permaneat: & deinceps cavendum, ut nul-  
lus condeatur sine legitima ætate, & spon-  
tanea voluntate, vel cum licentia domi-  
ni sui.

## XXIV.

De clericis adeuntibus imperatorem hoc  
placet omnibus modis observare, quod de  
eis in sacris canonibus constitutum.

## XXV.

De officio prædicationis, si forte episco-  
pus non fuerit in domo sua, aut infirmus  
est, aut alia aliqua causa exigente non  
valuerit, nunquam tamen desit diebus do-  
minicis, aut festivitibus, qui verbum  
Dei prædicet, juxta quod intelligere vul-  
gus possit.

## XXVI.

Ut presbyteris per monasteria puellarum  
opportuno tempore liceat missarum sollemp-  
nia celebrare, & iterum ad proprias eccle-  
sias redire.

## XXVII.

Presbyteri sub sigillo custodiant chrisma,  
& nulli sub prætextu medicinæ, vel male-  
ficii, donare inde præsumant. Quod si fe-  
cerint, honore priventur.

## XXVIII.

Presbyteri sine intermissione utantur ora-  
tionibus propter differentiam sacerdotii digni-  
tatis.

## XXIX.

Ut laici presbyteros non ejiciant de ec-  
clesiis, neque constituant, sine consensu  
episcoporum suorum.

## XXX.

Ut laici omnino munera injusta non exi-  
gant a presbyteris propter commendationem  
ecclesiæ cuiquam presbytero.

## XXXI.

Ut unusquisque episcopus in sua paro-  
chia diligenter presbyteros vel clericos in-  
quirat unde sint, & si aliquem fugitivum in-  
venerit, ad suum episcopum redire faciat.

## XXXII.

Litanie autem Græco nomine appellan-  
tur, quæ Latine dicuntur rogationes. In-  
ter litanias autem & exomologeses hoc dif-  
fert, quod exomologeses pro sola peccato-  
rum confessione agantur: litanie vero in-  
dicantur propter rogandum Deum, & im-  
petrandum in aliquo misericordiam ejus.  
Sed nunc jam utrumque vocabulum sub  
una designatione habetur.

## XXXIII.

Placuit nobis, ut litania major obser-  
vanda sit a cunctis Christianis diebus tri-  
bus, sicut legendo reperimus, & sicut san-  
cti patres nostri instituerunt, non equitan-  
do, nec pretiosis vestibus induti, sed di-  
scalceati, cinere & cilicio induti, nisi in-  
firmitas impediens.

## XXXIV.

ANNO  
CHRISTI  
722

Cap. de re-  
gularibus &  
transfere-  
bus ad relig.

Capitular.  
lib. 7. c. 80.

lib. 7. c. 81.

lib. 7. c. 82.  
lib. 7. c. 83.  
lib. 7. c. 84.

lib. 7. c. 85.

lib. 7. c. 86.

Capitular.  
lib. 7. c. 87.

ANNO  
CHRISTI  
917  
1744. c. 96.  
dist. 96.

Constitutio  
mus.

**XXXIV.** Constitutum ut quatuor tempora anni ab omnibus cum jejuniis observentur, id est, in mense Martio hebdomada prima & feria IV. & VI. & sabbato veniant omnes ad ecclesiam, hora nona cum litanis ad missarum sollempnia. Similiter in mense Junio hebdomada secunda, feria IV. & VI. & sabbato jejunetur usque ad horam nonam, & a carne ab omnibus abstinetur. Similiter in mense Septembrio hebdomada tertia, & in mense Decembrio hebdomada, quæ fuerit plena ante vigiliam natalis Domini, sicut est in Romana ecclesia traditum.

**XXXV.**

Ibid. c. 97.

Conc. Gangr.  
can. 19.

Quod si quis indictum jejunium superbiendo contempserit, & observare cum ceteris Christianis noluerit, in Gangrensi Concilio præcipitur ut anathematizetur, nisi emendare se studeat.

**XXXVI.**

Capitular.  
lib. 11. c. 27.

Festus dies in anno celebrare sancimus. Hoc est, diem dominicum paschæ cum omni honore & sobrietate venerari, simili modo totam hebdomadam illam observari decrevimus. Diem ascensionis Domini pleniter celebrare. Item pentecosten similiter ut in pascha. In natali apostolorum Petri & Pauli diem unum, nativatem sancti Joannis Baptistæ, assumptionem sanctæ Mariæ, dedicationem sancti Michaelis, natalem S. Remigii, S. Martini, S. Andreæ. In natali Domini dies quatuor, octavas Domini, epiphaniam Domini, purificationem sanctæ Mariæ. Et illas festivitates martyrum, vel confessorum observare decrevimus, quorum in unaquaque parochia sancta corpora requiescunt. Similiter etiam dedicationem templi.

**XXXVII.**

Capitular.  
l. c. 89.

Omnes dies dominicos cum omni veneratione decrevimus observari, & a servili opere abstinere: & ut mercatus in eis minime sit, nec placitum, ubi aliquis ad mortem vel ad pœnam judicetur.

**XXXVIII.**

Ibid. c. 89.

Admonemus atque præcipimus, ut decimas Deo omnino dari non negligatur, quas Deus ipse sibi dari constituit: quia timendum est, ut quisquis Deo debitum suum abstrahit, ne forte Deus per peccatum suum auferat ei necessaria sua.

**XXXIX.**

Ibid. c. 90.

Reum confugientem ad ecclesiam nemo abstrahere audeat, nec inde donare ad pœnam vel ad mortem, ut honor Dei & sanctorum ejus conservetur: sed rectores ecclesiarum pacem & vitam ac membra ejus obtinere studeant: tamen legitime componat, quod iniique fecit.

**XL.**

Ibid. c. 91.

Præcipimus ut in ecclesiis, aut domibus

Aecclesiarum, vel atriis, placita secularia minime fiant.

**XLI.**

Ecclesiæ antiquitus constitutæ nec decimis, nec aliis possessionibus priventur, ita ut novis oratoris tribuantur.

**XLII.**

Quicumque beneficium ecclesiasticum habent, ad recta ecclesiis restauranda, vel ipsas ecclesias emendandas, omnino adjuvent, & nonam & decimam reddant.

**XLIII.**

Nullus presbyter, ut nobis videtur, solus missam cantare valet recte. Quomodo enim dicat, Dominus vobiscum, vel, Surreximus corda admonebit habere, & alia multa his similia, cum alius nemo cum eo sit?

**XLIV.**

Oblationem quoque & pacem in ecclesia facere, jugiter admoneatur populus Christianus: quia ipsa oblatio sibi & suis magnum remedium est animarum, & in ipsa pace vera unanimitas, & concordia demonstratur.

**XLV.**

Symbolum, quod est signaculum fidei, & orationem dominicam discere semper admoneant sacerdotes populum Christianum. Volumusque ut disciplinam condignam habeant qui hæc discere negligunt, sive in jejuniis, sive in alia castigatione emendentur. Propterea dignum est, ut filios suos donent ad scholam, sive ad monasteria, sive foras presbyteris, ut fidem catholicam recte discant, & orationem dominicam, ut domi alios edocere valeant. Et qui aliter non potuerit, vel in sua lingua hoc discat.

**XLVI.**

Magnum malum ebrietatis, unde omnia divitiae pullulant, modis omnibus præcipimus cavere: & qui hoc vitare noluerit, excommunicandum cum esse decrevimus usque ad emendationem congruam.

**XLVII.**

Deinde præcipimus, ut unusquisque compater, vel proximi, spirituales filios suos catholice instruant.

**XLVIII.**

Canticum turpe atque luxuriosum circa ecclesias agere omnino contradicimus: quod & ubique vitandum est.

**XLIX.**

Omnibus igitur clericis feminas secum in domibus suis habere ultra licentiam canonum firmiter sit contradicendum.

**L.**

Omnibus igitur episcopis, abbatibus, cunctoque clero omnino præcipimus vicedominos, præpositos, advocatos, sive defensores bonos habere, non malos, non crudeles, non cupidos, non perjuros, non falsitatem amantes, sed Deum timentes, & in omnibus justitiam diligentes. De iudiciis autem, vel centenariis, atque tribunis, seu vic-

ANNO  
CHRISTI  
917.

Capitular.  
lib. 11. c. 96.  
de quæst. de  
ecclesia antiq.

Capitular.  
l. 1. c. 91. q.  
de ecclesia  
antiq.

Ibid. c. 91.

Ibid. c. 91.

Ibid. c. 91.

Ibid. c. 91.

Capitular.  
l. 1. c. 91.

ANNO CHRISTI 813. c. 101. c. 102. c. 103. c. 104. c. 105. c. 106. c. 107. c. 108. c. 109. c. 110. c. 111. c. 112. c. 113. c. 114. c. 115. c. 116. c. 117. c. 118. c. 119. c. 120. c. 121. c. 122. c. 123. c. 124. c. 125. c. 126. c. 127. c. 128. c. 129. c. 130. c. 131. c. 132. c. 133. c. 134. c. 135. c. 136. c. 137. c. 138. c. 139. c. 140. c. 141. c. 142. c. 143. c. 144. c. 145. c. 146. c. 147. c. 148. c. 149. c. 150. c. 151. c. 152. c. 153. c. 154. c. 155. c. 156. c. 157. c. 158. c. 159. c. 160. c. 161. c. 162. c. 163. c. 164. c. 165. c. 166. c. 167. c. 168. c. 169. c. 170. c. 171. c. 172. c. 173. c. 174. c. 175. c. 176. c. 177. c. 178. c. 179. c. 180. c. 181. c. 182. c. 183. c. 184. c. 185. c. 186. c. 187. c. 188. c. 189. c. 190. c. 191. c. 192. c. 193. c. 194. c. 195. c. 196. c. 197. c. 198. c. 199. c. 200. c. 201. c. 202. c. 203. c. 204. c. 205. c. 206. c. 207. c. 208. c. 209. c. 210. c. 211. c. 212. c. 213. c. 214. c. 215. c. 216. c. 217. c. 218. c. 219. c. 220. c. 221. c. 222. c. 223. c. 224. c. 225. c. 226. c. 227. c. 228. c. 229. c. 230. c. 231. c. 232. c. 233. c. 234. c. 235. c. 236. c. 237. c. 238. c. 239. c. 240. c. 241. c. 242. c. 243. c. 244. c. 245. c. 246. c. 247. c. 248. c. 249. c. 250. c. 251. c. 252. c. 253. c. 254. c. 255. c. 256. c. 257. c. 258. c. 259. c. 260. c. 261. c. 262. c. 263. c. 264. c. 265. c. 266. c. 267. c. 268. c. 269. c. 270. c. 271. c. 272. c. 273. c. 274. c. 275. c. 276. c. 277. c. 278. c. 279. c. 280. c. 281. c. 282. c. 283. c. 284. c. 285. c. 286. c. 287. c. 288. c. 289. c. 290. c. 291. c. 292. c. 293. c. 294. c. 295. c. 296. c. 297. c. 298. c. 299. c. 300. c. 301. c. 302. c. 303. c. 304. c. 305. c. 306. c. 307. c. 308. c. 309. c. 310. c. 311. c. 312. c. 313. c. 314. c. 315. c. 316. c. 317. c. 318. c. 319. c. 320. c. 321. c. 322. c. 323. c. 324. c. 325. c. 326. c. 327. c. 328. c. 329. c. 330. c. 331. c. 332. c. 333. c. 334. c. 335. c. 336. c. 337. c. 338. c. 339. c. 340. c. 341. c. 342. c. 343. c. 344. c. 345. c. 346. c. 347. c. 348. c. 349. c. 350. c. 351. c. 352. c. 353. c. 354. c. 355. c. 356. c. 357. c. 358. c. 359. c. 360. c. 361. c. 362. c. 363. c. 364. c. 365. c. 366. c. 367. c. 368. c. 369. c. 370. c. 371. c. 372. c. 373. c. 374. c. 375. c. 376. c. 377. c. 378. c. 379. c. 380. c. 381. c. 382. c. 383. c. 384. c. 385. c. 386. c. 387. c. 388. c. 389. c. 390. c. 391. c. 392. c. 393. c. 394. c. 395. c. 396. c. 397. c. 398. c. 399. c. 400. c. 401. c. 402. c. 403. c. 404. c. 405. c. 406. c. 407. c. 408. c. 409. c. 410. c. 411. c. 412. c. 413. c. 414. c. 415. c. 416. c. 417. c. 418. c. 419. c. 420. c. 421. c. 422. c. 423. c. 424. c. 425. c. 426. c. 427. c. 428. c. 429. c. 430. c. 431. c. 432. c. 433. c. 434. c. 435. c. 436. c. 437. c. 438. c. 439. c. 440. c. 441. c. 442. c. 443. c. 444. c. 445. c. 446. c. 447. c. 448. c. 449. c. 450. c. 451. c. 452. c. 453. c. 454. c. 455. c. 456. c. 457. c. 458. c. 459. c. 460. c. 461. c. 462. c. 463. c. 464. c. 465. c. 466. c. 467. c. 468. c. 469. c. 470. c. 471. c. 472. c. 473. c. 474. c. 475. c. 476. c. 477. c. 478. c. 479. c. 480. c. 481. c. 482. c. 483. c. 484. c. 485. c. 486. c. 487. c. 488. c. 489. c. 490. c. 491. c. 492. c. 493. c. 494. c. 495. c. 496. c. 497. c. 498. c. 499. c. 500. c. 501. c. 502. c. 503. c. 504. c. 505. c. 506. c. 507. c. 508. c. 509. c. 510. c. 511. c. 512. c. 513. c. 514. c. 515. c. 516. c. 517. c. 518. c. 519. c. 520. c. 521. c. 522. c. 523. c. 524. c. 525. c. 526. c. 527. c. 528. c. 529. c. 530. c. 531. c. 532. c. 533. c. 534. c. 535. c. 536. c. 537. c. 538. c. 539. c. 540. c. 541. c. 542. c. 543. c. 544. c. 545. c. 546. c. 547. c. 548. c. 549. c. 550. c. 551. c. 552. c. 553. c. 554. c. 555. c. 556. c. 557. c. 558. c. 559. c. 560. c. 561. c. 562. c. 563. c. 564. c. 565. c. 566. c. 567. c. 568. c. 569. c. 570. c. 571. c. 572. c. 573. c. 574. c. 575. c. 576. c. 577. c. 578. c. 579. c. 580. c. 581. c. 582. c. 583. c. 584. c. 585. c. 586. c. 587. c. 588. c. 589. c. 590. c. 591. c. 592. c. 593. c. 594. c. 595. c. 596. c. 597. c. 598. c. 599. c. 600. c. 601. c. 602. c. 603. c. 604. c. 605. c. 606. c. 607. c. 608. c. 609. c. 610. c. 611. c. 612. c. 613. c. 614. c. 615. c. 616. c. 617. c. 618. c. 619. c. 620. c. 621. c. 622. c. 623. c. 624. c. 625. c. 626. c. 627. c. 628. c. 629. c. 630. c. 631. c. 632. c. 633. c. 634. c. 635. c. 636. c. 637. c. 638. c. 639. c. 640. c. 641. c. 642. c. 643. c. 644. c. 645. c. 646. c. 647. c. 648. c. 649. c. 650. c. 651. c. 652. c. 653. c. 654. c. 655. c. 656. c. 657. c. 658. c. 659. c. 660. c. 661. c. 662. c. 663. c. 664. c. 665. c. 666. c. 667. c. 668. c. 669. c. 670. c. 671. c. 672. c. 673. c. 674. c. 675. c. 676. c. 677. c. 678. c. 679. c. 680. c. 681. c. 682. c. 683. c. 684. c. 685. c. 686. c. 687. c. 688. c. 689. c. 690. c. 691. c. 692. c. 693. c. 694. c. 695. c. 696. c. 697. c. 698. c. 699. c. 700. c. 701. c. 702. c. 703. c. 704. c. 705. c. 706. c. 707. c. 708. c. 709. c. 710. c. 711. c. 712. c. 713. c. 714. c. 715. c. 716. c. 717. c. 718. c. 719. c. 720. c. 721. c. 722. c. 723. c. 724. c. 725. c. 726. c. 727. c. 728. c. 729. c. 730. c. 731. c. 732. c. 733. c. 734. c. 735. c. 736. c. 737. c. 738. c. 739. c. 740. c. 741. c. 742. c. 743. c. 744. c. 745. c. 746. c. 747. c. 748. c. 749. c. 750. c. 751. c. 752. c. 753. c. 754. c. 755. c. 756. c. 757. c. 758. c. 759. c. 760. c. 761. c. 762. c. 763. c. 764. c. 765. c. 766. c. 767. c. 768. c. 769. c. 770. c. 771. c. 772. c. 773. c. 774. c. 775. c. 776. c. 777. c. 778. c. 779. c. 780. c. 781. c. 782. c. 783. c. 784. c. 785. c. 786. c. 787. c. 788. c. 789. c. 790. c. 791. c. 792. c. 793. c. 794. c. 795. c. 796. c. 797. c. 798. c. 799. c. 800. c. 801. c. 802. c. 803. c. 804. c. 805. c. 806. c. 807. c. 808. c. 809. c. 810. c. 811. c. 812. c. 813. c. 814. c. 815. c. 816. c. 817. c. 818. c. 819. c. 820. c. 821. c. 822. c. 823. c. 824. c. 825. c. 826. c. 827. c. 828. c. 829. c. 830. c. 831. c. 832. c. 833. c. 834. c. 835. c. 836. c. 837. c. 838. c. 839. c. 840. c. 841. c. 842. c. 843. c. 844. c. 845. c. 846. c. 847. c. 848. c. 849. c. 850. c. 851. c. 852. c. 853. c. 854. c. 855. c. 856. c. 857. c. 858. c. 859. c. 860. c. 861. c. 862. c. 863. c. 864. c. 865. c. 866. c. 867. c. 868. c. 869. c. 870. c. 871. c. 872. c. 873. c. 874. c. 875. c. 876. c. 877. c. 878. c. 879. c. 880. c. 881. c. 882. c. 883. c. 884. c. 885. c. 886. c. 887. c. 888. c. 889. c. 890. c. 891. c. 892. c. 893. c. 894. c. 895. c. 896. c. 897. c. 898. c. 899. c. 900. c. 901. c. 902. c. 903. c. 904. c. 905. c. 906. c. 907. c. 908. c. 909. c. 910. c. 911. c. 912. c. 913. c. 914. c. 915. c. 916. c. 917. c. 918. c. 919. c. 920. c. 921. c. 922. c. 923. c. 924. c. 925. c. 926. c. 927. c. 928. c. 929. c. 930. c. 931. c. 932. c. 933. c. 934. c. 935. c. 936. c. 937. c. 938. c. 939. c. 940. c. 941. c. 942. c. 943. c. 944. c. 945. c. 946. c. 947. c. 948. c. 949. c. 950. c. 951. c. 952. c. 953. c. 954. c. 955. c. 956. c. 957. c. 958. c. 959. c. 960. c. 961. c. 962. c. 963. c. 964. c. 965. c. 966. c. 967. c. 968. c. 969. c. 970. c. 971. c. 972. c. 973. c. 974. c. 975. c. 976. c. 977. c. 978. c. 979. c. 980. c. 981. c. 982. c. 983. c. 984. c. 985. c. 986. c. 987. c. 988. c. 989. c. 990. c. 991. c. 992. c. 993. c. 994. c. 995. c. 996. c. 997. c. 998. c. 999. c. 1000.

Deinceps vero corpora sanctorum de loco ad locum nullus praesumat transferre, sine consilio principis, vel episcoporum, & sanctae synodi licentia.

LII.

Nullus mortuus infra ecclesiam sepeliatur, nisi episcopi, aut abbates, aut digni presbyteri, vel fideles laici.

LIII.

Ut episcopi incestuosos pariter investigare studeant omnino praecipimus. Et si poenitere noluerint, de ecclesia expellantur, donec ad poenitentiam revertantur.

LIV.

Contradicimus quoque, ut in quarta generatione nullus amplius conjugio copuletur: ubi autem post interdictum factum inventum fuerit, separctur.

LIV.

Nullus igitur proprium filium vel filiam de fonte baptismatis suscipiat: nec filiolam, nec commatrem ducat uxorem; nec illam cujus filium, aut filiam ad confirmationem duxerit. Ubi autem factum fuerit, separentur.

LVI.

Si quis uxorem viduam duxerit, & postea cum filiastra sua fornicatus fuerit, seu duabus sororibus nupserit; aut si qua duobus fratribus nupserit, seu cum patre & filio, tales copulationes anathematizari & disjungi praecipimus, nec unquam amplius conjugio copulari, sed sub magna districtione fieri.

Facta est autem haec synodus in civitate Moguntia, in claustrum basilicae sancti Albani martyris, anno Domini DCCCXIII. & imperii domini Caroli imperatoris anno XIII. Indictione VI. v. Idus Junii, ubi sederunt episcopi triginta, abbates vero viginti quinque.

NOTAE SEVERINI BINI.

Concilium. ) Haec synodus Moguntina loco & occasione eadem qua praecedentes, celebrata fuit temporibus Rothomagensis archiepiscopi Moguntini & Caroli magni, die nono Junii anno Christi DCCCXIII. in claustrum basilicae sancti Albani post triduanum jejunium inchoata. In ea de libertate, quatuor temporibus, clericorum castitate & exemptione a bellicis negotiis: de armis laicis hominibus licite concessis plura utiliter, pie ac sancte constituta fuerunt. Acta synodalia contuli cum manuscripto exemplari, quod ex amplissima sacra Caesarea majestatis bibliotheca Viennensi ad me deferri curavit reverendissimus D. Joannes Pastorius. Hildebalduus qui hoc loco nominatur archiepiscopus sacri palatii, videtur fuisse ille, qui in testamento Caroli Coloniensis apud Egihartum nominatur & subscribitur primo loco episcopus. Hildebalduus Coloniensis archiepiscopus, cui successit Hildebalduus, qui cum Harsulpho, Ebbone Rhemensi, & Herone Trevirensi, Concilio ad Theodonis villam post haec tempora celebrato, sub Ludovico imperatore praesens interfuit. Vide qua in praesens concilium annotavi. Moguntia. ) Sic dicitur a Moguntia, qua auctoritate Nicolao Serario in hist. sua Mogunt. est urbs Galliae descripta. Moguntia, ab antiquissimis scriptoribus Moguntiacum sive Moguntiacum, ultioniore nomine Moguntia, vulgo Metz appellata; cujus etymologiam nominis Sorbillo quidam a Magog Japhet filio: Piscator a magis ex eo loco per Trebaram expulsus: a Magantio Trojano alii deducunt. Claudius Drusus Germanicus Augusti privignus, Tiberii frater, inquit Serarius, urbem pauculis annis ante nativitatem Christi condidisse videtur alio loco quam nunc est sita: aliquoties destructa, saepe restaurata fuit. Lingua utitur Germanica: Inter plurima urbis ornamenta, qua descriptio Serarius, post typographiam Moguntia primum inventum, praecipuum hoc est, quod archiepiscopus Moguntinae urbis a sede apostolica electoralem dignitatem primariam consecutus, convocandi & reliquos congregandi auctoritatem & potestatem habet. Quatraginta tres archiepiscopi electores fuerunt. Bonifacius Germanorum martyr & apostolus, primus archiepiscopus a sede apostolica impetravit. Fuerit ne Moguntina urbis femina, (ut vulgata communis habet fabula) ad Romanum pontificatum electa, infra suo loco decidam.

CONCILIUM RHEMENSE II. CAROLI MAGNI IMPERATORIS JUSSU

In Rhemorum metropoli a Vulfario ejus sedis archiepiscopo congregatum anno Christi DCCCXIII. Leonis III. Papae XVIII. Caroli ejusdem regis & imperatoris XLV.

TITULI CANONUM.

- i. Ut fidei rationem unusquisque discat, & operibus observet.
ii. Quod orationem dominicam ignorare Christiano non liceat.
iii. Ut clerici ornati sui quisque gradus officium intelligant.
iv. De officio subdiaconi.
v. De officio diaconi.
vi. De missarum sollempnibus rite celebrandis.
vii. De baptismi sacramento.
viii. De vita canonicorum.
ix. De regula monachorum.
x. De officio pastorem.
xi. De communi praelatorum subditorumque disciplina.
xii. De ratione poenitentiae.
xiii. De obo principalibus vitiiis.
xiv. Ut episcopi divinae lectioni incumbant.
xv. De praedicatione episcoporum.
xvi. Ut episcopi & presbyteri contentium peccata recte judicent.

- Dxvii. Ut episcopi & abbates ante se jo: turpia fieri non permittant.
xviii. Quod ministri Dei a confessionibus & violentiis abstinere debent.
xix. Ut episcopi & judices judicium discernant.
xx. Ut presbyteri de minori titulo ad majorem non transeant.
xxi. Ut deponatur presbyter qui ecclesiam pretio acquisierit.
xxii. Cum sacerdotibus feminae non habitent, nisi quas synodus Nicena permittit.
xxiii. De vita & conversatione abbatum.
xxiv. De praepositis & vicedominiis constituendis.
xxv. Ut monachi & canonici considerent qualiter Deo militare valeant.
xxvi. Ut monachi & canonici tabernis cibi potisque causa non ingrediantur.
xxvii. Ut in monasteriis plures aquo non suscipiantur.
xxviii. De fugienda cupiditate & avaritia.
xxix. Ut monachi ad placita non eant.
xxx. Ut clerici & monachi negotiis saecularibus se non implicant.

xxxvi.

Hoc capitulum citat Fulbertus Carnot. in epist. 33. ex Concilio Lepticensi sub Zacharia Papa, sub Principe Carolo Magno. Harduinus.

ANNO  
CHRISTI  
811.

- XXXI. *Pt discretio seruetur inter penitentes.*  
 XXXII. *Pt turpia iura & usuras non coercentur.*  
 XXXIII. *Pt monasteriis postularum necessaria suppeditentur a praelatis.*  
 XXXIV. *Pt viduae sub potestate vivunt episcopi.*  
 XXXV. *De iis que diebus dominicis fieri non debent.*  
 XXXVI. *De iis qui malo ingenio res alienas acquirunt, & pro his precarias faciunt.*  
 XXXVII. *De iis qui res ecclesie in precariam per malum ingenium acquirunt.*  
 XXXVIII. *De decimis.*  
 XXXIX. *Ne munera pro placitis exigantur.*  
 XL. *Pt pro domino imperatore, & liberis eius, orationes augetur.*  
 XLI. *Ne solidi per quadraginta denarios discurrant.*  
 XLII. *Pt peregrinibus ad servitium regis mansio non negetur.*  
 XLIII. *Pt lites & iurgia terminum habeant.*  
 XLIV. *De falsis testibus coercentis.*

## P R A E F A T I O.

**H**ic est ordo capitulorum breviter annotatus, qui anno dominice incarnationis DCCCXIII. notata sunt in conventu metropolitanae sedis Rheimensis ecclesie a domino Carolo piissimo Casare, more priscorum imperatorum congregato, ordinante Vulfario ejusdem sanctae sedis archiepiscopo, & ceteris quamplurimis patribus & fratribus in eodem conventu divina largiente clementia residentibus. Primo omnium mediante mense Maio, Deo inspirante, ab eisdem venerabilibus patribus institutum est secundum consuetudinem jejunium triduanum, quatenus ipse miserante ea quae ad laudem & gloriam sui sancti nominis, & ad mercedem praelati gloriosissimi principis nostri, seu correctionem totius Christiani imperii, in eo considerata vel statuenda erant, eo cooperante, secundum suam magnam misericordiam piissima voluntate ordinari mererentur.

## C A N O N E S.

## I.

Capitulum primum est de fidei ratione, ut unusquisque juxta intellectum suae capacitatis, Domino largiente, disceret & intelligeret, atque operibus pleniter observaret.

## II.

Ut orationem, quam Dominus noster Jesus Christus discipulos suos orare docuit, verbis disceret, & sensu bene intelligeret: quia illam ignorare nulli Christiano licet.

## III.

Ut quicumque ad gradus ecclesiasticos condigne ascendere voluerit, unusquisque intelligeret qualiter secundum possibilitatem intellectus sui in eo gradu, ubi constitutus est, Deo militare, & se ipsum valeret custodire.

## IV.

Ut ea quae scripta sunt superius unusquisque secundum a Deo sibi collatum gradum operibus perficere valeret, residentibus cunctis lectae sunt epistolae Pauli, qualiter subdiaconi ministerium est eundem apostolum legere, ut officium sibi commissum implere rectius potuisset.

## V.

LECTUM est evangelium, ut diaconi etiam instruerentur, qualiter Christo, cujus

Asunguntur officio, condigne valerent ministrare.

## VI.

Missarum ibi discussa est ratio, ut presbyteri minus antea scientes intelligerent, qualiter missarum sollempnia deinceps dignius celebrare deberent.

## VII.

Baptisterii & catechumenorum ventilata est ratio, ut sacerdotes plenius intelligerent, qualiter condignis ordinibus efficerent Christianum.

## VIII.

LECTI sunt sancti canones, ut quisque canonicus legem vitamque suam minime ignoraret, quod omnimodis non expedit, sicut in decretali legitur Innocentii.

## IX.

LECTA est regula S. Benedicti, ut ad memoriam reduceretur abbatibus minus scientibus, si qui forte adfuerint, qualiter & se & suos secundum eandem regulam custodire valerent atque gubernare.

## X.

LECTAE sunt sententiae libri pastoralis B. Gregorii, ut pastores ecclesiae intelligerent, quomodo ipsi vivere, & qualiter sibi subiectos deberent admonere: quoniam, teste eodem B. Gregorio, aliter admonendi sunt praelati, atque aliter subditi.

## XI.

Diversorum ibi sententiarum relatae sunt patrum, ut audientes in omnibus quae supra inserta leguntur, tam praelati quam subditi, in Dei laudibus roborati, de his quae audierant, fructum boni operis contenderent reddere.

## XII.

Omnibus his actis, ventilata est ratio poenitentiae, ut sacerdotes certius intelligerent, quomodo confessiones recipere, & poenitentiam secundum canonicam institutionem poenitentibus deberent indicare.

## XIII.

Ventilata est ratio octo principalium vitiorum, ut unusquisque diversitatem illorum sciret, & ab illis Domino auxiliante se intelligeret custodire, & aliis praedicare.

## XIV.

Ut episcopi diligentius operam dent, lectionique divinae incumbant, id est, canonicis libris, & opusculis patrum, & verbum Dei omnibus praedicent.

## XV.

Ut episcopi sermones & homilias sanctorum patrum, prout omnes intelligere possint, secundum proprietatem linguae praedicare studeant.

## XVI.

Ut episcopi & presbyteri examinent, qualiter contentibus peccata dijudicent, & tempus poenitentiae constituent.

## XVII.

Ut episcopi & abbates ante se joca turpia

ANNO  
CHRISTI  
811.Addit.  
pia

79  
ANNO CHRISTI 513.  
Co. 10.  
pia facere non permittant, sed pauperes & A indigentes secum ad mensam habeant, & lectio divina ibi perfonet, & sumant cibum cum benedictione & laude Domini, secundum apostolum: *Sive manducatis, sive bibitis, omnia in laudem Dei facite.*

XVIII.

Episcopi, & Dei ministri, non debent commellationibus & vinolentiis nimis incumbere, sed considerent sententiam Domini dicentis: *Attendite ne graventur corda vestra in crapula & ebriitate.* Moderate enim cibum & necessarium potum sumant, ut juxta apostolum sobrii sint, parati ad servitium Domini.

XIX.

addit. 2. c.  
Co. 4.  
Carb. 7.  
Ut episcopi & judices judicia discernant: quia sunt quædam judicanda modo, quædam Dei judicio reservanda. Scriptum est enim: *Nolite ante tempus judicare, quoadusque veniat Dominus, qui & illuminabit abscondita tenebrarum, & manifestabit consilia cordium, & tunc laus erit unicuique a Deo.* Et illius memores sint: *In quo enim judicio judicaveritis, judicabitur de vobis.*

XX.

Ut presbyteris de minore titulo ad majorem non liceat transmigrare.

XXI.

Ut quicumque presbyter per pretium gradum & ecclesiam acquisierit, deponatur

XXII.

Ut a sacerdotibus omnis suspicio mulierum funditus eradicetur: cum quibus etiam nulla habitatio eis concedatur. præter illam quæ in Nicæna synodo permittitur, id est, matrem, aut sororem, vel eas tantum personas, a quibus omnes suspiciones effugiant.

XXIII.

Ut in victu, vel vestitu, vel conversatione abbarum, qui monachos habere cernuntur, Dei voluntas & domini imperatoris impleatur.

XXIV.

Ut præpositi & vicedomini secundum regulas vel canones constituentur.

XXV.

Ut monachi & canonici pariter consilium habeant, qualiter Deo militare, animasque eorum melius valeant custodire, ne propter aliquam necessitatem occasionem querant vagandi, & inter ipsos propter hoc locus tentandi detur diabolo.

XXVI.

Ut monachi & canonici tabernas ad edendum vel bibendum non ingrediantur, sicut in conciliis Laodicensi & Africano legitur esse interdictum.

XXVII.

Ut in civitatibus, & monasteriis, non major numerus servientium Deo mittatur, quam possibilitas eis ministrandi fuerit.

XXVIII.

ANNO CHRISTI 513.  
Ut cupiditatis & avaritiæ malum nullatenus sectetur, sicut Carthaginense interdicat Concilium.

XXIX.

Ut monachi ad placita secularia nullatenus vadant.

XXX.

Ut nemo sacerdotum, vel monachorum, negotiis illicitis se implicet, quomodo scriptum est: *Nemo militans Deo implicat se negotiis secularibus.*

XXXI.

Ut discretio servanda sit inter pœnitentes, qui publice & qui absconfe pœnitere debent.

XXXII.

Ut turpia lucra & usuras minime exercent, sicut ipsum habet Concilium.

XXXIII.

De monasteriis puellarum considerandum est, & domini imperatoris misericordia imploranda, ut victum & necessaria a sibi prælati consequi possint sanctimoniales, & vitæ illarum & castitas secundum fragilitatem sexus diligenter provisâ tueatur.

XXXIV.

Ut viduz non sint in deliciis, sed secundum apostolum sub potestate episcopi vivant sicut decet.

XXXV.

Ut diebus dominicis secundum Domini præceptum nulla opera servilia quilibet perficiat, nec ad placita conveniat, nec etiam donationes in publico facere præsumat, neque mercata exercent.

XXXVI.

Ut quicumque per cupiditatem, & malum ingenium, aliorum res sibi acquisierint, & pro ipsis rebus ecclesiæ illis in precaria reddiderint, & id postmodum datoribus displicuerit, pars ecclesiæ quod suum est habeat, & illi quæ sua sunt absque ulterius contradictione recipiant. Post hæc vero, hi qui hoc malum perpetrati sunt, secundum modum culpæ pœnitentiam agant, & deinceps res aliorum cupide & procaciter recipere non præsumant, nisi tantum quod pro sola elemosyna eas Deo dare voluerint, vel etiam ipsas, quas donat, in nomine suo & filiorum suorum, in precariam recipere voluerint.

XXXVII.

Ut si quilibet hominum res ecclesiæ per mendacia, vel mala ingenia, in precariam sibi acquirere & habere voluerit, & post factas precarias, eadem mendacia ad aures ejusdem rectoris ecclesiæ delata fuerint, ipsa ecclesiæ res suas, quæ ei mendaciter abstractæ fuerint, pleniter absque ullius contradictione omnimodis recipiat. Ille vero, qui res suas per eadem mendacia propter cupiditatem ipsius precariæ eidem ec-

ANNO CHRISTI 811.

ANNO CHRISTI 811.

ecclesie tradidit, simili modo in suam recipiat dominationem.

XXXVIII.

Ut decimæ pleniter dentur.

XXXIX.

Ut nullus homo munera pro placito requirat, aut accipere præsumat.

XL.

Ut pro domino imperatore, sueque nobilissima prole, orationes & oblationes super has quæ hæctenus pro ipsis Deo omnipotenti oblatae sunt, augeantur, ut eos suis temporibus in præsentis sæculo cum omni felicitate custodiat, & in futuro cum sanctis angelis suis pia miseratione gaudentes efficiat.

XLI.

Ut dominus imperator secundum statum bonæ memoriæ domini Pippini misericordiam faciat, ne solidi, qui in lege habentur, per quadraginta denarios discurrant: quoniam propter eos multa perjuria, multaque falsa testimonia reperiuntur.

XLII.

Ut in sua elemolyina firmiter statuatur, ne quilibet in suum pergentibus servitium ullatenus prohibere audeat mansionem, neque aliis quibus necessitas incumbit.

XLIII.

Ut ejus magnificentum cuncto imperio ejus suis & futuris temporibus firmetur capitulum.

Alum, sive ab anno xxx. a quo adhuc testes haberi possunt, seu etiam ab illo, a quo felicissimum regnum ejus sumpsit exordium, qualiter omnes lites & jurgia in sua misericordia terminum habere potuissent: quoniam pro talibus multa perjuria, multaque discessiones oriuntur in populo.

XLIV.

Ut de falsis testibus ejus simili modo piissimum firmetur capitulum, qualiter & hoc quod ille Bononiæ statuit firmissimum habeatur: & adhuc quantantur, quatenus in sua piissima misericordia, si qua necessaria sunt augeantur: ne propter eorum falsa testimonio iniquaque perjuria, tot damna, totque injustitiæ oriuntur.

NOTÆ SEVERINI BINI.

a Concilium. ) De causa, tempore & occasione hujus Concilii Rhemis celebrati, vide qua ex annalibus Francorum supra notavi in Concilio Aralacensi IV. verbo Concilium.

De eodem Prodoardus lib. 2. cap. 18. ista. Hoc etiam Rhemorum Vulfario presule ordinante congregatum reperitur Rhemis ubi Galia.

ab imperatore Carolo Magno Concilium plurimorum patrum in quo constituta XLIV. coguntur capitula, in quibus de fidelis ratione, atque Dei ecclesie honore, rectorumque ipsius ac ministrorum dispositione, regisque fidelitate atque totius regni utilitate tractatum est.

b Rhemense. ) Sic dictum a Rhemia in Gallia Belgica, qua hæud procul a Marrona fluvio distat. Est vero metropolis, cujus suffraganei sunt omnes episcopi eadem in Gallia Belgica sit. Rex Francorum ab archiepiscopo Rhemensi ungitur & consecratur. Vide Ptolemeum lib. 2. cap. 5. Plinium lib. 4. cap. 17.

CONCILIUM TURONENSE III.

QUOD CAROLI MAGNI IMPERATORIS JUSSU

In Turonorum urbe celebratum est anno Christi DCCCXIII. Leonis III. papæ XVIII. Caroli ejusdem regni anno XLV. imperii vero XIII.

TITULI CANONUM.

- i. Ut omnes obediunt & fideles sint domino imperatori, Deumque pro illo sperare orent.
- ii. Ut episcopi studiose legant evangelium & epistolas B. Pauli cum sanctorum patrum expositionibus.
- iii. Quod episcopi canones, & librum pastorem sancti Gregorii ignorare non debeant.
- iv. Ut episcopi gregem sibi commissum sacra predicatione, vitæque sue exemplo doceant.
- v. Ut episcopus parva mensa se contentus, etique sacramentum adhibeat.
- vi. Ut peregrini & pauperes convivia sine episcoporum, VII. Ut episcopi omnium generum illecebras, infortiones, ac turpes jocos resugiant.
- viii. Ut episcopi a secularibus ludis, & venationibus abstant.
- ix. Presbyteri & diacones episcopi sui vestigia bonis moribus consequantur.
- x. Episcopi pauperum curam habeant, & res ecclesiasticas caute dispensent.
- xi. Ut liceat episcopi præsentem clero thesaurum ecclesie pauperibus erogare.
- xii. Ut presbyter ante XXX. annos non ordinetur, & ut in episcopio ante ordinationem probetur.
- xiii. Inquirant episcopi, ne quis alterius parochia presbyter officium celebrare præsumat sine litteris commendationis.
- xiv. De titulo minor ad majorem migrare presbytero non liceat.
- xv. Ut presbyter, qui alterius ecclesiam pretio adeptus sit, deponatur: & ut nulli presbytero ecclesiam dare liceat sine consensu episcopi.

Concil. General. Tom. XIV.

- DEVI. Ut decima singularium ecclesiarum a presbyteris consulto episcopo dispensentur.
- xvii. De homicidiis, quas habere debent episcopi.
- xviii. Ut episcopi baptismi sacramentum accurate tradant presbyteris.
- xix. Ut presbyteri corpus Domini quilibet personis indiscrete non tribuant.
- xx. Ut presbyteri sacrum christisma extra conclave non relinquunt.
- xxi. Presbyteri tabernas, tibi potiusque causa, non ingrediantur.
- xxii. Ut episcopi decernant quis potissimum liber penitentialis sit sequendus.
- xxiii. De vita canonicorum, qui in episcopis converfantur.
- xxiv. De canonicis, qui sub abbate vivunt in monasteriis.
- xxv. De monasteriis monachorum regula sancti Benedicti.
- xxvi. De monasteriis puellarum.
- xxvii. Ut juvenes vidua cito non velentur.
- xxviii. Ut virgines sacrum velamen ante xx. annos sine necessitate non accipiant.
- xxix. Clerici in claustris puellarum ne habitent, eorumque monasteria, nisi ad ecclesiastica officia, non intrent: aliis hominibus omnis aditus præcludatur.
- xxx. Abbatissa sine episcopi licentia non exeat nisi cum ad imperatorem ire voluerint.
- xxxi. Ne in monasteriis plures admittantur, quam facultas ferat.
- xxxii. Ut omnes inter se pacem & concordiam habeant.
- xxxiii. Quomodo comites & judices erga episcopos gerere se debeant, & episcopi erga illos.

F

XXXIV.

ANNO  
CHRISTI  
63ANNO  
CHRISTI  
63

XXIV. *Un comites & iudices tales personas ad vestimantum non admittant.*

XXV. *Nullas pro iudicio unius unquam vel accipias.*

XXVI. *Ut unusquisque pauperes suos alere studeat.*

XXVII. *Quod exceptis diebus dominicis, & tempore paschali, necis genus orandum sit.*

XXVIII. *Quando fideles ad ecclesiam convenire, atque in ea versari debeant.*

XXIX. *Ut in recubitu, carnisque actibus placita non fiant.*

XXX. *Ut mercato & placita die dominico non fiant.*

XXXI. *De criminosis, qui sacerdotali admonitione non corriguntur, seculari poenitentia coercendis.*

XXXII. *Quod magica artes ad curandas hominum vel animalium infirmitates nihil conferant.*

XXXIII. *De prohibenda jurandi consuetudine.*

XXXIV. *De subvertendis pauperibus, quia potentioribus opprimantur.*

XXXV. *Ut iussa ubique sint pondera & mensura.*

XXXVI. *Ut nona & decima solvantur ab illis qui debent, & ecclesiasticorum ac monasteriorum terra restantur.*

XXXVII. *De observandis jeuniis, quae pro aliqua necessitate indicantur.*

XXXVIII. *De vitanda crapula & ebrietate.*

XXXIX. *Ut dominus subactus non debeat.*

L. *Ut laici homines ter saltem in anno communicent.*

LI. *De illis qui ob traditiones ecclesiae a parentibus factas exhereditati decendantur.*

## P R A E F A T I O.

Quantum piissimi imperatoris nostri excellens animus divinae sapientiae fulgore sit irradiatus ad gubernandum praesentium rerum statum, ipsius imperii sibi a Deo dati liquido testantur negotia: quae quanta sint industria administrata, quantaque prudentia ordinata, qui sapiens ac intelligens est, facile perspicere potest, & eo praecipue, quod hic toto animo invigilat, investigando quae ad pietatem & veram religionem pertinent, quorum fructus hominem in bono beatitudinis collocat. His igitur intentus, pios ac religiosos Dei sacerdotes, ecclesiae gubernacula in regno sibi divina largitate collato tenentes, saluberrimis exhortationibus admonuit, ut operam darent & actibus eminent, quibus & le bene operando, & sibi commissis verbis & exemplis instruendo regerent. Definitum itaque de locis & tempore, quando & ubi coadunari fuerit opus: ad statuta loca convenimus. Siquidem urbe Turonis congregati episcopi, abbates, & venerabilis clerus, pro parvitate nostra, pauca quae ad tantum opus pertinere animadvertimus, & quae secundum canonicam regulam commendatione indigent, distinde per capita anuotavimus serenissimo imperatori nostro ostendenda.

## C A N O N E S.

Primo omnium admonuimus generaliter cunctos, qui nostro conventui interfuerint, ut obediens sint domino excellentissimo imperatori nostro, & fidem, quam ei promissam habent, inviolabiliter conservare studeant. Orationes quoque assiduas intente fundere pro ejus stabilitate ac incolumitate omnes se velle, secundum nostram admonitionem, unanimiter professi sunt, ut misericordia divina longiori revo illius mansuetudinem conservare dignetur.

## II.

Ut omnes episcopi studiose operam divinae dent lectioni: sanctum evangelium, & epistolae B. Pauli apostoli, non solum crebro lectitent, sed etiam quantum pos-

sint, memoriae studeant commendare: sanctorumque patrum opuscula super eadem exposita devote frequentent. Similiter & de ceteris libris canonicis faciant.

## III.

Nulli episcopo liceat canones, aut librum pastorem a B. Gregorio papa editum, si fieri potest, ignorare, in quibus se debet unusquisque, quasi in quodam speculo, assidue considerare.

## IV.

Sollicite studeat unusquisque episcopus gregem sibi commissum sacra praedicatione, quid agere, quid vitare debeat, informare. Et ipse episcopus vita, habitu, forma & conversatione sancta, suis sit subiectis exemplum, ut juxta dominicam vocem, videant opera ejus bona, & glorificent patrem Deum, qui in caelis est.

## V.

Episcopum non oportere nimium profusis incumbere conviviis: sed parco & moderato contentus sit cibo, ne videatur Domini abuti sententia dicentis: *Attendite ne graveentur corda vestra in crapula & ebrietate.* Et quamdiu convivatur, potius sacra lectio ante mensam ejus recitetur, quam otiosa a fufurionibus resonent verba.

## VI.

Peregrini & pauperes convivae sint episcoporum: cum quibus non solum corporali, sed & spiritali reficiantur alimento.

## VII.

Ab omnibus, quaecumque ad aurium & ad oculorum pertinent illecebras, unde vigor animi emolliri posse credatur, (quod de aliquibus generibus muscorum, aliisque nonnullis rebus sentiri potest) Dei sacerdotes abstinere debent: quia per aurium, oculorumque illecebras, vitiorum turba ad animam ingredi solet. Histrionum quoque turpium, & obscenorum insolentias jocosum, & ipsi animo effugere, ceterisque sacerdotibus effugienda praedicare debent.

## VIII.

Sacerdotibus non expedit, secularibus & turpibus quibuslibet interesse jocis: venationes quoque ferarum vel avium minime sectentur.

## IX.

Presbyteri quoque & diaconi in omnibus bonorum exhibitionibus sui episcopi vestigia sectentur; & in bonorum morum probitate, quae episcopo sunt observanda, eadem & sibi observanda esse cognoscant.

## X.

Episcopi quidem maximam curam & sollicitudinem circa pauperes habeant, & res ecclesiasticas ecclesiis collatas cauta circumspicione dispensent, quasi Dei ministri, non quasi turpis lucri sectatores: illisque ita utantur, non ut propriis, sed ut sibi ad dispensandum commissis.

## XI.



ANNO  
CHRISTI  
877.  
Ibid. c. 48.

## XI.

Licitum sit episcopis, presentibus presbyteris & diaconis, de thesauro ecclesie, familie & pauperibus ejus ecclesie, secundum canonicam institutionem, juxta quod indigerint, erogare.

## XII.

Ibid. c. 48. Presbyterum ordinari non debere ante legitimum tempus, hoc est ante xxx. annis: sed priusquam ad consecrationem presbyteratus accedat, maneat in episcopio discendi gratia officium suum tamdiu, donec possit & mores & actus ejus animadverti: & tunc, si dignus fuerit, ad sacerdotium promoveatur.

## XIII.

Ibid. c. 49. Ut unusquisque episcoporum parochiam suam diligenter perscrutari nitatur, ne aliquis presbyter ab alterius parochia in suam commigrans, officium celebrare presumat sine litteris commendatitiis, sicut olim multis in locis actum esse repertum est.

## XIV.

Ibid. c. 50. De titulo minori ad majorem migrare nulli presbytero licitum sit: sed in eo permaneat, ad quem ordinatus est. Quod si inventus fuerit contra statuta id facere, eadem feriat sententia, qua episcopus, si de minore ad majorem transmigraverit sedem.

## XV.

Quicumque presbyter per pretium ecclesiam fuerit adeptus, quolibet expulso, omnimodis deponatur, quoniam & ille contra ecclesiasticæ regulæ disciplinam agere dignoscitur, qui alium presbyterum legitime ad ecclesiam ordinatum per pecuniam expulerit, eamque sibi taliter vindicaverit. Quod vitium late diffusum summo studio emendandum est. Itemque interdicendum videtur clericis, sive laicis, ne quis cuilibet presbytero presumat dare ecclesiam sine licentia & consensu episcopi sui.

## XVI.

Add. c. 51. Ut decimæ quæ singulis dabuntur ecclesiis, per consulta episcoporum a presbyteris ad usum ecclesie & pauperum summa diligentia dispenfentur.

## XVII.

Visum est unanimitati nostræ, ut quilibet episcopus habeat homilias continentes necessarias admonitiones, quibus subjecti erudiantur, id est de fide catholica, prout capere possint, de perpetua retributione bonorum, & æterna damnatione malorum; de resurrectione quoque futura, & ultimo judicio, & quibus operibus possit promereri beata vita, quibusve excludi. Et ut easdem homilias quisque aperte transferre studeat in rusticam Romanam linguam, aut Theoticam, quo facilius cuncti possint intelligere quæ dicuntur.

## XVIII.

Episcoporum sit magna sollicitudo, presbyteris suis tradere baptismi sacramentum,

Concil. General. Tom. XIV.

A & quid in eodem renuntiandum, quidve credendum sit. Renuntiatur ergo diabolo, & omnibus operibus ejus, & omnibus pompis ejus. Opera ejus intelliguntur & sunt, homicidia, fornicationes, adulteria, ebrietates, & multa alia his similia: quæ nimirum diabolico instinctu prius cogitatione mentis concipiuntur, quam opere perpetrentur. Pompæ vero ejusdem sunt, superbia, jactantia, elatio, vana gloria, fastus, & alia quamplurima, quæ ex his oriiri videntur.

## XIX.

B Presbyteri omnino admonendi sunt, ut cum sacra missarum sollempnia peregerint, atque communicaverint, pueris aut aliis quibuslibet personis adstantibus corpus Domini indiscrete non tribuant. Qui si forte majoribus peccatis fuerint irretiti, magis sibi damnationem quam remedium comparant, juxta sententiam apostoli dicentis: *Quicumque manducaverit panem, vel biberit calicem Domini indigne, reus erit corporis & sanguinis Domini. Probet autem se ipsum homo, & sic de pane illo edat, & de calice bibat.*

## XX.

C Item presbyteris injungendum est, ne sacrum chrisma foras conclave dimittant, ubi a quolibet attingi possit. Nam criminosos eodem chrismate unctos aut potatos, nequaquam ullo examine deprehendi posse a multis putatur.

## XXI.

Servandum presbyteris firmiter statuiamus, ne tabernas ingrediantur comedendi bibendive causa. Quod si, post hæc statuta, facere presumpserint, canonica decernimus sententia feriendos.

## XXII.

D Episcopis & presbyteris diligenti cautela pertractandum est, qualiter hominibus sua sibi delicta consentibus tempus abstinenti adscribant, ut juxta modum peccati poenitentibus abstinentia indicatur: quoniam varie ab aliquibus sacerdotibus & indiscrete hæc judicia proferuntur. Ideo necessarium videbatur nobis, cum omnes episcopi ad sacrum palatium congregati fuerint, ab eis edoceri, cujus antiquorum liber poenitentialis potissimum sit sequendus.

## XXIII.

E Canonici & clerici civitatum, qui in episcopis conversantur, consideravimus ut in claustris habitantes, simul omnes in uno dormitorio dormiant, simulque in uno refectantur refectorio, quo facilius possint ad horas canonicas celebrandas occurrere, ac de vita & conversatione sua admoneri & doceri: victum & vestimentam juxta facultatem episcopi accipiant, ne paupertatis occasione compulsi per diversa vagari, ac turpibus se implicare negotiis cogantur: dimissoque ecclesiastico officio incipiant indiscipline vivere, & propriis deservire voluptatibus.

F 2

XXIV.

ANNO  
CHRISTI  
877.

1. c. 11.

ANNO  
CHRISTI  
812.

## XXIV.

Simili modo & abbates monasteriorum, in quibus canonica vita antiquitus fuit, vel nunc videtur esse, sollicitè suis provideant canonicis, ut habeant claustra & dormitoria, in quibus simul dormiant, simulque reficiantur, horas canonicas custodiant, victum & vestimenta juxta quod poterit abbas habeant, quo facilius ad Dei servitium possint constringi: sintque abbates sibi subditis bene vivendo duces & prævii, viamque demonstrent, qua rectè gradiendo ad meliorem vitam pervenire valeant.

## XXV.

Monasteria monachorum, in quibus olim regula B. Benedicti patris conservabatur, sed nunc forte qualicumque negligentia subrepente remissius ac dissolutius custoditur, vel certe penitus abolita negligitur, bonum videtur ut ad pristinum revertantur statum, & abbates eorumdem in eodem habitu & vita, qua ipsa regula præcipit eos incedere, vivere studeant: quoniam aliquam sunt monasteria, in quibus jam pauci sunt monachi, qui prædicti patris regulam suis abbatibus promissam habeant: quippe cum ipsi abbates magis canonicè, quam monachicè, inter suos conversati videntur.

## XXVI.

Porro in monasteriis puellarum multa inveneri possunt, quæ emendatione indigent. Nam quæquam abbatissarum negligentius, quam oporteat, vivere dicuntur, & ob hoc earum vita & conversatio a multis diffamatur: Sed & talium æctus subditam familiam imitari velle credendum est. Victus etiam ac vestimenta, aliaque nonnulla necessaria, quæ jure abbatissis præparari debuerant, abstracta sibi eadem conqueritur familia.

## XXVII.

Ut juvenes viduæ cito nequaquam velentur, usque dum probetur illarum religio, & bona ab eis nota sit conversatio: ne forte de eisdem dici possit ab apostolo: *Quæ autem in deliciis sunt, viventes mortua sunt*.

## XXVIII.

Virginibus quoque sacrum velamen accipiendum decreta patrum interdicit ante xxv. annos, nisi forte aliqua cogente necessitate, pro qua licitum est hæc statuta mutare, ut in canonicis, si requiratur, inveniri poterit.

## XXIX.

Presbyteris, diaconibus, ceterisque clericis, infra claustra monasteriorum puellarum non sit concessum habitare. Neque enim iutrent monasteria, nisi tempore quo missarum sollempnia celebranda sunt, vel alia quælibet ecclesiastica officia peragenda: quibus peractis, statim egrediantur, ne ibi postea aliquam moram faciant. Similiter &

Aliis hominibus, eadem monasteria impotente frequentare cupientibus, omnis aditus præcludatur.

## XXX.

Abbatissæ absque sui episcopi licentia foras egredi non habeant potestatem, nisi cum ad piissimum imperatorem nostrum proficisci voluerint: sed tantum in suis permanent monasteriis, ibique & seipsas custodire, sibi que commissas servare, quanta poterunt vigilantia, decerent.

## XXXI.

Ut in monasteriis canonicorum, monachorum, seu puellarum, major hominum numerus non admittatur, quam facultas monasterii possit sufferre.

## XXXII.

Omnes homines & maxime Christiani, studeant inter se pacem, unanimatem & concordiam habere; odium vero & discordiam longe a se propellere: neque protereno & caduco quæstu quis invidiæ stimulis agitatus felicitati fratris invidet; sed potius bona quæ sibi optat, eadem & proximis æqualiter cupiat.

## XXXIII.

Comitibus, iudicibus, reliquoque populo expedit, ut suis sint episcopis contentientes & obedientes propter Dei amorem, sui que gradus honorem, & semper ab eis utile quærant consilium, illorumque salubria non spernant monita, sed intenta cordis aure audiant. Similiter vero & episcopi prædictas personas humiliter suscipiant, honorificeque erga eos in omnibus agant: & sic sese mutuis studeant sublevare consolationibus.

## XXXIV.

Summopere admonendi sunt comites & iudices, ne viles & indignas personas coram se permittant ad testimonium accedere: quoniam multi sunt, qui pejerare pro nihilo ducunt: in tantum ut pro unius diei satietate, aut pro quolibet parvo pretio, ad juramentum conduci possint, animasque suas perjurio perdere minime formident. Quamobrem tales nequaquam ad quodlibet testimonium admittendi sunt. Et hoc notandum, quod non solum illi qui pejerant, sed etiam qui perjuri consentiunt, simili plectendi sunt damnatione.

## XXXV.

Nullus Christianus pro quolibet placito, vel iudicio, a qualibet persona munera exigere, aut accipere debet: quoniam id divina scriptura multis in locis magna interdicat auctoritate, teste scriptura quæ ait: *Munera cæcæcans oculos sapientium, & subvertens verba iustorum.*

## XXXVI.

Omnibus communiter intimetur, ut unusquisque omni tempore suam familiam, & ad se pertinentes inopes alere ac vegetare studeat: quoniam impium est, & Deo odi-

ANNO  
CHRISTI  
812.Addit. 1.  
cap. 12.

Ibid. c. 12.

Addit. 1.  
cap. 12.

Tit. 1.

E

Ibid. c. 11

Tit. 1.

odi-

odibile. eos qui divitiis affluunt, nimirum  
que opibus abundant, non adjuvare misere-  
ros & indigentes.

XXXVII.

Sciendum est, quod exceptis diebus do-  
minicis, & illis sollempnitatibus, quibus &  
universalis ecclesia, ob recordationem do-  
minicæ resurrectionis solet stando orare, fi-  
xis in terra genibus suppliciter Dei clemen-  
tiam nobis profuturam, nostrorumque cri-  
minum indulgentiam deprecandum est: cu-  
jus rei in evangelio ipse Dominus nobis de-  
dit exemplum. Sed & Stephanum marty-  
rem, & apostolum Paulum eadem fecisse  
liber Actuum apostolorum testis est. Ex  
quibus intelligi datur, oportere Christianum  
humiliter ad terram prosterni, ne forte il-  
li dicatur: *Quid superbis, terra & cinis?*

XXXVIII.

Sacerdotes debent fideles admonere, ut  
quando ad ecclesiam conveniunt, sine stre-  
pitu ac tumultu eam ingrediantur: in qua  
episcopi quamdiu orationis causa morantur,  
nequaquam inanes inter se proferant con-  
fabulationes. Sed tempore quo missarum  
sollemnia celebrantur, non solum ab otiosis  
& inuilibus verbis: verum etiam & a per-  
niciosis cogitationibus funditus abstinendum  
est.

XXXIX.

Placita quidem sæcularia in ecclesiis, vel  
in atriis ecclesiarum, a comitibus, vicariis-  
que usque modo multis in locis habita ne  
ultra fiant interdendum est, cum aucto-  
ritate Domini, qui expulsus de templo ne-  
gociatoribus asseruit debere domum Dei  
domum esse orationis.

XL.

Itemque interdicitur ne mercato & pla-  
cita usquam fiant die dominica, qua oportet  
omnes Christianos a servili opere in lau-  
de Dei & gratiarum actione usque ad ves-  
peram perseverare.

XLI.

Incestuosi, parricidæ, homicidæ multi  
apud nos, heu pro dolor! reperiuntur  
sed aliqui ex illis sacerdotum nolunt ad-  
monitionibus aurem accommodare, volen-  
tes in pristinis perdurare criminibus: quos  
oportet per sæcularis potentie disciplinam  
a tam prava consuetudine coerceri, qui per  
salutifera sacerdotum monita noluerunt re-  
vocari. Quorum aliquos jam excommuni-  
cavimus. Sed illi hoc parvipendentes in eis-  
dem perdurarunt criminibus. Quamobrem  
vestra decernat mansuetudo, quid de tali-  
bus deinceps agendum sit.

XLII.

Admoneant sacerdotes fideles populos, ut  
noverint, magicas artes, incantationesque,  
quibuslibet infirmitatibus hominum nihil pos-  
se remedii conferre: non animalibus lan-  
guentibus, claudicantibusve, vel etiam mor-  
ribundis quidquam mederi: non ligaturas

offium, vel herbarum cuiquam mortalium  
adhibitas prodesse: sed hæc esse laqueos &  
insidias antiqui hostis, quibus ille perfidus  
genus humanum decipere nititur.

XLIII.

Omnes homines admonemus, ne per sin-  
gula verba, quasi ad confirmationem suæ  
assertionis, nomen Domini in vanum assu-  
mant: quod ipse Dominus interdicit facien-  
dum, ubi ait: *Ne assumes nomen Dei tui in vanum.*  
In vanum etenim nomen Dei assu-  
mitur, quando aliquis ad singula verba,  
quibus vult ut sibi ab alio credatur, Deum  
omnipotentem testem rei, de qua ait, in-  
vocat, cumque sibi ita esse adiutorem, si-  
cut ea vera sint quæ loquitur. Nam & ip-  
se Dominus in evangelio hoc modo prohibens  
omne genus juramenti, *Nolite*, inquit,  
*omnino iurare, neque per calum, neque per ter-  
ram, neque per caput tuum, &c.*

XLIV.

Propter diversas occasiones res pauperum  
multis in locis valde attenuatæ sunt: eo-  
rum scilicet dicimus, qui liberi esse noscun-  
tur, & sub potestate potentiorum sunt con-  
stituti: quorum si negotia & causas ele-  
mentia piissimi principis nostri diligenter  
investigari iusserit, reperientur quampluri-  
mi diversis occasionibus ad ultimam pau-  
pertatem jam redigi.

XLV.

Quod mensuræ & pondera justa ubique  
habenda sunt, testis est Salomon, qui dicit  
quod statera dolosa abominatio sit apud  
Deum, & pondus æquum voluntas ejus:  
Et Dominus in evangelio: *In qua mensura,*  
inquit, *mensi fueritis, remetietur vobis.* Quod  
licet de mutua ibi dictum indulgentia in-  
telligi possit, tamen non absurde & de  
hac re dictum accipi valet.

XLVI.

Nonas ac decimas, quas qui res eccle-  
siasticas tenent, solvere rectoribus ecclesia-  
rum ordinati sunt ad luminaria & stipen-  
dia clericorum, multis in locis abstractas  
esse vidimus. Quod sæpe jam missis vestris  
in publicis indicavimus placitis. Sed inde  
hactenus aut parvum, aut nullum conse-  
cuti sumus effectum. Similiter & de restau-  
ratione rectorum nobis necessitas incumbit  
indicare, quia non tantum domus mona-  
steriorum, sed & ipsæ ecclesie, propter re-  
ctorum inopiam, ruinas minantur.

XLVII.

Jejunia quando generaliter pro aliqua ne-  
cessitate indicuntur, diligenter ab omnibus  
custodienda sunt & observanda. Nec se ali-  
quis improbitate gulæ pariat corrupti,  
ut de communi consortio sequestratus, esse-  
rum jejunii, quem cum ceteris abstinendo  
consequi debuit, ingluvie ventris victus tur-  
piter amittat.

XLVIII.

Ebrietatem & crapulam fideles sectari  
non

ANNO  
CHRISTI  
911  
211  
200

ANNO  
CHRISTI  
911

non debere Dominus in evangelio auctor est, qui suis auditoribus ita præcipiens, *Attendite, inquit, ne graventur corda vestra in crapula & ebrietate, quæ vitia modo apud homines nullius momenti esse putantur. Sed quanta mala de illis generari soleant, facile non possunt comprehendi. Generantur enim de illis quique noxiores corporum morbi, ut phisici testantur. Ad statum quoque mentis evertendum quantum noceat ebrietas, non facile deprehendi poterit; quippe cum pene omnium malorum, quæ ab hominibus raptim perpetrantur, causa sit & origo ebrietas.*

XLIX.

Capitulum  
100 110 120

Admonendi sunt domini subditorum, ut circa suos pie & misericorditer agant: nec eos qualibet injusta occasione condemnent, nec vi opprimant, nec illorum substantias injuste tollant: nec ipsa debita, quæ a subditis reddenda sunt, impie ac crudeliter exigantur.

L.


Ut, si non frequentius, vel ter laici homines in anno communicent; nisi forte quis majoribus quibuslibet criminibus impediatur.

LI.

Diligenter tractare & inquirere pariter copimus in conventu nostro, sicut pia serenissimi principis nostri nobis injunxit admonitio, de illis hominibus, qui exhereda-

ti esse dicuntur, si aliquis esset, qui nostris temporibus voluisset dicere, se a quolibet nostrum illis privari rebus, quas pater ejus, aut mater, aut frater vel aliquis propinquorum ad ecclesias Dei dedisset, & in ejus nomine iterum precaria a rectoribus ecclesiarum acciperetur. Sed in eodem conventu nostro neminem reperimus, qui de hac re adversus nos conqueri voluisset. Nam pene nullus est qui res suas ad ecclesias donet, nisi de rebus ecclesiasticis, aut tantum quantum donavit, aut duplum aut triplum usufructuario accipiat, & quibus ille tunc, vel quantis filiis aut propinquis, a rectoribus impetraverit, post discessum ejus eadem conditione, qua ille tenebat, posteri ejus sibi vindicent. Hic usus & hæc ratio apud nos usque modo de talibus tenebatur. Nam & nobis visum est, prædictis heredibus hanc dare optionem, ut si voluissent traditiones parentum suorum consequi, de qua illi jam erant per legem exclusi, rectoribus ecclesiarum se commendarent, & hæreditatem illam in beneficium, unde se adjuvare ac sustentare possent, acciperent.

Hæc nos in conventu nostro ita ventilavimus, sed quomodo deinceps piissimo principi nostro de his agendum placebit, nos fideles ejus famuli libenti animo ad nutum & voluntatem ejus parati sumus.



CONCILIUM CABILONENSE II.

QUOD CAROLI MAGNI IMPERATORIS JUSSU

Ab episcopis provincie Lugdunensis in Cabilonensi urbe celebratum anno Christi MCCXIII. Leonis III. papæ XVIII. Caroli ejusdem regni anno XLV. imperii vero XIII.

TITULI CANONUM.

- I. Ut episcopi legant scripturam, canones, & pastorale sancti Gregorii.
- II. Ut que legendo didicerint opere compleant.
- III. Ut episcopi scholas constituant.
- IV. Ut episcopi humilitatem atque religionem in omnibus præ se ferant.
- V. Ut episcopi moribus irreprehensibiles sint.
- VI. Quod fideles ad res suas ecclesiis dandas non sint cogendi, nec circumveniendi.
- VII. Ut qui machinationibus quibuslibet circumventi commam depulerint, res eorum hæreditibus reddantur, & penitentiam agant qui perjuraverunt.
- VIII. Ut sacerdotes annonam non congregent ut carius vendant.
- IX. Ut episcopi ab omnibus sensuum illecebris abstant.
- X. Ut sobrietatem teneant, & omnibus prædicent.
- XI. Ut episcopi ad publica iudicia sua causa suffragantur non cat.
- XII. Ut presbyteri, diaconi, monachi vitiosi non sint.
- XIII. De inhibendo juramento quod ab ordinandis exigebatur.
- XIV. Que observanda aut cavenda sint episcopis, dum parochias suas peragrant.
- XV. Ut census a presbyteris archidiaconi non exigant.
- XVI. Ut episcopi a presbyteris pro balsamo, vel pro luminariis, nihil accipiant.
- XVII. De abolendo casu, quem presbyteri episcopis annuum dabant.
- XVIII. Ne episcopi & comites uxores ab incestuosis & aliis accipiant.
- XIX. Ut episcopi & abbates decimas ecclesiarum colonis suis dari non prohibeant.
- XX. De pace & concordia inter episcopos & comites.
- XXI. Ut comites & iudices recta iudicia judicent.
- XXII. De abbatibus & monachis, ut secundum regulam vivant.
- XXIII. Ut clericorum ordinationes statim temporibus fiant.
- XXIV. De compositione interfecti clerici & monachi.
- XXV. Ut publica penitentia mos antiquus renovetur.
- XXVI. Ut ecclesie inter hæredes non dividantur.
- XXVII. Quod confirmatio iterari non debeat.
- XXVIII. Ut matrimonia in iis tantum gradibus jungantur, quos canones præscribunt.
- XXIX. Quod in nuptiis uxoris quoque parentela observanda sit.
- XXX. Ut conjugia servorum non dirimantur, etiam si diversos dominos habeant.
- XXXI. De feminis que filios suos fraudulenter ad confirmandum tenent.
- XXXII. De his qui pleniter peccata non confitentur.
- XXXIII. Quod Deo & sacerdoti complenda sint peccata.
- XXXIV. Quod personarum acceptio in penitentia iudicio cavenda sit.
- XXXV. Quod multi in penitentia delictis indulgeant.
- XXXVI. De his qui ex industria peccant.
- XXXVII. Que piissimum consilia canonum sint sacerdotibus legenda & prædicanda.
- XXXVIII. Quod penitentia secundum antiquos canones imponi debeat, repudiatis libellis penitentialibus.
- XXXIX. Ut in omnibus missæ fiat commemoratio defunctorum.
- XL. Ut presbyteri degradati penitentiam agant in monasteriis.
- XLI. Ut presbyteri alterius parochie sine litteris commendatitiis non recipiantur.

- ANNO CHRISTI 812. *Quod ecclesia presbyteris sine consensu episcopi dari A vel auferri non debent.*
- 813. *De irritandis ordinationibus, quas faciunt Scoti, qui se episcopi dicunt.*
- 814. *Ut presbyteri sine episcopi sui licentia non peregrinentur: & ut cancellarii publici non fiant.*
- 815. *De peregrinatione ad loca sancta, & de quorundam abatu.*
- 816. *De discretionis adhibenda in perceptione eucharistie.*
- 817. *Quod in cena Domini eucharistia fidelibus percipienda sit.*
- 818. *Quod inferni oia benedictio perungendi sint.*
- 819. *De locis in quibus missa celebranda sunt.*
- 820. *De observatione diei dominice.*
- 821. *Quod prelati ecclesia clementer erga subditos agere debeant.*
- 822. *Quales in monasteriis abbatissa presci debent.*
- 823. *Infructio pro sanctimonialibus que se canonicas vocant.*
- 824. *Qua curare debent abbatissa erga sanctimoniales fratri commissas.*
- 825. *Abbatissa cum viris bonis incompetentibus non loquatur.*
- 826. *A vespera usque ad primam nullo sanctimonialium cum viris colloquatur.*
- 827. *Abbatissa sine licentia episcopi non exeat: & cum foras pergit quid curare debeat.*
- 828. *Abbatissa monasterio necessaria provideat.*
- 829. *Sanctimoniales in monasterio quid observare debeant.*
- 830. *Presbyteri in monasteriis puellarum, nisi ad ecclesiastica officia, non immoveantur.*
- 831. *Ut sanctimoniales cum viris, nisi in auditorio, non comedant, nec colloquantur.*
- 832. *Sanctimoniales, nisi abbatissa mittente, non exeat; & negotia sua ad medium portam monasterii extricant.*
- 833. *Nullus laicus claustra illarum, nisi ad operandum, ingrediatur.*
- 834. *Portaria qualis eligi debeat.*
- 835. *Ut abbatissa episcopo in omnibus obediat.*
- 836. *Ut ab omnibus assiduis orationibus fiant pro domino imperatore.*

P R Æ F A T I O.

Auxiliante Domino nostro Jesu Christo, & imperante serenissimo atque inclyo Augusto Carolo, convenimus episcopi & abbates totius Gallie Lugdunensis in urbem Cabilonensem; & de quibusdam rebus, in quibus nobis emendatio necessaria videbatur, quedam capitula, que subter inserta sunt, eidem domino imperatori presentanda, & ad ejus sacratissimum judicium referenda annotavimus, quatenus ejus prudente examine ea que rationabiliter decrevimus confirmetur; sicuti minus aliquid egimus, illius sapientia suppletur.

C A N O N E S

I.

Decrevimus juxta sanctorum canonum constitutionem, & ceterarum sanctarum scripturarum doctrinam, ut episcopi assidui sint in lectione, & scrutentur mysteria verborum Dei, quibus in ecclesia doctrina fulgore splendeant, & verborum Dei alimentis animas sibi subditas fatiare non cessent, & cum David quotidie Domino dicant: *Revela oculos meos, & considerabo mirabilia de lege tua.* Ita videlicet, ut illas scripturas notissimas habeant, que canonicè appellantur, & earum sensum per patrum tractatus inquirant. Canones quoque intelligant, & librum beati Gregorii papa de cura pastorali: & secundum formam ibidem constitutam & vivant & predicent.

7/4. 118.

II.

Ut ea que legendo perscrutantur, opere compleant, juxta illud: *Cepit Jesus docere & docere.* & illud: *Et memoria tenentibus mandata ejus, ut faciant ea.* & illud: *Beati qui scrutantur testimonia ejus, in toto corde exquirunt ea, non enim qui operantur iniquitatem; in viis ejus ambulaverunt.* Et quia non audientes legis, sed factores ejus justificabuntur. Et, *regnum Dei non est in sermone, sed in opere.* Et sint subditis norma vivendi, ita videlicet ut & verbis & exemplis populo ad eternam patriam pergenti ducatum præbeant: ut vita eorum & doctrina nequaquam discordent, sed que dicunt faciant, & que faciunt docere studeant. Et prædicatione assidua plebem admoneant, & falce justitiæ a credentium mentibus vitiorum spinas eradicent, & verbi Dei semine agros mentis eorum ad fecunditatem perducant.

III.

Oportet etiam, ut sicut dominus imperator Carolus, vir singularis mansuetudinis, fortitudinis, prudentiæ, justitiæ, & temperantiæ præcepit, scholas constituent, in quibus & litteras sollertia disciplinæ, & sacræ scripturæ documenta discantur, & tales ibi erudiantur, quibus merito dicatur a Domino: *Vos estis sal terra:* & qui condimentum plebibus esse valeant, & quorum doctrina non solum diversis hæresibus, verum etiam antichristi monitis, & ipsi antichristo resistatur: ut merito de illis in laude ecclesiæ dicatur: *Mille clypei pendens in ea, omnis armatura fortium.*

IV.

Opportunum ducimus, ut humilitatem atque religionem & in vultu, & in opere, & in habitu, & in sermone demonstrent: ut bene agentes & habitu & vultu demulceant; male agentibus vero ipso suo visu terribiles sint, juxta illud quod in tabernaculo Dei boum & leonum effigies expressæ fuisse memorantur: & Dominus in evangelio, & astutiam serpentis, & simplicitatem columbæ habendam percauset.

V.

Ut juxta apostoli vocem sacerdotes irreprehensibiles sint, & moribus ornati: & nequaquam turpibus lucris deserviant, juxta illud quod ait scriptura: *Nemo militans Deo implicat se negotiis secularibus, ut ei placeat cui se probaverit.* Et a turpibus lucris & usuris non solum ipsi abstineant, verum etiam plebes sibi subditas abstinere instituant.

VI.

Imputatur quibusdam fratribus, eo quod avaritiæ causa hominibus persuadent, ut abrenuntiantes sæculo res suas ecclesiæ conferant: quod penitus ab omnium mentibus eradicandum est. Animarum quippe salutem inquirere sacerdos, non lucra terrena, debet: quoniam fideles ad res suas dandas non sunt cogendi, neque circum-

ANNO CHRISTI 812. 7/4. 118.

Rom. 1. 2. Cor. 4.

Matth. 13.

1. Reg. 7. Matth. 10.

Capitular. lib. 1. c. 17. 1. Tim. 2.

ANNO  
CHRISTI  
1111

ANNO  
CHRISTI  
1111

veniendi. Oblatio namque spontanea esse debet, juxta illud quod ait scriptura: *Voluntarie sacrificabo tibi: & illud: Omnis populus novae devota obtulerunt donaria Domino.* A de ceteris pestibus ad gastrimargiam pertinentibus servandum est.

Ecclesia vero sancta non solum fideles spoliare non debet: quin potius inopibus opem ferre, ut debiles, pauperes, viduae, orphani, & ceteri necessitate patientes, a sancta ecclesia, ut puta a pia matre & omnium gubernatrice, subsidium accipiant: quia res ecclesiae, quibus episcopi, non ut propriis, sed ut commendatitiis uti debent, pretia sunt peccatorum, patrimonia pauperum, stipendia fratrum in communi viventium.

VII.

Constituit sane facer iste conventus, ut episcopi, sive abbates, qui non in fructum animarum, sed in avaritiam, & turpe lucrum inhiantes, quoslibet homines illectos circumveniendo totonderunt, & res eorum tali persuasione non solum acceperunt, sed potius subriperunt, poenitentiae canonicae, sive regulari, ut puta turpis lucri sectatores subjaceant: Hi vero, qui vanis promissionibus illecti, vel quibuslibet machinationibus persuasi, mentis inopes effecti, rerum suarum domini esse nescientes, commam deposuerint, in eo quod ceperunt perleverare cogantur. Res namque, quae ab illectis & negligentibus datae, ab avaris & cupidis non solum acceptae, sed raptae noscuntur, haeredibus reddantur, qui dementia parentum, & avaritia inceptorum, exhaeredati esse noscuntur. Si vero nescientibus episcopis aut abbatibus ministri eorum, quilibet videlicet in clero, hoc fecisse convincuntur, episcopi & abbates delidia, illi vero rapacitate & avaritia judicentur. Hoc vero, quod quisque Deo juste & rationabiliter de rebus suis offert, firmiter ecclesia tenere debet.

VIII.

Oportet etiam, ut si quando sacerdotes fruges, vel quosdam redditus terrae, congregant & protelant; non ideo hoc faciant, ut carius vendant & thesauros congregent, sed ut pauperibus tempore necessitatis subveniant.

IX.

Ab omnibus oculorum auriumque illecebris sacerdotes abstinere debent: & canum, accipitrum, falconum, vel ceterarum hujusmodi rerum curam parvipendere: & histrionum, sive scurronum, & turpium seu obscenorum jocosum insolentiam, non solum ipsi respuant, verum etiam fidelibus respuenda percenseant.

X.

Ut sobrietatem sacerdotes teneant, & hanc habendam fidelibus praedicent: quia non potest libere sobrietatem praedicare, qui se mero usque ad alienationem mentis ingurgitat. Hoc & de comestationibus, &

1vo part. 12.  
cap. 72.

de ceteris pestibus ad gastrimargiam pertinentibus servandum est.

XI.

Ut episcopus ad forum, neque ubi publice negotia judiciaria exercentur, non pergat suae causae suffragaturus; nisi forte, ut aut pauperibus oppressis succurrat, aut viduis & orphanis tuitionem conferat, aut de verbo Dei iudices admoneat, ut juxta Domini praecipuum iusta judicent iudicia. Hoc & de abbatibus, & de presbyteris, & diaconibus, & maxime monachis observandum est. Si vero eorum qui in clero sunt propria causa agenda est, cum licentia episcopi & advocato pergat, & suae causae cum iustitia suffragetur.

XII.

Ut neque presbyteri, neque diaconi, neque monachi villici fiant.

XIII.

Dicitur est interea de quibusdam fratribus, quod eos quos ordinaturi sunt jurare cogant, quod digni sint, & contra canones non sint facturi, & obediens sint episcopo qui eos ordinat, & ecclesiae in qua ordinantur, quod iuramentum, quia periculosum est, omnes una inhibendum statuimus.

XIV.

Cavendum sane est, ne cum episcopi parochias suas peragrunt, quamdam non solum erga subditos, sed erga socios tyrannidem exercent: nec (quod absit) cum caritate, sed quadam judiciaria invectione stipendia ab eis exigant. Observandum etiam modis omnibus est, ut si quando eis peragrandae parochiae necessitas incumbit, in confirmandis hominibus, in inquirendis rebus emendatione dignis, in praedicatione verbi Dei, in lucris animarum potius, quam in depradandis & spoliandis hominibus, & scandalizandis fratribus, operam dent. Et si quando eis ad peragendum ministerium suum a fratribus, aut a subditis aliquid accipiendum est, hoc summo opere observare debent, ne quem scandalizent aut gravent. Tanta ergo in hac re discretio tenenda est, ut & verbi Dei praedicator sumptus, ubi proprii defunt, a fratribus accipiat, & iidem fratres illius potentia non graventur: exemplo apostoli Pauli, qui ne quem gravaret, arte & manibus victum quaerebat.

XV.

Dicitur est etiam, quod in plerisque locis archidiaconi super presbyteros parochianos quamdam exercent dominationem, & ab eis census exigant, quod magis ad tyrannidem, quam ad rectitudinis ordinem pertinet. Si enim episcopi, juxta Petri apostoli sententiam, non debent esse dominantes in clero, sed forma facti gregis ex animo; multo minus isti hoc facere debent, sed contenti sint regularibus discipli-

Dis. 24.  
Diam. 28.

1. Pet. 5.

97  
 ANNO CHRISTI 1177.  
 plinis, & teneant propriam mensuram; & A  
 quod eis ab episcopis injungitur, hoc per  
 parochias suas exercere studeant, nihil per  
 cupiditatem & avaritiam præsumentes.

## XVI.

Quidam fratres dixerunt, consuetudinis  
 antiquæ fuisse in eorum ecclesiis, ut pro  
 balsamo emendo ad chrisma faciendum,  
 sive pro luminaribus ecclesiæ concinnandis,  
 binos vel quaternos denarios presbyteri da-  
 rent. Unde omnes uno consensu statui-  
 mus, ut sicut pro dedicandis basilicis, &  
 dandis ordinibus, nihil accipiendum est,  
 ita etiam pro balsamo, sive luminaribus  
 emendis, nihil presbyteri chrisma acceptu-  
 ri dent. Episcopi itaque facultatibus ec-  
 clesiæ balsamum emant, & luminaria sin-  
 guli in ecclesiis suis concinnauda provi-  
 deant.

## XVII.

Inventum est, quod in quibusdam locis  
 presbyteri duodenos vel quaterdenos de-  
 narios episcopis in censum annis singulis  
 darent: quod penitus abolendum esse de-  
 cernimus.

## XVIII.

Dictum est nobis, quod in quibusdam  
 locis episcopi & comites ab incestuosus, &  
 ab his qui decimas non dant, vvdios ac-  
 cipiant, & a presbyteris pro quibusdam  
 negligentis, & inter se pecuniam divi-  
 dant; quod penitus abolendum decrevi-  
 mus, ne forte avaritiæ locus detur. Et  
 constituimus, ut incestuosi juxta canoni-  
 cam sententiam penitentia mulctentur: qui  
 vero decimas post crebras admonitiones  
 dare neglexerint, excommunicentur; jura-  
 mento vero eos constringi nolumus propter  
 periculum perjurii.

## XIX.

Questi sunt præterea quidam fratres,  
 quod essent quidam episcopi & abbates,  
 qui decimas non sinerent dari ecclesiis,  
 ubi illi coloni missas audiunt. Proinde  
 decrevit sacer iste conventus, ut episcopi  
 & abbates de agris & vineis, quæ ad  
 suum vel fratrum stipendium habent, de-  
 cimas ad ecclesias deferri faciant: familie  
 vero ibi dent decimas suas, ubi infantes  
 eorum baptizantur, & ubi per totum an-  
 ni circulum missas audiunt.

## XX.

Si inter omnes fideles pax & concordia  
 habenda est, dicente apostolo: *Sequitur  
 pacem & sanctimoniam, sine qua nemo videbit  
 Deum*, multo magis inter episcopos & co-  
 mites esse debet, qui post imperialis api-  
 cis dignitatem populum Dei regunt. Ita  
 enim inter se concordare debent, ut alte-  
 rutrum sibi, ad Dei servitium peragen-  
 dum, & ministerium suum explendum,  
 non solum non noceant, quin potius ad-  
 miniculo sint.

Council. General. Tom. XIV

## XXI.

Comitibus vero & iudicibus hoc summo-  
 pere observandum est, ut juste judicent,  
 & nequaquam in iudicio munera, seu per-  
 sonas accipiant, dicente Domino: *Non acci-  
 pias personam, nec munera, quia munera tene-  
 cant oculos sapientum, & mutant verba iusto-  
 rum*. Sed & ministros, quos vicarios &  
 centenarios vocant, justos habere debent:  
 ne forte eorum avaritia, aut rapacitate  
 populus gravetur, & amissis facultatibus  
 in paupertatem redigatur. Testes vero pro-  
 batissimi & pauci de pluribus esse debent  
 tales, de quorum fide non dubitetur. Mul-  
 tum autem pravorum testium cupiditate  
 & falsitate respublica læditur.

## XXII.

De abbatibus vero & monachis, idcir-  
 co hic pauca scribimus, quia pene omnia  
 monasteria regularia in his regionibus con-  
 stituta, secundum regulam sancti Benedi-  
 cti se vivere fatentur: quæ beati Benedi-  
 cti documenta per omnia demonstrant,  
 qualiter eis vivendum sit. Inquiratur er-  
 go diligenter, ubi secundum ipsum ordi-  
 nem vivitur, & ubi ab ipso ordine digres-  
 sum est, ut juxta ejusdem beati viri in-  
 stitutionem vivere certent, qui se ut ita  
 viverent cum attestazione professi sunt.

## XXIII.

Decrevimus enim secundum institutio-  
 nem, presbyterorum, diaconorum, & ce-  
 terorum graduum inferiorum ordinationes  
 statutis temporibus fieri debere.

## XXIV.

De episcopis vero, presbyteris, & dia-  
 conibus, & monachis interfectis, quæren-  
 dum a domino imperatore est, cui illius  
 homicidii pretium exsolvendum sit.

## XXV.

Pœnitentiam agere juxta antiquam ca-  
 nonum institutionem in plerisque locis ab  
 usu recessit, & neque reconciliandi, anti-  
 qui moris ordo servatur: ut a domino im-  
 peratore impetretur adiutorium, qualiter  
 si quis publice peccat, publica mulctetur  
 pœnitentia, & secundum ordinem cano-  
 num pro merito suo excommunicetur &  
 reconcilietur.

## XXVI.

Perlatum ad nos est, quod inter hære-  
 des ecclesiæ in rebus propriis constitutæ  
 dividantur, & tanta per eandem divisio-  
 nem similtas oriatur, ut unius altaris qua-  
 tuor partes fiant, & singulæ partes singu-  
 los habeant presbyteros: quod sine discor-  
 dia, & similtate nullo modo geri potest.  
 Unde nobis visum est, quod hujuscemodi  
 ecclesiæ inter hæredes dividi non debeant,  
 & si in contentionem venerint, & similtates  
 inter eos surrexerint, per quas sa-  
 cerdos suo ibi officio canonicè fungi non  
 possit, præcipiatur ab episcopo civitatis,  
 ut nullo modo ibi missarum sollempnia ce-  
 le-

G

le.

99  
lebrentur, donec illi ad concordiam re-  
deant, & pari voto atque consilio ecclesia  
illa sacerdotem canonice habeat, qui libe-  
re ibi suum ministerium peragere possit.

XXVII.

101d. c. 16.  
Dicitur nobis est, quod quidam de ple-  
be bis & ter ab episcopis, ignorantibus  
eisdem episcopis, confirmantur. Unde no-  
bis visum est, eandem confirmationem,  
sicut nec baptismum, iterari minime de-  
bere,

XXVIII.

Interrogaverunt nos quidam de affinita-  
te propinquitatum, & in quibus gradibus  
matrimonia jungenda sint. Quibus ad ca-  
nones currere præcepimus, & quod in eis  
contineretur, hoc ab eis in negotio, sicut  
& in ceteris, observari debere.

XXIX.

110 p. 9.  
cap. 46.  
Sane quæ in proprio viro, hæc nimirum  
in uxoris parentela de lege nuptiarum re-  
gula custodienda est. Quia ergo constat  
eos duos esse in carne una, communis il-  
lis utrinque parentela esse credenda est,  
sicut scriptum est: *Erunt duo in carne una.*

XXX.

119. q. 1. Di-  
cum est no-  
bis quod.  
Addit. 1.  
cap. 18.  
Martii. 19.  
Dicitur nobis est, quod quidam legiti-  
ma servorum matrimonia potestativa qua-  
dam præsumptione dirimant, non atten-  
dentes illud evangelicum: *Quod Deus con-  
juxit, homo non separet.* Unde nobis visum  
est, ut conjugia servorum non dirimantur,  
etiãsi diversos dominos habeant; sed in  
uno conjugio permanentes dominis suis  
serviant. Et hoc in illis observandum est,  
ubi legalis conjunctio fuit, & per volun-  
tatem dominorum.

XXXI.

120. q. 1. Di-  
cum est no-  
bis, quæ  
dam.  
Dicitur etiam nobis est, quasdam femi-  
nas desidiose, quasdam vero fraudulenter,  
ut a viris suis separentur, proprie filios  
coram episcopis ad confirmandum tenuisse.  
Unde nos dignum duximus, ut si qua  
mulier filium suum desidia, aut fraude a-  
liqua, coram episcopo tenuerit ad confir-  
mandum, propter fallaciam suam, aut  
propter fraudem, quamdiu vivet, agat  
pœnitentiam, a viro tamen suo non sepa-  
retur.

XXXII.

Addit. 1.  
cap. 19.  
110 p. 11.  
cap. 11.  
Sed & hoc emendatione indigere per-  
speximus, quod quidam dum confitentur  
peccata sua sacerdotibus, non plene id fa-  
ciunt. Quia ergo constat hominem ex dua-  
bus esse substantiis, anima videlicet & cor-  
pore, & interdum animi motu, interdum  
carnis fragilitate peccatur, solerti indaga-  
tione debent inquiri ipsa peccata, ut ex  
utrisque plena sit confessio: scilicet ut &  
ea confiteantur quæ per corpus gesta sunt,  
& ea quibus in sola cogitatione delinquitur.  
Instruendus est itaque peccatorum suo-  
rum confessor, ut de octo principalibus  
vitiis, sine quibus in hac vita difficile vi-

vitatur, confessionem faciat: quia aut cogi-  
tatione, aut, quod est gravius, opere co-  
rum instinctu peccavit. Odium etenim,  
invidia, superbia, vel ceteræ hujusmodi  
animæ pestes tanto periculosius lædunt,  
quanto subtilius serpant.

XXXIII.

101d. c. 11.  
Quidam Deo solummodo confiteri debe-  
re dicunt peccata, quidam vero sacerdoti-  
bus confitenda esse percentent: quod utrum-  
que non sine magno fructu intra sanctam  
sit ecclesiam. Ita dumtaxat & Deo, qui  
remissor est peccatorum, confiteamur pec-  
cata nostra, & cum David dicamus: *Delictum meum cognitum tibi feci, & injustitiam meam non abscondi. Domine, confitebor adversum me injustitias meas Domino, & tu remissionem peccati mei.* Et secundum institutionem apostoli, confiteamur alterutrum peccata nostra, & oremus pro invicem ut salve-  
mur. Confessio itaque quæ Deo fit, purgat peccata: ea vero quæ sacerdoti fit, docet qualiter ipsa purgentur peccata. Deus namque salutis & sanitatis auctor & largitor, plerumque hanc præbet suæ potentiz invisibili administratione, plerumque medicorum operatione.

XXXIV.

110d. c. 11.  
110 p. 11.  
cap. 11.  
110 p. 11.  
cap. 11.  
110 p. 11.  
cap. 11.  
Quia igitur, apostolo teste, non est per-  
sonarum acceptio apud Deum, & in om-  
nibus judiciis cavenda est; multo magis  
in hoc pœnitentiæ judicio præcaveri de-  
bet, ut nullus sacerdotum unquam, aut  
gratia, aut odio alicujus personæ, secus  
judicet quam quod in canonibus sacris in-  
venerit, aut quod illi secundum sancta-  
rum scripturarum auctoritatem, & eccle-  
siasticam consuetudinem, rectius visum fue-  
rit. Si ergo medici, qui corporibus medi-  
cinam inferre conantur, nequaquam pro-  
pter personæ cujuslibet acceptionem, his  
quos sanare cupiunt, cauterio, aut ferro,  
aut duris aliis quibuslibet rebus parcunt;  
multo magis id ipsum his observandum  
est, qui non corporum, sed animarum  
medici existunt. Neque enim pensanda est  
pœnitentiæ quantitate temporis sed ardore  
mentis, & mortificatione corporis. Cor  
autem contritum & humiliatum Deus non  
spernit.

XXXV.

110d. c. 11.  
Multi, quod non sine dolore dicendum  
est, in pœnitentiâ non tam peccati remis-  
sionem, quam temporis constituti expe-  
ctant expletionem. Et si carniæ & vini  
usus eis interdictus est, mutata non vo-  
luntate, sed ejusdem cibi aut potus per-  
ceptione, in tantum deliciis suis indulgent,  
ut deliciosius, his interdictis, aliorum ci-  
borum vel potionum appetitu vivere co-  
gnoscantur. Spiritalis autem abstinencia  
quæ in pœnitentibus potissimum vigere de-  
bet, & quorundam ciborum ac potionum  
perceptiones & desiderium fugere debet.

ANNO  
CHRISTI  
1111

101d. c. 11.

110d. c. 11.

110d. c. 11.

110d. c. 11.

110d. c. 11.

110d. c. 11.

110d. c. 11.

110d. c. 11.

110d. c. 11.

110d. c. 11.

110d. c. 11.

110d. c. 11.

110d. c. 11.

110d. c. 11.

110d. c. 11.

110d. c. 11.

110d. c. 11.

110d. c. 11.

110d. c. 11.

110d. c. 11.

110d. c. 11.

110d. c. 11.

110d. c. 11.

110d. c. 11.

110d. c. 11.



101  
 ANNO CHRISTI 812.  
 Illi, inquam, ille magis parimoniz servare censendus est, qui sibi non solum quarundam rerum perceptiones, sed delectationes corporis penitus interdicit.

## XXXVI.

154. c. 16.  
 lvo pa. 27.  
 c. 30.  
 Eul. 9.  
 Sed nec hoc prætereundum putavimus, quod quidam ex industria peccantes propter eleemosynarum largitionem quamdam sibi promittunt impunitatem. Eleemofyna enim extinguit peccata, juxta illud: *Ignem ardentem extinguit aqua, & eleemofyna extinguit peccata.* Sed ea, quæ aut necessitate, aut casu, aut qualibet sunt fragilitate. Ea vero quæ ex industria, aut cujuslibet libidinis explendæ causa, idcirco sunt ut eleemofynis redimantur, nequaquam eis redimi possunt: quia qui hoc perpetrarunt, videntur Deum mercede conducere, ut eis impune peccare liceat. Non ergo quis idcirco peccare debet ut eleemofynam faciat: sed ideo eleemofynam facere debet, quia peccavit. Mentem enim & corpus, quæ libido traxit ad culpam, afflictio & contritio debet reducere ad veniam.

## XXXVII.

Cum igitur omnia concilia canonum, quæ recipiuntur, sint a sacerdotibus legenda & intelligenda, & per ea sit eis vivendum & prædicandum; necessarium duximus, ut ea quæ ad fidem pertinent, & ubi de extirpandis vitiis & plantandis virtutibus scribitur, hoc ab eis crebro legatur, & bene intelligatur, & in populo prædicetur.

## XXXVIII.

Addit. 1. c.  
 Modus autem penitentiz peccata sua consentientibus, aut per antiquorum canonum institutionem, aut per sanctarum scripturarum auctoritatem, aut per ecclesiasticam consuetudinem, sicut superius dictum est, imponi debet, repudiatis ac penitus eliminatis libellis, quos penitentiales vocant, quorum sunt certi errores, incerti auctores, de quibus recte dici potest: *Mortificabant animas, que non moriuntur, & vivificabant animas, que non vivebant.* Qui dum pro peccatis gravibus leves quosdam & inusitatos imponunt penitentiz modos, consuunt pulvillos, secundum propheticum sermonem, sub omni cubito manus, & faciunt cervicalia sub capite universæ ætatis ad capiendas animas.

## XXXIX.

De consecr. dicitur. Visum præterea nobis est, ut in omnibus missarum sollempnitatibus pro defunctorum spiritibus loco competenti Dominus deprecetur. Sicut enim nulla dies excipitur, qua non pro quibuslibet necessitatibus Dominus deprecetur, ita nimirum nulla dies excipi debet, quin pro animabus fidelium preces Domino in missarum sollempnibus fundantur. Antiquitus hunc morem igitur sancta ecclesia tenet, ut & in missarum sollempnitatibus, & in aliis  
 Concil. General. Tom. XIV.

precibus, Domino spiritus quiescentium commendet, dicente B. Augustino: Non sunt prætermittendæ supplicationes pro spiritu mortuorum, quas faciendas pro omnibus in Christiana & catholica societate defunctis, etiam tacitis nominibus eorum, sub generali commemoratione suscepit ecclesia; ut quibus ad ista desunt parentes, aut filii, aut quicumque cognati vel amici, ab una eis exhibeantur pia matre communi.

## XL.

150. par. 6. c.  
 170.  
 Dicitur pro mortuis ge. neda. c. 4.  
 Dicitur. Dicitur est nobis.  
 Dictum nobis est, presbyteros propter suam negligentiam canonicè degradatos seculariter gradu amisso vivere, & penitentiz agendæ bonum negligere. Unde statuimus, ut gradu amisso, agendæ penitentiz gratia in monasterio, aut canonico aut regulari, mittantur. Si vero hoc fieri causa quælibet prohibuerit, ubicumque sint, penitentiam agere non desistant. Si autem amisso gradu seculariter vivere voluerint, & penitentiam agere neglexerint, ab ecclesiæ communione separentur.

## XLI.

150. par. 6. c.  
 170.  
 Presbyter proprio loco dimisso ad alium migrans nequaquam recipiatur, nisi suæ migrationis causam dixerit, & se innocenter vixisse in parochia, in qua ordinatus est, sub testibus probaverit. Litteras etiam habebit, in quibus sint nomina episcopi & civitatis plumbo impressa: quibus cognatis, & talibus inventis, quibus fides adhiberi possit, recipiatur.

## XLII.

150. par. 6. c.  
 170.  
 Inventum est, quod multi arbitrii sui temeritate, & quod est gravius, ducti cupiditate presbyteris quibuslibet absque consensu episcoporum ecclesias dant vel auferunt. Unde oportet, ut canonica regula servata, nullus absque consensu episcopi cuilibet presbytero ecclesiam det. Quam si juste adeptus fuerit, hanc non nisi gravi culpa sua, & coram episcopo canonica severitate amittat.

## XLIII.

150. par. 6. c.  
 170.  
 Sunt in quibusdam locis Scoti, qui se dicunt episcopos esse, & multos negligentes, absque licentia dominorum suorum, sive magistrorum, presbyteros & diaconos ordinant: quorum ordinationem, quia plerumque in Simoniacam incidit hæresim, & multis erroribus subjacet, modis omnibus irritam fieri debere omnes uno consensu decrevimus.

## XLIV.

Superius scripsimus presbyteros villicos esse non debere: & nunc eis in tabernis bibere, cancellarios publicos esse, nundinas insolenter peragere, Romam sive Turorum absque licentia episcopi sui adire, penitus decrevimus inhibendum.

## XLV.

150. par. 6. c.  
 170.  
 Nam & a quibusdam, qui Romam T...

ANNO  
CHRISTI  
817.

ronumve, & alia quædam loca sub prætex-  
tu orationis inconsulte peragunt, pluri-  
mum erratur. Sunt presbyteri, & diaco-  
nes, & ceteri in clero constituti, qui ne-  
gligenter viventes, in eo purgari se a pec-  
catis putant, & ministerio suo fungi debe-  
re, si prætata loca attingant. Sunt nihi-  
lo minus laici, qui putant se impune aut  
peccare, aut peccasse, quia hæc loca ora-  
turi frequentant. Sunt quidam potentum,  
qui acquirendi census gratia sub prætex-  
tu Romani, sive Turonici itineris, multa  
acquirunt, multos pauperum opprimunt;  
& quod sola cupiditate faciunt, orationum  
sive sanctorum locorum visitationis causa  
se facere videri affectant. Sunt pauperes,  
qui vel ideo id faciunt, ut majorem ha-  
beant materiam mendicandi. De quorum  
numero sunt illi, qui circumquaque va-  
gantes, illo se pergere mentiuntur, vel  
quia tantum sunt vecordes, ut putent se  
sanctorum locorum sola visione a peccatis  
purgari, non attendentes quod ait beatus  
Hieronymus: Non Hierosolimam vidisse,  
sed Hierosolymis bene vixisse, laudandum  
est. De quibus omnibus domini imperato-  
ris, qualiter sint emendanda, sententia  
expectetur. Qui vero peccata sua sacer-  
dotibus, in quorum sunt parochiis, con-  
fessi sunt, & ab his agendæ penitentia  
consilium acceperunt, si orationibus insis-  
tendo, elemosynas largiendo, vitam em-  
mendando, mores componendo, apostolo-  
rum limina, vel quorumlibet sanctorum  
invilere desiderant, horum est devotio mo-  
dis omnibus collaudanda.

## XLVI.

In perceptione corporis & sanguinis do-  
minici magna discretio adhibenda est. Ca-  
vendum est enim, ne si nimium in longum  
differatur, ad perniciem animæ perineat,  
dicente Domino: *Nisi manducaveritis carnem  
filii hominis, & biberitis ejus sanguinem, non  
habebitis vitam in vobis.* Si vero indiscrete  
accipiatur, timendum est illud quod ait  
apostolus: *Qui enim manducat & bibit indi-  
gne, judicium sibi manducat & bibit.* Juxta  
ejusdem ergo apostoli documentum, pro-  
bare se debet homo, & sic de pane illo  
manducare, & de calice bibere: ut vide-  
licet abstinens aliquot diebus ab operibus  
carnis, & purificans corpus animamque  
suam, præparet se ad percipiendum tan-  
tum sacramentum, exemplo David, qui  
nisi se fastus fuisset abstinuisse ab opere  
conjugali ab heri & nudius tertius, panes  
propositionis nequaquam a sacerdote acce-  
pisset.

## XLVII.

In cena Domini a quibusdam perceptio  
eucharistia negligitur. Quæ quoniam in  
eadem die ab omnibus fidelibus, exceptis  
his quibus pro gravibus criminibus inhibi-  
tum est, percipienda sit, ecclesiasticus usus

demonstrat, cum etiam penitentes eadem  
die ad percipienda corporis & sanguinis  
dominici sacramenta reconciliat.

## XLVIII.

Secundum beati apostoli Jacobi docu-  
mentum, cui etiam documenta patrum  
consonant, infirmi oleo, quod ab episco-  
pis benedicitur, a presbyteris ungi debent.  
Sic enim ait: *Infirmatur quis in vobis? in-  
ducas presbyteros ecclesie, & orent super eum,  
magnentes eum oleo in nomine Domini, & ora-  
tio fidei salvabit infirmum, & alleviabit eum  
Dominus; & si in peccatis sit, dimittentur ei.*  
Non est itaque parvipendenda hujuscemo-  
di medicina, quæ animæ corporisque me-  
detur languoribus.

## XLIX.

In quibus locis, & quo apparatu, mis-  
sarum sollempnia, exceptis basilicis, cele-  
brari debeant, & utrum celebrari debeant,  
in concilio Laodicensi ita scribitur: *Quod  
non oporteat in domibus oblationes celebrari ab  
episcopis, vel a presbyteris.*

## L.

Diei interea dominici observatio & ve-  
neratio plurimum negligitur. Unde opor-  
tet, ut authentica constitutione illius ve-  
nerandæ diei observatio juxta imperium  
domini imperatoris statuatur.

## LI.

Quia ergo constat, in ecclesia diversa-  
rum conditionum homines esse, ut sunt  
nobiles & ignobiles, servi, coloni, inqui-  
lini, & cetera hujuscemodi nomina, oportet  
ut quicumque eis prælati sunt, clerici,  
sive laici, elementer erga eos agant,  
& misericorditer eos tractent, sive in exi-  
gendis ab eis operibus, sive in accipien-  
dis tributis, & quibusdam debitis scienti-  
que eos fratres suos esse, & unum secum  
habere patrem Deum, cui clamant: *Pater  
noster qui es in calis, & unam matrem san-  
ctam ecclesiam, quæ eos intemerato sacri  
fontis utero genuit.* Disciplina igitur eis  
misereticordissima, & gubernatio opportuna  
adhibenda est: disciplina, ne indisciplina-  
te vivendo auctorem suum offendant; &  
gubernatio, ne in quotidianis vitæ com-  
meatibus prælatorum administratio destituti  
fatiscant.

## LII.

Monasteriis sane puellaribus tales præ-  
latæ esse debent feminae, & abbatissæ creari,  
quæ & se & subditum gregem cum ma-  
gna religione & sanctitate custodire no-  
rint, & his quibus præfunt prodesse non  
desinant. Sed & se & illas ita observent,  
utpote vasa sancta in ministerio Domini  
præparata. Talem enim se debet abbatissæ  
exhibere subditis in habitu, in veste, in  
omni convictu, ut eis ad cælestia regna  
pergentibus ducatum præbeat. Sciat etiam,  
se pro his quas in regimine accipit,  
in conspectu Domini rationem reddituram.

## LIII.

Epistol. ad  
Paulinum de  
instituto  
monachi.Capitul.  
lib. 11. c. 40.

Joan. 6.

1. Cor. 11.

Addit.  
37.Capitul.  
lib. 11. c. 41  
100 par. 16  
c. 22.

lib. 11. c. 41

## LIII.

ANNO  
CHRISTI  
M.

Libuit namque huic sacro conventui, quasdam admonitiones brevitè eis sanctimonialibus scribere, quæ se canonicas vocant: quoniam hæc quæ sub monasticæ regulæ norma degunt, totius vitæ suæ ordinem in eadem quam profitentur regula scriptum habent.

## LIV.

Abbatissa diligentem habeat curam de congregatione sibi commissa, & provideat ut in lectione, & in officio, & in psalmodum modulatione ipsæ sanctimoniales strenue sint, & in omnibus operibus bonis illa eis ducatum præbeat, utpote pro animabus earum rationem in conspectu Domini redditura, & stipendia sanctimonialibus præbeat necessaria, ne forte per indigentiam cibi, aut potus peccare compellantur.

## LV.

Abbatissa cum viris, clericis, sive laicis, horis incompetentibus non loquatur: sed quidquid cum masculis, clericis, sive laicis, de rebus necessariis peragere debet, a prima hora usque ad vespertinam peragat. Et hoc non cum singulis, sed coram pluribus.

## LVI.

A vespera usque ad primam, neque abbatissa, neque aliqua sanctimonialium, cum quibuslibet masculis ullum colloquium habeant, nisi forte talis fuerit occasio, quam evitare non possint: & si necessitas incubuerit, id coram testibus facere debebunt.

## LVII.

Abbatissa, quæ in civitate monasterium habet, nequaquam de monasterio egrediat, nisi per licentiam episcopi sui, aut qui ejus vicem obtinet: nisi forte aut imperialis jussio eam cogat, aut prolixitas itineris id facere minime permittat. Et si quando foras pergit, de sanctimonialibus, quas secum ducit, curam & vigilantiam habeat, ut nulla eis detur peccandi licentia, sive occasio. Sed & cum pergit, in monasterio talem vice sua constituere debet, quæ sanctimonialium animabus curam & vigilantiam habeat.

## LVIII.

Habeat etiam abbatissa studium, aut in edificando ea quæ ad sanctimonialium necessitatem pertinent, aut in restaurando.

## LIX.

Sanctimoniales in monasterio constitutæ habeant studium in legendo, & in cantando, in psalmodum celebratione, sive oratione: & horas canonicas, matutinam videlicet, primam, tertiam, sextam, nonam, vespertinam, completoriam pariter celebrent, & omnes, excepta quam infirmas tenet, in dormitorio dormiant, & omnibus diebus ad collationem veniant.

## LX.

Non debere presbyteros amplius in monasterio puellari immorari, nisi donec missarum sollempnia celebrent, aut aliquid ibi de Dei servitio & suo ministerio explant.

## LXI.

Non debere sanctimoniales in propriis mansionibus cum aliquibus masculis, clericis, sive laicis, consanguineis, sive extraneis, bibere, sive comedere: sed si quando id agendum est, in auditorio agatur; & ubi auditorium deest, fiat. Et cum nullo masculino eis colloquium habere liceat, nisi in auditorio, & ibi coram testibus.

## LXII.

Sanctimoniales, nisi forte abbatissa sua pro aliqua necessitate incumbente illas mittente, nequaquam de monasterio egrediantur. Hæc vero, quæ famulos aut famulas non habent ad exercenda negotia, ad mediam portam monasterii perveniant, & ibi coram testibus negotiorum suorum exercent.

## LXIII.

Nullus vassus abbatissæ, nec minister aliquis, nec clericus, nec laicus, claustra ancillarum Dei ingrediatur, nisi forte quando necessitas operandi incumbit.

## LXIV.

Portaria non eligatur, nisi quæ ætate matura sit, & testimonium habeat bonum, & vitæ probabilis sit.

## LXV.

Quidquid in his capitulis minus est, ab episcopo suo abbatissa perquirat, & illi in omnibus obediens sit, secundum canonicam institutionem, sicuti justum & rectum est.

## LXVI.

Interea omnis iste conventus gratissima deliberatione decrevit, ut ab omnibus indefinenter orationes fiant, pro vitæ incolumitate, pro salute animæ & corporis domini imperatoris, prolisque ejus, pro statu regni, pro remissione peccatorum, & celestis regni collatione: ita dumtaxat, ut semper magis ac magis per incrementa temporum talis crescat observatio. Dixit etiam, se scripturarum sanctarum monita, & canonum instituta diligenti indagatione perquirere, & indefessa atque infatigabili observatione, auxiliante Domino, velle perficere.

Hæc itaque pauca de pluribus, quæ necessaria perspeximus, cum magna brevitate, domini imperatoris prudenti judicio præsentanda annotavimus. Ceterum quid generaliter in omnibus & ab omnibus sequendum sit, quidve vitandum, qualiterve intra sanctam ecclesiam sit vivendum, qui plenius nosse desiderat, sanctarum scripturarum præca percurre non desistat.

ANNO CHRISTI

NOTA SEVERINI BINII.

Casti & temp. a con- illu.

Caroli Ma- gnae studii

Post obitum Caroli Ma- gni dicitur

a Cruxillu. ) Hac synodus eadem occasione, eodem- que tempore celebrata est quo dua precedentes : consi- tuti sunt in ea 66. canones ad disciplinam peccatorum pertinentes.

b) *Notae etiam ut fecit dominus imperator Carolus.* De studio reformatione & bonarum artium restitu- tione hac Anselmus l. 1. *Caroli fecerunt constituta in sa- gulis monasteriis & episcopis scholas esse, ubi legentium & servorum filios grammaticam, musicam & arithmeticam docerent.* Eo namque profundi bonae litterae demeriti erant, ut si quis nobilitatis ingenii vellet eas addicere, magistrum non inveniret qui doceret. Unde Lupus in epistola ad Eginhartum : *Nih.* inquit, *intercessisti in- stitua processum & longo suo lapsa priorum studia pe- nite intercessisti ; largiente Domini mea aviditate satisfacere solam potuissim.* Simuldem vestra memoria per sa- cratissimum imperatorem Carolum ( cui littera vestrae de- ferre debet, ut avaritatis parentis memoriam ) cupit re- stitui, aliquantulum quidem scilicet caput, satique con- stantia scholasticum praclarum diffundit, Honoris aut ar- tis, & attenduntur omnes ad studia gloria. Idem testa- tur Jonas Aurelianensis, qui quantum opera Caroli Ma- gni promerita docet his verbis : *Non solum apud Ger- maniam studium litterarum & amor sanctarum scriptura- rum, verum etiam studia & ferventissimum desiderium ad- dit, ut Domini gratia ferent in hoc commissa ecclesia su- a, & liberalium artium optime disciplina, & divinarum scripturarum perfectissima perit intelligentia.* Hic fervor in decenda & addiscenda litteris viguit, usque dum vivit Carolus, post obitum vero illius ipsum studium litte- rarum nonnihil refluxisse, Lupus praedicta epistola ad E- ginhartum testatur. Nunc loquitur sub Ludovico filio Caroli imperatoris, *omnes sunt qui aliquid dicere impo- terant, & talis in edito fuit locus studii, quosque impo- terant, ut quosque impo- terant, sed qualitate disciplinarum assignant, ut non inveniuntur, sed qualitate disciplinarum assignant, ut non inveniuntur, sed qualitate disciplinarum assignant, ut non inveniuntur.*

At si sumam verentur indignam, a tam prolixe apud des- criptum. Unde cognoscis lectur, quos suo tempore Caro- lus pene extinctos bonas litteras revocavit, casum cum ipso sermo defunctus, vel saltem languore corruptas suo genio vigore caruisse.

c) *De quibus omnibus dominus imperator, qualiter hoc emendanda, sententia expostetur.* Ex his, qui his tem- poribus gratia consequendi remissionem peccatorum Ro- manam ad limina apostolorum atque Turonum ad S. Marti- num peregrinabantur, complures pro iniquitate suam causam abutebantur : quomobrem sancta synodus hoc canone decrevit, quae peregrinationes probanda, quae impro- bande forent, idque intervenit scientia & consensu Caro- li imperatoris fecerunt ideo, quod scirent Carolum in colligendis & excipiendis huiusmodi hominibus studio- simum esse : nam ipse eius propensissimo studio in peregrina- tionem hac recitat Eginhartus in vita eius : *Amabat peregrina- re, adeo ut eorum multitudine non solum palatio, verum etiam regno non immerito videretur onerosa.* Ipse autem per magnitudine animi huiusmodi pondere maxime gra- vabatur, cum etiam ingentia incommoda laude liberalita- tis & bona fama mercede compensaret. Hac Eginhartus. Hac constitutione synodali fretus imperator Carolus deinceps ejusmodi errores lucri causa peregrinantes prohibuit. Nam de vanaquibus, qui novis adinventis etiam cum dis- pendio sanguinis pecuniam corradebant, lib. 1. c. 70. ista habet : *Item ut ipsi vanaquibus & cogitarent, qui suo amo- re vagabundi vagant, per istam terram non suavitur va- gant, & deceptions hominibus agere. Nec ipsi unde cum ferro, qui dicant se, data sui pariter, in vagantur.* Mellis videtur, ut si aliquid inanesum & capitale cri- men commiserint, in uno loco permanant, laborant & servent, & pariter agant, servandum quod sui co- nante impo- terant. Item de pauperibus ita vagantibus cap. 124. ejusdem lib. 1. ista constituit. *De mendicis qui per pariter distulant, volumus ut unusquisque fidelium re- spectum suum pauperem de beneficio aut de propria familia nutriet, & non permittat aliis hoc mendicando, his ubi- tales invenit fuerint, qui sui manibus laborant, nullus illi quidem tribuere praesumat.* Hac de vagantibus sub praetextu peregrinationum fidelibus Concilio & imperator prudentissime constituerunt.

ANNO CHRISTI 813.


Peregrina- tionem ab- solvitur

Caroli Ma- gni studii

CAROLI MAGNI IMPERATORIS CAPITULARE.

Anno imperii eius 13. post synodos praecedentes editum, de iis quae episcopi congregati in unum observanda decreverant, & admonenda.

Extant in Baluz. T. I. p. 501. edit. Paris.



OBSERVATIO P. ANTONII PAGI ad An. Ch. 813. n. 15. & 14.

Celebratis quaque Synodis imperator Carolus mense Sep- tembris Conventum Aquisgranum habuit, in quo canones praedictorum Synodorum coram se legi precepit, & ex istis- dem Concilio Capitulare in 46. capitula distinctum decer- pit, & deinde Ludovicum filium consortem imperii fecit, ut referit Chronographus Moissiacensis : *Mandavit inquit, ut quodlibet in unquamque Synodum defuisset, ad Pla- citum consistit Imperatoris renuntiasset, quod ita factum est.* Cui in isto anno mense Septembris jam dictus Carolus fecit Conventum magnum populi apud Aquis palatum de omni regno vel imperio suo, & conveniunt Episcopi, & Ab- bates, & Comites, & Senatus Francorum ad Imperatorem in Aquis, & ibidem constituit Capitula num. 46. de causis, quae erant necessaria ecclesiae Dei & Christiano populo

D. Verum loco, num. XLVI. legendum num. XXVI. cum recte observet Grotius ad hunc an. n. 188. errorem in eum locum irrepisse, & charactere X. in L. mutato nu- merum XXVI. in XLVI. perperam abisse. Erat quidem Capitulare, quod capitulis 46. constabat, sed illud con- cinnatum non est ex Capitulis Synodorum novissime cele- bratarum, ut est Capitulare, quod capitulis 46. abso- luitur : hoc enim totum est de causa Ecclesiae Dei & Chri- stiano populo necessarium ; illud vero veritatem postquam in penia, quas iudex secularis ex edito Regis constituit, ac praeterea Francis omnibus commune non est, uti Capitula- re XXVI. capitulis constans. Annalista tamen Gislebertus a Lambacio editus Conventum Aquisgranensem mense Augu- sto factum esse tradit. Hac eius verba ad an. Caroli Re- gis 45. Richulfus Archiepiscopus Magniacensis Ecclesiae de- scriptus est V. id. Augusti, & Placitum magnum in mense Augusto ad Aquis factum est.

CONCILIUM ROTOMAGENSE INCERTI TEMPORIS.

E. P. Bona Collat. Concil. Ro- tomag.

Quod in primis praedicandum sit qualiter credere debeant.

CAPUT I.

IN primis praedicandum est omnibus ge- neraliter ut credant Patrem, & Filium, & Spiritum sanctum unum Deum esse om-

nipotentem, qui omnia fecit, & unames- se Deitatem, & substantiam & maiestatem in tribus personis Patris, Filii, & Spiritus sancti.

II.

Item praedicandum est quomodo Filius Dei incarnatus est de Spiritu sancto ex Ma- ria Virgine, pro salute generis humani pas-

Burch. lib. 1. c. 39.

Burch. lib. 1. c. 66.

109  
ANNO  
CHRISTI  
813.

passus, sepultus tertia die resurrexit, & cunctis in fine mundi veniens iudicare omnes homines secundum opera propria: quomodo impius cum diabolo in ignem eternum mittetur; iusti cum Christo in vita eterna erunt.

III.

Item predicandum est quod omnes homines in propria carne resurgent.

IV.

*De Presbytero accusato.*

Regio. l. 2.  
106

Cathog. IV.  
an. 198. can.  
22.

Afr. can. m.  
100. can. 24.

Ut nullus episcopus presbyterum accusatum ab officio Missæ removeat, nisi ad causam suam dicendam die statuta litteris evocatus minime occurrerit, id est, infra spatium mensis. Et si post mensem secundum non occurrerit, tunc ab officio suspendatur quousque pro se rationem reddat. Si enim laici non canonice excommunicantur nisi tertio fuerint vocati atque communiti, indignum videtur ut sacerdotibus denegetur, qui maioris ordinis & dignitatis sunt, quod laicis regula ecclesiastica indulgenter permittit. Pro tanto enim habetur sacerdotem ab officio remove, pro quanto laicum a communione ecclesie cessare. Nam unde laici excommunicantur; inde presbyteri ab officio altaris submoventur.

V.

*Si qua mulier filium aut filiam occiderit.*

Regio l. 1.  
c. 68.

Sunt quedam mulieres, ut ad notitiam sancti Concilii pervenit, quæ ex fornicatione concipientes, metuentes ne scelus quod occulte perpetrarunt manifestum fieret, infantes quos pepererunt occiderunt, & terras congerie cooperuerunt, aut in aquas projecerunt. Quod quantum nefas sit, Canones Ancyrani, Eliberitani, atque Hilerdensis Concilii testes sunt. His itaque vix in fine dandam esse communionem decernunt. Sed humanius tractantes, post decennem penitentiam tales placuit ad communionem recipi.

VI.

*U' ante januam adulteri infantes exponantur.  
Ex eodem Concilio.*

lv. l. 2. c. 69.

Igitur quia diabolo suadente, & carnis fragilitate delectante, & ideo consentiente, multoties talia perpetrantur, ideo ex una mortifera potione aliamurcumquemederi cupientes, negeminetur scelus adulterii & homicidii, damus consilium ut unusquisque sacerdos in sua plebe publice eduntiet ut si aliqua femina clanculo cor-

Berch. l. 2. c.  
100. ex Con-  
cil. Mant.

diabolo cohortante filium aut filiam suam interficiat, sed quocumque prævalet ingenio, ante januas ecclesiarum partium deportari faciat, ibique projici; ut coram sacerdote in crastinum delatus ab aliquo fidelisuscipiatur & nutriatur, & call ex causa homicidii reatum & quod majus est, parricidii evadat. Nam qui filium aut filiam interficit, parricida omnimodis teneatur.

ANNO  
CHRISTI  
813.

VII.

*De eo qui patrem vel matrem inbonerat.*

Si quis patrem aut matrem percutit, aut maledicit, quia capitalia crimina commisit, publicam inde penitentiam agat, sicut de gravioribus peccatis. Ait enim Dominus: *Qui male dixerit patri vel matri, morte moriatur.* Quem enim Dominus dignum morte judicat, proculdubio pro homicida tenetur, & sicut homicida debet penitere.

*Ex Concilio Rotomag. cap. V.*

Admonere debent Sacerdotes plebes subditas, ut bubulcos atque porcarios, vel alios pastores vel aratores, qui in agris assidue commorantur vel in silvis, & ideo velut more pecudum vivunt, in dominicis, & in aliis festis diebus saltem, vel ad missam faciant, vel permittant venire. Nam & hos Christus pretioso sanguine suo redemit. Quod si neglexerint, pro animabus eorum absque dubio rationem se reddituros sciant. Si quidem Dominus veniens in hunc mundum non elegit oratores atque nobiliores quosque, sed piscatores, atque idiotas sibi discipulos ascivit, ut ostenderet in factis, quod ipse verbis in evangelio asseruit dicens: *Quod hominibus est altum, abominabile est apud Deum.* Et salva altiore intelligentia, nativitas nostri Redemptoris primo omnium pastoribus ab Angelo nuntiatur.

OBSERVATIO P. BESSIN.

Bochellus Decretorum Ecclesie Gallicane libro 2. titulo 3. cap. 57. 68. 69. tres Concilia hujus de christiana fide canones asserit, eosque, tum ibi, tum in præmissa operi suo Synodorum nomenclatura, tribuit Concilio Rotomagensi sub Guillelmo Normannorum Duce, presente Maurilio Archiepiscopo cum comprovincialibus fide anno 1053. Verum illos ipsos canones apud Burchardum legitimus, qui anno circiter 1080. suam decretorum collectionem edidit. Si Conrado Urspergensis Abbati certa fides adhiberi possit, Concilium istud anno 813. facile assignaretur, scribit enim illo anno ex præcepto Caroli Imperatoris celebrata fuisse Concilia super statu ecclesiarum corrigendo, unum Moguntia, alterum Rotomagi, tertium Remis, quartum Cabilone, quintum Arlato. At cum Urspergensis Abbas tractantis fere post Carolum magnum anni scripserit, credendum magis Eginhardo Caroli Magni secretario, apud quem ad annum 813. legitimus: *Concilia quæque jussu regis super statu ecclesiarum corrigendo per totam Galliam ab Episcopis celebrata sunt, quarum unum Moguntia, alterum Remis, tertium Tuvanti, quartum Cabilonem, quintum Arlato congregatum est.* Eginhardo consonat Concilii Turonensis III. præfatio. Quia tamen hæc fere hæc Concilia hujus ætas nihil vetat; maxime cum hæc Arlatoense, Moguntiacum, & Turonense, quæ anno illo 813. jussu Caroli Magni habita sunt, ita & istud a fidei doctrina incipiat. Porro tribus illis de hæc articulis alios quosdam apud Rhinionem ex Rotomagensi Concilio laudatos subicimus.

## IN CONSTANTINOPOLITANA CONCILIA

A Nicephoro patriarcha Constantinopolitano, &amp; in ejus causa celebrata.

## DISSERTATIO.

Ea Suppl.  
Manu.  
pag. 771.

Nicephorum pium orthodoxumque patriarcham A  
plura in urbe regia celebrasse concilia, eja-  
que pariter causa alia nonnulla convenisse, con-  
cors est Eruditorum ex vetustis coëvisque scri-  
ptoribus confirmata sententia. Ex his duo in caus-  
sa recipiendi in communionem Josephi oeconomi  
Constantinopolitani, animadvertendique in mona-  
chos admissionem illam improbant a Labbeo  
tom. IX. pag. 274 & 275. referuntur, quorum  
prius illud ego pariter supra commemoravi. Au-  
tor vetus libelli synodici apud Labbeo ibid. pag.  
278. alterius meminit a Leone Armeno impera-  
tore indicti, cujus sententia S. Nicephorus e se-  
de dejectur, & Theodorus Castiter iconomachus  
subrogatur, idque concilium cum eo confundit  
Labbeus, quod ab iconomachis, eodem Theodo-  
ro jam rerum sacrarum potiente, celebratum est;  
quod ab eo præpostere factum inferius demonstra-  
bo. Sed & præter hæc concilia nemini erudito-  
rum ignota, alia quædam ab illo coacta fuisse,  
nullus dubito, id enim indicant canones plures  
ab eo conditi, ex quibus nonnullos adhuc extan-  
tes Labbeus ibid. pag. 387. attulit, aliosque non-  
nullos ex Cotelerio aliisque nos pariter inferius  
addemus; quos sane canones in synodali patrum  
confessu ab eodem patriarcha conditos, inscriptio  
ipsa canonibus hæc in vetustis codicibus a Cote-  
lerio consultis præmissa demonstrat. In synodis  
præter discussam fuisse judico causam Theodosii,  
Basilii & Sisinni episcoporum, quos de hæresi icono-  
clitarum convictos e sede atque ecclesia deje-  
cisse se idem Nicephorus in synodica sua ad Leo-  
nem III. pontificem testatur. Per similes enim ma-  
jorum sacerdotum causas non nisi in synodis sta-  
tus illius disciplina agitari permittebat. Quamquam  
vero id probabilissime dictum constat, cum tamen  
concilium ea de re indictum nemo veterum com-  
memoraverit, malo collectionem meam hoc po-  
tius novo concilio destituere, quam minus explo-  
ratum aliquid afferre. His ergo omissis, novata-  
men aliqua concilia, quæ in lucem publicam ex-  
traham, succurrunt.

Horum primum sese offert concilium illud,  
quod coram Michaele Cæropalata imperatore epi-  
scopi acciti tenuerunt. Urbi regis totique impe-  
rio orientali extremum excidium a Bulgariis vi-  
sibus imminerebat, assidueque Græcorum rei una  
spes supererat in pace cum hostibus componenda.  
Polceribus illam Græcis, non denegabant barba-  
ri, hæc inter ceteras proposita conditione, ut  
transfugæ redderentur. Grave id primum accidit  
imperatoris; sed urgenti necessitati cedendum esse  
judicabat: cum tamen, num id per religionem li-  
ceret, ut christiani transfugæ redderentur barbaris,  
ambigeret; patriarchæ & episcopis, qui tunc Con-  
stantinopoli aderant, una cum Egumenis mona-  
chorum sistere se aulæ mandavit. Coactis illis in  
unum quæstionem discutiendam proposuit. Dui-  
ter patres disceptatum est, sententiis variantibus.  
Patriarcha cum Metropolitæ Nicæno, & Cyzice-  
no assentiendum propositis conditionibus judica-  
bant; Monachi, quorum princeps S. Theodorus  
Stindita, contra opinabantur; quorum sententia  
tandem obtinuit, negatque his conditionibus cum  
Bulgariis fœdere, parum absuit, quin totum orien-  
tale imperium periclitaretur. Concilium istud om-  
nes huicque Collectores fugit, quod forte a

Theophane concilii nomine non sit appellatum.  
Sed nihil curandum de nomine, cum de re ipsa  
constet. Adest enim hic episcoporum consensus,  
adest & res ecclesiastica ad ventilandum propo-  
sita; ad concilium quid deest?

Secunda ab hac synodo succedit altera a Nice-  
phoro habita, in qua Antonius, non quidem me-  
tropolitæ, ut male appellat Labbeus, sed ex mo-  
nacho Cænobii, quod *Metropolitæ* nuncupa-  
bant, Sillæ episcopus, de fide requisitus, illum  
exhibuit fidei libellum legendum in historia alte-  
rius concilii Constantinopolitani, in quo idem  
Antonius damnationis sententiam subiit. In caus-  
sa Antonii hujus concilium unicum habitum val-  
sa Antonii duo fuerint. Antonius  
go creditur, cum re ipsa duo fuerint. Antonius  
Bille Leoni Armeno auctor fuit ut sacris imagini-  
bus bellum indiceret; interim vero ipse sub or-  
thodoxi larva sese occultans, scripta clam perqui-  
rebat, quibus hæresim suam tueri & confirmare  
posset. Rem subodoratus Nicephorus patriarcha vi-  
posset. Rem subodoratus Nicephorus patriarcha vi-  
rum interrogavit quid de fide sentiret. Ille or-  
thodoxum se affirmavit, veritatique testem fidei  
confessionem signavit, atque impressa cruce ad ma-  
jorem rei evidentiam munivit. Id vero ab eo in  
concilio episcoporum præstitum fuisse declarant  
verba, quæ in eadem historia leguntur, signatam  
ferentia confessionem illam ab Antonio *sub san-  
ctissimorum metropolitæ presentia*. Nec sane ali-  
ter quam in concilio episcoporum interrogari so-  
lebant episcopi, ut fidei suæ rationem redderent;  
Conciliumque tunc cogere patriarchæ Constantinopoli-  
tano per commodum erat; cum in urbe regia  
semper præsto essent episcopi, qui convenire pos-  
sent ad concilium. Hanc ergo synodum, quæ a-  
lios fugit, hic damus.

Tertia sequitur synodus centum septuaginta epi-  
scoporum, in qua Antonius Sillæ de hæresi dam-  
natur. Hanc Nicephorus perquisitis undique epi-  
scopis coegit, non quod tantum exigeret appa-  
ratum unius episcopi damnatio; sed frequentii con-  
cilio opus erat ad resistendum Leoni Armeno im-  
peratori, ex quo in sacras imagines bellum jam-  
jam imminerebat. Concilium istud ex epistola syno-  
dica orientalium quorundam antistitum ad Theo-  
dica orientalium quorundam antistitum ad Theo-  
phitum imperatorem acceptum, dedit Labbeus,  
phitum imperatorem acceptum, dedit Labbeus,  
cui nos insignem accessionem ex anonymo Theo-  
phanis continuatore fecimus. Nec enim alio in  
concilio actum fuisse credimus de fide orthodoxa  
erga sacras imagines statuenda ac defendenda,  
quod in confesso episcoporum & hegumenorum  
decretum fuisse idem anonymus testatur.

Meditabatur interea Leo Armenus imperator sa-  
crarum imaginum everisionem, suoque consilio ob-  
stare intelligens Nicephorum cum suis episcopis,  
concilio orthodoxo concilium aliud heterodoxo-  
rum episcoporum opposuit. Ejus decreto Nice-  
phorus ad judicium vocatus semel & bis, cum si-  
phorus ad judicium vocatus semel & bis, cum si-  
stere se recusasset, depositionis ac damnationis sen-  
tentiam subiit, quam proxime in exilium depor-  
tatio jussu imperatoris consequuta est. Ad quæ-  
stionem hujus concilii ex Ignatio monacho ejusdem  
S. Nicephori discipulo, in ea quam scripsit S. præ-  
falis vita, accepta hæc translata sunt. Meminit  
ejusdem concilii auctor Libelli synodici apud Lab-  
beum tom. IX. pag. 278. qui tamen alterius a  
Theodoro Castiter, qui S. Nicephoro successor  
datus est, ex iconomachis collectam synodi non me-  
mi-



bus & auguriis versante (Sabbatius huic no-  
men erat) ab eo auditorus quæ futura impe-  
ratoris manerent, suadet ut cuncta ad gratiam  
imperatoris loquatur, & quæ illi ex animo sint.  
Sabbatius igitur gravi poodere catena collo al-  
ligata, ferreisque vinculis constrictis pedes, in  
Dagistei majoris balnei caminorum capis sese  
includit. Basilus autem, ut quod imperator  
maxime cupiebat celerius expleret, ad Pytho-  
nissæ vatem cum adducit. Profunda nox erat,  
tantæque tenebræ quas & palpare liceret. En-  
que tibi militum satellitio stipari solitus impe-  
rator, ipse solus, nudus, inermis, uno Basilio  
comite, loca subterranea, inferna, obscura, ve-  
lut olim Julianus ille prævaricator, Hebræo  
mathematico sponsore cum diabolo sedus idu-  
tus irrumptit. O quomodo stulti facti sunt qui vi-  
debantur esse sapientes! Quid ergo magnus ille  
gloria inclutus ac formidabilis imperator?  
gloria arioli pedibus; rogat oracula, velut  
olim Alexander cum Candaulo viro unius se-  
cum animi, Serapidis penetrata ingressus, ac  
exquirendum quis essent eventura. Videtque ac-  
cumbentes quosdam micantibus oculis, ex quo-  
rum caterva unus quis in hæc verba alloquitur;  
Salve sis, Alexander: mene nosli quis sum? Ad  
quem ille, Quomodo, domine? Cui magus,  
Ego sum Seluch Rex terræ motus arbiter: me  
autem fortunator ipse extitisti, qui nomen im-  
mortale nactus es. Ad quem Alexander: Quo-  
modo domine? cui ille, intus ingredi ut vi-  
deas qui tibi patronus ac defensor sit. Intus  
ergo ingressus, ignis fulgore mirantem nubem  
videt, inque throno sedentem quem olim Sera-  
pidem in Rhacuntide, divinis honoribus a mor-  
talibus frequentari conspexerat. Aitque Alexan-  
der: Domine, quot annos viturus sum? Cui  
Serapis, Prælat qui mortalis existat, nescire  
quonam die moriturus sit. Qui enim dici illius  
expectatione suspensus est, quo ex die didicit,  
mortuus est. At, quod nescienti accidat, obli-  
vionem præbet, ut ne animo succurrat; & si  
priorus etiam morti concedendum sit.

Tum curiosus imperator divino & vati, Quid,  
inquit, faciam ac quid agam, ut vitam omnem  
felix faustisque omnibus, ac tropæis clarus tra-  
ducam? Ad quem Sabbatius, Tu quidem, im-  
perator, fortunatus celebrique fama inter re-  
ges terræ clarescis. Quod si vis vitam, & dili-  
genter dies videre bonos, ac inter gentes & bar-  
baros proferre imperium, omnem imaginum  
abole memoriam; ac ecce futurum est, ut an-  
nos duos supra triginta bene plenus cum filio  
domino Constantino imperes ac rerum potia-  
ris, Bulgarosque subicias, atque enssem tuum in  
media Bulgaria, ad eorum aula aream figas.  
Verum quod facis fac citius, nec ullam sulde-  
que imaginem relinquis.

Accersita ab  
idolis ad fa-  
stus magis  
causam.

Summe igitur exhilaratus imperator, impe-  
rata indubie exque animo præstare satagebat;  
ne forte annorum triginta sætæ induciæ, haud  
secus ac avis volans, e manibus illi effluerent.  
Accersito itaque, quem modo dicebam, Joanne  
lectore, ad eum quæ mandata acceperat re-  
fert. Is vero, imperatoris jussionem reverit,  
propensissime se facturum pollicetur. Imperiali  
itaque manu atque opera, quicquid in monaste-  
riis librorum erat coactervantes, ac quibus in  
eis interdium idolis est, locos scrutantes, ven-  
nerandæ Christi imagini eos affinxerit. Velut  
enim Belis atque Dagonis loco Christum ha-

αὐτοῖσιν· ἡ μὲν τῆς Καισάρειας ἀποστο-  
λῆς, Σαββατιανὸν ἐπὶ λεγόμενον ὑποτίθειται  
αὐτῶν πάντα τὰ κατὰ νόμον τῆς Καισάρειας χειροποιήματα.  
ἡ δὲ περὶ βαλῶν ἰατρὴ ὁ Σαββατιανὸς ἀποστο-  
λῆν τῆς Ἐφῆσον, ἡ σιδηροπέδων ἰατρὴν τῆς  
Λακεδαιμονίας ἰατρὴν ἐστὶν τῶν Δαγιστεῖν μεγα-  
λῶν λατρῶν τῆς καμίνων κύρας. ἡ δὲ ὁ Βασίλειος τὰ  
Βασίλειον κατὰ νόμον τῶν ἐκκλησιῶν, ἀποστολῆσαι  
αὐτῶν τῶν μάντιν τῆς Πιθωνος. ἡ δὲ ὁ Βασίλειος  
ἡ σπῆτος ψαλλομένη. ἡ δὲ ὁ ἐπὶ τραποεῖδων δο-  
ρυφορῶν φρουρῶν βασιλεὺς, μμωμωμῶν γυμνός  
& ἀσπλος ἐπὶ τῆς Βασίλειον παραγίτηται ἐπὶ ὑπερῆρας  
ἡ κατὰ νόμον ἀμειδίσει ποικίς, ὡς ποτὶ Ἰαλιανός ὁ  
παραβάτης, ἐπὶ τῶν μαθηματικῶν Ἐβραίων τῶν ἡγεμό-  
νων σπουδάζοντων. ὁ τῶν ἀπόλων ἡ σοφία τῆς  
σοφῆς. ὁ τῶν ἡδονῶν ἡ σπουδὴ τῆς σοφίας. ὁ  
πῶς οἱ ὀφθαλμοὶ εἶναι σοφοὶ ἐμωρῶν ὄντων. ἡ ἡ  
ὁ μέγας ἡ ἰσχυρὸς ἡ φανερός βασιλεὺς. ἀποστολῆσαι  
αὐτῶν τῶν ποτὶ τῆς Πιθωνος. χρησιμότητος αἰ-  
τήται τῶν ποτὶ τῆς Πιθωνος. ἡ Κανδαύλου  
συμφέρον αὐτῶν εἰσελθῶν εἰς τὴν Σιρακίαν, ὡς μα-  
θεῖν τὴν ἀποδοσόμενον. ἡ ὅρα τῶν ἀετῶν ἐκ  
τῆς ὀφθαλμῶν ἀνακαίμενος. ἡ δὲ ἡγεμονία αὐτῶν,  
Χαίρειν Ἀλεξάνδρῳ, οἱ δὲς με τίς εἰμι; ὁ δὲ,  
Πῶς κίε. ὁ δὲ μάτος, ἐγὼ εἰμι Σισύχῳ ὁ σισ-  
μοκράτωρ βασιλεὺς. ὁ ποτὶν δὲ ἐτύχησα, ὅσον  
σὺ. ἡ χεῖς ὄνομα ἀδάταν. ὁ δὲ, πῶς κίε. ὁ  
δὲ λέγει, εἰσελθε ἰδὲν ἡ δὲς τῶν ἀποστόλων.  
εἰσερχεται Ἀλεξάνδρῳ ἰδὲν, ὅρα ὁμίχλῳ συ-  
ρακίῃ, ἡ κατὰ νόμον ἐπὶ Ἰθρόνῳ, ὅν ποτὶ εἰ δὲ  
ἐπὶ Ραχίωτιδι ἀποστολῆσαι Ἐβραίων Σιρακίαν. εἰ-  
πε δὲ ὁ Ἀλεξάνδρῳ, Κύε, ποσὰ ἴτη ζήσομαι. εἰ-  
πε δὲ ὁ Σιρακίαν, Καλὸν μὲν ὄντιν ὄντι, μὴ εἰ-  
σεῖναι ποτὶ μέλλῳ πλάτῃ. ἀποδοσόμενος ἐκείνῳ  
τῶν ἡμερῶν, ἀπὸ ἡμερῶν ἡμερῶν, ἐπλάτῃσι. τὸ  
δὲ ἐπὶ ἀγνοίῃ καθεῖν, τῶν λήθῳ παρῆται, τὸ μὴ  
ἔχειν κατὰ Γνώμῃν, εἰ ἡ δὲ πλάτῃ.

Εἶτα φησὶ ὁ πολυπράγμων βασιλεὺς τὸ ἀπο-  
δοσόμενος ἡ μάντιν, τί ποιήσω ἡ τί πράξω, ὅπως ἐπὶ  
δύο ἡ δὲ δὲ ἡ ἡγεμονία ἡ ἡγεμονία νικῆ ἡγεμονία  
τὴν ἀπαντῶν χρόνον. ἡ φησὶ ἀπὸ αὐτῶν ὁ Σαβ-  
βατιανός, Σὺ μὲν, ὁ βασιλεὺς, ἡγεμονίας, ἡ ὄνο-  
μασὸς ἴση ἐπὶ βασιλεύσει τῆς γῆς. εἰ δὲ θέλεις  
ζῶναι, ἡ ἀγαθὸς ἡμέρας ἰδεῖν ἀγαθός, ἡ κα-  
ρτερῆσαι ἰθῶν ἡ βαρβάρων, πάσαν τὴν τῆς εἰ-  
κόνας ἡγεμονίας μνηστῆν πύλον. ἡ ἰδὲν μέλλεις ἐπὶ  
ἔλας τριακονταδίο πύλον χρόνους μὲν τὸ ἡμερῶν  
Κωνσταντῆν ἀρχῆν ἡ βασιλεύσει. ἡ τῆς Βουλγαρίας  
καθυποτάξῃς, ἡ πῆξῃ τὴν Ῥωμαίων ἀποστολῆσαι  
Βουλγαρίας, εἰς τὴν χαλκίῳ ἀλωνα τῆς αὐτῆς αὐ-  
τῆς. ἀλλ' ὅσον ποιεῖς, ποιήσαι τῶν. μὴτε ἀνω  
Εἰφίς εἰκόνα, μὴτε κατῶ.

Πελεγαρῆς ἡν ἡγεμονίας ὁ Καισάρειαν, τὸ ἀποστολῆσαι  
ἡγεμονίας ἐκκλησιῶν ἐπλάτῃ, μὴπως ἡ  
τῆς λ'. χρόνον ὄνομασῃ ὡς ποτὶ ἡγεμονίας ἐκκλησιῶν.  
εἰ τῆς χερῶν αὐτῶν διαδράσῃ. ἀποστολῆσαι ἡ τὸν  
προφήτῃσιν ἀναγνώσῃ ἰωαννῶν; ἡ ἀνατίθειται αἰ-  
τῆ τῆς σπῆτος. ὁ δὲ, ἐπιμύθηται φησὶ  
τὴν τῆς βασιλείας κίεθον, ποικίς τὸ κίεθον  
ἐπαγγέλλεται. ἡ δὲ βασιλικῆ χερὶ τῶν βίβλων  
πάσας τῆς μοναχῶν περὶ ἀποστολῆσαι, ἡ ἀναρῆσαι  
τῆς τῆς εἰδῶν ἀποστολῆσαι, ταύτας ἀποστολῆσαι  
τῆς εἰκόνας εἰκόνη τῆς χερῶν. ὡς γὰρ τὸν Βῆλ &  
Δα-



ANNO CHRISTI 614.

Δαγών τὸν Χρυσὸν λογιζόμενοι, τοῦτον τὸς σικτὰς ἀβέντες, venerandas ejus imagines flammis ad-

εἰκόνας κατέκαυσαν. Καὶ δὲ ἡ ἀνατίκται ὁ ἐπιστολασὶς βασιλεὺς, ἀλλὰ προσκαλεσάμενος τὸν ἀγνώστου Νικηφόρου τὸν πατριάρχην, δείκνυσι αὐτῷ τὰ συλλεγμένα παρὰ τῷ Ἰωάννῳ ππτῆα, καὶ μετὰ λογόμενα ὡς μερικῶν αἰθέρων. ὁ δὲ ἀγνώστου καὶ σοφῆς τῆς ἐκκλησίας διδασκαλός, ὡς περὶ ἰσὺν ἀράχνης τὰ τὰ διδύσει. καὶ πῶς μὴ ὁ βασιλεὺς ἔλαβηθεὶς, ἀναποχλῆ ποιῆται τὸ σάμματος. ὁ δὲ Ἰωάννης δεικνύει τὸν ἀπὸ τῷ πατριάρχῃ ἀφορισμὸν, συμβεβηκυῖα δὲ νόσφ πετρικωθεὶς, ἡμιλημῶν μνησίουαν ἑκατεῖται παρὰ τῷ πατριάρχῃ. συγνώμην αὐτῷ τῆς προπετίας, καὶ τῷ μοιχαλῶ ἀποφραμῆναι μετανοία. ὁ δὲ βασιλεὺς ἐν ἀπορία καὶ ἀσυχία τῷ ἀγνώστου ἡρώδης, διότι τὸ τίνα ἄρα φησὶ σικτῶν. μινύθει δὲ αὐτῷ τὰ περὶ τοῦ μητροπολίτου Ἀπωνίᾶ ὄντι ἐν τῷ Σιλαιῶ. ὁ δὲ τῷ χριστῷ αὐτῷ κίλλει τὰ βασιλεῖα ἀποφραμῆναι.

Καὶ δὲ ἀπὸ αὐτῶν ὁ βασιλεὺς σικτῶνται ἡμῖν ὡ μητροπολίται οἱς βολοῦμεθα, καὶ ἀπὸ δρόν σε καπνίσω τὸ πατριάρχικὸ θρόνον. ὁ δὲ ἐπιμύτη τὰ ἀποσχεθῶσι ποιῆν ἐπαγγίλλεται. γρῶς δὲ ὁ ἀγνώστου πατριάρχης Νικηφόρος, προσκαλεσάμενος αὐτὸν, ἔπει, καὶ τούτῳ ἄως ἔχει. ὁ δὲ φησὶ, μὴ γρῶσο ἡμῖν ὡ δίστολα τῷ, μηδε τι πράξει. ἀλλὰ πρὸς πλεονα πληροφορίαν, τὸς ἰδιοχείρας μου σαυρὸς ὑπογράφω τῷ τῆς ὀρθοδοξίας λιβέλλῃ ἐπὶ μῶς. ὅπερ καὶ τῶν κατὰ παρυσία τῶν σικτῶν θεσπῶν ἀγνώστου μητροπολίτῳ ἀποίκοι, καθῶς καὶ ἐν χειροτονια αὐτῷ τούτῳ ὑπεγράψεν. ἐν ὀνόματι τῷ πατρὸς, καὶ τῷ υἱῷ καὶ τῷ ἁγίῳ πνεύματι, Ἀπωνίῳ ἰδίῃ μητροπολίτῳ Σιλαιῶ, χερσὶ ἐμῇ ὑπεγράψα, πισθόντες εἰς τῷ ἁγίῳ καὶ ἀμώσιον ἐ ζωποῖον Τεσσα, τὸς τιμίας ἀσπαζόμεθα εἰκόνας. οἱ μὴ ἄν φρονῶντες, ἀνάθεμα ἔσωσαν. οἱ μὴ ἄν φικθόντες πῶρῳ τῆς ἐκκλησίας ἰδιωχθῶσι. οὐκ ἡ πίστις τῷ ἁγίῳ πατρὶ. αὐτῷ ἡ πίστις τῷ οἰκουμενικῷ ἐφῶτισι. οἷον τὸ μινύθει τῷ τούτῳ ἀναρίπειν τι τῷ ἐπίσκοπῳ τῆς ἐκκλησίας παραδιδόμενον, ἢ εἰκόνα ἀναζωγράφῃ, ἢ σαυρὸ ἐκτύπωμα. εἰ μὴ ἱερεὶς εἴσι, παντάπασι κατὰ φραμῶσαν. εἰ δὲ μοναζόντες ἢ λαϊκοὶ, ἀνάθεμα τῷ ἔσωσαν. ὁ δὲ τούτῳ ἐπισφραγισάμενος, ἔθηκε τῷ ἁγίῳ πατριάρχῃ. ὁ δὲ βασιλεὺς τούτῳ ἀποφραμῆναι, ἔφησεν ὁ Ἀπωνίος, ἐχλάσασθαι αὐτῷ ὡ δίστολα, ὅπως ἀμεμνῶτος ἴσῃ ἐπὶ τῷ δοκῶν. ὡ τῷ νῶ Μωσχαῖ καὶ Περσφόρος. ὡ τῆς ἀνοίας. ὡ τῆς φρονηλασίας. ἐν Χριστιανῶν χερσὶ σικτῶν. ἐν Ἰουδαίῳ ἰουδαίῳ. καὶ δὲ προκαθῆκατες αἱ δύο Ἰωάννης καὶ Ἀπωνίος, ἐκίρασαν εἰς κρατῆρα τῷ ἀιρετικῶν πτοφραμῆμῶν οἷον. καὶ δὲ γραφῶς θεοπλῆτους καὶ ὀφελίμους ερεβλῶσι, κατὰ τὸς ἰδίῃς ἐπιθυμίας, ἀποβαλλόμενοι ἐπιπλάτους καὶ ψυχροφῶρος διδασκαλίας. εἰδῶλα τι τὸς σικτῶν εἰκόνας βαπτίζοντες.

Ὁ δὲ μίγας ἀρχιερεὺς Νικηφόρος ὁ θεοφάνης σύνοδον αἰσίου πατρὸς συναθροίσας τὸν ἀεζμῶν σὸ. καὶ πάντων τὸς ἱερατικὰς τάλας ἀμπεροῦσιν ἐν τῷ μεγάλῃ Σοφίᾳ. τῆς π πλῆθους τῷ ἱερῶν καὶ τῷ μακαρίῳ τῆς βασιλίδος πόλιος ἐμῆ συναθροισάμενος. ἀνέθεν ὁ ἀγνώστου πατριάρχης ἐν τῷ ἀμῶν, ἀπεθμάτισε τὸν ἀιρεσιάρχῃ, τῷ ἀναθεῶν Council. Genral. Tom. XIV.

bentes, venerandas ejus imagines flammis ad-

dixere. Denique nihil sibi quietis indulgens gnarus imperator: quin immo sanctissimum patriarcham Nicephorum accersens, collectos a Joanne libellos, fabellisq[ue] refertos indiculos, velut pactorum terriculamenta ac larvas ei ostendit. At vir sanctissimus sapientiq[ue] ecclesiam magister, tamquam araneam telam cuncta facili negotio evertit. Quamobrem hactenus quidem imperator reveritus, ejus quod ita moliebatur, inducias facit. Joannes vero movendum se communionem, patriarchae sententia timens, morbiq[ue] casu attritus, quam neglexerat, a patriarcha poenitentiam petit; veniam temeritatis rogans, & ut ejus criminis reatu monasticam exercitationis caltra petere liberum sit: quod & factum est. At imperator rei eventu animi anxius, irritoq[ue] conatu percussus, animo cogitabat, quem demum operis adiutorem inveniret. Nuntiatumq[ue] illi est de Antonio metropolita, qui erat in Sylæo: quem mox in aula praesto esse jubet.

Ad quem imperator: una operam praesta, o metropolita, in id quod molimur, teque patriarchalis sedis antistitem collocabo; Pollicetur ille propensissime se jussa facturum. Quo cognito, sanctissimus patriarcha virum accersens, Num haec ita se habeant, quaerit. Cui ille, Absit, domine, istud a nobis, & ut aliquid tegerim. Quin adeo majorem facturus fidem, manu propriis exaratas cruces, sententiae tenax, fidei libello apponam. Quod & ocyus sub sanctissimorum metropolitaram qui simul inventi sunt, praesentiam fecit; uti etiam quando ordinatus est haec subscripserat: In nomine Patris & Filii & Spiritus sancti, Antonius Dei misericordia Silæ metropolita, manu mea subscripsi. Qui in sanctam & consubstantialem ac indivisibilem trinitatem credentem, venerandas imagines amplectimur ac suscipimus. Qui non ita sentiunt, sunt anathema; qui non ita credunt, procul ab ecclesia arceantur. Haec est fides sanctorum patrum. Haec fides orbem terrarum illustravit. Quis igitur posthac ausu fuerint excutere aliquid eorum, quae ecclesia legitime tradita sunt, sive passas imagines, sive crucis figuram, sive quidem sacerdotis sui, profusus deponatur: sive autem monachi aut laici, anathematizentur. Haec Antonius cum sigillo obligasset, patriarchalibus aedibus excedit. Haec autem imperatore ex illo percontante, ait, Illustravit eis, imperator, ut curis liberior sis, in eis quae moliris. O novum Manichaeum, eademque ac Perla sentientem! o dementia! o stoliditatem! Inter Christianos, Christianum agit; inter Judaeos, Judaeum. Adenque praesidentes ambo, Joannes ac Antonius, haereticorum vino medicatum craterem miscuerunt. Ac sanctas divinas scripturas atque utiles secundum desideria sua pervertentes, commentitias inque animorum exitum comparatas doctrinas profertant, venerandas imagines idola obganientes.

Magnus itaque praeful divinarum interpres Nicephorus, sanctorum ducentorum septuaginta patrum collecta synodo, cunctisque sacerdotibus stolis indatis in magna Sophia sede, una quoque congregata sacerdotum ac monachorum urbis Augustae multitudine, ipse sanctissimus patriarcha ambonem conscendens, haereticam anathemate ferit, ac devovet in haec ver-

ANNO CHRISTI 614.

Nicephori patriarchae illis indiculis peracta e-

Joannes I. Antonius metropolita

Antonius metropolita mulatio a perre-

Nicephori synodus ea que illa dicitur in Antiochiam esse



ANNO CHRISTI 814.

ANNO CHRISTI 814.

σπ. ἀναξίται δὲ ὁ κανὼν ἔως τῷ Ιακωβῷ τῷ δόγ-  
μα, Ἐπιτῶν τῶν πῦραδων ἀίρεση.

Anem. Evertit hic canon Jacobi dogma, & Te-  
traditarum hæresim.

II.

Ὅτι ἡ δὲ ἀδελφοὶν ἀνὰ ἀνάγκης ἢ χάριτος ἐπι-  
κελευθῆ.

Die dominico sine impellente necessitate aut  
vi non oportet iter facere.

III.

Τῶν ἀποκαλυφθῆναι τῷ Παύλῳ, καὶ τῷ λογίμῳ βρο-  
τολογία, καὶ σεληνόδρομος, ἢ καλαντολογία, ἀχρη-  
στίζονται. εἰς βίβλα γὰρ πάντα.

Apocalypsin Pauli, & ea quæ dicuntur bron-  
tologia, & selenodromia, aut calandologia, sus-  
cipere non oportet, profana enim omnia.

IV.

Τῶν ἀποκαλυφθῆναι Ἐσδρα καὶ Ζωσίμα, καὶ τῶν δύο  
μαρτύρων τῷ ἁγίῳ Γεωργίῳ καὶ τῷ ἁγίῳ μαρτύρῳ  
Κεργίῳ καὶ Ιουλίτῳ, καὶ τῶν εἰς βίβλον Μάρκου καὶ ἁγί-  
οῦ δόξα ἢ γὰρ ἀχρηστίζονται, ἀπόβληται γὰρ, καὶ ἡ δόξα.

Apocalypsin Esdræ & Zosimæ, & duo san-  
cti Georgii martyria, & sanctorum martyrum  
Ceryci & Julitæ, librumque Marci & succel-  
loris suscipere non oportet. Rejicienda hæc,  
non admittenda.

V.

Τῶν ὄντων ἐπιτιμίας μοναχῶν καὶ συναγωγῶν  
καὶ συναγωγῶν. μίσηται δὲ καὶ ἐλογίας, ἢ ἡ κα-  
τακλιεῖται, ἀμα τῷ αὐτῷ ἐξομολογήσει.

Monachi in pœnis existentes, ad commu-  
nem fratibus cibum & precationem admitten-  
di sunt. Participes etiam esse debent benedi-  
ctionis, id est, fructi, simul cum eorum con-  
fessione.

VI.

Χρηστίζονται τὸς ἑταίρους τῶν ἀδελφῶν πλε-  
ταίων τὸς ὑπὲρ αὐτῶν γυναικίας, ἐπιτῶν καὶ ζῶντες  
ἀρα ἀποδίδονται εἰς τὸν ὅτι τῆς πλεταίωται.

Intestato morientium piæ largitiones pro ip-  
sis factæ suscipiendæ sunt, siquidem viventes eo  
animo fuerint, ut ita præstarentur.

VII.

Εάν τις ἀδελφῶν, καὶ ἐπιτῶν τῶν ἁγίων ἑταίρι-  
σµα. ἢ τῶν ἁγίων χῆμα, καὶ δίδεται ἀνεπιτῶν,  
καὶ μὴ κολύσει τῶν χῆμα.

Si quis infirmus sit, & sanctum baptisma,  
sanctumque habitum requirat, dare ei sine mo-  
ra oportet, nec gratia est deneganda.

VIII.

Εάν τις ἐπιτῶν εἴσῃ μέχρις ἑπτὰ εἰκοσι-  
καὶ ἐπίκαινα, εἴτα μὴ τῶν φανερῶν ἔργα ἀρε-  
τῆς, ἢ καὶ αὐτῶν χειροτονήσεται. τὸ γὰρ ἱερὸν ἀμώ-  
λυτον.

Si quis ad annos viginti & deinceps dissolu-  
te & in luxu vixerit, deinde studiosus apparue-  
rit virtutis, non est ordinandus. Sacrum enim  
impollutum est.

IX.

Ὅτι ἡ δὲ ἱερῶν εἰσδομάδα τῆς ἑβδο-  
κατημέρας, ὑδὲ τῷ σαββάτῳ τῆς ἀπολυσίμου ψαλ-  
λεῖν τὸν ἱμνον, ὑδὲ τὸς μέμνηται φυλάττειν.

Non oportet operari hebdomadæ diacnesi-  
mi, neque sabbato apolytismi canere imma-  
culatum, neque dies Jovis observare

X.

Ὁ δὲ γάμος ὡς σφραγισθῆται, ἀλλ' ἔχει ἐπιτί-  
μιον τὸ μὴ μεταλαβεῖν τῶν ἀχρηστῶν μυστηρίων ἐπι-  
δό.

Bigamus non coronatur, sed in eo punie-  
tur ut annis duobus sacra non participet my-  
steria.

XI.

Ὁ τριγάμος ἐπιτιμιάσθω ἑτη πέντε, καὶ οὕτω  
ἀχρηστίζηται.

Trigamus annis quinque emendetur, & sic  
admittatur.

XII.

Ὁ χειροσάμνος τὸν αὐτῷ πατέρα, καὶ ἀποκτείνων  
ἐκείνους. τὸ τῷ φόβῳ ἐπιτίμια πλείσει ἑτη τετα-  
κωτα πέντε.

Qui paterem suum & sponte occi-  
derit, annis triginta quinque deget in pœnis  
homicidæ.

XIII.

Κατὰ πλετάσθῃ καὶ μοναχῶν λιπὸς βαπτίζε-  
σώσεται καὶ διάκονος κατὰ πλετάσθῃ βαπτίζε-  
ται.

Etiam simplex monachus ex causa bap-  
tizat, ut & diaconus.

XIV.

Εάν κατὰ ἀγνοίαν πληρωθῆ ἀντιμίσθῃ, καὶ  
μολυσθῆται. ὁ γὰρ ἁγιασμός ἐστὶ αὐτῷ ἐστὶ. τὸ γὰρ  
ἱερὸν, μαρὸν ὄνεται.

Si antimensium per ignorantiam impletum  
sit, non polluitur. Sanctificatio enim in eo  
est. Sacrum enim, impurum non efficitur

XV.

Οἱ ἀπὸ παλλακίδων καὶ πορνείας καὶ ἀπὸ δολο-  
φονίας καὶ ἀπὸ τριγαμίας τεκνιζόμενοι παῖδες, εἰάν φα-  
νῶσιν ἀρετὰς ἔχοντες, καὶ εἰσὶν ἀξιοὶ ἱεροσύνης, χει-  
ροτονήσονται.

Qui ex concubina & scorto, & ex bigamis  
& trigamis nati sunt, si virtutibus præditi ap-  
pareant, & sint sacerdotio digni, ordinentur

XVI.

Χρηστίζονται ἀβάπτιστα νήπια, εἰάν ἀρετῶν εἰς τὸ  
κο

Infantes non baptizatos oportet, si quo lo-  
co

1 Διακονοῦμενον, hoc est, hebdomada Paschatis. Hard.  
2 Hoc est, Psalmum 118. Beatæ immaculatæ. Hard.

3 Απολυτῖμου, hoc est, Sabbato in Albis. Hard.

123  
ANNO  
CHRISTI  
1114

S. NICEPHORI CPTANI CANONES.

124

co reperitur quis, ubi non sit sacerdos, ba-  
putari. Quod si vel pater, aut quilibet alius,  
modo sit Christianus, baptizet, peccatum non  
committit.

Α πὼν μὴ ὄντος ἱερέως βαπτισθῆναι : εἰ βαπτίσει δὲ  
καὶ ὁ ἴδιος πατὴρ, ἢ ὁποῦντος ἀνδρῶν, μὴ μόνον  
ἰνα εἰσι Χριστιανός, ἀλλ' ἵνα ἀμαρτία.  
ἔ.

ANNO  
CHRISTI  
1114

XVII.

Usuram accipientibus non sunt elargienda  
sacramenta : nec cum perseverantibus in ini-  
quitate communiter cibus sumendus.

Ὅτι ἡ χρῆ μεταδοῦναι τοῖς λαμβάνουσιν τῶν  
ἢ σωσθῆναι αὐτοῖς, ἐπιμύσει τῆ παρανομίᾳ.

ANNO  
CHRISTI  
1114

A P P E N D I X

ANNO  
CHRISTI  
1114

AD CANONES NICEPHORI PATRIARCHÆ.

Ex Suppl.  
M. II Tom.  
I. pag. 80.

Sancti Nicephori Constantinopolitani patriarchæ, B  
& orthodoxæ de veneratione SS. imaginum si-  
dei confessoris egregii, canones, quos in variis sy-  
nodis suis condidit ex jure Græco Romano excer-  
ptos dedit Labbeus tom. IX. pag. 387. Venetæ edi-  
tionis. Sed cum ibi mutili & hinc inde excerpti  
comparent; ideo integros illos in nova, si quæ  
adornaretur, Collectione conciliorum optarunt huc-  
usque habere eruditi: neque res erat deplorata,  
cum plura essent volumina excusa, unde colligi  
potuissent, & in easdem collectiones referri. Sed  
hunc laborem Venetæ Labbei editor & supplē-  
mentorum auctor refugit. Hunc ejus defectum  
hic supplendum duxi, canones illos exhibens in-  
tegriores & numero majores, quales ex MS. co-  
dice vulgavit Cotelerius Monument. tom. III. pag. C  
His vero adicere visum est canones nonnul-  
los, quos Hermenopolus in sua canonum epitome  
servavit, iis tamen detradis, quos jam Labbeus  
dedit; ex quibus omnibus ceterisque, quos ex  
jure Græco Romano Labbeus corrasit, integra,  
quantum fieri potuit, collectio canonum Nicepho-  
ri patriarchæ in collectione Conciliorum habeatur.  
Quamquam vero in iis, quos ex Cotelerio inserui  
exhibeo, canones quidam occurrunt, quos pariter  
habes apud Labbeum repetitos, omittendos tamē  
non cenſui, tum ne collectionem canonum  
Nicephori, quam in veteri codice Cotelerius of-  
fendit, in aliquo minuerem, cum etiam in gra-  
tiam accuratioris versionis a Cotelerio adornatæ.  
Cotelerii vero notas adjiciendas minime cenſui.  
D non canonica episcopi sanctione, reliqua ex Co-  
telerio datus.

lunt, & quinam extent editi in Jure Græco Ro-  
mano & alibi; qui vero se primum eruente pro-  
dant. Ceterum obscuros illos ritus, qui in his ca-  
nonibus tanguntur, si quis nosse voluerit, adeat  
Goarium in Euchologio, & Cangium in Glossa-  
rio Græcitate. His vero canonibus subjungit Co-  
telerius epistolam S. Nicephori patriarchæ & confes-  
soris, quam inscriptionem in MS. codice reperit;  
quæ sane epistola canonicas responsiones ad inter-  
rogationes cujusdam exhibet. Diu multumque hæ-  
si anceps, num hæc pariter in meam hæc colle-  
ctionem referrem, veritus ne forte non Nicephori  
Constantinopolitani patriarchæ, sed potius docto-  
ris cujusdam privati, nempe S. Theodori Studitæ  
sanctio habenda sit, cum scripta inter epistolas S.  
Theodori a Sirimondo editas locum suum vindica-  
ret. Verum omnia sedulo perquirendo jam tan-  
dem comperisse me arbitror epistolam hæc plane  
abrogandam esse Nicephoro, & Theodoro Studi-  
tæ asserendam. Id mihi indicare visa est periocha  
illa qua epistola clauditur: Hæc quidem tibi, tam-  
quam unicus, & collaborator nos pro viribus cu-  
piscimus. Tu vero tute fratribus, qui te interro-  
gaverunt, tradita &c. Ista quidem æqualis sunt ad  
æqualem, qualis profecto erat Methodius mona-  
chus, (cui inscripta hæc epistola inter opera Theo-  
dori Studitæ legitur) erga eundem Theodorum  
Studitam; nulla vero dignitatis æquatio intercede-  
re inter Methodium & Nicephorum poterat; quæ  
re ea neglecta utpote hominis privati mentione,  
non canonica episcopi sanctione, reliqua ex Co-  
telerio datus.

S. NICEPHORI CONSTANTINOPOLITANI  
CONFESSORIS CANONES.

Ex ecclesiasticis constitutionibus ipsius & sanctorum  
Patrum cum eo congregatorum collecti.

- I. Si per ignorantiam Antimensionum lotum fue-  
rit, non amittit sanctificationem, neque  
prophanum sit.
- II. Bigamus non coronatur; quo potius cen-  
suram habet non percipiendi immaculata sacra-  
menta duobus annis; Trigamus vero annis quin-  
que.
- III. Qui ex necessitate ad breve tempus in Ec-  
clesiæ Narthex mansionem fecerit, non con-  
demnatur: quod si manserit diu, ipse quidem  
cum pœnis penitentialibus ejicietur, templum  
vero quæ sua sunt recipiet.
- IV. Intestato morientium, piæ largitiones &  
oblationes pro ipsis factæ suscipiendæ sunt; si  
quidem in vita propositum habuerint, ut ita eis  
praestarentur.
- V. Si Annunciatio inciderit in magnam Quin-  
tam, vel magnam Parasceven, non delinquimus,  
si tunc vinum & pices sumptierimus.
- VI. Qui in monachorum præpositum benedi-

ΤΟΥΤ' ΕΝ ΑΓΙΟΙΣ

- Νικηφόρου Κωνσταντινουπόλεως τὸ ὁμολογητῶ κατόπις  
ἐκ τῶ ἐκκλησιαστικῶν αὐτοῦ ὁμοεισίων καὶ τῶ  
σὺν αὐτῷ ἁγίῳ πατρὶ.
- α. Ἐάν κατὰ ἁγιοιαν \* πλοθῆ \* ἀντιμίσησον,  
οὐκ ἀποτίθεται τὸν ἁγιασμόν, οὐδὲ εὐ-  
θελὸν γίνεται.
- β. Ὁ δίγαμος ἢ τετραῦται \* ἀλλὰ καὶ ἐπιτι-  
μῆται μὴ μεταλαβεῖν τῶ ἀχρατῶν μυστηρίων ἐπὶ  
δύο \* ὁ δὲ τρίγαμος ἐπὶ πέντε.
- γ. Ὁ ἐξ ἀνάγκης ἐπὶ ὀλίγον χρόνον ἐπὶ τῶ  
νάρθυξ τῆς ἐκκλησίας καταμολύτοισαμῶν, ἢ  
καταλείπεται ἴαν δὲ χρόνῶν, αὐτοῖς μὴ μετ' ἐπι-  
τιμῶν ἐκβληθῆσεται, ὁ δὲ καὶ ἀποληφεται τὸ  
οἶκον.
- δ. Τῶν ἀδελφῶν πλεθύντων, χρῆ δίδιχαί  
τοῖς ἐπιρ αὐτῶν γινώσκας ὑποκίτας· εἴτε καὶ ζῶντις  
ἀποθίσαν εἶχον τὸ ὅτι τοῦτοις πλεθύνει.
- ε. Ἐάν φθασῶν ὁ πύργυλισμος τῆ μεγάλῃ  
αἰματῆ, ἢ τῆ μεγάλῃ παρασκῆ, οὐκ ἀμαρτάνο-  
μῶν οἶνον τῶν κακῶν μεταλαμβάνοντις ἐκ τῶν  
στ. Ὁ ἔχων ἐκχέ τῶ γουμβῶν ἀριστοτέρων ὧν,  
χρῆ.

ANNO CHRISTI 1061

ANNO CHRISTI 1062

Χειροτονία ἀναγνώστου καὶ ὑποδιακόνου ἐν τῷ ἴδιῳ ἄνω & consecratus fuit, estque presbyter, le-  
rem ac subdiaconum in proprio monasterio or-  
dinat.

ζ. Ἐάντις ἐὶ ἀσκήσις ἔχησι μίχως ἐπὶν ἐκο-  
σι. ἢ ἢ ἐπίκαιρα, εἴτε φωνὴ τῶν ἔργα ἀρετῆς,  
ἢ χρῆσιν αὐτῶν χειροτονεῖσθαι. τὸ γὰρ ἱερὸν ἀμύλων  
πῶς εἶναι δεῖ.

η. Οἱ ἀπὸ παλλακίδων ἢ δογμάτων ἢ ἑργάμων  
τικτῶμενοι παῖδες, ἐάν ἄξιον ἱερουργίας ἐπιδεικνύονται:  
εἶον, χειροτονεῖσθαι.

θ. Δεῖ μεταδιδόναι τῆς θείας κοινωνίας τῷ ἀδελ-  
φῶν, ἀποθανόντων κηδεύουσιν, καὶ μὴ τὸ γυναι-  
κῶδες εἶναι.

ι. Χρῆ χλευσ ἀσκασιμὴ κλίση γένυ ἐν κυρια-  
κῇ, καὶ ἐν ἄλλῃ τῇ κυριακῇ. ἢ μὲν πῆς ἐξ ἴθους  
γυναικίσιας ποιεῖν.

ια. Οὐχ ἀμαρτάνει τις ἐπὶ τῶν ἀδελφῶν  
μὴ ἀποσκομιζέτω προσφορὰν, ἢ μίση ἀπὸν και-  
θῆσαν.

ιβ. Ὅτι εἰ χρῆ σφοδρὰ ἰδέσθαι ἐν τῇ ἐκκλῆ-  
σίᾳ σκευφαλαίᾳ, ἐπὶ τῷ ἁγίῳ ποτήριῳ.

ιγ. Ὅτι εἰ χρῆ ἀπὸ θερμῶν λειτουργησῶν  
προσβύτηρον, εἰ μὴ κατὰ πολλὴν περιστάσιν, δι' εἰ  
αὐθαμῶς πλεονεκτήσει θερμῶν.

ιδ. Τὸν ἀσθέντα μοναχὸν τὸ χῆμα, καὶ πάλιν  
ἐκπεριβῆται, δεῖ πάλιν ἐσθῆν αὐτῶν καὶ ἀπε-  
δύσασθαι μοναχικῶς εὐλαί, χωρὶς τῶν πτωχῶν  
ἐκκλῆσιν.

ιε. Δεῖ τὸς μοναζώσας εἰσέναι εἰς τὸ ἅγιον θυ-  
σιαστήριον, καὶ ἐπιτελεῖν κηρὸν καὶ κηδεύειν, καὶ κοσμεῖν  
αὐτῶν καὶ σαρῶν.

ις. Οὐ χρῆ πὸς μοναχοὺς τῇ μεγάλῃ παρα-  
σκευῇ ἔργα γεωργικὰ μετεῖναι, καὶ προφάσει τούτων  
εἰς οἶνον καταλίαν κήλκων. πῶτα γὰρ γαστριμαρ-  
γίας εἰς ἐπιτηδεύματα.

ιζ. Διὰ τῆς αἰτίας ἐφέται τῷ μοναχῷ τῆς  
ἰδίας ἀναγωγῆς μόνῃ. ἐάν ἢ ὁ ἡγούμενος ἀίρεσι-  
κός, ἐάν εἰσοδῶν γυναικῶν εἰς τὴν μονὴν γίνεται,  
καὶ ἐάν παῖδια κοσμικὰ ἐν τῇ κοινοβίῳ μανθάν-  
ωσιν.

ιη. Ἀπῶσιν γὰρ τὰ ἐν τῇ μονῇ τραπέζῃ, δι'  
αὐτῶν δημοσιεῖσθαι.

ιθ. Τοὺς οὕτως ἐπιτιμῶσι μοναχοὺς, καὶ χρῆ  
συνοδεῖν τῆς λοιπῆς καὶ συνήχουσαι. μετέχον δι'  
καὶ ἐυλογίας ἢ κατὰ κλάσιν, ἢ ἀμα τῶν αὐτῶν ἐχο-  
μολογήσει.

κ. Τῷ ἴδιῳ ἁγίων ἀποστόλων ἡσέας, καὶ τῷ τοῦ  
ἁγίου Φιλίππου, καὶ τῶν ἐν τῇ μονῇ καθήμενους  
ἐπισκόπους, πρεσβυτέρους καὶ ἀσκήτους ἀπᾶς πρὸς ἐπί-  
στον σπεύδειν. τῶν δὲ ἐργαστηρίων, μὴ τὴν ἐκτὴν  
γίνεσθαι ὄραν, καὶ ἐσπίρας δεκτικῶν.

κα. Ἐάν φθάρῃ μοναστήριον ὡς βαρβάρων ἢ ἀπᾶ-  
των ἀνδρῶν, καὶ ἢ ὁ προτὸς βίος αὐτῆς ἀμειψτός,  
εἰς πεντακοντα ἡμέρας ἐπιτιμᾶται. εἰ δὲ ὁ πρώτος  
αὐτῆς βίος μεμολυσμένος ἢ, τὸ τῆς μοναχίας  
ἐπιτιμῶσι ἐκπλήροι.

κβ. Ὅτι τῷ μοναχικῶν ἐσθῆς χῆμα, φόβῳ στρατίας  
ἢ ἄλλῃ τινὶ παροξιά, ὡς δὴθεν τοῦτο καταγε-  
λῶν, καὶ τὸ τῷ τῷ ἀνάγκῃ ἢ τῷ ἐπὶ κερσῶν  
ἀποθιμῶν, εἰς πεντακοντα ἡμέρας ἐπιτι-  
μᾶται, καὶ ἐπὶ τῇ ἀείᾳ ἀφᾶσει κοινοβίῳ.

κγ. Μοναχῷ πρεσβυτέρου γένυ μοναστρίας ὑπερ-  
ταύτης, καὶ μεταδιδόντῃ αὐτῆς, ὡς καὶ κοινοβίῳ  
ἐξ αὐτοῦ.

ANNO CHRISTI 1062

VII. Si quis usque ad annos viginti & ultra,  
in luxu & luxuria vixerit, deinde vero virtu-  
tis opera facere cognitus fuerit, non oportet  
eum ordinari. Quod enim sacrum est, impo-  
litum esse debet.

VIII. Qui ex concubina, aut digamis vel tri-  
gamis nati sunt, modo vitam exhibuerint sa-  
cerdotio dignam, ordinantur.

IX. Divina communio tradenda est egrotan-  
ti in periculo mortis, etiam si cibum sumpsit.

X. Oportet salutationis causa genu flectere  
die Dominico, & per totam Pentecosten; non  
tamen consuetas genuflexiones facere.

XI. Non peccat, qui pro tribus hominibus  
unam consecrat oblationem, aut unam accen-  
dit candelam.

XII. Quod non oporteat in prece Scévophyl-  
lactii seu sacraii facere consignationem super  
sacrum calicem.

XIII. Non oportet sine aqua calida presbyte-  
rum missam celebrare, nisi in magna necessita-  
te, & si nullatenus ejusmodi aqua reperiat.

XIV. Monachum qui habitum abjecerit, &  
postea conversus est, oportet iterum vestimento  
monachali, quod exiit, induere, absque preci-  
bus constituit.

XV. Oportet ut Sandimoniales in sanctum al-  
tare ingredientur & accendant cereum & cande-  
lam, illudque ornent ac verrant.

XVI. Non debent Monachi magna Parasce-  
ve (Al. Quadragesima) opera agriculturæ exer-  
cere, eorumque prætextu solvere jejunium, su-  
mendo vinum & oleum. Hæc enim sunt gule  
instituta.

XVII. Tribus de causis monacho hæreticus fit;  
si mulieres in monasterium introeunt; & si pue-  
ri sæculares in cenobio edocentur.

XVIII. Absurdum enim est & alienum, que  
in monasterio gerantur, per tales publicari.

XIX. Monachi pœnis censurisque subiecti, una  
cum reliquis cibum sumere, ac precari debent;  
atque etiam participes esse Eulogię & Cataclis-  
ti, hoc est panis fracti & benedicti, simul cum  
eorum confessione.

XX. In jejuniis sanctorum Apostolorum, &  
jejunio S. Philippi oportet ut monachi qui in  
monasterio resident, per ferias quartas & sex-  
tas semel ad vesperam cibum sumant; qui vero  
opera faciunt, post horam sextam edant, &  
suscitent, ac vespere cœnent.

XXI. Si monialis a barbaris vel petulantibus  
Evis vitata fuerit, estque vita ipsius præcedens  
incolpata, quadraginta dierum pœnam habet;  
si vero prior vita impura fuit, adulterii cen-  
suram & pœnitentiam explet.

XXII. Qui monachalem habitum induit me-  
ta militię, aut per aliam quamlibet astutiam,  
ut scilicet illum deridens, eundemque post ne-  
cessitatem aut simulationem deponit, tribus die-  
rum quadragesimis punitur, atque sic ad sacram  
communione accedit.

XXIII. Non accipienda est communio ex mo-  
nacho presbytero juvene, qui monialibus mini-  
strat, easque communione impertitur.

127

XXIV. Monasterii præpositus cucullam a discipulo non auferat, neque eum expellat.

XXV. Si quis sacrum habitum projecerit, nec emendaverit se, non oportet eum ad ecclesiam admittere, neque Ave ei dicere.

XXVI. Si quis infirmus sit, & sanctum baptismum, vel sacrum habitum requirat, dare sine mora oportet, nec gratia est impedienda.

XXVII. Quod non oporteat presbyterum monachum sine mandya sive pallio sacrum facere.

XXVIII. Eos qui occulta delicta confitentur, debet quidem a communione arceri qui eorum suscipit confessionem; non tamen impedire quin ecclesiam ingrediantur, neque ipsos ipsorumque res traducere; sed leniter eosdem admonere, ut penitentiam & orationi intendant, necnon penitentiam illis convenientem juxta uniuscujusque propositum moderari.

XXIX. Adulteri, bestiarum initores, homicidæ, & similes peccatores, cum scelus suum proprio motu confessi fuerint, a communione quidem arcebuntur, ac penitentiam multam accipient. In ecclesiam autem ingressi sunt usque ad orationem Catechumenorum. Quod si publica sint eorum delicta, tunc deinceps juxta ecclesiasticam legem penitentiam peragunt.

XXX. Si laicus lapsus suos sponte confessus fuerit, dispensationem adhibere potest qui confessionem recipit.

XXXI. Ex episcopi permissione, etiam presbyter Stauropogium facit, seu solemnem crucis infixionem.

XXXII. Usuram accipientibus non sunt danda sacramenta, neque cum iis oportet convivere quamdiu in iniquitate perseveraverint.

XXXIII. Oportet monachos jejunare quarta feria hebdomadæ Iacobi ac Parasceve, & post Præsanctificatorum finem dimissionemque caseum comedere, ubicum habitaverint; ad eversionem dogmatis Jacobi, atque hæreseos Tetraditarum.

XXXIV. Si quis concubina utens, non vult aut illam relinquere, aut benedictione donari, & cum sacramenti ritu eam habere, non oportet recipere quæ ab ipso ecclesie offerentur, cujus divinas sanctiones operibus contemnit contumeliamque afficit.

XXXV. Si monachus sancto habitu deposito carnem comederit, uxoremque duxerit, oportet eum, converti nolentem, anathemati submitti, & invitum monasticis vestibus indui, atque in monasterio concludi.

XXXVI. Qui vel semel fornicatus est, nequaquam ordinetur, tametsi a vitio abicesserit. At quippe magnus Basilii: Licet homo hujusmodi mortuus suscitaverit, sacerdos non fiet.

XXXVII. Quando Apostolus dicit; Si quis frater nominatus sit fornicator, cum ejusmodi nec cibum sumere; non quem ille & ille fornicantem novit, videtur dicere, sed nominatum, sive eundem cognitum. Nam quæ impudenter committuntur delicta, majores poenas attrahunt.

αδ. Ὅτι οὐ χρή τὸν ἡγούμενον τὸ κεφάλιον τῆς μαθητοῦ ἐκβάλλειν, ἢ διώκειν αὐτόν.

αε. Τὸν ἀθετήσαντα τὸ ἅγιον χῆμα, ἔμεινον διαβάλλον, οὐ χρή ὑπὸ εὐχλῶ ἀγειν, ἢ χαίρειν λέγειν αὐτῷ.

ας. Ἐάν τις ἀδελφὸς ἢ, ἢ ἐπιπέσει τὸ ἀγιοβαπτισμα, ἢ τὸ ἅγιον χῆμα, χρή δίδοιαι ἀνυπερβίτως, ἢ μὴ κολίσει τὸν χαιρὸν.

αζ. Ὅτι οὐ χρή λειτουργῆσαι πρεσβύτεροι μοναχὸν ἀνὰ μανδύου.

αη. Τοῖς ἀδελφοῖς πταίσματι ἔχομολογημένοις, τῆς μὲν κοινωνίας ἀπέριεσθαι δεῖ τὸν δεχομένον τῶν ἐκείνων ἔχομολογήσειν· εἰς δὲ τὴν ἐκκλησίαν αὐτὸν εἰσερχομένον μὴ κολίσει, μηδὲ θαμβάσει τὰ κατ' αὐτοῖς· ἀλλ' ἐπιτιμῶν τέτοις νεύσειν, τῆ μετανοίας προσάγειν ἢ ἀποσειχῆ· ἢ οἰκονομῆν τὸ προσήκοντα τούτοις ἐπιτίμια, κατὰ τὴν ἐκάστου ἀποαιρίσειν.

αθ. Μοῦχοι ἢ κτηνοβάται ἢ ἀνδροφῶνοι, ἢ οἱ πτωχοὶ, εἰάν οἰκοδοῦν τῶν ἰδίων ἔχομολογήσονται ἀνομίαν, ἀδελφὸν τοῖς πολλοῖς ἐπι τυγχάνουσιν, τῆς κοινῆς μὲν κολίσει, ἢ τὸ ἐπιτίμια δέχονται· εἰς τὴν ἐκκλησίαν δὲ εἰσερχόμενοι, ἴστανται μὴ χεῖ τῆς ἱερῆς κατηχηθῶν εὐχῆς· εἰάν δὲ ἄλλα τὰ περὶ τῶν πταίσματων, περὶ λοιπὸν κατὰ τὴν ἐκκλησιαστικὴν θεσμὸν ἐκπληροῦσι τὰ ἐπιτίμια.

αι. Εἰάν ἔχομολογήσεται λαϊκὸς τὸ ἑαυτοῦ σφάλματα ἐκ ἀποαιρίσεως, δύναται ποιεῖσαι οἰκονομίαν ὁ δεχομένης.

αιβ. Κατ' ἐπιτήθειαν τῶ ἐπισκόπου ποιεῖ σαυροπήγιον καὶ πρεσβύτερος.

ακ. Ὅτι οὐ χρή μεταδίδοιαι τοῖς λαμβάνουσι τῶν, ἢ συνιδίειν αὐτοῖς, ἐπιμήμοσι τῆ παρανομία.

αλ. Δεῖ ἡσυχάζειν τὸν μοναχὸν τῆ τῆραδὶ τῆς προφάγου, καὶ τῆ παρασκῆ· ἢ μὴ τὴν προηγισμῶν ἀπολυσι εἰδῆσιν τυρὸν, ὅτι αὐτὸν ἐπιχωμαζῶσιν εἰς ἀναφορὴν τοῦ δογματῶ τῶ Ἰακώβου, ἢ τῆς ἱερῆς Τετραδῆς ἀίρισεως.

αμ. Εἰ ἴς παλλακίῳ κητήμῳ, οὐ βέλεται ἢ καταλιπεῖν αὐτῶν, ἢ εὐλογηθῆναι ἢ μὴ ἱερολογίας ἔχειν, οὐ χρή δέχεσθαι τὴ παρ' αὐτοῦ ἀποσφορμίαν τῆ ἐκκλησία, ἢ τὸς θεῖους θεσμοὺς διὰ τῆ ἱερῶν κατηφορῶν ἐσθραῖζει.

αν. Εἰάν μοναχὸς τὸ ἅγιον ἀποθέμεν χῆμα κρωσάγησιν ἢ ἱουαῖκα λαβῆν, δεῖ μὴ ἐπιστρέφειν τούτων, ἀναθέματι καθυπαβληθῆναι, καὶ ἀπογεῖν τὰ μοιχικὰ εἰδῆσθαι, ἢ μονακῶν ἐγκαταλειθῆναι.

αο. Οὐ δεῖ τὸν ἀκαθ' ἡγορησάντα χειροτονεῖσθαι, εἰ ἢ τῶ παθους ἀπίστη· φησὶ γὰρ ὁ μέγας Βασίλειος, εἰ ἢ κερὰς ἀνίσθ' ὁ παῖς, ἱερὸς αὐτὸς ἢ ἡσυχεται.

αα. Ὁ ἀποσολ' ἰγῶν, εἰ τις ἀδελφὸς ὀνομαζόμενος ἢ πόριος, τῶ τῶσιν μὴ συνιδίειν ἢ ὄν ὁ δεῖνα ἢ ὁ δεῖνα· εἶδε πορνεύοντα λέγειν δοκεῖ, ἀλλὰ τὸν ὀνομαζόμενον, ἢ τὴν πᾶσι γνωσκόμῳ. τὰ γὰρ ἀνακαχῆτος κλημμιλούμενα, πλείονα τὴν τιμωρίαν ἐφίλεται.

ANNO CHRISTI 1860.

ANNO CHRISTI 1860.

11. 7. 18

ANNO CHRISTI 1860.

ANNO CHRISTI 1860.

ANNO CHRISTI 1860.

ANNO CHRISTI 1860.

ANNO CHRISTI 1261.

ΕΚ ΤΩΝ ΚΑΝΟΝΩΝ

EX CANONIBUS NICEPHORI SANCTISSIMI PATRIARCHÆ CP.

ANNO CHRISTI 1261.

Τῶ παραγωγίτῳ Νικηφόρῳ πατριάρχῳ Κωνσταντινουπόλεως κ' οἰκουμενικῆς ἐκ τῶ ἐκκλησιαστικῶν τούτου συντάξεων.

Et occumenci, ex ipsius ecclesiasticis constitutionibus. Collectio altera ex Cotelero Vat. Monum. Tom. III. pag. 451.

κα. α. Τῆς ἐκκλησίας τὴς ὑπὸ αἰρετικῶν ἐθροιαδείσας, παρακληόμεθα ὡς εἰς κοινὸν οἶκον κατὰ ἀνάγκην εἰσίστασι κ' ψάλλον, πηκνῶτες ἐν μέσῳ σαυρῶν. ἐν δὲ τῷ θυσιαστηρίῳ, μὴτε εἰσέρχονται, μὴτε θυμιᾶν, μὴτε εὐχὰς εἰπελεῖν, μὴτε κανδήλαν ἢ λύχνον ἀπτεῖν.

Can. I. IN ecclesias ab hæreticis inthronizatione dedicatas, ingredi ex necessitate, velut in communes ædes, & in iis fixa in medio cruce psallere permittimus; non tamen in altare ingredi, thus adolere, precem peragere, nec candelam aut lucernam accendere.

β. Ὅτι δὲ τῶν ἀθετηνῶν μοναχῶν π' ἅγιον χηῖμα, κ' κάλυπτον ἐπιπέφοντα, κατ' ἰσχυρισθῆναι ὑπὸ τῶ ἀδελφῶν π' δέοντα, ἀλλ' ἀπὸ τῶ καθήκοντος. ἀλλ' ἵκετος ἐξ ὧν ἐπιχορηγῆται ὑπὸ τῶ κυρίου λόγιον· κ' ψάλλον τῶ καπιουκτικῶν κανόνα τῶ πλάγιῳ ἡχη· κ' πιδόσαι τὰ ἱμάτια αὐτῶ ἐν τῷ θυσιαστηρίῳ ὑποκώτῳ τῆς αἰτίας ἑσπέρης, ὡς ἐπὶ τῷ χηματῶ· κ' ἀπὸ τοῦ ὑαλγίλιῳ τῆς λειτουργίας κουρέειν αὐτοὺς, τὸν ἡγυμῶνον· κ' ἐδέειν τὸ χημα μὴδὲ ἐκφορῶντα.

VI. Monachum qui sanctum habitum deposuit, rursusque convertitur, oportet a fratribus in officio institui, non tamen per Catecheses, sed prout unicuique suppeditatur ex verbis Domini. Sed & psallere oportet compunctivum canonem obliqui toni, ac ponere ipsius vestes in altari sub sacra mensa, ut cum habitus sumitur; atque post evangelium missæ monasterii præpositus debet eum tondere, & habitu induere, absque ulla exclamatione.

γ. Τὸν μὴ πιστεύοντα πηδαδὰ ἐ παρασκυλιῶ ἱερίᾳ, οὐ χρὴ κοινοῦν ἐξ αὐτοῦ, κ' δοκῆ ἐρθεδοξῶ εἶναι· τὸ γὰρ ἐκ μέρους εἰσεῖναι, κ' ἐκ μέρους κοινῶνται, ἐβηλον.

IX. Ex sacerdote qui quartis sextisque feriis non jejunat, communicandum non est; quamvis orthodoxus esse videatur. Etenim ex parte pie agere, & ex parte inquinari, profanum impurumque est.

δ. Ὅτι δὲ τὰς ἐργασίμους μοναχοὺς τῆ αἰία πσσαρακοστῆ τῆν θ'. ὦραν γινέσθαι ἀρτυ βραχίως, κ' τῆ ἱσπέρῳ δεητέιν.

XVI. Quod oporteat monachos qui per sanctam quadragesimam opera faciunt, hora nona parum panis sumere, vespere autem cenare.

ε. Ὅτι ὁ χρὴ ἐν τῇ ἀγίῳ πσσαρακοστῆ τοὺς μοναχοὺς ἐργασίαν ποιεῖν, ἐ σφοδρασί τοῦ ἔργου, κατυλιεῖν εἰς οἶκον κ' ἐλαίον· τῶν γὰρ γαστριμαργίας ἐπιτηδίουματι.

XVII. Non debent monachi magna quadragesima operæ incumbere, ac operis præcætu solvere jejunium per vinum & oleum. Hac enim gula sunt iaventa.

ς. Πόσα κεφαλαία ἐβαλλῆσαι τῶν μοναχῶν ἀπὸ τῆς μοῆς, ὠρῶντων ἡμῶν, εἰ ἔστιν ὁ ἡγυμῶνος αἰρετικῶς· δειπρῶν, εἰ ἔστιν εἰσοδοῦ γυναικῶν ἐν τῇ μονῇ· τὴ δὲ τεῖνον, εἰαν παιδία μινθῶνται κοσμηκῶ ἐν τῷ κοινοβίῳ· ἀπτον γὰρ πῦρον, τὸ δὲ δημοσιόδοσαι τὴ ἐν τῇ μοῆ καλῶς πραττέμενα· ὡς φησι τὸ ὑαλγίλιον· μὴ σαλπείσση ἱμπεροῦσα ἡμῶν, ὅταν εὖ ποιῆται.

XIX. Quot causæ monachum e monasterio exire compellunt? Primo quidem si præpositus hæreticus sit: secundo si monasterii introitus mulieribus permittatur: tertio denique quando ludus litterarius in cœnobio pueris sæcularibus aperitur; hoc enim absurdum est. quæ in monasterio præclare aguntur vulgari, sicut evangelium dicit; Nolite tuba cauere ante vos, cum bene facitis.

ζ. Τῆν πσσαρακοσιῶ τῶν ἁγίων ἀποστόλων, ἔπει τῶν τῆσιμον αὐτῶν, κ' ἡν ἡσπιεν, πηδαδὶ κ' παρασκυλῆ, τῆς ἐργασίμους, ἕως ὥρας ἑσπέρης, ἐ οὕτως γινέσθαι, κ' τῆν θ'. ὦραν ἀρτυᾶν· ὡσαύτως δὲ κ' τοῦ ἁγίου Φιλίππου, ὦραν ἑσπέρῳ γινέσθαι, κ' ἱσπέρῳ δεητέιν· τὸς δὲ ἐν τῇ μονῇ, ἀταξῶς ἕως ἑσπέρῳ.

XXIX. Quadragesima seu jejunio sanctorum Apostolorum oportet operarios monachos in te trade ac paralceve jejunare utque ad horam sextam, posteaque edere, hora vero nona prandere; & consimili modo quadragesima & jejunio S. Philippi, hora sexta gustare, ac vespere cenare; eos autem qui in monasterio manserunt, semel ad vesperam comedere.

η. Εἰαν πρεσβύτερος ἔστιν, ἢ διακονος, ἢ ἀναγυμῶνος καθρημένος, ἐ εὐρεθῆ μοναχός, εὐλογεῖ τῶν ἑσπέρῳ.

LVI. Si depositus presbyter adsit, aut diaconus, aut lector, & monachus inventus fuerit, hic benedictionem mensæ tacit.

θ. Εἰαν τις ἀθετησῆ τὸ ἅγιον χηῖμα, κ' οὐ διορθώσῃται, τὸν δὲ ὀρθοδοξίᾳ κρατῆ, οὐ χρὴ, τὸν τούτων ὑπὸ εὐχλῶ ἀγειν, οὐτε συνειδέσθαι, ἢ χαίρειν λέγειν.

LXI. Si quis abjecerit sanctum habitum, nec emendatur, rectam vero fidem tenet, non oportet huiusmodi hominem tebo donare, neque cum illo vesci, aut ave ei dicere.

COLLECTORIS ADNOTATIO IN CANONES S. NICEPHORI

NE hic aliquid præteream eorum qui accuratam collectionem Conciliorum jurare possunt, monitos lectores velim in priori canone S. Nicephori ex versione Leunclavii apud Labbeum volum. 200270, non satis feliciter veriti singulorum, illam enim quinquagesimam, reddendam esse Allatus de hebdomad. Græc. pag. 2428 fecit & demonstrat.

Ex Hæmo-copulu.

Τοῦ πατριάρχῳ Νικηφόρῳ. Ὁ δημοσιῶ κλοπῆς ἐαλωκῶς περὶ τὰ κεφαλαίῳ Concil. General. Tom. XIV

Nicephori patriarchæ. Qui publici furti convictus est in iustis capi- 18-

131  
ANNO CHRISTI 1210.

talibus, ad sacerdotium non admittitur. Quin etiam sacerdotio initiatus, si tale crimen incidit, deponitur.

Αδελφοί κληρικοί, ἔχ' ἱερῶν· ἀλλὰ καὶ ὁ ἱεροδότης, καὶ τῶν πνεύματι περιετῶν, καθαιρεῖται.

ANNO CHRISTI 1210.

Τῷ αὐτῷ.

Ejusdem.

Antimensa citra prohibitionem, ubicumque fuerit iis opus, mittuntur, nec vel hac vel illa regione circumscribuntur, sed in aliam quoque provinciam transferuntur, sicut & sacrum unguentum. Sic autem appellantur, velut opposita & respondentia multis illis mensis, (quid antimensa. Missus alii reddunt) quae sacram & dominicam mensam absolvent. Proprie vero, mensas illas significant, quas consecratio non sanctificavit.

Τὰ ἀντιμῆσια, ἴσθα ἀν' ἡμετέρας γίνονται, ἀκαλόγως παραπίπτουσι, καὶ ἡ περιεργασίαι ἐν τῷδε τῷ ἵερῳ ἢ ἐκείνῳ, ἀλλὰ καὶ ἐπιπέσει γίνονται, καθὰ καὶ τὸ θεῖον μυστήριον. καλῶνται δὲ οὕτως, ὡς ἀντιπερὶσπασα καὶ ἀντίτυπα τῆς, ὡλλῶν μίντων, τῆς καθαρτικῆς καὶ τῆς αἵματι καὶ διεποτικῆς τράπεζας. καὶ οὕτως, ἐν ἐκείνῳ τῆς ἑσπερίας τῆς δευτέρας, ὡς καθήκοντος ὑψηλῶς.

Οἱ δὲ τῷ πατριάρχῃ Νικηφόρῳ.

XIV. Nicephori patriarcha.

Canonibus  
Nepos post  
procurator  
supra in  
Codicibus  
Ar.

\* Monachus sacrarium ingredi oportet, & cereos atque candelas accendere, templumque ornare. In periculo simplex etiam monachus baptizatur. Similiter & diaconus. Quin etiam laicus, si repertus in loco fuerit, absente sacerdote.

Δεῖ τὸς μοναχὸς εἰσεῖναι εἰς τὸ ἅγιον θυσιαστήριον, καὶ ἀπτοῦν κηρὸν καὶ κηρὸν τῶν κηρῶν. κατὰ τὴν ἐξουσίαν καὶ μοναχὸς λαῖος βαπτίζεται. ὡσαύτως καὶ διάκονος. καὶ λαϊκὸς δὲ, εἰάν τις εἰρηδῆ εἰς πύλον, μὴ ὅπως ἱερός.

Ejusdem.

Τῷ αὐτῷ.

Si mulier peperit, & infans in periculo est, a tribus aut quinque diebus: puer quidem per baptismum illuminatur, sed alia mulier baptizata & munda lactabit eum. Mater autem ipsa cubiculum non ingreditur, in quo puer jacet, usque ad quadragesimum diem, dum purgata scilicet integre fuerit, & preces a sacerdote impetraverit, nec omnino puerum attinget.

Εἰάν τις γυνὴ ἔσθῃ, καὶ εἴσιν ἐν κινδύνῳ τὸ παιδίον, ἀπὸ ἡμερῶν ἑξῶν ἢ πλείον· τὸ μὲν παιδίον φωτισθήτω, ἀλλὰ δὲ γυνὴ βαπτισμένη καὶ καθαρὰ θηλάσει αὐτό. ἡ δὲ μήτηρ αὐτοῦ μὴ εἰσέλθῃ εἰς τὸν κωλύον, εἰς ὃν τὸ παιδίον ἀνάκειται, μέχρι τῆς μ. ἡμερῶν, ἕως ἀν' καθαρῆς πλείως, ἢ ἑλθῆ ὑψηλῶς παρὰ τὸ ἱερόν, μήτε μὲν ἀψηλασθῆται αὐτοῦ.

Ejusdem.

Τῷ αὐτῷ.

Si adulta mulier facta Christiana post unum vel duos vel quocumque dies usque ad septem, sibi consuetam viderit; in domo sua communicabit. Ecclesiam vero non ingreditur, donec purgata fuerit.

Εἰάν τις γυνὴ ἡσυχαστὴν ἤσθῃ, μετὰ μίαν, ἢ δύο, ἢ ὅσας ἡμέρας μὴ μὲν τῆς ἐπιπέσεως, ἴδῃ τὸ ἴδιον αὐτῆς, ἐν τῷ αἵματι αὐτῆς κοινοῦσθαι. εἰς δὲ τὴν ἐκκλησίαν ἢ μὴ εἰσέλθῃ, ἕως ὅτε καθαρῆς.

Nicephori Archiepiscopi Constantinopolitani.

Νικηφόρου ἀρχιεπισκόπου Κωνσταντινουπόλεως.

Quod oporteat jejunare monachos quarta Tyrophagi feria, & in Parasceve, ac post præsantificata caesum comedere quocumque in loco reperiantur. Hic autem canon Jacobi dogma & Tetraditarum hæresim evertit.

Ὅτι δεῖ τὸς μοναχὸς τῆς πρῆξις τῆς τυροφαγίας καὶ τῆς παρασκευῆς, καὶ μετὰ τὴν ἑσπερίαν προσηλασθῆναι ἀπὸ τῶν ἐσθῶν, ὅπως ἀν' ἀρετῆς εἴσθῃ. ἀνατίθει δὲ καὶ οὕτως ὁ κανὼν τοῦ ἱακώβου τὸ δόγμα καὶ τὴν τῆς Τετραδιστικῆς αἵρεσιν.

ANNO CHRISTI 814.

SYNODUS CONSTANTINOPOLITANA

ANNO CHRISTI 814.

Sub Nicephoro patriarcha ad consultandam, nam transfuga reddendi essent Bulgari?

Anno 814 habita.

Ex Suppl. Manu Tom. I. pag. 119.

Afflictis imperii rebus solatium supererat pax a Bulgariis, ex quibus mala omnia timebantur, impetranda. Hanc offerrebant barbari ea conditione, si illis redderentur, qui ex Bulgaria ad Græcos transfugerant. Num id per religionem christianam liceret ambigens Michael Curopalata, piissimus imperator, episcoporum concilium coram se habendum ad Kalendas Novembris indixit, de quo concilio & de patrum in eo lata sententia hæc Theophanes ad annum Alexandrinum DCCCXV.

E qui cum Septembri anni 812. exordiat, annum eundem concilio huic assignat. Imperator (Michael) in mentis angustiam conjectus, mensis Novembris Kalendas Patriarcha ad colloquium advocato, de componenda cum hostibus pace consilium quaerebat. Aderant conventui Nicæni & Synæciensis Metropolitæ, & ex pravos consiliarios manus hanc committenda. (pravos consiliarios appellat hic Theophanes hegumenos, aliosque sacros viros, quos præpostera religione minus utiæ consilium sumpsit)

Affr. Montfaucon Biblioth. Coislin. pag. 111.



ANNO CHRISTI 814.

ANNO CHRISTI 814.

133  
 (sille imperatori queritur) *At patriarcha quidam & A*  
*Metropolitae Imperatoris sensum sequenti pacem ample-*  
*debantur: sed improbi consilarii una cum Theodoro*  
*Studii praesbitero (S. Theodoro Studita) eversis*  
*contraria sententia dicitur eam rejiciant, confirman-*  
*tes pacem, qua Dei mandata rescindat, non esse ad-*  
*mitterendam: Istud enim: Venientem ad me non e-*  
*ijciam foras, Dominus decrevit, ajebant: qua pro-*  
*ferretur (haec ex suo sensu addit Theophanes) &*  
*in casus argumentum hac producenda vere nescit.*  
*Primo quidem, quoniam nemine ex eis ad nostrans-*  
*fugiente, eos qui intra aulam erant, cum ipso pa-*  
*ce composita servare possent, prodidimus. Secundo,*  
*quia licet quidam ex paucis transfugerint, plurimum B*



SINODUS CONSTANTINOPOLITANA

In qua Antonius Sillai in Pamphylia episcopus sibi orthodoxa libellum subdole signat, sub Nicophoro patriarcha & Leone Armeno imperatore.

Ex Suppl. Marc. I. p. 719.

**A**ntonius quidam ex monacho coenobii Metro-  
 politarum Sillai in Pamphylia episcopus, qui  
 episcopatum suum nescio qua de causa relique-  
 rat, cum Leone Armeno de abolendis imaginibus  
 concilium clam agitabat. Rem subodoratus S. Ni-  
 cephorus ad episcoporum concilium, cui & pa-  
 triarchae orientis aderant, hominem vocatum de  
 fide interrogavit. Ille recta sentire se, & ore qui-  
 dem professus est, & porrecto fidei libello, quem  
 subscriptione & impresso crocis signo munivit, e-  
 gregie quidem, sed insigni mendacio confirmavit.  
 Totam hanc historiam fute narrat epistola antili-  
 tum orientalium ad Theophilum imperatorem,  
 quam legas apud Labbeum supra; qua etiam in e-  
 pistola integra recitatur fidei formula cum anathe-  
 matismis in iconomachos tunc ab Antonio impia  
 dissimulatione signata.




SYNODUS CONSTANTINOPOLITANA III.

Contra Iconomachos Patrum CCLXX.

ibid.

**H**anc synodum ex patribus CCLXX. constan-  
 tem Labbeus quidem dederat, ratis ab hac  
 Synodo datas esse litteras aliquorum Graecorum  
 Antistitum, quas ille exhibet ex P. Combefisio.  
 Verum cum eadem littera a privatis Episcopis da-  
 ta sint & non in Synodo, ut indicavi in adnota-  
 tione ibidem ex P. Le Quien, juvat Acta hujus  
 Synodi ex Continuatore Theophanis dare: *Epis-*  
*copi & monachi in patriarchicum conveniebant, &*  
*dicitur patrum omnia perlegebant, qua adversarii ma-*  
*litiase & invidiae interpretabantur; Patriarcha ve-*  
*ro sensum eorum reddente, & ad omnes sermonem*  
*dirigente: Num habetis aliquid quod verbis istis*  
*exprimatur (Graeci: reponendum aliquid his)*  
*fratres. Exclamaverunt cuncti: Novimus, & certitu-*  
 mus veram esse fidem nostram, & in hac moti-  
 mur omnes: *Ad illos Patriarcha: Superest, fra-*  
*tres, ut concordem perseveremus, & animis con-*  
*juncti hac in confessione absque dissensu remanea-*  
*mus, ut adversa partis homines nullum reperiant*  
*quem separent a nobis, nec id exequi valeant.*  
*Gratia enim Christi plures illis sumus. Illi rur-*  
*sus cum clamore firmaverunt ad mortem usque obsti-*  
*turos, & pro ecclesia dimicaturus, appahtisque cru-*  
*cibus ad subscriptiones, scriptis sibi mutuo fidem fe-*  
*cere, nunquam ab invicem se separandos. Hac ante*  
*Festa (natalis scilicet D. N. anni 814.) peracta*  
*sunt. Haec anonymus Theophanis continuator,*  
 ex quo concilii hujus gesta apud Labbeum manca  
 suppleas.



ANNO CHRISTI 815. CONCILIUM CONSTANTINOPOLITANUM ANNO CHRISTI 815.

Iconoclastarum anno 815. quo S. Nicephorus patriarcha deponitur ac damnatur.

ibid. p. 721.

**P**ostquam Iconoclasta omnia disposuissent ad here-  
 sem revocandam, Leonemque Armenum imperato-  
 rem ad nutus suos paratum habuissent, in synodum  
 consilii patriarcha Nicephoro orthodoxorum antesignano,  
 qui tunc morbo laborans decumbens, diem ante se  
 dixerant: *Quid ab illo responsi datum, & quid dein*  
*gestum sit a conciliabulo exprimit Ignatius ejusdem*  
*S. Nicephori discipulus in ea, quam scripsit, S. pra-*  
*sulis vita apud Bollandum ad diem XIII. Martii ca-*  
*pite X. his verbis: Vocato inter se consilio adver-*  
*sus ecclesiae firmissimum murum, coram imperato-*  
*re haec verba despuunt. Handquaquam fieri potest,*  
*dum res ita transigatur, ut qua majestati tuae visa*  
*sunt, ac praesenti decreta synodo, prosperum exitum*  
*obtineant. Si enim unicuique tempus datur pro animi*  
 sententia se vertendi quo velit, & iis, qui exilio  
 damnati sunt, obtingat revertendi facultas, & pro-  
 pria voluntatis nulla vi subeunte arbitrio quovis fiat,  
 nudi forsitan ac soli relinquemur: futurum est enim ut  
 illum sponte sua propense sequantur, & res nostra  
 omni destituta ope jaceant; ideo quod cum proceribus  
 nostris in disputationis arena descendere venias, quo  
 facilius gravi nos damno officiat. Satis ergo est quod  
 hucusque obsecravimus: jam enim tertio cum hortati  
 sumus, nec illa temeritate sua obsecutus, ut sibi sua-  
 dendi suores, induxit in animum. Quare synodali. f.  
 placet, auctoritate usq, qua pervicacibus denuntiari  
 solemus, haec ei scripto nota faciamus; ut comparcas  
 nempe, & de quibus adversus eum synodus querelam  
 movet, satisfacias. Scribunt ergo vilem ac claudi-  
 can.

ANNO CHRISTI 814.

135  
cantem totum ad ecclesiam presulem, eoque jubente, ut illis se listat, qui ordinibus initiati non erant, & eorum, quae ipsi voluerunt reddat rationem. Hunc libellum quibusdam episcopis, clericisque, qui vere nullo clericali charactere, aut episcopali insula donati essent, committentes, destinant ad rectae fidei lucidissimam faciem, cum tumultuarie ac circumforaneae multitudinis turba, quae ipsorum dementiae particeps se eis adjunxerat. Ubi autem pro episcopalis tabernaculi foribus adstiterunt, & adventus illorum durissimus nuntius magni pontificis aures pullavit, cum etiam ipsum male sententium aspectum zgre ferret (ejusmodi enim sunt purae mentes, ut quidquid alienum a veritate est, id plane molestum sit ac insuave) decieverat animo prorsus eos non alloqui. Cogen- te tamen Patricio, cui custodia ejus commissa erat, ut sic missi re infecta revertentur; sero & vix tandem ingredi illos permisit.

Ingressis autem, ne morbi quidem molestia miseris hominibus pudorem iniecit, quin inolita improbitate usi, quae infami illo tomo exarata erant, cum quadam commiserationis specie loqui se fingerent. *Acceptis, ajunt, adversus te libellis, synodus, ut objecta dissolvas, omni tergiversatione semotis adesse te & clare respondere jubet. Quapropter primumquam condemnationis districtio depositionis te parum subjiciat, tuam e synodi atque imperatoris sententia sententiam muta, ut idem nobiscum sentias atque doceas, revertendas nimirum esse imagines & simulacra, earumque usum abolendum: sic namque impositum per libellos crimen licebit depellere. Sin autem contentiosus rennis, contraria sentiens, aculantem appellationis palam eris obnoxius, quam ferri nequit ut amovaris, nisi te coram fistas, ac de obiectis judicaris.* Haec lupi pastorum habitu pastorum principi inconcinne locuti, & ludrica quaedam den- tibus suturrantes, (non enim poterant purissimam illi menti ex adverso liberis oculis obniti, aut ei palam loqui) silentio obtegebant suae confusionis probrum, & obturatas continebant aures; etiam alioqui insensibilis illos mellifuae linguae illius respon- sa audiendi cupido incessisset.

At Sanctus, quamquam egrotudinis vi attritus, objecta occupavit, & in hunc fere modum arguit: *Quisnam vero est qui nobis libellos intendens, actoris in nos partes suscipit? Cuiusnam ecclesiae, quae patriarchalis dignitate fungatur, praesulem se esse gloria- tur? Quae suscepta pastoralis cura, canonicis nos po- nis subjicit? si is appellet, qui senioris Romae gubernacula sancte moderatur, praesto sum; si Alexandrinus antistes Marci evangelistae successor accuset, quin prom- pte sequat, nihil deserebo; si Antiochenus sacer pastor in judicium trahit, vadimonium non desero; si deni- que qui Ierosolymorum sedem administrat, ad jus dendum adesse praecipit, causae meae desisse non videbor. Sin autem lupi immanes, quorum animus confi- tutum sit turbare gregem sub ovina pelle, & suo in- suitare pastori, quis in conspectum etiam illorum ve-*

*nire sustineat? Ceterum fugite me, juxta ea quae nu- gantur, nulloque sensu deblateratis, in imperatoris vestramque sententiam manibus pedibusque concedere; quae ratio est, qua obsectorum nobis libellorum crimen depulsuri sumus? quis nobis gradus decernatur, qui ve- stra sententia rei atque obnoxii existimus? Quis enim, quis ille est potestatis tanta, ut intra dies unius angustias depositum, ac ne infirmo quidem gradu valen- tem consistere extollat in supremum? nam vides adeo nos atque imperitos existimatis, ut divina jura non simus scrutati? Eam sane notam nefas est iis adscri- bere, qui sacerdotii insulis fulgens. Nempe ad sper- nenda jura proclivis semper impietas est, in-veniam comparata transgressionem, qua sibi obsequentes in in- ferni laqueum & baratrum pertrahat. Discedite ergo a nobis operari iniquitatis; ad proprium redite vomitum, latrocini vestri specus lustraque repetite. Nec enim futurum est, ut eos expugnetis, qui in recta confessionis petra animum firmaverunt, aut ut eos prosternatis, qui in celsa synodali definitionum spe- cula tuto consistunt; sed in vobis ipsi tumentes haereticus fluctus confringentur, nullumque ex terra il- luvione ecclesiae Catholicae discrimen inferent.*

Haec vir beatus ad homines omni sano destitu- tos sensu, & proceres dementia plenos prolocu- tus, sequentia quoque adjungit prioribus: *Tametis, inquit, nostra haec sedes pastore viduata sic esset, ut nullus ei curam impenderet: tamen nec sic quidem ulli liceret docere fallaciam, specie quadam vana pla- centem, sive conventum contra canonum praescripta cogere, atque ex aliena provincia venientem nihil ad se spectantes terminos juris dicendi causa invadere. Cum vero pastoris sui adhuc praesentis gloriatur, nec desit, qui assisteri illi legitimeque praesideat, qua vos ratio a canonica districtiois severitate eximat, qui super aurum & argentum, superque lapides pretio- sos, super fundamentum, inquam, apostolorum pa- trumque eloquiis varie exornatum, lignum, sanum, stipulam perversa fides superextruere tentatis: ut vel ideo solum par videatur juxta sacros canones violati ipsorum juris reos vos peragi, qui contra adeo claras ac manifestas pugnat & insanitas leges, congrue om- nino aeternis vinculis subjiciendi. Praeterea igitur iis canone, ac depositionis promulgata sententia, ju- bet eos septo divino excedere. Illi porro tanquam Diabro abacti, atroque more ac furore perciti, adjuncta sibi petulantium hominum, & circumfo- raneorum caterva, ipsum pariter ac Tarasium, fir- missimas ecclesiae columnas, anathemate feriunt: atque ita impurissimi homines publice turpitudi- nem jactantes suam, redire festinant ad imperato- rem cum iis convitiis, quibus sanctos compule- rant, & coram ipso vulgique haeretici impura tur- ba minas crepando, referunt omnia quae audive- rant fecerantque.*

*Ad hoc idem concilium datam epistolam illam S. Theodori Studita ad synodum iconomachicam supra in praefatione ad hac in causa S. Nicephori concilia monui.*

ANNO CHRISTI 814.

ANNO CHRISTI 814.

2 CONCILIABULUM CONSTANTINOPOLITANUM III QUO ICONOCLASTAE HAERETICI

Nicaeum II. synodum condemnarunt anno Domini 843. tempore Leonis papae III.

Conciliabulum. ) Post Nicephorum Constanti- Estantinopolitana amotum & relegatum: postque  
nopolitanae ecclesiae patriarcham orthodoxum jussu Theodori Melissenum Iconomachum illi suffe-  
Leonis Armeni imperatoris Iconomachi sede Con- rum, Iconoclastis auctoribus indita est pseudoly-  
nodus:

Causa 2  
2da Conc  
111

1. Cum Nicephorus Patriarcha CP. a sede deturbatus fuerit mente Februarii anni 845 ut evincit Pagias ad an. CH. 814. n. 3. & seq. illique successus fuerit Theodorus Cassiter die Paschalis ejusdem anni, hoc quoque Conciliabulum ad eundem Christi annum 845. differendum esse liquet.

ANNO CHRISTI 814.

ANNO CHRISTI 644

ANNO CHRISTI 644

modus: citati & vocati sunt orthodoxi: quorum alii cum Theodoro Studita remanserunt: alii intrepide accesserunt, ut coram ipsis hæreticos redarguerent. Præsentibus orthodoxis iocunda est synodus: qua cum Iconomachis, auctore Theodoro epistola 15. libri secundi, veterem illam impiam, puta pseudoseptimam, & orthodoxam, Nicenam scilicet, anathemate damnasset, sanctosque patres sub anathemate rejecissent, episcopus qui dissentiebat, inquit Theosterius in Niceta, partim in terram dejectos pedibus concubabat: partim per publicum ejiciendo e conspectu cararunt. Quo facto ipsi sunt introitus insignium monasteriorum duces. Itaque omnes introierunt, e quorum numero unus fuit O divinus pater noster Niceta, de quo nobis sermo est. Deinde illos primum assertionibus, versuto quodam modo decipere: postea vero & minus eosdem perterrefacere conabantur. Cum vero illos omnia contentiones vidisset, in diversos carceres conjecit, cogitantes quidnam de ipsis fieret.

Niceta in carcere & clausus fuit, idque per multos dies, ita ut etiam non alia parva ei accessisset, satis condemnato hac ad supplicium valeret. Erat enim vir ille, ut quovis alius, ad nauseam propensus. Ad hoc omnia veniebat ad ipsum per singulas dies insani & imperfecti quidam homunculi, abiecti, & pro nihilo facendi, & plane indigni qui verum appellarent: ejusmodi tamen homines nugaces, maledicti & insana quadam verba jactabant, ut molestiam viro sancto afferrent. Præter ceteros autem homo quidam Nicolaus nomine, inani & temerario sermone illum sapius affligebat, quod ejus pater qui mortuus fuerat, in formis filio Nicolao apparuit, eique minatus: Absine, inquit, a servis Dei. Ex illo tempore vir ille immodestus respuit, neque amplius viro iusto molestus fuit. Cum igitur sanctus ille pater multos dies vexatus fuisset, tunc imperator in orientis partibus illam exuliam esse iussit, & in castello quodam servari, quod Masaleon dicebatur. Porro ceteris tempus ad finem anni hujus perdurasse, indeque in exilium abire iustum, idem auctor his quæ subjicit docet, cum ait: Erat autem medium hæc tempus: itaque licebat videre sanctum illud corpusculum frigore ac nequibus a superiore parte affligi; ex inferiore vero, cum terra ipsa borem emitteret, & multam difficultatem afferret, multo magis affligebatur. Ad hoc cum is, qui virum sanctum ad exilium ducere iussus fuerat, natura esset immittis, divinum illum patrem ita urgebat, ut per septem dies, qui eo tempore brevissimi erant, totam via illius longitudinem translegerit.

Tunc & sanctus pater noster Niceta in carcere molesto & sordido clausus fuit, idque per multos dies, ita ut etiam non alia parva ei accessisset, satis condemnato hac ad supplicium valeret. Erat enim vir ille, ut quovis alius, ad nauseam propensus. Ad hoc omnia veniebat ad ipsum per singulas dies insani & imperfecti quidam homunculi, abiecti, & pro nihilo facendi, & plane indigni qui verum appellarent: ejusmodi tamen homines nugaces, maledicti & insana quadam verba jactabant, ut molestiam viro sancto afferrent. Præter ceteros autem homo quidam Nicolaus nomine, inani & temerario sermone illum sapius affligebat, quod ejus pater qui mortuus fuerat, in formis filio Nicolao apparuit, eique minatus: Absine, inquit, a servis Dei. Ex illo tempore vir ille immodestus respuit, neque amplius viro iusto molestus fuit. Cum igitur sanctus ille pater multos dies vexatus fuisset, tunc imperator in orientis partibus illam exuliam esse iussit, & in castello quodam servari, quod Masaleon dicebatur. Porro ceteris tempus ad finem anni hujus perdurasse, indeque in exilium abire iustum, idem auctor his quæ subjicit docet, cum ait: Erat autem medium hæc tempus: itaque licebat videre sanctum illud corpusculum frigore ac nequibus a superiore parte affligi; ex inferiore vero, cum terra ipsa borem emitteret, & multam difficultatem afferret, multo magis affligebatur. Ad hoc cum is, qui virum sanctum ad exilium ducere iussus fuerat, natura esset immittis, divinum illum patrem ita urgebat, ut per septem dies, qui eo tempore brevissimi erant, totam via illius longitudinem translegerit.

De Theodoro Studita, qui ad Iconomachicum & satanicum conventum epistolam infra subjunctam conscripserat, aliisque orthodoxis exilio relegatis, hæc subiungit: Omnes imperator ejecit, sanctum vero Theodorum, Studitam videlicet, in exilium misit, ac iussit, quamdiu imperator ipse viveret, in urbem Byzantium non reverti. Monasteriorum vero præfides, cum præcepisset eos nusquam progredi, neque orthodoxa fidei veritatem docere, expulsi eos ex urbe, magnarumque ecclesiarum præfectos partim ad orientis, partim ad occidentis insulas relegavit. Hæc ipse.

Sed de exilio Theodori Michael paullo fufius istis verbis: Quamobrem nesciens quo se verteret tyrannus, cum hominis libertatem ac fiduciam ferre amplius non posset, Byzantio expelli atque in exilium duci, carcerique tradi iussit. Hanc enim unam quasi vitalem scintillam superesse videns, illam ipsam orthodoxis eripere properabat, ne quem postea sententia sua repugnantem haberet. Accepit igitur vir sanctus hoc decreto, discipulos ad se omnes vocat. Quibus cum vale dixisset; & apta cuique sagillatim monita

præbisset: hoc ante omnia universis injunxit, ne quis post discessum suum in monasterio remaneret, sed abirent omnes, quo via cuique salutem ostenderet: dies enim malos esse, pedesque iniquorum veloces. Ad extremum, Deo ac præcipuis fratribus omnes commendans, monasterio digreditur, hinc hinc & tristis tristis relinquitur. Quem mox vicinis Apollonia locis in castro, quod e paludis regione Mesopa nuncupatur, custodia traditum excepit.

An vero qui liber cum esset, liberumque indefessum docendi studium ostendebat, inclusus nunc carcere pristinam curam intermisit, hincque obtinuit, tanquam si angustiis loci oppressus, linguam idcirco compresserit, velut una cum corpore unquam compeditam? minime sentiam. Quin perinde ac si novum nihil accidisset, ita totus in docendo erat, partim hinc coram allocutus & erudiens, partim ad illas astruendo, manumque solum exiens, & tanquam ex mentis tabulis delecta promens; aliis denum aliter; prout temporis ratio dabat, omnibus autem suam fructum, utilitatemque tribuens, ita ut ex ipso carcere omnes utilitate ejus colloquia, doctrinamque perciperent.

Theodorus in carcere pro scripsit que docebat omnes.

EPISTOLA

THEODORI STUDITÆ

AD SYNODUM ICONOMACHICAM.

Nomine omnium præpositorum fidem catholicam defendit, & ad pseudosynodum venire recusantes excusat

Iconomachica synodo tanquam ex persona omnium præpositorum.

Divinis legibus, canonicisque decretis obsequentes, quæ præter episcopi sui sententiam in iis quæ ad ecclesiasticam disciplinam pertinent, partim quæ ad dogmaticas questiones deducunt, nihil agi vel dici oportere definiunt: cum ab auctoritate vestra semel atque iterum ad talia evocaremur: ausi non fuimus præter ea quæ statuta sunt agentes, accedere, ut qui sub sacra manu Nicephori sanctissimi patriarchæ divino spiritu constituti sumus. Postquam autem quidam ex ordine nostro præpositi, quasi periculum aliquod facturi, accedendum sibi, & oppositis sermonibus respondendum censuerunt: quid aliud audire nobis liceat, quam quæ humile cor nostrum obstupesciant? Ferunt siquidem conventum istum ad everfionem secundæ synodi Nicenæ, id est, ad tollendam venerandam Domini nostri Jesu Christi & Deiparæ, sanctorumque omnium imaginis adorationem, constitui.

Et quisnam hæc audiens, ex imo pectore non ingemiscat, tanquam everfa jam per hæc œconomia Domini nostri Jesu Christi? Audi calum & auribus percipe terra, & quæ sequuntur, nobiscum exclamat clarissimus Isaias, aut potius & proprie magis exclamemus: Audi oriens, occidens, Aquilo & plaga quæ ad mare est, quo nunc redactæ sint res nostræ, & qua de re conventum isti agere non reformident. Nos itaque omnium minimi, qui præsentibus quique absentes; utriusque enim idem est sermo, tanquam unanimis in uno eodemque divino sensu, consonam universæ sub cælo ecclesiam fidem tenentes, divinam salvatoris nostri Jesu Christi, & sanctissimæ matris ejus, aut corpusculumque sanctorum imaginem erigere & adorare, non solum ex sancta Nicæna secunda synodo, alterave quæ ante illam divinitus docuit, securum & tutum esse affirmamus, sed ab ipso mat adventu Domini nostri ac Dei tam scripto quam

Just. de i. matru Theod. Studita.

ANNO CHRISTI 814  
Mar. 16

quam sine scripto fundati, secure supra sedem illam confisimus, de qua Christus ait: *Tu es Petrus, & super hanc petram edificabo ecclesiam meam, & porta inferi non prevalebit adversus eam.*


Quanam enim reperiri possit oratio, si quis tantum veritatis tobur impugnandum sibi proponat? Nam si communi omnium consensu Dominus Jesus Christus in humana forma nostra visus est: congruenter profecto circumferibitur & imagine exprimitur more nostro, quamvis incircumscriptus ipse maneat secundum formam divinam: quippe qui mediator est Dei & hominum, utriusque naturæ qua constat, proprietates integras conservans. Quod si non circumferibitur, homo esse desineret, ac multo magis mediator, sublatis una cum circumscriptiois privatione omnibus ejusdem ordinis proprietatibus. Etenim si circumscriptus non est, nec tangi potest: sin tangi potest, utique & circumferibi: quibus sane contradicere, stultum esset: corporis enim hæc propria sunt, quod sub tactum, coloremque cadit. Quomodo non circumscriptus, quando & passibilis? Quod si circumscriptus & passibilis, omnino etiam adorandus, secundum eam imaginis formam, qua circumferibitur, cum prototypi gloria (sicut magnus Basilius docet) in similitudinis expressione minime dividatur: honor siquidem ima-

ginis ad prototypum transit, quæcumque haud dubie illa sit, sive naturalis, sive arte facta, quandoquidem & venerandæ crucis typo eadem speculatio locum habet: cum typi enim adoratione vivificum simul lignum adoratur, & vice versa, ea sublata, simul tolli necesse est. Nonne typi confessio, confessio est vivifici ligni? eodemque modo negatio juxta conversionis similitudinem. Par igitur analogia in imagine Christi & Christo ipsumenda est omni recte ratiocinanti.

Sed nondum est tempus dogmaticæ explanationis, quæ vel obscuræ admodum mentis hominis facile persuadeat atollere oculos & suscipere ad splendorem veritatis. Hæc peccatorum evangelicæ fides nostra: hæc humilium apostolica confessio nostra; hæc minimorum a patribus tradita religio nostra. Præter hanc non solum si qui, aut si quæ ex his qui nunc sunt vel olim fuerunt; seu neque si Petrus, & Paulus (dicemus enim quæ evenire nequeunt quasi eventire possint) neque si ex cælis ipsis veniat quispiam aliud docens & evangelizans, illum in communionem recipere possimus, qui sanam fidei doctrinam non sequatur. Demum quidquid libet auctoritati vestræ, parata est humilitas nostra usque ad mortem perpetui potius, quam ut negatores simus hujusmodi confessionis.

ANNO CHRISTI 814

Firma fidei catholice profluo



SYNODUS altera CONSTANTINOPOLITANA

ANNO CHRISTI 815

ANNO CHRISTI 815

En Suppl. Manuom. pag 282.

Iconomachorum, qua hæresi jam abacta revocatur.


Nicephoro patriarcha jam e sede anno 815. C. Aprilis mente depulso & in exilium acto, ejusque loco a Theodoro Cassitero occupato, illud unum supererat, in cujus gratia hæc omnia præmissa sunt, ut sollempni aliquo decreto exul & exortoris jam hæretis Iconoclastarum cum honore revocaretur. Ea igitur de causa synodus frequentior ea, quæ Nicephorum damnaverat, convocata est, in qua tribus sessionibus res tota peracta. Hanc vero synodum Aprilis mense anni 815 coadum docet anonymus Theopanis continuator his verbis: *Post pascha igitur convocat synodum Chamaicon (Leo imperator) ad magnam ecclesiam nomine Sapientiam, & Theodoro, quem Cassiteram appellabat, velis patriarchæ sedere iussu &c.* Veram concilii hujus & trium quibus contigit sessionum ejus historiam suus prosecquitur Ignatius in vita S. Nicephori, qui cap. XII. de ejectione & exilio S. prætulit, atque Theodori assumptione narratis, tum concilii historiam ita exorditur: „Inde ex episcopis qui, sive pœnis adacti, sive etiam sponte in ejus concesserant vota, atque ex novatoribus profanisque magistris Græculorum tumultuario conventu adunato, ecclesie adversum in ecclesia concilium cogit: in quo quidquid olim infans studio annotatum congeitumque fuerat, meditati, evomerent & consarcinatam prius in Blachernis Constantini synodum subsidio assumentes, hanc illius confirmationem appellarunt; atque id perquam merito: cum enim eam ex patrum suffragio omne robur deficeret, neque, ut lex ecclesiastica cavet, apostolicarum sedium antecessores ullos consentientes haberet, ex sui similibus sua confirmabat, ac mendacior conabatur veritati imponere. His prima pestilentis sessionis die sancitis, conventus solutus est. Sequenti autem in unum confluentes, occiperunt falsa dogmata sua exponere, quæ etiam palam prodiderunt sævitiam præfate suæ malitiam. Quæso autem crudelitatis eorum enormitatem attendite.

„Cum rectæ confessionis episcopos quosdam deligissent, quos a prima statim congressione turbatum iri existimabant, sacris illorum vestibus in minutos pannos concessis, eos pro majoris ecclesie foribus tentos, velut vindictas stare præcipiunt, multaque ad eos imperite loquentes, ac ranarum more nihil coherentia atque distincta tumultuarie effutientes, per medium eum confessum trahi jubent. His vero ad nequitiam præfides propius accedentibus clamore sublato imperant gradum sistere, perispectaque in visibilibus firmati animi constantia, quam nulla injuriarum vis posset convellere, (duris enim petris, altæque radice fixis quercibus similes enitebant) hujuscemodi puerilibus & sutilibus verbis aggrediantur: *Quandiu vos inobedientia nitentes, veritatis bonum renatis cernere, & siquæ sermonibus bonitatem recusatissimè vestre? Nunc ergo abiecta duritia cordis, ad nos sanctamque nostram synodum propensè accedite, nec vestra sedis ac dignitatis juris animi levitate & contentiois studio prodite.*

„At illi, quanquam reorum loco habebantur, omniumque in se oblatratium impetebantur maledictis, omni tamen vexatione injuriarumque sprete, ita propemodum responderunt: *In eo quod vobis inobedientes sumus, propensum animum nostrum luculenter monstramus ad obediendum veritati; vobis enim obsequi idem est quod longe a veritate abduci, atque ab omni cum Deo conjunctione alienos effici. Vestra autem synodo assensum præbere, quandiu illa a sacrarum synodorum forma & perfectione destituta permanet, & sacram Christi ac sanctorum ejus imaginem probro afficit, omnesque eidem quæcumque ratione adharerent anathemati addicit, interdictum est nobis & cunctis eandem nobiscum fidem tenentibus. Quotquot enim catholicarum synodorum regulas ac decreta, quæ mutari non possunt, nec violari, sequimur, sacrilegum quæ divinorum patrum propositionibus ac conclusionibus firmiter utimur, venerabiles imagines recipimus*

141  
 pimas & ampliamur, & devocamus aliter sen-  
 tiant: vestra autem celsitudo vestra terminus  
 propositionisque, & quas vobis geometrica eiden-  
 tia clarioris iudicis conclusiones, magno supercilio  
 afferentes doctrinam a traditione ecclesiastica alie-  
 nam, confutamus. Habet namque illa terminorum  
 loco, injurias; propositionum, quendam eandem  
 constructionem; conclusionum, minas. Quae si in  
 novi syllogismi assumptiones vertantur, jam non  
 noxas inferens, sed insidias, atque hisce conse-  
 quens. Contritioni enim praei injuria, quam ubi cum  
 contritione intuleritis, etiam qua sunt reliqua,  
 Deo optulante, quare constituitur.  
 Sic isti serpentina prudentia instructi in infi-  
 pientium choro medio diserte pronuntiantes ste-  
 lerunt: Illi vero haud secus ac malignantium B  
 contra Stephanum protomartyrem eodem concilium  
 continuaverunt aures suas, & antequam  
 in sanctos irruerent ab ipsa vulgi saepe eorum  
 cervicibus calcari jubent. Hac itaque velut in sce-  
 na, scenici atque fanatici homines cum indissent  
 fabulam, humi stratos jubent surgere, & qua  
 venerant postliminio redire, ut porcorum instar  
 abigi viderentur pugnis in genas incussis, toto-  
 que corpore calcibus conquassati. Hac perturba-  
 ta profanaque saevitia in sanctos debacchati cum  
 essent, & eos jam hora ad mensam vocaret  
 floridi eloquii clericus, sodalium nomine impe-  
 ratorem allocutus, laudavit. Itaque rectae fidei  
 praesidibus, anathemate, ut quidem videbatur,  
 ad extremum devotis, solverunt conventum. C  
 Quia vero insanum furorem suum in eccle-  
 siam expleverant, regulam componunt, ac de-  
 finitionem a veritatis terminis longe remotissi-  
 mam: cui ut subscriberet imperator, pium esse

movebant. Is porro (erat enim si quis alius  
 in causa religionis versatus animi) morem iis  
 gesturus, iudici rursus conventum jubet: in quo  
 cum sedem, velut in quodam ambone sublimi  
 locatam conscendisset, & mendacii patroi suas  
 quoque occupasset sedes, omnium auribus in-  
 timata est falsissima regula: quae cum plerisque  
 astantium, etsi non omnibus, placuisset; roga-  
 bant ut quisque eam manus sua subscriptione  
 firmaret. His autem sic peractis cum nomina  
 sua atque fortunas atramento commaculassent,  
 solitis erga imperatores acclamationibus, & ad-  
 versus ecclesiam lumina anathematis defuncti (pra-  
 loquente scilicet eo, quem dicebam clerico) di-  
 spersi sunt.  
 Scelerum porro ultrix Dei justitia, sic illusos  
 sanctos pro sua longanimitate haud diu dissimu-  
 mulatura, celerem haud sine miraculo vindic-  
 tam intulit: brevi namque tempore interfecto  
 praelocutore clericum poena corripuit, obmu-  
 tescente lingua, ac fatiscientibus vocalibus orga-  
 nis. Advertite autem qualis ac quanta: si quis  
 enim psalmodum oracula viro suggereret, lin-  
 gua soluta erat ad verba ministranda: suo ser-  
 monis aliquid cum aliquo conferret, undique  
 dissoluta ac impedita obganniens, sonitum  
 nullo constantem sensu in auditoris aures trans-  
 mittebat. Eum in modum castigatur lingua in  
 eos procacissima, qui ore sapientiam loqueban-  
 tur, ac cordis meditatione erudiebant piuden-  
 tiam. Adeoque opportune divini illud eloquii  
 dicatur: *Mors & vita in manu lingua; qui au-  
 tem continent eam, comedent fructus ejus.*



CONCILIUM NOVIOMENSE DE TERMINIS EPISCOPATUUM NOVIOMENSIS

Et Sueffionensis, a Vulfario metropolitano cum suffraganeis episcopis celebratum anno Christi DCCCXIV. Leonis III. papae XIX. Ludovici Pii imperatoris primo.

Ex P. Sir- mundo.

**I**n hac Synodo composita est controversia, qua in-  
 ter episcopum Noviomensem & Sueffionensem ver-  
 sabatur, de parochiis quibusdam, quas uterque ad  
 diocesis administrationem suam pertinere contendebat.  
 Quanam autem haec fuerint, & qua cu: a Syno-  
 do adjudicata, docet Flodoardus, ubi de Vovisarii  
 Rbemensis archiepiscopi rebus agit, libro II. historiae  
 cap. XVIII. Hic, inquit, Synodum invenitur ha-  
 buisse anno ab incarnatione Domini nostri Jesu  
 Christi DCCCXIV. in ecclesia Noviomensi, regnan-  
 te Ludovico filio Caroli, congregatis secum coe-  
 piscopis suis, Hildoardo: Ermenone, Jesse, Ra-  
 gimberto, Grimboldo, Rotaldo, Vvendilmaro,  
 Otholdo, & chorepiscopis Vvitarario, Sperto: nec  
 non & abbatibus, Adalardo, Nanrario, Fulrado,  
 Erico, Hilderico, Remigio, Ebone, Sigbardo,  
 cum cetero clero, presbyteris & diaconibus con-  
 vocatis etiam comitibus, Gunhardo, Rotfrido,  
 Gisleberto, Othero. His omnibus residentibus,  
 sententia ventilata est inter Vvendilmarum & Ro-  
 taldum episcopum, de terminis parochiarum sua-  
 rum: & requisitum ac definitum est, quod haec  
 loca trans fluvium Isaram in pago Noviomensi,  
 pertinere deberent ad parochiam ecclesiae Novio-  
 mentis: id est Varinae, Uricampis, Triapiacus,  
 Jerusalem, Hairbaudianisva, sive ecclesia sancti  
 Leodegarii, cum reliquis villis ad has ecclesias  
 convenientibus. Cetera vero loca trans supradi-

ctum fluvium in praedicto pago, omnia pertinere  
 deberent ad parochiam ecclesiae Sueffonicae. Haec  
 diligentissime investigata consenserunt suprascripti  
 episcopi, & chorepiscopi, abbates, presbyteri &  
 diaconi, & pars ecclesiae Noviomensis, clerici &  
 laici; & pars ecclesiae Sueffonicae, similiter clerici  
 & laici: & uno animo unoque consensu confir-  
 mare decreverunt.

NOTE SEVERINI BINII.

*a Concilio.* Flodoardus libro secundo capite decimo  
 octavo de rebus in hac Synodo gestis habet ista: *Hic & doardo, sed  
 scilicet Vvitararius, Synodum invenitur habuisse anno ab in-  
 carnatione Domini nostri Jesu Christi DCCCXIV. in ec-  
 clesia Noviomensi, regnante Ludovico filio Caroli, congregatis  
 episcopis suis Hildoardo, Ermenone, Jesse, Raguardo, Grimboldo,  
 Rotaldo, Vvendarario, Otholdo & abbatibus Adalardo, Nanrario,  
 Fulrado, Erico, Hilderico, Remigio, Ebone, Sigbardo, & cetero  
 clero, presbyteris & diaconibus convocatis etiam comitibus,  
 Gunhardo, Rotfrido, Gisleberto, Othero. His omnibus residentibus,  
 sententia ventilata est inter Vvendilmarum & Rotaldum episcopos  
 de terminis parochiarum suarum: & requisitum ac definitum est,  
 quod haec loca trans fluvium Isaram in pago Noviomensi, per-  
 tinere deberent ad parochiam ecclesiae Noviomensis, id est  
 Varinae, Uricampis, Triapiacus, Jerusalem, Hairbaudianisva,  
 sive ecclesia sancti Leodegarii, cum reliquis villis ad has ecclesias  
 convenientibus. Cetera vero loca trans supradictum fluvium  
 in praedicto pago, omnia pertinere deberent ad parochiam  
 sanctae ecclesiae Sueffonicae. Haec diligentissime investi-  
 gata consenserunt suprascripti episcopi & chore-*

*Eodem qua supra Flodoardus, sed quinquodam in poeminibus paulo disti-  
 milia tuarant in exempli-  
 Rini, non ab ore vitem  
 exhibere.*

*Isaram*

CONC. TREVIRENSE, ET LUGDUNENSE.


144

ANNO CHRISTI 814

ANNO CHRISTI 814

...episcopi, abbas, per hyeros & diaconi. & pari ecclesia ...

Adalmarum & Rotardum episcopos de terminis parochiarum ...




CONCILIUM TREVIRENSE, IMPERANTE LUDOVICO PIO CELEBRATUM.

Sed quo anno incertum ab Hetti Archiepiscopo Trevirensi, cujus mentio in epistola ...

Domino Beatissimo & unica dilectionis affectu ...

Bispe secundum imperiale preceptum ad providendas mansiones ...

Eiusdem Hetti Trevirensis archiepiscopi dum inter ...



CONCILIUM LUGDUNENSE, IN QUO AGOBARDUS

ANNO CHRISTI 814


ANNO CHRISTI 814

Ecclesie Lugdunensis chorepiscopus, post secessum Leidradi ejusdem ecclesie ...

In Supplemento ...

Meminit hujus synodi Ado Viennensis in ...

Sentiente imperatore, & universa Gallorum episcoporum synodo ...



VITA STEPHANI P A P A E I V.

ANNO CHRISTI 814

ANNO CHRISTI 814

Stephanus natione Romanus ex patre Marino ...

E genere ortus, adhuc in parva etate ad discendam ...

(1) Baluzius in Agobardum notis censet Agobardum ad Lugdunensem cathedram ...

phanum conspicens bonæ conversationis atque hu- militatis, eum ad subdiaconatus ordinem promovit.

ANNO CHRISTI 1154. Stephani viri...

Quem magis, ac magis spiritualibus studiis vacare conspicens, Domino annuente ad diaconatus culmen eum provehit, & extunc multipliciter spiritualibus pollens studijs, maximam tam ad evangelizandum populo solerter ac clare divina atque evangelica verba, quamque ad exercendam ecclesiasticam traditionem gessit curam. Et ita Spiritus sancti gratia in ejus corde refluxit, ut in omnibus efficac idoneisque comprobaretur. Sicque factum est, ut dum de hac vita migraret ante præfatus dominus Leo papa, illico, dum ferventissimo affectu a populo Romano diligeretur, idem præcipuus ac sanctissimus vir Stephanus ad sacrum pontificatus culmen est electus. Qui omnes uno affectu, parique amore eum ad ecclesiam beati Petri apostoli perducentes, Dei ordinante providentia, papa orbis consecratus est.

Historia eul- drum.

Profratio in Franciam.

Hic sanctissimus vir in pontificatu jam positus, pro confirmanda pace & unitate sanctæ Dei ecclesiæ, ad Franciæ arreptus est iter apud piissimum & serenissimum dominum Ludovicum imperatorem. Qui cum in Franciam pervenisset, tanto honore atque exaltatione a prædicto piissimo principe atque Francorum populo susceptus est, quanto vix lingua variari potest. Et tantam illi Dominus gratiam largiri dignatus est, ut omnia quæ ab eo potestis dignoerentur, in omnibus imper-

Avulsi libe- rat.

Dona Ste- phani in ec- clesia sancti Petri.

In tantum ut idem piissimus princeps pro illius amore in finibus Franciæ super omnia dona, quæ ei largitus est, curam de suo proprio fisco beato Petro apostolo perpetuali usu per perceptionis paginam concessit. Idem vero sacer antistes exem- plum sumens Redemptoris nostri, qui pro nobis de cælis dignatus est descendere & de captivitate diaboli nos eripere, omnes exules, qui illic captivitate tenebantur propter scelera, & iniquitates suas, quas in sanctam ecclesiam Romanam, & erga dominum Leonem papam gesserunt, pro pietate ecclesiæ ferum reduxit. Fecit autem in ecclesia beati Petri apostoli Ad vincula thymiamaterium de argento desuper deaurato pensans libras .....

Item similiter fecit gabathas & de argento pensantes libras .....

S. Theodori.

Fecit autem prædictus venerabilis, & præclarus pontifex in basilica beati Petri apostoli Ad vincula patenam, & calicem de argento desuper deaurato pensantes libras .....

S. Barbara. Mora Sic phani.

Concil. General. Tom. XIV.

NOTE SEVERINI BINII

ANNO CHRISTI 1154. Quando pontifex creatus sit.

Stephanus ) Anno Domini nostri Jesu Christi 1154. vigesima secunda mensis Junii, in locum Leonis tertii Stephanum IV. in sacris canonibus & disciplinis optime versatum clerus Romanus unanimes consensu surrogavit. Cum pacis & unionis impetranda gratia secundo mense sua creationis, ut refert Almoius, ad Ludovicum imperatorem in Gallias profectus esset; prius ea qua supra referent Anastasius, quidam auctor incertus, sed tamen verus, in vita Ludovici cap. 38. & 39. hac contigisse scribit: Imperator autem ejus, Stephani papa adventu præcurator, Bernabardo quidem nepoti eum comitari iussit. Sed & appropinquans alios missos, qui eum cum arbitrio honore perducere viderent. Ipse autem adventum eius Romanis sustinere statuit. Cui etiam obviam Hildebrandum archiepiscopum sancti palatii Theodulphum episcopum Aurelianensem, Johannem Arlatensem, aliorumque ministrorum ecclesiæ septem præcedere iussit, insulti indutus sacerdotibus. Ad ultimum imperator militante a monasterio sancti confessoris Remigii, & tanquam beati Petri picarium beneficium suscepit, descendente in eum exiit, & ecclesiam incruentam manu propria sustentavit, præcipientibus per tanta exultatione vultu ecclesiæ ordinibus. Tu Deum laudamus, & reliqua. Quo hymno finito, laudes imperatori dedit, clerus Romanus exclamavit, quorum summa dominus apostolicus oratione compluit. His compliis intra domum generaliter ingressus, expostisque causis suis advenit, & benedictione panis ac vini simul partecipata, imperator ad civitatem rediit: Dominus apostolicus ibidem remansit. Hac de pontificis ad imperatorem accessu in vita Ludovici. Theganus Trevirensis chorepiscopus, in libello (cui Vulfredus Strabo præfationem præposuit) de gestis Ludovici cap. 16. 17. 18.

Admirantur plerique solent appellate Pontifex in Gallias ad imperatorem quando prolevis & quo modo eum plus

Valentius quæ Flo- doardus lib. 2. Remensis historia cap. 19.

De pontificis pedibus a Ludovico tertio adoratis. De coronâ imperii Ludovico ejulve uxori Lemingardæ imposita, ejulve, dum Romam revertit, obitu miraculis clarissime illustrato, hæc ait Stephanus hæc postquam pontificatus suscepit, iussit omnem populum Romanum fidelitatem cum sacramento promittere Ludovico. (ut nimirum tumultuantes eo modo coerceri possent) Et dirigens legatos suos ad prædictam principem, nuntiavit ut si libenter eum videre voluisset in loco ubi nunquam sibi placuisset. Quod audiens, magno stupore repletus capite gaudere. Et corripit iussit missos suos obviam ire sancto pontifici cum salutationibus, maxime & servitia præparare. Perrexit post missos dominus Ludovicus obviam prædicto pontifici obviam: et in campo magno Rhemensem. Desiderii utique de quo suo. Et percipit prosterneus omni corpore in terram subit, vicibus ante pedes tantis pontificis, & terra que cælestis salutavit pontificem isti verbis, dicens: Benedictus qui venit in nomine Domini, Deus Dominus, & illuxit nobis. Et respondit pontifex: Benedictus sis Domine Deus, quæ respicit omni nostris secunquam David regem videre. Ample xantur enim se & osculantes pacifice perregerant ad ecclesiam. Qui cum die oraverunt, creati se pontifex & ecclesiæ vultu eum clero suo fecit et laudes regales.

Papa Pontifex honoravit eum magnis honoribus & multis, & regnam Lemingardam, & omnes episcopales, & ministros ejus. Et in proxima die dominica in ecclesia ante altarium sollempni coram clero & omni populo coronavit eum, & unxit ad imperatorem, & coronam auream mira pulchritudinis & pretiosissimi gemmis ornatam quam secum apporaverat, posuit supra caput ejus. Et Lemingardam regnam appellavit Augustam. & posuit coronam auream super caput ejus. Quamvis ibi erat beatissimus papa, quædam colloquium habebat de illustrato sanctæ Dei ecclesiæ. Post duos dominus imperator eum honoravit magnis & innumeris donis, & amplius quam suscipere ab eo, sed semper solebat agere, magis dare quam accipere. Demisit eum ire Romanam cum legatis suis, quibus præcepit utque in itinere suo beneficium exhibere servitium. Postquam Romanam venit, non post multos dies clerus Dei manifestatione in nonnullis miraculis quod ipse verus erat vultu Dei cultor.

Quando Ludovicus imperator coronatus postea pontifex

Stephanus papa coronatus Ludovicum & Lemingardam

Decretum, quod sub nomine Stephani IV. de Romani pontificis electione extat distincti 23. canon. ab anno sancti Stephani papa esse non videtur, tum quod hæc in te- cian Stephani IV. ut

impossibile schismatici, ut supra visum est, sequentes ecclesiam imponere auderint, tum etiam, quod Ludovicus imperator in constitutione sub initium Paschalis papa a se edita de donatione sanctæ Romanæ ecclesiæ, electionem & coronationem Romani pontificis liberam esse, neque ad aliud teneri & obligari voluerit, quam ut post sui electionem & consecrationem imperatoriam maiestatem, prout successor Stephani Paschalis fecisse conspicitur, hæc de re certiore reddat. Constitutionem ipsam Ludovicus recitat Gratianus dist. 63. Canone 30. Ego Ludovicus: sed imperatorem & militum. Ego quam ex bibliotheca Vaticana Baronius anno 817. m. 10. edidit integram sub Paschali: nulla ex parte mutilatam lectori exhibebo.

Decretum electi pontifis

Quando pontifex obtinere

ANNO CHRISTI 816

ANNO CHRISTI 816

mi. titantibus ad imperatorem venire contendit: & infra... ANNO CHRISTI 816

SINODUS ROMANA

A Stephano IV. papa celebrata, in qua de electione Romani pontificis decretum editur.

Ex Suppl. Mon. t. 1. p. 6 247.

Gratianus dist. 23. c. 28. Stephani cujusdam pontificis de ratione servanda in electione Romani pontificis decretum recitat.

brati ex canone XI. ejusdem supplementi, in quo canon Stephani papae de electione Romani pontificis commemoratur, sanctionem esse germanam Stephani IV. perspicue demonstrat.

CANON CONCILII BEATISSIMI STEPHANI

Ex Suppl. Mon. t. 1. p. 6 247.

Quia sancta Romana ecclesia, cui auctore Deo praesidemus, a pluribus patitur violentias, pontifice obeunte: quae ob hoc inferuntur, quia absque imperiali notitia pontificis fit consecratio; nec canonico ritu & consuetudine ab imperatore directi interfunt nuntii, qui scandala fieri vetent; volumus, ut cum instituentus est pontifex, convenientibus episcopis

& universo clero eligatur, praesente senatu & populo, qui ordinandus est. Et sic ab omnibus electus, praesentibus legatis imperialibus consecratur. Nullusque sine periculo sui, juramenta vel promissiones aliquas, nova adinventione, audeat extorquere, nisi quae antiqua exigit consuetudo, ne ecclesia scandalizetur, & imperialis honorificentia minuat.

COMPENDIENSE CONCILIUM,

In quo Saraceni regis legati audiuntur,

Anno 816. habitum.

1814.

Concilii huius Compendiense solum nomen superest in vetulis Francorum annalibus vulgatis a Martene Vet. Mon. to. IV. his verbis: Imperator vero de Remis (ubi Stephanum papam de Urbe ad se protulit excepit) abiit ad Compendio palatio & habuit concilium (lege Concilium) cum Episcopis, abbatibus, & comitibus suis. Porro de adventu Ludovici imperatoris e Remensi urbe post discessum Stephani Papae Compendium memi-

nit etiam Anonymus Pitheaeus coaevus in vita Ludovici Pii, testaturque in hac Compendiensi mora, quam ad dies unum supra viginti, & eo amplius produxit, legatos Abderami filii Aburat Saracenorum regis excepit, & auditos. Est autem Concilium istud Compendiense ab altero ibi locorum anno 823. celebrato, de quo Labbeus, Dlonge diversum, quod vel ipso temporis discrimine probatur.

CONCILIUM AQUISGRANENSE,

IN QUO EDITA EST FORMA INSTITUTIONIS

Canonicorum & sanctorum, Ludovici Pii jussu in Aquisgrani palatio celebratum, anno Christi MCCXXVI. indictione x. Stephani IV. papae anno 1. Ludovici ejusdem Pii regis & imperatoris 11.

PRAEFATIO.

Cum in nomine sanctae & individuae Trinitatis, Christianissimus ac gloriosissimus Ludovicus superino munere victor Augustus, anno incarnationis Domini nostri Jesu Christi MCCXXVI. indictione x. anno siquidem imperii sui tertio Aquisgrani palatio generalem sanctumque convocasset conventum, & coepisset secundum ardentissimam erga divinum cultum sibi caelitus inspiratam voluntatem, multa congrua & necessaria de emen-

datione sanctae ecclesiae, illius videlicet amore, qui eam suo sancto & pretioso redemit sanguine, ei que se adfuturum usque ad consummationem pollicitus est saeculi, sollerter ac curiose pertractare: eoque inter cetera perventum est, ut eundem sanctum & venerabilem Deo annuente aggregatum conventum consuleret, immo consulendo admoneret, super quibusdam ecclesiarum praepositis, qui partim ignorantia, partim desidia, subditorum curam parvipendebant, & hospitalitatem minus iusto diligebant quid iusto opus esset. Adjunxit etiam

(a) Dantur variantes ex Cod. Vatic. 4855. a Mansi edita. (b) Sanctae Dei Ecclesiae.



ANNO  
CHRISTI  
116ANNO  
CHRISTI  
116

monendo, ut quia canonicorum vita sparsim in sacris canonibus, & in sanctorum patrum dictis erat indita, propter simplices quoque minusque capaces, aliquam ex eisdem sacris canonibus, & sanctorum patrum dictis, institutionis formam pari voto, parique consensu exciperent, per quam patenter praelatorum & subditorum vita monstraretur, quatenus omnes qui canonica censentur professione, per viam propositi sui (c) inoffenso gressu incederent, & in Christi militia devotius unanimis atque concorditer existerent. Sed ut id nutu divino fieret, Dominum in commune humiliter exorandum praeconavit, ut servorum suorum exorabilibus pulsatus precibus, ejus admonitionem secundum suam voluntatem fieri, suaeque gratiae eam praecedere & subsequi dignaretur. Ad quam etiam admonitionem sacer conventus intimo gaudio repletus, expansis in caelum manibus creatori omnium gratias agens, benedixit. Quippe qui talem, tam pium, tamque benignum ecclesiae suae sanctae principem, cunctisque ejus necessitatibus sapientissimum ac devotissimum praetulerit procuratorem. Suscipientes ergo libentissime hilariterque ejus saluberrimam multis Deo miserante profuturam admonitionem, licet plerique auxiliante Christo devote ac religiose cum sibi subiectis canonicam servent institutionem, & in plerisque locis idem ordo plenissime servetur, omnium tamen id animis sedit, ut secundum ejusdem principis admonitionem, una divino freti auxilio, ejusdem piissimi principis non modico adjuti juvamine, ejus videlicet liberalissima largitione copiam librorum praemanibus habentes, ex canonica auctoritate, & sanctorum patrum dictis, veluti ex diversis prae quosdam hofculos carpentes, hanc institutionis formam exciperent, & canonicis observandam contenter; ut quorum forte labore, ob tarditatem ingenii, seu inopiam librorum, sparsim digesta difficile comprehendi posset, solerti studio in eodem opere breviter congesta persicile ab his reperiri posset: per quam, ut praemissum est, & praelati recto tramite incedere, & subditis normam vivendi abique ignorantiae obstaculo salubriter noscent praebere. Vigilanti ergo studio eandem institutionis formam colligere studuerunt: in qua plenissime continetur, qualiter & praelati vivere, & subditos regere, eisque ecclesiasticos sumptus administrare, & in Dei servitio constringere, bene operantes quoque ad meliora provocare, protervos quoque & negligentes debeant corrumpere. Cum igitur hujus institutionis formam coram memorato glorioso principe prolatae sacer conventus laudibus extulisset, & ecclesiastica auctoritate fultam, laudeque dignam, ac sanctae ecclesiae utilissimam atque proficuum consona voce praedicaret, nihilque in ea reprehensionis ab his qui sanum sapiunt reperiri posse profiteretur, ab eodem victoriosissimo principe, & ab omnibus qui aderant, Deo gratias acclamatum est. Nec immerito: quippe qui & occulta sua dispensatione, & gratissima inspiratione praefatum principem, ut id fieri morderet, compulit, & ut ad effectum perduceretur, miserando adjuvit. Proinde omnium sententia statutum est, ab omnibus, qui in canonica professione Domino militant, hanc institutionis formam, tot ecclesiasticorum virorum vigilantis studio congestam dignique praeconiis laudatam, juxta virium possibilitatem modis omnibus observandam: quatenus hanc, sive aliarum sanctorum scripturarum documenta, sedula meditatione perlegentes & praelati & subditi, vocatione qua vocati sunt, ope di-

vina adminiculati, infatigabiliter ambulent, & protantissimo principe, qui ob lucrum animarum hoc sacrum & venerabile concilium ad hanc formam congerendam & statuendam salutiferis admonitionibus excitavit, modernis futurisque temporibus Dei immanens clementiam jupiter exorent. Nam in altero libello idem sacer conventus, eodem religiosissimo Augusto monente, quaedam institutionis formulam ex sanctorum patrum dictis studiose excerpit, & in unum breviter satulque congruenter congerit, & sanctorum patrum canonicis degentibus tenendam percentuit. In qua continetur, quales eis abbatibus praeferendae sint, qualiter eisdem sanctimonialibus intra claustra monasterii vivendum, quid a praelatis stipendorum dandum, quibus documentis & virtutum instrumentis exornandae sint: quatenus hac formula vivendi inspicia, & Deo sibi adiutorium praebente, humiliter suscepta & efficaciter impleta, cum bonorum operum lampadibus venientis sponto patere, atque eius thalamum ingredi mereantur.

## INDEX CAPITUM LIBRI I.

- I. De tonsura clericorum. ISIDORI.
- II. De ostiariis. Ejsdem.
- III. De lectoribus. Ejsdem.
- IV. De exorcistis.
- V. De acolytis. Ejsdem.
- VI. De subdiaconibus. Ejsdem.
- VII. De diaconibus. Ejsdem.
- VIII. De presbyteris. Ejsdem.
- IX. De sacerdotibus. Ejsdem.
- X. De episcopis. HIERONYMI.
- XI. De episcopis. Ejsdem.
- XII. De pastoribus. AUGUSTINI.
- XIII. De pastoribus, quales in ecclesia eligi debeant. GREGORII.
- XIV. De pastoribus: ut indigni, atque imperiti ad pastoralis magisterium accedere non praesumant. Ejsdem.
- XV. De indignis praepositis. ISIDORI.
- XVI. De inaequis praepositis. Ejsdem.
- XVII. De his qui in regimine prodesse possunt, sed idem officium per quietem propriam reserunt. GREGORII.
- XVIII. De praepositis ecclesiae. ISIDORI.
- XIX. Quod sacerdotes sancti contemplativa vita periparticipes possunt. PROSPERI.
- XX. De doctrina & exemplis praepositorum. ISIDORI.
- XXI. De humilitate praepositorum. GREGORII.
- XXII. De humilitate praepositorum. ISIDORI.
- XXIII. De doctrina discreta. Ejsdem.
- XXIV. Qualiter praelati subditos doceant, ac semetipsos discreta circumspectione praevideant. GREGORII.
- XXV. De doctorum silentio. ISIDORI.
- XXVI. Quod nihil propterea sacerdos etiam bene vivat, & male viventes laudando non arguat. PROSPERI.
- XXVII. De pastoribus non recte gradientibus. GREGORII.
- XXVIII. De negligentia sacerdotis, qui doctrinae suae contraria agendo, personam non potest implere doctorum. PROSPERI.
- XXIX. De his qui bene docent & male vivunt. ISIDORI.
- XXX. De exemplis pravorum sacerdotum. Ejsdem.
- XXXI. De praepositis carnalibus. Ejsdem.
- XXXII. Luctuosa descriptio carnaliter viventium sacerdotum. PROSPERI.
- XXXIII. De iracundis doctoribus. ISIDORI.
- XXXIV. De zelo pastoralis officii erga subditos. GREGORII.
- XXXV. Quod sacerdotes nihil proprium habeant, & ecclesiae facultates tanquam communes, Deo rationem reddituri suscipiant. PROSPERI.
- XXXVI. De disciplina sacerdotum in his qui delinquant. ISIDORI.
- XXXVII. De collata episcopis potestate ligandi atque solvendi. GREGORII.
- XXXVIII. De episcopis qui pro ordinatione sacerdotum munera libenter accipiunt. Ejsdem.
- XXXIX. De subintroductis mulieribus. CONC. NICENI.
- XL. De clericis nefarias accipientibus. Ejsdem.
- XLI. De privilegiis presbyterorum. Ejsdem.

Ecc. 116.  
116

XLII.

- XLIII. De excommunicatis. Eiusdem.
- ANNO CHRISTI 816. XLIII. Quod non oporteat demigrare. Eiusdem.
- XLIV. Non transfirmandum de civitate in civitatem. CONC. CHALC.
- XLV. De his qui in ecclesiis, in quibus provocati sunt, minime perdurant. CONC. NIKANI.
- XLVI. De flectendo genu. Eiusdem.
- XLVII. De damnatis & ministrare tentantibus. CONC. ANTIOCHENI.
- XLVIII. De clericis damnatis. CONC. AFRICANI.
- XLIX. De peregrinorum susceptione. CONC. ANTIOCHENI.
- 1. Quod non liceat clericis in duarum civitatum ecclesiis ministrare. CONC. CHALC.
- 2. Quod non oporteat peregrinos clericos sine commendatibus ministrare. Eiusdem.
- 3. Quod sine litteris sacro ministerio servientes proficisci non debeant. CONC. LAOD.
- 4. De clericis a communione summotis ab isto non recipiendis episcopo. CONC. SARDIC.
- 5. Si quis excommunicatus ante sententiam cocommunicare presumpserit, ipse in se damnationem protulit. CONC. CARTHAG.
- 6. De non sollicitandis clericis alienis. CONC. SARDIC.
- 7. De his qui simul legerint in ecclesia, ab aliis non posse promoveri. CONC. AFRIC.
- 8. Si qui clerici ab episcopis suis promoti contempserint, nec illis maneant unde recedere noluerint. CONC. CARTHAG.
- 9. Ut nullus alienum clericum sollicitare vel tenere presumat, suo episcopo non praesente consensum. LEONIS PAPA.
- 10. Ut in ecclesiis convivium minime celebrentur. CONC. AFRIC.
- 11. Quod nullus ecclesiasticorum in tabernis comedere debeat. CONC. LAODIC.
- 12. De avaritia. CONC. CARTHAG.
- 13. Quod iuram non solum clericis exigere non debent, sed nec laici Christiani. LEONIS PAPA.
- 14. De his qui esum carnis in clero constituti dissiugant. CONC. ANTYRANI.
- 15. De numero certo diaconorum. CONC. NEOCAESARIENSIS.
- 16. De his qui abominantur eos qui carnibus vescuntur. CONC. GANGRENSIS.
- 17. De his qui in usus pauperum conferuntur. Eiusdem.
- 18. De his qui pro virginitate superbiunt. Eiusdem.
- 19. De his qui dominico die ieiunant, tanquam nihil praeter ceteris differant. Eiusdem.
- 20. De his qui ecclesiastica ieiunia absque necessitate dissolvunt. Eiusdem.
- 21. De his qui se a perceptione sanctae communionis avertant, & qui excommunicatis per domos communicant. CONC. ANTIOCH.
- 22. De his qui ab alia parochia praeter conscientiam episcoporum suorum in alios commorantur. Eiusdem.
- 23. De clericis vel laicis excommunicatis. Eiusdem.
- 24. De episcopis & clericis aduentibus imperatorem. Eiusdem.
- 25. De damnatis episcopis aut clericis aduentibus imperatorem. Eiusdem.
- 26. Ut qui in sacratio servant iuras non exigant. CONC. LAODIC.
- 27. De his qui debeant in pulpito psallere. Eiusdem.
- 28. De honore quem presbyteri diaconi, qui sub ipsi sunt, debeant exhibere. Eiusdem.
- 29. Quod subdiaconi non debeant benedicere, vel benedictionem dare. Eiusdem.
- 30. De exortibus qui non sunt ab episcopis ordinati. Eiusdem.
- 31. In ecclesia prandia fieri non debere. Eiusdem.
- 32. Quod praeter episcopi iustionem clericus proficisci non debeat. Eiusdem.
- 33. Ut ad sacrorum mulieres non introeant. Eiusdem.
- 34. Non licere clericis ludicris interesse spectaculis. Eiusdem.
- 35. Oblationes in domibus offerri non oportere. Eiusdem.
- 36. De clericis & monachis non manentibus in suo proposito. CONC. CHALCED.
- 37. Quod non oporteat clericos habentes adversum invicem negotium proprium episcopum relinquere, & ad laicorum iudicia convolare. Eiusdem.
- 38. Quod minime clericos transigrare conveniant. Eiusdem.
- 39. Quod non liceat clericis post mortem sui episcopi bona eius dissipare. Eiusdem.
- 40. Si quis clericorum pauper promotus, in ordinis

- ANNO CHRISTI 816. A. Iussu habeat aliquid, ecclesiae potestati subiectus. CONC. CARTHAG.
- 41. Ut clericus tabernas, nisi in peregrinis, non ingrediantur. CONC. AFRICANI.
- 42. Ut alicui clericus minime suscipiatur ab alio. Eiusdem.
- 43. Ut clericus nec suo, nec alieno nomine senus exerceat. LEONIS PAPA.
- 44. Ut clericus nullas negotiationes inhoneatas, & turpia lucra sententur. GELASII PAPA.
- 45. De vita clericorum. HIERONYMI ad Nep.
- 46. De institutione clericorum. Eiusdem ad Paulinum.
- 47. Ex epistola Hieronymi ad Rusticum.
- 48. Quid distet inter monachum & clericum. Eiusdem ad Heliodor.
- 49. De vita clericorum. Eiusdem ad Oceanum.
- 50. De clericis. ISIDORI.
- 51. De regulis clericorum. Eiusdem.
- 52. De gentibus clericorum. Eiusdem.
- 53. Quales oporteat clericos esse. GREGORII.
- 54. De subiectis bonis sub pastoralis regimine constitutis. Eiusdem.
- 55. De subditis. ISIDORI.
- 56. De invidis & protervis subditis. GREGORII.
- 57. Quod secundum sermonem prophetae culpa sua peccant, qui sacerdotum increpationes perversa voluntate contemnunt. PROSPERI.
- 58. Cum quo damno animae suae ab ecclesia quae pauperes pascat accipiunt illi, qui sibi de suo sufficiunt. Eiusdem.
- 59. Qui sint qui etiam cum profectu animae suae opibus sustentatur ecclesia. Eiusdem.
- 60. Quid facere debeant clerici, quorum infirmitas non potest sua contemnere. Eiusdem.
- 61. Quae sint vera gaudia, vel vera divitiae, & quid impediendi afferant bona praesentis amatoribus futurorum. Eiusdem.
- 62. Quomodo intelligatur, quod dicit apostolus, Qui in sacratio operantur, quae de sacratio sunt edunt. Eiusdem.
- 63. De vita & moribus clericorum. AUGUST.
- 64. Item de vita & moribus clericorum. Eiusdem l. 2.
- 65. Quae praecipua specialiter monachis, quae generaliter ceteris conveniant Christianis.
- 66. Quod canonica institutio, evangelica & apostolica auctoritate fulta, ceteris supereminens institutionibus.
- 67. Quid sint res ecclesiae.
- 68. Quod diligenter munienda sint claustra canonico-rum.
- 69. Ut in congregandis canonicis modus discretionis sit tenendus.
- 70. De his qui in congregatione sibi commissa solummodo ex familia ecclesiae clericos aggregant.
- 71. Qui clerici in congregatione canonica constituti ecclesiastica accipere stipendia debeant.
- 72. Ut in congregatione canonica aequaliter cibus & potus accipiatur.
- 73. De mensura cibi & potus.
- 74. Quod a praetis gemina passio sit subditis impendenda.
- 75. Ut canonici sicut in ceteris, ita etiam in cultu vestium modum teneant discretionis.
- 76. Ut canonici cucullas monachorum non induant.
- 77. Qua auctoritate horae canonicae celebrentur, quas scire ac religiose observare canonicos oportet. ISIDORI.
- 78. De vespertinis. ISIDORI.
- 79. De completis.
- 80. De vigiliarum antiquitate.
- 81. De matutinis.
- 82. Ut canonici bonas canonicas religiose observent.
- 83. Quod cantantibus & psallentibus Domino auxiliorum adiut praesidia.
- 84. Quales ad legendum & cantandum in ecclesia constituendi sint.
- 85. Qui modus sit correptionis.
- 86. Ut erga pueros, qui nutriantur, vel erudiuntur in congregatione canonica, inhumanissima sit adhibenda custodia.
- 87. Ut omnes canonici ad completorium veniant.
- 88. De cantoribus.
- 89. Quales vice praetorum in congregatione canonica fungi debeant.
- 90. De praepositis.
- 91. Qualis sit cellararius constituendus.
- 92. Cui committi debeant stipendia pauperum.
- 93. De infirmorum ac senum cura fratrum.
- 94. Qualiter porta canonicorum custodiantur.
- 95. Ut claustra canonicorum diligenter custodiantur.
- 96. Epilogus breviter digestus.

ANNO CHRISTI 516.

CONCILII AQUISGRANENSIS

(a) LIBER I.

Qui est de institutione canonicorum .

CAPUT I.

Iudori Eccl. lib. 1. c. 4.

**T**onsuræ ecclesiasticæ usus a Nazaræis, nisi fal-  
lor, exortus est. Qui prius crine servato,  
(b) denuo post magnam viræ continentiam de-  
votione completa caput radebant, & capillos in  
igne sacrificii ponere jubebantur, scilicet ut per-  
fectionem devotionis suæ Domino consecrarent.  
Hujus ergo exempli usus ab apostolis introdu-  
ctus est, ut hi qui in divinis cultibus mancipati  
Domino consecrantur, quasi Nazaræi, id est fan-  
cti (c) Dei, crine præciso innoventur. Hoc quip-  
pe & Ezechielii prophetæ jubetur, dicente Domi-  
no: *Tu fili hominis, sume tibi gladium acutum,*  
*& duces per caput tuum & barbam.* Videlicet quia  
& ipse sacerdotali genere Deo in ministerium san-  
ctificationis deserviebat. Hoc & Nazaræos illos,  
Priscillam & Aquilam, in Actibus apostolorum  
primum fecisse legimus: Paulum quoque apostolu-  
m, & quosdam discipulorum Christi, qui in hu-  
jusmodi (d) cultu mirandi extiterunt. Est autem  
in clericis tonsura signum quoddam, quod in cor-  
pore figuratur, sed in animo agitur, scilicet, ut  
hoc signo in religione vitia resecentur, & crimi-  
nibus carnis nostræ, quasi crinibus exuamur, at-  
que inde innovatis sensibus ut comis rudibus eni-  
tescamus, expoliantes nos, juxta apostolum, ve-  
terem hominem cum adibus suis, & induentes  
novum, qui renovatur in agnitione Dei. Quam  
renovationem in mente oportet fieri, sed in ca-  
pite demonstrari, ubi ipsa mens noscitur habitare.  
Quod vero de tonsura capite superius, inferius cir-  
culi corona relinquatur: sacerdotium regnumque  
ecclesiæ in eis existimo figurari. Tiara enim apud  
veteres constituebatur in capite sacerdotum. Hæc  
ex bysso (e) confecta rotunda erat, quasi sphaera  
media, & hoc significatur in parte (f) capiti ton-  
sa. Corona autem, latitudo aurei est circuli, quæ  
regum capita cingit. Utrumque itaque signum  
in capite clericorum exprimitur, ut impleatur et-  
iam corporis quadam similitudine quod scriptum  
est, Petro apostolo perdocente: *Vos estis genus  
electum, regale sacerdotium.* Queritur autem, cur  
sicut (g) apud antiquos Nazaræos, non ante co-  
ma nutritur, & sic tondetur. Sed qui exquirunt,  
advertant quid sit inter illud propheticum vela-  
mentum, & hanc evangelii revelationem, de qua  
dicit apostolus: *Cum transferis ad Christum, aufe-  
ritur velamen.* Quod autem significabat velamen  
interpositum inter faciem Moïsi & aspectum po-  
puli Israel, hoc significabat illis temporibus etiam  
coma sanctorum. Nam & apostolus comam pro  
velamento esse dicit. Proinde jam non oportet ut  
velentur crinibus capita eorum qui Domino con-  
secrantur, sed tantum ut revelentur: quia quod  
erat occultum in sacramento prophetiæ, jam in  
evangelio declaratum est.

II.

Ibid. c. 10.

(b) Ostiarii sunt, qui in veteri testamento ja-  
nitores templi vocabantur, qui præerant portis Je-

rusalem, (i) quique ordinati per vices suas om-  
nia interiora templi (k) vel exteriora custodie-  
bant. (l) Hi denique inter sanctum & iniquum  
discernentes, eos tantum in ecclesia qui sunt fi-  
deles recipiunt. Intrare enim templum nisi per hos  
non possumus. Habent enim potestatem tam bo-  
nos recipiendi, quam rejiciendi indignos.

III.

(m) Lectorum ordo formam & initium a pro-  
phetis. Sunt igitur lectores, qui verbum Dei præ-  
dicant, quibus dicitur: *Clama, ne cesses: quasi tu-  
ba exalta vocem tuam.* Isti quippe dum ordinantur,  
primum de eorum conversatione episcopus verbum  
facit ad populum. Deinde coram plebe tradit eis  
codicem apicum divinatorum, ad verbum Dei an-  
nuntiandum. Qui autem ad hujusmodi proveli-  
tur gradum, iste erit doctrina & libris imbutus,  
sensuumque ac verborum scientia perornatus: ita  
ut distinctionibus sententiarum intelligat ubi fi-  
niatur junctura, ubi adhuc pendeat oratio, ubi  
sententia extrema claudatur. Sicque expeditus vim  
pronuntiationis tenebit, ut ad intellectum om-  
nium mentes sensuumque promoveat, (n) discendo  
genera pronuntiationum, atque exprimentes pro-  
prios sententiarum affectus: modo indicantis vo-  
ce, modo dolentis, modo increpantis, modo ex-  
hortantis, sive his similia, secundum genus pro-  
priæ pronuntiationis, in quo magis illa ambigua  
sententiarum adhibenda cognitio est. Multa enim  
in scripturis sunt, quæ nisi proprio modo pro-  
nuntientur, in contrariam recidunt sententiam,  
sicuti est: *Quis accusabit adversus electos Dei? Deus  
qui justificat?* Quodque si confirmative non serva-  
to genere pronuntiationis suæ dicatur, magna per-  
versitas oritur. Sic ergo pronuntiandum est, ac  
diceret: Deusne qui justificat? tubauditur, Non.  
Necesse est ergo in tantis rebus scientiæ ingenium,  
quo proprie singula convenienterque pronuntien-  
tur. Propterea & accentuum vim oportet lecto-  
rem scire, ut noverit in qua syllaba vox pro-  
tendatur pronuntiantis. Plerumque enim imperiti le-  
ctores in verborum accentibus errant, & solent  
irridere nos imperitiæ hi qui videntur (o) habe-  
re notitiam, detrahentes, & jurantes penitus nos  
nescire quod dicimus. Porro vox lectoris simplex  
Derit & clara, ad omne pronuntiationis genus ac-  
commodata, plena succo virili, agrestem & sub-  
rusticum effugiens sonum, non humilis, nec  
adeo sublimis, non fracta, non tenera, nihilque  
femineum sonans, neque cum motu corporis, sed  
tantum cum gravitatis specie. Auribus enim &  
cordi consulere debet lector, non oculis: ne po-  
tius ex seipso expectatores magis, quam audito-  
res faciat. Vetus opinio est, lectores pronuntiandi  
causa præcipuam curam vocis habuisse, ut exau-  
diri in tumultu possit. Unde & dudum lectores  
præcones vel proclamatores vocabantur

IV.

(p) In ordine & ministerio ecclesiæ decet esse  
exorcistas secundum officia quæ in templo Salo-  
monis erant disposita, quæque posterius sunt ab  
Esdra dispersita. Et invenimus eos quos (q) scilicet  
Esdra actores memorat templi, (r) nunc  
esse exorcistas in ecclesia Dei. Fuerunt enim sub  
Esdra actores templi, servorum Salomonis filii,  
qui actum templi totius sub cura sua haberent,  
(s) ac sacris oblationibus deservirent. Et cum  
fuis-

Dantur variantes ex MS. Vatic. 4885. Monf.  
vix venitur Iudori in libro officiorum, de tonsura.  
(a) confecto. (b) capitis &c. (c) dicit apud.  
(d) quippe. (e) dicit vel exteriora. (f) idemque inter &c.  
Lectorum &c. (g) discernendo &c. (h) hanc habere. (i) aut sacris.  
(j) dicit scilicet. (k) eos nunc.

(a) dicit ista distinctio libri & titulus etiam capitel, & quippe  
(b) diuturna. (c) dicit Dei. (d) dicit illi.  
(e) Item Iudori de Ostiariis, Ostiarii &c.  
(f) Item Iudori de Lectoribus  
(g) Item Iudori de Exorcistis, In ordine &c.

LIBER I. fuerunt ex ordine & ministerio templi, longe a templo die ac nocte. Ipsique gestarent arcam & tabernaculum & omnia vasa ejus, & in circuitu tabernaculi castra (k) ipsi rursus constituerent, & in promovendo tabernaculo ipsi deponerent, tur- sus ipsi componerent. A viginti quinque annis, & supra, in tabernaculo servire ipsis mandatum est. Quam regulam sancti patres & in novo testamen- to constituerunt. In evangelio autem primordia eorum, & in Actibus (l) apostolorum ita legun- tur: *Convocantes autem duodecim apostoli multitu- dinem discipulorum, dixerunt: (m) Non est equum nos relinquere verbum Dei, & ministrare vobis. Quid ergo est, fratres? Considerate ex vobis viros boni testimonii septem, plenos spiritu sapientia, quos constituamus in hanc rem. Nos vero orationi & mi- nisterio sermonis instantes erimus. Et placuit sermo eorum omni multitudi. Et elegerunt statim Stepha- num virum plenum fide & spiritu sancto, Philippum, Prochorum, & Nicanorem, & (n) Timotheum, & Par- meniam, & Nicolaum advenam Antiochenam. Hi ste- serunt ante apostolos. Et cum orassent, imposuerunt illis manus. Verbumque Dei crescebat, & multipli- cabatur numerus credentium. Exhinc jam decreve- runt apostoli, (o) apostolorumque successores, per omnes ecclesias septem diaconos (p) ordinan- dos esse, qui sublimiori gradu (q) ceteris proxime circa aram Christi, quasi columnæ altaris as- siterent, & non sine aliquo septenarii numeri mysterio. Hi sunt enim, quos in Apocalypsi Ie- gimus, septem angeli tubis canentes. Hi sunt sep- tem candelabra aurea, hi voces tonitruorum. Ipsi enim clara voce in modum præconis admo- nent cunctos, sive in orando, sive in flectendis genibus, sive in psallendo, sive in lectionibus au- diendis. Ipsi etiam, ut aures habeamus ad Domi- num, clamant. Ipsi quoque evangelizant. Sine ipsis sacerdos nomen habet, officium non habet. Nam sicut in sacerdotio consecratio, ita & in mi- nistro dispensatio sacramenti est. Ille orare, hic psallere mandat. Ille oblata sanctificat, hic san- ctificata dispensat. Ipsi etiam sacerdotibus propter præsumptionem non licet de mensa Domini tolle- re calicem, nisi eis traditus fuerit a diacono. Levitæ inferunt oblationes in altaria: Levitæ men- sam Domini componunt: Levitæ operiunt arcam Testamenti. Non enim omnes vident alta myste- riorum quæ operiuntur a Levitis, ne videant qui videre non debent, & sumant qui servare non possunt. Qui propterea altari albis induuntur, ut cælestem vitam habeant, candidique ad hostias & immaculati accedant, mundi scilicet corpore, & incorrupti pudore. Tales enim decet Dominum habere ministros, qui nullo carnis corruptantur contagio, sed potius (r) eminenti castitate splen- deant. Quales autem diaconi ordinentur, Paulus apostolus plenissime scribit ad Timotheum. Nam cum præmississet de sacerdotum electione, conti- nuo subiunxit: *Diaconi similiter irreprensibiles*, hoc est, sine macula sicut episcopi. *Pudici* utique, id est, a libidine continentes. *Non bilivales*, scilicet ne conturbent pacem habentes. *Non multo vino dediti*: quia ubi ebrietas, ibi libido dominatur & furor. *Non turpe lucrum sectantes*, ne de cælesti (s) ministerio lucra terrena sedentur. (t) Est quippe & turpis lucris appetitio, plus de præsentibus quam de futuris cogitare. Post hæc subiicit: *Hi autem probentur premium, & sic ministrent, nul- lum**

temple die ac nocte. Ipsique gestarent arcam & tabernaculum & omnia vasa ejus, & in circuitu tabernaculi castra (k) ipsi rursus constituerent, & in promovendo tabernaculo ipsi deponerent, tur- sus ipsi componerent. A viginti quinque annis, & supra, in tabernaculo servire ipsis mandatum est. Quam regulam sancti patres & in novo testamen- to constituerunt. In evangelio autem primordia eorum, & in Actibus (l) apostolorum ita legun- tur: *Convocantes autem duodecim apostoli multitu- dinem discipulorum, dixerunt: (m) Non est equum nos relinquere verbum Dei, & ministrare vobis. Quid ergo est, fratres? Considerate ex vobis viros boni testimonii septem, plenos spiritu sapientia, quos constituamus in hanc rem. Nos vero orationi & mi- nisterio sermonis instantes erimus. Et placuit sermo eorum omni multitudi. Et elegerunt statim Stepha- num virum plenum fide & spiritu sancto, Philippum, Prochorum, & Nicanorem, & (n) Timotheum, & Par- meniam, & Nicolaum advenam Antiochenam. Hi ste- serunt ante apostolos. Et cum orassent, imposuerunt illis manus. Verbumque Dei crescebat, & multipli- cabatur numerus credentium. Exhinc jam decreve- runt apostoli, (o) apostolorumque successores, per omnes ecclesias septem diaconos (p) ordinan- dos esse, qui sublimiori gradu (q) ceteris proxime circa aram Christi, quasi columnæ altaris as- siterent, & non sine aliquo septenarii numeri mysterio. Hi sunt enim, quos in Apocalypsi Ie- gimus, septem angeli tubis canentes. Hi sunt sep- tem candelabra aurea, hi voces tonitruorum. Ipsi enim clara voce in modum præconis admo- nent cunctos, sive in orando, sive in flectendis genibus, sive in psallendo, sive in lectionibus au- diendis. Ipsi etiam, ut aures habeamus ad Domi- num, clamant. Ipsi quoque evangelizant. Sine ipsis sacerdos nomen habet, officium non habet. Nam sicut in sacerdotio consecratio, ita & in mi- nistro dispensatio sacramenti est. Ille orare, hic psallere mandat. Ille oblata sanctificat, hic san- ctificata dispensat. Ipsi etiam sacerdotibus propter præsumptionem non licet de mensa Domini tolle- re calicem, nisi eis traditus fuerit a diacono. Levitæ inferunt oblationes in altaria: Levitæ men- sam Domini componunt: Levitæ operiunt arcam Testamenti. Non enim omnes vident alta myste- riorum quæ operiuntur a Levitis, ne videant qui videre non debent, & sumant qui servare non possunt. Qui propterea altari albis induuntur, ut cælestem vitam habeant, candidique ad hostias & immaculati accedant, mundi scilicet corpore, & incorrupti pudore. Tales enim decet Dominum habere ministros, qui nullo carnis corruptantur contagio, sed potius (r) eminenti castitate splen- deant. Quales autem diaconi ordinentur, Paulus apostolus plenissime scribit ad Timotheum. Nam cum præmississet de sacerdotum electione, conti- nuo subiunxit: *Diaconi similiter irreprensibiles*, hoc est, sine macula sicut episcopi. *Pudici* utique, id est, a libidine continentes. *Non bilivales*, scilicet ne conturbent pacem habentes. *Non multo vino dediti*: quia ubi ebrietas, ibi libido dominatur & furor. *Non turpe lucrum sectantes*, ne de cælesti (s) ministerio lucra terrena sedentur. (t) Est quippe & turpis lucris appetitio, plus de præsentibus quam de futuris cogitare. Post hæc subiicit: *Hi autem probentur premium, & sic ministrent, nul- lum**

V. (f) Acolyti Græce, Latine ceroferarii dicuntur a deportandis cereis, quando legendum est evan- gelium, aut sacrificium offerendum. Tunc enim accenduntur luminaria ab eis, & deportantur, non ad fugandas tenebras, dum sol eo tempore rutilet, sed ad signum lætitiæ demonstrandum: ut sub typo luminis corporalis, illa lux ostenda- tur, de qua in evangelio legitur: *Erat lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum.*

V. (f) Acolyti Græce, Latine ceroferarii dicuntur a deportandis cereis, quando legendum est evan- gelium, aut sacrificium offerendum. Tunc enim accenduntur luminaria ab eis, & deportantur, non ad fugandas tenebras, dum sol eo tempore rutilet, sed ad signum lætitiæ demonstrandum: ut sub typo luminis corporalis, illa lux ostenda- tur, de qua in evangelio legitur: *Erat lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum.*

VI. (g) Subdiaconi, qui apud Græcos hypodiaconi vocantur, in Eldra inveniuntur, appellanturque ibi Nathinæi, id est, in humilitate Domino ser- vientes. Ex eorum ordine fuit ille Nathanael, qui in evangelio Joannis divina proditione com- monitus, salvatorem meruit cõniteri. Quæque etiam ad primum divinitatis indicium fidelis enituit, (h) protestante Domino ac dicente: *Ecce vere Israelita, in quo dolus non est.* Denique isti obla- tiones in templo Domini suscipiunt a populis. Isti obediunt officis Levitarum. Isti quoque vasa cor- poris & sanguis Christi diaconibus ad altaria Domini offerunt. De quibus quidem placuit patri- bus, ut quæ sacra mysteria contrectant, casti & continentes sint ab uxoribus, & ab omni car- nali immunditia liberi, juxta quod illis propheta dicente subicitur: *Mandamini qui fertis vasa Domini.* Hi igitur cum ordinantur, sicut sacerdotes & Le- vitæ, manus impositionem non suscipiunt: sed potestatem tantum & calicem de manu episcopi, & archidiacono scyphum aquæ cum aqua manili & manutergium accipiunt.

VI. (g) Subdiaconi, qui apud Græcos hypodiaconi vocantur, in Eldra inveniuntur, appellanturque ibi Nathinæi, id est, in humilitate Domino ser- vientes. Ex eorum ordine fuit ille Nathanael, qui in evangelio Joannis divina proditione com- monitus, salvatorem meruit cõniteri. Quæque etiam ad primum divinitatis indicium fidelis enituit, (h) protestante Domino ac dicente: *Ecce vere Israelita, in quo dolus non est.* Denique isti obla- tiones in templo Domini suscipiunt a populis. Isti obediunt officis Levitarum. Isti quoque vasa cor- poris & sanguis Christi diaconibus ad altaria Domini offerunt. De quibus quidem placuit patri- bus, ut quæ sacra mysteria contrectant, casti & continentes sint ab uxoribus, & ab omni car- nali immunditia liberi, juxta quod illis propheta dicente subicitur: *Mandamini qui fertis vasa Domini.* Hi igitur cum ordinantur, sicut sacerdotes & Le- vitæ, manus impositionem non suscipiunt: sed potestatem tantum & calicem de manu episcopi, & archidiacono scyphum aquæ cum aqua manili & manutergium accipiunt.

VII. (i) Diaconorum ordo, a tribu Levi accepit exordium. Præcepit enim Dominus Moysi, ut post ordinationem Aaron sacerdotis & filiorum ejus, rursus Levi tribus in Divini cultus ministerio ordinarerentur & consecrarentur Domino pro omnibus primogenitis, & servirent pro Israel coram Aaron, & filiis ejus, in tabernaculo Dei, excubantes in

VII. (i) Diaconorum ordo, a tribu Levi accepit exordium. Præcepit enim Dominus Moysi, ut post ordinationem Aaron sacerdotis & filiorum ejus, rursus Levi tribus in Divini cultus ministerio ordinarerentur & consecrarentur Domino pro omnibus primogenitis, & servirent pro Israel coram Aaron, & filiis ejus, in tabernaculo Dei, excubantes in

(a) ab officio. (b) aut quicumque. (c) edificatione. (d) scilicet donum. (e) deest sup baptizatos. (f) Item Ildori de Acolytis, Acolyti, &c. (g) Item Ildori de Subdiaconis, Subdiaconi &c. (h) præstante. (i) Item Ildori de Diaconis, Diaconorum. (k) deest rursus. (l) discipulorum. (m) non placet. (n) Timotheum. (o) vel Apostolorum. (p) deest ordinandos esse. (q) est quoque. (r) ostentia prælati proximo. (s) eminentis castitatis. (t) mysterio. (u) est quoque.

ANNO  
CHRISTI  
517.

LIBER I.

lum crimen habentes . Hi utique , sicut episcopi , ante ordinationem probari debent , si digni sint , & sic postea ministrare .

VIII.

(a) Presbyterorum ordo exordium sumpsit (ut dictum est) a filiis Aaron . Qui enim sacerdotes vocabantur in veteri testamento , hi sunt qui nunc vocantur presbyteri . Et qui nuncupabantur principes sacerdotum , nunc episcopi nominantur : Presbyteri autem interpretantur seniores , quia seniores etate Græci presbyteros vocant . His enim , sicut episcopis , dispensatio mysteriorum Dei commissa est . Præsumunt enim ecclesie Christi , & in confessione divini corporis & sanguinis consortes cum episcopis sunt . Similiter & (b) in doctrina populorum , & in officio prædicandi , (c) sed solum propter auctoritatem summi sacerdotii , clericorum ordinatio & consecratio reservata est , ne a multis disciplina ecclesie vindicata concordiam solveret , scandala generaret . Nam Paulus apostolus eisdem presbyteros , (d) ut vere sacerdotes , sub nomine episcoporum ita asseverat , loquens ad Titum : *Hujus , inquit , rei gratia reliqui te Creta , ut ea qua desunt corrigas , & constituas per civitates presbyteros , quemadmodum ego tibi disposui . Si quis sine crimine est , unius uxoris vir , filios habens fideles , non in accusatione luxuria , aut non subditos . Oportet enim episcopum sine crimine esse .* Qua sententia ostendit , etiam presbyteros sub episcoporum nomine taxari . Unde & ad Timotheum de ordinatione episcopi & diaconi scribens , de presbyteris omnino tacuit , quia eos in episcoporum nomine comprehendit . Secundus enim primo conjunctus est gradus , sicut & ad Philippenses episcopus & diaconibus scribit , cum una civitas plures episcopos habere non possit , & in Actibus apostolorum presbyteros ecclesie , iturus Hierosolimam , congregavit , quibus inter cetera ait : *Videte gregem in quo vos Spiritus sanctus episcopus ordinavit .* Unde etiam tales in ecclesia presbyteros constituendos esse , sicut episcopos , & apostolus ad Titum loquitur , & canones ipsi testantur . Presbyteros autem merito & sapientia dici , non etate . Nam & Mosi præcipitur , ut eligat presbyteros . Unde & in Proverbiis dicitur : *Gloria senum canities .* Quæ est hæc canities ? Haud dubium quin sapientia , de qua scriptum est : *Canities hominum , prudentia est .* Cumque nongentos & amplius annos ab Adam usque ad Abraham vixisse homines legerimus , nullus alius (e) primus appellatus est presbyter , id est senior , nisi Abraham , qui multo paucioribus annis vixisse convincitur . Non ergo propter decrepitam senectutem , sed propter sapientiam , presbyteri nominantur . Quod si ita est , mirum cur insipientes (f) constituantur .

IX.

(g) Veniamus ergo nunc ad sacratissimos ordines , & singulariter demonstremus , quod est sacerdotii fundamentum , vel quo auctore pontificalis ordo adolevit in sæculo . Initium quidem sacerdotii Aaron fuit , quamquam & Melchisedec prior obtulerit sacrificium , & post hunc Abraham , Isaac & Jacob . Sed isti spontanea voluntate , non sacerdotiali auctoritate , ista fecerunt . Ceterum Aaron primus in lege sacerdotale nomen accepit , primusque (h) stola indutus victimas obtulit , jubente Domino , ac loquente ad Mosum : *Accipe , inquit ,*

*Aaron & filios ejus , & applicabis ad os eorum tabernaculi testimonium . Cumque laveris patrem cum filiis aqua , indues Aaron vestimentis suis , id est , linea & tunica , & superhumerali , & rationali , quod constringes balteo , & (i) pones tiaram , & circum undecimis fundes super caput ejus , atque hoc ritu consecrabitur . Filios quoque illius applicabis , & indues tunicis lineis , cingisque balteo , Aaron scilicet & liberos ejus , & impones eis mitras , evanque sacerdotum religionem perpetua . Quo loco contemplari oportet , Aaron summum sacerdotem , id est , episcopum fuisse , & (k) filios ejus , presbyterorum figuram præmonstrasse . Fuerunt enim filii Aaron & ipsi sacerdotes , quibus merito aditare debuissent Levitæ , sicut summo sacerdoti . Sed hoc fuit inter Aaron summum sacerdotem & inter filios ejusdem Aaron , qui & ipsi erant sacerdotes : quod Aaron super tunicam accipiebat poderem , stolam sanctam , & coronam auream , mitram & zonam auream , & superhumerali , & cetera quæ supra memorata sunt . Filii autem Aaron , super tunicas lineas cincti tantummodo & tiarati adstant sacrificio Dei . Sed forsitan quaeritur & hoc , Cujus figuram faciebat Moyses ? Si enim filii Aaron presbyterorum figuram faciebant , & Aaron summi sacerdotis , id est episcopi ; Moyses cujus ? Indubitanter Christi , & vere per omnia Christi : quoniam fuit similitudo mediatoris Dei , qui est inter Deum & hominem , Jesus Christus , qui est verus dux populorum , verus princeps sacerdotum , & dominus pontificum , cui est honor & gloria in sæcula sæculorum . Amen .*

Hæcenus de primordiis sacerdotalibus in veteri testamento : in novo autem testamento , post Christum , sacerdotalis ordo a Petro cepit . Ipsi enim primum datus est pontificatus in ecclesia Christi . Sic enim loquitur ad eum Dominus , *Tu Petrus , & super hæc petram ædificabo ecclesiam meam , & porta inferi non prævalent adversus eam : & tibi dabo claves regni caelorum .* Hic ergo ligandi solvendique potestatem primus accepit , primusque ad fidem populum virtute suæ prædicationis adduxit . Siquidem & ceteri apostoli cum Petro (l) par consortium honoris & potestatis acceperunt . Qui etiam in toto orbe dispersi , evangelium prædicaverunt ; quibusque decedentibus successerunt episcopi , qui sunt constituti per eorum mundum in sedibus apostolorum . Qui non jam ex genere carnis & sanguinis eliguntur , sicut primum secundum ordinem Aaron , sed pro universi cujusque merito , quod in eum gratia divina contulerit . Sicut etiam ad Heli Dominus prænuuntiavit , dicens : *Hæc dicit Dominus Deus Israel : Dixi , domus tua & domus patris tui permanebunt coram me usque in æternum . Et nunc hæc dicit Dominus : Nequaquam , sed glorificantes me glorificabo : Quis me spernit , spernetur .* Quatuor enim sunt genera apostolorum . Unum a Deo tantum , ut Moyses . Alterum per hominem & Deum , ut Josue . Tertium tantum per hominem , sicut his temporibus multo favore populi & potestatum in sacerdotum subrogantur . Quartum autem genus ex se est , sicut pseudo-prophetarum & pseudoapostolorum . Quid est autem nomen apostolorum ? apostoli in Latina lingua missi interpretantur , quia ipsos misit Dominus evangelizare ad illuminationem omnium populorum . Episcopus autem , ut quidam prudentium ait , nomen est operis , non honoris . Græcum

(a) Item Isidori de Presbyteris, Presbyterorum &...  
 (c) ac solum præter... (d) ut veteres sub...  
 (g) Item Isidori de Sacerdotibus, Veniamus ergo &c...  
 (k) nam filios &c... (l) pari consilio

(k) doctrina Apostolorum...  
 (l) nec primus... (m) constituuntur...  
 (h) Pontificali stola... (i) pons super tiaram.

LIBER I  
ANNO DE  
C. DE LIB.  
19. 1. 19.

6m 17.

8m 17.

1m 14.

4m 11.

1 Tim. 1  
Tit. 1.

1 Tim. 1  
Tit. 1.

cum est enim, atque inde ducium vocabulum, quod ille qui (a) præficitur, superintendit, curam scilicet subditorum gerens. (b) Eius quippe, superintendens autem, intentio est: ergo episcopum Latine superintendentem possumus dicere: ut intelligat non se esse episcopum, qui non prouesse, sed præesse dilexit. Quod vero per manus impositionem a præcessoribus Dei sacerdotibus episcopi ordinantur, antiqua est institutio. Isaac autem patriarcha sanctus ponens manum suam super caput Jacob, benedixit ei. Similiter & Jacob filiis suis benedictionem dedit. Sed & Moses super caput Josue manum suam imponens, dedit ei spiritum virtutis & ducatus in populo Israel. Sic & superimpler legem & prophetarum Dominus noster Jesus Christus per manus impositionem apostolos benedixit, sicut in evangelio Lucæ scriptum est: *Et perduxit illos trans Bethaniam: & elevavit manus suas, & benedixit eos. Factumque est cum benedixisset illis, discessit ab eis: & ipsi reversi sunt in Jerusalem cum gaudio magno.* Et in Actibus apostolorum, ex præcepto Sancti Spiritus, Paulo & Barnabæ ab (c) apostolis manus imposita est in episcopatum, & sic missi sunt ad evangelizandum. Quod autem a triginta annis sacerdos efficitur, ab ætate scilicet Christi sumptum est, ex qua idem orsus est prædicare. Hæc enim ætas profectu jam non indiget parvulorum, sed perfectionis vi plena est, & robusta, & ad omne disciplinæ ac magisterii exercitium præparata. Quod vero unius virginis matrimonii sint qui eliguntur in ordine pontificatus, & in veteri lege mandatum est, & plenius scribit apostolus dicens: *Unius uxoris virum.* Sacerdotem querit ecclesia, aut de monogamia ordinatum, aut de virginitate sanctum. (d) Digamus enim haud festus agere sacerdotium. Porro quod episcopus non ab uno, sed a cunctis provincialibus episcopis ordinatur, ideo institutum est, ne aliquid contra fidem ecclesie unius tyrannica auctoritas moliretur. Propterea ab omnibus convenientibus constituitur, ac non minus, quam a tribus presentibus, ceteris tamen contentientibus testimonio litterarum. Huic autem, dum consecratur, datur baculus, ut ejus indicio subditam plebem vel regat, vel corrigat, vel infirmitates infirmorum sustineat. Datur & D

impetrarunt. Taceo de reliquis. Alii successores filios vel parentes faciunt, & conantur posteris prætulatus relinquere dignitatem, cum hoc nec Moses amicus Dei facere potuit, sed Josue de alia tribu elegit, ut sciremus, principatum in populo non sanguine detendendum esse, sed vitæ meritis. Interdum autem & juxta meritum plebium eliguntur personæ rectorum: unde noverint populi sui fuisse meriti, regimen perverſi suscepisse pontificis. Quod autem is, qui post baptismum aliquo mortali peccato corruptus, ad sacerdotium non provehatur, lex ipsa testatur. Moses enim in lege præcepit sacerdotibus, ne aliquod (f) vitium ad aram Dei offerant, quod ipsum postea offerentibus sacerdotibus Israel per Malachiam improperavit Deus, dicens: *Vos sacerdotes qui pol-*

ANNO  
CHRISTI  
1616  
Nov. 11

Lev. 11. & 1

Malach. 1

Num. 15.

1 Tim. 1  
Tit. 1.

1 Tim. 1  
Tit. 1.

(a) successores (b) unius uxoris virum (c) deest ab (d) deest ab  
(e) post baptismum, statim sacerdos: porro quod prædictis verbis intermediis, & præmissis titulo: quare Episcopus a  
Comprovincialibus Episcopis ordinatur. Porro &c. (f) vitium. (g) vitium peccus.  
(g) si peccator inventus est, non ordinatur. (h) potentes potentes. (i) deest in  
(h) professio

ANNO CHRISTI 316.

miam humilitatem suam, subditorum vitia convalescere faciat; nec per immoderatam auctoritatem severitatis potestatem exerceat: sed tanto cautius erga sibi commissos agat, quanto durius a Christo judicari formidat. Tenebit quoque illam supereminentem donis omnibus caritatem, sine qua omnis virtus nihil est. Custos enim sanctitatis, caritas est: locus autem hujus custodis, humilitas est. Habebit etiam inter hæc omnia & castitatis eminentiam, ita ut mens Christi corpus confectura, ab omni inquinamento carnis sit munda & libera. Inter hæc oportet eum sollicita dispensatione curam pauperum gerere, esurientes pascere, vestire nudos, suscipere peregrinos, captivos redimere, viduas ac pupillos tueri, pervigilem in cunctis exhibere curam providentia & distributione discreta. In quo etiam & hospitalitas ita erit præcipua, ut omnes cum benignitate & caritate suscipiat. Si enim omnes fideles illud evangelicum audire desiderant, *Hospes sui, & susceptus me*, quanto magis episcopus, cujus diversorum cunctorum debet esse receptaculum? Laicus enim unum aut duos suscipiens, implebit hospitalitatis officium: episcopus si omnes non receperit, inhumanus est. In negotiis autem secularibus dirimendis, oportet eum causam merito discernere, non gratis. Neque enim sic debet episcopus suscipere potentem, ut contristet contra iustitiam pauperem: neque pro paupere, auferre iustitiam a potente. Non defendat improbum, nec sancta indigno committenda arbitretur: neque arguat aut impugnet, cujus crimen non reprehendit. Erit quoque illi etiam juxta apostolum mansuetudo, patientia, sobrietas, moderatio, abstinentia, sive pudicitia, ut non solum ab opere immundo se abtineat, sed etiam ab oculi, oris, & cogitationis errore. Ita ut dum nullum in se vitium regnare permittit, impetrare apud Deum veniam pro subditorum facinoribus valeat. Qui enim ista sedaverit, & Dei minister utilis erit, & perfectum sacerdotium consummabit.

X.

Hieronymus de scriptura ad Titum

(a) *Hujus rei gratia reliqui te Creta, ut ea que desunt corrigas.* Reliquit Titum discipulum Crete, ut rudimenta nascentis ecclesie confirmaret, & si quid videbatur deesse, corrigeret: ipse pergens ad alias nationes, ut rursum in eis Christi jaceret fundamentum. Quod autem ait, *ut ea que desunt corrigas*, ostendit necdum eos ad plenam venisse scientiam veritatis: & licet ab apostolo correcti fuerint, tamen adhuc indigere correctione. *Et constituas per civitates presbyteros, sicut & ego tibi disposui.* Diligenter apostoli attendamus verba, dicentis: *Us constituas per civitates presbyteros, sicut & ego tibi disposui.* Qui qualis presbyter debeat ordinari, in consequentibus disserens, hoc ait: *Si quis sine crimine est, unus uxoris vir, &c.* postea intulit: *Oportet enim episcopum sine crimine esse, tamquam Dei dispensatorem.* Idem ergo est presbyter, (c) qui episcopus. Et antequam diaboli instinctu studia (d) & schismata in religione fierent, ac diceretur in populis, *Ego sum Pauli, ego Apollis, ego autem Cepha*, communi presbyterorum consilio ecclesie gubernabantur. Postquam vero unusquisque eos quos baptizaverat, putabat suos, non Christi, in toto orbe decretum est, ut unus de presbyteris electus superponeretur ceteris, ad quem omnis cura ecclesie pertineret, & schismatum semina tollerentur. Putat aliquis, non scripturarum, sed nostram esse

sententiam, episcopum & presbyterum unum esse, & aliud etatis, aliud esse nomen officii? Relegat apostoli ad Philippenfes verba, dicentia: *Paulus & Timotheus servi Christi Jesu, omnibus sanctis in Christo Jesu, qui sunt Philippis, cum episcopis, & diaconibus, grata vobis & pax, & reliqua.* Philippi una est urbs Macedonie. Et certe in una civitate plures, ut nunc putatur, episcopi esse non poterant. Sed quia eisdem episcopos illo in tempore quos presbyteros appellabant, propterea indifferenter de episcopis, quasi de presbyteris est locutus. Adhuc alicui hoc videatur ambiguum, nisi altero testimonio comprobetur. In Actibus apostolorum scriptum est, quod cum venisset apostolus Paulus Miletum, miserit Ephesum, & convocaverit presbyteros ejusdem ecclesie, quibus postea inter cetera sit locutus: *Attendite vobis, & universo gregi, in quo vos posuit Spiritus sanctus episcopos pascere ecclesiam Domini, quam acquisivistis per sanguinem suum.* Et hic diligentius observate, quomodo unius civitatis Ephesi presbyteros vocans, postea eisdem episcopos dixerit. Videamus igitur, qualis presbyter, sive episcopus ordinandus sit. *Si quis est sine crimine, unus uxoris vir, filios habens fideles, non in accusatione luxurie, aut non subditus.* Oportet enim episcopum sine crimine esse tamquam Dei dispensatorem. Non protervum, non iracundum, non violentum, non percussorem, non turpis lucri appetitorem. Primum itaque sine crimine sit, quod puto alio verbo ad Timotheum, irreprehensibilem nominatum. Non qui eo tantum tempore, quo ordinandus est, sine ullo sit crimine, & præteritas maculas nova conversatione deleverit: sed ex eo tempore, quo in Christo renatus est, nulla peccati conscientia mordeatur. Quomodo enim potest præles ecclesie auferre malum de medio ejus, qui in delictum simile corruerit? aut qua libertate corripere peccantem, cum tacitus sibi ipse respondeat eadem se admisisse quæ corripit? Primum itaque dicendum est, quod tam sanctum sit nomen sacerdotii, ut nobis etiam ea quæ extra nos sunt posita, reputentur: non quod propter vitia nostra episcopi non simus, sed quod propter filiorum incontinentiam ab hoc gradu arcedi simus. Qua enim libertate possumus alienos filios corripere, & docere quæ recta sunt, cum nobis statim possit, qui fuerit correptus, ingerere, Ante doce filios tuos? Aut qua fronte extraneum corripio fornicantem, cum mihi conscientia mea ipsa respondeat, Exhæreda ergo filium fornicantem, abjice filios tuos vitii servientes? Cum autem (e) nequam filius in una tecum convivatur domo, (f) tu audes de alterius oculo fellucam detrahere, in tuo trabem non vident? Non itaque justus pellitur ex vitii filiorum, sed hoeritas ab apostolo ecclesie principi reservatur, ut talis fiat, qui non timeat propter vitia liberorum extraneos reprehendere. Oportet enim episcopum sine crimine esse, tamquam Dei dispensatorem. Queritur ergo inter dispensatores, ut fidelis quis inveniat: & non comedens & bibens cum ebriis, perecutiat servos & ancillas, sed incertum Domini expediet adventum, & det conservis in tempore cibaria. Inter villicum autem & familiam hæc sola distantia est, quod conservis præpositus est conservis suis. Sciat itaque episcopus & presbyter, sibi populum esse consertum, non servum. Cetera quæ sequuntur, in nobis posita sunt. Non protervum, id est, non tumentem & pla-

LIBR:

PHILIP:

AN

TIM:

AL COMM:

(a) Excerptum B. Hieronymi ex Epistola ad Titum. Hujus rei &c. (b) decernit corrigas, & si ubique  
 (c) qui episcopus. (d) de schismata (e) de nequam (f) in addis  
 Concil. General. Tom. XIV.

LIBER L. placentem sibi quod episcopus sit: sed quasi bonum villicum, (a) id requirentem quod pluribus proffit. *Non iracundum*. Iracundus est, qui semper irascitur, & ad levem responsionis auram atque peccati, quasi a vento folium commovetur. Neque vero qui aliquando irascitur, iracundus est: sed ille dicitur iracundus, qui crebro hac passione superbiat. Prohibet quoque episcopum esse vinolentum, ne vel sensu occupato exaltet risum contra (b) gravitatis decorem, & labiis dissolutis cachinnet: vel si paululum tristis cuiusdam rei fuerit (c) recordatus inter pocula, in singulis prorumpat & lacrymas. Longum est ire per singula, & insanias, quas ebrietas suggerit, explicare. Post vinolentiam etiam hoc praecepit, ne percussor sit. Quod quidem, & simpliciter intellectum, edificat audientem, ne facile manum porrigat ad cadendum, ne in os alterius verberandum insanus erumpat. Melius est autem, ut non percussorem illum esse dicamus, qui mansuetus & patiens, sciat quid in tempore loquendum sit, quid tacendum, ne sermone inutili conscientiam percutiat infirmorum. Turpis quoque lucri appetitus, ab eo qui episcopus futurus est, esse debet alienus: sunt enim multi, (d) docentes quae non oportet turpis lucri gratia, qui totas domos subvertunt, & putant quæstum esse pietatem. *Melior est autem, juxta Salomonem, modica acceptio cum justitia, quam multa gemmina cum iniquitate: & magis eligendum in paupertate nomen bonum, quam in divitiis nomen pessimum*. Episcopus, qui imitator apostoli esse cupit, habens viduum & vestitum, his tantum debet esse contentus. *Qui altario serviunt, de altario vivunt*, inquit, & non divites fiant. Unde & res nobis excutitur de zona, & una tantum tunica induimur, ne de crastino cogitemus. Turpis quoque lucri appetitus est, plus de presentibus quam de futuris cogitare. Huc usque quid non debeat habere episcopus, sive presbyter, apostoli sermone praeceptum est: nunc e contrario, quod habere debeat, explicatur. *Sed hospitalem, bonorum amatorem, castum, justum, sanctum, continentem, abstinentem, obtinentem eum, qui secundum doctrinam est, fideliem sermonem, ut potens sit consolari: in doctrina sana, & contradicentes arguere*. Ante omnia hospitalitas futuro episcopo denuntiatur. Si enim omnes illud de evangelio audire desiderant, *Hospes sui, & suscipitis me*, quanto magis episcopus, cujus domus omnium commune debet esse hospitium? Laicus enim unum aut paucos suscipiens, implevit hospitalitatis officium: episcopus nisi omnes receperit, inhumanus est. Quomodo itaque mansuetudo, patientia, sobrietas, moderatio, abstinentia lucri, hospitalitas quoque & benignitas praeipue esse debent in episcopo, & inter cunctos laicos eminentia: sic & castitas proprie, & ut ita dixerim, pudicitia sacerdotalis: ut non solum ab opere se inmundo ablineat, verum a jactu oculi & cogitationis errore mens Christi corpus consecratura sit libera. Justus quoque episcopus esse debet & sanctus, ut justitiam in populis, quibus praestit, exerceat, reddens unicuique quod meretur, nec accipiat personam in judicio. Inter laici autem & episcopi justitiam hoc interest, quod laicus potest apparere justus in paucis: episcopus vero in tot exercere justitiam, quot & subditos habet.

## XI.

(e) *Si quis episcopatum desierat, bonum opus deservat*. Opus, non dignitatem: laborem, non delicias. Opus quo per humilitatem decrescat, non intumescat fastigio. *Oportet ergo episcopum irreprehensibilem esse*. Id ipsum quoque ad Titum: *Si quis est sine crimine*. Omnes virtutes in uno sermone comprehendit, & pene rem contra naturam exigit. Si enim omne peccatum, etiam in otioso verbo, reprehensione dignum est: quis ille, qui absque peccato, id est, sine reprehensione, vertitur in mundo? Sed futurus pastor ecclesiae talis eligitur, ad cujus comparationem recte grex ceteri nominentur. Definiant rhetores oratorem qui sit vir bonus, dicendi peritus. Ante vita (f) quam lingua irreprehensibilis quaeritur, ut doctus merito suscipiatur. Perdit enim auctoritatem dicendi, cujus sermo opere destruitur. *Unus unusquisque virum*. Certe de baptizatis apostoli sermo est, nemo dubitet. *Sobrium, prudentem, ornatum, hospitalem, doctorem, pudicum, &c.* Sacerdotes qui ministrant in templo Dei, prohibentur vinum & scieram bibere, ne crapula & ebrietate aggraventur corda eorum: & ut sensus officium exhibens Deo, viget semper & tenuis sit. Quod autem infert, *prudentem*, excludit eos, qui sub nomine simplicitatis excusant stultitiam sacerdotum. Nisi enim cerebrum sanum fuerit, omnia membra in vitio erunt. *Ornatum*. Qui vitia non habet, irreprehensibilis appellatur: qui virtutibus pollet, ornatus est: possumus & aliud intelligere ex hoc verbo, juxta illud Tullii: *Caput est artis, decere quid facias*. Sunt enim quidam ignorantes mensuram suam, & tantae stoliditatis ac vecordiae, ut & in motu, & in incessu, & in habitu, & in sermone communi, risum spectantibus tribuant; & quasi intelligentes quid sit ornatus, comunt se vestibus & munditiis corporis, & lautioris mensae epulas parant, cum omnis istiusmodi ornatus & cultus sordidus fediore sit. Quod autem doctrina a sacerdotibus expetatur, & veteris praecepta sunt legis, & ad Titum plenius scribitur. Innocens enim & ab illius sermone conversatio, quantum exemplo prodest, tantum silentio nocet. Nam latrator canum, baculoque pastoris, luporum rabies deterrenda est. *Non vinolentum, non percussorem*. Virtutibus vitia opposuit. (g) Didicimus, quales se debeamus: discamus, quales non esse debeant sacerdotes. Vinolentia, scurronum est & comestorum: venterque mero æstuans, cito delupmat in libidines. In vino luxuria, in luxuria voluptas, in voluptate impudicitia est. Qui luxuriatur, vivens mortuus est: ergo qui inebriatur, & mortuus & sepultus est. Noe ad unius horum ebrietatem nudavit femora sua, quae per sexcentos annos sobrietate contexerat. Loth per temulentiam nesciens libidini miscet incestum: & quem Sodoma non vicerat, viciosa vicerant. Percussorem autem episcopum ille condemnat, qui dorsum posuit ad flagella, & maledictus non remaledixit. *Sed modestum*. Duobus malis unum opposuit bonum, ut temulentia & ira modestia refragentur. *Non litigiosum, non avarum*. Nihil enim impudentius arrogantia (h) rusticorum, qui garrulitatem auctoritatem putant, & parati semper ad lites, in subiectum sibi gregem tumidis sermonibus tonant. Avaritiam in sacerdote vitandam & Samuel docet, nihil coram populo eripuisse se cuiquam probans: & apostolorum paupertas, qui refrigeria sumptuum a fratribus accipiebant, & praeter victum atque vestitum, nihil se aliud nec

(a) idem requirentem. (b) varietas &c. (c) decoratus. (d) dicentes. (e) excerptum ex epistola Hieronymi ad Oceanum. Si quis Episcopatum (f) sic lingua. (g) dicimus. (h) desit rusticorum.

ANNO  
CHRISTI  
866.  
Ex eodem.  
Ep ad Ocean.  
Tit. 1.  
Tit. 1.

Tit. 10

Tit. 11

Gen. 9

Gen. 19

1. Reg. 11



ANNO CHRISTI 446  
771. 2

1. R. 7. 1.

S. Aug. lib. 10. c. 10.

Ex. 1. 14.

Philipp. 2.

nec habere, nec velle gloriabantur. Quam ad Titum motheum avaritiam, ad Titum turpis lacri cupiditatem apertissime notat. *Domum suam bene vegetavit.* Non ut opes auget, non ut regias pariet epulas, non ut cunctas (a) patinas aruat, non ut *pascentes* sive lentis vaporibus coquat, qui ad ossa perveniunt & superficiem carniam non dissolvunt artificii temperamento: sed ut quod populo precepturus est, prius a domesticis exipat. *Filios habentem subditos cum omni castitate.* Ne scilicet incontinentes imitentur filios Heli, qui in vestibulo templi cum mulieribus dormiebant. *Non neophytum, ne in superbiam elatus, in iudicium incidat diaboli.* Heri catechumenus, hodie pontifex: heri in amphitheatro, hodie in ecclesia: vespere in circo, mane in altari: dudum sanctorum histrionum, nunc virginum consecrator. Quod autem ait, *ne in superbiam elatus, in iudicium incidat diaboli,* quis non exemplum verum probet? Ignorat momentaneus sacerdos humilitatem & mansuetudinem rusticorum, igitur blanditias Christianas, nescit seipsum contemnere. De dignitate transfertur ad dignitatem. Non jejunavit, non flevit, non mores suos saepe reprehendit, & assidua meditatione correxit. Non substantiam pauperibus erogavit. De cathedra quodam modo ducitur ad cathedram, id est de superbia ad superbiam. Iudicium autem & ruina diaboli nulli dubium quin arrogantia sit. Incident in eam, qui in pundo horum, necdum discipuli, jam magistri sunt. *Oportet autem cum & restitutum habere bonum ab his qui foris sunt.* Quale principium, talis & clausula. Qui irreprehensibilis est, non solum a domesticis, sed & ab alienis confosso ore laudatur. Alieni, extra ecclesiam sunt Judaei, haeretici, atque gentiles. Talis ergo sit pontifex Christi, ut qui religioni detrahunt, vitae ejus detrahere non audeant. Hos in sacerdotibus eligendis canones observare oportet.

XII.

(b) Qui pastorum nomina audire volunt, & pastorum officium implere nolunt, quid ad eos per prophetam dicatur, sicut lectum audivimus, recensamus. Audite vos cum intentione, audiamus nos cum tremore. *Et factum est verbum Domini, inquit Ezechiel, ad me dicens: Fili hominis, propheta super pastores Israel, & dic ad pastores Israel.* Hanc lectionem modo, cum legeretur, audivimus: hinc cum vestra sanctitate aliquid loqui decrevimus. Adjuvabit ipse ut vera dicamus, si non nostra dicamus. Nam si nostra dixerimus, pastores erimus pascentes nos, non oves. Si autem illius sunt quae dicimus, per quemlibet ipse vos pascat. Haec dicit Dominus Deus: *Vae pastoribus Israel, qui pascent se solos.* Numquid oves pascent pastores? id est non se pascent pastores, sed oves. Haec prima causa est, quare arguantur isti pastores: quia seipsum pascent, non oves. Qui sunt, qui seipsum pascent? De quibus apostolus dicit: *Omnes enim sua quaerunt, non qua Jesu Christi.* Nos enim, quos in loco isto, de quo periculosa ratio red litur, Dominus secundum dignationem suam, non secundum meritum nostrum, constituit, habemus duo quaedam. Unum, quod Christiani sumus: alterum, quod praepositi sumus. Illud, quod Christiani sumus, propter nos est: quod praepositi sumus, attenditur utilitas nostra: in eo quod praepositi sumus, non nisi vestra. Et sunt multi, qui Christiani, & non praepositi, perveniunt ad Deum faciliore fortasse itinere, & tanto forte expeditius ambulantes, quanto minorem sarcinam portant.

ANNO autem, excepto quod Christiani sumus, unde rationem reddemus Deo (c) de vita nostra, (d) servus enim praepositi, unde rationem reddemus Deo de dispensatione nostra. Ad hoc istam difficultatem propono, ut compatientes nobis, oratis pro nobis. Veniet enim dies, quo cuncta edudantur in iudicium, & ille dies si saeculo longe est, unicuique homini sua vita ultimus properit: tamen utrumque latere voluit Deus, & quando veniat finis saeculi, & quando sit in unoquoque homine hujus vitae finis. Vis non timere diem occultum? Dum venerit, inveniat te paratum. Cum ergo praepositi ad hoc sint, ut his qui subiecti sunt, consulant: nec ideo quod praesunt, omnino utilitatem suam attendant, sed eorum quibus ministrant: quisquis ita praepositus est, ut in eo quod praepositus est, gaudeat, & honorem suum querat, & commoda sua sola respiciat, se pascat, non oves. Ad hoc sermo dirigitur. Audite, tamquam oves Dei, & videte, quemadmodum vos securos fecerit Deus. Qualescumque sint qui vobis praesunt, id est, qualescumque nos simus, vobis securitatem dedit, qui pascat oves Israel. Nam si Deus non deserit oves suas, & mali pastores debitas penas luent, & oves promissa percipient. Videamus ergo quid alloquatur pastores seipsum pascentes, non oves, sermo divinus neminem palpas: *Eccc lac consumistis, & levis vos tegistis, & quod crassum est interfecistis, & oves meas non pascebatis. Quod infirmum est, non confortastis, & quod aegrotat, non corroborastis: & quod contribulatum est, non colligastis: & quod errabat, non revocastis: & quod perierat, non requisistis: & quod forte fuit, confragistis: & dispersa sunt oves mea, eo quod non sit pastor.* Dicitur ad pastores pascentes seipsum, non oves, quid diligant, quid negligant. Quid ergo diligunt? *Lac consumistis.* Propter quod & apostolus dicit: *Quis plantat vineam, & de fructu ejus non sumit? quis pascat gregem, & de lacte gregis non percipit?* Invenimus ergo lac esse gregis, quidquid a plebe distribuitur praepositis, ad eorum sustentandum vitium temporalem. Inde enim loquebatur apostolus, cum haec diceret quae commemoravi. Et quidem apostolus, quamquam elegerit manibus suis transigi, & nec ipsum lac querere ab ovis; tamen lactis percipiendi potestatem habere se dixit, & sic Dominum disposuisse, ut qui evangelium annuntiant, de evangelio vivant. Et dicit alios coepiscopos suos usos fuisse hac potestate, non usurpata, sed data. Plus ille fecit, ut nec quod debebatur, acciperet. Ipse ergo donavit & debitum, sed ab aliis non exegit indebitum. Ille plus fecit: fortassis enim ipsum significabat, qui agrum cum adduceret ad stabularium, dixit: *Si quid amplius erogaveris, in redendo reddam tibi.* De his ergo qui non indigent lacte gregis, quid plura dicamus? Misericordiores sunt, vel potius ipsius misericordiae officium largius impendunt: possunt enim, & quod possunt faciunt. Laudantur hi, nec damnantur illi. Nam & ipse apostolus datum non quaerebat. Fructuosas tamen oves suas esse cupiebat, non steriles, sine lactis ubertate. Itaque cum esset quodam tempore in magna indigentia, vinculus in confessione veritatis, missum est illi a fratribus, unde necessitati & indigentiae ejus ministrareretur. Respondit autem illis gratias agens, & dixit: *Beneficentibus communicantes necessitatibus meis: ego enim didici in quibus sum sufficiens esse. Scio & abundare, novi & penuriam pati. Omnia passum in eo qui me confortat. Verum tamen vos beneficentibus, nihil missere meis.* Sed ut ostenderet in eo quod illi

LIBER I

Ex. 1. 14.

1. Cor.

si sed alius non exegit indebitum. Luc. 10.

Philipp. 4

(a) patras. (b) Augustini de pastribus, Qui Pastorum &c. (c) de dispensatione. (d) tota sequens periodus dicitur. L. 2

illi benefecerunt, quid ipse quæreret, ne inter illos esset, qui se ipsos pascunt, non oves: non tam sua gaudet subventum esse necessitati, quam illorum gratulatur fecunditati. Quid ergo ibi quærebat? Non quia quæro, inquit, datum, sed requiro fructum. Non ut ego, inquit, explear, sed ne vos inanes remaneatis. Qui ergo non possunt facere quod Paulus, ut manibus suis se transigant, accipiant de lacte ovium: sustentent suam necessitatem, sed non negligant ovium infirmitatem. Non hoc ibi quærant, tamquam commodum suum, ut ex necessitate penuriz suæ videantur annuntiare evangelium, sed hominibus illuminandis parent lucem verbi veritatis. Sunt enim tamquam lucernæ, sicut dictum est: *Sint lucernæ vestri præcinelli, & lucernæ ardentes. Et, Nemo accendit lucernam, & ponit eam sub modio: sed super candelabrum, ut luceat omnibus qui in domo sunt. Sic luceat lumen vestrum coram hominibus, ut videant opera vestra bona, & glorificent patrem vestrum qui in caelis est.* Si ergo tibi lucerna accenderetur in domo, nonne adjices oleum ne extingueretur? Porro si lucerna accepto oleo non lucret, non erat plane digna, quæ in candelabro poneretur, sed quæ continuo trangeretur. Unde ergo vivitur, necessitatis est accipere, caritatis est præbere. Non tamquam venale sit evangelium, ut istud sit pretium ejus quod sumunt qui annuntiant, unde vivant. Si enim sic vendunt, magnam rem vili pretio vendunt. Accipiant sustentationem necessitatis a populo, mercedem dispensationis a Domino. Non enim est idoneus populus reddere mercedem illis, qui sibi in caritate evangelii serviunt. Non expectent illi mercedem, nisi unde & isti salutem. Quid ergo istis increpatur, unde arguantur? quia cum lac sumerent, & lanis se tegeant, oves negligebant. Sua ergo tantum quærebant, non quæ Jesu Christi. Sed quoniam diximus, quid sit lac consumere: quæramus, quid sit lanis tegere. Qui præbet lac, potum præbet: & qui præbet lanam, honorem præbet. Ista sunt duo, quæ a pastoribus quærentur, qui se ipsos pascunt, non oves: commodum supplendæ necessitatis, & favorem honoris & laudis quærent. Etenim vestimentum propterea bene intelligitur in honore, quia nuditatem contegit. Est enim unusquisque homo infirmus. Et quid est, quisquis vobis præest, nisi quod vos estis? Carnem portat, mortalis est, manducatur, dormit, surgit, natus est, moriturus est. Si ergo cogites quid sit, secundum seipsum homo est: (a) & tamen honorando eum velut angelum, contegis quod infirmum est. Videte cujusmodi indumentum acceperat a bona Dei plebe idem Paulus, cum diceret: *Sicut angelum Dei excepistis me. Testimonium enim vobis perhibeo, quia si fieri posset, oculos vestros eruissetis, & dedissetis mihi.* Sed cum tantus illi honor exhibitus esset, numquid propter ipsum honorem sibi exhibitum, ne forte negaretur, & minus ille cum argueret laudaretur, pepercit errantibus? Nam si hoc fecisset, esset inter illos qui se ipsos pascunt, non oves. Diceret apud seipsum. Quid ad me pertinet? quisque quod velit, agat. Visus meus salvus est, honor meus salvus est, & lac & lana satis est mihi. Eat quisque qua potest. (b) Ergo integra tibi sunt omnia, si eat quisque qua potest? Nolo te præpositum facere: unum te constituo de ipsa plebe. Si patitur unum membrum, compatiuntur omnia membra. Proinde ipse apostolus cum eis commemorat, quales fuerit erga illum, ne quasi oblitus eorum honorificentiz videretur, testimonium perhibet,

Liber I

Luce 11  
Matth. 5

Corinth. 13

quod sicut angelum Dei susceperint eum: quod si fieri posset, oculos suos vellent eruere, & illi dare. Et tamen accedit ad ovem languidam, ad ovem putridam, secare vulnus, non porcere putredini. Ergo, inquit, inimicus factus sum vobis predicans veritatem? Ecce & accepit de lacte ovium, sicut paulo ante commemoravimus; & indutus est lanis ovium: sed tamen oves non neglexit. Non enim sua quærebat, sed quæ Jesu Christi. Absit ergo ut dicamus vobis, Vivite ut vultis; securi estote, Deus neminem perdet. Tantummodo fidem Christianam tenete: non perdet ille quod redemit: non perdet pro quibus sanguinem sudavit. Et si spectaculis volueritis oblectare animos vestros, ite; quid mali est? & festa ista, quæ celebrantur per universam civitatem in lætitia convivantium, & publicis mensis seiplos (ut putant) jucundantium, re vera perdentium, ite, celebrate securi: magna est Dei misericordia, quæ totum ignoscatur. Coronate vos rosis, antequam marcescant. In domo Dei vestri, quando volueritis, convivamini: implemini cibo & vino cum vultis. Ad hoc enim data est ista creatura, ut ea perfruamini. Non enim paganis & impiis eam dedit Deus, & vobis non dedit. Hæc si dixerimus, forte congregabimus turbas ampliores. Et si sunt quidam, qui sentiant nos hæc dicentes non recte sapere, paucos offendimus, sed multitudinem conciliamus. Quod si fecerimus non verba Dei, non verba Christi dicentes, sed nostra; erimus pastores pascentes nosmetipsos, non oves. Cum autem dixisset quæ diligent isti pastores, dicit & quæ negligent. Vitia enim ovium late patent. Sævis atque crassis oves perpaucæ sunt, id est solide in cibo veritatis, utentes pascuis bene de munere Dei. Sed mali illi pastores non parcunt talibus. Parum est, quod illas languentes, & inermes, & errantes, & perditas non curant: etiam itas fortes & pingues necant, quantum ipsis est: & illæ si vivunt, de misericordia Dei vivunt: tamen quantum ad pastores malos attinet, occidunt. Quomodo, inquit, occidunt? Male vivendo, malum exemplum præbendo. An frustra dictum est servo Dei eminenti in membris summi pastoris: *Circa omnes seipsum honorum operum præbens exemplum: O forma estu fidelibus?* Attendit enim ovis, etiam fortis, plerumque præpositum suum male viventem, si declinet oculos a regulis Domini. Intendit in hominem, incipit dicere in corde suo: Si præpositus meus sic vivit, ego quis sum, qui non faciam quod ille facit? occidit ovem fortem. Si fortem ergo occidit ovem, jam de ceteris quid faciet, qui illud, quod non ipse fructificaverat, sed forte aut robustum invenerat, male vivendo interfecit? Dico caritati vestræ ac iterum dico: Etsi vivunt oves, etsi fortes sunt oves in verbo Domini, & tenent illud quod audierunt a Domino suo: *Quæ dicunt, facite: quæ autem faciunt, facere nolite:* tamen qui in conspectu populi male vivit, quantum in illo est, eum a quo attenditur, occidit. Non sibi ergo blandiatur, quia ille non est mortuus: & ille vivit, & iste homicida est. Quomodo cum lascivus homo intendit in mulierem ad concupiscendum eam, ecce illa casta est, & mæchatus est iste. Domini enim vera & aperta est sententia: *Quisquis viderit mulierem ad concupiscendum eam, jam mæchatus est eam in corde suo.* Non pervenit ad illius cubiculum, & in interiore jam suo cubiculo volutatur. Sic omnis qui male vivit in conspectu eorum quibus præpositus est, quantum in ipso est, occidit etiam fortes oves.

ANNO  
CHRISTI  
811(a) Et tu honorando tamen amplius velut contegis quod infirmum est. (b) *deest tota hæc periculis usque ad vultu*

ANNO  
CHRISTI  
666.

ves. Qui ergo imitatur propositum malum, moritur: qui non imitatur, vivit: tamen quantum ad illam pertinet, ambos occidit. *Et quod crasum est, inquit, interfecisti, & ovis meas non passus.* Jam audistis quid diligant; videte quid negligant. *Quod infirmatum est, non confortastis: & quod male habuit, non corroborastis: & quod contritulum est, & quod contractum est, non colligastis: & quod errabat, non revocastis: & quod perierit, non inquisistis: & quod forte fuit, confregistis, interfecistis, occidistis (a).* Infirmum quippe animam gerit ovis, quando tentationes sibi profuturas non credit. Pastor negligens, quando sic credit talis infirmus, non illi dicit: *Fili, accedens ad servitium Dei, sta in iustitia & timore, & prepara animam tuam ad tentationem.* Qui enim hæc loquitur, confortat infirmum, & ex infirmo facit firmum, ut non ille cum crediderit, prospera hujus sæculi, ut non ille cum crediderit, prospera hujus sæculi, ipsa prosperitate corrumpitur, superveniuntibus adversitatibus sanciat, aut fortassis extinguatur. Non ergo eum edificat super petram, qui sic edificat, sed super arenam (b) ponit. Petra autem erat Christus. Christi passiones imitanda sunt, non a Christianis delicis conquiritur. Confortatur infirmus cum ei dicitur, *Spera.* Imminent quidem tentationes hujus sæculi, sed ab omnibus te eruet Dominus, si ab illo non recesserit retro cor tuum. Nam ad confortandum cor tuum venit ille pati, venit ille mori, venit spiritus illius, venit spinis coronari, venit opprobria audire, venit postremo ligno configi. Omnia hæc ille pro te: tu nihil pro illo, sed pro te. Quales autem sunt, qui timentes hos lædere quibus loquuntur, non solum non præparant ad imminentes tentationes, sed etiam promittunt felicitatem hujus sæculi quam Deus ipsi sæculo non promittit: Ille prædicat labores super labores usque in finem venturos ipsi sæculo, & tu vis ab ipsis laboribus exceptum esse Christianum? quia Christianus est, aliquid plus passurus est in hoc sæculo. Etenim ait Apostolus: *Omnes qui volunt in Christo pie vivere, persecutionem patientur.* Jam si tibi placet pastor sua querens, non quæ Jesu Christi, ille dicat: *Omnes qui volunt in Christo pie vivere, persecutionem patientur:* & tu dic, si in Christo pie vixeris, abundabunt tibi omnia bona, & si filios non habens, suscipies, & nutries omnes, & nemo tibi morietur. Hæcine est edificatio tua? Attende quid facias, ubi ponas. Super arenam est quod constituis. Venturus est imber: influxurus est fluvius, saturus est ventus, & impingent in domum istam, & eadet, & fiet ruina ejus magna. Leva de arena, pone supra petram: in Christo sit, quem vis esse Christianum. Attendat ad passiones Christi indignas: Attendat illum sine ullo peccato, quem non rapuit, exolverem: Attendat scripturam dicentem sibi: *Flagellat omnem filium quem recipit,* (c) & para te flagellari aut certe non queras recipi. Flagellat autem omnem, inquit, filium quem recipit, & tu dicis forte exceptus eris? Si exceptus a passione flagellorum, exceptus a numero filiorum. Itane, inquires, flagellat omnem filium? Proferat flagellat omnem filium, ut & unicum. Unicus ille de patris substantia natus, & qualis patri in forma Dei, verbum per quod facta sunt omnia, non habebat unde flagellaretur. Ad hoc carne indutus est, ut sine flagello non

Acferet. Qui ergo flagellat unicum sine peccato, relinquit (d) cum peccato adoptatum? In adoptionem vocatos nos esse Apostolus dicit: Adoptionem filiorum accepimus, ut essemus unico coheredes, essemus etiam hæreditas ejus. Postula a me, & dabo tibi gentes hæreditatem tuam. Exemplum nobis proposuit in passionibus suis. Sed plane, ne in futuris tentationibus deficiat infirmus, nec falsa spes decipiendus est, nec terrore frangendus. Dices ei: *Prepara animam tuam ad tentationem,* & forte incipit labi, contremiscere, nolle accedere. Habes & aliud: *Fidelis Deus qui non vos finet tentari supra quam potestis ferre.* Illud enim promittere, & prædicare venturas passiones, infirmum confirmare est. Timenti autem nimium, & ex hoc deterrito, cum polliceris misericordiam Dei, non quia tentationes deerant, sed quia non permittit tentari supra quam ferre potest, fructum colligere est. Sequitur: *Quod infirmatum est, inquit, non confortastis.* Pastoribus malis dicit, pastoribus falsis, pastoribus sua querentibus, non quæ Jesu Christi, & commodo lactis & lanæ gaudentibus, oves omnino non curantibus. *Et quod male habuit, non corroborastis.* Inter infirmum ( id est, non firmum ) & ægrotum ( id est, male habentem ) hoc mihi videtur interesse. Etenim inter ista, fratres, quæ distinguere utcumque conamur, forte & nos possumus majori diligentia melius distinguere, & alius peritior, vel lumine cordis plenior. Interim ne fraudemini, quod sentio, loquor. Infirmo, ne accidat tentatio, & cum frangat, timendum est. Languens autem, jam cupiditate aliqua ægrotat, jam cupiditate aliqua impeditur ab intranda via Dei, a subeundo jugo Christi. Qui ergo videntur fervere in operibus bonis, sed imminentes passiones tolerare nolle, aut non posse, infirmi sunt. Qui vero aliqua cupiditate mala amatores mundi ab ipsis bonis operibus revocantur, languidi & ægroti jacent. Quippe qui in ipso languore, (e) tamquam sine ullis viribus, nihil boni possent operari. Sequitur: *Et quod errabas, non revocastis: & quod perierit, non (f) inquisistis.* Hic inter manus latronum, & dentes luporum furentium, utcumque versamur: & contumaces sunt oves, quia queruntur errantes. Alienas se a nobis dicunt, errore suo & perditione sua: Quid nos vultis, inquit, quid nos queritis? Si in errore, inquit, sum, si in interitu, quid me vis? quid me queris? Quia in errore es, revocare volo: quia peristi, invenire volo. Sic volo errare, sic volo perire. Sic vis errare? sic vis perire? Quanto melius ego nolo? Proferat audeo dicere, importunus sum. Audio dicentem Apostolum: *Prædica verbum, infra opportune, importune.* Quibus opportune? quibus importune? Opportune utique volentibus, importune nolentibus. Proferat, importunus sum, audeo dicere. Tu vis errare, tu vis perire? Ego nolo. Revocabo errantem, requiram perditam. Velis nolis, id agam, etsi me inquirentem laniant vepres (g) silvarum, per omnia angusta me coarctabo. Omnes sepes excutiam, quantum mihi virium terrenis Domitius donat. Omnia peragrabo, revocabo errantem, requiram pereuntem. Si me pati non vis, noli errare, noli perire. Parum est quod doleo te errantem atque pereuntem. Timeo, ne negligens te, etiam quod forte est occidam. Vide enim quid sequitur: *Et quod forte fuit, confregistis.* Si neglexero errantem atque

LIBER I.

666.

766.

1. Cor. 10.

1. Tim. 4.

1. Cor. 10.

1. Tim. 3.

1. Tim. 4.

1 In editione Sirmondii: *Infirmatur ovis, id est, infirmum cor gerit, ut possit eadere tentationibus intus & imparis supervenientibus.* Pastor negligens, quando credit talis, non illi dicit *Ecce Hard.*

(a) *lectio Vaticanæ Codicis, concitat cum lectio Sirmondii.*

(b) *fundamentum populæ.* (c) quem recipit proferat flagellat omnem filium ut & unicum unicus, & para &c.

(d) eum peccatorem adoptatum (e) gravati tamquam. (f) requisisti. (g) silvarum.

LIBER I

AHNO CHRISTI 76

atque pereuntem, & eum qui fortis est, delectabit errare atque perire. Cupio lucra exteriora, sed timeo plus damna interiora. Si indifferentem habuero errorem tuum, attendit qui fortis est, cum te perditum non requiro: & putat nihil esse ire (a) in errorem. Non frustra ergo, cum jam dixisset superius, quod *crassum est, interfecistis*: hic iterum in novissimo posuit, & quod forte fuit, *confregistis*. Proinde audi quid sequatur de ista negligentia malorum, immo falorum pastorum: *Et dispersa sunt oves meae, eo quod non sit pastor: & facta sunt in comesturam omnibus bestis agri*. Furantur lupi insidiantes, rapiunt leones frementes, cum oves adherent pastorii. Nam praesens est pastor: sed male agentibus non est pastor, & inhærent pastoribus non pastoribus, se ipsos videlicet, non oves, pascuntibus; (b) & lethalis error consequitur. Eunt in bellias deprædantes se, & de illarum morte se fatiare cupientes. Tales enim sunt omnes qui gaudent de erroribus alienis. Disperisunt & errant oves meae in omnem montem, & in omnem collem altum: hoc est, in omnem tumorem terrenæ superbiae. Mons enim & collis, tumor terrenus & superbia sæculi intelligitur. Sunt enim & montes boni, de quibus Propheeta dicit: *Levavi oculos meos in montes, unde venit auxilium mihi*. In omnem montem, & in omnem collem, & in omnem faciem terræ lucent, & in omnem faciem terræ disperisunt, omnia terrena sectantes. Ea quæ in faciem terræ lucent, ipsa (c) amant, ipsa diligunt. Nolunt mori, ut abscondatur vita eorum in Christo. Propterea pastores audite sermonem Domini: *Vivo ego, dicit Dominus Deus: Ecce ego ipse requiram oves meas, & visitabo eas sicut visitat pastor gregem suum*. Non curaverunt mali pastores, non enim suo sanguine redemerunt. Sicut visitat, inquit, pastor gregem suum in die. In quali die? Cum fuerit nimbus & nubes, id est, in pluvia & in nebula. Pluvia & nebula, error sæculi hujus, caligo magna; surpens de cupiditatibus hominum, & nebula valida conterens terram. Et difficile est, ut non errent oves in ista nebula: sed pastor non deserit eas, inquit eas, penetrat nebulam oculis (d) validis & acutissimis, non impeditur caligine nubium. Videt undique, errantem revocat, tantum ut fiat, quod dicit in evangelio: *Quæ sunt oves meae, audiunt vocem meam, & sequuntur me*. In medio ovium dispersarum: sic inquiram oves meas, & reducam eas ab omni loco disperisunt (e) illic. In die nubis & nimbi, quando difficile est inveniri eas, tunc ego inveniam, crassa est nebula, pinguis nimbus est, oculos ejus nihil latet. Et educam eas de gentibus, & colligam eas de regionibus, & inducam eas in terram earum, & pascam eas super montes Israel. Constituit super montes Israel auctores scripturarum divinarum. Ibi pascite, ut secure pascatis. (f) Quidquid inde audieritis, hoc vobis bene sapiat: quidquid extra est, respuite. Ne erretis in nebula, audite vocem pastoris: colligite vos ad montes scripturæ sanctæ. Ibi sunt deliciae cordis vestri, ibi nihil venenosum, nihil alienum. Uberima pascua sunt, vos tantum sanæ venite, sanæ pascimini in montibus Israel, & in rivis, & in omni habitatione terræ. A montibus enim quos ostendimus, manaverunt rivi prædicationis evangelicæ, cum in omnem terram exivit sonus eorum. Et facta est omnis habitatio terræ pascendis ovibus læta atque fecunda. In pascuis bonis

A pascam eas, & in montibus altis Israel: & erunt stabula earum illic, hoc est, ubi requiescant, ubi dicant, Bene est, verum est, & manifestum: non fallimur. In gloria Dei requiescant, tamquam in stabulis illis, & dormiant, hoc est (g) requiescant in deliciis suis bonis, & in pascuis pinguibus pascantur super montes Israel. Sequitur: quod enim primum curavit, iterum dicit: *Hæc dicit Dominus Deus: quod perierit, inquiram: & quod erravit, revocabo: & quod imminutum est, colligabo: & quod exarsit est, confortabo: & quod pinguis est, & forte, custodiam*. Quod non faciebant mali pastores, seipsos pascantes, non oves. Non ait Dominus, constitutam alios bonos pastores, qui faciant hæc, sed ego, inquit, faciam: oves meas nulli committam. Securi vos fratres, securæ vos oves. Nobis videtur timendum quasi desit bonus pastor. Et addit sic: *Es pascam eas cum judicio*. Vide, quia solus pascit, cum judicio pascit. Quis enim homo certum judicat de homine? Temerariis judiciis plena sunt omnia. De quo desperavimus, subito convertitur, & fit optimus: de quo præsumpsimus, subito deficit, & fit pessimus. Nec timor ergo noster certus est, (h) nec amor noster certus est. Quid sit hodie quisque homo, vix novit ipse homo: tamen utrumque ipse, quid hodie: quid autem eras, nec ipse. Pascit ergo ille cum judicio, dispersiens propria propriis. Novit enim quid agat. Cum judicio pascit, quos judicaturus redemit. Sequitur. Absit, ut desint modo boni pastores. Absit a nobis ut desint. Absit a misericordia ipsius, ut non eos gignat atque constituat. Utrique si sunt bonæ oves, sunt & boni pastores. Nam de bonis ovibus sunt boni pastores. Sed omnes boni pastores in uno sunt, unum sunt. Illi pascant, Christus pascit. Sint ergo omnes in pastore uno, & dicant vocem pastoris unam, quam audiant oves, & sequantur pastorem suum, & non illum, aut illum, sed unum. Et omnes in illo unam vocem dicant, diversas voces non habeant.

XIII.

(i) Cum rerum necessitas exposcit, pensandum valde est, ad culmen quisque regiminis qualiter veniat: atque ad hoc rite perveniens, qualiter vivat, & bene vivens, qualiter doceat, & recte docens, infirmitatem suam quotidie quanta consideratione cognoscat: ne aut humilitas accessum fugiat, aut perventioni vita contradicat, aut vitam doctrina destituat, aut doctrinam præsumptio extollat. Prius ergo appetitum timor ostendat, loquendo autem magisterium, quod non a querente suscipitur, vita commendat. Ac deinde necesse est, ut pastoris bonum, quod vivendo ostenditur, loquendo propagetur. Ad extremum vero superest, ut perfecta quæque opera consideratione propriæ infirmitatis deprimat, ne hæc ante occulti arbitri oculos tumor elationis extinguat. Isaias quoque ait, *Clama, ne cesses: sicut tuba exalta vocem tuam*. Præconis namque officium suscipit, quisquis ad sacerdotium accedit, ut ante adventum judicis, qui terribiliter sequitur, ipse scilicet clamando gradiatur. Sacerdos ergo si prædicationis est nescius, quam clamoris vocem daturus est præco motus? Fortes perseverantique doctores, velut impetribilia ligna, querendi sunt, qui instructioni sacrorum voluminum semper inhærentes, sanctæ ecclesiæ unitatem denuntiant, & quasi intromissi circum, arcem Domini portant. Vestibus arcem testamenti portare, est bonis doctoribus sanctam ecclesiam ad rudes infidelium mentes prædicando deduci. Qui

AHNO CHRISTI 76

1. Jo. 1. 0.

\* f. coele. 6. 0. 0.

1. Jo. 10.

Gregorii Pa. Ser. p. 1. 1. 0. p. 1. 0.

1. Jo. 12.

Pastor p. 11. c. 11.

(a) in heresim. (b) istis horror. (c) emanat. (d) desit valida &c. (e) desit illic. (f) desit tota hæc periculis asque ad quiddam extra. (g) requiescant & requiescant in deliciis &c. (h) desit media hæc potestas. (i) Hic in Cod. Vatic. numerat capitula inelidunt, & respondent editis. Hic vero cum titulus præfigitur: Gregorii de pastoribus animarum, quales in Ecclesiâ eligi debeant. Cum rerum &c.

ANNO  
CHRISTI  
111.

ANNO quoque jubentur operiri, ut cum sermone a  
libris insonant, ipsi etiam vite splendore fulgeant.  
Necesse est igitur, ut qui ad officium predicatio-  
nis excubant, a sacra lectionis studio non rece-  
dant: Ad hoc namque vedes esse in circulari arcu  
semper jubentur, ut cum portari arcum opportu-  
nitas exigit, de introumittendis vedibus portandi  
tarditas nulla generetur: quia videlicet cum spiri-  
tuale aliquid a subditis pastor inquiritur, ignomi-  
niosum valde est, si tunc quarat discere, cum  
questionem debet enodare. Circulari arcu vedes  
inhæreant, ut doctores semper in suis cor-  
dibus eloquia sacra meditantes, testamento arcum  
sine mora eleuent, si quidquid necesse est, protin-  
sus docent. Unde bene primus pastor ecclesie pas-  
tores ceteros admonet, dicens: *Parati semper esto-  
te ad satisfactionem de eo, qua in nobis est, spe.* Ac  
si aperte dicat, ut ad portandam arcum mora nul-  
la præcipiat, rectus a circulari nunquam recedat.  
Sancti viri dum præsent, non in se potestatem  
ordinis, sed æqualitatem conditionis attendant:  
nec præse gaudeant hominibus, sed prodesse.  
Sciunt enim, quod antiqui patres nostri, non tam  
reges hominum, quam pastores pecorum fuisse me-  
morantur. Cum Noe Dominus filiisque ejus post  
diluuium diceret: *Crescite & multiplicamini, &  
implete terram,* subditur: *Et terror vester ac tremor  
fuit super cuncta animalia terre.* Homo quippe ani-  
malibus irrationalibus, non autem ceteris homini-  
bus natura, prælatu est. Idcirco ei dicitur, ut ab  
animalibus, non ab homine timeatur, quia con-  
tra naturam superbire est, ab æquali velle timeri.  
Cuncti qui præsent, non in se potestatem debent  
ordinis, sed æqualitatem pensare conditionis.  
Nam sicut præfati sumus, antiqui patres nostri,  
pastores pecorum, & non reges hominum, fuisse  
memorantur. Necesse est ergo, ut rectores a sub-  
ditis timeantur, quando ab eisdem Deum minimo  
timeri deprehendunt: ut humana saltem formidi-  
ne peccare metuant, qui diuina iudicia non for-  
midant. Nequaquam præpositi ex subditorum timo-  
re superbiant, in quo non suam gloriam, sed  
subditorum iustitiam querunt. In eo autem quod  
metum sibi a peruerse viventibus exigunt, quasi  
non hominibus, sed (a) animalibus dominantur:  
quia videlicet ex qua parte bestiales sunt subditi,  
ex ea debent etiam formalini jacere substrati: Facies  
sanctæ ecclesiæ sunt hi, qui in locis regimi-  
num positi, apparent primi, ut ex eorum specie  
honor sit fidelis populi, etiam si quid in corpore  
laet deforme. Qui nimium prælati plebibus,  
plangunt culpas inermantium, seque sic de alienis  
labibus, ac si de propriis, arripunt. Sæpe recto-  
res boni, dum quosdam vident ad veniam post  
culpas redire, quosdam vero in iniquitate perse-  
stere, occulta omnipotentis Dei iudicia mirantur,  
sed penetrare nequeunt. Obtusæque enim que  
non intelligunt. Ille modis omnibus debet ad e-  
xemplum vivendi pertrahi, qui cunctis carnis pas-  
sionibus moriens, iam spiritaliter vivit, qui pro-  
pera mundi postposuit, qui nulla aduersa pertime-  
scit, qui sola (b) æterna concupiscit, cuius inten-  
tioni bene congruens, nec omnino per imbecilli-  
tatem (c) corpus, nec valde per contumaciam re-  
pugnat (d) spiritus. Ipse nihilo minus ad dignita-  
tem pastoralis officii debet provelhi, qui ad aliena  
capienda non ducitur, sed propria largitur: qui  
per pietatis viscera citius ad ignoscendum iustitiam  
sed non plusquam decet ignoscens, ab arce recti  
iudicis inclinatur: qui nulla illicita perpetrat, sed

perpetrata ab aliis, ut propria, deplorat: qui ex  
affectu cordis alienam infirmitati compatitur, sicque  
in bonis proximi, sicut in suis provecibus, læta-  
tur. Ad dignitatem pontificalis excellentie recte  
peruenit, qui ita se imitabilem ceteris in cunctis  
quam agit, insinuat, ut inter eos non habeat quod  
saltem de transactis (e) mens erubescat: qui sic studet  
vivere, ut proximorum quoque corda amentia do-  
ctrinam valeat fluentis irrigare: qui orationis usu  
experimento iam didicit, quod obtinere a Domi-  
no, quicumque poposcerit, possit: cui (f) prophe-  
tica voce iam qua specialiter dicitur: *Alibi loquere  
te, dicam, ecce adsum.* Si fortasse quisquam ve-  
niat, ut pro se ad intercedendum nos apud po-  
tentem quempiam virum, qui sibi iratus, nobis  
vero est incognitus, ducat, protinus respondemus:  
Ad intercedendum venire non possumus, quia fa-  
miliaritatis ejus notitiam non habemus. Si ergo  
homo apud hominem, de quo minime præsumit,  
fieri intercessor erubescit, qua mente apud Domi-  
num intercessionis locum pro populo arripit, qui  
familiaritatem se ejus gratiam esse per vitam meritum  
nescit? Aut ab eo quomodo aliis veniam postu-  
lat, qui, utrum sibi sit placatus, ignorat? Qua in  
re est adhuc aliud sollicitius formidandum, ne  
qui placare iram posse creditur, hanc ipse ex pro-  
prio reatu mereatur. Cuncti liquido novimus,  
quia cum is qui displicet, ad intercedendum mit-  
titur, irati animus ad deteriora provocatur. Qui  
adhuc terrenis desideris adstringitur, caveat ne  
C districte iram iudicis grauius accendens, dum loco  
delectatur gloriæ, fiat subditis auctor ruine. Sol-  
lertter ergo se quisque metiatur, ne locum regi-  
minis assumere audeat, si adhuc in se vitium dam-  
nabiliter regnat: ne is, quem crimen depravat  
propriam, intercessor fieri appetat pro culpis alio-  
rum.

## XIV.

(g) Sunt plerique pastorum, qui dum metiri  
se nesciunt, que non didicerunt, docere concu-  
piscunt. Qui pondus magisterii tanto levius æsti-  
mant, quanto vim magnitudinis illius ignorant.  
Ut quia indocti ac præcipites doctrinæ arcem te-  
nere appetunt, a præcipitationis suæ ausibus in  
ipsa locutionis janua repellantur. Nulla ars doceri  
præsumitur, nisi intenta prius meditatione disci-  
catur. Ab imperitis ergo pastorale magisterium  
qua temeritate suscipitur, quando ars est arrium  
regimen animarum? Quis autem cogitationum  
vulnera occultiora esse nesciat vulneribus visce-  
rum? Et tamen sæpe qui nequaquam spiritalia  
præcepta cognoverunt, cordis se medicos profiteri  
non metuunt: dum qui pigmentorum vim ne-  
sciunt, videri medici carnis erubescunt. Sunt non-  
nulli, qui intra sanctam ecclesiam per speciem re-  
giminis, gloriam affectant honoris. Videri docto-  
res appetunt, transcendere ceteros concupiscunt,  
attestante veritate: *Primus recubitus in cænis, pri-  
mus in conveniens cubedras querunt:* qui susce-  
ptum curæ pastoralis officium ministrare digne  
tanto magis nequeunt, quanto ad humilitatis ma-  
gisterium ex sola elatione pervenerunt. Ipsa quip-  
pe in magisterio lingua confunditur, quando aliud  
discitur, & aliud docetur. Contra indignos pasto-  
res Dominus per prophetam queritur: *Ipsi regna  
verunt, & non ex me: principes extiterunt, & non  
cognoverunt.* Ex se namque, & non ex arbitrio sum-  
mi rectoris regnant, qui nullis fultis virtutibus,  
nequaquam divinitus vocati, sed sua cupiditate  
accensu, culmen regiminis rapiunt potius quam  
affe.

Pastor. lib. II.  
cap. 10.

(a) bestia. (b) æterna desiderat. (c) deest corpus.  
(f) cui ad effectus sui vocem iam quasi specialiter hic  
magisterium accedere non præsumat. Sunt plerique &c.

(d) corpus. (e) deest mens.  
(g) Gregorius. Ut indigni atque imperiti ad pastorale

LIBER I.

111.

Greg. in prol.  
Pastoralium.

Math. 11.

Iste 8.

LIBER I

aliquantur. Inuites sacerdotes internus iudex & Amentitur, & fugit de se bono opere amare, quod  
 provebit, & non cognoscit: quia quos permitten-  
 do tolerat, profecto per iudicium reprobationis  
 ignorat. Unde ad te quibuldam, & post miracula  
 venientibus dicit: *Recedite a me operarii iniquitatis:*  
*nescio qui estis.* Pastorum imperitia voce veritatis  
 increpatur, cum per prophetam dicitur: *Ipsi pa-*  
*stores ignoraverunt intelligentiam.* Quos rursus Do-  
 minus adestatur, dicens: *Et tenentes legem, ne-*  
*scierunt me.* Et nesciri ergo te ab eis veritas con-  
 queritur, & nescire se principatum nescientium  
 se protestatur: quia profecto hi qui ea quae sunt  
 Domini, nesciunt, a Domino nesciuntur, Paulo  
 auellente qui ait: *Si quis autem ignorat, ignorabit.*  
 Plerumque pastorum imperitia meritis con-  
 gruit subditorum: quia quamvis lumen scientiae,  
 sua culpa exigente, non habeant: districto tamen  
 iudicio agitur, ut per eorum ignorantiam hi et-  
 ram qui sequuntur, offendant. Hinc namque in  
 evangelio per semetipsum veritas dicit: *Si caecus*  
*caco ducatur, praebet; alio in fossam cadunt.* Hinc  
 psalmista non optantis animo, sed prophetantis  
 mysterio, denuntiat dicens: *Obscurantur oculi*  
*eorum ne videant. Et dorsum eorum semper incurva.*  
 Oculi quippe sunt, qui in ipsa honoris lumina  
 facie possit, providendi itineris officium susceperunt.  
 Quibus hi nimirum qui subsequenter inhaerent,  
 dorsa nominantur. Obscuratis ergo oculis,  
 dorsum hauritur: quia cum lumen scientiae per-  
 dunt qui praerunt, profecto ad portanda peccato-  
 rum onera curvantur qui sequuntur. Indigni quippe  
 tan i reatus pondera fugerunt, si veritatis seu-  
 tentiam sollicita cordis aure pensarent, quae ait:  
*Qui scandalizaverit unum de pusillis istis qui in me*  
*credunt, expedit e. ut suspendatur molis asinae in*  
*culo ejus. Et demergatur in profundum maris.* Ne  
 temerare sacra regimina, quisquis his impar est,  
 audeat: & per concupiscentiam culminis, duc-  
 tum suscipiat perditionis. Hinc enim pie Jacobus  
 prohibet, dicens: *Nolite plures magistri fieri, fratres*  
*mei.* Hinc ipse Dei hominumque mediator,  
 regnum percipere vitavit in terris: qui superno-  
 rum quoque spirituum scientiam, sensumque tran-  
 scendens, ante saecula regnat in caelis. Plerumque  
 advertitatis magisterio sub disciplina cor premitur:  
 quod si ad regiminis culmen eruperit, in elationem  
 protinus usu gloriae permutatur. Sic Saul,  
 qui indignum se prius considerans, fugerat: mox  
 ut regni gubernaculo suscepit, intumuit. Honori  
 namque coram populo cupiens, dum reprehendi  
 publice noluit, ipsum regem qui in regem se  
 unxerat, abiecit. David propheta, auctoris sui  
 iudicio pene in cunctis actibus placens, mox ut  
 pressurae pondere caruit, in tumorem vulneris erupit:  
 factusque est in morte Urax crudeliter rigidus,  
 qui in appetitu feminae enerviter fuerat flexus.  
 Et qui malis ante pie noverat parcere, in  
 bonorum quoque nece post dicit sine obstaculo  
 retractionis anhelare. Prius quippe seire depre-  
 hensum persecutorem noluit, & post cum damno  
 desudantis exercitus, etiam devotum militem extinxit.  
 Quem profecto ab electorum numero culpa  
 longius saperet, nisi hunc ad veniam flagella re-  
 vocassent. Plerumque qui subire magisterium pa-  
 storale cupiunt, nonnulla quoque bona opera ani-  
 mo proponunt. Et quamvis hoc elationis inten-  
 tione appetant, operaturos tamen se magna per-  
 tradant. Fitque ut aliud in imis intentio (a) sup-  
 primat, aliud tradantis animo superficies cogita-  
 tionis ostendat. Nam tibi ipsa de se mens saepe

non amat: de mundi autem gloria non amare, quod  
 quod amat. Saepe mens principari appetens, fit  
 ad hoc pvida, cum quaerit: audax, cum perve-  
 nerit. Tendens enim, ne non perveniat, trepidat:  
 sed repente perveniens, iure sibi hoc debi-  
 tum, ad quod pervenerit, putat. Cumque per ce-  
 pro principatus officio perfuasi seculariter coeperit,  
 libenter obliviscitur quidquid religiose cogitavit.  
 Necesse est enim, ut cum cogitatio extra usum  
 ducitur, protinus mentis oculus ad opera trans-  
 acta revocetur: ac penes quisque, quid subiectus  
 egerit. Et repente cognoscit, si praelatus bona a-  
 gere, quae proposuerit, possit, quia nequaquam va-  
 let in culmine humilitatem discere, qui in imis  
 positus, non desit superbiere. Nescit laudem, cum  
 suppetit, fugere, qui ad hanc didicit, cum des-  
 set, anhelare. Nequaquam vincere avaritiam por-  
 est, quando ad multorum sustentationem tendit  
 is, cui sufficere propria nec soli potuerunt. Ex  
 ante acta ergo vita se quisque inveniat, ne in ap-  
 petitu se culminis imago cogitationis illudat. Ple-  
 rumque in occupatione regimini, ipse quoque  
 boni operis usus perditur, qui in tranquillitate te-  
 nebatur: quia quieto mari, recte naveam & imperi-  
 ritus nauta dirigit: turbato autem tempestatum  
 fluctibus, etiam peritus se nauta confundit. Quid  
 est potestas culminis, nisi tempestas mentis, in  
 qua dum cogitationum semper procellis navis cor-  
 dis quatitur, huc illucque incessanter impellitur,  
 ut per repentinos excessus oris & operis, quasi per  
 obviantia laxa frangatur? Inter haec itaque quae  
 protulimus, quid sequendum est, quod tenendum,  
 nisi ut virtutibus pollens, coactus ad regimen ve-  
 niat, virtutibus vacuus, nec coactus accedat? Ille  
 si omnino renititur, caveat ne acceptam pecuniam  
 in sudario ligens, (b) de ejus occultatione judi-  
 cetur. Pecuniam quippe in sudario ligare, est,  
 percepta dona sub otio lenti torporis abscondere.  
 At contra iste, cum regimen appetit, attendat,  
 ne per exemplum pravi operis, phariseorum more,  
 ad ingressum regni tendentibus obstaculum  
 fiat. Qui juxta vocem magistris, nec ipsi intrant,  
 nec alios intrare permittunt. Considerandum quo-  
 que est, quia cum causam populi electus praesul  
 suscipit, quasi ad aegrum medicus accedit. Si er-  
 go adhuc in eius opere passiones vivunt, quae praesumptione  
 percussum mederi properat, qui in facie  
 vultus portat?

ANNO CHRISTI 816.

1 Cor. 14

Matth. 23

Matth. 23

1 Cor. 14

Matth. 23

Matth. 23

Matth. 23

Matth. 23

Matth. 23

1 Cor. 14

XV.

(c) Non sunt promovendi ad regimen eccle-  
 siae, qui adhuc vitis subjacent. Hinc est quod  
 praecipuum est David, non edificare visibile tem-  
 plum, quia sanguinum vir belli frequentia esset.  
 Qua figura illi spiritualiter admonentur, qui vitio-  
 rum adhuc corruptioni sunt dediti, ne templum  
 aedificent, hoc est, ecclesiam docere praesumant.  
 Non debet honorem ducatus suscipere, qui nescit  
 subiectis tramite vitae melioris praerire. Neque enim  
 quisque ad hoc praeficitur, ut subditorum culpas  
 corrigat, & ipse vitis serviat. Qui se indignum  
 ad episcopatum existimat, locum ejus qui dignus  
 est, (d) occupare non praesumat. Nam tam san-  
 ctum est sacerdotii nomen, ut nulla vitiorum no-  
 ta maculari se sinat. Gravior enim condemnabitur,  
 qui indignus suscipit quod non meretur. Qui  
 regimen sacerdotii contendit appetere, ante in se  
 discutat, si vita honoris sit congrua. Quod si non  
 discrepat, humiliter ad id, ad quod vocatur, ac-  
 cedat. Reatum quippe culpa geminat, si quis cum  
 culpa

1 Cor. 14  
Sicut...

(a) subtrahat. (b) deest mensa per periculosam usque ad Pecuniam. (c) lidori de dignis praepositis. Non  
 Sicut etc. (d) deest occupare.

ANNO CHRISTI 86.

culpa ad sacerdotale culmen adspirat. Uniuscujusque calus tanto majoris est criminis, quanto priusquam caderet, majoris erat virtutis. Præcedentium namque magnitudo virtutum crescit ad cumulum sequentium delictorum. Plerique sacerdotes, sua magis utilitatis causa, quam gregis, præesse desiderant: nec ut prosint, præfules fieri cupiunt: sed magis, ut divites fiant & honorentur. Suscipiunt enim sublimitatis culmen, non pro pastorali regimine, sed pro solius (a) regiminis vel honoris ambitione: atque abjecto opere dignitatis, solam nominis appetunt dignitatem. Dum mali sacerdotes Deo ignorante non fiant, tamen ignorantur a Deo, ipso per prophetam testante: *Principes existerunt, sed non cognovi.* Sed hic nescire Dei, reprobare est: nam Deus omnia novit.

XVI.

(b) Sicut iniqui & peccatores ministerium sacerdotale assequi prohibentur, ita indocti & imperiti a tali officio retrahuntur. Illi enim exemplis suis vitam honorum corrumpunt: isti sua ignavia iniquos corrigere nesciunt. (c) Qui enim docere poterant, quod ipsi non didicerunt? Desinat locum ducendi suscipere, qui nescit docere. Ignorantia quippe præfulum, vitæ non congruit subjectionum. *Cæcus enim si cæco ducatum præbeat, ambo in foveam cadunt.* Sacerdotes indoctos per Isaiam prophetam ita Dominus improbat: *Ipsi, inquit, pastores ignoraverunt intelligentiam.* Et iterum: *Speculatores ejus cæci omnes, id est, imperiti episcopi.* *Nescierunt, inquit, universi canes muti, non valentes latrare:* hoc est, plebes commissas non valentes, resistendo malis, per verbum doctrinæ defendere.

XVII.

(d) Sunt nonnulli, qui nimia virtutum dona percipiunt, & pro exercitatione ceterorum, magnis muneribus exaltantur. Qui studio castitatis mundi, abstinentiæ robore validi, doctrinam dapius referti, patientiæ longanimitate humiles, audacitatis fortitudine erecti (e) districti sunt. Qui nimirum culmen regiminum si vocati suscipere renouunt, ipsa sibi plerumque dona adimunt, quæ non pro se tantummodo, sed etiam pro aliis acceperunt. Cumque sua & non aliorum lucra cogitant, ipsis se, quæ privata habere appetunt, bonis privant. Hinc itaque ad discipulos veritas dicit: *Non potest civitas abscondi super montem posita: neque accendunt lucernam, & ponunt eam sub modio, sed super candelabrum, ut luceat omnibus qui in domo sunt.* Hinc Petro Dominus ait: *Simon Joannis, amas me? Qui cum se amare proximus respondisset, audivit: Si diligis me, pascere oves meas.* Si ergo dilectionis est testimonium, cura pastorem: quisquis virtutibus pollens. gregem Dei renuit pascere, pastorem summum convincitur non amare. Si nostri, sicut proximi, curam gerimus, quasi utrumque pedem per calceamentum munimus. Qui vero sua cogitans, utilitatem proximorum negligit, quasi unius pedis calceamentum cum dedecore amittit. Sunt nonnulli, qui magnis innumeribus ditati, dum solius contemplationis studiis inardescunt, parere utilitati proximorum in prædicatione refugiant, secretum quietis diligunt, recessum speculationis appetunt: de quo si districte judicentur, ex tantis procul dubio reterunt. Quæ enim mente is, qui proximis profuturus entelceret, utilitati ceterorum secretum

Gregorius Pasto. lib. 1. cap. 3.

Matth. 5.

Joan. 21.

præponit suum; quando ipse summi Patris unigenitus, ut multis prodesset, de sinu Patris egressus est ad publicum nostrum? Sant nonnulli, qui ex sola humilitate refugiant, ne his quibus se impares æstimant, præferantur: Quorum prolesio humilitas, si ceteris quoque virtutibus cingitur, tunc ante oculos Dei vera est, cum ad respondendum hoc, quod utiliter subire præcipitur, pertinax non est. Neque enim vere est humilis, qui superi nutus arbitrio, ut debeat præesse, intelligit, & tamen contemnit. Divinis dispositionibus subditus, atque a vitio obstinationis alienus, cum sibi regiminis culmen imponitur, si jam donis præventus est, quibus & aliis prosit, & ex corde debet surgere, & invitus obedire.

XVIII.

(f) Vir ecclesiasticus & crucifigi mundo per mortificationem propriæ carnis debet, & dispensationem ecclesiastici ordinis, si ex Dei voluntate provenerit, nolens quidem, sed humilis, gubernandam suscipiat. Multis interceptis satanas fraudibus eos, qui vitæ & sensus utilitate præstantes præesse & prodesse aliis nolunt: & dum eis regimen animarum imponitur, renouunt, consultius arbitantes otiosam vitam degere, quam lucris animarum insistere. Quod tamen decepti agunt per argumentum diaboli, fallentis eos per speciem boni: ut dum illos a pastorali officio retrahit, nequaquam proficiant, qui eorum verbis & exemplis instrui poterant. Viri sancti nequaquam occupationum secularium curas appetunt: sed occulto ordine sibi superimpositas gemunt. Et quamvis illas per meliorem intentionem fugiant, tamen per subditam mentem portant. Quas quidem summo opere, si liceat, vitare festinant: sed timescentes occultam dispensationem Dei, suscipiunt quod fugiunt, exercent quod vitare noverunt. Intrant enim ad eos, & ibi consulunt quid velit occulta voluntas Dei: seque subditos debere esse summis ordinationibus cognoscentes, humiliant cervicem cordis jugo divini dispensationis.

XIX.

(g) Qui diligenter de vita contemplativa considerat, & sufficienter instructus intelligit, quando & ubi possit ejus perfectio comprehendere: non dubitabit, ecclesiastiarum principes vitæ contemplativæ posse & debere fieri sectatores. Quia sive secundum opinionem quorundam, nihil aliud sit vita contemplativa, quam rerum latentium, futurarumque notitia: sive vacatio ab omnibus occupationibus mundi, sive divinarum studium litterarum, sive (quod his probatur esse perfectius) ipsa visio Dei: non video quid impedimenti sanctis sacerdotibus possit afferri, quo minus ad hæc quatuor, quæ commemoravi, perveniatur. Duo enim, primum & ultimum, id est, rerum latentium futurarumque notitia, & ipsa visio Dei, incomparabiliter præstantiora erunt in illa vita beata, quam in ista diversis erroribus implicata. Quandoquidem tam rerum omnium notitia, quam ipsa Dei substantia, plene ac perfecte videbitur. Duo autem media, vacationem videlicet ab omnibus occupationibus mundi, & divinarum studium litterarum, etiam hic possunt habere pontifices. Sed illi, qui se ab omnibus implicamentis negotiorum secularium removens, non torpent otio, sed insistent perfectionis suæ negotio, & ab stultitia sapientiæ secularis aversi, verbo Dei insatigabiliter vacant, sapientes veraciter sunt, cælestia sapiunt, terrena despi-

LIBER I

Idem lib. 1. Sec. 2.

S. Prosper De vita contempl. lib. 1. cap. 12.

(a) regiminis vel des. (b) Item Hieron. de presbiteris indoctis. Sicut iniqui &c. (c) quid. (d) Gregorius de vita qui in regimine prodesse possunt, sed idem officium non quiete propria refugiant, sunt nonnulli &c. (e) des. districti. (f) Hieron. de presbiteris, Vir ecclesiasticus &c. (g) Prosper quod Sacerdotes sancti contemplativa fieri particiones possunt, Qui diligenter &c.

despiciant, contradicentes sanæ doctrinæ redar. **A**perverfos (g) jura reſtitutionis exercere non for-  
midet. Omnes homines nature æquales genuit : sed variante meritorum ordine, alios alius culpa  
postponit. Ipsa autem diverſitas, quæ accedit ex  
vitio, divino judicio dispensatur : ut quia omnis  
homo æque stare non valet, alter regatur ab al-  
tero. Unde cuncti qui præſunt, non in se pote-  
ſtatem debent ordinis, sed æqualitatem pensare  
conditionis: nec præſeſe hominibus gaudeant, sed  
prodeſſe. Quam videlicet potentiam bene regit,  
qui & tenere illam noverit, & impugare. Bene  
hanc regit, qui ſcit per illam ſuper culpas erigi,  
ſcit & cum illa ceteris æqualitate componi. Quam  
tamen poteſtatem recte diſpenſat, qui ſollicite  
noverit, & ſumere ex illa quod adjuvat, & ex-  
pugnare quod tentat: & æqualem ſe cum illa ce-  
teris cernere, & tamen ſe peccantibus zelo ultio-  
nis antefeſſe. Prædicator quiſque ſtudeat, ut mi-  
nas potentium ratiocinatione mitiget: & oppreſ-  
ſorum anguſtias, quantum prævalet, ope levet:  
ut ſoris reſiſtentibus opponat patientiam, & intus  
ſuperbientibus exhibeat cum patientia diſciplinam:  
ut erga errata ſubditorum ſic manſuetudo zelum  
temperet, quatenus a juſtitiæ ſtudio non evertet:  
ſic ad ultionem zelus ferveat, ne tamen pietatis  
limitem ſervendo tranſcendat. Reſtoris officium  
eſſe debet, ut ingratos beneficiis ad amorem pro-  
vocet, ut gratos quoque miniſteriis in amore ſer-  
vet: ut proximorum mala, cum corrigere non  
valet, taceat: & quæcumque corrigi loquendo  
poſſunt, ſilentium conſenſum eſſe pertimeſcat.

LIBER I.

ANNO  
CHRISTI  
800

XX.  
(c) Tam doctrina quam vita clarere debet ec-  
cleſiaſticis doctores. Nam doctrina ſine vita, arro-  
gantem reddit: vita ſine doctrina, inutilem facit.  
Sacerdotis prædicatio operibus confirmanda eſt,  
ita ut quod docet verbo, inſtruat exemplo. Vera  
enim eſt illa doctrina, quam vivendi ſequitur  
forma. Nam nihil turpius eſt, quam ſi bonum,  
quod (d) ſermone quiſque prædicat, explere ope-  
re negligat. Tunc enim prædicatio (e) utilitate  
proſertur, quando efficaciter adimpletur. Unuf-  
quiſque doctus, & bonæ actionis, & bonæ prædica-  
tionis habere debet ſtadium; nam alterum ſine al-  
tero non facit perfectum: ſed præcedat juſtus be-  
ne agere, ut ſequenter poſſit bene docere. Sicut  
in numiſmate metallum, figura, & pondus in-  
quiruntur; ita in omni doctore ecclieſiaſtico, quid  
ſequatur, quid doceat, quomodo vivat. Per qua-  
litateſ igitur metalli, doctrina: per figuram, ſi-  
militudo patrum: per pondus, humilitas deſigna-  
tur. Qui ergo ab his tribus diſcrepaverit, non  
metallum, ſed terra erit.

Iſidori lib. 7.  
Sentent.  
cap. 35.

XXI.

(f) Sit reſtor diſcretus in ſilentio, utilis in  
verbo: ne aut tacenda proferat, aut proferenda  
reticeſcat. Nam ſicut incauta locutio in errorem  
pertrahit, ita indiſcretum ſilentium hos, qui eru-  
diri poterant, in errore derelinquit. Sit reſtor  
bene agentibus per humilitatem ſocius, contra  
delinquentium vitia per zelum juſtitiæ ereſtus:  
ut & bonis in nullo ſe præſerat, & cum pravo-  
rum culpa exigit, poteſtatem protinus ſui priora-  
tus agnoſcat, quatenus & honore ſuppreſſo, æqua-  
lem ſe ſubditis bene viventibus deputet, & erga

Gregorii  
Paſtor. lib.  
4. cap. 4.

Ibid. c. 16.

XXII.

(h) Qui præſcitur ad regimen, taliter erga diſci-  
plinam ſubditorum præſtare ſe debet, ut non ſo-  
lum auctoritate, verum etiam humilitate clareſcat.  
Sed tamen ita erit in eo virtus humilitatis, ne  
diſſolvatur vita ſubditorum in vitiis: atque ita au-  
thoritas aderit poteſtatis, ne per tumorem cordis  
ſeveritas exiſtat immoderationis. Hæc eſt in Dei  
ſacerdotibus vera diſcretio, qua nec per liberta-  
tem ſuperbi, nec per humilitatem ſunt remiſſi.  
Hinc eſt quod ſancti cum multa conſtantia re-  
darguerunt etiam principum vitia: in quibus cum  
ſumma eſſet humilitas, loco tamen neceſſario li-  
bere tranſgreſſores juſtitiæ increpabant. Aliquan-  
do etiam ſubditis nos oportet animo eſſe humi-  
liores, quoniam facta ſubditorum judicantur a no-  
bis, noſtra vero Deus judicat. Agnoſcat epiſco-  
pus ſervum ſe eſſe plebis, non dominum. Verum  
hæc caritas, non conditio exigit.

Iſidori l. 6.  
Sentent.  
c. 45.

XXIII.

(i) Non omnibus una eademque doctrina eſt  
adhibenda: ſed pro qualitate morum, diverſa ex-  
hortatio erit doctorem. Nam quosdam increpa-  
tio dura, quosdam vero exhortatio corrigit blan-  
da. Sicut periti medici ad varios corporis mor-  
bos diverſo medicamine ſerviunt, ita ut juxta  
vulnerum varietates, medicina diverſa ſit: ſic &  
doctus ecclieſiæ ſingulis quibuſque congruum do-  
ctrinæ remedium adhibebit, & quid cuique ope-  
teat pro ætate, pro ſexu ac profeſſione, annun-  
tiabit. Non omnibus ea que ſunt clauſa, ape-  
rienda ſunt. Multi ſunt enim (k) qui capere  
non poſſunt: quibus ſi indiſcrete manifeſtentur,  
ſtatim aut detrahunt, aut negligunt. Prima quip-  
pe prudentiæ virtus eſt, eam quam docere ope-  
teat, exiſtimare perſonam. Rudibus populis, ſeu  
carnalibus, plana atque communia, non ſumma  
atque ardua, prædicanda ſunt, ne immentitate do-

Ejſdem  
lib. 7. Sentent.  
cap. 47.

(a) diſcretus. (b) creduntur, amant. (c) Iſidori de doctrina & exemplis præpoſitorum. Tam doctrina & c.  
(d) deſer. ſermone. (e) utiliter. (f) Gregorius de humilitate præpoſitorum. (g) vitam.  
(h) Item Iſidori de humilitate præpoſitorum, Qui præſcitur & c. (i) Item Iſidori de doctrina diſcretione,  
Non omnibus. (k) qui ea capere.



ANNO CHRISTI 816. s. Co. 1.

LIBER 1

doctrinam opprimantur potius quam erudiantur. Unde & apostolus Paulus ait: *Non potui vobis loqui quasi spiritualibus, sed quasi carnalibus; tamquam parvulis in Christo, lac vobis potum dedi, non escam.* Carnalibus quippe animis, nec alta nimis de caelestibus, nec terrena conveit praedicare: sed mediocriter, ut initia eorum moresque desiderant, edoceri. Corvus dum suos pullos viderit albi coloris, nullis eos cibis alit: sed tantumdem attendit, donec paterno colore nigrescant, & sic illos frequenti cibo reficit. Ita & ecclesiarum doctor strenuus, nisi eos quos docet, viderit ad suam similitudinem poenitentiae confessione nigrescere, & nitore saeculari deposito, lamentationis habitum de peccati recordatione induere, utpote, adhuc exterioribus, hoc est carnalibus, non aperit intelligentiam spiritualis profundiora mysteria: ne, dum audita non capiunt, prius incipiant contemnere, quam venerari mandata caelestia. Aliter est agendum circa eos, qui nostro committuntur regimini, (a) si offendunt: atque aliter cum his, qui nobis commissi non sunt. Qui si iusti sunt, venerandi sunt: si vero delinquant, pro sola caritate, ut locus est, corripiendi sunt, non tamen cum severitate, sicut hi qui nobis regendi sunt commissi. Prius docendi sunt teniores plebis, ut per eos infra positi facilius doceantur. Unde & apostolus: *Hec, inquit, commenda fidelibus hominibus, qui idonei sunt & alios docere.* Ingenium boni doctoris est, incipere a laudibus eorum, quos salubriter objurgatos corripere cupit, sicut Apostolus ad Corinthios facit, quos a laudibus inchoat, & increpationibus probat. Sed erant apud Corinthios, qui & laude & increpatione digni essent. Ille vero (b) indiscrete loquitur, qui sic utraque omnibus loquitur, ut omnibus utraque convenire videantur.

XXIV.

(c) Quia igitur, qualis esse debeat pastor, superius ostendimus: nunc qualiter doceat, demonstramus. (d) Ut enim longe ante nos reverendae memoris Gregorius Nazianzenus edocuit, non una eademque cunctis exhortatio congruit, quia nec cunctos par morum qualitas attingit. Saepe namque aliis officium, quae aliis profunt. Quia & plerumque herbae, quae haec animalia nutriunt, alia occidunt. Et lenis sibilus equos mitigat, catulos instigat: & medicamentum, quod hunc morbum imminuit, alteri vires jungit: & panis, qui vitam sortium roborat, parvulorum necat. Pro qualitate igitur audientium, formari debet sermo doctorum: ut & ad sua singulis congruat, & tamen a communis edificationis arte numquam recedat. Quid enim sunt intentae mentes auditorum, nisi (ut ita dixerim) quaedam citharae tensiones tractae chordarum. Quas tangendi artifex, ut non sibi metipsum dissimile canticum faciat, dissimiliter pullat: & idcirco chordae consonam modulationem reddunt, quia uno quidem plestro, sed non uno impulsu, feriuntur. Doctor quisque, ut in una virtute caritatis cunctos edificet, ex una doctrina, non una eademque exhortatione, tangere corda audientium debet. Doctor etenim, qui loci sui necessitate exigitur summa dicere, hac eadem necessitate compellitur summa monstrare. Illa namque vox libentius auditorum cor penetrat, quam dicentis vita commendat: quia quod loquendo imperat, ostendendo adjuvat ut fiat. Hinc enim per prophetam Dominus dicit: *Super montem excelsum ascende tu qui evangelizas*

Ut videlicet qui caelesti praedicatione utitur, ima terrenorum operum deserens, in rerum culmine stare videatur, tantoque facilius subditos ad meliora pertrahat, quanto per viam meritum de supernis clamat. Recte etiam sacerdos superhumeralis ex auro, hyacintho, & purpura, & cocco bis tincto, & bysso retorta factum habere praecipitur: ut quanta virtutum diversitate clarescere debeat, demonstretur. In sacerdotis quippe habitu ante omnia aurum fulget, ut in eo intellectus sapientiae principaliter emicet. Cui hyacinthus, qui aethereo colore resplendet, adjungitur, ut per omne quod intelligendo penetrat, non ad favores infimos, sed ad amorem caelestium surgat: ne, dum suis incautus laudibus (e) capitur, ipso etiam veritatis intellectu vacuetur. Auro quoque & hyacintho, ac purpurae, bis tinctus coccus adjungitur, ut ante interni judicis oculos omnia virtutum bona ex caritate decorentur, & cuncta quae coram hominibus rutilant, haec in conspectu occulti arbitri flamma intimi amoris accendant. Quae scilicet caritas, quia Deum simul ac proximum diligit, quasi ex duplici tinctura fulgescit. Qui igitur sic ad auctoris speciem anhelat, ut proximorum curam negligat: vel sic proximorum curam exequitur, ut a divino amore torpescat: qui unum horum quodlibet negligit, in superhumerali ornamento habere coccum bis tinctum necesse est. Ceterum cum rector se ad loquendum parat, sub quanto cautela studio loquatur, attendat: ne, si inordinate ad loquendum rapitur, erroris vulnere audientium corda feriantur: & cum fortasse sapiens videri desiderat, unitatis compagem insipienter abscindat. Hinc namque in evangelio veritas ait: *Habete sal in vobis, & pacem habete inter vos.* Per sal quippe verbi sapientia designatur. Qui igitur loqui sapienter nititur, magnopere metuat, ne in ejus eloquio audientium unitas confundatur. Hinc Paulus ait: *Non plus sapere quam oportet sapere, sed sapere ad sobrietatem.* Ne igitur rector incautus ad loquendum proruat, hoc quod jam praemisimus, per semetipsum discipuli veritas clamat: *Habete sal in vobis, & pacem habete inter vos,* ac si figurate per habitum sacerdotis dicat: Mala punica tintinnabula iungite, ut per omnia quae dicitis, unitatem fidei cauta observatione teneatis. Sacerdos semper vocem praedicationis habeat, ne superni spectatoris iudicium ex silentio offendant. (f) Scriptum quippe est: *Audiat sonitus, quando ingreditur, aut egreditur sanctuarium in conspectu Domini, & non moriatur.* Sacerdos in tabernaculum ingrediens vel egrediens moritur, si de eo sonitus non auditur: quia iram contra se occulti judicis exigit, si sine praedicationis sonitu incedit. Aptae autem tintinnabula vestimentis pontificis describuntur inserta. Vestimenta etenim sacerdotis quid aliud, quam recta opera debemus accipere, Propheta attestante qui ait: *Sacerdotes tui induantur iustitiam:* vestimentis itaque illius tintinnabula insistent, & viam, cum linguae sonitu, ipsa quoque bona opera sacerdotis clament. Nos quis infirmi homines sumus, cum Deo de hominibus loquimur, debemus primum meminisse quid sumus: ut ex propria infirmitate pensemus, quo docendi ordine infirmos fratres consolemur. Consideremus igitur, quia aut tales sumus, quales nonnullos corrigimus: aut tales aliquando fuimus, etsi jam divina gratia operante non sumus: ut tanto eos temperantius corde humili corrigamus.

Gregorius in pastor. l. 1. Pastor.

Matt. 9.

Rom. 12.

Matt. 9.

End. 18.

Tal. 11.

Pa. Rev. l. 1. cap. 3.

Isa. 40.

(a) sed. (b) sic discrete sic utraque omnibus loquitur etc. (c) Gregorius qualiter prelati subditos docent, ac semetipsum discretam circumspeditione praevideant, Quia igitur etc. (d) ut enim... edocuit. Drusus hac omnia. (e) capitur. (f) Tota sequens peritodus usque ad Sacerdos etc. deest.

LIBER I.

ANNO CHRISTI 616.

mus, quanto nosmetipsos verius in his, quos emendamus, agnoscamus. Si nos sacerdotes tales nec sumus, nec fuimus quales adhuc illi sunt, quos emendare curamus: ne cor nostrum forte superbiat, & de ipsa innocentia in pejus ruat, quorum mala corrigimus, alia eorum bona nobis ante oculos revocemus: que si omnino nulla sunt, ad occulta Dei judicia recurramus. Quia sicut nos nullis meritis hoc ipsum bonum, quod habemus, accipimus: ita illis quoque potest gratia supernae virtutis infundere, ut excitati posterius, etiam possint ipsa bona quae nos ante accipimus, praeveneri. Quis enim crederet, quod per apostolatus meritum Saulus lapidatum Stephanum praecursurus erat, qui in morte eius lapidantium vestimenta servabat? His ergo primum cogitationibus humiliari cor debet, & tunc demum delinquentium iniquitates increpare.

XXV.

(a) Pro malo merito plebis, auferitur doctrina praedicationis: pro bono merito audientis, tribuitur sermo doctoris. In potestate divina consistit, cui velis Deus doctrinae verbum dare, vel cui auferre: & hoc aut pro dicentis, aut pro audientis fit merito, ut modo pro culpa plebis auferatur sermo doctoris, modo pro utilitate rectoris tribuatur. Nam & bonus docet bonum, & malus malum: & bonus malum, & malus bonum: quod tamen fit iuxta meritum populorum. Non omnia tempora congruunt doctrinae, secundum Salomonis sententiam dicentis: *Tempus tacendi, & tempus loquendi*. Non quidem per timorem, sed per discretionem, propter malorum incorrigibilem iniquitatem, nonnumquam electos oportet a doctrina cessare. Interdum doctores ecclesiae calore caritatis ardentem, conticefcunt a docendo, quia non est qui audiat, testante propheta: *Civitates Auster clausae sunt, & non est qui aperiat*. Qui docendi accipit officium, interdum ad tempus facta proxime taceat, quae statim corrigere nequequam exilomat. Nam si corrigere potest & dissimulat, verum est quod consensum erroris alieni habeat. Plerique sancti doctores pro mali pertinacia, quia iniquos emendare nequeunt, his tacere disponunt: sed calorem spiritus quo aguntur, ferre non sustinentes, iterum in increpationem profiliunt impiorum.

XXVI.

(b) Quod vero dicit Apostolus, ut nos formam debeamus exhibere fidelibus, quid valebit, si is cui vel exhortandi bonos, vel castigandi malos cura commissa est, bene vivendo se imitandum bonis exhibeat, & malos tacendo non arguat? Ad hoc enim (nisi me fallit opinio) sancte vivendum est sacerdoti, ne dicta sua repugnantibus factis evacuet. Si quod praedicat fieri debere, non faciat, aut si quod non facit, praedicare praesumpserit; nihil apud eos qui ejus vitam novere, proficiet. Quia ad hoc est ecclesiae Dei praepositus, ut non solum bene vivendo alios exemplo suo conversationis instituat, sed etiam fiducialiter praedicando singulis ante oculos peccata sua constituat: quae pena maneat duris, quae gloria obedientibus, ostendat, nullius salutem desperando contemnat, animas emendari nolentium plangat, imitatus Apostolum qui ait: *Ut iugem multos ex his qui ante peccaverunt, & non egerunt penitentiam*. Et iterum: *Quis infirmatur, & ego non infirmor? Quis scandalizatur, & ego non uror? Quapropter sciens quod si quibuslibet divitibus ac potentibus male*

164. l. 1. Stat. c. 41.

164. l. 1.

164. l. 1.

Prosperi. De vita contemplan. l. 1. c. 10. 2. 7. 8. 9.

1. Cor. 11.

1. Cor. 11.

viventibus parcat, aut foveat eos, perdat simul & pereat, & sancte debet vivere propter exemplum, & pie docere propter suae administrationis officium; certus quod ei nihil sua iustitia suffragetur: de cuius manu anima pereuntis exigitur. Quando quicumque alius perierit, quem nulla docendi necessitas manet, solus poenas sui sceleris dabit. Ille autem cui dispensatio verbi commissa est, etiam si sancte vivat, & tamen perdit viventem arguere aut erubescat, aut metuat, cum omnibus qui eo tacente perierint, perit. Ex quid ei proderit non puniri suo, qui puniendus est alieno peccato? Mentior, nisi hoc Dominus per Ezechielem prophetam sub cuiusdam terroris denuntiatione loquitur, dicens ad eum: *Es tu fili hominis, speculatorem dedi te domui Israel*. Nec hoc transeunter debemus audire, quod sacerdotem speculatorem appellat: ut sicut speculatoris est, de loco editiore prospicere, & plus omnibus contemplari, ita sacerdos debet esse propositi sublimitate celsior cunctis, ac majoris scientiae habere gratiam, qua possit sub se viventes instruere. Videamus jam quid divinus sermo contineat. *Radix*, *164. l. 1.* inquit, *sermonem ex ore meo, & annuntiabis eis ex me*: ut hoc dicat sacerdos, quod ex divina lectione didicerit, quod illi Deus inspiraverit, non quod praesumptione humani sensus invenerit. *Annuntiabis eis*, inquit, *ex me*. Ex me, & non ex te, mea verba loqueris eis: non est quod ex eis tamquam de tuis inseris: ex me, inquit, eis annuntia. Sed jam quid annuntiet, audiamus. *Si me dicente ad impium, Impie, morte morieris, non fueris locutus, ut se custodiat impius a via sua, ipse impius in iniquitate sua morietur: sanguinem vero ejus de manu tua requiram*. Quid expressius, quid apertius potest dici? Si impio, inquit, locutus non fueris, ut se ab impietate custodiat, & ille perierit: sanguinem ejus de manu tua requiram. Hoc est dicere: Si ei peccata sua non annuntiaveris, si eum non argueris, ut ab impietate sua convertatur, & vivat: & te qui non increpasti, & ipsum qui te tacente peccavit, flammis perennibus perdam. Quis rogo, tam saevi pectoris, quis tam ferreus erit, quem sententia ista non terreat? quis tam alienus a fide, qui dissentientiae illi non credat?

XXVII.

(c) Sunt nonnulli, qui solerti cura spiritualia praecipua perscrutantur: sed quae intelligendo penetrant, vivendo conculcant. Repente docent, quae non opere, sed meditatione didicerunt: & quod verbis praedicant, moribus impugnant. Unde fit, ut cum pastor per abrupta graditur, ad praecipitium grex sequatur. Per prophetam Dominus contra contemptibilem pastorum scientiam quaeritur dicens: *Cum ipsi limpidissimam aquam biberitis, reliquam pedibus vestris (d) conculcatis: & oves mea, quae conculcata pedibus vestris fuerant, pascebantur, & quae pedes vestri turbaverant, haec bibebant*. Aquam nempe limpidissimam pastores bibunt, cum fluenta veritatis recte intelligentes hauriunt. Sed eandem aquam perturbare, est sanctae meditationis studia male vivendo corrumpere. Aquam scilicet pastorum turbatam pedibus oves bibunt, cum subjecti quique non sentiunt verba quae audiunt, sed sola quae conspiciunt, exempla pravitate imitantur. Qui cum dicta sument, & per opera pervertuntur, quasi corruptis fontibus, in potibus lutum sumunt. Nemo amplius nocet in ecclesia, quam qui perverse agens,

Gregorius Pastor. l. 1. c. 10.

164. l. 1.

no-

(a) Iudici de Doctorum silencio. viventes tacendo non arguit. Quod vero ac. (d) turbabatis.

(b) Prosperi quod nihil prodest sacerdoti, etiam si bene vivat, & male Gregorius de Pastoribus non recte gradientibus. Sunt

ANNO  
CHRISTI  
816.

LIBER I.

nomen vel ordinem sanctitatis habet. Delinquentem namque hunc redarguere nullus praesumat: & in exemplum culpa vehementer extenditur, quando pro reverentia ordinis peccator honoratur. Qui ad sanctitatis speciem deductus, vel verbo ceteros destruit, vel exemplo, melius profecto fuerat, ut hunc ad mortem sub exteriori habita terrena acta constringerent, (a) quam sacra officia in culpa ceteris imitabilem demonstrarent: qui nimirum si solus caderet, utcumque huic tolerabilior inferni pena cruciaret. Saepe suscepta cura regiminis, cor per diversa iactuendo diverberat: & impar quisque invenitur ad singula, dum confusa mente dividitur ad multa. Unde quidam sapiens provide admonet, dicens: *Fili, ne in multis fias assus tui.* Quia videlicet nequaquam plene in uniuscujusque operis ratione colligitur, dum mens per diversa (b) sparsa partitur: cumque foras per insolentem curam trahitur, a timoris intimi soliditate vacuatur. Dum etiam mens in exteriorum sit dispositione sollicita, sui est solummodo ignara: & scit multa cogitare, se nesciens. Nam cum plus, quam necesse est, se exterioribus implicat, quasi occupata in itinere, obliviscitur quo tendebat: ita ut ab studio suae inquisitionis alienata, ne ipsa quidem, quae patitur, damna consideret, & per quanta delinquat, ignoret. Ezechias rex peccare se minime credidit, cum venientibus ad se alienigenis, cellas aromatum ostendit: sed in damnationem secuturae proles, ex eo iram iudicis pertulit, quod se licenter facere existimavit. Saepe enim dum multa suppetunt, dumque agi possunt, subjecti quae acta sunt, admirantur, in cogitatione se animus elevat, & plene in se iram iudicis provocat, quamvis per iniqua foras opera non erumpat. Intus quippe est qui iudicat, intus quod iudicatur. Cum ergo in corde delinquimus, latet homines quod apud nos agimus: sed tamen ipso iudice teste peccamus. Haec proferentes, non potestatem regiminis reprehendimus: sed ab appetitu illius cordis infirmitatem munimus, ne imperfecti quippe culmen arripere regiminis audeant: & qui in planis stantes titubant, in praecipiti pedem ponant. Caeus pastor est, qui supernae lumen contemplationis ignorat, qui praesentis vitae tenebris pressus, dum venturam lucem nequaquam dirigendo conspicit, quo gressum (c) operis ponat, nescit. Claudus vero rector est, qui quidem, quo pergere debeat, aspicit: sed per infirmitatem mentis, viam per se non valet tenere quam videt: quia ad virtutis statum dum fluxa consuetudine non erigitur, quo per desiderium incutitur, illuc gressus operis efficaciter non sequuntur. Parvo autem naso est, qui ad tenendam mensuram discretionis idoneus non est. Naso quippe odores fetoreque discernimus. Recte ergo per nasum discretio exprimitur, per quam virtutes eligimus, delicta reprobamus. Sed sunt nonnulli, qui dum aestimari se hebetes noluunt, saepe se in quibusdam inquisitionibus, plusquam necesse est, exercentes, ex nimia subtilitate falluntur. Unde hic quoque subditur: *Vos grandi & torto naso.* Nasus etenim grandis & tortus, est discretionis subtilitas immoderata. Quae dum plus, quam decet, excreverit, actionis suae rectitudinem ipsa confundit. Frasco autem pede vel manu est, qui viam Dei pergere omnino non valet, atque a bonis actibus funditus exors vacat: quatenus haec non ut claudus saltem cum infirmitate teneat, sed ab his omnimodo alienus existat. Gibbus vero est, quem

terrenae sollicitudinis pondus deprimit, ne unquam ad superna respiciat, sed solis his, quae in infimis calcantur, incedat. Qui etsi aliquando aliquid ex bono patriae caelestis audierit, ad hoc nimirum perversa consuetudinis pondere pragravatus, cordis faciem non attollit: quia cogitationis statum erigere non valet, quem terrenae sollicitudinis usus curvum tenet. Lippus namque est, cujus quidem ingenium ad agnitionem veritatis emicat, sed tamen hoc carnalia opera obscurant. In lippis quippe oculis pupillae sanae sunt: sed humore defluente infirmatae palpebrae grossescunt. Quae quia infusione crebra atteruntur, acies pupillae vitiat. Et sunt nonnulli, quorum sensum carnalis vitae operatio laeciat. B qui videre recta subtiliter per ingenium poterant, sed usu pravorum actuum caligant. Lippus itaque est, cujus sensum natura exacuit, sed conversationis pravitas confundit. Cui bene per angelum dicitur: *Collyrio inunge oculos tuos, ut videas.* Collyrio quippe oculos, ut videamus, inungimus, cum ad cognoscendam veri luminis claritatem, intellectus nostri aciem medicamine bonae operationis adjuvamus. Albuginem tolerans, nihil videt: albuginem habet sacerdos in oculo, qui veritatis lucem videre non sinitur, quia arrogantia sapientiae, sive iustitiae caecatur. Pupilla namque oculi nigra, videt: albuginem tolerans, nihil videt: quia videlicet sensus humanae cogitationis, si solum se peccatoremque intelligit, cognitionem intimae claritatis apprehendit: si autem candorem sibi iustitiae, sive sapientiae tribuit, a luce se supernae cognitionis excludit: & eo claritatem veri luminis nequaquam penetrat, quo se apud se per arrogantiam exaltat: sicut de quibusdam dicitur: *Dicentes enim se esse sapientes, stulti facti sunt.* Jugem vero habet scabiem in corpore, cui carnis petulantia sine cessatione dominatur in mente. In scabie etenim fervor vitium ad cutem trahitur, per quam recte luxuria designatur: quia si cordis tentatio usque ad operationem profilit, nimirum fervor intus usque ad cutis scabiem prorumpit. Et foris iam corpus (d) sauciat: quia dum in cogitatione voluntas non reprimitur: etiam in actione dominatur. Quasi enim cutis pruriginem Paulus curabat abstergere, cum dicebat: *Tentatio vos non apprehendat, nisi humana.* Ac si aperte diceret: Humanum quidem est, in corde tentationem perpeti: demoniacum vero est, tentationis certamine in operatione superari. Impetiginem quoque habet in corpore, quisquis avaritia vastatur in mente. Quae si in parvis non compescitur, nimium sine mensura dilatatur. Impetigo quippe sine dolore corpus occupat, & absque occupati tadio excrevens, membrorum decorem laedat: quia & avaritia captivam animam, dum quasi delibat, exulcerat: dum adipiscenda quaeque cogitationi obicit, ad inimicitias accendit: & dolorem in vulnere non facit, quia aestuanti animo ex culpa abundantiam promittit. Decore membrorum per impetiginem perditur, quia aliarum quoque virtutum per avaritiam pulcritudo depravatur. Et quasi totum corpus exasperat, quia per universa vitia animum supplantat, Paulo attestante qui ait: *Radix omnium malorum est cupiditas.* Ponderosus est, qui turpitudinem non exerceat opere, sed tamen ab hoc cogitatione continus sine moderamine gravatur in mente. Qui nequaquam usque ad opus quidem necessarium rapitur, sed ejus animus voluptate luxuriae, sine ullo re-

(a) quam

(b) Divsa sparsa.

(c) Divsa operis.

(d) scabies sauciat.

pugnationis (a) obstaculo, delectatur. Vitium A  
 LIBER I. quippe est ponderis, cum humor viscerum ad vi-  
 rilia labitur, quæ profecto cum molestia dedeco-  
 ris intumescunt. Ponderosus ergo est, qui totis  
 cogitationibus ad lasciviam delinens, pondus tur-  
 pitudinis gerat in corde. Et quamvis prava non  
 exerceat opere, ab his tamen non evellitur men-  
 te: nec ad usum boni operis in aperto valet au-  
 surgere, quia gravat hunc in abditiis pondus tur-  
 pe. Quisquis ergo quolibet horum vitio subigitur,  
 panes Domino offerre prohibetur: ne profecto  
 diluere aliena delicta non valeatis, quem ad-  
 huc propria devastant. Cum sacerdos non agit  
 bona quæ loquitur, ei etiam sermo subtrahitur,  
 ne loqui audeat quod non operatur, sicut per  
 Prophetam dicitur: *Peccatori autem dixit Deus, Quare tu enarras justitias meas, & assumis testa-  
 mentum meum per os tuum. (b) Unde etiam de-  
 precatur, dicens: Et ne auferas de ore meo ver-  
 bum veritatis usquequaque. Perpendit namque,  
 quod omnipotens Deus veritatis verbum facientibus  
 tribuit, & non facientibus tollit. Qui ergo  
 hoc de ore suo non auferri petiit, quid aliud  
 quam gratiam bonæ operationis quaesivit? Ac si  
 aperte diceret: A bono opere errare me non si-  
 nas, ne, dum amitto ordinem bene vivendi, re-  
 stitudinem perdam loquendi. Plerumque doctor  
 qui docere audeat quod negligit agere, cum de-  
 siderit bona loqui quæ operari contempsit, docere  
 subjectos incipit prava quæ agit: ut iusto omni-  
 potentis Dei iudicio, in bono jam nec linguam  
 habeat, qui habere bonam vitam recusat: qua-  
 tenus dum mens ejus terreno amore incenditur,  
 de terrenis rebus semper loquatur. Unde in e-  
 vangelio veritas dicit: *Ex abundantia enim cordis  
 os loquitur. Bonus homo de bono thesauro profert  
 bona, & malus homo de malo thesauro profert ma-  
 la. Hinc & Joannes ait: Ipsi de mundo sunt, ideo  
 de mundo loquuntur.**

XXVIII.  
 (c) Recolite ergo, quania & qualia, me au-  
 dientem atque probante, dicere solebatis de admi-  
 nistratione pontificis, qui, populi sibi commissi  
 cura posthabita, ardentius bona præsentia deside-  
 rat, quam futura: & oblitus quod non solum  
 de se, sed etiam de grege sibi credito, rationem  
 pastorum pastorum omnium reddet, sua suorumque  
 detrimenta non cogitat. Quem non delinquentium  
 peccata contristant, nec proficientium bona  
 lætificant, sed de se tantum, plerumque autem  
 nec de se omnino sollicitus, quid a suis boni ma-  
 litive geratur, ignorat. Qui non prædicat perseve-  
 rantiam justis, penitentiam pravis, contemptum  
 mundi converfis, futuras penas averfis. Qui non  
 potest dicere contemptoribus admonitionis suæ,  
 Futurum egerate iudicium, quod ipse forte non  
 cogitat. Amatoribus mundi, Nolite diligere mun-  
 dum, si eum mundi amor oblectat. Ambitiosus,  
 Ambitioni jam finem imponite, si eum ambitio  
 ruitosa præcipitat. Ebriosus, Ebrietatem cavete,  
 si te mero utque ad alienationem mentis ingur-  
 gitat. Sumpuosis dapibus gravidus, non potest  
 suis abstinentiam laudare, quam calcata Vitio cu-  
 piditatis addidit, cupidus amorem non potest dis-  
 suadere pecuniæ. Inimicitiarum tenax, non vale-  
 bit animos dilidentium sacerdotali tranquillitate  
 componere. Justitiam prædicare iudicibus erube-  
 scit, quam ipse personæ potentis favore corrup-  
 pit: nec defendit oppressos, si personas aut hono-

rat, aut despicit: & quidquid boni non facit, aut  
 mali committit, nec jubebit fieri, nec vetabit: ANNO  
 quia necessariam docendi auctoritatem, contrarie- CHRIS 71  
 tate suæ adionis, aut amittit aut minuit. 866.

XXIX.  
 (d) Incerdum doctoris vita etiam ipsa verax  
 doctrina vitescit: & qui non vivit sicut docet,  
 ipsam quam prædicat, veritatem contemptibilem  
 facit. Arcus perversus est lingua magistrorum do-  
 centium bene, & viventium male: & ideo quasi  
 ex perverso arcu sagittam emittunt, dum suam  
 pravam vitam propria lingua idem confodiunt.  
 Qui bene docet, & male vivit, tamquam æs, aut  
 cymbalum, sonitum facit aliis, ipse tamen sibi  
 manet insensualis. Qui bene docet, & male vivit,  
 quod docet, bene viventibus proficit: quod vero  
 male vivit, se ipsum occidit. Sicut sacerdos, qui  
 si digne se agit, ut sacerdotem decet, ministerium  
 ejus & ipsi & aliis utile est. Indigne autem vi-  
 vens, aliis quidem utilis est loquendo, se autem  
 interficit prave vivendo. Ac per hoc, quod in  
 illo mortuum est, proprium ejus est: quod vero  
 vivit in eo, id est, sacrum ministerium, alienum  
 est. Qui bene docet, & male vivit, videtur ut  
 cereus, qui aliis bonam novit lucem præstare, se  
 vero in malis suis consumere atque extinguere.  
 Qui bene docet, & male vivit, videtur bonum  
 malo conjungere, lucem tenebris miscere, verita-  
 tem mendacio mutare.

XXX.  
 (e) Sæpe per quos iustitia docetur, per ipsos  
 peccati morbus irrepit, & mors ad plebes per-  
 transit: scilicet vel dum mala docent, vel dum  
 faciunt prava. Plerique sacerdotes & clerici prave  
 viventes, foras ceteris in malum existunt,  
 qui in bonis exemplum esse debuerunt. Hi enim  
 quoscumque exemplo malæ conversationis suæ  
 perdunt, de illis rationem sine dubio reddaturi  
 sunt. Ex carnalium præpositorum exemplo, ple-  
 rumque fit vita deterior subditorum: & plebis  
 merito fiunt tales sacerdotes, qui exemplo dete-  
 rioris populum destruant, non ædificent. Ex me-  
 rito enim plebis nonnunquam episcopi depravan-  
 tur, quatenus proclivius corruiant qui sequuntur.  
 Capite languescente, cetera corporis membra in-  
 sciuntur. Unde & scriptum est: *Omne caput lan-  
 guidum, & omne cor marens, a planta pedis usque  
 ad verticem non est in eo sanitas. Caput enim lan-  
 guidum, doctor est agens peccatum: cujus ma-  
 lum ad corpus pervenit, dum eo vel peccante,  
 vel prave docente, pestifer languor ad plebes sub-  
 ditas transit. Deteriores sunt, qui sive doctrinis,  
 sive exemplis vitam moreque bonorum corrup-  
 punt, his qui substantias aliorum prædiazque di-  
 ripiunt. Hi enim ea quæ extra nos, sed tamen  
 quæ nostra sunt, auferunt. Corruptores vero mo-  
 rum, proprie non ipsos diripiunt: quoniam di-  
 vitiaz hominum iustorum, mores eorum sunt.  
 Multum ergo distant damna morum, a damnis  
 temporalium rerum, dum ista extra nos sunt,  
 E mores vero in nobis.*

XXXI.  
 (f) Providentia plerumque divini consilii ordi-  
 nantur præpositi, mundana & exteriora sectantes,  
 ut dum temporalibus rebus se totos impendant,  
 spirituales tutiorem vitam contemplationis exer-  
 ceant. Quia dura sunt quiete vivere volentibus  
 sarcinæ curarum episcopaliū, providet sæpe Deus  
 curis deditos secularibus ad susceptionem regimi-  
 nis:

(a) Simile (b) unde & Psalmista deprecatur &c. (c) Prosperi de negligentia sacerdotis, qui de  
 dicitur suæ negligentia personam implere non potest doctoris, Recolite ergo &c. (d) Isidori de his qui bene do-  
 cent, & male vivunt. (e) Item Isidori de exemplis malorum sacerdotum, Sæpe per quos iustitia &c.  
 (f) Item Isidori de præpositis carnalibus, Providentia &c.

ANNO CHRISTI 824

LIBER I

nis: ut dum hi exteriora sine iudicio procurant, A  
 spiritalis rebus interioribus sine impedimento re-  
 rum terrenarum deserviant. Dei ergo ordinem  
 acculant, a quo instituntur, qui episcopos con-  
 demnant, dum minus spiritualia, sed magis terrena  
 sectantur. Ex divina enim constat tabernacu-  
 li dispositione, ob injurias mundi ferendas, &  
 turbines quosdam insulit episcopos, secularibus  
 curis insistentes: ut hi qui interiora superna desi-  
 derant, nullo terreno obliuente negotio, liberius  
 hoc quod amant, intendant. Non est itaque ju-  
 dicandus a plebe rector inordinatus, dum magis  
 noveriat populi, sui fuisse meriti, perverſi regi-  
 men suscepisse pontificis. Nam pro meritis ple-  
 bium, disponitur a Deo vita rectorum. Exem-  
 plo David (a) peccant, ad comparationem prin-  
 cipum, qui ex merito plebis praevaricantur. Sen-  
 tentia damnantur Cham filii Noe, qui suorum  
 praepositorum culpas in publico produnt, sicut  
 Cham qui patris pudenda non operuit, sed deri-  
 denda monstravit. Habituri sunt Sem meritum  
 & Japhet, qui reverenter operiantur quae patres  
 suos excessisse cognoscunt, si tamen patrum facta  
 non diligant, sed tantum operiant, nec imiten-  
 tur. Nam sunt qui praepositos suos perverſe ju-  
 dicant, dum terrenis studiis eos plus viderint esse  
 intentos, si vel parum jam ipsi de spiritalibus  
 cognoverint. Rectores ergo judicandi a Deo sunt,  
 a suis autem subditis nequaquam judicandi sunt,  
 exemplo Domini, qui per se vendentes columbas  
 & nummulariorum measas proprio evertit flagello,  
 & projecit a templo vel etiam sicut dicit Psal-  
 mista: *Deus stetit in synagoga deorum, in medio au-  
 tem deus discernit.* Quod si a fide exorbitaverit re-  
 ctor, tunc erit arguendus a subditis. Pro moribus  
 vero reprobis tolerandus magis, quam distringen-  
 dus a plebe est.

XXXII.

Prosp. De vita con. tom. I. l. c. 22.

(b) Sed nos praesentibus delectati, dum in hac  
 vita commoda nostra & honores inquirimus, non  
 ut meliores, sed ut ditiores, nec ut sanctiores,  
 sed ut honoratiores sumus, ceteris praesente festi-  
 namus. Nec gregem Domini, qui nobis pascen-  
 dus tuncque commissus est, sed nostras volu-  
 ptates, dominationem, divitias, & cetera blandi-  
 menta carnaliter cogitamus. Pastores dici volu-  
 mus, nec tamen esse contendimus. Officii nostri  
 vitamus laborem, appetimus dignitatem. Immun-  
 dorum spirituum seras a grege discerando non  
 pellimus: & quod eis remanserit, ipsi consumi-  
 mus, quando peccantes divites vel potentes, non  
 solum non arguimus, sed etiam veneramus, ne  
 nobis aut munera solita offensus non dirigant, aut  
 obsequia desiderata subducant. Ac si muneribus  
 eorum, & obsequiis capti, (c) immo per haec il-  
 lis additi, loqui eis de peccato suo, aut de futu-  
 ro iudicio formidamus: Et ideo minaciter super-  
 biam nostram divinus sermo contudit, sed nos-  
 ter auditus nihil, unde proficiamus, admittit;  
 quia praesentis vitae capti dulcedine, quae poena  
 negligentiam nostram maneat in aeternum, no-  
 lumus cogitare. In pastores ergo ista dicuntur,  
 de quorum nobis inani appellatione blandimur:  
*Hae dicit Dominus Deus: Va pastoribus Israel, qui  
 pascebant semetipsos. Nunc greges pascentur a pa-  
 storibus? Lac comedebatis, & lana operiebimini.  
 Quod crassum erat, occidebatis, gregem autem meum  
 non pascebatis: quod infirmum fuit, non consolida-  
 stis: & quod aegrotum, non sanastis: quod fractum  
 est, non alligastis: & quod abjectum, non reduxistis:*

Exph. 14.

quod perierat, non quaesistis: sed cum austeritate im-  
 parabatis eis, & cum potentia: & dispersa sunt oves  
 meae, eo quod non esset pastor, & facta sunt in de-  
 covationem omnium bestiarum agri. Et paulo post:  
*Propterea pastores, audite verbum Domini. Vt oves  
 ego, dicit Dominus Deus, quia pro eo quod facti  
 sunt greges vestri in rapinam, & oves meae in de-  
 covationem omnium bestiarum agri, eo quod non es-  
 set pastor: neque enim quaesierunt pastores gregem  
 meum, sed pascebant pastores semetipsos, & gregem  
 meum non pascebant. Propterea, pastores, audite  
 verbum Domini: Haec dicit Dominus Deus: Ecce ego  
 ipse super pastores requiram gregem meum de ma-  
 nu eorum, & cessare faciam eos, ut ultra non pa-  
 scant gregem, nec pascant amplius pastores semet-  
 ipsos. Quis ad haec non contremiscat? Quis illa  
 sine intolerabili metu futuram examinationis acci-  
 pit, nisi qui aut non intelligit, aut futura non  
 credit? Sed quia omnia quae Deus observari vo-  
 luit, tam aperta posuit, & ita sui nominis aucto-  
 ritate firmavit, ut ea facilius (quod didi quoque  
 nefas est) contemnamus, quam nos non intelli-  
 gere, vel non credere, tam aperta & divina si-  
 gamus, quando audimus, Haec dicit Dominus, quis  
 non futurum esse credat, quod dicit Dominus,  
 nisi qui Deo non credit? Quod autem dicit, *va  
 pastoribus*: istud vix pro maledicto poni, & pasto-  
 rum nomine nos significari, quis non intelligat,  
 nisi qui futurum non cogitat? Greges Domini  
 pascentes pastores facti suscipimus, & nos ipsos  
 pasci aus, quando non gregum utilitati prospici-  
 mus, sed quid foreat & augeat nostras volupta-  
 tes, attendimus. Lac & lana ovium Christi, vi-  
 delicet oblationes quotidianas ac decimas fidelium,  
 gaudentes accipimus, & curam pascentorum gre-  
 gum ac reficiendorum, a quibus perverſo ordine  
 volumus pasci, (d) deponimus. Non sanamus spi-  
 rituali consilio peccatis infirmum: non sacerdotali  
 ope consolidamus, aut reficimus diversis tribula-  
 tionibus stadium: non ad viam salutis revocamus  
 errantem: non requirimus sollicitudine pastorali  
 venie desperatione jam perditum: ad hoc tantum  
 potentes effecti, ut nobis in subiectos dominatio-  
 nem tyrannicam vindicemus, non afflictos contra  
 violentiam potentum, qui in eos feratim more  
 Divinum, defendamus. Iude est quod non tam a  
 potentibus hujus mundi, quam a nobis (quod pe-  
 jus est) nonnulli graviter fatigati depereunt, quos  
 se de manu nostra Dominus requisitum terri-  
 biliter comminatur, dicens: *Requiram oves meas  
 de manu pastorum, & cessare eos faciam, ut ultra  
 jam non pascant greges meos: Quod quid est ali-  
 ud, quam pastores, qui semetipsos, non greges  
 meos pascent, sublimitate sui dignitatis expolia-  
 bo, & inter reprobos, quia honorem suum no-  
 luerunt custodire, projiciam? Horum & his si-  
 milium consideratione perterritus (e) Propheta:  
*Timor & tremor, inquit, venerunt super me, &  
 contremuit me peccatorum meorum treabra. Et di-  
 xi, quis dabit mihi pennas sicut columba, & vola-  
 bo, & requiescam? Et hoc est totum, propter  
 quod imperitiae mex ac futuri finis recordatus in-  
 gemui, & voti sacra episcopatus mei deposita,  
 elongare fugiens, & manere in solitudine, & ibi  
 expectare Dominum, qui saluum me faceret a pu-  
 sillanimitate mea, & ab ipsa intolerabili mihi  
 sollicitudine tempore.***

7/ab. 14.

XXXIII.

(f) Iracundi doctores, per rabiem furoris, di-  
 scipulas modum ad immanitatem crudelitatis con-  
 ver-

16/dec. 1. 2  
Sicut c. 9.

(a) David peccantis (b) Prosp. in hunc descriptio carnaliter viventium sacerdotum, Sed nos praesentibus  
 (c) immo... addidit, de suis omnia (d) negligimus. (e) propheta dixit (f) Iracundi doctores &c.

LIBER I.

vertunt: & unde emendare subditos poterant, inde potius vulnerant. Ideo sine mensura ulciscitur culpas propositis iracundas. quia cor ejus dispersum in rerum curis, non colligitur in amorem unius deitatis. Mens enim soluta in diversis, catena caritatis non adstringitur: sed male laxata, male ad omnem occasionem movetur.

XXXIV.

(a) Omnis spiritalis zelus doctoris, animum frigit: quia valde cruciatur, dum infirmos quosque aeterna deserere, & rebus temporalibus delectari conspiciit. Nullum quippe omnipotenti Deo tale est sacrificium, quale est zelus animarum, sicut Psalmista ait: *Zelus domus tua comedit me*. Paulus apostolus zelo animarum cruciatus, dicebat: *Quis infirmatur, & ego non infirmor? Quis scandalizatur, & ego non uror?* Ipsam suam cor, quod animarum zelo succenderat, quid aliud quam quasi sarragine fecerat, in qua amore virtutum contra vitia ardebat? Quod enim urebatur, sarrago erat. Inardescere enim & coquebatur, quia incendebatur amaritudine, sed virtutum alimenta preparabat ex sua afflicta cogitatione. Sed quid est quod Ezechiel propheta eandem sarragine inter se & civitatem murum ferream ponit, nisi quod idem fortis zelus, qui nunc in mente doctoris agitur, in die extremi iudicii inter eum & animam quam a vitis zelatur, testis est? ut & si audire is qui docetur noluerit, doctor tamen pro zelo quem exhibet, de auditoris negligentia reus non sit? Murum ergo ferream propheta inter se & civitatem ponit, quia in ultionis tempore, inde doctor a damnationis periculo munitur, unde nunc per zelum custodiam cordis frizuram patitur. Quantum vero frizura cordis, quae spiritali zelo agitur, omnipotenti Deo placeat, aperte ostenditur, cum offerri per legem similia in sacrificium jubetur. Scriptum quippe est: *In sarragine oleo confusa frigitur, offerretque eam calidam in odorem iustissimum Domino sacerdos, qui patri iure successerit, & tota cremabitur in altari*. Tunc similia in sarragine frigitur, cum munda mens iusti per zeli sancti ardorem crematur. Quae confusa oleo percipitur, id est caritatis misericordia miseri, quae in conspectu omnipotentis Dei ardet & lucet. Conspargatur ergo oleo mens, quem in sarragine frigitur: quia sancti zeli districtio necesse est ut ex misericordiae virtute & ardeat & clarescat. Amat enim eundem ipsum, quem iniqui videtur. Unde & calida in odorem suavissimum Domino offerri praecipitur: quia si amorem zelus non habet, ea quae de sarragine offeruntur, calorem similia amisit. Notandum valde est, quis similia offerre praecipitur, videlicet sacerdos qui patri iure successerit. Ille enim omnipotentis Domini filium moribus demonstrat, atque a nobilitate intima operum suorum ignobilitate non discrepat. Quae in altari tota cremari praecipitur, ut videlicet holocaustum fiat. Similia itaque in sarragine, est munda mens iusti in zeli spiritalis afflictione, quae per sollicitudinem animarum frigitur: & non solum sacrificium, sed etiam holocaustum Domino esse deputatur. Sumamus igitur sarragine ferream, & ponamus eam murum ferream inter nos & civitatem, id est, assumamus zelum fortem, ut inter nos & auditoris nostri animum inveniamus hanc postmodum fortem munitionem. Tunc enim hunc murum ferream inventuri sumus, si nunc eum fortiter tenemus, videlicet docendo, custodiendo, suadendo, incre-

pando, mulcendo, terrendo, aliquando leniter, aliquando vero & severius agendo. De qua severitate per Ezechielem recte subditur: *Et observabis faciem tuam ad eam, & eris in obsidionem*. Quid est, obfirmare faciem ad Jerusalem in latere descriptam, nisi ut ei animae, cui caelestis pacis visionem doctor demontiat, si adhuc eam infirmari in suis actibus conspiciit, remissioem & clementioem se minime ostendat? Unde scriptum est: *Filia tibi sunt? serena corpus illarum, & non ostendas hilarem faciem tuam ad illas*. Infirma quippe animae, atque appetitui mundi dedita, aliquando melius ex severitate servantur, ut obfirmata facies, id est, per severitatis custodiam ab omni spe frivola remissionis abducta, inconstantem animam terreat, atque a delectatione vitiorum, districtioem vigore constringat. Quod cum a doctore agitur, semper necesse est, ut dulcedo & humilitas in corde teneatur; quatenus & multum amet, & nunquam contra eum per elationem superbiat: cui tamen amorem suum & humilitatem pro utilitate ejus proderet recusat. Sequitur: *Et circumdabis eam*. Circumdat doctor auditoris animam, cum in omne quod in hac vita agitur, tentationum laqueos apponi posse demontiat; ut dum ubique sit mens pavida, ubique circumspicere, quanto timidior, tanto vigilantior vivat. Ipse namque zelus rectitudinis, dum inquietudine mentem agitat, ejus mox aciem obsecurat, ut altiora in commotione non videat, quae bene prius tranquilla cernebat. Sed inde subtilius ad alta reducitur, unde ad tempus, ne videat, reverberatur. Nam ipsa recti simulatio, (b) aeterna post paullulum in tranquillitate largius aperit, hic interim per commotionem claudit: & unde mens turbatur ne videat, inde proficit, ut ad videndum verius clarescat. Sicut infirmanti oculo cum collyrium immittitur, lux penitus negatur: sed inde eam post paullulum veraciter recipit, unde hanc ad tempus salubriter amittit. Numquam vero commotioni contemplatio jungitur; nec praevalet mens perturbata conspiciere, ad quod vix tranquilla valet inhiare: quia nec solis radius cernitur, cum commota nubes caeli faciem obducunt, nec turbatus fons recipiens imaginem reddit, quam tranquillous (c) proprie ostendit: quia pro ejus unda palpat, eo in se speciem similitudinis obscurat. Sed cum per zelum animus movetur, curandum summo est, ne haec eadem, quae instrumento virtutis assumitur, menti ira dominetur: nec quasi domina premeat, sed velut ancilla ad obsequium parata, a rationis tergo nunquam recedat. Tunc enim robustius contra vitia erigitur, cum subdita rationi famulatur. Nam quantumlibet ira ex zelo rectitudinis surgat, si immoderata mentem vicerit, rationi protinus servire contemnit. Et tanto se impudentius dilatat, quanto impatientiam vitium virtutem putat. Unde necesse est, ut hoc ante omnia, qui zelo rectitudinis movetur, attendat, ne ira extra mentis dominium transeat, sed in ultione peccati tempus modumque considerans,urgentem animi perturbationem subtilius retractando restringat, animositatem reprimat, & motus fervidos sub equitate disponat: ut eo fiat justior ultor alienus, quo prius extitit vidor suus. Qui zelo rectitudinis movetur, sic culpas delinquentium corrigat, ut ante ipse qui corrigit, per patientiam crescat, ut fervorem suum transcendendo dijudicet, ne intemperanter excitatus, ipso zelo rectitudinis longe a rectitudine aberret.

XXXV.

(a) De zelo Pastoris officii Gregorius, Omnis spiritalis &amp;c.

(b) interna

(c) propria.

ANNO CHRISTI 824. Prologo de vita contemp. pl. I. c. 9.

XXXV.

(a) Expedit facultates ecclesiam possideri & proprias perfectionis amore contemni. Non enim proprias sunt, sed communes, ecclesiam facultates. & ideo quisquis omnibus, quos habuit, dimissis aut venditis, sic rei sum contemptor, cum prepositus fuerit factus ecclesiam, omnium quos habet ecclesiam efficitur dispensator. Denique sanctus Paulinus, (ut ipsi melius notis) ingentia pradia quos fuerant sua, vendita pauperibus erogavit. Sed cum postea factus fuisset episcopus, non contemptor ecclesiam facultates, sed fidelissime dispensavit. Quo facto satis ostendit, & propria debere propter perfectionem contemni, & sine impedimento perfectionis, posse quos sunt communia ecclesiam possideri. Quid sanctus Hilarius? Nonne & ipse omnia sua, aut parentibus reliquit, aut vendita pauperibus erogavit? Is tamen, cum merito perfectionis sum feret ecclesiam Arelatenis episcopus, quod illa tunc habebat ecclesiam non solum possedit, sed etiam acceptis fidelium numerosis hereditatibus ampliavit. Isti ergo tam sancti, tamque perfecti pontifices, factis evidentibus clamant, posse & debere fieri quod fecerunt. Qui utique homines tam secularium, quam divinarum litterarum sine ambiguitate doctissimi, si scirent res ecclesiam debere contemni, nunquam eas haberent qui omnia sua reliquerant. Unde datur intelligi, quod tales ac tanti viri, qui volentes fieri Christi discipuli, renuntiaverunt omnibus quos habebant, non ut possessores, sed ut procuratores, facultates ecclesiam possidebant. Et ideo scientes nihil aliud esse res ecclesiam, nisi vota fidelium, pretia peccatorum, & patrimonium pauperum, non eas vendicaverunt in usus suos, ut proprias; sed ut commendatas, pauperibus dividerent. Hoc est enim possidendo contemere, non sibi, sed aliis possidere, nec habendi cupiditate ecclesiam facultates ambire, sed eas pietate subveniendi suscipere. Quod habet ecclesiam, cum omnibus nihil habentibus habet commune. Nec aliquid inde eis, qui sibi de suo sufficiunt, erogat: quando nihil aliud sit habentibus dare, quam perdere.

XXXVI.

(b) Sacerdotes pro populorum iniquitate damnantur, si eos aut ignorantes non erudiant, aut peccantes non arguant, testante Domino ad prophetam: Speculatorem domus Israel dedi te. Si non fueris locutus, ut se custodias impius a via sua, ille in iniquitate sua morietur; sanguinem vero ejus de manu tua requiram. Sic enim Heli sacerdos pro filiorum iniquitate damnatus est, licet eos delinquentes admonuit, sed tamen non ut oportebat redarguit. Sacerdotes exquirere debent peccata populorum, & sagaci sollicitudine unumquemque probare juxta testimonium Domini ad Jeremiam loquentis: Probatores, inquit, dedi te in populo meo robustum: & scies, & probabis vias eorum. Sacerdotes studio corrigendi facta pericruti debent subditorum, ut emendatos lucrifacere possint. Sicut autem peccatorem convenit argui, ita justum non exulcerari. Sacerdotes curam debent habere de his qui pereunt, ut sacerdotali redargutione aut corrigantur a peccatis, aut si incorrigibiles existunt, ab ecclesia separentur. Atrociter arguantur, qui decipiendo peccantes, non solum non arguant pro peccato, sed etiam adulatorie decipiunt, dicente propheta: Et erant qui beatificabant populum istum, seducendo: &

Aqui beatificantur, precipitati. Atrociter iterum arguantur, qui peccantem non recipiunt, sed despicunt & spernunt, nec alterius delictum, tamquam proprium, ingemiscunt. De talibus per Isaiam Dominus comminans, dicit: Qui dicunt, recede a me: non appropinques mihi, quia immundus es, isti sumus erunt in furore meo, ignis ardens tota die. Inde est quod & apostolus omnibus omnia factus est, non imitatione erroris, sed compassionis miseratione, scilicet ut ita vitia aliena fieret, quemadmodum si tali & ipse implicaretur errore. Boni pastores populi debent delicta detestari, & totos se plandibus tradere, imitantes Jeremiam prophetam dicentem: Quis dabit capiti meo aquam, & oculis meis fontem lacrymarum, & plorabo die ac nocte interfectos populi mei? Tamquam propria igitur delicta, plebis peccata sacerdos flere debet: sed affectu compatiendi, non actione commissi. Nonnulli presules gregis, quosdam pro peccato a communione ejiciunt, ut poeniteant: sed quali sorte vivere debeant, ad melius exhortando non visitant. Quibus coargue increpans sermo divinus comminatur: Pastores qui pascunt populum meum, vos dispersistis gregem meum: ejecistis, & non visitastis eos. Ecce ego visitabo super vos malitiam fidorum vestrorum. Bonorum studia sacerdotum, multa diligentia etiam parva plebium facta perquirunt: ut dum, in minimis subditorum peccatis se acerrimos praestant, de majoribus malis cautos sibi subditos, ac sollicitos faciant. Sicut medici morbos imminentes curandos suscipiunt, futuros vero, ne irrepant, medicinis objectu quadam praesentia antecedunt: ita & doctores boni sic ea, quae male acta sunt, reserant, ut ea quae admitti possunt, ne perpetrentur, doctrina sua succurrente praeveniant. Qui blando sermone castigatus non corrigitur, acris necesse est ut arguatur. Cum dolore enim abscindenda sunt, quae leniter sanari non possunt. Admonitus secretim si corrigi de peccato negligit, ut valens quod occulte sanari nescit, manifeste debeat emendari. Manifesta peccata non sunt occulta correctione purganda. Palam enim sunt arguendi, qui palam nocent, ut dum aperta objurigatione sanantur, hi qui eos imitando deliquerant, corrigantur. Dum unus corripitur, plurimi emendantur. Necesse est enim, ut pro multorum salvatione unus condemnatur, quam pro unius licentia multi periclitentur. Ita erga delinquentem sermo si proferendus, sicut ejus qui corripitur exoptulat salus. Quod si opus est aliquam medicamentum salutem verbo increpationis aspergere, lenitatem tamen corde opus est retinere. Doctores nonnumquam duris sermone increpationibus subditos, qui tamen a caritate eorum quos corripunt, non recedunt. Saepe ecclesiam censura arrogantibus videtur esse (c) superbia: & quod a bonis pie fit, crudeliter fieri putatur a pravis: quia non discernunt recto oculo, quod a bonis recto fit animo. Notandum ab omni pontifice vehementer, ut tanto cautius erga commissos agat, quanto durius a Christo iudicari formidat. Nam sicut scriptum est, in qua mensura mens fueritis, remetietur vobis. Quotidie namque omnes delinquimus, & in multis erroribus labimur. Qui enim in nostris delictis clementes sumus, in alieno peccato rigorem tenere nequam debemus. Multi aliorum vitia cernunt, sua non aspiciunt, & cum ipsi maximis criminibus obnoxii teneantur, minora peccata fratribus non di-

164011 1. Sem. c. 44. 164011 1. 164011 1. 164011 1. 164011 1.

(a) Prosperi quod Sacerdotes nihil proprium habeant, & Ecclesiam facultates, tamquam communes, utpote Deo rationem reddituri servare debeant, Expedit facultates etc. quunt. Sacerdotes etc. (c) superbia Concil. General. Tom. XIV.

LINER I.

ANNO CHRISTI 816.

dimittunt. Hypocritas trabem in oculo suo confitentem non sentiunt, & haerentem festucam in lumine fratris intendunt. Facilius reprehendimus vitia aliena, quam nostra. Nam saepe quae perversa in aliis judicamus, in nobis nocibilia esse minus sentimus: & quod in aliis reprehendimus, agere ipsi non erubescimus. Facilius vitia uniuscujusque, quam virtutes, intendimus: nec quid boni quisque gesserit cupimus agnoscere, sed quid mali egerit, perscrutamur.

XXXVII.

(a) Praedicatorum sancti, qui districtum Dei iudicium metuunt, animarum iudices sunt: & alios damnant & liberant, qui semetipsos damnari metuebant. Horum profecto nunc in ecclesia episcopi locum tenent: solvendi atque ligandi auctoritatem suscipiunt, qui gradum regiminis sortiuntur. Grandis honor pontificalis, sed grave pondus istius est honoris. Durum quippe est, ut qui nescit tenere moderamina vitae suae, iudex vitae fiat alienae. Plerumque contingit, ut ipse iudicii locum teneat, cui ad locum vitae minime concordat. Ac proinde saepe agitur, ut vel damnet immeritos, vel alios ipse ligatos solvat. Saepius in solvendis ac ligandis subditis suae voluntatis motus, non autem caussarum merita sequitur. Unde fit, ut ipsa & ligandi & solvendi potestate se privet, qui haec pro suis (b) voluntatibus, & non pro subditorum meritis, exercet. Saepius fit, ut erga quemlibet proximum odio vel gratia moveatur pastor. Judicare autem digne de subditis nequeunt, qui in subditorum causis sua vel odia, vel gratiam sequuntur. Unde recte per prophetam dicitur: *Mortificabant animas quae non moriuntur, & vivificabant animas quae non vivunt.* Non morientem quippe mortificat, qui iustum damnat: & non viduum vivificare nititur, qui reum a supplicio absolvere conatur. Deus omnipotens, ut nos a praecipitata sententiae prolatione compelleret, cum omnia nuda & aperta sint oculis eius, mala tamen Sodomorum noluit audita iudicare, qui ait: *Clamor Sodomorum & Gomorrae multiplicatus est, & peccatum eorum aggravatum est nimis. Descendam & videbo, utrum clamorem qui venit ad me, opera compleverint, an non est ita, ut sciam.* Omnipotens itaque Dominus, & omnia sciens, cur ante probationem quasi dubitat, nisi ut gravitatis nobis exemplum proponat, ne mala hominum ante praesumamus credere, quam probare. Quid hoc exemplo nisi nos admonemur, ne ad proferendam sententiam unquam praecipites esse debeamus, ne temere indiscussa iudicemus, ne quolibet mala audita nos moveant, ne passim dicta sine probatione credamus? Causae ergo pensandae sunt, & tunc ligandi atque solvendi potestas exercenda. Videndum est, quae culpa praecessit, aut quae sit poenitentia secuta post culpam: ut quos omnipotens Deus per compunctionis gratiam visitat, illos pastoris sententia absolvat. Tunc enim vera est absolutio praesidentis, cum interni arbitrium sequitur iudicis. Quod bene quattuordecim mortui resuscitatio illa significat: quae videlicet demonstrat, quia prius mortuum Dominus vocavit & vivificavit, dicens: *Lazare, veni foras:* & postmodum is, qui vivus egressus fuerat, a discipulis est solutus, sicut scriptum est: *Cumque egressus esset qui solverat ligatus in hincis, tunc dixit discipulis suis: Solvite eum, & sinite eum, scilicet ut pastoris ecclesiae ei poenam debeant amovere quam meruit, qui non erubuit confiteri quod fecit. Sub*

magno moderamine pastores ecclesiae, vel solvere studeant, vel ligare. Sed utrum iuste an iniuste obliget pastor, pastoris tamen sententia regi timenda est, ne is qui subest, & cum iniuste forsitan ligatur, ipsam obligationis sui sententiam ex alia culpa mereatur. Pastor itaque quisque vel absolvere indiscrete timeat, vel ligare. Is autem qui sub manu pastoris est, ligari timeat vel iniuste, nec pastoris sui iudicium temere reprehendat, ne etiam iniuste ligatus est, ex ipsa tumida reprehensionis superbia, culpa quam non erat, fiat.

XXXVIII.

(c) Nonnulli episcoporum, donum accepti Spiritus in usum solent negotiationis inflectere, & miraculorum signa ad avaritiae obsequium declinare. Hinc est enim, quod Simon per impositionem manus edita miracula conspiciens, percipere donum Spiritus sancti per pecuniam voluit: scilicet ut deterius venderet, quod male comparasset. Hinc redemptor noster flagello de resticulis facto, de templo turbas eiecit, cathedras vendentium columbas evertit. Columbas quippe vendere, est impositionem manus, qua Spiritus sanctus accipitur, non ad vitae meritum, sed ad praemium dare. Sed sunt nonnulli, qui nummorum quidem praemia ex ordinatione non accipiunt, & tamen sacros ordines pro humana gratia largiuntur, atque de largitate eadem laudis solummodo retributionem querunt. Hi nimirum, quod gratis acceptum est, gratis non tribuunt: quia de impenso officio sanctitatis, nummum favoris expetunt. Unde bene, cum iustum virum describeret Isaias propheta, ait: *Qui excussit manus suas ab omni munere.* Neque enim dicit, *Qui excussit manus suas a munere,* sed adiunxit, *ab omni:* quia aliud est munus ab obsequio, aliud munus a manu, aliud munus a lingua. Munus quippe ab obsequio, est subiectio indebite impensa. Munus a manu, pecunia est. Munus a lingua, favor. Qui ergo sacros ordines tribuit, tunc ab omni munere manus excussit, quando in divinis rebus non solum nullam pecuniam, sed etiam humanam gratiam non requirit. Plerumque fit, ut quisque eorum vel bona corporalia ab hominibus accipere contemnat: sed quia haec non accipit, majores ab eis recipere laudes querat; & forsitan munus se accepisse non aestimat, qui bona corporalia accipere recusat. Sicut scriptum est superius, aliquando munus a manu, aliquando vero ab ore porrigitur. Nam qui nummum tribuit, munus ex manu dedit: qui autem verbum laudis impendit, munus ab ore protulit. Plerumque sacerdos, etsi exteriora dona, quae terreneque forsitan necessitati congruunt, pro impositione manuum accipere recusat, plus est quod sibi retribui appetit, cum ultra meritum laudari desiderans, munus ab ore querit.

XXXIX.

(d) Interdixit per omnia magna synodus, non episcopo, non presbytero, non diacono, nec alii cui omnino qui in clero est, licere subintroducere habere mulierem: nisi forte aut matrem, aut sororem, aut amitam, vel eas tantum personas, quae suspiciones effugiunt.

XL.

(e) Quoniam multi sub regula constituti, avaritiam & turpia locra sectantur, oblique divinae scripturae, dicentis: *Qui pecuniam suam non dedit ad usuram, mortuum dantes, centesimas exigunt.* iuste censuit sancta & magna synodus, ut si quis

Gregori. homil. 16. in Joan. 20.

Exib. 11.

Mor. 19 c. 14.

Gen. 18

Hom. 26. in Joan. 20.

Joan. 11.

ibidem.

Eisdem homil. 4. in 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100.

1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100.

Joan. 11.

1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100.

Ex Concilio Niceno.

Can. 1. dicitur.

Interdixit per omnia.

Ex eodem Concilio.

Can. 17. 14.

Quoniam multi clerici & diaconi.

Multi sub.

(a) Gregorius de collata Episcopis potestate ligandi atque solvendi, Praedicatorum sancti &c. (b) voluntatibus. (c) Gregorius de Episcopis qui pro ordinatione Sacerdotis munera libenter accipiunt, Nonnulli Episcoporum &c. (d) Incipit Canon ex Niceno Concilio de subintroductione mulieribus, Interdixit per omnia &c. (e) Item in eodem Conc. cap. 21. de Clericis usuras accipientibus, Quoniam multi &c.



ANNO  
CHRISTI  
882.

invocatus fuerit post hanc definitionem utrasq[ue] accipiens, aut ex adinventione aliqua, vel quolibet modo negotium transigens, aut hemiolia, id est sefcupla, exigens, vel aliquid tale profus excogitans temp[or]is locri gratia, dejiciatur a clero, & alienus existat a regula.

XLI.

Ex eodem concilio. Can. 28. D. 99. Pervenit ad

(a) Pervenit ad sanctum magnumque concilium, quod in quibusdam locis & civitatibus presbyteris gratiam sacre communionis diaconi porrigant, quod nec regula, nec consuetudo tradidit, ut ab his qui potestatem non habent offerendi, illi qui offerunt, Christi corpus accipiant. Necnon & illud innovat, quod quidam diaconi ante episcopos sacra oblata contingant. Hac igitur omnia rescendant, & in sua diaconi mensura permaneant, scientes quod episcoporum quidem ministri sint, inferiores autem presbyteris habeantur. Per ordinem ergo, post presbyteros gratiam sacre communionis accipiant, aut episcopo eis, aut presbytero porrigente. Sed nec sedere in medio presbyterorum diaconis liceat: quia si hoc fiat, praeter regulam & ordinem probatur existere. Si quis autem etiam post has definitiones obedire noluerit, a ministerio cessare debet.

XLII.

Ex eodem concilio. Can. 29. D. 99. Servata ista sententia

(b) De his qui communione privantur, seu ex clero, seu ex laico ordine ab episcopis, per unamquamque provinciam sententia regularis obtineat, ut hi qui abjiciuntur, ab aliis non recipiantur. Requiritur autem, ne pusillanimitate, aut contentione, vel alio quolibet episcopi vitio, videatur a congregatione seclusus. Ut hoc ergo decentius inquiratur, bene placuit annis singulis per unamquamque provinciam bis in anno concilia celebrari, ut communiter omnibus simul episcopis provinciae congregatis discutiantur hujusmodi quaestiones: & sic, qui suo peccaverunt evidenter episcopo, excommunicati rationabiliter ab omnibus resistentur, usquequo vel in communi, vel episcopo placeat humaniorem pro talibus ferre sententiam. Concilia vero celebrentur, unum quidem ante quadragesimam paschae, ut omni dissensione sublata manus offeratur Deo purissimum: secundum vero circa tempus autumnii.

XLIII.

Ex eodem concilio. Can. 30. D. 99. Non oportet episcopum

(c) Propter multam perturbationem & seditio- nes quae sunt, placuit consuetudinem omnimodis amputari, quae praeter regulam in quibusdam partibus videtur admessa, ita ut de civitate ad civitatem non episcopus, non presbyter, non diaconus transferatur. Si quis autem post definitionem sancti & magni concilii, tale quid agere tentaverit, & se hujusmodi negotio manciparit, hoc factum profus in irritum ducatur, & restituitur ecclesiae, cujus fuit episcopus, aut presbyter, aut diaconus ordinatus.

XLIV.

Ex concilio Chalcedonensi.

(d) De his qui transmigrant de civitate in civitatem, episcopis aut clericis, placuit ut canones qui de hac re a sanctis patribus statuti sunt habeant propriam firmitatem.

XLV.

(e) Quicumque temere ac periculose, neque timorem Dei praesens oculis habentes, nec agnoscen- tes ecclesiasticam regulam, discedunt ab ecclesia (f) sibi commissa, presbyteri aut diaconi, vel qui- cumque sub regula profus existunt, hi nequa- quam debent in aliam ecclesiam recipi, sed om- nem necessitatem convenit illis imponi, ut ad suas parochias revertantur. Quod si non fecerint, oportet eos communionis privari. Si quis autem ad aliam pertinentem (g) audacter invadere, & in sua ecclesia ordinare tentaverit, non consentiente episcopo, a quo discedit is qui regulam mancipatur, ordinatio hujusmodi irrita comprobatur.

XLVI.

(h) Quoniam sunt quidam in die dominico genuflectentes, & in diebus pentecostes, ut omnia in universis locis consonanter observentur, placuit sancto concilio, stantes Domino vota persolvere.

XLVII.

(i) Si quis episcopus damnatus a synodo, vel presbyter aut diaconus a suo episcopo, ausi fue- rint aliquid de ministerio sacro contingere, sive episcopus, juxta praecedentem consuetudinem, sive presbyter aut diaconus, nullo modo liceat ei nec in alia synodo restitutionis spem, aut locum ha- bere satisfactionis. Sed & communicantes ei om- nes abjici de ecclesia, & maxime si postea quam didicerint adversus memoratos prolatam fuisse sen- tentiam, eisdem communicare tentaverint.

XLVIII.

(k) Et illud petendum, ut statuere (l) digne- tur, ut si quis cujuslibet honoris clericus, judicio episcoporum quocumque crimine fuerit dam- natus, non liceat eum, sive ab ecclesiis quibus praesuit, sive a quolibet homine defendari, inter- posita poena damni pecuniae atque honoris, quo nec statem, nec sexum excusandum esse praecipiant.

XLIX.

(m) Nullus peregrinorum sine pacificis, id est, commendatitiis suscipiatur epistolis.

L.

(n) Non licere clericum in duarum civitatum conferri simul ecclesiis, sed in qua ab initio ordi- natus est, non ad quam confugit, quasi ad po- tiorem, ob inanis gloriae cupiditatem. Hoc autem facientes revocari debere ad suam ecclesiam, in qua primitus ordinati sunt, & ibi tantummodo ministrare. Si vero quis jam translatus est ex alia in aliam ecclesiam, prioris ecclesiae, vel martyrio- rum quae sub ea sunt, aut (o) prochochiorum, aut xenochiorum rebus in nullo commuicet. Eos vero, qui ausi fuerint, post definitionem mag- nae & universalis hujus synodi, quidquam ex his quae sunt prohibita perpetrare, decrevit sancta synodus, a proprio hujusmodi gradu excidere.

LII.

(p) Peregrinos clericos & lectores in alia civi- tate, praeter commendatitias litteras sui episcopi, nusquam penitus ministrare debere.

LIII.

(q) Quod non oporteat sacerdotem, vel cleri- cum, sine litteris proficisci canonicis.

LIBER I  
Ex concilio  
Nicaeno.  
Can. 28.  
D. 99. Si quis  
vero

D. 99. Si quis  
autem

Ex eodem  
concilio.  
Can. 30.

Ex concilio  
Antiochano  
Can. 9.  
D. 99. Si  
quis episco-  
pus deman-  
stratus

Ex concilio  
Africano  
Can. 29.

Ex concilio  
Antiochano  
Can. 10.

Ex concilio  
Chalcedo-  
nensi.  
Can. 30.  
D. 99. Cleri-  
cum in  
duarum

D. 99. Si  
quis jam  
translatus

Ex eodem  
concilio  
Can. 29.

Ex concilio  
Laodiceno.  
Can. 41.

(a) Item de privilegiis Presbyterorum tit. xviii. Pervenit ad sanctum &c. (b) De excommunicatione, in eodem Concilio tit. V. De his qui communionem &c. (c) In eodem concilio quod non oporteat demigrari, Propter multam &c. (d) In Concilio Chalcedonensi tit. xv. non transmigrandum de civitate in civitatem tit. V. de his qui transmigrant &c. (e) In Concilio Niceno de his, qui in Ecclesiis in quibus profecti sunt minime perdurarunt tit. xvi. Quicumque temere, ac periculose &c. (f) deo sibi commissa. (g) audacter . . . ordinare desunt. (h) Quoniam sunt &c. (i) In Antiochano Concilio de deman- nato & ministrare tentantibus tit. xv. Si quis Episcopus &c. (j) In Antiochano Concilio de deman- nato & ministrare tentantibus tit. xv. Si quis Episcopus &c. (k) In Africano Concilio de Clericis damnatis tit. xxviii. Et illud petendum &c. (l) dignemini. (m) In Antiochano Concilio de peregrinorum suscepiunt tit. 9. Nullus peregrinorum &c. (n) In Chalcedonensi Concilio, quod non liceat Clerico in duarum Civitatum Ecclesiis ministrare tit. 30. Non licere Clericum &c. (o) prochochiorum. (p) Item in eodem quod non oporteat peregrinos Clericos sine commendatitiis ministrare tit. 13. Peregrinos Clericos &c. (q) In Laodiceno Concilio quod non sue litteris Sacro ministerio servientes proficisci debeant tit. 16. Quod non oporteat &c.

LIBER I

Ex concilio Sardinensi. Can. 16

(a) Osius episcopus dixit: Hoc quoque omnibus placet, ut siue diaconus, siue presbyter, siue quis clericorum ab episcopo suo communionem fuerit privatus, & ad alterum perrexit episcopum, & scierit ille ad quem confugit, eum ab episcopo suo fuisse abjectum, non oportet ut ei communionem indulgeat. Quod si fecerit, sciat se convocatis episcopis causam esse dicturum. Universi dixerunt: Hoc statutum & pacem servabit, & concordiam custodiet.

LIV.

Ex concilio Carthaginiensi. Can. 17

(b) Item placuit universo concilio, ut qui excommunicatus fuerit pro suo neglectu, siue episcopus, siue quilibet clericus, & tempore excommunicationis suae ante audientiam communionem praesumpserit, ipse in se damnationis iudicetur protulisse sententiam.

LIV.

Ex Concilio Sardicani. Can. 18

(c) Januarius episcopus dixit: illud quoque statuat sanctitas vestra, ut nulli episcopo liceat alterius episcopi civitatis ministrum ecclesiasticum sollicitare, & in suis parochiis ordinare. Universi dixerunt: Placet, quia ex his contentionibus solet nasci discordia (d) & ideo prohibet omnium sententia, ne quis hoc facere audeat.

LVI.

Ex concilio Carthaginiensi. Can. 17

(e) Item placuit, ut quicumque in ecclesia vel semel legerit, ab alia ecclesia ad clericatum non teneatur, & subscripserunt. Aurelius episcopus ecclesiae Carthagenensis, huic decreto consensit, & praefecto subscripsi. Similiter & ceteri episcopi subscripserunt.

LVII.

Ex concilio Carthaginiensi. Can. 17

(f) Item placuit, ut quicumque clerici vel diaconi, pro necessitatibus ecclesiarum, non obtinuerint episcopis suis volentibus eos ad honorem ampliorem in sua ecclesia promovere, nec illi ministerent in gradu suo, unde recedere noluerunt.

LVIII.

Ex Leonis pape epist. ad Anastasium. Theod. c. 9. § 2. Alienum clericum

A alienum clericum, invito episcopo ipsius, nemo suscipiat, nemo sollicitet, nisi forte ex placito caritatis id inter dantem accipientemque conveniat. Nam gravis injuriae reus est, qui de traxit ecclesia id, quod est utilius aut pretiosius, audeat vel allicere, vel tenere. Itaque si intra provinciam res agatur, transfugam clericum ad suam ecclesiam, metropolitanus redire compellet. Si autem longius recessit, sui praeccepti auctoritate revocabitur, ut nec cupiditati, nec ambitioni occasio relinquatur.

LIX.

Ex concilio Africano. Can. 9

(g) Ut nulli episcopi vel clerici in ecclesia viventur, nisi forte transeuntes hospitiorum necessitate illic reficiant. Populi etiam ab hujusmodi convivio, quantum fieri potest, prohibeantur.

LX.

Ex concilio Laodicensi. D. 49. Non oportet clericum

(h) Quod non oporteat sacro ministerio deditos a presbyteris usque ad diaconos, & reliquum ecclesiasticum ordinem, id est, usque ad subdiaconos, lectores, cantores, exorcistas, & ostiarios, & ex numero continentium & monachorum, ingredi tabernaculum.

LXI.

Aurelius episcopus dixit: Avaritiam cupiditas, quam rerum omnium malaram matrem esse nemo est qui dubitet, proinde inhibenda est, & ne quis alienos fines usurpet, aut per praemium terminorum patrum statutos transcedat. Nec omnino cuiquam clericorum liceat de qualibet re scenus accipere. Quod si & sanctitati tuae, & huic concilio videatur, praesenti placito designetur. Gratus episcopus dixit: Novella suggestiones, quae vel obscurae sunt, vel sub genere latent, inspecta a nobis formam accipient. Ceterum de quibus apertissime divina scriptura sanxit, non est differenda sententia, sed potius exequenda. Proinde quod in laicis reprehenditur, id multo magis debet in clericis praedamari. Universum concilium dixit: Nemo contra prophetas, nemo contra evangelia facit sine periculo.

LXII.

(i) Nec hoc quoque praetereundum esse diximus, quosdam lucri turpis cupiditate captos, usurariam exercere pecuniam, & senore velle ditescere, quod nos, non dicam in eos qui sunt in clericali officio constituti, sed in laicos cadere, qui Christianos se dici cupiunt, condolemus. Quod vindicari acrius in eos qui fuerint consueti decernimus, ut omnis peccandi opportunitas adimatur.

LXIII.

De his, qui in clero sunt presbyteri & diaconi, & a carnibus abstinent, placuit eas quidem contingere, & ita si voluerint, continere. Quod si in tantum eas abominantur, ut nec olera, quae cum eis coquantur, existiment comedenda, tamquam non consentientes regulae, ab ordine cessare debebunt.

LXIV.

Diaconi septem esse debent juxta regulam, licet & valde magna sit civitas. Idipsum autem & Actuum apostolorum liber insinuat.

LXV.

Si quis carnes edentem, praeter sanguinem & idolis immolatum, & suffocatum, cum religione & fide condemnat, velut spem propter hujusmodi perceptionem non habentem, anathema sit.

LXVI.

Si quis dederit vel acceperit oblata, praeter episcopum, vel eum qui constitutus est ab eo, ad dispensandam misericordiam pauperibus, & qui dat, & qui accipit anathema sit.

LXVII.

Si quis ex his qui virginitatem propter Dominum servant, extollitur adversus conjugatos, anathema sit.

LXVIII.

Si quis propter continentiam quae putatur, aut contumaciam, in die dominico jejunat, anathema sit.

LXIX.

Si quis eorum qui continentis student, absque necessitate corporis, traditis in commune jejunia, & ab ecclesia custodita, superbiendo dissolvit stimulo suae cogitationis impulsus, anathema sit.

LXX

(a) In Concilio Sardinensi de Clericis a Communionem submovendis ab alio non recipiendis Episcopo tit. 16. Osius Episcopus etc. (b) In Carthaginiensi Concilio tit. 17. Item placuit etc. (c) In Concilio Sardinensi de non sollicitandis Clericis alienis tit. 18. Januarius Episcopus etc. (d) & ideo ..... sententia defuit omnia etc. (e) In Concilio Africano de his qui semel legerint in Ecclesia ab alio non posse promoveri tit. 17. Item placuit etc. (f) In concilio Carthaginiensi qui ex clericis ab Episcopis suis promoti contempserint, nec illic maneant unde recedere noluerunt tit. 31. Item placuit etc. (g) In Africano Concilio tit. 9. Ut nulli etc. (h) In Laodiceno Concilio tit. 24. Quod non oporteat etc. (i) deinceps in cod. Vatic. defuit tituli capitulum & adduntur solummodo numeri Canonum, qui in his adnotationibus exhibebimus: sunt tamen modo cum differunt ab editis. (k) tit. 13. (l) tit. 19.

ANNO CHRISTI 306

Ex concilio Carthaginiensi. Can. 16

Carth conc. 1. c. 17

Ex decretali Leonis pape. 14 q. 4. Nec hoc praetermodum

Ex concilio Anagninensi. Can. 17

Ex concilio Neocaesariensi. (k) Can. 14. D. 93. Diaconi septem etc. Ex concilio Gangrenensi. Can. 1. Dist. 30. Si quis carnem etc. Ex eodem concilio. Can. 8.

Ex eodem concilio. Can. 15. D. 30. Si quis propter Deum etc. Ex eodem concilio. (l) Can. 8. D. 30. Si quis carnem etc. Ex eodem concilio. D. 30. Si quis eorum.

ANNO CHRISTI 816. Ex concilio Antiocheno Can. 1

Omnes qui ingrediuntur ecclesiam Dei, & scripturas sacras audiant, nec communicant in oratione cum populo, sed pro quadam intemperantia se a perceptione sanctae communionis avertunt, hi de ecclesia removeantur, quamdiu per confessionem poenitentiae fructus ostendant, & precibus indulgentiam consequantur.

LXXI.

Ex eodem concilio. Can. 2. 19. Si quis presbyter.

Si quis presbyter, aut diaconus, & omnino quilibet ex clero, parochiam propriam deserens, ad aliam properavit, dein omnino demigrans, in alia parochia per multa tempora nititur immorari, ulterius ibidem non ministret: maxime si vocanti suo episcopo, & regredi ad propriam parochiam commoventi, obedire contempserit. Quod si in hac indiscipline perdurat, a ministerio modis omnibus removeatur, ita ut nequaquam locum restitutionis inveniat. Si vero pro hac causa damnatum alter episcopus suscipiat, hic etiam a communi coarceatur synodo, velut qui ecclesiastica constituta dissolvat.

LXXII.

Ex eodem concilio. Can. 6. 19. Si quis episcopus proprio

Si quis a proprio episcopo communionem privatus est, non ante suscipiatur ab aliis, quam suo reconcilietur episcopo: aut certe ad synodum, quae congregatur, occurrens, pro se satisfaciat.

LXXIII.

Ex eodem concilio. Can. 11. 19. Si quis episcopus

Si quis episcopus, aut presbyter, aut quilibet regulae subiectus ecclesiae, praeter consilium & litteras episcoporum provinciae, & praecipue metropolitani, adierit imperatorem, hunc reprobari & abjici oportere, non solum a communionem, verum & ab honore cuius particeps videtur existere, quia venerandi principis auribus molestiam tentavit inferre contra leges ecclesiae. Si igitur adire principem necessaria causa deposcit, hoc agatur cum tractatu & consilio metropolitani, & ceterorum episcoporum, qui in eadem provincia commorantur. Qui etiam proficiscentem suis prosequantur epistulis.

LXXIV.

Ex eodem concilio. Can. 12. 19. Si quis episcopus

Si quis a proprio episcopo presbyter aut diaconus, aut a synodo fuerit episcopus forte damnatus, & imperatoris auribus molestus extiterit, oportet ad majus episcoporum converti concilium: & quae putaverint habere iusta, plurimis episcopis suggerant, eorumque discussiones ac iudicia praestolentur. Si vero haec parvipendentes, molesti fuerint imperatori, hos nulla venia dignos esse, nec locum satisfactionis habere, nec spem futurae restitutionis penitus opperiri iudicamus.

LXXV.

Ex concilio Laodiceno (a) Can. 6. D. 60. Non licet

Quod non oporteat sacerdotem & clericum tenerrantes usuras, vel quae dicuntur sescupla, id est, & summam capitis & dimidium summam, percipere.

LXXVI.

Ex eodem concilio. Can. 13. Ex eodem concilio. Can. 14.

Quod non oporteat amplius praeter eos qui regulariter cantores existunt, qui & de codice canunt, alios in pulpum ascendere, & in ecclesia psallere.

LXXVII.

Ex concilio Laodiceno (a) D. 93. Non oportet

Quod non oporteat diaconum coram presbytero sedere, sed iussione presbyteri sedeat. Similiter autem & diaconus in honore habeatur ab obloquentibus, id est, subdiaconis, & omnibus clericis.

LXXVIII.

Ex eodem concilio. Can. 15.

Quod non oporteat subdiaconos passem dare, vel calicem benedicere.

LXXIX.

Quod hi qui non sunt ab episcopis ordinati, tam in ecclesiis, quam in domibus, exorcizare non possint.

LXXX.

Quod non oporteat in domiciliis divinis, id est, in Domini ecclesiis convivere, quae vocantur agapes, fieri, nec intra domum Dei comedere, vel accubitus sternere.

LXXXI.

Quod non oporteat sacerdotem, vel clericum praeter iussione sui pontificis proficisci.

LXXXII.

Quod non oporteat ingredi mulieres ad altare.

LXXXIII.

Quod non oporteat sacerdotes, aut clericos quibuscumque spectaculis in scenis, aut in nuptiis interesse: sed antequam thymelici ingrediantur, exurgere eos convenit, atque inde discedere. Nec oporteat sacerdotes, aut clericos, ex collatis vel comestationibus convivere celebrare. Hoc autem nec laicis posse congruere.

LXXXIV.

Quod non oporteat in domibus oblationes celebrari ab episcopis vel presbyteris.

LXXXV.

Qui semel in clero deputati sunt, aut monachorum vitam expetiverunt, statuimus, neque ad militiam, neque ad dignitatem aliquam venire mundanam: aut hoc tentantes, & non agentes poenitentiam, quo minus redeant ad hoc quod propter Dominum primitus elegerunt, anathematizati.

LXXXVI.

(c) Si quis clericus adversus clericum habet negotium, non deferat episcopum proprium, & ad laicalia percurrat iudicia: sed prius actio ventiletur apud episcopum proprium, vel certe consilio eiusdem episcopi, apud quos utraque partes voluerint, iudicium obtinebunt. Si quis autem praeter haec fecerit, canonicis correptionibus subiacet. Quod si clericus habet causam adversus episcopum proprium, vel adversus alterum, apud synodum provinciae iudicetur. Quod si adversus eundem provinciae metropolitanum episcopus vel clericus habet querelam, petat aut primatem dioeceseos, aut sedem regiae urbis Constantinopolitanae, & apud ipsum iudicetur.

LXXXVII.

Clericos in ecclesia ministrantes, sicut iam constituimus, in alterius civitatis ecclesiam statutos fieri non oportet, sed contentos esse, in quibus ab initio ministrare meruerunt, exceptis illis, qui proprias amittentes provincias, ex necessitate ad aliam ecclesiam transferant.

LXXXVIII.

Non licere clericis post obitum sui episcopi, res ad eum pertinentes diripere, sicut antiquis quoque est canonibus constitutum. Quod si hoc facere tentaverint, graduum suorum periculo subiacent.

LXXXIX.

Item placuit, ut episcopi, presbyteri, diaconi, vel quicumque clerici, qui nihil habentes ordinantur, & tempore episcopatus vel clericatus sui agros, vel quaecumque praedia, nomine suo comparant, tamquam rerum dominicarum invasionis crimine teneantur, nisi admoniti in ecclesia eadem ipsa contulerint. Si autem ipsis proprie aliquid liberalitate alicujus, vel successore cognationis obvenit, faciant inde quod eorum proposito congruit.

LIBER I. D. 93. Non oportet subdiaconos in eodem concilio. Can. 16.

D. 60. Non oportet exor in eodem concilio. Can. 28.

D. 47. Non oportet laicali. Ex eodem concilio. Can. 22.

Ex eodem concilio. Can. 24. Ex eodem concilio. Can. 25.

De consecr. dist. 7. Non oportet ministris. Ex eodem concilio. Can. 26.

D. 44. Non oportet. Ex concilio Chalcedonensi.

(b) Can. 7. 10. q. 2. Episcopi semel. Ex eodem concilio. Can. 9. 11. q. 1. Si clericus.

Ex eodem concilio. Can. 10. Dist. 51. Clericos in haec.

Ex eodem concilio. Can. 20. 21. q. 2. Non licet clericis.

Ex concilio Carthago. Can. 15.

(a) tit. 5. (b) tit. 37. (c) In eodem Concilio tit. 9.

gruit. Quod si a suo proposito retrorsum exorbi-  
taverint, honore ecclesiastico indigni, tamquam  
reprobi, judicentur.

XC.

Ut clerici, edendi vel bibendi causa tabernas  
non ingrediantur, nisi peregrinationis necessitate  
compulsi.

XCII.

Epigonius episcopus dixit: in multis conciliis hoc  
statutum est, etiam nunc hoc confirmandum est  
a vestra prudentia, beatissimi fratres, ut clericum  
alienum nullus sibi præcipiat episcopus, præter ejus  
arbitrium cujus fuerit clericus.

XCIII.

Illud etiam duximus præmonendum, ut sicut  
non suo, ita nec alieno nomine aliquis clericorum  
exercere sævus attentet. Indecens enim est, cri-  
men suum commodis alienis impendere. Fœcus  
autem hoc solum aspicere & exercere debemus, ut  
quod hic misericorditer tribuimus, ab eo Domi-  
no, qui multipliciter & in perpetuum mansura re-  
tribuet, recipere valeamus.

XCIV.

Consequens fuit, ut illa quoque, quæ de Pice-  
ni partibus nuper ad nos missa relatio nuntiavit,  
nec nunc prætereunda putaremus, id est, plurimos  
clericorum negotiationibus inhonestis & lucris tur-  
pibus imminere, nullo pudore cernentes evangeli-  
cam lectionem, qua ipse Dominus noster negotia-  
tores e templo verberatos flagellis asseruit expul-  
sisse, nec Apostoli verba recolentes, quibus ait:  
*Nemo militans Deo, implicat se negotiis secularibus*  
Psalmsam quoque David turba distimulantes auri  
cantantem: *Quoniam non cognovi negotiationes,*  
*introibo ad potentias Domini.* Proinde hujuscemodi  
aut ab indignis post hæc quæstibus noverint absti-  
nendum, & ab omnibus cujuslibet negotiationis  
ingenuis cupiditateque cessandum, aut in quocun-  
que gradu sint positi, mox a clericalibus officiis  
abstinere cogantur, quoniam domus Dei domus  
orationis & esse debet & dici, ne officina nego-  
tiationis & spelunca potius sit latronum.

XCIV.

Petis a me, Nepotiane carissime, litteris trans-  
marinis, & crebro petis, ut tibi brevi volumine di-  
geram præcepta bene vivendi: & qua ratione is,  
qui sæcum militia derelicta, vel monachus ceperit  
esse vel clericus, rectum Christi tramitem teneat,  
ne ad diversa vitiorum diverticula rapiatur. Scio  
quidem ab avunculo tuo B. Heliodoro, qui nunc  
pontifex Christi est, te & didicisse quæ sancta  
sunt, & quotidie dicere, normamque vitæ ejus  
exemplum habere virtutum. Sed & notha, qua-  
siacumque sunt, suscipe: & libellum hunc libello  
illius copulato, ut cum ille te monachum erudit-  
rit, hic clericum doceat esse perfectum. Igitur  
clericus, qui Christi servit ecclesiæ, interpretetur  
primo vocabulum suum: & nominis definitione  
protata, nitatur esse quod dicitur. Si enim clericus  
Græcè, Latine fors appellatur; propterea vocantur  
clerici, vel quia de sorte sunt Domini, vel quia  
Dominus ipse tors, id est pars, clericorum est.  
Qui autem vel ipse pars Domini est, vel Domi-  
num partem habet, talem se exhibere debet, ut  
ipse possideat Dominum, & ipse possideatur a Do-  
mino. Qui possidet Dominum, & cum Propheta  
dicit, *Pars mea Dominus*, nihil extra Dominum  
habere potest. Quod si quippiam aliud habuerit  
præter Dominum, pars ejus non erit Dominus.  
Verbi gratia: Si aurum, si argentum, si possessio-  
nes, si variam suppellectilem, cum istis partibus  
Dominus pars ejus fieri non dignatur. Si autem  
ego pars Domini sum, & funiculus hæreditatis  
ejus: nec accipio partem inter ceteras tribus, sed

A quasi levita & sacerdos, vivo de decimis; & al-  
tari serviens, altaris oblatione sustentor; habens  
viduum & vestitum, his contentus ero, & nudam  
crucem nudus sequar. Obsecro itaque te, & repe-  
tens iterum iterumque monebo, ne officium cler-  
icatus, genus antiquæ militiæ putes: id est, ne  
lucra sæculi in Christi quaras militia: nec plus  
habeas, quam quando clericus esse cœpisti, & di-  
catur tibi; *Clerici eorum non proderunt eis.* Mensu-  
lam tuam pauperes & peregrini, & cum illis Chri-  
stus conviva noverit. Negotiatorem clericum, &  
ex inope divitem, ex ignobili gloriosum, quasi  
quendam pestem fuge. *Corrumpani mores boni con-  
fabulationes pessime.* Tu aurum contempnis, alius  
diligit. Tu calcas opes, ille sectatur. Tibi cordi

est mansuetudo, silentium, secretum: illi loquacitas,  
attrita frons, fora placent, & plateæ, & medico-  
rum tabernæ. In tanta morum discordia, quæ po-  
test esse concordia? Hôspitium tuum aut raro,  
aut nunquam mulierum pedes teant. Omnes puel-  
las & virgines Christi, aut æqualiter ignora, aut  
æqualiter dilige. Ne sub eodem tecto manseris,  
nec in præterita castitate confidas. Nec David fan-  
dior, nec Salomone potes esse sapientior. Memen-  
to semper, quod paradisi colonum de possessione  
sua mulier ejecerit. Egrotanti tibi sanctus quilibet  
frater assistat, & germana, vel mater, aut proba-  
tæ quilibet apud omnes fidei. Quod si hujusmo-  
di non fuerint consanguinitatis castimonieque per-  
sonæ, multas anus nutrit ecclesias, quæ & offi-  
cium præbeant, & beneficium accipiant ministran-  
do, ut infirmitas quoque tua fructum habeat ele-  
molyne. Scio quosdam convaluisse corpore, & ani-  
mo ægrotare cœpisse. Periculose tibi ministrat, cu-  
jus vultum frequenter attendis. Si propter offi-  
cium clericatus, aut vidua visitatur, aut virgo;  
nunquam domum solus introeas, talesque habeto  
socios, quorum contubernio non infameris. Si le-  
dior, si acolytus, si psalter te sequitur: non or-  
nentur veste, sed moribus; nec calamistro cris-  
pent comas, sed pudicitiam habitu polliceantur.  
Solutus cum sola secrete & absque arbitro vel teste,  
non ledeas. Si familiaris est aliquid loquendum,  
habet nutricem majorem domus, virginem, vi-  
duam, maritam: non est tam inhumana, ut

D nullum præter te habeat cui se audeat credere.  
Caveto omnes suspiciones: & quidquid probabili-  
ter fingi potest, ne fingatur, ante devita. Crebra  
munuscula, & sudariola, & fasciolas, & velles ori  
applicitas, & oblatos ac degustatos cibos, blandas-  
que ac dulces litterulas sanctus amor non habet.  
Mel meum, lumen meum, meumque desiderium,  
Christus est. Natus in paupere domo, & in tingu-  
rio rusticano, qui vix milio & cibario pane ru-  
gentem satiare ventrem poteram, nunc similitam  
& mella fastidio. Novi & genera & nomina pic-  
cium: in quo litore conchæ lectæ sint, calleo:  
saporibus avium discerno provincias: & ciborum  
me raritas, ac novissime damna ipsa delectant.  
Tu quidem divinas scripturas sæpius lege, immo  
nunquam de manibus tuis sacra lectio deponatur.  
Dilce quod doceas, obtine eum, qui secundum  
doctrinam est, fidelem sermonem, ut possis exhor-  
tari in doctrina sana, & contradicentes revincere.  
Permade in his quæ didicisti, ac credita sunt tibi,  
sciens a quo didiceris, paratus semper ad sa-  
tisfactionem omni poscenti te rationem de ea,  
quæ in te est, spe. Non confundant opera sermo-  
nem tuum, ne cum in ecclesia loqueris, tacitus  
quilibet respondeat: Cur ergo hæc quæ dicis, ip-  
se non facis? Delicatus magister est, qui pleno  
ventre de jejuniis disputat. Accusare avaritiam &  
latro potest. Sacerdotis Christi os, mens, manus-  
que concordent. Esto subjectus pontifici tuo, &  
quasi

Ex concilio  
Africanæ  
Caus. 7  
D. 40. Cl.  
Ex concilio  
Constantino  
Caus. 11.

Ex decretis  
Eusebii papa  
Caus. 11.

Ex decretis  
Cypriani papa  
Caus. 11.

Marib. 11.

1. Tim. 1.

2. Cor. 10.

Marib. 11.

Excep. p. 10  
ca. capitula  
S. Hieron.  
Nepotianus  
de vita cler-  
icorum  
Ibid. post  
multa.

2. Cor. 11.

ANNO  
CHRISTI  
816.

2. Cor. 11.

1. Cor. 11.

1. Cor. 11.

Paulo post  
Priori.

quasi animæ parentem suspicæ. Amare filiorum, A  
 timere, servorum est. *Si pater sum*, inquit, *ubi est*  
 ANNO *honor meus? Si Dominus ego sum, ubi timor meus*  
 CHRISTI *est? Melius est carissime, non habere quod tri-*  
 116. *buas, quam impudenter petere quod des. Sed &*  
 Malab. *genus arrogantis est, clementiorem te velle vide-*  
 11. *ri, quam pontifex Christi est. Non omnia possumus*  
 Cor. 11. *omnes. Alius in ecclesia oculus est, alius*  
 lingua, alius manus, alius pes, auris, venter, &  
 cetera. Lege Pauli epistolam ad Corinthios, quomodo  
 diversa membra unum corpus efficiunt. Nec  
 rusticus tamen & simplex frater ideo se sanctum  
 putet si nihil noverit: nec peritus & eloquens  
 lingua æstimet sanctitatem: multoque melius est  
 e duobus imperfectis, rusticitatem habere sanctam,  
 quam eloquentiam peccatricem. Multi edificant  
 parietes, & columnas ecclesie substruunt, marmo-  
 ra nitent, auro splendent laquearia, gemmis alta-  
 re distinguitur, & ministrorum Christi nulla cle-  
 ctio est. Nunc vero portemus crucem Christi, &  
 divitias lutam putabimus. Quid miramur quod  
 116. *Christus vocat iniquum mammona? quid suspici-*  
 117. *mus & amamus, quod Petrus se non habere tes-*  
 tatur? Convivia tibi detestanda sunt secularium,  
 maxime horum qui honoribus tument. Turpe est,  
 ante fores sacerdotis Christi crucifixi & pauperis,  
 & qui cibo quoque vesceretur alieno, lectores con-  
 sulum & milites excubare: judicemque provincie  
 melius apud te prandere, quam in palatio. Quod  
 si obtenderis facere te hæc, ut roges pro miseris  
 atque subiectis: iudex sæculi plus desert clericis  
 continentis, quam diviti: & magis sanctitatem tuam  
 venerabitur, quam opes. Aut si talis est qui non  
 audiat clericos nisi inter phylas, libenter carebo  
 hujusmodi beneficio, & Christum rogabo pro  
 iudice, qui magis potest & citius subvenire. Me-  
 lius est enim confidere in Domino, quam confi-  
 dere in homine. Melius est sperare in Domino,  
 quam sperare in principibus. Nunquam vinum re-  
 dolcat, ne audias illud philosophi. Hoc non est  
 osculum portigere, sed vinum propinare. Vinolentis  
 sacerdotes & Apostolus damnat, & vetus lex  
 prohibet. *Qui altario serviunt, vinum & fœceram*  
 118. *non bibant. Sicut, Hebræo sermone, omnis potio*  
 119. *nuncupatur quæ inebriare potest, sive illa quæ fru-*  
 mento conficitur, sive pomorum succo, aut cum  
 savi decoquantur in dulcem & barbaram portio-  
 nem, aut palmarum fructus exprimuntur in liquo-  
 rem, coctique frugibus, atque pinguior coloratur.  
 Quidquid inebriat, & statum mentis evertit, su-  
 ge similiter ut vinum. Nec hoc dico quod Dei  
 creatura a nobis damnetur. Si quidem & Domi-  
 nus vini potator est appellatus: & Timotheo do-  
 lenti stomachum, vini modica sorbitio relaxata  
 est. Sed modum pro ætatis & valetudinis, & cor-  
 porum qualitate exigimus in potando. Quod si  
 abique vino ardeo adolescentis, & inflammor ca-  
 lore sanguinis, & succulento validoque sum cor-  
 pore, libenter carebo poculo, in quo suspicio ve-  
 neni est. Pulcre dicitur apud Græcos, sed nescio  
 utrum apud nos æque resonet. Pinguis venter non  
 E  
 gignit sensum tenuem. Tantum tibi jejuniarum  
 impone, quantum ferre potes. Sint tibi jejunia  
 pura, casta, simplicia, moderata, & non supersti-  
 tiosa. Quid prodest oleo non vetici, & molestias  
 quasdam difficultatesque ciborum querere, caricæ,  
 piper, noces, palmæum fructus, similam, mel,  
 pistacia? Tot hortorum cultura vexatur, ut ciba-  
 rio non vescamur pane. Audio præterea quosdam  
 contra rerum hominumque naturam, aquam non  
 bibere, nec vesci pane, sed forbitunculas delica-  
 tas, & contrita olera, betarumque succum non  
 calice forbere, sed concha. Fortissimum jejunium,  
 est aqua & panis. Sed quia gloriam non habet,  
 & omnes pace & aqua vivimus, quasi publicum  
 & commune jejunium non putatur. Cave ne ho-  
 LIBER I.  
 minum ramulos aucuperis, ne in offensam Dei  
 populorum laudem commutes. *Si ad hoc*, inquit  
 120. *Apostolus, hominibus placerem, Christi servus non*  
 121. *esset. Desit placere hominibus, & servus factus*  
 est Christi. Per bonam & malam famam, a dex-  
 tris & a sinistris Christi miles graditur: nec laude  
 exollitur, nec vituperatione frangitur: non divi-  
 tiis tumet, non contrahitur paupertate: & lata  
 contemnit & tristis. Per diem sol non urit eum,  
 neque luna per nodem. Nolo te orare in agu-  
 lis platearum, ne rectum iter precum tuarum fran-  
 gat aura popularis. Nolo te dilatare simbras, &  
 ostentui habere phylacteria: & conscientia repu-  
 gnante, pharisaica ambitione circumdari. Inde  
 pendet evangelium, inde lex & propheta. Fidelis  
 mecum lector intelligis quid taceam, & quid ma-  
 gis tacendo loquar. Tot te regum, quot species  
 gloriarum percurrant. Quanto melius erat, hæc  
 non in corpore, sed in corde gestare? Deum ha-  
 bere factorem, non aspectus hominum? Vis sci-  
 re, quales Dominus querat ornatus? Habeto justiti-  
 am, prudentiam, temperantiam, fortitudinem.  
 His cæli plagis includere, quæ te quadriga velut  
 aurigam Christi, ad metam concita ferat. Nihil  
 hoc molili pretiosius, nihil hac gemmarum va-  
 rietate distinctius. Ex omni parte decoraris, cin-  
 geris, atque protegeris: & ornamento tibi sunt,  
 & munimini: gemmæ vertuntur in scuta. Cave  
 quoque, aut linguam, aut aures habes prurien-  
 tes, id est, ne aut ipse aliis detrahas, aut alios  
 audias detrahentes. *Sedens*, inquit, *adversus fra-*  
 122. *trēm tuam loqueris: & adversus filium matris tuæ*  
 123. *ponas scandalum, &c. Parce a detractione linguæ,*  
 custodi sermones tuos, & scito quia cuncta quæ  
 de aliis loqueris, tua sententia judicaris: & in his  
 ipse deprehendendus eris, quæ in aliis arguebas.  
 Neque vero illa justa est excusatio, Referentibus  
 aliis injuriam facere non possum. Nemo invito  
 auditori libenter refert. Officii ergo tui sit, caris-  
 sime, non solum oculos castos servare, sed & lin-  
 guam. Numquam de mulierum formis disputes,  
 nec quid in cujusquam domo agatur, alia domus  
 per te noverit. Omnium Christianorum domos,  
 quasi proprias ama. Facilius contemnitur clericus,  
 qui sæpe vocatur ad prandium, & non recusat.  
 Numquam petentes, raro accipimus rogati. Bea-  
 tius enim est magis dare, quam accipere. Nescio  
 enim quomodo etiam ipse qui deprecatur ut tri-  
 buat, cum acceperis, viliores te judicat. Et mi-  
 rum in modum, si eum rogantem contempseris,  
 plus te posterius veneratur. Procuratores atque  
 dispensatores domorum alienarum atque villarum,  
 quomodo esse possunt clerici, qui proprias jubentur  
 contemnere facultates? Amico sapere quip-  
 piam, furtum est: ecclesiam fraudare, sacrilegium  
 est. Accepisse pauperibus erogandum, & esurien-  
 tibus plurimis, vel cautum esse velle, vel timi-  
 dum, aut (quod apertissimi sceleris est) aliquid  
 exinde subtrahere, omnium prædonum crudelita-  
 tem superat. Alter fame torquetur, & tu judicas,  
 quantum ventri ejus satis sit. Aut divide statim,  
 quod acceperis: aut, si timidus dispensator es, di-  
 mitte largitorem, ut sua ipse distribuatur. Nolo,  
 sub occasione mea, sacculus tuus plenus sit. Ne-  
 mo mea melius me servare potest. Ipse est opti-  
 mus dispensator, qui nihil sibi reservat. Coepisti  
 me, Nepotiane carissime, talia scribendo consi-  
 diendum me omnium linguis proderet. Aut enim  
 nihil scribendum fuit, ne hominum iudicium sub-  
 iremus, quod tu facere prohibuisti: aut scriben-  
 tes nosse, adversum nos cundorum maledicorum  
 tela esse torquenda. Quos obsecro ut quiescant, &  
 desi-

LIBER I  
 deliquit maledicere. Non enim ut adversarius, sed ut amicus scripsimus. Nec inveni sumus in eos qui peccant, sed ne peccent, monuimus: neque in illos tantum, sed in nos ipsos severi iudices fuimus, volentesque festucam de oculo alterius tollere, nostram prius trabem eiecimus. Nullum laesi, nullius nomen mea scriptura designatum est. Neminem specialiter meus sermo pulsavit. Generalis de vitis disputatio est. Qui mihi irasci voluerit, prius ipse de se, quod talis sit, constabitur.

XCIV.

Excerptum  
 huius libri  
 de vita  
 clericorum  
 ad  
 Paulinum  
 fratrem.

Obsecro te, carissime, ut multitudines hominum, & officia & salutationes & convivia, veluti quasdam catenas fugias voluptatum. Sit vilis tibi & vespertinus cibus. Olera & legumina, interdumque pisciculos, pro summis ducas deliciis. Qui Christum desiderat, & illo pane vescitur, non querit magnopere, de quam pretiosis cibus steriscus conficiat. Quidquid post gulam non sentitur, idem tibi sit quod panis & legumina. Semper in manu tua sacra lectio sit. Frequenter orandum, & flexo corpore mens erigenda ad Dominum. Crebra vigiliae, & ventre vacuo saepius dormiendum. Rumulculos & gloriolas, & palantes adulatores quasi hostes tuge. Pauperibus & fratribus refrigeria sumptuum manu propria distribue. Humilitatem vestium tumentis animo non appetas. Saecularium, & maxime potentium, consortium evita. Habeto simplicitatem columbae, ne cuiquam machinoris dolos, & serpentis astutiam, ne aliorum supplantentis infidis. Non multum distat in vitio, vel decipere posse, vel decipi posse Christianum. Templum vetum Christi, anima credentis est: illam exorna, illam vesti, illi offer donaria, in illa Christum suscipe. Nescio enim quomodo plus placeat mundo, qui Christo displicet.

XCVI.

Excerptum  
 huius libri  
 de vita  
 clericorum  
 ad  
 Paulinum  
 fratrem.

Dico autem, si clericatus titillat te desiderium, dilice quod possis docere, & rationalem hostiam offer Christis. Ne sis miles antequam tiro: ne prius inaguler sis antequam discipulus. Non est humilitatis meae neque mensurae, iudicare de clericis. & de ministris ecclesiarum finistram quippiam dicere. Habeant illi ordinem & gradum suum. Quem si tenueris, quomodo tibi in eo vivendum sit, editus ad Nepotianum liber docere possit. Volo ergo, ut sine intermissione oratio, & vigil tibi sit sentus, nec vagis cogitationibus patens, corpus pariter & animus tendatur ad Dominum. Iram vince patientia. Ama scientiam scripturarum, & carnis vitia non amabis. Nec vacet mens tua variis perturbationibus: quae si pectori insederint, dominabuntur tui, & te deducant ad delictum maximum. Facito aliquid operis, ut semper te diabolus inveniat occupatum. Memento quia & apostoli Christi, habentes potestatem de evangelio vivere, laborabant manibus suis ne quem gravarent: & aliis tribuebant refrigeria, quorum pro spiritualibus debebant metere carnalia. Ita ergo age, & vive in monasterio, ut clericus esse merearis, ut adolescentiam tuam nulla torde commacules, ut ad altare Christi quasi de thalamo virgo procedas, & habeas deioris bonum testimonium. Feminae quae nomen tuum noverint, vultum nesciant. Cum ad perfectam aetatem veneris, si tamen vita comes fuerit, & te vel populus vel pontifex civilis ad clericum adlegerint, agito quae clerici sunt, & inter ipsos lectare meliores: quia in omni conditione & gradu optimis iuxta sunt vestigia. Multo tempore

dilice quod doceas. Ne credas laudatoribus tuis, immo irrisoribus autem ne libenter accomodes.

XCVII.

ANNO  
 CHRISTI  
 816

Monachum autem perfectum esse nolle, delinquere est. Sed de hoc gradu pulsus, provocabis ad clericos. An de his aliquid audeam dicere, qui certe in suis urbibus commorantur? Absit autem, ut quidquam de his finistram loquar, qui apostolico gradu succedentes, Christi corpus sacro ore conficiunt: per quos nos etiam Christiani sumus: qui claves regni caelorum habentes, aetate iudicii diem iudicant, qui sponsam Domini castitate conservant. Sed & alia, ut ante peritrix, monachorum causa est, alia clericorum. Clerici pascunt oves, ego pascor. Illi de altario vivunt: mihi quasi instructuosae aibori securis ponitur ad radicem, si munus ad altare non desero. Nec possum obtendere paupertatem, cum in evangelio anum viduam duo, quae sibi sola supererant, praemitentem laudaverit Dominus. Mihi autem presbyterum sedere non licet; illi, si peccavero, licet tradere me satanae in interitum carnis, ut spiritus salvus sit in die Domini Jesu. Et in veteri quidem lege, quicumque sacerdotibus non obtemperasset, aut extra castra positus lapidabatur a populo, aut gladio cervice subiecta, contemptum exprabat cruore. Nunc vero inobediens, spirituali mucrone truncatur: aut eiecus de ecclesia, rabido demonum ore discerpitur.

XCVIII.

Eiusdem, ex  
 epistola ad  
 Heliodo-  
 rum  
 816  
 Res ad  
 Paulinum  
 fratrem  
 816

Deprecatus es, ut tibi breviter exponerem, qualiter clerici visitare debeant. Hinc me plerique e maledictis armulis praesolantur, quia non sileo veritatem. Prima quidem tentamenta sunt clericorum, seminarum frequentes accessus. Ille textus reprehensibilis exhibet clericos. Quid tibi revera cum feminis, qui ad altare cum Domino fabularis? Te cuncti in publico, te in agro rustici aratores ac vintores quotidie graviter lacerabunt, si contra dispositum fidei cum feminis habitare contendis. Et quia (ut arbitror) concupiscentis irreprehensibilis inveniri, testimonio bono munire. Numquid in choro apostolorum feminae accesserunt? Prohibe virgines tecum commorari, etiam quae de genere tuo sunt. Diligis eas? exterius ordina, frequenter visita iunctis obsequio clericorum, ne dum secretaliter ac solus ingrederis, macules testimonium tuum. Aliter namque conjugati, aliter continentes edocentur ecclesiasticum subire ministerium & onus. Seminarum cum clericis, nullo pacto conjuncta praecipitur conversatio. Janua diaboli, via iniquitatis, scorpionis percussio, nocivumque genus est femina. Cum proximat stipula, incendit ignem. Flammigero igne percutit femina conscientiam pariter habitantis, exuritque fundamenta montium. Ego iudico, si cum viris feminae habitent, vicarium non deerit diaboli, qui ex eis aucupatus est ab initio peccatum. Fesreas mentes libido domat: si alligaverit quis ignem in sinu suo, vestimenta eius non comburentur? Aut si quis ambulaverit super carbones ignis, pedes suos non comburet? Mihi crede, non potest toto corde habitare cum Domino, qui seminarum accessibus copulatur. Sed dicit: *Quis ambulat*, inquit, *simpliciter, ambulat confidenter*. Bene & argute, sed oportet, testimonium bonum habere ab his, qui foris sunt. Licet coram Domino incedas, tamen coram hominibus bona providenda sunt: quia astutiores sunt filii tenebrarum super filios lucis. Cum a te hoc genus non amputatur, das reprehendentibus te

Mar. 14  
 15

Deut. 17

Eiusdem, ex  
 epistola ad  
 Paulinum  
 de vita clericorum

Pro. 10

ANNO  
CHRISTII  
1111.

locum. Ipse te detrahentium moribus tradidisti, A  
si agapetarum consortium non dimiseris. Benignus  
es? gaudeo. Pudicus? falsum est. Si pudicitiam  
quæris, feminam, quam videris bene conversa-  
ntem, mente dilige, non corporali frequenter or-  
natu. Non vestis tenera clericum facit, aut sa-  
cerdotem, sed casta mentis intentio. Hæc enim  
devotionem honoris in te custodit. Honorem quid-  
dem gloriosius boni operis fama conservat. Sa-  
cerdotes quippe decet, vel ceteros quidem cleri-  
corum gradus, ut supra dictum est, a feminis  
segregari. Si igitur generis gratia iudicas eandem  
nullo pacto dimittere, memento quod Thamar ab  
Amnon fratre suo corrupta sit. Idipsum perfe-  
quor, dilectissime: ubi unius est tabernaculi con-  
versatio, carnis non facile tollitur delectatio. De  
duobus enim, quod unus desiderat, si loqui non  
potest, vel tentatur. Remotio igitur viri castita-  
tis collocat arma, construit in melioribus castra,  
pudoris honorem consolatur. Potuit enim & Ma-  
ria mater Domini de choro apostolorum non dis-  
cedere, si liceret. Tecla post tentationem passio-  
nis Antiochiæ a Paulo prohibetur pariter perge-  
re. Nemo miles cum uxore pergit ad bellum.  
Non invideo caritati, sit tibi cum castis virginibus  
longeva dilectio; tunc in bono meritum collo-  
cabis, & famam meliorabis. Sed de congrega-  
tione puellarum pulere censeo, in hebdomada se-  
cunda visitatione ad benedicendam congregatio-  
nem convenias, sed non solus, ne rumigeruli  
linguis te lacerantibus macerent. Alienam enim  
cupiunt vicini discutere vitam, non suam. Prop-  
terea digne accipe nostrorum præcepta verborum,  
& monita humilitatis, quæ fraterno affectu cala-  
mo imperante expressimus, dulciter lege. Jam ve-  
ro, ut reprehensibilis divini altaris non sit sacer-  
dos, pauca de reliquis Apostoli testimoniis, quan-  
tum Dominus donat, exponam. Sufficiant supe-  
riores causæ, quæ dictæ sunt. Verum ne aliquis  
minus intelligens, ad episcopos sentiat Apostolum  
fuisse locutum, quid de diaconibus ad Timotheum  
præceptum est, quid de presbyteris ad Titum,  
commemorare delectat. Sed prætereundum non  
est, superiorem explanare sententiam. Unius ux-  
oris vitium & nova & vetus præcepto sacerdotem  
censuit eligendum. Quia digamos ad ministerium  
plerique episcopi applicuerunt, sic asseruerunt:  
Concubina fuit illa, hæc uxor. Quasi non hæc  
eadem sint commercia fœditatis in illa, quæ in  
hæc exercentur, quæ uxor asseritur, aut quia con-  
jugii tabulas non fecit, concupiscentia alia non  
fuit. Nullo pacto digamos, vel concubinarum ca-  
tenis insertos, decet subire sacerdotii ministerium.  
In Levitico scriptum est ac prænitum, quales  
eligi debeant sacerdotes. Si ergo clericus mono-  
gamus fuerit, & uxor ejus digama: noli eum ad  
ministerium applicare. Hæc Tito præcepta idem  
Apostolus de ordinandis clericis dedit. Et quia li-  
ber finem expectat, ad id redeamus, unde digres-  
si sumus. Nec si duæ aut tres pariter Dei ancil-  
læ morentur, solum ad eas decet ingredi sacer-  
dotem. Si quis hæc præcepta non observaverit,  
hostis est animæ suæ. Quod si post nostra moni-  
ta aliquis clericus agapetas amplius quaesierit ama-  
re quam Christum, secundam synodalem regulam  
conveniatur, & præcepta patrum in Nicæa defi-  
nita ei legantur. Jam vero si conventus prædida  
fugerit & reliquerit, consecratus sumus maximum  
lucrum. Alioquin talis ab ecclesia anathematizan-  
dus est. Germinant enim feminæ spinas cum vi-  
ris habitantes, & arcana mentium acuto mucro-  
ne percutiunt. Proh nefas dolor est dicere, sed  
prætere non decet. Christo istæ noverunt nube-  
re, non clericis. Clericum solitudo facit, non  
Concilii. General. Tom. XIV.

Concilii Ni-  
cæni. Cap. 3

publicum. Lege quia talis debet esse solitarius, A  
qualem Jeremias descripsit: *Sedebis solitarius, &*  
*tacebis.* Et quia Jesus, relictis apostolis, solus  
ibat orare. Mariam in penetralibus angelus solam  
invenit, non cum agapeta loquentem, & illa vi-  
rilem introitum trepidavit. Hospitalem præcepit  
apostolus clericum ordinandum. Hoc præcepto  
pater Abraham & Loth angelos susceperunt, quia  
hospites dilexerunt; sic & Onesiphorus Paulum  
doctrinæ fontem suscepit. Hæc imitationes sint  
vestræ, & ne finatis incolam prætere, qui apud  
vos non comederit panem. Sequitur: *Non percus-  
sorem.* Non enim pugilem describit apostolus,  
sed qui conscientias non percutiat singulorum.  
Sit modestus, non infletur, non inebrietur, suæ  
domui bene præsit: perquam erit horribile, si  
domui clerici detrahatur. Lædit sacerdotis opi-  
nionem in plebe, quando de proximis ejus male  
loquitur populus. Super omnia hæc, præcipit apo-  
stolus boni testimonii clerico fundamenta compo-  
nere, ut honorum operum testamenta casto con-  
firmetur affectu.

### XCIX.

Itaque omnes qui in ecclesiastici ministerii gra-  
dibus ordinati sunt, generaliter clerici nominan-  
tur. Cleros autem vel clericos hinc appellatos,  
doctores nostri dicunt, quia Matthias forte ele-  
ctus est, quem primum per apostolos legimus ordi-  
natum. Sic & omnes, quos illis temporibus  
ecclesiarum principes ordinabant, forte eligebant.  
Nam cleros fors interpretatur. Unde & hæredita-  
tas Græce cleronomia appellatur, & hæres clero-  
nomos. Proinde ergo clericos vocari ajunt, eo  
quod in sorte hæreditatis Domini dentur, vel pro  
eo quod ipse Dominus fors eorum sit, sicut de  
eis scriptum est, loquente Domino: *Ego hæreditas  
eorum.* Unde oportet, ut qui Deum hæreditate  
possident, absque ullo impedimento sæculi Deo  
servire studeant, & pauperes spiritu esse contem-  
dant, ut congrue illum Psalmistæ dicere possint: *ps.*  
*Dominus pars hæreditatis meæ.*

### C.

His igitur lege patrum cavetur, ut a vulgari  
vita seclasi, a mundi voluptatibus sese ablineant.  
Non spectaculis, non pompis intersint, convivia  
publica fugiant: privata non tantum pudica, sed  
& sobria colant. Usuris nequaquam incumbant,  
neque turpium occupationes lucrorum, fraudive  
cujusquam studium appetant. Amorem pecuniarum,  
quasi materiam cunctorum criminum, fugiant;  
sæcularia officia negotiaque abjiciant: honorum  
gradus per ambitiones non subeant: pro beneficiis  
medicinæ Dei, munera non accipiant. Dolos &  
conjuraciones caveant, odium & emulationem,  
obredationem atque invidiam fugiant: non va-  
gis oculis, non infræni lingua, aut petulantia tu-  
midoque gestu incedant, sed pudorem ac vere-  
cundiam mentis simplici habitu incelsuque ostend-  
ant, obsecantem etiam verborum, sicut &  
operum, penitus execrentur: viduarum ac virgi-  
num visitationes frequentissimas fugiant. Contu-  
bernia extranearum feminarum nullatenus appet-  
tant. Castimoniam quoque inviolati corporis per-  
petuo conservare studeant, aut certe unius ma-  
trimonii vinculo fœderentur. Senioribus quoque  
debitam præbeant obedientiam, neque ullo jastan-  
tix studio semetipsos attollant. Postremo in do-  
ctrina, in lectionibus, psalmis, hymnis, canticis,  
exercitio jugi incumbant. Tales enim esse debent  
quicumque divinis cultibus sese mancipandos stu-  
dent, scilicet ut dum scientiæ operam dant, do-  
ctrinæ gratiam populis administrent.

### CI.

Duo sunt genera clericorum, unum ecclesiasti-  
corum.

LIVR I  
TITR 3  
MATH. 11

Tit. 2

1 Cor. 14

1 Cor. 14

1 Cor. 14

1 Cor. 14

1 Cor. 14

1 Cor. 14

1 Cor. 14

1 Cor. 14

1 Cor. 14

1 Cor. 14

1 Cor. 14

1 Cor. 14

1 Cor. 14

1 Cor. 14

1 Cor. 14

1 Cor. 14

1 Cor. 14

1 Cor. 14

1 Cor. 14

1 Cor. 14

1 Cor. 14

1 Cor. 14

1 Cor. 14

1 Cor. 14

1 Cor. 14

1 Cor. 14

1 Cor. 14

1 Cor. 14

1 Cor. 14

1 Cor. 14

1 Cor. 14

1 Cor. 14

1 Cor. 14

1 Cor. 14

1 Cor. 14

1 Cor. 14

1 Cor. 14

1 Cor. 14

1 Cor. 14

1 Cor. 14

1 Cor. 14

1 Cor. 14

1 Cor. 14

1 Cor. 14

1 Cor. 14

1 Cor. 14

1 Cor. 14

1 Cor. 14

1 Cor. 14

1 Cor. 14

1 Cor. 14

1 Cor. 14

1 Cor. 14

1 Cor. 14

1 Cor. 14

1 Cor. 14

1 Cor. 14

1 Cor. 14

1 Cor. 14

1 Cor. 14

1 Cor. 14

1 Cor. 14

1 Cor. 14

1 Cor. 14

1 Cor. 14

1 Cor. 14

1 Cor. 14

1 Cor. 14

1 Cor. 14

1 Cor. 14

1 Cor. 14

1 Cor. 14

1 Cor. 14

1 Cor. 14

1 Cor. 14

1 Cor. 14

1 Cor. 14

1 Cor. 14

1 Cor. 14

1 Cor. 14

1 Cor. 14

1 Cor. 14

1 Cor. 14

1 Cor. 14

1 Cor. 14

1 Cor. 14

1 Cor. 14

1 Cor. 14

1 Cor. 14

1 Cor. 14

1 Cor. 14

1 Cor. 14

1 Cor. 14

1 Cor. 14

1 Cor. 14

1 Cor. 14

1 Cor. 14

1 Cor. 14

1 Cor. 14

1 Cor. 14

1 Cor. 14

1 Cor. 14

1 Cor. 14

1 Cor. 14

1 Cor. 14

1 Cor. 14

1 Cor. 14

1 Cor. 14

1 Cor. 14

1 Cor. 14

1 Cor. 14

LIBER I.

corum, sub regimine episcopali degentium: aliterum acephalorum, id est sine capite, qui quem sequantur ignorant. Hos neque inter laicos (secularium officiorum studia, neque inter clericos religio retentat divina: sed solutos atque oberrantes sola turpis vita complectitur & vaga: quique dum nullum metuentes, explendam voluptatis suae licentiam consecantur, quasi animalia bruta, libertate ac desiderio suo feruntur, habentes signum religionis, non religionis officium, hippocentauris similes, nec equi, nec homines, mixtumque ( ut ait poeta ) genus, prolesque biformis: quorum quidem sordida atque infami numerositate, satis superque nostra pars occidua pollet.

## CII.

Gregorius.  
Quales  
possent esse  
clericos.

Clericus admonendus est, quatenus sic vivat, ut bonum exemplum vitae suae secularibus praebeat. Et in clerico, si quid iuste reprehenditur, ex ejus vitio ipsa religionis nostrae aestimatio gravatur. Clerici discant, ut quae a senioribus suis jubentur, impleant, ut humiliter eorum imperiis subjaceant, ut nec subiectio eos conterat, nec locus superior extollat. Clerici discant, quomodo ante oculi arbitri oculos per humilitatem & obedientiam sua interiora componant, quatenus non cum reprobis puniantur, sed cum electis aeterna praemia fortiantur. Admonendi sunt clerici, ut tanto circa se sollicitius vivant, quanto eos aliena cura non implicat. Dicendum est clericis, ne praepositorum suorum vitam temere judicent, si quid eos fortasse agere reprehensibiliter vident: ne unde recte mala redarguant, inde per elationis impulsus in profundiora mergantur. Admonendi sunt clerici, ne cum culpam suorum praepositorum considerant, contra eos audaciores fiant: sed sic eorum prava apud semetipsos dijudicent, ut tamen divino timore constricti, ferre sub eis jugum reverentiae non recusent: quia facta praepositorum, oris gladio ferienda non sunt, etiam cum recte reprehendenda judicantur. Plerisque clericos, impudentiae vitio, non nisi increpatio dura compescit: quia dum se delinquere nesciunt, necesse est ut a plurimis increpentur.

## CIII.

Ejusdem.  
Pastor.  
Admon.

Admonendi sunt subditi, ne praepositorum suorum vitam temere judicent, si quid eos fortasse agere reprehensibiliter vident, ne unde recte mala redarguant, inde per elationis impulsus in profundiora mergantur. Admonendi sunt subditi, ne cum culpam praepositorum considerant, contra eos audaciores fiant: sed sic, si qua valde sunt eorum prava, apud semetipsos dijudicent, ut tamen divino amore constricti, ferre sub eis jugum reverentiae non recusent. Quod melius ostendimus, si Davidis factum ad medium deducamus. Saul quippe persecutor, cum ad purgandum ventrem speluncam fuisset ingressus, illic cum vitis suis David inerat, qui jam tam longo tempore persecutionis ejus mala tolerabat. Cumque eum viri sui ad feriendum Saul accenderent, trepit eos reprehensionibus, quia manum mittere in Christum Domini non deberent. Qui tamen occulte surrexit, & oram chlamydis ejus abscidit. Quid per Saul, nisi mali rectores? quid per David, nisi boni subditi designantur? Saulem igitur ventrem purgare est, pravos praepositos conceptam in corde malitiam usque ad opera miseri odoris ostendere, & cogitata apud se noxia, factis exterioribus exequendo monstrare. David namque Saulem ferre metuit, quia pater subditorum meatus, ab omni se peite obredationis abstinentes, praepositorum vitam nullo linguae gladio percipiunt, etiam cum de imperfectione reprehendunt. Boni subditi, quando pro infirmitate se te abstinere vix possunt,

ut extrema quaedam atque exteriora praepositorum mala, sed tamen humiliter, loquantur, quasi oram chlamydis sicut incidunt. Quia videlicet dum praelata dignitati, saltem innoxie & latenter derogant, quasi regis superpositi vellem fecant. Sed tamen ad semetipsos redeunt, seque vehementissime vel de tenuissima verbi laceratione reprehendunt. Unde bene & illic scriptum est: *Post haec David percussit cor suum, eo quod abscidisset oram chlamydis Saul.* Facta quippe praepositorum oris gladio ferienda non sunt, etiam cum reprehendenda judicantur. Si quando vero contra eos vel in minimis lingua loquitur, necesse est ut per afflictionem poenitentiae cor prematur, quatenus ad semetipsum redeat. Et cum quis praepositi potestati deliquerit, ejus contra se judicium, a quo sibi praelata est, perhorrescat. Nam cum in praepositos delinquit, ejus ordinationi, qui eos nobis praetulit, obviamus. Unde Moyses, cum contra se, & Aaron conqueri populum cognovisset, ait: *Nos enim quid sumus? Nec contra nos est murmur vestrum, sed contra Dominum.* Admonendi sunt benevoli subditi, ut sic alienis bonis congaudeant, quatenus habere & propria concupiscant: sic proximorum facta diligendo laudent, ut ea etiam imitando multiplicent: ne si in hoc praesentis vitae stadio ad certamen alium devoti fautores, sed pigri spectatores adsistant, & post certamen sine bravio remaneant, qui nunc in certamine non laborant: & tunc eorum palmas afflicti respiciant, in quorum nunc laboribus otiosi perdurant. Valde quippe peccamus, si aliena bene gesta non diligimus: sed nihil mercedis agimus, si ea quae diligimus, in quantum possumus, non imitamur. Dicendum est benevolis subditis, quia si imitari bona minime festinant, quae laudantes approbant, sic eis virtutum sanctitas sicut stultis spectatoribus ludicarum artium vacitas placet. Illi namque aurigarum ac histrionum gesta favoribus efferunt: nec tamen tales esse desiderant, quales illos conspiciunt esse quos laudant. Mirantur eos placita egisse, sed tamen devitant similiter placere. Dicendum est benevolis subditis, ut cum proximorum facta conspiciunt, ad tuum cor redeant: & de alienis actibus non praesumant, ne bona laudent, & agere recusent. Gravior quippe extrema ultione feriendi sunt, quibus placuit quod imitari noluerunt.

## CIV.

Propter peccatum primi hominis, humano generi poena divinitus illata est servitutis, ita ut quibus aspiciat non congruere libertatem, his misericordius irroget servitutem. Et licet peccatum humanae originis, per baptismi gratiam cunctis fidelibus dimissum sit; tamen aquas Deus ideo diserevit hominibus vitam, alios servos constituens, alios dominos, ut licentia male agendi servorum, potestate dominantium restringatur. Nam si omnes sine metu fuissent, quis esset qui a malis quempiam prohiberet? Inde & in gentibus reges principesque electi sunt, ut terrore suo populos a malo coercent, atque ad recte vivendum legibus subderent. Quantum attinet ad rationem, non est perlonarum acceptio apud Deum; qui mundi elegit ignobilia & contemptibilia, & quae non sunt, ut ea quae sunt destrueret, ne glorietur omnis caro; hoc est, carnalis potentia coram illo. Unus enim Dominus aequaliter, & dominis tertio consultum, & servis. Melior est subiecta servitus, quam elata libertas. Multi enim inveniuntur Deo libere servientes, sub dominis constituti flagitiosus: qui etsi subiecti sunt illis corpore, praelati tamen sunt mente.

## CV.

AIIINO  
CHRISTI  
8.6.

1. Ro. 10.

Eml. 16.

Ibidem lib.  
2. Seneca  
6. 17.



CV.

ANNO CHRISTI 1164 Gregorius P. III. Admon. 9.

Plerumque subditi sub pastoralis regimine constituti, dum valde de se elati presumunt, exprobrando ceteros dedignantur, dum singulariter summa existimant cuncta que agunt. Subtiliter itaque ab arguente discutienda sunt opera protervorum, ut in quo sibi placent, ostendantur quia Deo displicent. Tunc protervos melius corrigimus, cum ea que bene egisse se credunt, male acta monstramus: ut unde adepta gloria creditur, inde utilis confusio subsequatur. Nonnumquam subditi, cum le vitium proterviz minime perpetrare cognoscunt, compendiosius ad correctionem veniunt, si alterius culpae manifestioris, & ex latere requisitae, improprio confundantur: ut ex eo quod defendere nequeunt, cognoscant se tenere improbe quod defendunt. Cum proterve Paulus Corinthios adversum se temere in icem videret inflatos, ut alius Apolo, alius Pauli, alius Cephae, alius Christi se esse diceret: incestus culpam in medium deduxit, quae apud eos & perpetrata, & incorrupta remanebat, dicens: Audite inter vos fornicatio, & talis fornicatio, qualis nec inter gentes, ita ut uxorem patris quis habeat. Et vos inflati estis & non magis iustum habuistis, ut tolleretur de medio vestrum qui hoc opus fecit. Ac si aperte dicat: Quid vos per proterviam hujus vel illius dicitis, qui per dissolutionem negligentiae nullius vos esse monstratis? Admonendi sunt invidi subditi, ut perpendant quantae exaltatis sint, qui alieno profectu deficiunt, aliena exaltatione contabescunt: quantae infelicitatis sint, qui melioratione proximi deterioris sunt: dumque augmenta alienae prosperitatis aspiciunt, apud semetipsos anxie afflicti, cordis sui peste moriuntur. Quid invidis infelicitus, quos dum conspecta felicitas afficit, poena nequiores reddit? Aliorum vero bona, quae habere non possunt, si diligenter, sua fecissent. Nostra nimirum sunt bona aliorum, quae etiam imitari non possumus, amantius in aliis: & amantius sunt, quaecumque amantur in nobis. Hinc ergo pensent invidi, caritas quantae virtutis est, quae alieni laboris opera, nostra sine labore facit. Dum se invidi a livore minime custodiunt, in antiquam versuti hostis nequitiam demerguntur. De illo namque scriptum est: Invidia diaboli mors intra vitis orbem terrarum. Quia enim ipse calum perdidit, condito hoc homini invidit, & damnationem suam perditus, adhuc alios perdendo cumulavit. Cognoscant invidi, quantis lapsibus subreptentis ruinae subjaceant: quia dum livorem a corde non projiciunt, ad apertas operum nequitias devolvuntur. Nisi enim Cain invidisset acceptam fratris hostiam, minime pervenisset ad ejus extinguendam vitam. Unde scriptum est: Et respexit Dominus ad Abel & ad munera ejus, ad Cain vero & ad munera ejus non respexit. Iratusque est Cain vehementer, & concidit vitulum ejus. Itaque livor sacrificii, fratricidii temerarium fuit. Nam quem meliorem se esse doluit, ne utcumque esset, amputavit. Dicendum est invidis, quia dum se ista intrinsecus peste consumunt, etiam quicquid in se aliud boni habere videntur interimunt. Unde scriptum est: Vita carnis, sanctas cordis: putredinis officium, invidia. Per livoris vitium ante Dei oculos pereunt, etiam qui quibus humanis oculis fortia videntur. Ossa quippe per invidiam putrescere est, quaedam etiam robusta deperire. Ille est vere humilis subiectus in bonis, qui non est defensor in malis. Nam dum de malis suis subiectus arguitur, & contra verba arguentis accenditur, quando de bonis suis quasi humiliter strubat, per humilitatis vocem ornari appetit, non doceri.

1 Cor. 1.

184 & Mo 11. 1. c. 4.

11. 10.

11. 14.

CVI.

Ad haec quae praedicta sunt, ego tunc: Sic inquam, ista invidiosis questionibus factas, & in fugillationem pontificum: vel certe ipsius pontificatus exaggeras, quasi non ubi ista legisti, quibus rationabiliter permoveris, ibi etiam illa sint, quae a vobis praetermissa, breviter in excusationem officii sacerdotalis attingemus. Post illa verba, quibus negligentium finis sacerdotum ostenditur, de pontifice officium tuum curate, propheta sic loquitur: Si autem annuntians te ad impium, ut a viis suis convertatur, non fuerit convertus a via sua, ipse impius in iniquitate sua morietur, & tu animam tuam liberasti. Hic certe satis evidenter ostenditur, quod sive proficiant, sive non proficiant auditores, tacere eis non debeant sacerdotes: nec ideo rei sint, si forte eorum verba populi non audiunt, vel audita contempnunt, sed si ab eis corrigendis abstant. Quia si nec exemplo vitae praepositorum suorum, nec verbo doctrinae populi contumaces emendati proficiunt, ipsi sibi causa lux perditionis existant, & doctores suos quorum exempla simul ac verba despiciunt, involvere criminibus suis omnino non poterunt. Quod idem propheta evidenter alio loco prosequitur, dicens: Speculator cum viderit gladium venientem super terram & ceccerit buccina, & annuntiaverit populo: audiens autem, quisquis ille est, sonitum buccinae, & non se observaverit, & curritque gladius & tulit eum, sanguis ipsius super caput ejus erit. Sonum buccinae audivit, & non se observavit, sanguis ejus in ipso erit. Si autem se custodierit, animam suam salvabit. Hic quoque quid agere debeat, qui fungitur speculatoris officio: divinus sermo satis ostendit: scilicet ut quando viderit venientem gladium super terram, hoc est iram Dei super peccatores, operibus terrenis addidos, omnino non taceat, atque eis, quamdiu inhaerent iniquitatibus suis, imminere divinae indignationis interitum denuntiare non desinat, sed clare ac publice arguat: quia hoc buccinae nomen insinuat, ut se a suis criminibus emendant, supplicium futurum damnationis effugiant. Quod si corripientem, si iram futuram, quae contemptoribus jam imminet, nuntiantem homines terreni despiciunt: sanguis eorum in ipso erit, & sacerdos, qui eis peccata eorum non tacuit, poenae, quae eos expectat, particeps esse non poterit.

LIBER I. Properi De vita contempl. l. 1. c. 12

Exod. 13.

Exod. 13.

CVII.

Nec illi, qui sua possidentes, dari sibi aliquid volunt, sine grandi peccato suo, unde pauper viturum erat, accipiunt. De clericis quidem Spiritus sanctus dicit: Peccata populi mei committunt. Sed sicut nihil habentes proprium, non peccata, sed alimenta, quibus indigere videntur, accipiunt: ita possessores non alimenta quibus abundant, sed aliena peccata suscipiunt. Ipsi quoque pauperes si se possint suis artificibus, aut laboribus expedire, non presumant quod debet debilis & infirmus accipere: ne forte ecclesia, quae potest omni solatio delitutus necessaria ministrare, si omnes etiam nihil indigentes accipiant, gravata, illis quibus debet subvenire non valeat. Qui autem ecclesiae servant, & labori suo velut debita reddi oportere credentes, ea quibus opus non habent, aut accipiunt libenter, aut exigunt, nimis carnaliter sapiunt, si putant quod ecclesiae fideliter servientes, stipendia terrena ac non potius praemia aeterna percipiant. Saecularis quippe militis, quia caelestia non habet, terrena strenue militantibus praestat. Unde satis indignum est, si fidelis & operosa devotio clericorum, propter stipendium temporale praemia sempiterna contemnat.

11. 10. c. 4. De vita contempl. l. 1. c. 12

L. I. P. E. R. I.

ANNO CHRISTI 81

beat. Quod si quilibet minister ecclesie non ha-  
beat, unde vivat, non ei reddat hic, sed necesse-  
saria præstet ecclesie, ut in futuro præmium la-  
boris recipiat. quod in hac vita jam spe domini-  
cæ promissionis expectat. Illi quoque, qui velut  
idonei, nihil sibi quidem dari velut debitum pos-  
sunt, sed tamen ecclesie sumptibus vivunt; non  
est meum dicere, quali peccato cibos pauperum  
præsumendo suscipiant, qui ecclesiam, quam ju-  
vare de propriis facultatibus debuerant, suis ex-  
pensis insuper gravant: propter hoc fortassis in  
congregationes viventes, ne aliquos pauperes pa-  
scent, ne advenientes excipiant, aut ne suum cen-  
sum expensis quotidianis imminuant. Quod si ali-  
quid de fructibus suis ecclesie velut pro ipsa ex-  
pensa sua contulerint, non se præterant inani ja-  
bantia illis quos nihil habentes pascit & vestit  
ecclesia: quia perfectior est ille, qui se mundi  
rebus expoliat, aut qui cum nihil habuerit, nec  
habere desiderat, quam ille qui ex multis quæ  
possidet, ecclesiam aliquid præstet, ac se de eo quod  
præstiterit, forsitan jactat. Dura sunt quæ dico,  
nec ego diffico; dura sunt, sed observare nolen-  
tibus. Ceterum si fiant ista, quæ difficilia non  
facientibus sunt, statim facilia facientibus fiunt.  
Non ergo ea quæ volumus observare, impossi-  
bilitas nobis facit dura, sed novitas. In usum ve-  
niant, & neminem frequentata conturbabunt.  
Nam quero, quid sit eorum, quæ dixi difficile?  
ut homo id quod opus non habet, ab ecclesia  
non accipiat: an, ut quod opus non habet, sine  
caussa contemnat? Si propter hoc non vult sua  
quisque relinquere, ut habeat unde vivat; ut quid  
accipit, unde rationem reddat? ut quid peccatis  
alienis sua multiplicat?

CVIII.

Itaque sacerdos, cui dispensationis cura com-  
missa est, non solum sine cupiditate, sed etiam  
cum laude pietatis, accipit a populo dispensanda,  
& fideliter dispensat accepta, qui omnia sua aut  
reliquit, aut ecclesie rebus adjunxit. & se in nu-  
mero pauperum paupertatis amore constituit, ita  
ut unde pauperibus subministrat, inde & ipse tam-  
quam pauper voluntarius vivat. Clerici quoque,  
quos pauperes aut voluntas, aut navitas fecit,  
cum perfectione virtutis, vitæ necessaria, sive in  
domibus suis, sive in congregatione viventes, ac-  
cipiunt, quia ad ea accipienda non eos habendi  
cupiditas ducit, sed cogit vivendi necessitas.

CIX.

Illi autem, qui tam infirmi sunt, ut possessio-  
nibus suis renuntiare non possint, si ea quæ ac-  
cepturi erant, dispensatori relinquunt, nihil ha-  
bentibus conferenda, sine peccato possident sua:  
quia & ipsi quodammodo sua relinquunt, quan-  
do propriis contenti rebus, nihil eorum quæ la-  
bori vel ordini suo deberi arbitrantur, accipiunt.  
Quod si putant ideo accipi debere eorum, quæ  
conferuntur ecclesie, portionem, ne eam videan-  
tur abicere, se vero non posse sua relinquere,  
quod eis deformis sit inter suos pauperes reddi:  
noverint esse deformius, possessores de elemosy-  
nis pauperum pasci.

CX.

Heu quam subtiliter nos ille decipiendi artifex  
fallit! quanta cæcitate oculos nostræ mentis ob-  
ducit, ne discernamus gaudendi avidi, unde ju-  
stius gaudeamus: aut ne cupientes augeri divi-  
tias, noverimus quas quibus incomparabiliter præ-  
feramus! Nam gaudere quidem bonum est: sed  
qui gaudet, si non inde gaudet unde debet, non

potest bonum esse quod gaudet. Siquidem gau-  
det & raptor, cum desiderata rapuerit: gaudet  
& ebriolus, cum exoptatæ occasionem potationis  
invenit: gaudet & adulter, cum ad delectatio-  
nem fructu corporis concupiti pervenerit. Sed  
cum sit gaudere bonum, de his atque de hujus-  
cemodi gaudere, grande est malum. Hæc & his  
similia sunt, unde nos gaudere vult mundus:  
cum suis amatoribus periturus. Hæc sunt quæ  
repudiare debemus, ut de bona conscientia, san-  
ctitate morum, de acquisitione virtutum, de do-  
no Dei, & de promissione futuri regni, ineffa-  
biliter gaudeamus. Ditari quoque divitiis, gran-  
de est bonum. Sed inde ditari unde non debeas,  
non est habenda facultas, sed detestanda calami-  
tas. Nihil est enim calamitosius, nihilque mis-  
erius eo, qui iniquis acquisitionibus crescit, quem  
locupletem fraudes faciunt ac rapinæ. Illæ nobis  
sunt ambiendæ divitiæ, quæ nos ornare possunt  
pariter & munire, quas nec acquirere possumus  
inviti, nec perdere: quæ nos contra impetis ho-  
stiles armant, a mundo discernunt, Deo com-  
mendant, ditant animos nostros atque nobilitant:  
nobiscum sunt, intra nos sunt. Divitiæ nostræ  
credendæ sunt, pudicitia, quæ nos pudicos, justi-  
tia, quæ justos, pietas, quæ pios, humilitas, quæ  
humiles, mansuetudo, quæ mansuetos, innocen-  
tia, quæ innocentes, puritas, quæ puros, prudentia,  
quæ prudentes, temperantia, quæ temperan-  
tes, & caritas, quæ nos facit Deo & hominibus  
caros, virtutum potentes, sæculi contemptores, ac  
bonorum omnium sectatores. Hæc sunt non om-  
nium, sed sanctorum sanctorum virtutes: non divi-  
tum superborum, sed humilium pauperum facultates:  
patrimonium cordium, divitiæ incorrupti-  
biles morum, quibus non abundant, nisi qui il-  
lis carnalibus ex corde renuntiant. Quæ quam-  
vis & ipsa sint bona, utpote a bono Deo crea-  
ta, tamen quia sunt bonis nihilque communia,  
sudent ea spirituales viri contemnere, quo possint  
ad illa incomparabiliter meliora, quæ sunt bono-  
rum omnium propria, pervenire. Quoniam non  
est tale bonum quod habent & mal, quale illud  
est, quod non habent nisi boni. Corporale bo-  
num quando habent iniqui, ipsorum est præmium:  
quando habent justi, non est eorum præmium, sed  
temporale solatium. Item boni temporalis amil-  
sio, sit exercitium justis, & injustis supplicium, quia  
& justus desiderio celestium captus, omnia tem-  
poralia, sive habeat, sive amittat, omnino non  
sentit: & iniquus id quod cum delectatione ha-  
buit, sine dolore non perdit. Propterea igitur eis  
qui militant Deo, lugendæ sunt ex toto corde  
divitiæ. Quas qui habere volunt, sine labore non  
querunt, sine difficultate non inveniunt, sine cura  
non servant, sine anxia delectatione non pos-  
sident, sine dolore non perduunt. Apollolus au-  
tem Christi militibus dicit: *Volō vos sine soluci-  
tudine esse: & Radix omnium malorum avaritia, & in-  
ferunt se doloribus multis.* Ac sic census ille ter-  
renus eis, a quibus vitiose diligitur, non est vo-  
luptatum materia, sed dolorum. Quapropter ex-  
pedi facultates ecclesie possideri, ut inde vivant,  
qui non sæculo, cujus gaudia fugitiva repudiant,  
sed Deo deserviunt, cujus ineffabilis bona desi-  
derant

CXI.

De talibus dicere videtur apostolus: (1) *Qui in  
sacrario operantur, quæ de sacrario sunt, edunt: &  
qui altario deserviunt, cum altari participant.* Qui  
nisi

Eiusdem.  
De vita con-  
templ. lib. 2.  
c. 11.

Eiusdem.  
De vita con-  
templ. lib. 2.  
c. 11.

Eiusdem.  
De vita con-  
templ. lib. 2.  
c. 11.

1. Cor. 9.  
1. Tim. 3.

(\*) Prosper

ANNO  
CHRISTI  
1111.

LIBER I

nisi hoc de contemptoribus facultatum suarum vel-  
let intelligi, nunquam securus adponeret: Ita &  
Dominus ordinavit his qui evangelium annuntiant,  
de evangelio vivere. De evangelio vivunt, qui ni-  
hil proprium habere volunt: qui nec habent,  
nec habere aliquid concupiscunt, non suorum,  
sed communium possessores. Quid est aliud de  
evangelio vivere, nisi laborantem inde, ubi labo-  
rat, necessaria vitam percipere? Apostolus tamen,  
qui sic evangelium predicavit, ut nec de evango-  
lio viveret, sed necessaria sibi suis manibus mi-  
nistraret, de se confidenter eloquitur: Ego autem  
nullo horum usus sum. Et quare hoc dixerit, se-  
curus aperuit, dicens: Expedi mihi mori, magis  
quam ut gloriam meam quis evacuet. Evacuari di-  
cit gloriam suam, si ab eis, quibus predicabat, B  
voluisset accipere vitam temporalis expensam. No-  
lebat quippe in presenti laboris sui fructum, sed  
in futuro, recipere. Si ergo ille qui nihil habe-  
bat, noluit de evangelio, ubi laborabat, sed suis  
manibus vivere, ne gloriam suae mercedis amit-  
teret: quid nos, qui propria volumus, amore pos-  
sidendi, non vivendi necessitate, relinquere, & ac-  
cipere insuper volumus, non unde vivamus, sed  
unde censum nostrum incrementis damnabilibus  
augeamus?

CXII.

Augustini.  
De vita &  
moribus cle-  
ricorum.

Propter quod volui & rogavi hesterno die, ut  
hodie frequentius conveniretis, hoc est quod di-  
xurus sum. Vobiscum hic vivimus, & propter vos  
vivimus, & intentio votumque nostrum est, ut  
apud Christum vobiscum sine fine vivamus.

Cor. 4. 11.

Gredo autem ante oculos vestros esse conver-  
sationem nostram, ut & nos dicere fortassis au-  
deamus, quamvis multum illi impares, quod di-  
xit Apostolus: Imitatores mei estote, sicut & ego  
Christi. Et ideo nolo, ut aliquis de nobis inve-  
niat male vivendi occasionem. Providemus enim  
bona, ait idem apostolus, non solum coram Deo,  
sed etiam coram hominibus. Propter nos conscientia  
nostra sufficit nobis: propter vos fama nostra  
non pollui, sed pollere debet in vobis. Tenete  
quod dixi, atque distinguite. Dux res sunt, con-  
scientia & fama. Conscientia tibi, fama proximo  
tuo est necessaria. Qui fidens conscientiae suae ne-  
gligit famam suam, crudelis est, maxime in lo-  
co isto positus, de quo dicit Apostolus scribens  
ad discipulum suum: Circa omnes te ipsum bono-  
rum operum prae exemplum. Ut ergo non vos  
diu teneam, praesertim quia ego sedens loquor,  
vos stando laboratis: Nostis omnes, aut pene  
omnes, sic nos vivere in ea domo, quae dicitur  
domus episcopii, ut quantum possumus, imitemur  
eos sanctos, de quibus loquitur liber Actuum  
apostolorum: Nemo dicebat aliquid proprium, sed  
erant illis omnia communia. Quia forte aliqui ve-  
strum non sunt tam diligentes vitae nostrae ser-  
vatores, ut hoc sic noverint, quomodo volo vos  
nosse: dico quid sit, quod breviter dixi. Ego,  
quem Deo propitio videtis episcopum vestrum,  
juvenis veni ad istam civitatem, ut multi vestrum  
noverunt. Querebam ubi constituerem monaste-  
rium, & viverem cum fratribus meis. Spem quippe  
omnem saeculi reliqueram, & quod esse potui,  
nolui: non quaesivi tamen quod sum. Elegi in  
domo Dei abjectus esse, magis quam habitare in  
tabernaculis peccatorum. Ab eis qui diligunt sae-  
culum, secrevi me: sed eis qui praesunt populis,  
non me coequavi: nec in convivio Domini mei  
superiorem locum elegi, sed inferiorem & abje-  
ctum. Et placuit illi dicere mihi, Ascende sur-  
sum. Usque adeo autem timebam episcopatum  
ut quoniam coeperat esse jam alicujus momenti  
inter Dei servos fama mea, in quo loco scie-

Com. 1.

11. 2.

Cap. 2. 6. 4.

bam non esse episcopum, non illo accederem.  
Cavebam hoc, & agebam, quantum poteram, ut  
in loco humili salvarer, ne in alto periclitarer.  
Sed, ut dixi, Domino servus contradicere non  
debet. Veni ad istam civitatem, propter viden-  
dum amicum, quem putabam me lucrari posse  
Deo, ut nobiscum esset in monasterio: quasi se-  
curus, quia locus habebat episcopum. Apprehen-  
sus, presbyter factus sum, & per hunc gradum  
ad episcopatum perveni. Non attuli aliquid, non  
veni ad hanc ecclesiam nisi cum his indumentis  
quibus illo tempore vestiebar. Et quia hoc dis-  
ponebam, esse in monasterio cum fratribus, cog-  
nito instituto & voluntate mea, beatae memoriae  
senex Valerius dedit mihi hortum illum, in quo  
nunc est monasterium. Caepti boni propositi fra-  
tres colligere compares meos, nihil habentes, si-  
cut nihil habebam, & imitantes me, ut quomo-  
do ego teouem paupertatulam meam vendidi, &  
pauperibus erogavi, sic facerent & illi qui mecum  
esse voluissent, ut de communi viveremus: com-  
mune autem nobis esset magnum & uberrimum  
praedium ipse Deus. Perveni ad episcopatum: &  
vidi necesse habere episcopum, exhibere huma-  
nitatem assiduum quibuscumque venientibus, sive  
transseuntibus: quod si non fecisset episcopum, in-  
humanus diceretur. Si autem ista consuetudo in  
monasterio permessa esset, indecens esset: & ideo  
volui habere in domo ista episcopii mecum mo-  
nasterium clericorum. Ecce quomodo vivimus.  
C Nulli licet in societate nostra habere aliquid pro-  
prium. Sed forte aliqui habent: nulli licet. Si  
qui habent, faciunt, quod non licet. Bene au-  
tem sentio de fratribus meis, & semper bene  
credens, ab hac inquisitione dissimulavi: quia &  
ista querere, quasi male sentire videbatur. Nove-  
ram enim & novi, omnes qui mecum viverent,  
nosse propositum nostrum, nosse legem vitae no-  
strae. Venit ad nos etiam presbyter Januarius,  
qui videbatur sua honeste erogando quasi con-  
sumpsisse, sed non consumpsit. Remansit illi que-  
dam pecunia, id est, argentum quod diceret esse  
filiae suae. Filia ipsius, Deo propitio, in monaste-  
rio seminarum, & bonae spei est. gubernet illam  
Dominus, ut impleat quod de illa speramus, in  
D illius misericordia, non in ejus meritis. Et quia  
infra annos erat, & de sua pecunia nihil facere  
poterat: quamvis enim videremus fulgorem pro-  
fessionis, tamen lubricum timebamus aetatis: fa-  
ctum est ut ipsum argentum quasi puellam servaretur,  
ut cum ad legitimos annos veniret, faceret  
inde quod virginem Christi deceret, quando opti-  
me jam facere posset. Dum haec expectantur,  
coepit ille morti propinquare. Qui diu tamquam  
de suo vivens, quia ipsius erat, non filiae, testa-  
mentum fecit. Testamentum, inquam, fecit pres-  
byter socius noster, nobiscum manens, de eccle-  
sia viveas, communem vitam profites. Testa-  
mentum fecit, haeredes instituit. O dolor illius  
societatis, o fructus natus non de arbore quam  
E plantavit Dominus. Sed ecclesiam scripsit haere-  
dem. Nolo munera ista, non amo amaritudinis  
fructum. Ego illum Deo querebam, societatem  
professus erat, hanc teneret, hanc exhiberet. Ni-  
hil habebat? testamentum non faceret. Habebat  
aliquid? non se nostrum socium, quasi Dei pau-  
perem fingeret. Magnus mihi inde dolor est,  
fratres. Dico caritati vestrae: propter hunc dolo-  
rem statui haereditatem ipsam in ecclesia non su-  
scipere. Filiorum ipsius sit quod reliquit. Ipsi in-  
de faciant quod voluerint. Videtur enim mihi,  
quia si eam suscepero, in isto facto, quod mihi  
displicet, & quod doleo, ejus particeps ero. Hoc  
volui non latere caritatem vestram. Filia ipsius  
in

LIBER I

ANNO  
CHRISTI  
84.

in monasterio est feminalium, & filius ipsius in A  
monasterio virorum est: ambos exheredavit: il-  
lam cum laude, istum cum etigio, id est, cum  
vituperatione. Commendavi autem ecclesiam, ut  
non accipiant ipsas portiuoculas, quæ pertinent  
ad exheredatos, nisi cum ad legitimam statem  
pervenerint. Hoc eis reservat ecclesia. Deinde li-  
tem dimisit inter filios suos, in qua laboro. Puel-  
la dicit, Meum est, nollis quia hoc dicebat sem-  
per pater meus. Puer dicit, Credatur patri meo,  
quia moriens mentiri non potuit. Et ista contem-  
tio quale malum est? Sed si pueri ipsi serui Dei  
sunt, litem hanc inter illos cito finimus. Audio  
illos ut pater, & forte melius quam pater ipso-  
rum. Videbo quid sit juris. Sicut Dominus vo-  
luerit, cum paucis fratribus fidelibus honoratis,  
Deo propitio, de numero vestro, id est, de ple-  
be ista, audio inter illos causam, & sicut Do-  
minus donaverit, finio. Tamen rogo vos, nemo  
me reprehendat, quia ejus hæreditatem nolo sus-  
cipere ecclesia. Primo, quia factum illius detes-  
tor. Deinde, quia institutum meum est. Multi  
laudant quod didicimus sum, sed aliqui & re-  
prehendant: utrisque facere satis valde difficile  
est. Audistis modo cum evangelium legeretur:  
Matth. 23. *Cantavimus vobis, & non scitastis: planximus, &  
non luxistis. Venit Joannes Baptista non manducans  
neque bibens, & dicunt, Demonium habet. Venit fi-  
lius hominis manducans & bibens, & dicunt, Ec-  
ce homo vorax, potator vini, & amicus publicano-  
rum.* Quid ergo facio inter illos, qui parant me  
reprehendere, & dentes in me ducere, si susce-  
pero hæreditates eorum qui filios suos irati ex-  
heredant? Iterum quid sum daturus eis, qui-  
bus canto, & nolunt saltare? qui dicunt, Ecce  
quare nemo donat ecclesie Hipponensi aliquid:  
Ecce quare non eam faciunt, qui moriuntur, hæ-  
redem: quia episcopus Augustinus de bonitate sua  
(laudando eam mordent, labiis mulcent, & den-  
tem figunt) donat totum, non suscipit. Plane sus-  
cipio, profiteor me suscipere oblationes bonas, ob-  
lationes sanctas. Si quis autem irascitur in filio  
suo, & moriens exhereditat eum; si viveret, non  
eum placarem? non ei filium reconciliare debe-  
rem? Quomodo ergo cum filio suo volo ut habeat  
pacem, cujus appeto hæreditatem? Sed plane si  
faciat quod sepe hortatus sum. Unum filium ha-  
bet? putet Christum alterum: duos habet? putet  
Christum tertium: decem habet? Christum unde-  
cimum faciat, & suscipio. Quia ergo feci hoc in  
quibusdam rebus, jam volunt bonitatem meam,  
vel commendationem famæ meæ in aliud vertere,  
ut alio modo me reprehendant, quia oblationes  
devotorum hominum nolo suscipere. Considerent  
quam multa susceperim. Quid opus est ea nume-  
rare? Ecce unam dico, filii Juliani hæreditatem  
suscepi. Quare? quia sine filiis defunctus est. Bo-  
nificii hæreditatem suscipere nolui, non miseri-  
cordia, sed timore. Naviculariam nolui esse eccle-  
siam Christi. Multi sunt quidem, qui etiam de  
navibus acquirunt. Tamen una tentatio si esset,  
si iret navis, & naufragaret, homines ad torma-  
nta datari eramus: ut de submersione navis se-  
cundum consuetudinem quæreretur, & torque-  
rentur a iudice qui esset: de ludibus liberati.  
Sed non eos daremus, nullo pacto enim hoc fa-  
cere deceret ecclesiam. Onus ergo fiscale persol-  
veret, sed unde persolveret? eutheciam nobis ha-  
bere non licet. Non est episcopi servare aurum,  
& revocare a se mendicantis manum. Quotidie  
tam multi petunt, tam multi gemunt, tam mul-  
ti nos inopes intepellanti, ut plures tristes relin-  
quamus, quia ut possimus dare omnibus non ha-  
bemus. Non habemus ergo eutheciam. Propter  
A  
nausfragium ergo hoc vitandum feci, non donan-  
do. Nemo ibi me laudet, sed nemo & vituperet.  
Plane, quando donavi filio quod iratus pater mori-  
ens abstulit, bene feci. Laudent, qui volunt:  
parcant, qui laudare nolunt. Quid pleribus, fra-  
tres mei? Quicumque vult, exhereditato filio, hæ-  
redem facere ecclesiam, quarat alterum qui susci-  
piat, non Augustinum: immo, Deo propitio, ne-  
minem inveniat. Quam laudabile factum sancti &  
venerandi episcopi Aurelii Carthagenensis, quomo-  
do implevit os omnium qui sciunt laudibus Dei?  
Quidam cum filios non haberet, neque speraret,  
res suas omnes, retento sibi usufructu, donavit  
ecclesie. Nati sunt illi filii, & reddidit episcopus  
nec opinanti, quæ illi donaverat. In potestate ha-  
B  
bebat episcopus non reddere: sed jura furi, non  
jure cæli. Sane etiam hoc noverit caritas vestra,  
dixisse me fratribus meis, qui mecum manent,  
ut quicumque habet aliquid, aut vendat, aut ero-  
get, aut donet, aut commune illud faciat. Eccle-  
siam habet, per quam nos Deus pascit. Et dedi  
dilationem usque ad epiphaniam, propter eos qui  
vel cum fratribus suis non diviserunt, & dimise-  
runt quod habent apud fratres suos: vel noandum  
de re sua aliquid egerunt, quia expectabatur ætas  
legitima. Faciant inde quod volunt, dum tamen  
sint pauperes mecum, simul expectemus miseri-  
cordiam Dei. Si autem nolunt, qui forte nolunt,  
certe ego sum, qui statueram, sicut nollis, nul-  
lum ordinare clericum, nisi qui mecum vellet ma-  
nere, ut si vellet discedere a proposito, recte illi  
C  
tollerem clericatum, quia desereret sanctæ socie-  
tatis promissum, ceptumque consortium. Ecce in  
conspectu Dei & vestro, tuto consilium. Qui vo-  
lunt habere aliquid proprium, quibus non sufficit  
Deus & ecclesia ejus, maneat ubi volunt, & ubi  
pessunt; non eis aufero clericatum. Nolo habere  
hypocritas. Malum est, quis nesciat? malum est,  
cadere a proposito: sed pejus est, simulare propo-  
situm. Ecce dico, audite: Qui societatem commu-  
nis vitæ jam susceptam, quæ laudatur in aposto-  
lorum Actibus, deserit, a voto suo cadit, a pro-  
fessione sancta decidit. Observet judicem, sed Deum,  
non me: ergo ei non aufero clericatum; quantum  
D  
vult. Novi enim, quia si aliquem hoc facientem  
degradare voluero, non ei deerunt patroni, non  
ei deerunt suffragatores, & hic, & apud episco-  
pos, qui dicant: Quid mali fecit? non potest te-  
cum tolerare vitam istam, extra episcopatum vult  
manere, de proprio vivere: ideo debet perdere  
clericatum? Ego scio, quantum mali sit, profite-  
ri sanctum aliquid, nec implere. *Vovete, inquit, T. J. 11.  
& reddite Domino Deo vestro: & Melius est non  
E  
vovete, quam vovete & non reddere. Virgo & si  
nunquam fuerit in monasterio, & virgo sacra est;  
nubere illi non licet, esse in monasterio non com-  
pellitur. Si autem cepit esse in monasterio, &  
deseruit, & tamen virgo est, dimidia ruit. Sic &  
clericus duas res professus est, & sanctitatem, &  
clericatum; interius sanctitatem. Nam clericatum  
propter populum suum Deus imposuit cervicibus  
ipsius. Magis onus est, quam honor. Sed quis sa-  
piens, & intelligit hæc? Ergo professus est san-  
ctitatem, professus est communiter vivendi socie-  
tatem: professus est, quam bonum, & quam ju-  
cundum habitare fratres in unum. Si ab hoc pro-  
posito ceciderit, & extra manens clericus fuerit,  
dimidius & ipse cecidit. Quid ad me? non eum  
judico. Si foris servat sanctitatem, dimidius ceci-  
dit. Si intus habuerit simulationem, totus cecidit.  
Nolo habeat necessitatem simulandi. Scio quomo-  
do homines ament clericatum. Nemini eum tollo  
noleanti mecum communiter vivere: habet Deum,  
qui*

ANNO  
CHRISTI  
816.

qui mecum manere vult. Si paratus est pasci a Deo per ecclesiam ipsius, non habere aliquid proprium, sed aut erogare pauperibus, aut in comune mittere, maneat mecum. Qui hoc non vult, habeat libertatem: sed videat, utrum habere possit felicitatis aeternitatem. Sufficiant hinc nunc interim caritati vestrae: quod ego cum fratribus meis, annuntiabo vobis. Spero enim bona, quod omnes mihi libenter obediant, nec inventurus sum aliquos habere aliquid, nisi aliqua necessitate religionis, non occasione cupiditatis. Quod ergo ego, post epiphaniam caritati vestrae in Domini voluntate nuntiabo. Et quomodo listem finiero inter duos fratres, filios presbyteri Januarii, non vobis tacebo. Multa loquutus sum, date veniam loquaci senectuti, sed timida infirmitati. Ego, sicut videtis, per aetatem modo senui: sed per infirmitatem corporis, olim senex fui, tamen si Deo placet quod dixi, modo ipse det vires, non vos deseru. Orate pro me, ut quantum inest anima in hoc corpore, & qualescumque vires suppetunt, in verbo Dei serviam vobis. Amen.

CXIII.

Caritati vestrae hodie de nobis ipsis sermo reddendus est. Quia enim, ut ait apostolus, *Spektaculum facti sumus mundo, & angelis, & hominibus*, qui nos amant, querunt quod laudent in nobis: qui autem nos oderunt, detrahunt nobis. Nos autem in utroque medio constituti, adjuvante Domino Deo nostro, & vitam nostram, & famam nostram sic custodire debemus, ut non erubescant de detractoribus laudatores. Quomodo autem vivere velimus, quomodo Deo propitio jam vivamus, quamvis de scriptura sancta multi noveritis, tamen ad commemorandos vos, ipsa de libro Actuum apostolorum vobis lectio recitabitur, ut videatis ubi descripta sit forma, quam desideramus implere. Dum ergo recitatur, vos intentissimos esse volo, ut post ejus recitationem, quod constitui loquar, Domino donante, intentioni vestrae. Cumque diaconus Lazarus legeret: *Cum orassent, motus est locus in quo erant congregati, & impleti sunt omnes Spiritu sancto, & loquebantur verbum Dei cum fiducia omni volenti. Multitudinis autem credentium erat anima una & cor unum: & nemo eorum quae possidebat, dicebat aliquid suum esse, sed erant illis omnia communia. Et virtute magna reddebant testimonium apostoli resurrectionis Domini Jesu, gratiaque magna erat super omnes illos. Neque enim egens quisquam fuit inter illos. Quotquot enim possessores praediorum vel domorum erant, vendentes afferbant pretia illorum. & ponebant ante pedes apostolorum, distribuebatur autem singulis, prout cuique opus erat. Cumque Lazarus diaconus recitaret, & episcopo codicem tradidisset, August. episcopus dixit: Et ego legere volo: plus enim me delectat hujus verbi esse lectorem, quam verbi mei disputatorem. Cum orassent, motus est locus in quo erant congregati, & impleti omnes Spiritu sancto, loquebantur verbum Dei cum fiducia omni volenti. Multitudinis autem credentium erat anima una & cor unum: Et nemo eorum quae possidebat, dicebat aliquid suum esse, sed erant illis omnia communia. Et virtute magna reddebant testimonium apostoli resurrectionis Domini Jesu, gratiaque magna erat super omnes illos. Neque enim egens quisquam fuit inter illos. Quotquot enim possessores praediorum vel domorum erant, vendentes afferbant pretia eorum, & ponebant ante pedes apostolorum, distribuebatur autem singulis, prout cuique opus erat. Cumque episcopus legisset, dixit: Audistis quid velimus, orate ut possimus. Contigit autem quaedam necessitas, ut haec diligentius agerem. Quoniam sicut jam nostis, presbyter in nostra societate constitutus, quali societati perhibet testi-*

Ejaldem  
Sermo II. De  
vita & mori-  
bus ecclesio-  
rum.  
1. Cor. 4.

AN. 4.

AN.

monium lectio, quam modo cum recitarem, audistis; moriens testamentum fecit, quia habuit unde faceret. Erat quod diceret suum, cum in ea societate viveret, ubi nemini licebat dicere aliquid suum, sed esse illis omnia communia. Si quis dilector & laudator noster apud detractorem nostrum predicaret istam societatem, & diceret, Cum episcopo Augustino sic vivunt omnes cohabitatores ejus, quomodo scriptum est in Actibus apostolorum, continuo ille detractor caput movens, dentem promovens, diceret: Ita vero, sic ibi vivitur quomodo dicitis? Quare mentiris? quare falsa laude honotas indignos? Nonne ibi modo in eorum societate positus presbyter testamentum fecit, & quod habuit, quomodo voluit, disposuit & reliquit? Certe omnia ibi sunt communia, certe nemo dicit aliquid suum. Sub his verbis quid ageret laudator meus? Nonne os ejus quasi plumbo oppilaret ille detractor? nonne illum laudasse periret? nonne reverentia perfusus, & illius sermone confusus, vel nobis, vel testatori illi malediceret? Haec fuit necessitas, ut ad istam diligentiam veniremus. Nuntio ergo vobis unde gaudeatis. Omnes fratres & clericos meos, qui mecum habitant, presbyteros, diaconos, subdiaconos, & Patricium nepotem meum, tales inveni, quales desideravi. Sed sunt qui de sua qualicumque paupertate quod statuerant, nondum fecerunt. Hi sunt, Valens subdiaconus, & paulo ante dictus nepos meus subdiaconus, & matris vita impediabat, quia inde vivebat. Expectabatur in illo etiam legitimae aetatis accessus, ut quod faceret, firmissime faceret. Nondum autem fecit, quia ipsos agellos habet cum suo fratre communes, & subdivisos eos possident. Sic autem eos cupit ecclesiae conferre, ut inde alantur qui sunt in proposito sanctitatis, quousque in hac vita degunt. Scriptum est enim, & hoc Apostolus loquitur: *Quisquis autem suis, & maxime domesticis, non providet, fidem denegat, & est infideli deterior.* Adhuc autem mancipia sunt ei similiter cum fratre communia, nondum divisa. Disposita ea manumittere: non potest antequam dividantur. Quid enim ad se pertinet, adhuc ignorat. Ad ipsum sane, quia major est, pertinet divisio & ad fratrem ejus electio: & ipse frater ejus Deo servit, & subdiaconus est cum sancto fratre meo, & coepiscopo Severo in ecclesia Milevitana. Hoc agitur, hoc sine dilatione peragendum est, ut illi servuli dividantur, & manumittantur, & sic det ecclesiae, ut eorum excipiat alimentum. Nepos autem meus, ex quo conversus est, & mecum esse coepit, impediabatur & ipse aliquid de agellis suis agere invita usufructuaria matre sua, quae hoc anno defuncta est. Inter ipsum & sorores ejus sunt quaedam, in Christi adjutorio cito finienda, ut & ipse faciat quod Dei servum decet, & quod ipsa professio & ista exigit lectio. Diaconus Faustianus (sicut pene omnes nostis) hic de militia saeculi ad monasterium conversus est, hic baptizatus, inde diaconus ordinatus. Sed quia exiguum est quod videtur possidere, sicut juris periti loquuntur, jure, non corpore, reliquerat illud, & ab ejus fratribus tenebatur. Nunquam inde cogitavit, ex quo conversus est, nec ipse aliquid quaesivit a fratribus suis, nec ab illo aliquid est quaesitum. Modo quia verum est ad hunc articulum temporis, cum consilio meo divisit ipsam rem: & dimidiam donavit fratribus suis, dimidiam ecclesiae pauperi in loco eodem constituit. Diaconus Severus sub qua Dei disciplina & flagello sit, nostis: lumen tamen non perdidit mentis. Unam domum hic emerat propter matrem & sororem suam, quas de sua patria huc desiderabat adducere. Emerat autem, non sua pecu-

LIBER I.

1. Tim. 5.

cu.

cunja, quam non habebat, sed ex consolatione reli-  
giorum virorum, quos mihi quærenti etiam no-  
minans indicavit. De ipsa non possum dicere quid  
fecerit, aut quid disponet, nisi quia ipse totum in  
mea posuit voluntate, ut quidquid ipse vellem,  
hoc inde fieret. Sed habet quasdam causas cum  
matre sua, quarum causarum me iudicem poscit:  
ut cum illæ causæ fuerint terminatæ, fiat de ipsa  
domo quod ego voluero. Quid autem velle pote-  
ro, Deo regente, nisi quod iustitia jubet, & pie-  
tas postulat? Habet etiam in patria sua aliquos a-  
gellos: disponit eos sic distribuere, ut etiam illic  
in ipso loco positæ pauperi largiatur ecclesiæ. Dia-  
conus Hipponensis homo pauper est: quid alicui  
conferat, non habet: tamen de laboribus suis, an-  
tequam esset clericus, emerat aliquos servulos, ho-  
die illos in conspectu vestro manumisurus est epi-  
scopalibus gestis. Diaconus Eradius ante vestros  
oculos veritatur: opera ejus lucent coram oculis  
nostris: de opere ejus & expensa pecunia memo-  
riam sancti martyris habemus. De pecunia sua e-  
mit etiam possessionem ex consilio meo. Nam ip-  
sam pecuniam volebat per manus meas erogari,  
sicut mihi placeret: ego si pecuniæ avidus essem,  
aut necessitates ipsas meas, quas pro pauperibus  
habeo, in hac causa plus curarem, pecuniam ac-  
ciperem. Quare? dicit aliquis. Quia possessio illa,  
quæ ab illo empta, & ecclesiæ donata est, adhuc  
nihil præstat ecclesiæ. Minus enim habebat ad pre-  
tium. Et quia mutuatus fuerat, hoc de ejus ad-  
huc fructibus redditur. Homo sum senex: quate-  
nus mihi de illa possessione potest fructus accede-  
re? Numquid promitto mihi tot annos esse victu-  
rum, donec suum pretium illa persolvat? Quod  
ergo vix diu partibus reddit, de proximo haberem  
totum, si accipere voluisssem. Non feci, aliud at-  
tendi. Fateor enim vobis, & ipsa suspecta mihi  
adhuc ejus ætas fuit: ac verebar, ne forte, ut sunt  
homines, matri ejus hoc displiceret, & diceret,  
inductum a me fuisse adolescentem, ut bona ejus  
paterna contumerem, & cum egentem relinque-  
rem. Ideo volui ejus pecuniam in illa possessione  
servari, ut si aliquid (quod Deus avertat) aliter  
quam volumus evenisset, redderetur villa, ne cul-  
paretur episcopi fama. Scio enim quantum vobis  
sit necessaria fama mea. Nam mihi sufficit con-  
suetudo mea. Emit etiam spatium ab ista postea  
ecclesiæ, notum vobis; & sua pecunia ædificavit  
domum, & hoc nostris. Ante paucos dies, prius-  
quam sermonem de hac re haberem vobiscum,  
eam donavit ecclesiæ. Expectabat enim ut eam  
perficeret, & perfectam donaret. Fabricandi au-  
tem domum necessitas illi nulla erat, nisi quia  
cegitavit matrem suam huc esse venturam. Si an-  
te venisset, in re filii sui habitaret: modo si ve-  
nerit, in opere filii sui habitabit. Testimonium ei  
perhibeo: pauper remansit, sed in caritatis posses-  
sione permansit. Aliqui servuli ei reliqui fuerant,  
jam quidem in monasterio viventes, quos tamen  
gestis ecclesiæ illis manumisurus est hodie. Nemo  
ergo dicat, Dives est, nemo existimet, nemo ma-  
le loquatur, nemo seipsum & animam suam suis  
dentibus laniet. Pecuniam nullam habet servatam,  
utinam quam debet restituat. Ceteri, id est sub-  
diacones, pauperes sunt; Deo propitio, misericor-  
diam Dei expectant. Unde ipsi faciunt, non ha-  
bent, nullas habentes facultates, finierunt mundi  
cupiditates. Vivunt nobiscum in societate commu-  
ni. Nemo eos distinguit ab eis qui aliquid attu-  
lerunt. Caritatis unitas præponenda est retinere  
commodo hereditatis. Restant presbyteri: sic enim  
ad eos gradatim ascendere volui. Cito dixerim,  
pauperes Dei sunt, nihil ad domum societatis no-  
stræ attulerunt, nisi ipsam, qua nihil est carius,

caritatem. Verumtamen quoniam scio natos fuisse  
rumores de divitiis ipsorum, non a me ad aliquid  
compellendi, sed vobis meo sermone purgandi sunt.  
Vobis dico, qui forte nescitis: nam & vestrum  
plurimi sciunt. Presbyterum Leporium, quamvis  
 sæculi natalibus clarum, & apud suos honestissi-  
mo loco natum, tamen jam Deo servientem,  
cunctis quæ habebat relictis, inopem suscepi. Non  
quia nihil habuit, sed quia jam secerat, quod le-  
gitio ista persuadet. Hic non fecit, sed nos scimus  
& ubi fecit. Unitas Christi est, ecclesia una est.  
Ubiunque fecit opus bonum, pertinet & ad nos,  
si congaudeamus. Hortus est unus, ubi nostris:  
ibi monasterium suis constituit, quia & ipsi Deo  
serviunt. Ille hortus ad ecclesiam non pertinet,  
B nec ad ipsum. Et ad quem? dixerit aliquis: ad  
illud, quod ibi est, monasterium. Sed quod verum  
est, usque ad hoc tempus curam pro illis ita ge-  
rebat, ut suspiculos, quibus sustentantur, apud  
se haberet, & eis ipse (ut videbatur) impenderet.  
Sed ne propter hoc daretur locus hominibus suspi-  
ciones suas rodentibus, & ventrem non impleti-  
bus, hoc placuit & mihi & ipsi, ut sic se illi tran-  
sigerent, quasi ille jam de sæculo exierit. Numquid  
enim, cum obierit ipse, illis dispensaturus est ali-  
quid? Melius est ut videat illos bene versantes,  
& regente Deo, in disciplina Christi viventes, ut  
de illis tantummodo gaudeat, non eorum necessi-  
tatibus occupetur. Pecuniam non habet, quam  
suam dicere possit. Habebat xenodochium ædifi-  
candum, quod modo videtis ædificatum. Ego illi  
injunxi, ego jussi: obtemperavit mihi libentissime,  
& sicut videtis, operatus est. Quomodo etiam meo  
jussu basilicam ad octo martyres fabricavit, de his  
quæ per vos Deus donavit. Cæpit enim de pecu-  
nia, quæ data erat ecclesiæ propter xenodochium:  
Et cum cœpisset ædificare, ut sunt religiosi desi-  
derantes opera sua in celo scribi, adjuverunt pro-  
ut quisque voluit & fabricavit. Opus ante oculos  
habemus. Omnis homo quid factum sit, videt: de  
pecunia, quia non habet, mihi credant: dentem  
compescant, ne frangant. Emerat de ipsa pecunia  
xenodochii quondam domum in carraria, quam  
sibi existimabat propter lapides profuturam. Sed  
lapides ejus domus, fabricæ necessarii non fuerunt,  
D quoniam aliunde provisi sunt. Domus ergo ipsa  
sic remansit. Pensionem præstat, sed ecclesiæ, non  
presbytero. Nemo amplius dicat, In domum pres-  
byteri, ad domum presbyteri, ante domum pres-  
byteri. Ecce ubi est domus presbyteri: ubi est do-  
mus mea, ibi est domus presbyteri. Alibi non  
habet domum, sed ubicumque habet Deum. Quid  
amplius queritis, nisi quia me illud meministi etiam  
promississe, ut ad vos perferrem, quid egissem in-  
ter duos, fratrem videlicet & sororem, filios Ja-  
nuarii presbyteri: quia orta inter illos fuerat con-  
troversia pecuniaria: sed tamen sicut inter fratres,  
salva Deo propitio caritate? Promiseram ergo au-  
dire, ut inter illos quidquid esset judicandum fini-  
re. Paraveram me iudicem, sed antequam ju-  
dicarem, ipsi, quod judicaturus eram, finierunt.  
Non inveni unde judicarem, sed unde lætarer.  
Acquieverunt omnino concorditer voluntati meæ  
& consilio meo, ut pares essent in pecunia, quam  
reliquit pater eorum, ecclesia renuntiante, post  
sermonem meum. Locuturi sunt homines. Sed  
& quodlibet homines loquantur, qualicumque su-  
ra flante perducetur inde aliquid ad aures meas:  
& si tale fuerit, ut sit iterum necesse nos purga-  
re, respondebo maledicis, respondebo detractioni-  
bus, respondebo incredulis, non nobis-credentibus  
præpositis suis. Respondebo, ut potero, quod Do-  
minus dederit. Interim modo non est necesse,  
quia nihil forte diduri sunt. Qui nos amant, li-  
bere

ANNO  
CHRISTI  
810  
Forte pro  
referentur  
Hoc

bere gaudebunt: qui nos oderunt, tacite dolebunt: A tamen si linguas exercuerint, audient Deo propitio vobiscum responsionem meam, non litem meam. Non enim homines nominatus sum & dicturus, Ille hoc dixit, iste sic detraxit: cum fortasse etiam ad me fallia, quia & hoc potest fieri, perferantur. Verumtamen quaecumque perlatu fuerint, si oportere videbitur, loquar inde caritati vestrae. Ante oculos vestros volo sit vita nostra. Scio quia quærentes licentiam male faciendi, quærent sibi exempla male viventium & multos intamant, ut locios invenisse videantur. Ideo quod nostrum est fecimus, plus quid faciamus non habedimus. Ante vestros oculos sumus, nullius aliquid desideramus, nisi bona opera vestra. Et vos exhortor, fratres mei, si aliquid vultis clericis dare, sciatis quia non debetis vitia eorum sovere contra me. Omne offerre quod vultis, offerre de voluntate vestra. Quod commune erit, distribuetur unicuique prout cuique opus erit. Gazophylacium attendite, & omnes habebimus. Valde me delectat, si ipsum fuerit præsepe nostrum, ut nos simus iumenta Dei, vos ager Dei. Nemo det birrum, vel lineam tunicam, seu aliquid, nisi in commune. De communi accipiam mihi ipsi, cum sciam commune me velle habere quidquid habeo. Nolo talia offerat sanctitas vestra, quibus ego solus quasi decentius utar. Offeratur mihi, verbi gratia, birrum pretiosum. Forte decet episcopum, quamvis non deceat Augustinum, id est, hominem pauperem de pauperibus natum. Modo dicturi sunt homines, quia inveni pretiosas vestes, quas non potuissent habere vel in domo patris mei, vel in illa seculari professione mea. Non decet. Talem debeo habere, qualem possum, si non habuerit, fratri meo dare, qualem potest habere presbyter, qualem potest habere decenter diaconus & subdiaconus, talem volo accipere, quia in commune accipio. Si quis meliorem dederit, vendo: quod & facere soleo, ut quando non potest vestis esse communis, pretium vestis sit commune, vendo & erogo pauperibus. Si hoc cum delectat, ut ego habeam; talem det, de qua non erubescam. Fateor enim vobis, de pretiosa veste erubescio: quia non decet hanc professionem, non decet hanc admonitionem, non decet hæc membra, non decet hos canos. Etiam illud dico, si forte in nostra domo, in nostra societate æper est aliquis, vel post ægritudinem, ut necesse sit eum ante horam prandii reficere, non prohibeo religiosos vel religiosas mittere eis quod videtur ut mittant. Prandium tamen & cenam extra nemo habebit. Ecce dico, auditis? audiunt. Qui habere voluerit proprium, & de proprio vivere & contra ista præcepta nostra facere, parum est ut dicam, non mecum manebit, sed nec clericus erit. Dixeram enim, & scio me dixisse, ut si nollet suscipere socialem vitam mecum, non illis tollerem clericatum: sed seorsum manerent, & seorsum viverent, quomodo nollet, Deo viverent, & tamen ante oculos posui, quantum mali sit a proposito cadere. Malui enim habere cæcos vel claudos, quam plangere mortuos. Qui enim hypocrita est, mortuus est. Quomodo ergo quicumque voluisset extra manere, & de suo vivere, non ei tollerem clericatum. ita modo, quia placuit illis, Deo propitio, socialis hæc vita, quicumque cum hypocritis vixerit, quicumque inventus fuerit habens proprium, non illi permitto, ut inde faciat testamentum, sed delebo eum de tabula clericorum. Interpellet contra me mille concilia, naviget contra me quo voluerit, sit certe ubi poterit. Adjuvabit me Dominus, ut ubi ego episcopus sum, ille clericus esse non possit. Audistis? audierunt. Sed spero in

Concil. Generai. Tom. XIV.

Deum nostrum & misericordiam ejus, quia deat dispositionem meam istam hilariter acceperunt, sic cam pure fideliterque servabunt. Dixi aliquid sum non habere presbyteros cohabitatores meos inter quos est & presbyter Barnabas. Sed & de illa audivi quædam fuisse iudata. Ante omnia, quia emit villam a dilecto & honorabili filio meo Eleusino. Hoc factum est. Monasterio donavit ille non vendidit. Ego sum testis. Quod amplius quærentis ignoro. Ego sum testis. Donavit ille, non vendidit. Sed dum non creditur donare potuisse, creditus est vendidisse. Beatus homo qui tam bonum opus fecit, ut non crederetur. Tamen vel modo credite, & detractores audire libenter desinite. Jam dixi, ego sum testis. Dicitur est de illo, quod Anno præposituræ suæ per industriam debita fecerit, ut dum volo ego reddi debita, dari illi licentiam poscendi fundum Victorianensem, tanquam dixisset mihi, Ut reddam debita mea, dammi in decem annos fundum Victorianensem: & hoc factum est: sed fuit unde rumor nasceretur. Fecit debita reddenda, a nobis reddita sunt partim, unde potuerunt. Remansit aliquid quod non debebatur etiam monasterio illi, quod per ipsum Deus instituit. Cum ergo remansisset, cepimus quætere unde debitum redderemus. Ad conductionem ipsius fundi nullus accessit, nisi quadraginta solidorum offerens pensionem. Sed vidimus fundum amplius posse dare, ut celerius debitum redderetur, & commisi fidei ejus, ut de ipsa conductione lûcera non requirerent fratres: sed quidquid daret fundus, de ipsis fructibus imputarent ad debitum. Fide agitur. Paratus est presbyter, ut alium constitutam qui de fructibus fratris debitum reddat. Ex numero vestro sit aliquis cui hoc committam, ex numero ipsorum, qui ad nos talia pertulerunt. Sunt enim in vobis homines religiosi, si qui cum rumore falso reprehensum esse doluerunt, & tamen crediderunt factum. Ex ipsis ergo aliquis veniat ad nos, suscipiat possessionem, omnes fructus pretiis suis fideliter vendat, ut reddi possit facilis quod debetur, & hodie recedat inde cura presbyteri. Locus etiam ipse, ubi monasterium constitutum est, a memorato honorabili filio meo Eleusino, ipsi presbytero Barnabæ donatus est. Antequam ordinaretur presbyter, in ipso loco monasterium instituit. Sed tamen quia nomine ipsius donatus erat locus, mutavit instrumenta, ut nomine monasterii possideatur. De fundo Victorianensi ego rogo, ego hortor, ego peto, ut si quis religiosus est, fide agat, & exhibeat ecclesie istam operam, ut cito debitum reddam. Quod si nemo de laicis fuerit inventus, ego propono alium, ille silue non accedet. Quid vultis amplius? Nemo laeret servos Dei, quia non expedit laerantibus. Servis Dei quidem merces fallis detractionibus creseit, sed creseit etiam pœna detrahentibus. Non sine causa dictum est: *Gaudete & exultate*, quando detrahunt de vobis dicentes fallia, quia merces vestra magna est in calis. Nolumus cum detrimento vestro magnam habere mercedem. Minus ibi habemus, & tamen vobiscum ibi regnemus. Amen.

#### E X P L I C I T .

Quia ergo constat, sanctam ecclesiam prædictorum patrum exempla sequi debere, quorum notetur documentis post apostolica instituta ubertim coruscare: debent non solum prælati imitando, verum etiam subditi obsequendo, usquequaque studere, qualiter eorum exemplis & doctrinis parentes, ad felicitatis gaudia, quo illi præcesserunt, valeant pervenire. Quoniam sicut hi qui eorum doctrinis & exemplis summa devotione obediunt,

p

æter.

LIBER I.

eternis gaudiis inferuntur: ita nihilum ea festari A nolentes eternis suppliciis mancipantur. Memoratas itaque sanctorum patrum sententias, quibus clericalis ordo ad bene vivendum instruitur, sedule perlegat & diligenter pertractet, quisquis canonicam professus est vitam. Quas cum bene perferuntur fuerit, patienter inveniet, quod illi non enervate, sed religiose vivendum sit.

CXIV.

Propter quorundam simplicium verba, qui religiosis & eruditis viris sese admonentibus ac redarguentibus plerumque objicere solent, solos monachos scripturarum sanctorum praecepta observare debere, opere pretium duximus, quaedam evangelica atque apostolica quam brevissime ad medium deducere praecepta: ut haec hujusmodi imperitii homines audientes, hisque aures cordis accomodantes, intelligant quae sibi, quae monachis conveniant observare praecepta. Qui enim mente & corpore vult contemnere saeculum, & pauperem sequi Christum, audiat ipsum dicentem in evangelio: Si vis perfectus esse, vade & vende omnia quae habes, & da pauperibus: & veni, sequere me. & iterum: Omnis qui reliquerit domum, aut fratres, aut patrem, aut matrem, aut agros propter me, centuplum accipiet, & vitam aeternam possidebit. Ad discipulos autem: Vos, inquit, qui reliquistis omnia, & secuti estis me, sedebitis super sedes duodecim iudicantis duodecim tribus Israel. Haec & hujusmodi praecepta felix specialiter congruunt monachis: & quanto singularia, tanto & praecipua. Dicit etiam idem Salvator generaliter omnibus: Omnis qui venit ad me, & non odit patrem suum, & matrem, & fratrem, & sorores, & uxorem, & animam suam, non potest meus esse discipulus. & iterum: Qui amat filium aut filiam super me, non est me dignus. & Qui non accipit crucem suam, & sequitur me, non est me dignus. & iterum: Qui non renuntiaverit omnibus quae possidet, non potest meus esse discipulus. & iterum: Omnia quaecumque vultis ut faciant vobis homines, & vos facite illis. & iterum: Attendite ne iustitiam vestram faciat coram hominibus, ut videamini ab eis: alioquin me eorum non habebitis apud patrem vestrum. Item: Thesaurizate vobis thesauros in caelo, ubi nec arumpit, nec tinea demolitur. Item: Attendite vobis, ne forte graventur corda vestra in crapula & ebrietate, & curis huius vite. Item: Dico autem vobis: Nolite resistere malo. & Diligite inimicos vestros: benefacite his qui vos oderunt, & orate pro persequentibus & calumniantibus vos. Item: Omnis qui irascitur fratri suo, reus erit iudicio. Qui autem dixerit racha, reus erit concilio. Qui dixerit satana, reus erit gehennae ignis. Item: Nolite jurare, neque per caelum, neque per terram. Sit autem sermo vester, est est, non non. Item: Omne verbum otiosum quod locuti fuerint homines, reddens de eo rationem in die iudicii. Item: Si quis te percusserit in dextera maxilla, praebat illi & alteram. Item: Estote misericordes, sicut & pater vester misericors est. Item: Si peccaverit in te frater tuus, dimitte ei septies: & non solum septies, sed usque septuages septies. Item: Si non remiseritis hominibus de cordibus vestris, nec pater vester calceus dimittet vobis peccata vestra. Item: Quarite primum regnum Dei & iustitiam eius: & haec omnia adjicientur vobis. Et cuidam diviti: Si, inquit, vis ad vitam ingredi, servo mandata, id est, non homicidium facies, non adulterabis, non fursum facies, non falsum testimonium dices, non concupisces rem proximi tui, honora patrem tuum & matrem tuam, & diliges proximum tuum sicut teipsum. Et cuidam legis doctore, se interroganti, Quod esset mandatum magnum in lege, ait: Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota

anima tua, & ex tota mente tua: hoc est maximum & primum mandatum. Secundum autem simile est huic, Diliges proximum tuum sicut teipsum. In his duobus mandatis tota lex pendet & propheta. Paulus quoque apostolus dicit: Qui diligit proximum, legem implevit. Nam, Non adulterabis, non occides, non furaberis, non falsum testimonium dices, non concupisces rem proximi tui, & si quod est aliud mandatum, in hoc verbo instauratur, Diliges proximum tuum sicut teipsum. Item idem: Patientes estote ad omnes, videte ne quis malum pro malo alicui reddat, sed semper quod bonum est sectamini invicem & in omnes. Haec enim est voluntas Dei. Omnia autem probate, quod bonum est, tenete, ab omni specie mala abstinete vos. Item idem: Mortificate membra vestra, quae sunt super terram: fornicationem, immunditiam, libidinem, concupiscentiam malam, & avaritiam. Item idem: Nunc autem deponite & vos iram, indignationem, malitiam, blasphemiam, & turpis sermo de ore vestro non procedat. Item idem: Induite vos viscera misericordiae, benignitatem, humilitatem, modestiam, patientiam, supportantes invicem. Item idem: Nolite mentiri invicem. Item idem: Si consurrexistis cum Christo, quae iuxta sunt quarite. Item idem: Estote invicem benigni, misericordes, donantes invicem, sicut & Deus in Christo donavit vobis. Item idem: Omnis amaritudo, & ira, & indignatio, & clamor, & blasphemia tollatur a vobis, cum omni malitia. Item idem: Fornicatio, & omnis immunditia, aut avaritia, nec concupiscitur in vobis, sicut decet sanctos, aut turpido, aut stultiloquium, aut scurrilitas. Item idem: An nescitis quia iniqui regnum Dei non possidebunt? Nolite errare, Deus non irridetur: quia neque fornicarii, neque idolis servientes, neque adulteri, neque molles, neque masculorum concubitores, neque fures, neque avari, neque ebriosi, neque maledici, neque rapaces regnum Dei possidebunt. Item idem: Omnis fornicator, aut immundus, aut avarus, non habet hereditatem in regno Christi & Dei. Item idem: Imitatores mei estote, sicut & ego Christi. Item idem: Patrem sequimini cum omnibus, & sanctimoniam, sine qua nemo videbit Dominum. Item idem ad Timotheum: Discedat, inquit, cernis ab iniquitate, qui nominat nomen Domini. Apostolus quoque Joannes ait: Nolite diligere mundum, neque ea quae in mundo sunt: quia si quis diligit mundum, non est caritas Patris in eo. Item idem: Qui dicit se in Christo manere, debet sicut ille ambulavit & ipse ambulare. Item ipse: Omnis qui odit fratrem suum, homicida est: & omnis homicida non habet vitam aeternam in se mansuram. Jacobus autem apostolus ait: Quicumque voluerit amicus esse saeculi huius, inimicus Dei constituitur. Multa quidem & innumera legalia, prophetica, & evangelica, atque apostolica poterant proferri documenta, quibus infatigabiliter atque inexcusabiliter devotio famulari debet Christiana: sed propter eos quos supra memoravimus, haec pauca breviter annumerare studuimus, qui insipienter asserunt, solos monachos arctam sectari debere viam, cum utique Dominus arctam & angustam viam dicat esse quae ducit ad vitam, & nemo nisi per eam in vitam ingredi possit aeternam. Non solum igitur monachis & clericis, veram etiam omnibus qui Christiano censentur vocabulo, per hanc arctam & angustam iustrandum est viam. Quid ergo arctius, quam id quod praecipitur, Diligite inimicos vestros. & nolite resistere malo. & qui irascitur fratri suo, reus erit iudicio. & qui oderit mulierem ad concupiscendum eam, jam merchatus est eam in corde suo, & cetera talia? Haec quippe arcta sunt, sed saluberrima: & quanto arctiora, tanto potiora & eminentiora. Oportet itaque omnes qui juxta Apostolum in

ANNO CHRISTI 816

Rom 13

1. Thim 3

Coloss 3

Epist 1

1. Thim 3

Epist 1

1. Cor 6

Epist 1

1. Cor 4

Heb 11

1. Tim 3

1. Joan 1

1. Joan 1

1. Joan 1

1. Joan 1

1. Joan 1

1. Joan 1

1. Joan 1

1. Joan 1

1. Joan 1

1. Joan 1

1. Joan 1

1. Joan 1

1. Joan 1

1. Joan 1

Christi



ANNO CHRISTI 1616

577. 9.

Quod cao- nica institu- tio, etange- lica & apo- stolica au- thoritate ius- ta, ceteris supereminet institutioni- bus.

1. Co. 7.

Quid sint res ecclie.

Christo baptizati sumus, Christumque induimus, A pter vigilantiam ac solerti cura providendum est his qui ejus facultates administrant, ne eas in tuis. LIBER I solummodo utius convertant; sed magis, juxta possibilitatem rerum, Christo famulantium, immo eorum in quibus Christus patitur & vultur, curam gerere penitus non neglegant. Sed & sententia beati Hieronymi, non solum praelatis, sed etiam ceteris, qui rebus utuntur ecclesie, vigilantiter perpendenda est, qui ita in commentario Matthaei evangelistae ait: Omnes igitur qui stipendiis templi, & his quae conferuntur ad usus ecclesie, abutuntur in aliis rebus, quibus suam expleant voluntatem, similes sunt scribarum & sacerdotum redimentium mendacium & salvatoris sanguinem. Ergo res ecclesie pauperibus & militibus Christi stipendiarie debent intelligi. Unde totis nisibus praelatis satagendum est ut sanctorum patrum dictis & exemplis, obsequentes, de rebus sibi commissis (ut praemisum est) & subditos gubernent, & pauperes foveant, cunctisque utilitatibus ac necessitatibus ecclesie fideliter administrando consulant, quatenus de fidei administratione ab ipso, cujus ministri esse noscuntur, ineffabiliter remunerari mereantur.

Christo baptizati sumus, Christumque induimus, A pter vigilantiam ac solerti cura providendum est his qui ejus facultates administrant, ne eas in tuis. LIBER I solummodo utius convertant; sed magis, juxta possibilitatem rerum, Christo famulantium, immo eorum in quibus Christus patitur & vultur, curam gerere penitus non neglegant. Sed & sententia beati Hieronymi, non solum praelatis, sed etiam ceteris, qui rebus utuntur ecclesie, vigilantiter perpendenda est, qui ita in commentario Matthaei evangelistae ait: Omnes igitur qui stipendiis templi, & his quae conferuntur ad usus ecclesie, abutuntur in aliis rebus, quibus suam expleant voluntatem, similes sunt scribarum & sacerdotum redimentium mendacium & salvatoris sanguinem. Ergo res ecclesie pauperibus & militibus Christi stipendiarie debent intelligi. Unde totis nisibus praelatis satagendum est ut sanctorum patrum dictis & exemplis, obsequentes, de rebus sibi commissis (ut praemisum est) & subditos gubernent, & pauperes foveant, cunctisque utilitatibus ac necessitatibus ecclesie fideliter administrando consulant, quatenus de fidei administratione ab ipso, cujus ministri esse noscuntur, ineffabiliter remunerari mereantur.

CXV.

Quia evidenti auctoritate liquet, canonicam institutionem ceteris praestare institutionibus, debent, necesse est, qui hujus professionis censentur C spiritualiter fieri oportet; necesse est tamen, ut claustra in quibus clero sibi commissio canonice vivendum est, firmis undique circumdet munitionibus, ut nulli omnino intrandi aut exeundi, nisi per portam, pateat aditus. Sint etiam interiora dormitoria, refectoria, cellaria, & cetera habitationes, ubi fratrum in una societate viventium necessariae. Qui vero haec quae praemissa sunt, juxta quod possibilitas suppetit, agere renuerit, impar minusque idoneus ad cetera ecclesiastica officia peragenda habendus est. Et quamquam divina ultione sit dignus, synodali tamen est sententia feriendus.

Quia evidenti auctoritate liquet, canonicam institutionem ceteris praestare institutionibus, debent, necesse est, qui hujus professionis censentur C spiritualiter fieri oportet; necesse est tamen, ut claustra in quibus clero sibi commissio canonice vivendum est, firmis undique circumdet munitionibus, ut nulli omnino intrandi aut exeundi, nisi per portam, pateat aditus. Sint etiam interiora dormitoria, refectoria, cellaria, & cetera habitationes, ubi fratrum in una societate viventium necessariae. Qui vero haec quae praemissa sunt, juxta quod possibilitas suppetit, agere renuerit, impar minusque idoneus ad cetera ecclesiastica officia peragenda habendus est. Et quamquam divina ultione sit dignus, synodali tamen est sententia feriendus.

CXVI.

Res ecclesie, sicut a sanctis patribus traditur, E faciant. Proinde praepositi solerter providendum est, ut in hoc negotio modum discretionis teneant: scilicet ut nec plulquam oportet, & possibilitas ecclesie suppetit, in congregationem admittant: nec eos, quos rationabiliter gubernare possunt, causa avaritiae abijciant.

Res ecclesie, sicut a sanctis patribus traditur, E faciant. Proinde praepositi solerter providendum est, ut in hoc negotio modum discretionis teneant: scilicet ut nec plulquam oportet, & possibilitas ecclesie suppetit, in congregationem admittant: nec eos, quos rationabiliter gubernare possunt, causa avaritiae abijciant.

CXVII.

Præpositorum officii est, ut subditorum mentes sanctorum scripturarum lectionibus assidue munit, ne lupus invisibilis aditum inveniat, quo ovile Domini ingredi & aliquam ovium surripere valeat. Et quamquam ab his hoc instantissime C spiritualiter fieri oportet; necesse est tamen, ut claustra in quibus clero sibi commissio canonice vivendum est, firmis undique circumdet munitionibus, ut nulli omnino intrandi aut exeundi, nisi per portam, pateat aditus. Sint etiam interiora dormitoria, refectoria, cellaria, & cetera habitationes, ubi fratrum in una societate viventium necessariae. Qui vero haec quae praemissa sunt, juxta quod possibilitas suppetit, agere renuerit, impar minusque idoneus ad cetera ecclesiastica officia peragenda habendus est. Et quamquam divina ultione sit dignus, synodali tamen est sententia feriendus.

CXVIII.

Cavendum summopere praepositis ecclesiarum est, D ut in ecclesiis sibi commissis non plures admittant clericos, quam ratio sinit, & facultas ecclesie suppetit: ne si indifferere & extraordinarie plures aggregaverint, nec ipsos gubernare, nec ceteris ecclesie necessitatibus, ut oportet, valeant administrari. Sunt namque nonnulli vanam gloriam ab hominibus captantes, qui numerosam cleri congregationem volunt habere, cui nec animae, nec corporis curam solatia exhibere. Hi namque taliter aggregati, dum a praelatis stipendia necessaria non accipiunt, neque canonicum servant ordinem, nec divinis officiis insistant: claustra societatemque ceterorum relinquentes, efficiuntur vagi & lascivi, gulae & ebrietati & ceteris suis voluptatibus dediti: quidquid sibi libitum est, licitum E faciant. Proinde praepositi solerter providendum est, ut in hoc negotio modum discretionis teneant: scilicet ut nec plulquam oportet, & possibilitas ecclesie suppetit, in congregationem admittant: nec eos, quos rationabiliter gubernare possunt, causa avaritiae abijciant.

CXIX.

Sunt nonnulli, qui tantum ex familia ecclesiastica clericos in sibi commissis congregant ecclesiis: & hoc ideo facere videntur, ut si quando eis

(a) Post hoc caput in Cod. Vatic. sequitur de Ordine Congregationis Canonice C. Capitulum Aquisgranensium numero interrupto, nisi quod susinde recurrit capite quadam Aquisgranensia sunt numeri, ut in editis, adnotata. Hae sunt interpolatio, seu perita quadam inedita Concilii Aquisgranensis integra inferius debentur.

LIBER I  
modo ex fa-  
milia eccle-  
siaz conno-  
tatur

231  
eis aliquid incommodum fecerint, aut stipendia  
opportuna subtraxerint, nihil querimonie contra  
se obijcere presument; timentes scilicet, ne aut  
severissimis verbis afficiantur, aut humane  
servituti denuo crudeliter addicantur. Hoc autem  
non ideo dicitur, ut ex familia ecclesie probabi-  
lis vite in congregatione non sint admittendi,  
presertim cum apud Deum non sit personarum  
acceptio: sed potius, ut propter quam inulmibus  
occasionem, nullus prelatorum, seclusis nobili-  
bus, viles tantum in sua congregatione admittant  
personas.

CXX.

Quia clerici  
in ecclesia  
non debent  
accipere de  
beant stipen-  
dia

Quia sanctorum patrum supra notatae sententiae  
docent, clericos non divinarum sectatores esse,  
nec res ecclesiarum in officio accipere debere; B  
non abs re putavimus, nonnulla capitula libri Pro-  
speri ad medium, & exempli causa deducere, in  
quibus ita legitur: *Qui ecclesia servium, & ea qui-  
bus opus non habent, aut libenter accipiunt, aut exi-  
sunt, nimis carnaliter sapiunt.* Item ibi: *Satis quispi-  
am indignum est, si fideis & operosa devotio clerico-  
rum propter stipendium saeculare praemia sempiterna  
contemnat.* Item ibi: *Si propter hoc non vult sus-  
cipere, ut habeat unde vivat? ut quid  
vivat? unde rationem reddat? ut quid peccatis a-  
lienis sus multiplicat?* His igitur & ceterorum  
sanctorum patrum dictis diligenter animadvertis,  
studeant necesse est clerici in accipiendis ecclesia-  
sticis sumptibus suum vitare periculum. Proinde  
qui & suas & ecclesie habent facultates, & utili-  
tatem ecclesie, aut interius, aut exterius conse-  
runt, accipiant in congregatione cibum & potum,  
& partes elemosynarum, & his contenti sint, ne  
plus accipientes, pauperes gravare videantur: per-  
pendentes sententiam Prosperii qua dicitur: *Qui  
sua possident, & dari sibi aliquid volunt, sine gra-  
dia peccato suo, unde pauper victurus erat, non acci-  
piunt.* Hi vero qui nec suis rebus abundant, nec  
ecclesie habent possessiones, & magnam utilita-  
tem ecclesie conferunt, accipiant in canonica con-  
gregatione victum & vestitum, & elemosynarum  
partes: quia de talibus ita in libro Prosperii scri-  
bitur: *Clerici quos voluntas, aut necessitas paupe-  
res fecit, in congregatione viventes, necessaria vita  
accipiunt: quia ad ea accipienda non eos habendi du-  
cit cupiditas, sed cogit vivendi necessitas.* Porro si  
tales fuerint, qui nec suas, nec ecclesie velint  
habere possessiones, horum necessitatibus provi-  
dentissima gubernatione de facultatibus ecclesie de-  
bent subvenire prelati, attendentes illud Prospe-  
ri: *Quod habet, inquit, ecclesia, cum omnibus nihil  
habentibus commune habet. Sed & illorum curam ni-  
hilominus gerere debes, quos aut infirmitas, aut se-  
natus aggravat, quos etiam constat olim in utilita-  
tibus ecclesie desudasse.*

CXXI.

Si in con-  
gregatione  
causam de-  
bitam acci-  
piant

Solet in plerisque canonicorum congregationi-  
bus, irrationabiliter atque indiscrete fieri, ut non-  
nulli clerici, qui & divitiis affluunt, & aut parum,  
aut nihil utilitatis ecclesie conferunt, majorem  
ceteris divinum strenue peragentibus officium,  
annonam accipiant; cum hoc ita fieri debere nul-  
quam nec in auctoritate scripturarum, nec in tra-  
ditionibus sanctorum patrum possit quoquo modo  
sanctum reperiri. Sed quia hujuscemodi factum  
nulla auctoritate fulcitur, sed magis gula, immo  
avaricie causa constat esse inolitum: restat ut  
salte justitiae refeceretur, & aequitatis censura ab  
eisdem locis in quibus fit, prorsus abdicetur. Est  
nempe rationale justumque coram Deo & ho-  
minibus, ut in nunquam canonica congregatio-  
ne, a minimo usque ad maximum, cibum & po-  
tum omnes aequaliter accipiant, hi videlicet, qui

propter aliquam utilitatem in numero canonico-  
rum fuerint admisi. Quamquam enim plerique  
subditorum a prelati, rebus quibuslibet aliis plus  
ceteris merito soleant honorari, in hac tamen lo-  
citate, seclusa personarum acceptione, una debet  
cibi & potus aequalitas esse.

CXXII.

ANNO  
CHRISTI  
816.

Illud quoque congruentissime, & rationabiliter  
tenendum esse censuimus, ut in singulis locis, in  
quibus socialiter canonicis Domino militatur, pan-  
nem & pulmentum, & elemosynarum partes a-  
qualiter canonici accipiant. Et quamquam decen-  
tissimum foret, ut similiter aequae potum acci-  
perent, non tamen id aequaliter in omnibus locis,  
nec ecclesiarum diversissimae facultates, nec terra-  
rum qualitates, nec eventuum sinunt fieri posse  
varietates. Unde necessarium duximus, ut in hoc  
negotio modum discretionis tenendum describerem-  
us. Quapropter communi voto, communique  
consensu, sacro conventus statuere placuit, ut in  
omnibus locis, majoribus scilicet & minoribus,  
accipiant singuli canonici per singulos dies qua-  
tuor libras vini. In locis vero ubi majores facul-  
tates sunt ecclesie, verbi gratia, tria aut qua-  
tuor, aut certe octo, & eo amplius millia man-  
si, si eadem regio vini ferax fuerit, accipiant per  
singulos dies quinque libras vini, si tamen steri-  
litas impedimento non fuerit temporis. Si vero  
vinifera plene non fuerit, tres libras vini, & tres  
cervisiae. Et si penitus vini ferax non fuerit, ac-  
cipiant libram vini, & quinque libras cervisiae.  
In mediocribus enim locis, mille aut mille quin-  
gentos, vel certe duo millia manfos habentibus,  
si regio (ut praemissum est) vini ferax fuerit,  
quatuor libras vini: & si plene vini ferax non  
fuerit, duas libras vini, & tres potus ex diver-  
sis materis confecti. Quod si etiam vini ferax  
minime fuerit, quatuor libras memorati potus,  
& libram vini accipiant. Porro in minoribus lo-  
cis, ducentos, aut trecentos manfos habentibus,  
accipiant duas libras vini. Quod & si eadem re-  
gio (ut jam dictum est) vineis caruerit, tribuan-  
tur eis tres librae cervisiae, & si facultas suppe-  
rit, libra vini. Licet enim in nonnullis provin-  
ciis copia desit vini, satendum est tamen praeci-  
pue in Datis, ut ex circumjacentibus viniferis provinciis  
vinum habeant. Quoniam quamquam in pleris-  
que regionibus vineae non sunt, abundat tamen  
sancta Dei ecclesia, Domino attribueate, alia-  
rum rerum copiis, e quibus industria prelatorum  
ex aliis provinciis vinum adipisci, sibi subdi-  
tis juxta facultatem pocula conferre possunt. In  
locis igitur ubi permodicae sunt res ecclesie, aut  
forte quorundam abstractu valde attenuatae, pau-  
ci numero, magno tamen constituantur officio;  
quibus saltem praemissa minor mensura sine diffi-  
cultate dari possit. Diebus vero festis, sicut mo-  
ris est ecclesie, juxta quod melius prelati pos-  
sunt, fratribus cibum potumque ministrent. In  
his itaque locis, ubi forte nonnulli prelati pio-  
rum prelatorum imitantes exemplam, magis sub-  
ditis dare soliti sunt, nullatenus bonum quod fa-  
ciunt obmittant. Sed & si cui ob aeternam retri-  
butionem magis subditis supererogare libuerit,  
hilariter quod potuerit tribuat. Sin autem, nul-  
latenus mensuram praedictam absque inevitabili  
causa eis subtrahat. Quando igitur tempus steri-  
litas vini extiterit, sicut crebro peccatis prae-  
dientibus evenire solet, & prelati, quantum de-  
bent, dare vinum canonicis nequiverint, id quod  
dederint, sic discrete & temperate distribuant, ut  
omnes communiter eo utantur. Non autem id  
murmurantes, sed magis cum gratiarum actione,  
quod dari potest, accipiant, & socialiter in san-

De mensura  
cibi & potus

ANNO  
CHRISTI  
1666

Rom. 11.

sto proposito perseverent. Idcirco prospicere sibi debent canonici, ut vinum, aut quemlibet alium potum, in elemosyna sibi datum, in communi recondant cellario, quatenus imminente huiusmodi sterilitatis tempore, suis eo suffragentur communiter necessitatibus: non tamen eis propter hoc a praelatis potus debitus penitus subtrahatur, si est unde detur. Qui vero & suis & ecclesie abundant rebus, instante sterilitatis tempore, eis, quos pauperes pascit ecclesia suis facultatibus, cum caritate & humilitate suffragari procurent, ut, iuxta apostolum, *Frater fratrem adjuvet, & ambo consolentur*. Non tamen ob id se superbiendo extollant: quia, sicut in libro Prospere legitur, non se debent huiusmodi inani iactantia præferre his, quos nihil habentes pascit ac vestit ecclesia. Illud interea semper caveant praelati, ne id quod dare debent aut possunt, qualibet dissimulatione aut tenacitate subditis subtrahant, ne paupertatis occasione compulsus, per diversa vagari, ac turpibus se implicare negotiis cogantur: relictoque ecclesiastico officio, incipiant indiscipline vivere, & propriis voluptatibus deservire: & praelati, qui eis necessaria largiendo, a Domino remunerari poterant, districte & severe judicentur. Dent quippe eis pulmentum, juxta quod vires suppetunt, & loca eis congrua attribuant: in quibus nutritio fiat, unde necessaria pulmenta habeant, exceptis his que de ecclesia villis, vel oblationibus fidelium accipiunt. Habeant itaque iidem canonici hortos oleum, unde cum ceteris additamentis aliquod pulmentum quotidie in refectorio sibi vicissim ministrent. Propter diversitates namque & inæqualitates mensurarum, que apud plerisque non æque secundum Domini legem, sed secundum uniuscujusque provincie usum habentur, mensuram cibi & potus ponderis ratione canonicis dandam esse censuimus, & hoc ideo, quia cum huiusmodi mensuræ diversissimæ & inæquales soleant haberi, publicum tamen pondus provincie, civitatibus, metallisque inditum, nihil diversitatis aut inæqualitatis pati debet, quatenus sicut idem pondus æquum permanet, ita etiam eadem mensura æque illis tribuatur. Noverint tamen generaliter omnes, libram non amplius quam duodecim uncias consistere debere.

## CXXIII.

Quod a praelatis gemina pastio sit subditis impendenda.

Joan. 21.

Matt. 24.  
Luc. 12.

Sollenter praelatis satagendum est, ut eos quibus præstant, verbis & exemplis ad bene vivendum informet: fixoque corde tenendum, ne eos quasi proprios, sed ut Domini sui gregem tradere meminerint, juxta illud quod Petro dicitur: *Si diligis me, pascere oves meas*. Meas, inquit, non tuas. Et hoc ideo dicimus, quia sunt nonnulli, qui oves Christi, non amore Christi, sed suæ vel gloriæ, vel dominationis, vel questus gratia pascunt. Sed & hoc vigilantiter perpendere debent, quod eadem pastio gregis dominici, non uniformi, sed multimoda est sollicitudine gerenda: scilicet quia & terrena subsidia diligenter illis præbere, & exempla virtutis simul cum verbo prædicationis debent sollicite impendere. Quapropter studeat unusquisque praelatus, ut familiam Christi annonam spiritalem, carnalemque fideliter subministret, ut effici mereatur evangelicus servus, de quo dicitur: *Fidelis servus & prudens, quem constituit Dominus super familiam suam, ut det illis in tempore tritici mensuram*. Ergo, sicut subditis necessaria corporis tribuunt, ita nihilo minus studere debent, ut iidem religiosissime ordinem canonicum servent, & praelatis suis ac magistris honorem debitum humiliter impendant. Ut horis canonicis divinum officium

devotissime expleant: intus, forisque non solum habitu & adu, sed etiam ipso incessu irreprehensibiles existant. Us non otio vacent, non vaniloquiis inserviant, non detractionibus, & ceteris vitiorum illecebris incumbant: sed potius aut orationi, aut lectioni, aut quibuslibet ecclesie, aut certe propriis utilitatibus vacent; aut etiam doctrinis sanis, & diversarum artium erudiantur disciplinis: ita videlicet, ut nullus in congregatione inutilis, aut otiosus existens, stipendia ecclesie inofficiose accipiat. Ut quotidie ad collationem veniant, ubi & hanc institutionem, & aliarum scripturarum sanctarum lectiones perlegant, & pro admittis veniam postulent, & sententiam pro qualitate admitti suscipiant: ubi etiam de communi profectu & utilitate ecclesie pertrahant. Ut omnes in dormitorio, nisi quem infirmitas aut senectus id facere prohibuerit, dormiant: in refectorio quotidie una reficiantur: nisi forte quem necessitas abesse compulerit, & hoc non sine licentia magistri fiat. Illis quoque comedentibus & silentium religiose tenentibus, continuatim legatur lectio, & ab his intentissime audiatur, ut vicissim in refectorio, & ceteris communibus necessitatibus, sibi fraternitatis officio serviant. Ut nullus foras, nisi per licentiam egrediat, egressus quoque nullum de se detractioni locum det, sed magis imitabilem se cunctis exhibeat. Hanc igitur geminam pastionem praelati sibi commissis ovibus impendere instanter procurent, utpote pro animabus eorum Domino rationem reddituri: quatenus videlicet eas pastori omnium Christo, summo pontifici, secum in tremendi examinis die illas præsentantes, non cura reprobis & divina ultione feriendis damnentur, sed potius cum electis pastoribus perpetua felicitate a Domino remunerentur.

## CXXIV.

Quærite potius Deum cultum cordis quam corporis, evidentibus scripturæ sanctæ patet indicibus. Proinde canonicis totis viribus elaborandum est, ut & indumenta virtutum habeant interius, & per immoderatum cultum caveant dehonestare religionis dignitatem exterius. Quantum etiam a superfluo & immoderato cultu vestium se compescere debeant, multis sanctorum patrum documentis perdoceri potest. Dicit enim beatus Hieronymus in epistola ad Eustochium: Sunt quidam mei ordinis quibus omnis cura est de vestibus, si bene oleant, si pes laxa pelle non folleat: crines calami vestigio rotantur, digiti de anulis radiant, & ne plantas humidior via spargat, vix imprimunt summa vestigia: tales, inquit, cum videris, sponso magis æstimato, quam clericos. Et beatus Gregorius: Nemo, inquit, æstimet in luxu atque in studio pretiosarum vestium peccatum deesse: quia si hoc culpa non esset, nullo modo Joannem Dominus de vestimenti sui asperitate laudasset. Si cultus vestium culpa non esset, nequaquam Paulus apostolus per epistolam feminas a pretiosarum vestium appetitu compesceret, dicens: *Non in veste pretiosa*. Pensandum nobis summopere est de cultu vestium, que culpa sit, hoc etiam viros appetere, a quo curavit pastor ecclesie & feminas prohibere. Quapropter oportet canonicos sanctorum scripturarum auctoritati parere, sanctorumque patrum documenta vigilantiter perpendere, ut humilitate, quam corde gestant, adu, habitu, incessu, ipsa etiam equitatione, religiosissime demonstrant, plusque velint sancta conversatione, eximisque moribus, quam ornatu vestium fulgere. Si enim more conjugatorum in se ordinandis, nitore vestium, phaleris equorum, ceterisque humane vanitatis rebus abusi fuerint, scilicet ut

LIBER I.

Ut canonici, sicut in ceteris, in cultu vestium modum tenentur discretionis.

Homil. 6. 10.

Tim. 2.

235

LIBER I.

le similibus uti debere contendant. in quo co-  
 rum conversatio a laicorum distare videbitur? De-  
 cer porro, ut eorum talis sit vestim cultus, qui  
 occasione vanitatis careat, & nihil novitatis, ni-  
 hil superfluitatis redoleat, nihilque reprehensio-  
 nis, aut detractionis habeat. Non enim speciali-  
 ter praemium debet ab aliquo, quod non generali-  
 ter teneatur ab omnibus, id est, nec plus justo  
 cultior vestis, nec insolita atque deformis: quia  
 in utroque illorum, aut elationis, aut certe si-  
 mulationis noxa patefceret. Inter utrumque enim  
 virtus discretionis moderatissime tenenda est. Quae  
 plenissime in vita beati Augustini, in laudem il-  
 lius prolata, ita legitur: Vestis ejus & calcamen-  
 ta, vel lectualia, ex moderato & competenti habi-  
 tu erant, nec nitida nimium, nec abjecta pluri-  
 mum: quia his plerique vel jactare sese insolent-  
 ter homines solent, vel abjicere, ex utroque non  
 quae Jesu Christi, sed quae sua sunt, quarentes.  
 At ille, ut dixi, medium tenebat, neque ad dex-  
 teram, neque ad sinistram declinans.)

CXXV.

Uti canonici  
vestimenta  
induantur

Reprehensibilem, & ecclesiastica emendatione  
 dignam apud plerisque canonicos inolevisse com-  
 perimus utum, eo quod contra morem ecclesia-  
 sticum, cucullas, quibus solis monachis utendum  
 est, induant: cum utique illorum habitum peni-  
 tentis usurpare non debeant, a quorum proposito  
 quodam modo distant: quia sicut indecens est,  
 ut arma militaria more laicorum gestent, ita ni-  
 mitum inhonestum & valde indecorum est, ut al-  
 terius propositi indumenta sibi imponant. Habi-  
 tus namque singulorum ordinum idcirco in eccle-  
 sia ab invicem discreti sunt, ut his visis, cujus  
 propositi sit gestans, vel in qua professione Do-  
 mino militet, liquido cognoscatur. Nam & Do-  
 mini lege vir muliebrem, & mulier virilem pro-  
 hibetur induere vestem, scilicet ut uterque sexus  
 sibi convenienti velle indutus incedat. Sicut enim  
 turpe est, virum vestem muliebrem, & mulierem  
 vestem virilem induere: ita valde indecorum est,  
 canonicum vestem monasticam induere, nisi tam-  
 en cum veste etiam propositum voluerit assu-  
 mere. Et quia hujuscemodi usus nulla auctorita-  
 te approbatur, sed potius ab his qui sanum sa-  
 piunt, merito reprehenditur & repudiatur, oportet  
 ut abhinc, ne fiat penitus, inhibendum sit.

CXXVI.

Excerptum  
ex libro of-  
ficiorum lu-  
dovici 1. c. 9  
De 4  
Qua aucto-  
ritate horae  
canonicae ce-  
lebrantur,  
quas scire ac  
religiose  
obtinere  
canonicos  
oportet.

Horam tertiam, sextam, & nonam, Daniel  
 & tres pueri supplicationibus devoverunt, scilicet  
 ut ab ortu diei in tempus supplicationis tres ho-  
 rae porredat, Trinitatis nobis reverentiam decla-  
 rant: pariterque a tertia & sexta, usque inde  
 ad nonam, per lucis intervalia latis dimensione-  
 bus terminata, Trinitas ter in die rogata colere-  
 tur. Illud etiam occurrit ad probationem venera-  
 bilis Trinitatis, quod Spiritus sanctus hora ter-  
 tia, hoc est, suo loco & numero & tempore de-  
 scendit ad terras, impleturus gratiam quam Chri-  
 stus promisit. Nam & sexta hora Christus pas-  
 sus, in nonam patibuli cruciamenta porrexit. Ta-  
 li enim sacramento legitimis ad precem tempori-  
 bus per ternas horas Trinitatis perfectio, aut lau-  
 datur celebritatibus, aut precibus impetratur. Li-  
 cet & si computetur divina celebritas, per qua-  
 ternarium usque in vespertinum officium, hoc est  
 quater ternis significatur, quia mundus quadrisa-  
 rio divisus, in Trinitate salvatus. Siquidem &  
 in nocte stationes vigiliis militaris in quatuor par-  
 tes divisa, ternis horarum spatiis feceruntur, ut  
 & in ipsis nocturnis mundialibusque officiis Tri-  
 nitatis mysterium veneretur.

CXXVII.

De vesper-  
tiano.

Vespertinum diurni finis officium, & alternae

lucis occasus est, cujus ex veteri testamento sol-  
 lemnis est celebratio. Denique hoc tempore ve-  
 terum sacrificia offerri, adolerique altario aroma-  
 ta & thura mos erat. Testis est hymnicus ille,  
 regio ac sacerdotali perfundus officio, dicens:  
*Dirigatur oratio mea sicut incensum in conspectu tuo,*  
*elevatio manuum mearum sacrificium vespertinum.*  
 In novo quoque testamento eo tempore Domi-  
 nus & salvator noster, cenantibus apostolis, my-  
 sterium sui corporis & sanguinis initiis tradidit,  
 ut tempus ipsum sacrificii, vespertinum ostenderet  
 saeculi. Proinde in honore ac memoria tantorum  
 sacramentorum, his temporibus adesse nos debet  
 Dei conspectibus, & personare in ejus cultibus,  
 orationum nostrarum illi sacrificium offerentes,  
 atque in ejus laudibus pariter exultantes. Vesp-  
 erum autem nominatum a sidere quod vesper vo-  
 catur, & decedente sole exoritur. De quo pro-  
 pheta dicit: *Et vespertinum super filios hominum*

ANNO  
CHRISTI

ibid. 10

ibid. 10

ibid. 10

ibid. 10

ibid. 10

ibid. 10

ibid. 10

ibid. 10

ibid. 10

ibid. 10

ibid. 10

ibid. 10

ibid. 10

ibid. 10

ibid. 10

ibid. 10

CXXVIII.

De Completis autem celebrandis, id etiam in  
 patrum invenitur exemplis, David propheta di-  
 cente: *Si ascendero in lectum stratis mei, si dedero*  
*somnum oculis meis, & palpebris meis dormitatio-*  
*nem, & requiem temporibus meis, donec inveniam*  
*locum Domino, tabernaculum Deo Jacob.* Quis non  
 stupeat tantam in Dei amore animi devotionem,  
 ut somnum sibi, sine quo utique corpora huma-  
 na deficiunt, penitus interdixerit, donec locum  
 ac templum Domino fabricandum in pectore suo  
 rex & propheta reperiret? Quae res nos debet for-  
 titius admonere, ut si ipsi locus Domini esse vo-  
 lumus, & tabernaculum ejus aut templum cupi-  
 mus haberi, in quantum possumus, exempla san-  
 ctorum imitemur, ne de nobis dicatur quod legi-  
 tur: *Dormierunt somnum suum & nihil invenerunt*

ibid. c. 11

ibid. c. 11

ibid. c. 11

ibid. c. 11

ibid. c. 11

ibid. c. 11

ibid. c. 11

ibid. c. 11

ibid. c. 11

ibid. c. 11

ibid. c. 11

ibid. c. 11

ibid. c. 11

ibid. c. 11

ibid. c. 11

ibid. c. 11

CXXIX.

Antiquus est vigiliarum devotio, familiare bo-  
 num omnibus sanctis. Isaia denique propheta  
 exclamat ad Dominum, dicens: *De nocte vigilas*  
*spiritus meus ad te Deus, quia lux praecepta tua*  
*sunt super terram.* Item David, & regio & pro-  
 pheticus sanctificatus unguento, ita canit: *Media*  
*nocte surgebam ad confitendum tibi super iudicia ju-*  
*stitia tua.* Hoc namque tempore vultator angelus  
 transiens, primogenita Aegyptiorum percussit. Un-  
 de & nos vigilare oportet, ne periculo Aegyptio-  
 rum admisceamur. Iisdem etiam horis venturum  
 se esse in evangelio salvator asseruit. Unde ad  
 vigilandum auditores suos exuscitans, dicit: *Be-*  
*ti servi illi, quos cum venerit Dominus, invenerit*  
*vigilantes.* *Es si vespertina, inquit, hora venerit,*  
*& si media nocte, & si galli cantu, & invenerit*  
*eos vigilantes, beati sunt servi illi: itaque & vos*  
*estote parati, quia nescitis qua hora filius hominis*  
*venturus est.* Siquidem nec verbis solum docuit  
 vigiliis, sed etiam confirmavit exemplo. Nam  
 testatur evangelium, quia erat Jesus pernoctans in  
 oratione Dei. Paulus quoque & Silas in custodia  
 publica, circa medium noctis orantes, hymnum  
 audientibus cunctis dixisse memorantur, ubi re-  
 pente terrae motu factio, & concussus carceris fun-  
 damentis, & janum sponte apertis, & omnium  
 vincula sunt soluta. Unde oportet his horis splen-  
 denti orandique frequentiam nos in sanctis habe-  
 re officiis, finemque nostrum, vel si advenerit  
 sub tali actu expectare securi. Est autem quod-  
 dam genus haereticorum, superfluas estimantium  
 sacras vigiliis, & spiritali operi infructuosas, di-  
 centium jura temerari divina, qui noctem fecit  
 ad requiem, sicut diem ad laborem. Qui haereti-  
 ci

ibid. c. 11

ibid. c. 11

ibid. c. 11

ibid. c. 11

ibid. c. 11

ibid. c. 11

ibid. c. 11

ibid. c. 11

ibid. c. 11

ibid. c. 11

ibid. c. 11

ibid. c. 11

ibid. c. 11

ibid. c. 11

ibid. c. 11

ibid. c. 11

ibid. c. 11

ibid. c. 11

ibid. c. 11

ibid. c. 11

ibid. c. 11

ibid. c. 11

ibid. c. 11

ibid. c. 11

ibid. c. 11

ibid. c. 11

ibid. c. 11

ibid. c. 11

ibid. c. 11

ibid. c. 11

ibid. c. 11

ANNO CHRISTI 816

Ibid. c. 13.

7/al. 61.

7/al. 118.

De Instit. caeob. l. 1. cap. 4.

ci Graeco sermone Nydages, hoc est, somniculo-  
si vocantur.

CXXX.

De matutinorum antiquitate & auctoritate testis est idem David propheta, dicens: *In matutinis meditabor in te, quia fuisti adjutor meus.* & alibi: *Provenerunt oculi mei ad te diluculo, ut meditarer eloquia tua.* Cassianus autem dicit, matutinus sollemnitas officium, novo adhuc tempore institutum, primitus in Bethleem monasterio, ubi Dominus noster Jesus Christus pro redemptione humane salutis ex virgine nasci dignatus est: sicque ex illo per universum mundum ejusdem celebrationis invaluit consuetudo. Diluculo autem proinde oratur, quod resurrectio Christi celebratur. Matutina autem luce radiante, Dominus & salvator noster ab inferis resurrexit, quando coepit oriri fidelibus lux, quae moriente Christo occiderat peccatoribus. Siquidem & eodem tempore cunctis spes futurae resurrectionis creditur, cum omnes justis ab hac temporali morte, quasi a sopore somni resurgentes, evigilabunt.

CXXXI.

Studeant summopere canonici praedictas horas vigilantissima cura custodire, & in his divinum officium humiliter ac devote persolvere. Mox enim ut auditum fuerit signum, festinato omnes ad ecclesiam conveniant, quam non pompatoe, aut inhoneste, vel incomposite, sed cum reverentia & Dei timore ingrediantur. Nec cum baculis in choro, exceptis debilibus, sed religiosissime illis standum & psallendum est. Sunt etenim quidam clericorum, qui, in saecularibus negotiis & disceptationibus pene totum instigabiliter deducunt diem, & mox ut ecclesiam ad divinum officium peragendum intraverint, ita fatigati videntur, ut nec orationi vacare, nec ad psallendum stare queant: sed potius sedentes, non divinis, sed vanis solent instare loquelis, ac saecularia verba, & (quod dictu nefas est) turpia & obscena invicem proferunt. Oportet itaque ut ab his qui faciunt, & ab illis qui eos forte imitari volunt, iste execrabilis usus radicitus evellatur: quia secundum Domini sententiam, domus ejus domus orationis vocanda est. Omnes igitur ab otiosis sermocinationibus auditum pariter castigent, & linguam, & in ecclesia cum timore & veneratione stantes, aut orent, aut cantent, aut legant, aut audiant. Verba vero turpia, & livida, ac saecularia nec ipsi proferant, nec alios proferre sinant. Quinimmo laudes Deo in communi persolventes, pro suis popularumque, quorum oblationibus vivant, delictis Dominum exorent. Debent quoque juxta apostolum, primo omnium ab his fieri obsecrationes, orationes, postulationes, gratiarum actiones pro omnibus hominibus, pro regibus, & omnibus qui in sublimitate sunt constituti, ut quietam & tranquillam vitam agamus in omni pietate & castitate. *Hoc enim, inquit apostolus, bonum est & acceptum coram salvatore nostro Deo.* Caveant etiam, ne pro reque sibi in locis divino cultui mancipatis concessa, otio torpeant: sed magis in persolvendis divinis laudibus promptiores ac devotiores existant: ut per hanc quietem bene operantes, ad eam quae sine caret, pervenire valeant. Qui vero has horas frequentare, & in his, ut dignum est, caeleste neglexerit officium persolvere, digna invidiae corripiatur, ut & ipse emendetur, & ceteri timorem hujusmodi negligentiam caveant. Sed quoniam aliud est ex toto omittere, aliud pigre occurrere; qui segniter aut tarde ad matutinum, aut aliud quodlibet divinum obsequium peragendum occurrerit, dignum, ut non

Matth. 8.

1. Tim. 2.

cum aliis in choro, sed omnium ultimus, aut certe, ut erubescere discat, in loco hujusmodi negligentibus a praetatis constituto stet: foris vero nullatenus remanere praesumat, ne otio & fabulis vacet, & a Dei laudibus penitus alienus existat. Custodes praeterea ecclesiarum harum horarum distinctiones bene norint, ut scilicet signa certis temporibus pulsant. Luminaria vero cum omni diligentia coaccinnanda provideant, sique eorum studii, ut nihil de sibi commissis rebus ecclesiarum pereat.

CXXXII.

Psallentium in ecclesia Domino mens concordare debet cum voce, ut impleat illud apostoli: *Psallam spiritu, psallam & mente.* Quoniam quamvis ubique Dominum per potentiam divinitatis noverimus esse, praecipue tamen eum, cum divino assistimus officio, per gratiam nobis credimus adesse. De qua re Beda venerabilis presbyter, in expositione evangelii Lucae ita dicit: Non latet, angelos crebro electis invisibili adesse praesentia, ut eos ab hostis callidi defendant insidiis, vel majori caelestis desiderii gratia sustollant, apostolo attestante, qui ait: *Nonne omnes sunt administrationis spiritus, in ministerium missi propter eos, qui hereditatem capiunt salutis? Maxime tamen angelici nobis spiritus adesse credendi sunt, cum divinis specialiter mancipamur obsequiis, id est, cum ecclesiam ingressi, vel lectionibus sacris aures accomodamus, vel psalmodiam operam damus, vel orationi incumbimus, vel etiam missarum sollemnia celebramus.* Unde ait Propheta: *In conspectu angelorum psallam tibi.* Nec dubitari licet, ubi corporis & sanguinis dominici geruntur mysteria, supernorum civium adesse conventus. Unde studendum solerter est, ut cum ecclesiam vel ad divinae laudis debita solvenda, vel ad agenda missarum sollemnia intramus, semper angelicae praesentiae memores, cum timore & veneratione competenti, caeleste compleamus officium: ne si (quod absit) id negligenter, aut inhoneste, vel tepide expleverimus, & ad perficiendum pigri advenimus, in sententiam qua dicitur, *Maledictus homo qui opus Dei fecerit negligenter, miserabiliter labamur.* Ergo solerti industria nobis observandum est, ne quid in ecclesia Dei ineptum, ne quid perversum, ne quid indecens, aut cogitatione, aut verbis, aut actibus perpetremus, quatenus, & conspectu angelorum digni efficiamur, & Dominus ad nos veniens, non quod condemnet in nobis, sed potius quod remuneret, inveniat.

CXXXIII.

Tales ad legendum, cantandum, & psallendum in ecclesia constituantur, qui non superbe, sed humiliter debitas Domino laudes persolvant; & suavitate lectionis ac melodiae & doctos demulceant, & minus doctos erudiant; plusque velint in lectione vel cantu populi edificationem, quam popularem vanissimam adulationem. Qui vero haec docte peragere nequeunt, erudiantur prius a magistris: & instructi, haec adimplere studeant, ut audientes edificent.

CXXXIV.

Quamquam contemptores canonicarum institutionum episcopali praecipue iudicio plecendi sunt, qua poena (ut ait beatus Augustinus) in ecclesia nulla major esse potest; demonstrandum tamen est, qualem ceteri praetati, qui illis dignitate inferiores esse noscuntur, in locis sibi commissis, in quibus canonicè vivitur, erga subiectos quosque delinquentes, & ea quae proprie ad eorum propositum pertinent, observare nolentes, adhibere debeant correptionis modum. Sed quia

LIBER I.

Quod canonicis & psallentibus Domino, angelorum adde praesentia. 1. Cor. 14.

Mat. 11.

7/al. 117.

Jer. 41.

Quales ad legendum & cantandum in ecclesia constituendi sunt.

Qui motus si correptionis sit.

omnis

LIBER I.

omnis ætas, vel uniuscujusque intelligentiæ capacitas, proprias debet habere mensuras, & juxta modum culpæ mensura extendenda est correptionum, & hæc omnia jure in prælatorum pendunt judicio, quo & discretissime temperanda sunt: necesse est, ut iidem prælati circa delinquentes medici peritissimi imitentur curam, quid cuique congruat, quidve conveniat, adhibeant: hoc summo perpendentes ut, juxta quantitatem vulnerum, exhibeant fomenta curationum, quatenus nec alteri dent quod noceat, nec alteri subtrahant quod juvat. Omisissis igitur his, quorum ætati delinquenti parcendum non est, sed potius, juxta Salomonem; eorum latera, ne indurescant, virgis assidue tundenda sunt; qualiter erga ceteros delinquentes, juxta auctoritatem divinam, & sanctorum patrum exempla traditionesque id fieri oporteat, strictim breviterque ostendatur. Si quis frater in congregatione canonica constitutus, horas canonicas frequentare neglexerit, ecclesiamque non religiose, sed pompaticè vel incompositè intraverit, & opus Dei negligenter executus fuerit, ad collationem venire distulerit, obedientiam a magistris sibi injunctam agere recusaverit, in legendo vel cantando, vel in ceteris ecclesiasticis disciplinis, juxta vires studium non exhibuerit, ad mensam non necessitate, sed vitio tarde occurrerit, & claustris sine licentia exierit, per licentiam vero egressus, contra constitutum sibi placitum moras fecerit, in plateas ire, aut in bivitiis residere tentaverit, in dormitorio aliquod indecens, aut inhonestum, verbis, aut actibus perpetraverit, alibi nisi in dormitorio cum ceteris abique causa inevitabili dormire præsumperit, fratribus caritatis officio obedientes servire neglexerit, discordiam quam (dicente scriptura) Dei anima detellatur, inter fratres seminaverit, & huic institutioni contumax, aut superbus, seu murmurans, aut in aliquo contrarius extiterit, & cetera hujuscemodi agere tentaverit, hic primo secundum Dei præceptum, non solum semel, & secundo ac tertio, quinimmo crebrius admonetur: & si his admonitionibus non cesserit, publica oburgatione corripitur. Quod si & his tenuis fuerit, ceteris sibi alimentis interdictis, pane tantum usque ad dignam satisfactionem utatur & aqua. Si vero nec sic se correxerit, separetur a mensa, & a societate fratrum in choro psallentium removeatur, & seorsum, in loco hujuscemodi negligentibus a prælati constituto, stare cogatur, ut saltem rubore sequestrationis emendetur. Dein si his modis correptus incorrigibilis extiterit, & ætas permiserit, quia juxta Salomonis vocem, stultus verbis non corrigitur, congrua ei verberum adhibeatur castigatio, quibus utpote filius verberetur, quatenus secundum beati Gregorii sententiam, qui jubentis verba non audiunt, verberibus admonentur, ut ad bona desideria penæ trahant, quos præmia non invitant. Ceterum si talis fuerit, quem aut ætas, aut qualitas personæ verberari non siverit, publica oburgatione, & jejuniorum continua afflictione, & sequestrationis rubore hujusmodi corripitur, usque dum digna poenitentiae satisfactione veniam consequatur. Si vero uterque, & qui flagellatur, & quem flagellari ætas, aut qualitas personæ prohibent, adhuc incorrigibiles extiterint: sit locus intra claustra canonicorum, sicut multis in locis noscitur esse, quo ad tempus retrudantur, & secundum modum culpæ castigentur, ut juxta apostolum traditi satanæ in interium carnis, spiritus salvis sit in die Domini. Quod si etiam torfaberrimis admonitionibus & castigationibus nec-

adum paruerint, fiat pro eis ab omni congregatione communis oratio, ut a Domino sanentur: Postremo, si profus inemendabiles & incorrigibiles apparuerint, ne per plures eorum diserserant contempna, necesse est, ut a ceterorum societate, utpote oves morbide, secreti, ante præsentiam deducantur episcopi, ut ab eo canonica auctoritate publice damnentur. Si vero quis in collegio canonicorum culpam criminalem admisit, huic nulla est danda dilatio, quin aut sponte poenitentiam pro admissio crimine gerat, aut si id agere refusaverit, coram episcopo deducatur, ut ab eo publica mulsetur poenitentia. Meminisse enim oportet rectores, quia columba est in divinis scripturis ecclesia appellata, quæ non unguibus lace-rat, sed alis pie percutit. Unde etiam illis summo perpendendum est, ut sicut præmissum est, juxta modum culpæ, & personarum atque ætatum, omnino ipsa temperata sit correptio, ut nec vitium desidia inoleat, nec correptio mansuetudinis modum excedat, ne ut ait beatus Maximus, aut solutior lenitas convitientiam præbeat peccanti, aut immoderata severitas a lapsu non revocet delinquentem. Sed & hoc illis nihilo minus cavendum est, ne errata delinquentium aliquid rei livore feriant, sed potius, ut ait beatus Augustinus, sint criminum persecutores, & hominum liberatores. Oderint vitia, diligant homines. Oderint quod instinctu diaboli ingestum est, diligant quod Dei bonitate creatum est. Teneant in manu baculum & virgam; baculum videlicet, quo aliorum virium imbecillitates spiritaliter sustentent: virgam vero, qua vitia delinquentium zelo rectitudinis feriant. Delinquentibus interea & excommunicatis fratribus, nequaquam ceteri fratres debent sapere, aut eos suis adulationibus decipere, aut eorum errata defendere: sed potius opem ferre, ut æquitatis œcolura districte corrigantur.

CXXXV.

Sollemter rectores ecclesiarum vigilare oportet, ut pueri & adolescentes, qui in congregatione sibi commissa nutriuntur vel erudiuntur, ita jugibus ecclesiasticis disciplinis contringantur, ut eorum lasciva ætas, & ad peccandum valde proclivis, nullum possit reperire locum, quo in peccati diæcinus proruat. Quapropter in hujuscemodi custodiendis, & spiritaliter erudiendis, talis a prælati constituendus est vitæ probabilis frater, qui eorum curam summa gerat industria, eosque ita arctissime contringat, qualiter ecclesiasticis doctrinis imbuiti, & armis spiritalibus induti, & ecclesiam utilitatibus decenter parere, & ad gradus ecclesiasticos quandoque digne possint promoveri. Libuit præterea, ob ædificationem congruam, & instructionem negotii, de quo agitur, quorundam sanctorum patrum sententiam huic operi inferere, quæ ita se habet: Prona est omnis ætas ab adolescentia in malum. Nihil incertius quam vita adolescentium. Ob hoc constituendum oportuit, ut si quis in clero puer est, aut adolescentes existunt, omnes in uno conclavi atrii commorentur, ut lubricæ ætatis annos, non in luxuria, sed in disciplinis ecclesiasticis agant, deputari probatissimo seniori, quem & magistrum doctrinæ, & rectorem vitæ habeant, &c. His ita præmissis: oportet ut probatissimo seniori pueri ad custodiendum, licet ab alio erudiantur, deputentur. Frater vero, cui hæc cura committitur, si eorum curam parvipenderit, & aliud quam oportet docuerit, aut eis in aliquo cujuslibet læsionis maculam ingesserit, severissime correptus ab officio amoveatur: & fratri alii id committatur, qui eos & innocentis vitæ exemplis informet, & ad opus bonum peragendum excitet.

Ex-

ANNO  
CHRISTI  
866.

ANNO  
CHRISTI  
1166.

## CXXXVI.

Espletis, religiosissimo obsequio horis competentibus, diurnis officiis, ab omnibus canonicis, dato signo, devotissime ad completorium celebrandum veniendum est. Quo completo, oportet ut non epulis & potationibus, vanisque inserviant loquelis, sed his penitus postpositis, humiliter & honeste dormitorium petant: & nequaquam duo in uno, sed singuli in singulis lectis quiescant. Lucerna quoque in eodem dormitorio noctis tempore jugiter ardeat. Nihil denique inhonestum, aut indecens in dormitorio geratur ab aliquo, nec quispiam aliquem inquietare presumat, nec ad verba inutilia & otiosa prorumpere cogat. Hujus vero capituli contemptor specialiter a praelatis & magistris severissime corripitur.

## CXXXVII.

Studendum summopere cantoribus est: ne domum sibi divinitus collatum vitis serdent, sed potius illud humilitate, castitate, & sobrietate, & ceteris sanctarum virtutum ornamentis exornent: quorum melodia animos populi circumstantis ad memoriam amoreque celestium, non solum sublimitate verborum, sed etiam suavitate tonorum, quae dicuntur, erigat. Cantorem autem, sicut traditum est a sanctis patribus, & voce & arte praeclarum, illustremque esse oportet, ita ut per oblectamenta dulcedinis, animos incitet audientium, &c. Cantores itaque non propter donum sibi collatum se ceteris superbiendo praefiant, sed humiliter socios exhibeant. Et providendum est illis, quando temperate, quandoque submisse divinum agatur officium: scilicet ut secundum numerum clericorum, & officii qualitatem, & temporis prolixitatem, cantum protendant, & voces moderentur ceterorum. Sonum etiam vocalium litterarum bene atque ornate perstrepani. His vero, qui hujus artis minus capaces sunt, donec erudiantur, melius convenit ut sileant, quam cantare volendo quod nesciunt, aliorum voces dissonare compellant. Psalmi namque in ecclesia non cursim, & excelsis atque inordinatis, seu intemperatis vocibus, sed plane ac dilucide, & cum compunctione cordis recitentur: ut & recitantium mens illorum dulcedine pascatur, & audientium aures illorum pronuntiatione demulceantur, quoniam quamvis cantilenae sonus in aliis officiis excelsa soleat edi voce, in recitandis tamen psalmis hujusmodi vitanda est vox. Constituantur interea teniores fratres, probabilioris scilicet vitae, qui tempore statuto vicissim cum cantorum schola sint, ne hi qui discere debent, aut otio vacent, aut inanibus & supervacuis fabulis intuent. Si vero cantores superbi extiterint, & artem, quam divinitus adjuti didicerint, aliis insinuare renuerint, graviter ac severe judicentur, ut emendati atque correcti, talentum sibi a Deo collatum alijs erogare procurent. Hujusmodi autem correctionis modus erga eos, qui quarumlibet artium disciplinis eruditi sunt, & de talento sibi divinitus collato, magis se alijs superbiendo praeferre, quam id cum caritate insinuare gestiunt, a praelatis obnixè tenendus est.

## CXXXVIII.

Oportet ecclesiae praelatos, ut de congregatione sibi commissa tales eligant boni testimonii fratres, in quibus onera regiminis secure possint parti. Quibus etiam talem conferant potestatem, ut vice illorum fungentes, & inobedientes canonica censura corripere, & obediētes hortando ad meliora valeant provocare. Non enim constituendi sunt personaliter, aut eo ordine, quo in collegio fratrum admissi sunt, sed secundum vitae meritum, & spiritalium donorum prerogativam, qui

*Concl. Generat. Tom. XIV.*

A & in congregatione assidui sint, & statum curam pervigili studio gerant: & sicut alios praecedunt magisterio, ita nimirum innocenti vitae informant exemplo, ut juxta apostolum, exemplo sint ceteris in verbo, in conversatione, in caritate, in fide, in castitate. Qui etiam, si prioratus sui causa intumescere ceperint, & curam fratrum nihil penderint, si crebro admoniti incorrigibiles extiterint, a ministerio propellantur, alique in loco illorum, qui id strenue peragere possunt, substituantur.

## CXXXIX.

Quamvis omnes qui praesunt praepositi tunc dicantur, usus tamen obtinuit, eos vocari praepositos, qui quendam prioratus curam sub alijs praelatis gerunt. Hi tamen qui juxta hanc morem praepositi vocantur, tales & tam strenui constituendi sunt, qui & vitae probabiles sint, & ea quae sibi injuncta sunt, fideliter humiliterque expleant, & pro eo quod alijs praelati sunt, nequaquam parvipendant canonica instituta; sed quanto plus implicentur in fratrum curis, tanto magis studeant caelestibus obtemperare monitiis. Debent igitur cunctae congregationi utiles esse, & de ministerio sibi commisso fideliter prodesse. Ea vero quae fratribus dare debent, cum caritate tempore opportuno incunctanter praebant, quatenus a Domino de fidei administratione gradum bonum acquirant. Erga hujusmodi vero delinquentes, & obediētiā sibi commissam non bene administrantes, modus superius comprehensus tenendus est.

## CXL.

Debet procurare praelatus, ut fratribus cellarium, non vinolentum, non superbum, non tardum, non prodigum, sed moribus honestum, ac Deum timentem constituat, qui & stipendia fratrum fideliter servet, & diligenti cura administrando nullatenus fratres contristet. Cui etiam pistrinum fratrum committendum est, ut illud ita vigilantissima cura custodiat, ne ministri ibidem deputati, annonam fratrum aut sursum subripiendo, aut alio quolibet modo negligenter vivendo dissipent. Hi vero famuli eligantur de fidelissima ecclesiae familia, & his officiis diligenter erudiantur, ut scilicet & pistoria arte, & fidei puritate necessitatibus fratrum opportunissime valeant suffragari. Eadem quoque forma de cocis servanda est. Inutiles denique atque inobedientes cellarii, secundum superius comprehensam sententiam judicentur.

## CXLI.

Evangelicis atque apostolicis instrumitur documentis, in colligendis hospitibus ante omnia operam dare debere, ut merito de nobis dicatur a Domino: *Hospes sui, & collegis me, &c.* Proinde oportet, ut praelati ecclesiam praecedentium patrum exempla sectantes, aliquod praeparant receptaculum, ubi pauperes colligantur, & de rebus ecclesiae tantum ibidem deputent, unde sumptus necessarios juxta possibilitatem rerum habere valeant, exceptis decimis, quae de ecclesiae villis ibidem conferuntur. Sed & canonici, tam de frugibus, quam etiam de omnibus elemosinarum oblationibus, in usus pauperum decimas libentissime ad ipsum conferant hospitale. Et boni testimonii de ipsa congregatione frater constituitur, qui hospites & peregrinos adventantes, utpote Christum in membris suis, suscipiat, eisque necessaria libenter pro viribus administret: qui etiam ea quae in usus pauperum cedere debent, nequaquam in suos usus rescedat: ne cum Juda loculos Domini furante, sententiam damnationis excipiat. Sed & praelatorum debet vigilare industria, ne eum cui

Q

hospiti-

LIBER L

7.00 13.

hospitale pauperum committitur, res pauperibus deputatas in aliquo minuere, aut his quasi beneficiario munere concessis sinant uti, quod a praelatis quibusdam, curam pauperum parvipendensibus, fieri comperimus. Clerici namque si aliis temporibus nequeunt, saltem quadragesimo tempore pedes pauperum in competenti lavent hospitali, juxta illud evangelicum: *Si ego Dominus & magister laevi vobis pedes, quanto magis vos debetis alter alterius lavare pedes?* &c. Quapropter expedit, ut in competenti loco hospitale sit pauperum, ubi perfacilis ad illud veniendi conventus possit fieri fratrum. Quod si is, cui hospitale commissum est, curam pauperum neglexerit, eorumque res in suos usus retorserit, quamquam divina ultione dignus sit, severius tamen quam ceteri delinquentes a praepositis judicandus, & a ministerio removendus est. Nec immerito: quippe qui & pretia peccatorum, & alimenta pauperum, & thesaurum caelo recondendum, suis (quod fas non fuit) aptavit ulibus.

## CXLII.

Quamvis canonicis proprias licitum sit habere mansiones, debet tamen a praelato mansio infirmorum, & lenum intra claustra canonicorum fieri; ut qui suam forte non habent, in eadem suam aptissime possit tolerare imbecillitatem, quatenus ibidem & subsidiis ecclesiasticis quibus indigent & fratrum adminiculis misericorditer sustententur. Erga quos oportet ut ceteri fratres magnam exhibeant caritatem; scilicet ut eis compatiendo subveniant, & assiduis visitationibus, & scripturarum sanctorum consolationibus, nec non & propriam sanctorum facultatibus, adminicula necessaria praebeant, ut impleatur in eis illud evangelicum: *Infirmus fui & visitastis me.*

## CXLIII.

Eligatur necesse est a praelato, ex congregatione sibi commissa frater probabilis vitae, cui officii sit portam canonicorum cum summa obedientia & humilitate competenti tempore claudere ac releverare, ut nulli per eam nisi per licentiam aditus pateat intrandi aut exeundi. Cui etiam observandum est, ne eis quibus cordi est plus otii vacandi, quam divinis obsequiis incubare, foras evagandi locum praebeat, & eorum nugarum, quod nefas est, particeps fiat. Debet praeterea advenientes quoque cum caritate suscipere, & priori adventum eorum causamque nuntiare. Expleto namque vespertino & completorio officio, obserantique portis, claves earum idem portarius ei qui vicem praelati tenet, ferat, ut nulli horis incompetentibus intrandi aut exeundi maneat facultas: quas etiam ab eodem in crastinum tempore accipiat constituto. Si vero inobediens atque protervus idem repertus fuerit portarius, sicut de aliis ministris negligentibus superius dictum est, judicetur.

## CXLIV.

Oportet claustra canonicorum ita diligenter custodiri, ut grex dominicus fraternam concorditer fruatur pace: & si quemlibet praelatus, aut qui eius vice fungitur, aut forte quilibet alius spiritalis frater, intra claustra quempiam inhoneste agentem, aut extra in bivis & plateis otio vanique confabulationibus vacantem, repererit, primo secreta admonitione eum corripiat, & post, si necesse fuerit, coram fratribus idem negligens acius judicetur, ut deinceps emendatus in melius proficiat. Feminis namque non solum in mansionibus & claustris canonicorum prandendum aut requiescendum non est, quin potius nec in eaintrandi, excepto in ecclesiam, ulla tribuenda facultas, quia valde hoc a sanctis patribus legitur

inhibitum. Siquid vero caritatis officio illis attri- buendum est, extra claustra constituantur locus, in quo id accipiant: nullus tamen fratrum cum ipsis, nisi testes coram fuerint, loquatur. Qui vero secus, quam praemissum est, agere tentaverit, ita severiter a praelatis & magistris corrigatur, ut ceteris, ne quid tale agere possentent, exemplo correptionis sibi exhibitae terrorem incantant.

## CXLV.

Quamquam a sanctis patribus in superioribus hujus libelli partibus satis sit dilucidatum, qualiter clerici vivere debeant, adeo ut qui haec, quae superius comprehensa sunt, sedula meditatione perlegerit, perspicue in his reperire valeat, qualis ejus debeat esse fidei devotio, actuum morumque exornatio, ac divinatorum cultuum executio: propter plerisque tamen simplices, minusque capaces, haec strictim breviterque replicanda per necessarium duximus: ut qui haec aut legere, aut forte ab aliis haec plene intelligere nequiverint, utantur hac desloratiuncula, utpote calatho diversorum florum vernantium neclare referto, & discant quid illis agendum, quidve vitandum sit. Legalibus interea institutis, & evangelicis saluberrimis monemur praecipis, ut Dominum Deum nostrum totis praecordiis diligamus, & proximum tamquam nosmetipsos, &c. Si igitur ab omnibus fidelibus, his salutiferis praecipis totis visibus est favendum: quanto magis ab his, qui divinis cultibus mancipati sunt, & aliis exemplo virtutum condimentum esse debent? Proinde oportet, ut primo omnium Dominum Deum diligant ex toto corde, ex tota anima, tota virtute, & proximos tamquam seipsos: & nosse quia in his duobus praecipis tota lex pendet & prophetae. Non occidant, neque fratrem oderint, quia (ut ait apostolus) qui fratrem suum odit, homicida est.

Non adulterent, non furtum faciant, non concupiscant rem alienam, non falsum testimonium dicant, & quod sibi nolunt fieri, alteri ne faciant. Non sint superbia tumidi, non detractionibus assueti, non ebrietati servientes, non luxuria enervati, non iracundia turbidi, non quibuslibet aliis vitiis substrati, non vaniloqui, non invidi, non somnolenti, non pigri, non murmuratores, non susurronei, non vinolenti, non multum edaces. Fraudes & dolositates caveant: usuris nequaquam inserviant, non jurent, ne forte perjurent, malum pro malo non reddant. Cum in se aliqui boni viderint, Deo; & malum cum viderint, sibi deputent. Discordiam fugiant, & quos discordantes invenerint, ad caritatis concordiam revocent, & juxta vocem Psalmistae, declinant a malo, & faciant bonum. Attendant & apostolum prohibentem: *Non, inquit, in comessionibus & ebrietatibus, non in cubilibus & impudicitis, non in contentione & amulatione, sed induimini Dominum Jesum Christum.* Animadvertant etiam, quod ab his vitiis ab apostolo prohibitis omnium vitiiorum seges emergat: & quod horum morborum mater superbia sit. Oportet, ut animam corpulque suam ab omni inquinamento carnis & spiritus custodiant, ut juxta apostolum, integer spiritus eorum & anima & corpus, sine querela in adventu Domini nostri Jesu Christi servetur. Sobrie, iuste, & pie vivant, secularia negotia profus abjiciant, quia juxta eundem apostolum, *Non militans Deo, implicat se negotiis secularibus, ut ei placeat cui se probavit.* Jejunium ament, hospites colligant, pauperes recreent, nudos vestiant, infirmos visitent, mortuos sepeliant, in tribulatione positos opem ferant, dolentes consolentur. Amori Christi nihil praepoant, caritatem non

ANNO  
CHRISTI  
816.

1. Joan. 3.

7. Gal. 11.

Rom. 11.

1. Tim. 1.



ANNO  
CHRISTI  
814.

non derelinquant: pacem, si fieri potest, cum omnibus hominibus habeant: diem iudicii timeant, vitam eternam spiritualiter concupiscant. Spem suam Deo committant, proprio episcopo in omnibus secundum canonicam institutionem obtemperent, magistros suos non temere reprehendant. Postremo in doctrinis spiritualibus operam dent. Lectionibus, psalmis, hymnis, canticis, & ceterorum bonorum operum exercitiis jugiter incumbant. In dormitorio, nisi quem infirmitas detinuerit, omnes dormiant: in refectorio pariter reficiantur, quotidie ad collationem veniant; mox ut signum datum fuerit, ad ecclesiam omnes festinato veniant, & horas canonicas non negligenter, sed cum omni religione pariter celebrent. Ecclesiam non pompaticè, sed reverenter ingrediantur. In choro non cum baculis stent, vaniloquiis nequaquam insistant, sed cum omni devotione & veneratione divinæ servitutis opus peragant, scientes angelorum præsentiam semper illic adesse. E claustris non nisi per licentiam egrediantur: egressi, irreprehensibiliter vivant, ut ab his qui foris sunt, bonam testimonium habeant, & religionem ac propositum suum actibus illicitis nequaquam maculent, sed potius omnes quibus se conjunxerint, sale sapientiæ & bonorum operum exemplis condiant. Contubernia feminarum nullatenus appetant, non vanis oculis, aut petulantibus tumidoque gestu, ac dissolutis renibus incendant: non spectaculis, non pompis secularibus intersint, non aleæ, non quibuslibet venationibus servant. Apostoli namque instructi documento, quo ait: *Non in veste pretiosa, nequaquam pretiosis delictentur vestibus.* Caveant summiopere, ne extra claustra moras faciant, nisi prout sibi a priore constitutum fuerit, & opportunitas temporis distulerit. Intra claustra positi, non otio vacent, sed aut divinis officiis, aut propriis utilitatibus, aut certe magistrorum iussionibus pareant: ne otio torpentes, ab apostolo audiant: *Qui non vult operari, nec manducet.* Seniores spiritualiter juniores diligant: juniores senioribus obsequium dignum exhibeant. Doctiores minus doctis nequaquam se præferant, sed magis eos cum caritate edificent: neque hi qui nobilitate generis, aut virtutum donis pollent, ceteris se tumide superextollant. Omnes in congregatione vicissim sibi caritatis officio servant, quibus etiam in refectorio comedentibus, & religiose silentium tenentibus, continuatim legatur lectio. Delinquentes zelo relictitudinis pariter arguant & castigent, pueros & adolescentes negligentes verborum disciplinis corripiant. Singuli juxta capacitatem suam, diversarum artium erudiantur discipulis, ut nullus in collegio canonico inutilis appareat, nec vota fidelium otiosus comedat. Tales quippe esse, immo & taliter conversari decet omnes, qui divinis officiis se manciparunt. Quapropter studeant hæc breviter collecta sedula meditatione perlegere, & memoriz commendare, & divina adjuvante gratia, juxta vires adimplere; quo facilius & liberius majora a sanctis patribus edita exequi valeant. Vocatione ergo qua vocati sunt;

nec ad dexteram, nec ad sinistram declinantes, ambulent: quatenus divinis iussionibus obtemperantes, ad Christum, in cupis forte esse noscuntur, qui via, veritas, & vita est, eo opitulante, pervenire mereantur.

## CONCILII AQUISGRANENSIS

### LIBER II.

Qui est de 3. institutione sanctimonialium.

**H**anc constitutionem sacer conventus anno incarnationis Domini MCCCLXVI. indictione 10. anno liquidem gloriosissimi Ludovici imperatoris tertio, in Aquisgrani palatio, eodem monente principe, ob animarum sanctimonialium canonicè degentium salutem, divina inspirante gratia, & sanctorum patrum auctoritatibus, velut ex pratis vernantibus quosdam flosculos collegit & in unum congeffit, atque communi voto, communique consensu, sanctimonialibus tenendam, observandamque percussit.

### INDEX CAPITUM LIBRI II.

- I. Excerptum ex epistola Hieronymi ad Eustochium.
- II. Eiusdem ad Demetriadem excerptum.
- III. Item eiusdem ex epistola ad Furiam.
- IV. Excerptum ex epistola Cypriani de habitu virginum.
- V. Ex sermone sancti Casarii episcopi sanctimonialibus directo.
- VI. Sancti Athanasii ad sponsas Christi.
- VII. Quales in monasteriis puellaribus debeant esse abbatisse.
- VIII. De congregandis in monasteriis sanctimonialibus.
- IX. Qualiter his, que monasterium capiant, de rebus propriis agendum sit.
- X. Qualiter in monasterio sanctimonialibus conversandum sit.
- XI. Ut monasteria puellarum undique muniantur, & necessaria habitationes interiori præparentur.
- XII. Ut sanctimoniales in una societate viventes equaliter cibum & potum accipiant.
- XIII. Qualiter sanctimoniales stipendia accipere debeant necessaria.
- XIV. Quod gemina abbatisis sanctimonialibus impendenda sit pacto.
- XV. Ut ad horas canonicas celebrandas incunctanter conveniant sanctimoniales.
- XVI. De instantia orationis.
- XVII. Ut completorium pariter sanctimoniales celebrent.
- XVIII. Qui modus correctionis erga sanctimoniales delinquentes adhibendus sit.
- XIX. Ut abbatisse virorum frequentias vitent.
- XX. Ut sanctimoniales virorum caveant frequentias.
- XXI. Ut sanctimoniales erga famulas sibi servientes per vigilem adhibeant custodiam.
- XXII. Ut erga puellas in monasteriis erudiendas magna adhibeatur diligentia.
- XXIII. Ut in monasteriis puellaribus domus propter annos & infirmas sit.
- XXIV. Quales sint præpositæ constituende.
- XXV. Qualis constituenda sit cellararia.
- XXVI. De portaria monasterii constituenda.
- XXVII. Ut non nisi statuto tempore presbyteri eorumque ministri monasteria puellarum ingrediantur.
- XXVIII. Ut hospitale pauperum extra monasterium sit puellarum.

JOAN.

## IN SEQUEM MONIALIUM REGULAM

## P R E M O N I T I O.

**C**oncilii Agnigrauenfis Regula pro Sanctimonialibus extat in vetustissimo codice antibravanaco saeculo IX eodem scilicet quo & Concilium est habitum scripto, qui sane Codex servatur Roma in biblioteca PP. Cisterciensium Monasterii S. Crucis in Hierusalem. In eo vero omnia cum editis concordare monuit me per literas P. D. Darius Marinoni ejusdem Ordinis monachus eruditus & ejusdem monasterii bibliothecarius, nisi quod ante exordium capitis primi praeiitit animadvertit Sermonem quemdam S. Augustini tributum, cuius apographum ad me humanissime transtulit. Hunc igitur sermonem ex Codicis hujus auctoritate Regula Sanctimonialibus dato hic ego primus praemiitit.

*Incipit Sermo S. Augustini ad Virgines.*

**D**ilige Dominum, & amabit te; servi illi, & illuminabit cor tuum. Honora matrem tuam, sicut Matrem Christi, & ne despexeris caritatem ejus, quae peperit te. Dilige sorores tuas, sicut filias matris tuae, & non derelinquas vias pacis; Oriens sol videat codicem in manu tua, & post secundam horam operare opus tuum; Ora sine intermissione, & memento Christi, quae genuit te. Convenit virorum devota, ut non fiat Idololum in tua anima, & erit tibi offendiculum in tempore orationis. Christum habes dilectum; projice vitios omnes, & non vives exprobrabilem vitam. Animositatem etiam longe facito a te, & memoria malitiae non demoretur apud te. Ne dicas hodie comedo, & cras non comedam, quoniam non in sapientia facis hoc; Erit enim nocentia corpori tuo, & cruciatus stomacho tuo, Edere carnem non est bonum, & bibere vinum non est optimum; offensus autem opproter infirmantibus. Virgo turbulenta non salvabitur, & quae in deliciis est non videbit sponsum suum. Ne dicas contristavit me famula, & retribuam illi propter quod non est servitus in filiabus Dei. Non des auditum tuum verbis vanis, & narrationes malorum fuge. Circumventionem serias ebrias fuge, & ad nuptias alienas ne jers; Immunda enim virgo faciens haec, Aparti os tuum verbo Dei, & cohibe a multiloquio linguam tuam. Coram Domino humilia te ipsam, & exaltabit te de terra ejus. Ne avertaris a paupere in tempore tribulationis & non deficiet oleum lampadi tuae. Omnia fac propter Dominum, & noli quærere ab hominibus gloriam, quoniam gloria hominis sicut flos frum; gloria autem Domini manet in æternum; Virginem mansuetam diligit Dominus, virgo autem iracunda odibilis erit; Obediens virgo misericordiam consequetur, contradicens autem valde insipiens est. Murmuratricem Virginem disperdit Dominus, gratulam autem liberat a morte; Turpis ritus, & exprobrabilis pudentia, omnis enim insipiens talibus implicabitur; quae exornat vestimenta sua, & castitate extrinsecus erit. Non commoretis saecularibus, & avertent tuum cor, & irrita facient consilia iusta; lacrymis in nocte roga Dominum, & nemo sentiat rogantem te, & invenies gratiam. Concupiscentiam deambulationum alienatum ne imiteris; donum, & desiderium avertit statum animi, & corrumpit promptam voluntatem ejus. Fidelis Virgo non formidabit, quae autem invidialis est, fugiet etiam umbram suam. Invidia consumit animam, & livor devorat eam; Quae contemnit sororem infernam, a Christo longe erit; Ne dicas meum est hoc, & illud est tuum, in Christo enim Jesu omnia communia sunt. Non inquiras vitam alienis, & in ruina sororis tuae ne congaudeas. Subministra autem diligentibus virginibus.

**A**& in nobilitate tua ne extollaris; Non proferas verbum de ore tuo in Ecclesia Domini, & non extollas oculos tuos; Dominus enim cognoscit tuum cor & omnes cogitationes tuas inspicit; omnem malam concupiscentiam repelle a te & non contristabunt te inimici tui; Plalle de corde puro, & non tantum moveas linguam in ore tuo; Insipiens Virgo amavit argentum, prudens autem apponit & panem suum; sicut impetus igni difficile compescitur, sic annona Virginis vix sanabilis; ne dederis animam cogitationibus malis, ut non polluant tuum cor, & immundam orationem longe facito a te; Gravis tristitia, & intolerabilis acedia, lacrymae autem a Domino, validiores utroque; Fames, & sitis marcescere facit concupiscentias malas, vigilia autem bona purificat sensum. Iras, & animositatem malitiae confundunt munera; Quae detrahit occulte sorori suae, seorsus stabit a thalamo Sponsi, & clamabit ad januas ejus, & non exaudietur; Virginis immisericordis estinguetur lampada, & non videbit adventientem sponsum suum; vitrum cadens saxo comminuitur, & virgo adjuncta viro innocens non erit; Melior mulier mansuetior, quam Virgo animosa, & iracunda. Quae attrahit in risu sermones viri similis est circummittenti laqueum in collo suo; sicut margarita in tumbulo aureo, sic Virginitas cooperta reverentia, Cantica demonum, & tybie resolvunt animam, & disperdunt fortitudinem ejus, quam custodi per omnia, ut non exprobrabilis sis; non delesteris in ritu, & in vituperantibus non laceris, quoniam Dominus derelinquit eas. Non exprobrabis sororem tuam edentem, & in abstinentia tua ne exalteris; Non enim seorsus quid cogitabit Dominus, aut quis stabit in conspectu ejus; Quae miseretur videntibus oculis suis, & tabescens casibus suis; super impossibilitatem animi gravis abstinentia, & vix dirigibilis castitas Nihil dulcius caelesti Sponso, Animae Virginum illuminabuntur, animae autem immundorum videbunt tenebras, Vidi viros corrumpentes Virgines in doctrinis suis, & vanam facientes Virginitatem earum. Tu autem audi, Filia, doctrinas Ecclesiae Dei, & nemo alienus persuadeat tibi. Deus fundavit Caelum, & Terram, & laetatur in eis; Non est Angelus non capax malitiam, non est Daemon natura malus. Utrumque enim liberi arbitrii sicut homo, & corpore corruptibilis, & anima substitit rationali, sic & Dominus noster natus est sine peccato; Manducavit & crucifixus est, & non erat visio facta in oculis hominum; sic erit resurrectio Mortuorum; Modus transit iste, & nos spolia accipemus; Corpora Justorum hereditabunt lumen. Impii autem habitabunt in tenebris; Virgines oculi videbunt Dominum, & aures Virginis audient eadem. Amen.

Quo tempore scilicet creatus fuit

CAPITULUM

ANNO CHRISTI 806  
EXCEPTEM  
EX EPIS. 11.  
HIERONIMI  
AD HEBR.  
CHIAM.  
77. fol. 44.

Psal. 110.

Joan. 8.  
Joan. 1.

Gen. 1.

Psal. 110.

Ps. 110.

Psal. 110.

1. Reg. 6.

**A**udi filie, & v. d. & inclina aurem tuam, & obliuiscere populum tuum, & domum patris tui, & concupiscet rex decorem tuum, in quadagesimo quarto psalmo Deus ad animam loquitur humanam, ut secundum exemplum Abrahæ exiens de terra sua, & de cognatione sua, relinquat Chaldæos, qui quasi dæmonia interpretantur, & habitet in regione viventium, quam sibi Propheta suspirat dicens: *Credo videre bona Domini in terra viventium.* Verum non sufficit tibi exire de patria tua, nisi & obliuiscaris populi & domus patris tui. **ITEM IBI.** Non expedit apprehenso aratro respicere post tergum, nec de agro reverti domum, nec post Christi tunicam ad tollendum aliud vestimentum tecta descendere. Grande miscululum. Pater filiam cohortatur, ne meminerit patris. *Vos de patre diabolo estis, & desideria patris vestri vultis facere,* dicitur ad Judæos: & alibi: *Qui facit peccatum, ex diabolo est.* Tali primum parente generati nigri sumus, & post penitentiam nec dum culmine virtutis ascendo dicimus: *Nigra sum, sed & formosa, filia Jerusalem.* Exivi de domo intantæ meæ, oblitus sum patris, renascor in Christo. **ITEM IBI.** Quid pro hoc mercedis accipio? Sequitur. *Et concupiscet rex decorem tuum.* Hoc ergo illud magnum est sacramentum. Propter hoc relinquet homo patrem & matrem, & adhærebit uxori suæ, & erunt ambo, jam non, ut ibi, in una carne, sed in uno spiritu. Non est sponsus tuus arrogans, non superbus, Ethio, istam duxit uxorem. Statim ut volueris sapientiam veri audire Salomonis, & ad eum veneris, confitebitur tibi cuncta quæ novit; & inducet te rex in cubiculum suum: & mirum in modum, colore mutato, sermo tibi ille conveniet: *Qua est illi qua ascendit de sabata?* **ITEM IBI.** Nolo tibi venire superbiam de proposito, sed timorem. Omnia incedis auro, latro vitandus est. Stadium est hæc vita mortalibus; hic contendimus, ut alibi coronemur. Nemo inter serpentes & scorpiones securus ingreditur. *Et inebriatus est,* inquit Dominus, *gladius meus in caelo.* & tu pacem arbitraris in terra, quæ tribulos generat & spinas, quam serpens comedit? Non est nobis colluctatio adversus carnem, & sanguinem, sed adversus principatus, & potestates hujus mundi, & rectores tenebrarum harum, adversus spiritualia nequitiæ in cælestibus. Magnis inimicorum circumdamur agminibus: hostium plebs sunt omnia. Caro fragilis, & cini futura post modicum; pugnat sola cum pluribus cum autem fuerit dissoluta, & venerit princeps mundi istius, & invenerit in ea nihil, tunc secunda audiet per Prophetam: *Non timetis a timore nocturno, & a sagitta volante per diem, & a negotio perambulante in tenebris, ab incursu & damonio meridiano. Cadent a latere tuo mille, & decem millia a dextris tuis, ad te autem non appropinquabunt.* Quod si eorum te multitudo turbaverit & ad singula incitamenta vitiorum ceperis æstare, & dixerit tibi cogitatio tua, *Quid faciemus?* respondebit tibi Elifaz: *Noli timere, quoniam plures nobiscum sunt, quam cum illis.* **SEQUITUR IN EADEM.** Quamdiu hoc fragili corpiculo detinemur, quamdiu habemus thesaurum istum in vasibus fictilibus, & concupiscit spiritus adversus carnem, & caro adversus spiritum, nulla est certa victoria. Adversarius noster diabolus, tamquam leo rugiens, aliquem devorare querens circumcivit. Non querit diabolus homines infideles non eos qui foris sunt, & quorum carnes rex Assyrius in olla succendit; sed de ecclesia Christi aperere letinatur. Non venit Salvator pacem mittere super

Aterram, sed gladium. **ITEM POST PAUCA.** Si post nuditatem, jejunia, famem, carcerem, flagella, supplicia, in semet reverfus Apobolus ex clamat: *Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis hujus?* tu te putas securam esse debere? Cave, quæto, ne quando de te dicat Deus: *Virgo Israel cecidit, & non est qui suscitet eam.* Audenter loquar. Cum omnia possit Deus, suscitare virginem non potest post ruinam. Valet quidem liberare de pæna, sed non vult coronare corruptam. Timeamus illam prophetiam, ne in nobis etiam compleatur: *Virgines bonæ deficient.* Observe quid dicat: *Virgines bonæ deficient, quæ sunt & virgines malæ.* *Qui viderit, inquit, mulierem ad concupiscendum eam, jam maritatus est eam in corde.* Perit ergo & mente virginitas. Iste sunt virgines malæ, virgines carne, non spiritu, virgines stultæ, quæ oleum non habentes excluduntur a sponso. Si autem & illæ, quæ virgines sunt, ob alias tamen culpas virginitate corporum non salvantur, quid fiet illis, quæ prostituerunt membra Christi, & mutaverunt templum sancti Spiritus in lupanar? Illico audient: *Descende, sede in terra, ut ergo filia Babylonis: sede in terra, non est thesaurus filia Chaldæorum: non vocaberis ultra mollis & delicata.* Rectius fuerat subisse conjugium, ambuiantem per plana, quam ad altiora tenderem in profundum interni cadere. **ITEM POST PAUCA.** Non solvatur fascia pectoralis, sed statim ut libido titillaverit lentum, & blandum voluptatis incendium dulci nos calore perfuderit, erumpamus in vocem: Dominus auxiliator meus, non timebo quid faciat mihi caro. Et cum paullulum interior homo inter vitia atque virtutes ceperit fluctuare, dicto: *Quare tristis es anima mea, & quare conturbas me?* Spera in Deo, quia confitebor illi, salutare vultus mei, & Deus meus. Nolo finas cogitationem crescere: nihil in te Babylonium, nihil confusions adoleat. Dum parvus est hostis, interfice: nequitia, ne zizanias crescant, elidatur in semine. Audi Psalmistam loquentem, *Filia Babylonis misera: beatus qui retribuisti tibi retributionem tuam, quam retribuisti nobis. Beatus qui tenetis, & alides parvulos tuos ad petram.* Quia enim impossibile est in sensum hominis non irruere de innatura medullarum calorem, ille laudat, ille prædicatur beatus, qui statim ut ceperit cogitare sordida, statim interficit cogitatus, & elidit eos ad petram: petra autem erat Christus. **ITEM IBI.** Si autem hæc sustinent illi, qui ex se corpore solis cogitationibus oppugnantur, quid patiuntur puella, quæ delictis fruitur? Nempe illud apostoli: *Vivens mortua est.* Si quid itaque in me potest esse consilii, si experto credidit; hoc primum monco, hoc obtestor, ut sponsa Christi vinum fugiat pro veneno. Hæc adversus adolescentiam prima arma sunt dæmonum. Nec sic avaritia quatit, inflat superbia, delectat ambitio. Facile aliis cætemus vitis, hic hostis intus inclutus est: quocumque pergimus, nobiscum portamus inimicum. Vinum & adolescentia, duplex incendium voluptatis. Quid ardenti corpufculo fomenta ignium ministramus? Paulus ad Timotheum: *Jam noli, inquit, aquam bibere, sed vino medico utere, propter stomachum, & frequenter tuas infirmitates.* Vide quibus causis vini potio concedatur: ut ex hoc stomachi dolor, & frequens medeatur infirmitas. Et ne nobis forsitan de ægrotationibus blandiremur, modicum præcepit esse sumendum, medici potius consilio, quam apostoli. Alloquin idem apostolus aibi se dixisse incriminat: *Et vinum in quo est in caro non manducare.* Noe vinum bibit, & inebriatus est: rudi adhuc sæculo, tunc primo plan-

LIBER II.

110.

111.

112.

113.

114.

115.

116.

LIBER II.

1. Cor. 6.

Philipp. 2.

Job. 40.

7. 1.

tata vines, inebriare vinum forsitan nesciebat. Et ut intelligas scripturam in omnibus sacramentum (margaritum quippe est sermo Dei, & ex omni parte forari potest) post ebrietatem nudatio femorum subsecuta est, libido iuncta luxuriam: prius enim venter extenditur, & sic cetera membra concitantur. Manducavit enim populus, & bibit, & surrexerunt ludere. Loth amicus Dei in monte salvatus, & de tot millibus populi solus iustus inventus, inebriatus a filiabus suis. Et licet illas putarent genus humanum defecisse, & hoc facerent liberorum magis desiderio, quam libidinis; tamen sciebant virum iustum hoc nisi ebrium non esse facturum. Denique quid fecerit ignoravit. Et quamquam voluntas non sit in crimine, error in culpa est. ITEM IN EADEM. Innumerabilia sunt de scripturis responsa divina, quae gulam damnant, & simplices cibos praebent. Verum quia nunc non est propositum de jejuniis disputare, & universa exequi sui est tituli & voluminis, haec sufficiant pauca de pluribus. Alioquin ad exemplum horum poteris tibi ipsa colligere, quomodo & primus de paradiso homo, ventri magis obediens, quam Deo, in hanc lacrymarum dejectus est vallem: & ipsum Dominum satanas fame tentaverit in deserto; & apostolus clamitet: *Esca ventri, & venter escis: Deus autem & haec, & illas destruet*: & de luxuriosis: *Quorum Deus venter est*. Id enim colit unusquisque quod diligit. Ex quo sollicite providendum est, ut quos saturitas de paradiso expulit, reducat esuries. Quod si volueris respondere, te nobili stirpe generatam, semper in deliciis, semper in plumis, non posse a vino, & esculentioribus cibis abstinere, nec his legibus vivere distitutus: respondebo, Vive ergo lege tua, quae Dei non potes. Non quod Deus universitatis creator & Dominus, intestinorum nostrorum rugitu, & inanitate ventris, pulmonumque delectetur ardore: sed quod aliter pudicitia tuta esse non possit. Job Deo carus, & testimonio ipsius immaculatus, & simplex, audi quid de diabolo suspicetur: *Virtus eius in lumbis, & potestas in umbilico*. Omnis igitur adversus viros diaboli virtus in lumbis est: omnis in umbilico contra feminas fortitudo. Vis scire ita esse ut dicimus? Arripe exempla. Samson leone fortior, & saxo durior, & qui unus & nudus mille persecutus est armatos, in Dalis mollescit amplexibus. SEQUITUR POST PAUCA. Piget dicere quot quotidie virgines ruant, quantas sidera superbus inimicus ponat thronum suum, quot petras excavet, & habitet coluber in foraminibus eorum. Videas plerasque viduas, antequam nuptas, infelicem conscientiam mentita tantum veste protegere, quas nisi tumor uteri, & infantum prodiderit vagitus, sanctas, & castas se esse gloriantur, & erecta cervice, & ludentibus pedibus incedunt. Alim vero sterilitatem praebunt, & nec dum sati hominis homicidium faciunt. Nonnullae cum se senserint concepisse de scelere, abortii venena meditantur, & frequenter etiam ipse commortuae trium criminum rex ad inferos perducuntur, homicidae sui, Christi adulterae, nec dum nati filii parricidae. Iste sunt, quae solent dicere, Omnia munda mundis, sufficit mihi conscientia mea. Cor mundum desiderat Deus: cur me abstinere a cibis, quos creavit Deus ad utendum? Et si quando lepide & festive volunt vivere, ubi se mero ingurgitaverint, ebrietati sacrilegium copulantes, sicut Absit ut ego a Christi sanguine me abstineream. Haec sunt, quae per publicum notabiliter incedunt, & furtivis oculorum nutibus adolescentium greges post se trahunt: quae semper audiunt per prophetam: *Facies meretricis fa-*

*ciem est tibi*. Nolo habere consortium matronarum; nolo ad nobilitum domos accedere; nolo te frequenter videre, quod contemneas virgo esse voluisti. Neque vero earum tantam te cupio declinare congressus, quam maritorum instantur honoribus; quas eunuchorum greges sequuntur, & in quarum vestibus attenuata in filum auri metalla texantur: sed etiam eas fuge, quas viduas necessitas facit. Sint tibi focis, quas jejunia tenuant, quibus pallor in facie est, quas probavit & vita; quas quotidie in cordibus suis canunt, Ubi palcus, ubi cubas in meridie? quas ex affectu dicunt. Capio dissolvi, & esse cum Christo. Sit itaque tibi moderatus cibus, & nunquam venter expletus. Plures quippe sunt, quae cum vino sint sobriae, ciborum largitate sunt ebriae. Ad orationem tibi nocte surgenti non indigestio rictum faciat, sed inanitas. Crebrius lege, discere quam plurima. Tenenti codicem somnus obrepit, & cadentem faciem pagina sancta suscipiat. Sint tibi quotidiana jejunia, & refectio satietatem fugiens. Nihil prodest biduo, tri-duoque transmissio vacuum portare ventrem, si pariter obruatur, si compensetur saturitate jejunium. Illico mens repleta torpescit, & irrigata humus spinas libidinum germinat. Si quando senseris exteriorum hominem florem adolescentiae suspirare, & accepto cibo, cum te in lectulo compositam dulcis libidinum pompa concusserit, arripe securum fidei, in quo ignis diaboli extinguuntur sagittae. Omnes adulterantes, quasi cibus tur sagittae. OMNES ADULTERANTES, quasi cibus tur sagittae. SEQUITUR IN EADEM. Difficile est humanam animam aliquid non amare; & necesse est ut in quocumque mens nostra trahatur affectus, carnis amor spiritus amore superetur. Desiderium desiderio restinguitur, quidquid inde minuitur, hic crescit. Quin potius semper ingemina: *Super lectulum meum in noctibus quaevis quem dilexit anima mea. Mortificate igitur, ait apostolus, membra vestra quae sunt super terram*; Unde & ipse confidenter aiebat: *Vivo autem, jam non ego, vivit vero in me Christus*. Esto cicada noctium. Lava per singulas noctes lectum tuum, lacrymis stratum tuum riga. Vigila, & has sicut passer in solitudine. Psalle spiritu, psalle & sensu. Benedic anima Domino; & ne obliviscaris omnes retributiones ejus, qui propitiatur cunctis iniquitatibus tuis, qui sanat omnes infirmitates tuas, & redimit ex corruptione vitam tuam. Illud quoque tibi vitandum est cautius, ne vanae gloriae ardore capiaris. Quomodo, inquit Jesus, potestis credere gloriam ab hominibus accipientes? Vide quale malum sit, quod qui habuerit, non potest credere. Nos vero dicamus: *Quoniam gloria mea tu es*; & *Si adhuc hominibus placerem, Christi servus non essem*; &, *Miserebi autem absit gloriari, nisi in cruce Domini nostri Jesu Christi, per quam mihi mundus crucifixus est, & ego mundo*; & illud, *In te laudabimur tota die*; *In Domino laudabitur anima mea*. Cum facis eleemosynam, Deus solus videat, cum jejunas, laeta sit facies tua. Vestis nec satis munda, nec sordida. ET MOX. Nec satis religiosa velis videri, nec plus humilis quam necesse est, ne gloriam fingendo quaeras. Plures enim perpertatis, misericordiam, atque jejunii arbitros declinantes, hoc ipso cupiunt placere, quod placere contemnant, & mirum in modum laus dum vitatur appetitur. Sunt quippe nonnullae exterminantes facies suas, ut pareant hominibus jejunantes, quae statim ut aliquem viderint, ingemiscunt, demittunt supercilium, & operata facie, vix unum oculum liberant ad videndum: vestis palla, cingulum saecrum, & sordidis manibus pedibusque, venter solus, quia videri non potest, aestuat cibo. His quotidie psal-

ANNO CHRISTI 816.

1. Cor. 1.

Galat. 1.

Galat. 1.

Galat. 1.

Galat. 1.

Galat. 1.

Galat. 1.

Galat. 1.

Galat. 1.

Galat. 1.

Galat. 1.

Galat. 1.

Galat. 1.

Galat. 1.

Galat. 1.

Galat. 1.

Galat. 1.

Galat. 1.

Galat. 1.

Galat. 1.

Galat. 1.

Galat. 1.

Galat. 1.

Galat. 1.

Galat. 1.

Galat. 1.

ANNO  
CHRISTI  
816  
7 Jul. 11.

LIBER II.

mus ille canitur : *Domini dissipabit ossa hominum sibi placentium*. ITEM IBI. Post hæc quamquam apostolus semper orare nos jubet, & sanctis etiam ipse somnus oratio sit, tamen diversis orandi horas debemus habere, ut si forte aliquo fuerimus opere detenti, ipsum nos ad officium tempus admoneat. Horam tertiam, sextam, nonam, diluculum quoque & vesperam, nemo est, qui nesciat. Nec cibi sumantur, nisi oratione præmissa : nec procedatur a mensa, nisi referatur creatori gratia. Nostibus bis terque surgendum, revolvenda quoque de scripturis memoriter retinemus. Ad omnem autem, ad omnem incessum manus pingat crucem. Nulli detrahas, nec adversus filium matris tue ponas scandalum. Nec si biduo jejunaveris, putes te non jejunantibus esse meliorem. Tu jejunas & irasceris : ille comedit, & fronte blanditur. Tu vexationem mentis, & ventris esuriam rixando digeris : ille moderatius alitur, & Deo gratias agit. Unde quotidie clamat Isaias, *Non tale jejunium tibi legi, dicit Dominus. In diebus jejuniorum vestrorum inveniantur voluntates vestrae*. Nec illarum tibi exempla proponas, quæ carnis curam facientes, possessionum reditus, & quotidianas domus impensas supputant. Nec dicas. Illa & illa suis rebus fruatur, honoratur ab hominibus; fratres ad eam conveniunt, & sorores : numquid ideo virgo esse desit? Primum dubium est, an virgo sit talis : non enim quomodo videt homo, videt Deus : homo videt in facie; Deus autem in corde. Dehinc etiam corpore virgo est, an spiritu virgo sit nescio. Apostolus autem ita virginem definiit, *ut sit sancta corpore & spiritu*. Hæc omnia, quæ digessimus, dura videbuntur ei, quæ non amat Christum. Qui autem omnem sæculi pompam pro purgamento habuerit, & vana duxerit universa sub sole, ut Christum lucrificat, qui commortuus est Domino suo, & surrexit, & crucifixam carnem cum vitis, & concupiscentiis, libere proclamabit : Quis nos separabit a caritate Christi? An tribulatio? an angustia? an persecutio? an fames? an nuditas? an periculum? an gladius? Et iterum : Certus sum quia neque mors, neque vita, neque angelus, neque principatus, neque potestates, neque instantia, neque futura, neque fortitudo, neque excelsus, neque profundum, neque alia creatura poterit nos separare a caritate Dei, quæ est in Christo Jesu Domino nostro. Habeto in mente quomodo in Apocalypsi in virginitate permanentes laudantur. *Virgines*, inquit Joannes, *permanerunt. Hi sunt qui sequuntur agnum quocumque vadit*. Quotiescumque te vana aliquid videris gloriosum, ad paradysum mente transgredere. Esse incipe quod futura es, & audies a sponso tuo : *Pone me sicut umbraculum in corde tuo, sicut signaculum in brachio tuo*, & opere pariter, ac mente munita, clamabis & dices : *Aqua multa non poterant extinguere caritatem, & flumina non operiant illam*.

II.

Notandum ad  
Demetrium  
dem.

Unum illud tibi, nata Deo, præque omnibus unum prædicam, & repetens iterumque, iterumque monebo, ut animum tuum sacre lætionis amore occupes, nec in bona terra pectoris tui sementem lolii, avenarumque suscipias, ne dormiente patrefamilias, inimicus homo zizania superseminet; sed semper loquaris, In noctibus quæsi quiem diligit anima mea; &, Adhæsit post te anima mea, me suscepit dextera tua. Quando eras in sæculo, ea quæ erant sæculi diligebas :

nunc autem quia sæculum reliquisti, & secundo post baptismum gradu inisti pactum cum adversario tuo, dicens ei, Renuntio tibi, diabole, & sæculo tuo, & pompæ tuæ, & operibus tuis : ter va sædus quod pepigisti, & esto contentus, pactumque custodiens cum adversario tuo, dum es in via hujus sæculi, ne forte tradat te judici, tradarisque ministro; & non inde exeat, nisi solvas novissimum quadrantem, id est minimum quodque delictum : quia & pro otioso verbo reddituri sumus rationem in die judicii. Hæc dicta sint non insulso contra te vaticinio, sed pavidi, cautique monitoris officio, ea quoque in te, quæ tuta sunt, formidantis. Si spiritus, inquit, potestatem habentis ascenderit super te, locum tuum ne dimiseris. Vult nos loco movere hostis, & de gradu excedere : sed solidanda sunt vestigia, & dicendum, Statuit supra petram pedes meos &c. Si in cogitationes tuas coluber ascenderit, serva cor tuum, & cum David canito : *Ab oculis meis munda me, & ab alienis parce sermo tuo*. Claude cubiculum pectoris, & crebro signaculo Ægypti in te locum reperiat. Post cogitationum diligentissimam cautionem, jejuniorum tibi arma lumenda sunt, & canendum cum David : *Humiliavi in jejunio animam meam, & cinerem tanquam panem manducavi* : &, *Cum molesti essent mihi, rudaubar cilicio*. Salvator generis humani, qui virtutum, & conversationis suæ nobis reliquit exemplum, post baptismum statim assumitur a spiritu, ut pugnet contra diabolum; & oppressum eum atque contritum tradidit discipulis concalcandum. Unde & apostolus loquitur : *Deus autem conteret satanam sub pedibus vestris velociter*. Et tamen hostis antiquus post quadraginta dierum jejunium, per cibum molitur insidias, & dicit : *Si filius Dei es, dic ut la-pides isti paves fiant*. In Job scriptum est de dracone : *Virtus ejus in lumbis ejus, & fortitudo illius super umbilicum ventris ejus*. Adversum juvenes, & puellas ætatis ardore hostis noster abutitur, & inflammat rotam nativitatis nostræ; & implet illud Osem : *Omnis adulterans, quasi cibum cor- do eorum* : quæ Dei misericordia, & jejuniorum frigore restinguuntur. Hæc sunt ignita diaboli jacula, quæ simul & vulnerant, & inflammant. Sic quoque debes jejunare, ut fracto corporis appetitu, nec in lætione, nec in psalmis, nec in vigiliis solito quid minus facias. Jejunium non perfecta virtus, sed ceterarum virtutum fundamentum est : & sanctificatio, atque pudicitia, sine qua nemo videbit Deum, gradus præbet ad summa scandentibus. Legamus evangelium sapientum & stultarum virginum, quarum alis cubiculum ingrediuntur sponsi, alis bonorum operum oleum non habentes, extinctis lampadibus excluduntur. Discite quid boni habeat continentia, & quid e contrario mali saturitas. Scurrilitas, atque lascivia te presente non habeant locum. Numquam verbum inhonestum audias, aut si audieris, non inesceris. Perdita mentis homines uno frequenter, levique sermone tentant clamstra pudicitiam. Ridere, & rideri secularibus derelinque, gravitas tuam personam decet, Superfluum reor te monere contra avaritiam, cum apostolus doceat avaritiam esse idolorum cultum. Laudent te esurientium viscera, non rudantium opulenta coovivia. Christum vestire in pauperibus, pascere in esurientibus, & præter psalmodum, & orationis ordinem, quod tibi hora tertia, sexta, nona, ad vesperum, media nocte, & mane semper est exercendum, statue

1 Hic desunt quædam, supplenda ex epistola VII. Hieron. ad Demetriadem. Hard.

ANNO CHRISTI 516

que quot horis Sacram scripturam edificare debeas, Arce quidem videtur ignorantibus, & non esse peccato mortuus: sed Christo, quem secreta non salunt, mortuus est. Apostolus macerat corpus suum, & anima subiecit imperio, ne quod aliis præcipit, ipse non servet: & adolescentula servente cibus corpore, de castitate secura est? Neque vero hæc dicens condemno cibos, quos Dominus creavit ad utendum cum gratiarum actione, sed juvenibus, & puellis incentiva assero esse voluptatum. Non Aetna ignes, non Vulcania tellus, non Vesuvius & Olympus tantis ardoribus æstant, ut juveniles medullæ vino plenas, & dapibus inflammatis. Grandis ergo virtutis est, & sollicitæ diligentia superare quod nata sis, in carne non carnaliter vivere, tecum pugnare quotidie, & inclusum hostem Argi, ut fabulæ ferunt, centum oculis observare. Primum igitur, si stomachi firmitas patitur, donec puellares annos tranctas, aquam in potu sume, quæ natura frigidissima est: aut si hoc imbecillitas prohibet, audi cum Timotheo: *Vino i. Tim. 1. modico utere propter stomachum, & frequentes tuas infirmitates*. Deinde in ipsis cibus calida quæque devita. Non solum de carnibus loquor, super quibus vas electionis profert sententiam: *Bonum est non manducare carnem, & non bibere vinum*: sed etiam in ipsis leguminibus infantia quæque & gravis declinanda sunt. Nihil ita scias conducere Christianis adolescentibus, ut esum olerum. Unde & in alio loco: *Qui infirmus est, ait, olera manducet*: ardorque corporum frigidioribus epulis temperandus est. Nihil sic inflamat corpora, aut titillat membra genitalia, sicut indigestus cibus, ructusque convulsus. Malo apud te, filia, verecundia parumper, quam causa periclitari. Quidquid seminarium voluptatis est, venenum putata. Parcus cibus, & venter semper eluens, tri-duanis jejuniis præferatur. Et multo melius est quotidie parum, quam raro satis sumere. Pluvia illa optima est, quæ sensim descendit in terram: subitus & nimius imber in præceps arva subvertit. Quando comedis, cogita quod statim tibi orandum, illico & legendum sit. De scripturis sanctis habeto fixum versuum numerum: illud pensum Domino tuo redde. Nec ante quieti membra concedas, quam calathum pectoris tui hoc subtegmine impleveris. Post scripturas sanctas, doctorum hominum tractatus lege eorum dumtaxat, quorum fides nota est. Amorem monilium, atque gemmarum, sericarnumque vestium transfer ad scientiam scripturarum. Fac tibi amicos de inimico mammona, qui te recipiant in æterna tabernacula. Juvenum fuge consortia comatulos, comptos, atque lascivos domus tuæ tecta non videant. Cantor pellatur, ut noxius. Fidecinas, & psaltrias, & istiusmodi chorum diaboli, quali morifera Sirenarum carmina proturba ex ædibus tuis. Noli in publicum subinde procedere. Pessimæ consuetudinis est, cum fragilis sexus, & imbecilla ætas, suo abutitur arbitrio, & putat licere quod libet. Omnia quidem licent, sed non omnia ex-

## III.

Ejusdem ex epistola ad Roman.

Antipe quæso occasionem, & fac de necessitate virtutem. Non queruntur in Christianis initia, sed finis. Paulus male cepit, sed bene finivit. Judæ laudantur exordia, sed finis prodicione damnatur. Meretrix illa in evangelio baptizata lacrynis suis, & crine, quo multos ante deceperat, pedes Domini tergens salvata est. Non habuit crispantes mitras, nec stridentes calcæolos, nec orbis sibi fuliginatos, quanto foedior, tanto pulchrior. Vidua quæ marito placere desinit, & juxta apostolorum vere vidua est, nihil habet necessarium, nisi perseverantiam. Ardentes diaboli tagitta jejuniorum & vigiliarum rigore restinguendæ sunt. Aut loquendum nobis est ut vestiti sumus, aut vestiendum ut loquimur. Quid aliud pollicemur, & aliud ostendimus? Lingua personat castitatem, & totum corpus profert impudicitiam. Hoc quantum ad habitum pertinet, & ornatum. Ceterum vidua quæ in deliciis est, non est meum, sed apostoli: *vivens mortuus est*. Quid sibi vult hoc quod ait, *vivens mortuus est*? Vive-

## IV.

Nunc nobis, inquit, ad virgines sermo est, quantum quo sublimior gloria est, major & cura est. Flos est ille ecclesiastici germinis, decus atque ornamentum gratiæ spiritualis, læta indoles, laudis & honoris opus integrum & incorruptum, Dei imago respondens ad sanctimoniam Domini, illustrior portio gregis Christi. Gaudet per illas, atque in illis largiter floret ecclesiæ matris gloriola fecunditas: quantoque plus copiosa virginitas numero suo addit, tanto plus gaudium matris augebit. Ad has loquimur, has adhortamur affectione potius, quam potestate. Ut quæ se Christo

Excerptum ex epistola Cæciliæ Cypriani de habitu virginum

ANNO CHRISTI 816

LIBER II

so dicaverint, & a carnali concupiscentia receden-  
 tes, tam carne quam mente se Deo voverint, con-  
 summent opus suum magno premio destinatum :  
 nec ornari jam, aut placere cuiquam nisi Domi-  
 no suo studeant, a quo & mercedem virginittatis  
 expectant. SEQUITUR. Quod si Christum conti-  
 nentia sequitur, & regno Dei virginitas destina-  
 tur, quid est illis cum terreno cultu, & cum or-  
 namentis, quibus dum hominibus placere gestiunt,  
 Deum offendunt, non cogitantes esse pradicatum;  
 Qui hominibus placens, confusus sunt, quoniam Deus  
 nihil fecit illos? & Paulum quoque gloriose, &  
 sublimiter pradicasse: Si hominibus placere vellem,  
 Christi servus non essem? Continentia vero, & pu-  
 dicitia non in sola carnis integritate consistit, sed  
 etiam in cultus & ornatus honore pariter ac pu-  
 dore, ut secundum apostolum, quæ innupta est,  
 sancta sit & corpore, & spiritu. SEQUITUR.  
 Virgo non esse tantum, sed & intelligi debet, &  
 credi, ut nemo cum virginem videt, dubitet an  
 virgo sit. Parem se integritas in omnibus præ-  
 stet, nec bonum corporis cultus infamet. Quid  
 ornata, quid compta procedit, quasi maritum  
 aut habeat, aut querat? Timeat potius placere  
 si virgo est, nec periculum sui appetat, quæ ad  
 meliora & divina se servat. Quæ virum non ha-  
 bent cui placere se simulent, integræ & puræ,  
 non tantum corpore, sed etiam spiritu perseve-  
 rent. Neque enim fas est virginem ad speciem  
 formæ suæ comi, aut de carne, & de ejus pul-  
 critudine gloriari, cum nulla sit illi magis, quam  
 adversus carnem colluctatio, & vincendi corporis  
 ac domandi obstinata certatio. SEQUITUR. Ne-  
 minem Christianum decet, & maxime virginem  
 non decet, claritatem ullam computare carnis &  
 honorem, sed solum appetere sermonem Dei,  
 bona in æternum mansura complecti. SEQUI-  
 TUR. Scriptum est, & legitur, & in exemplum  
 nostri ecclesiam ore celebratur: *Qui dicit se in Chri-  
 sto manere, debet quomodo ille ambulavit & ipse am-  
 bulare.* Ambulandum est vestigiis paribus, æmula  
 ingressione nitendum est. Tunc respondet ad  
 fidem nominis sectatio veritatis, & credenti præ-  
 mium datur, si quod creditur & geratur. Locu-  
 pletem te dicitis, & divitem, sed divitiis tuis Pau-  
 lus occurrit, & ad cultum atque ornatum tuum  
 justo sine moderandum sua voce præscribit. *Sunt,*  
*inquit, mulieres cum varicandis & pudicitia compo-*  
*mentes se, non insortis crinibus, neque auro, neque*  
*margaritis, aut veste pretiosa, sed ut decet mulieres*  
*promittentes castitatem per bonam conversationem.*  
 Item Petrus ad hæc eadem præcepta consentit,  
 & dicit: *Sit in muliere non exterior ornamentis, aut*  
*auro, aut vestis cultus, sed cultus cordis.* Quod si  
 illi mulieres quoque admonent coercendas, & ad  
 ecclesiasticam disciplinam religiosa observatione  
 moderandas, quæ exulare cultus suos soleant per  
 maritum; quanto id magis observare virginem fas  
 est, cui nulla ornatus sui competat venia, nec  
 derivari in alterum possit mendacium culpæ, sed  
 sola ipsa remaneat in crimine? Locupletem te di-  
 cis & divitem: sed non omne quod potest, de-  
 bet & fieri; cum scriptum sit: *Omnia licent, sed*  
*non omnia expediunt: omnia licent, sed non omnia*  
*adificiant.* Ceterum si tu te sumptuosius comas,  
 & per publicum notabiliter incedas, oculos in te  
 juventutis illicias, suspiria adolescentium post te  
 trahas, concupiscendi libidinem nutrias, sperandi  
 fomenta succendas, ut etsi ipsa non peras, alios  
 tamen perdas, & velut gladium te, & venenum  
 videntibus præbeas; excusari non potes, quasi  
 mente casta sis & pudica: redarguit te cultus im-  
 probus, & impudicus ornatus: nec computari jam  
 poteris inter puellas, & virgines Christi, quæ sic  
 Concil. General. Tom. XIV.

vis ut possis adamari. Ornamentorum ac vestium  
 insignia, & lenocinia formarum, non nisi prosti-  
 tutis, & impudicis feminis congruant. Fugiant  
 castis virgines & pudice incestarum cultus, ha-  
 bitus impudicorum, lapanarium insignia, orna-  
 menta meretricum. Hoc Deus culpat, hoc de-  
 notat. Sericum & purpuram indutæ, Christum  
 induere non possunt: auro & margaritis, & mo-  
 nibus adornatæ ornamenta cordis ac pectoris per-  
 diderunt. Virgines certe, quibus hic sermo nunc  
 consulit, quæ se ejusmodi artibus complerint, in-  
 ter virgines se non putent debere numerari. Au-  
 dite itaque virgines ut parentem, audite, quælo  
 vos, docentem pariter ac monentem, audite utri-  
 litatibus & commodis vestris fideliter consulen-  
 tem. Estote tales, quales vos Deus artifex fecit:  
 estote tales, quales vos manus patris instituit.  
 Maneat in vobis facies incorrupta, cervix pura,  
 forma sincera. Vince vestem, quæ virgo es, quæ  
 Deo servis; vince aurum, quæ carnem vincis, &  
 sæculum. Arcta & angusta est via, quæ ducit ad  
 vitam: durus & arduus est limes, qui tendit ad  
 gloriam. Lata & spatiosa itinera vitæ lethalis: il-  
 lic illecebræ, & mortiferæ voluptates; illic diabo-  
 lus blanditur ut fallat, aridet ut noceat, illicit  
 ut occidat. Servate virgines, servate quod esse  
 cœpistis, servate quod eritis. Magna vos merces  
 manet, præmium grande virtutis, munus maxi-  
 mum castitatis. Quod futuri sumus, jam vos ef-  
 se cœpistis: vos resurrectionis gloriam in isto sæ-  
 culo jam tenetis: per sæculum sine sæculi conta-  
 gione transitis: cum castæ perseveratis & virgi-  
 nes, angelis Dei estis æquales. Tantum maneat,  
 & duret solida & illæsa virginitas, & ut cœpit for-  
 titer, jugiter perseveret, nec monitium, aut ves-  
 titum querat ornamenta, sed morum. Deum spe-  
 tet, & cælum: neque oculos ad sublime porre-  
 ctos ad carnis & mundi concupiscentiam depri-  
 mat, aut ad terrena deponat, &c. *Primus homo,*  
*inquit, de terra limo; secundus homo de calo.* *Qua-*  
*lis ille de limo, tales & qui de limo: & qualis ca-*  
*lestis, tales & caelestes. Quomodo portavimus imagi-*  
*nem ejus, qui de limo est, portemus & imaginem*  
*ejus qui de calo est.* Hanc imaginem virginitas por-  
 tat, portat integritas, sanctitas portat & veritas  
 portant discipulæ Dei memores justitiam cum re-  
 ligatione retinentes, stabiles in fide, humiles in ti-  
 more, ad omnem tolerantiam fortes, ad sustinen-  
 dam injuriam mites, ad faciendam misericordiam  
 faciles, fraternam pacem unanimes, atque concordæ.  
 Quæ vos singula, o bonæ virgines, observate, di-  
 rigere, implere debetis, quæ Deo, & Christo vac-  
 cantes, ad Dominum, cui vos dicatis, & majore  
 & meliore parte præceditis. Provetta ætatis junio-  
 ribus facite magisterium. Minores natu præbe-  
 majoribus ministerium, comparibus incitamentum.  
 Hortamentis vos mutuis excitate; æmulis de vir-  
 tute documentis ad gloriam provocate, durate for-  
 titer, spiritaliter pergitæ, pervenite feliciter.

V.

Gaudete, & exultate in Domino, venerabiles  
 filie, & gratias illi jugiter uberes agite, qui vos  
 de tenebrosa sæculi hujus conversatione ad por-  
 tum quietis & religionis attrahere, & provocare  
 dignatus est. Cogitate jugiter unde exiistis, & ubi  
 pervenire meruistis. Reliquistis fideliter mundi te-  
 nebras, & lucem Christi feliciter videre cœpistis.  
 Contempnistis libidinis incendium, & ad castitatis  
 refrigerium pervenistis. Respuistis gulam, & absti-  
 nentiam elegistis. Respuistis avaritiam atque lu-  
 xuriam; & castitatem vel misericordiam tenuistis.  
 Et quamvis vobis usque ad exitum vitæ non de-  
 sit pugna, tamen Deo donante securi sumus de  
 vestra victoria. Sed rogo vos, venerabiles filie,  
 R ut

De sermone sancti Cypriani episcopi

LIBER II.

1. Tim. 1.

Phil. 2.

1. Pet. 1.6.  
2. Th. 1.4.

1. Tim. 7.

1. Cor. 11.

ur quanto estis secura de praeiis, tanto suis A  
sollicitis de futuris. Omnia enim crimina, vel  
peccata cito ad nos revertuntur, si non quotidie  
bonis operibus expugnentur. Audite apostolum  
Petrum dicentem; *Sobria esto, & vigilans, quia  
adversarius vester diabolus, tamquam leo rugiens,  
aliquid devorare querens circum. Quamdiu in hoc  
corpore vivimus, die nocteque, Christo adjutore  
vel duce, contra diabolum repugnemus. Sunt  
enim aliqui, quod pejus est, negligentes & repi-  
da, quae de solo Christianitatis vocabulo glorian-  
da, & putant quod illis sufficiat vestem mutat-  
se, & religionis tantum habitum suscepisse: ne-  
scientes illud propheticum; *Fili accedens ad ser-  
vitiem Dei sit in iustitia, & timore, & prepa-  
ra animam tuam ad tentationem. Nec sententiam*  
*Psalmistae considerantes: Propter verba labiorum  
ignorum ego custodivi vias duras. Et illud quod  
Apostolus dixit: Per multas tribulationes oportet  
nos intrare in regnum caelorum. Vestes enim saecula-  
res deponere, & religiosas assumere unius horum  
momento possumus; mores vero bonos jugiter  
retinere, vel contra malas dulcesque voluptates  
saeculi huius, quamdiu vivimus, Christo adjuto-  
re, laborare debemus: quia non qui coeperit, sed  
qui perseveraverit usque in finem hic salvus erit.  
In primis ergo omnis anima, quae religionem  
servare desiderat, gulae concupiscentiam vincere,  
& ebrietatem vitare, tota fidei virtute contem-  
dat: & ita temperatum convivium, mensamque  
mediocrem habere studeat, ut caro illius nec ni-  
miate abstinentiae debilitetur, nec per delicia-  
rum abundantiam ad luxuriam provocetur. Deinde  
abjecta superbia, cui Deus resistit, profundae  
humilitatis jaciatur fundamentum: invidiam velut  
vipereum venenum detestetur ac fugiat, linguam  
refragnet, detractionem quasi venenum respuat,  
verba otiosa nec ipsa proferat, nec ab aliis pro-  
lata auribus suis libenter admittat. Vestimento-  
rum habitum nec nimis abjectum, nec notabili-  
ter pomposum, aut periculoise elegantem habere  
contueat. Lectionem aut ipsa frequentius legat,  
aut legentis verba tota pectoris aviditate suscipiat.  
De divinis scripturarum fontibus jugiter aquam  
salutis hauriat: illam utique, de qua Dominus  
dicit: *Qui credit in me, flumina de ventre ejus  
fluent aqua viva. De paradisi etiam floribus, hoc  
est sanctarum scripturarum sensibus, anima san-  
cta se jugiter ornare contendat. Ex ipsis pretio-  
sas margaritas auribus suis indefinenter appendat:  
ex ipsis aulos, & dextralia, dum exercet opera  
bona, sibi componat. Ibi vulnerum medicamen-  
ta, ibi castitatis aromata, ibi compunctionis ho-  
lococausta requirat. Quae vero religionem immacu-  
lato corde, & puro corpore conservare desiderat,  
aut nunquam in publicum, aut certe non nisi pro  
grandi & ineffabili necessitate procedat. Nolite,  
quae vos, nolite quibuscumque aut occasionem  
dare, aut familiaritatem tribuere. Quae vero li-  
bidinem Christo adjuvante desiderat vincere, fa-  
miliaritatem debet refugere: & quae indignam fa-  
miliaritatem non spreverit, aut se aut alium ci-  
to perdet. Sed forte dicit aliqua, ideo familiari-  
tatem non fugio, quia volo habere quod vin-  
cam, & adversarium meum cupio tenere capti-  
vum. Vide ne contra te adversarius incipiat re-  
bellare, vide ne te ducat captivitas ista captivam.  
Audi Apostolum dicentem: *Fugite fornicationem.*  
Contra reliqua vitia oportet nos omni virtute re-  
sistere; contra libidinem vero, non expedit repu-  
gnare, sed fugere. Esto ergo libidinis fugitiva, si  
vis esse castitatis pugnatrix egregia. Sed quod di-  
xi diligenter attendite. Quando sola aliqua libi-  
dinis stimulis incitatur, Christo adjuvante repu-***

gnet quantum praevalet contra se, quia non ha-  
bet quo possit fugere. Quando vero per alterius  
familiaritatem, opportunitatem voluptatis diabolus  
subministrat, ipsam familiaritatem, quantum prae-  
valet, ut diximus, anima sancta refugiat. Sed ut  
haec omnia servare possimus, abstinentiam ratio-  
nabilem teneamus, quia vera est illius sanctissimi  
vini sententia: *Prout contineris ventrem, ita &  
venenosus motus ejus. Humilitatem etiam veram  
quantum possumus conservemus. Non enim diu  
carnis integritas servatur, ubi animus superbia  
tumore corrumpitur, praecipue si iracundiam flamma  
frequentius surgit, castitatis & virginitalis flo-  
res cito consumit. Casta enim, & Deo devota  
anima, non solum extraneorum, sed etiam pa-  
rentum suorum familiaritatem habere non debet.  
Si enim vasa, quae ecclesiam offeruntur, ut in sa-  
cro sanctis altaribus ponantur, sancta ab omnibus  
appellantur, & nefas est, ut de ecclesia postmo-  
dum in domum laicam revocentur, aut usibus  
humanis aptentur: putas qualem dignitatem apud  
Deum habet anima ad ejus imaginem procreata?  
Sicut ergo vasa sancta humanis usibus servitura  
nec possunt, nec debent de ecclesia revocari, sic  
religiosam quamquam non oportet, non decet,  
non expedit, parentum suorum multis obligatio-  
nibus implicari, aut quorumcumque extraneorum  
perniciosa familiaritate constringi. Illud ante om-  
nia admoneo; ut emulationis malum, quasi ve-  
nenum vipereum fugitis, & ita inter vos carita-  
tis dulcedinem conservetis, ut vobis invicem per  
sancta colloquia medicamenta spiritalia prepara-  
tis. Sunt enim, quod pejus est, aliqui quae quan-  
do se pariter jungunt, magis sibi detrahendo vel  
contra praepositas invidiam irando, vulnera faciunt,  
quam spiritalia medicamenta componunt. Vos ve-  
ro, sanctae ac venerabilis filii, si aliquam videtis  
pusillanimum, consolationem impendite: si super-  
bientem, humilitatis medicamentum apponite: si  
iracundam videritis, refrigerium patientiae mini-  
strate. Si nobiles nati estis, magis de religionis  
humilitate, quam de saeculi dignitate gaudete.  
Tenete ergo firmiter manus in aratro, & nolite  
respicere retro. Memento te uxoris Loth, quae  
retro respiciens versa est in statuam salis. Num-  
quam juramentum, nunquam maledictum de vir-  
ginis ore procedat. Non solum enim corpora,  
sed etiam corda vestra omni sollicitudine custo-  
dite, propter illud quod scriptum est: *Omnia ca-  
stodia serva cor tuum. Et illud quod Dominus in  
evangelio dixit: De corde exeunt cogitationes ma-  
la. Si enim in corde nihil male cogitatur, quid-  
quid sanctum est, ex ore profertur, quia sicut scri-  
ptum est: Ex abundantia cordis os loquitur. Hoc  
aliquid exercere, secundum illud quod Apostolus  
ait: *Qui non operatur, nec manducet. Meliorem  
quoque dici partem sancto operi dedicate: lectio-  
ni vacare consuecite. Oratio vestra ita cum si-  
lentio procedat ex corde, ut vix audiat in ore.*  
Nam qui alta voce orare voluerit, & sibi, & al-  
teri multum nocet, dum per suam garrulitatem  
alterius mentem ab oratione sancta & secreta sus-  
pendit. Pomposa indumenta, quae non utilitati,  
sed vanitati serviunt, fastidite, atque omnia con-  
temnite. Multae enim quod in moribus diligunt,  
hoc etiam in operibus suis ostendunt, preparant  
sibi ornamenta saecularia saeculum diligentes, &  
voluptati servientes vel luxuriae. Vobis vero ni-  
hil sit commune cum talibus, sed omnia orna-  
men-**

ANNO  
CHRISTI  
1111.

1. Tim. 4.  
1. Cor. 11.

1. Tim. 11.

1. Th. 1.



ANNO CHRISTI 816.

7. Jan. 1.

LIBER II

menta, quibus ad luxuriam caro componitur, ve-  
 lat inimica & contraria a vestro propobro respu-  
 tur. Sunt enim, quod pejus est, quas pro vanita-  
 te seculi istius plus student terrenis cupiditatibus  
 operam dare, quam lesioni divinam justitiam, dum  
 voluit stragula pulcra, & picta tapetia, plumaria  
 etiam, & reliqua his similia, cum ingenti sum-  
 ptu, & superflua expensa, ad oculorum libidinem  
 preparare: nescientes illud, quod Dominus per  
 Joannem evangelistam clamat, & dicit: *Nolite di-  
 ligere mundum, neque ea qua in mundo sunt; quo-  
 niem omne quod in mundo est, concupiscentia carnis,  
 & concupiscentia oculorum, & ambitio seculi est.*  
 Quid prodest virgini integritatem corporis custo-  
 dire, si oculorum concupiscentias noluerit evita-  
 re? Vos vero, sanctis & Deo dignis animis, to-  
 tum spiritualiter agite. Sequimini Christum tenen-  
 do perseveranter quod voluistis ardentem. Iterum  
 atque iterum, sanctis & Deo dicatis animis, ro-  
 go, & cum omni humilitate pro conservando vir-  
 ginitatis premio consilium do, ut familiaritatem  
 incongruam a vobis, vel a vestris animis, totis  
 viribus repellere laboretis. Nam ad conservandam  
 sanctam religionis dignitatem singularitas testis san-  
 ctissima est. Familiaritas enim cujuslibet si fre-  
 quens esse coeperit, non nisi corruptionem semi-  
 nat, vitia pullulat, libidinem concipit, ignomi-  
 niam parit, rabiem concitat, lasciviam pascit, pe-  
 tulantiam nutrit, casus exaltat, ruinas edificat,  
 confusionem mercatur, thesaurizat opprobrium,  
 criminationes exaggerat, exculationes inflammat,  
 & catervatim simul in fascem conglomerat. Nam  
 si anima sancta secretum suum custodire volue-  
 rit, & assidua familiaritatis malum tota animi  
 virtute fugerit, ipsa sancta singularitas munimen-  
 tum illi invictum est sandimonis, expugnatio fortis  
 infamiae, exercitium continentiae, evacuatio luxu-  
 riae, pax secura virtutum, & impugnatio inquieta  
 bellorum; puritatis calmen, & libidinis carcer,  
 honestatis portus, & ignominiae naufragium; vir-  
 ginitatis mater, & hostis immunditiae, integritatis  
 dignitas, & fornicationis abdicatio; voluntas  
 bonorum operum, & afflictio vitiorum; refrige-  
 rium pudicitiae, & poena petulantiae; acquisitio  
 triumphorum, & facinorum detrimentum; requies  
 salutis, & perditionis exilium; vita spiritus, & car-  
 nis interitus. Haec omnia mala fortiter, Deo ad-  
 juvante, repellentur, & illa quae diximus bona fe-  
 liciter acquiruntur, si ab animabus sanctis fami-  
 liaritas inordinata respuatur. Attendite vos, o  
 animas sanctae, quia inter omnia certamina, qui-  
 bus semper comes est Christiana militia, sola du-  
 riora sunt praemia castitatis, ubi quotidiana pugna  
 est, & rara victoria. Castitatis dura sunt praemia,  
 sed majora sunt praemia. Castitatis palmam ne-  
 mo securus accipit, cui quantum duri sunt exi-  
 tus, tantum gloriosi sunt fructus. Ut ergo casti-  
 tatis praemia, & virginitatis coronam feliciter, Deo  
 remunerante, possitis accipere, periculosam fami-  
 liaritatem a vobis semper excludite. Currite fide-  
 liter, ut possitis pervenire feliciter, adjuvante Do-  
 mino nostro Jesu Christo, qui vivit & regnat in  
 saecula saeculorum. Amen.

VI.

Quanta in caelestibus beatitudinem virginitas san-  
 da possideat, praeter scripturarum testimonia, ec-  
 clesiae etiam consuetudine edocemur, qua addisci-  
 mus peculiare illi subsistere meritum, cujus spe-  
 cialis est consecratio. Nam cum universa turba  
 credentium paria gratiae dona percipiat, & iisdem  
 omnem sacramentorum benedictionibus glorientur,  
 ista ad proprium aliquid praeter ceteris habendum, de  
 illo sancto & immaculato ecclesiae grege, quasi  
 sanctiores, purioresque hostiae, & pro voluntatis  
 Concil. General. Tom. XIV.

S. Athanasii  
 ad sponas  
 Christi. Haec  
 paraneus  
 multo inter-  
 prior edita in  
 appendice  
 codicis regu-  
 larum pag. 9.  
 edit. Rom.  
 ann. 1668.  
 opera Lucae  
 Hoffmanni.

las meritis a sancto Spiritu eliguntur, & per sum-  
 mum sacerdotem Dei offeruntur altario. Possidet  
 ergo virginitas, & quod alii habent, & quod alii  
 non habent, dum communem, & peculiarem ob-  
 tineat gratiam, & proprio, ut ita dixerim, conse-  
 crationis privilegio gaudet. Nam & Christi spon-  
 sas virgines diem ecclesiastica nobis permittit au-  
 thoritas, dum in sponzarum modum quas conte-  
 rat Domino velat, ostendens eas vel maxime  
 habitus spirituale connubium, quae subterfugerint  
 carnale consortium. Et digne Deo per matrimo-  
 nii comparationem spiritualiter copulantur, quae  
 ejus dilectionis causa humana connubia spreve-  
 runt. In his quam maxime illud impletur Apo-  
 stoli: *Qui autem adheret Domino, unus Spiritus*  
 B. Et quoniam multa sunt, quae bono proprio  
 carent, nisi aliarum rerum juventur auxilio, at-  
 tentius providendum est, ne forte & virginita-  
 ti aliqua sint necessaria, sine quibus nequaquam  
 fructum afferre sufficiat: & tantum nihil proderit  
 labor, dum vane prodesse creditur, quod absque  
 rebus necessariis possidetur. Aeternam vero vitam  
 non nisi per omnem divinorum preceptorum cu-  
 stodiam promereri posse scriptura testatur. *Si vis,*  
 inquit, *ad vitam ingredi, serva mandata.* Vitam  
 ergo non habet, nisi qui legis mandata servave-  
 rit; & qui vitam non habuerit, caelestis regni non  
 potest esse possessor. Ergo pudicitiam, integritate-  
 temque servantibus, & ejus remunerationem a Dei  
 equitate sperantibus, ante omnia mandatorum sunt  
 Custodienda praeccepta, ne gloriose castitatis & con-  
 tinentis labor in irritum deducatur. Cupiens di-  
 vium implere consilium, ante omnia serva man-  
 datum: volens virginitatis premium consequi, vi-  
 tam amplectere merita, ut sit cuius remunerari ca-  
 sitas possit. Nam ut vitam praestat observatio  
 mandatorum, ita eorum e contrario generat pra-  
 varicatio mortem. Et qui per praevicationem in  
 morte fuerit, virginitatis coronam sperare non  
 poterit, neque pudicitiae premium expectare con-  
 stitutus in poena. Nolo enim putes in hoc con-  
 stare justitiam ut malum non facias, cum & bo-  
 num non facere malum sit, & in utroque legis  
 praevicatio committatur, quoniam qui dixit:  
*Recede a malo, ipse dixit, & fac bonum.* Si a ma-  
 lo recesseris, & non feceris bonum, transgressor  
 legis, quae non tantum in malorum adum abomi-  
 natione, sed etiam in bonorum operum per-  
 fectione completur. Nolo enim tibi in hoc bian-  
 diaris, si aliqua non feceris, cum scriptum sit:  
*Qui universam legem servaverit, offendet autem in Jero-  
 uno, factus est omnium reus.* Adam enim semel  
 peccavit, & mortuus est, & tu te vivere posse  
 existimas, illud saepe committens, quod alium,  
 dum semel perpetrasset, occidit? Memento Adam  
 & Evam virgines deliquisse, nec integritatem cor-  
 poris profuisse peccantibus. Licitum quippe est ma-  
 trimonii inire consortium, nam quae connubia de-  
 serunt, non illicita, sed licita spernunt. Ejusmo-  
 di autem si jurent, si maledicant, si detrahant, si  
 detrahentes patiantur audire, si malum pro malo  
 reddant, si cupiditatis in alienis, aut avaritiae in  
 propriis crimen incurrant; si zeli aut livoris vene-  
 na possideant, si contra legalia & apostolica in-  
 stituta indecens aliquid aut loquantur, aut cogi-  
 tent; si in carne placendi studio compae & orna-  
 tu procedant, si alia ut passiolet illicita faciant,  
 quid proderit eis sprevisse quod licuit, & exerce-  
 re quod non licet? Si vis prodesse tibi quod licite  
 contempsisti, vide ne quid eorum quae non li-  
 cent facias. Stultum est enim timuisse quod mi-  
 nus est, & non timere quod majus est. Dicit  
 enim Apostolus, *Inupta cogitat quae Dominus sunt,*  
*quomodo placeat Deo, ut sit sancta corpore, & spi-*  
 R. 2

Matth. 19.

7. J. 11.

1. Cor. 1.

LIBER II.

ritu: qua autem nupta est, cogitat qua sunt mundi, quomodo placeas viro. Dicat ergo mihi que virum non habet, & tamen que mundi sunt cogitat, cui placere desiderat? nonne incipiat illi nupta praproni? Quia illa cogitando que mundi sunt, complacet vel marito: ista vero nec marito, quem lud silentio praterire nos convenit, quod dixerit: *Innupta cogitas qua Dei sunt, quomodo placeas Deo, ut fit sancta corpore, & spiritu.* Quae sunt ergo Domini, dicat Apostolus: *Quaecumque sunt sancta, quaecumque sunt iusta, quaecumque amabilia, quaecumque bona fama: si qua virtus, si qua laus disciplinae.* Ista sanctae, verae, & apostolicae virgines diu noctue sine ullo temporis intervallo meditantur. Sequitur *qua Dei sunt, quomodo placeas Deo.* Deo, inquam, non hominibus, *ut fit sancta corpore, & spiritu;* non dixit, *ut fit sancta corpore, & spiritu.* Membrum enim una corporis pars est: corpus vero omnium compago membrorum est. Cum ergo dicit *ut fit sancta corpore,* omnibus membris eam debere sanctificari testatur. Quia non proderit ceterorum sanctificatio membrorum, si inveniatur vel in uno corruptio; & iam non erit sancta corpore, quod ex omnibus constat membris, quae vel unius fuerit contuminatione polluta. Unde, quae te, virgo, neque in sola tibi pudicitia blandiaris, ne in unius membri integritate confundaris, sed secundum Apostolum soli Deo conserva corporis sanctitatem. Munda ab omni inquinamento caput, quia crimen est, illud post chrisimatis sanctificationem, cuiuslibet pigmenti luto, vel pulvere sordidari, aut auro, vel gemmis, vel qualibet alia terrena specie componi. Munda frontem, ut humana, non divina opera erubescat, & illam confusionem recipiat, quae non peccatum, sed Dei gloriam parit. Munda collum, ut non aurea ex capillis portet suspensa monilia, sed illa potius ornamenta circumferat, de quibus scriptura dicit: *Misericordia, & veritas non desiciant a te: suspende autem illa in collo tuo.* Munda oculos, dum eos ab omni concupiscentia retrahis, & ab intuitu pauperum nunquam avertis. Munda linguam a mendacio, quia, Os quod mentitur occidit animam; a detractione, a juramento, a perjurio. Cohibe linguam tuam a malo, & labia tua ne loquantur dolum. Et memor esto Apostolum dicentem. *Be redite, & nolite maledicere.* Nefas est enim, ut labia illa quibus Dominum confiteris, rogas, benedixis, & laudas, alicuius polluantur sorde peccati. Nescio qua conscientia ea lingua quis Dominum rogat, qua aut mentitur, aut detrahit. Labia enim sancta exaudit Deus, & ipsis annuit cito precibus, quas lingua immaculata pronuntiat. Munda aures, ut non nisi sermonibus sanctis auditum praebant: ut nunquam obscena aut turpia, aut saecularia verba suscipiant, aut aliquem de altero audiant derogantem, propter illud quod scriptum est: *Sepe aures tuas spiritus, & non audire linguam nequam.* Manus ne porrectae ad accipiendum sint, nec ad feriendum paratae: sed ad omnia misericordiae & pietatis opera satis promptae. Munda pedes, ne latam & spatiosam pergant viam, quae ducit ad splendida saeculi & pretiosa convivia: sed arduum magis, & angustum gradiantur iter, quod tendit ad caelum. Agnosce tibi a Deo artificem non ad vitia, sed ad virtutum membra formata: & cum universos artus mundaveris ab omni sorde peccati, & toto fueris sanctificata corpore, tunc tibi castitatem intelligas profuturam, & cum omni fiducia partem virginum expecta. O virgo, terra propositum tibi magno studio

destinatum: agnosce statum tuum, agnosce locum, agnosce propositum. Christi sponsa diceris, vide ne quid indignum eo cui desponsata videris, admittas. Christum sponsum habes, a domesticis, & familiaribus ejus interroga, & strenue ac solletter inquire in quibus praecipue delectetur. qualem compositionem in te vestium diligit, cuiusmodi concupiscat ornatum. Dicat tibi ejus familiarissimus Petrus, qui nec nuptis quidem corporalem permittit ornatum, sicut in epistola sua scripsit: *Mulieres similiter subjecta suis suis viris, ut & si qui non credunt verbo, per mulierum conversationem sine verbo lucrifiant, considerantes in timore Dei castam conversationem vestram. Quare non sit non extrinsecus capillatura, aut circumdatio auribus, aut indumenti vestimentorum cultus, sed qui absconditus est cordis homo: in incorruptibilitate quieti & molesti spiritus, qui est in conspectu Dei locuples.* Dicat & alius apostolus beatus Paulus: *Mulieres similitur in habitu ornato cum verecundia & sobrietate ornantes se, non in tortis crinibus, aut auro, aut margaritis, vel veste pretiosa, sed quod decet mulieres, promittentes castitatem per bonam conversationem.* Sed tu forsitan dicis: Cur haec idem apostoli non iusserunt? Quia non necessarium iudicabant, ne talis virginibus commonitio potius injuria, quam emendatio videretur. Sed nec eas unquam tantae temeritatis fore credidissent, ut nec nuptae concessa carnalia ornamenta & terrena praesumerent. Revera ornare se & componere virgo debet: nam quomodo sponso tuo placere poterit, nisi composita, & ornata processerit? Ornatur plane, sed interioribus ornamentis, & spiritualiter, non carnaliter componatur, quia Deus non corporis, sed animae decorem in illa considerat. Ergo & tu, quaecumque animam tuam a Deo diligi, & inhabitari concupiscis, omni eam diligentia compone, & spiritualibus indumentis exorna. Nihil in ea dedecorum, nihil saeculam appareat. Resplendeat auro iustitiae, gemmis retineat sanctitatis, ac pretiosissimo pudicitiae margarito coruscet. Pro bysso & serico, misericordiae & pietatis tunica vestiatur, secundum quod scriptum est: *Induite ergo vos, sicut electi Dei, sanctis & dilectis, & visceribus misericordiae, benignitatem, humilitatem, &c.* Huiusmodi Deus quae rit ornamentum, & animam taliter compositam concupiscit. Memento te Dei filiam dici: secundum quod ait: *Audi filia, & vi: Sed & tu ipsa, quotiescumque Dominum patrem nominas, Dei te filiam esse testaris.* Ergo si Dei filia es, vide ne quid eorum facias, quae Deo patri incongrua sunt; sed age omnia quasi filia Dei. Originem tuam respice, genus intueri, gloriam nobilitatis adverte. Agnosce te non hominibus, sed Dei divinitatis nobilitate decoratam. Ita te exhibe, ut in te caelestis nativitas pateat, ut ingenuitas divina clarescat. Sit in te novagratitas, honestas admirabilis, stupenda verecundia, mira patientia, virginalis incessus, & verae pudicitiae habitus, & sermo semper modestus, & suo in tempore proferendus, ut quisquis te viderit admittatur, & dicat, *Quae haec novae inter homines gravitatis patientia est? quae pudoris verecundia? quae honestatis modestia? quae maturitas sapientiae? non est ista humana institutio, nec disciplina mortalis: caeleste mihi aliquid in terreno corpore redolet.* Puto enim quod habitat in quibusdam hominibus Deus. Et cum te Christi famulam esse cognoverit, maiore stupore teneatur, & cogitet, qualis sit ille Dominus, cuius talis & ancilla est. Si vis esse cum Christo, & cum Christo partem habere, Christi tibi exemplo vivendum est, qui ab omni malitia fuit extraneus. Nemo te circumveriat: nemo te fallaci sermone

ANNO CHRISTI

1700

1700

1700

1700

1700

1700

1700

ANNO  
CHRISTI  
70

seducat. Non nisi sanctos, & simplices, & innocentes, & puros caelestis aula suscipit, & nullum apud Deum habet malitia locum. Ab omni nequitia & dolo mundum esse necesse est, qui cupis regnare cum Christo. Nihil enim illas respicias, quae saeculi, non Christi sunt virgines: quae propositi sui, & professionis inmemores, gaudent in deliciis, in opibus delectantur. Tu autem, quicumque Christi, non saeculi virgo es, omnem praesentis vitae gloriam fuge, ut eam, quae in futuro promittitur, consequaris. Contentione verba, & animositatis causas, & litium occasiones subterfuge. Nam si juxta Apostoli doctrinam servum Domini litigare non oportet, quanto magis Dei ancillam, cujus quo verecundior est sexus, animus debet esse modestior? Linguam a maliloquio cohibe, & ori tuo fratrum legis impone; ut tunc forte loquaris, quando tacere peccatum sit, secundum id quod Apostolus dicit: *Omnis sermo malus ex ore vestro non procedat*. Semper linguam tuam de bonis loqui assuesce, & auditum tuum ad laudem honorum magis, quam ad malorum vituperationem commoda. Vide ut omnia quaecumque bene facis propter Dominum facias, sciens ejus rei tantum te a Domino recepturam esse mercedis, quantum ejus timoris, & dilectionis causa perfereris. Sancta magis esse, quam videri stude. In jejuniis vero magis, quam in epulis delectare, illius viduae memor, quae non discedebat de templo, jejuniis, & obsecrationibus serviens Domino nocte ac die. Divinae magis lectionis convivium dilige, & spiritualibus te saturari dapibus concupisce: & illos potius quaere cibos, quibus anima quam corpus reficiatur. Carnis & vini species, quasi caloris fomenta, & libidinis incitamenta fuge. Iracundiam vince, animositatem cohibe, & quidquid illud est quod post factum poenitentiam ingerit, velut proximi criminis abominationem declina. Satis tranquillam & quietam convenit esse mentem, & ab omni perturbatione furoris alienam, quae Dei habitaculum esse desiderat. Cum orationem celebrare desideras, talem te exhibe, quasi quae sis cum Domino locutura. Cum psalmum dicis, cujus verba dicis agnosce: & in compunctione magis animi, quam in tinnu le vocis dulcedine delectare. Lacrymas enim psalantis Deus magis, quam vocis gratiam comprobabit. Omnium operum, & cogitationum tuarum speculatorem Deum crede: & cave ne quid, quod divinis oculis indignum sit, aut opereris, aut cogites. Crescat in te cum annis gratia, crescat cum aetate justitia. Omne tempus, in quo te non meliorem senseris, hoc te existima perdidisse. Caeptum virginitatis propositum, ad finem usque conserva: quia non inchoasse tantum, sed perfecisse virtutis est. Esto ergo omnibus vivendi forma, esto exemplum. Virginem te in omnibus exhibe. Sit & inviolabilis conversatio: ut quisquis vitam tuam audire saltem contigerit, in tantum sibi intelligat gratiam ex tua conversatione transfundi, ut dum te imitari concupiscit, Dei sacrificio & ipse sit dignus.

Ecce quibus saluberrimis documentis sanctissimi & eruditissimi viri Deo dicatas ad castimoniale propositum servandum instituunt. Ecce quibus insignium virtutum indumentis eas exornant, ut illius sponsi, cui se dicaverunt, amplexibus dignae fiant. Unde sollemniter sanctimonialibus vigilandum est, ut tantorum patrum obedienter obtemperent monitis: ne scilicet his resultando, cum fatuis virginitatis reproberentur, sed potius parendo cum prudentibus Christi thalamo admittantur. Diligenter itaque eorumdem sanctorum patrum sententis praebatis, dignum & necessarium judica-

vimus, per singula capita distinguere quid praestitum, quidve subditis observandum sit. Et quoniam subditarum vita praelarum est exemplis informanda, primum quales debeant abbatissae constitui, qualiter eis vivendum, qualiter subditas gubernandum, qualiterve in monasteriis residendum, & instanti Dominoc tota mentis & corporis devotione servendum; dem quid subiectis specialiter observandum sit, ponendum censuimus.

## VII.

Tales abbatissae regendarum animarum curam suscipere debent, quae subditis verbis & exemplis ducatum praebent sanctae religionis: quae non propriis voluntatibus deterviant, sed magis subditarum solertissimam curam gerant: quae se etiam, illalque, utpote vasa sancta, in quibus instanti incensum orationis Deo digne offerri possit, ab omni labe vitiorum custodire norint: & ita eas secum in sancto proposito pervigiles reddant, ut una ad vitam tendentes aeternam, societate supernorum civium mercantur perfrui. Qua igitur auctoritate, aut quibus sanctorum patrum documentis, sibi attribuant licentiam foras vagandi, aut per villas residendi, aut sericas vestes induendi, aut pompis vanis inserviendi? Sed quia hoc nulla auctoritate sibi licitum facere possunt, praesertim cum a sanctis patribus in superioribus capitulis id penitus sanctimonialibus legatur inhibendum; retlat ut abhinc hujuscemodi usus ab his modis omnibus, quantum Dominus posse dederit, caveatur.

Quia quamvis in saeculari dignitate positae multigenis deliciis voluptuose hujuscemodi soleant uti, in monasteriis tamen, in quibus Christi sponsae sumptibus dominicis communiter sunt gubernandae, profusum est hoc censura equitatis inhibendum. Nolite etenim eas oportet, quia non ideo praelatae sunt, ut se solummodo, sed potius ut se, subditasque pascant, carnaliter videant, & spiritaliter: nec ut praesint tantum, sed ut prosint, a Domino sunt aliis praelatae. Ergo necesse est, ut se, sibi quae subditas in proposito sanctae religionis sollemniter constringant. Et sicut alias procedunt prioratus honore, praecedant etiam pie conversationis exemplo; & quae aliis facere prohibent, nullatenus perpetrent. Recte enim, ut habet beatus Gregorius, aliorum errata corrigit, qui ea, quae reprehendit, minime agit. Sed quia pastoris absentia ovium solet fieri praeda; necesse est ut abbatissae in monasteriis constant assidue, & ovium sibi subditarum vigilantissimam curam gerant, ne illis absentibus praedae fiant subditae invisibiles lupi. Quales etiam esse debeant ductrices animarum, sanctus Caesarius in epistola, quam ad Oratoriam abbatissam scripsit, plenissime docet: ex qua quaedam capitula ob instructionem abbatissarum excerpta, & huic capitulo annexere curavimus. Dicit enim ita. Audi ergo me, dulcissima soror, & filia. Tu quantumcumque semper in studiis spiritualibus occupari desideras, propter sorores tamen aliquando etiam exteriora tibi erunt negotia dirimenda. Curandum ergo tibi summopere est, ut si temporalia quasi pro tempore agas; at semper tenacius in spiritali devotione, & amore inhaereas: ut cum temporalia citius dispensaveris, ad orationem illico, vel lectionem, quasi ad matris sinum recurras. Optare quippe debes, ut abjecta sollicitudine mundi, semper cogites de servitio Christi, propter illud quod dicitur: *Nemo militans Deo implicat se negotiis saecularibus*, & cetera. In omnibus, juxta apostolum, temetipsam praebere exemplum bonorum operum, vitaque tua velut pennatum animal ad alta semper per desiderium evolet, per verbum resonet, luceat per exemplum. Cum vero ad annuntiandum verbum Dei

LIBER II

2 Tim 2

1 Tim 4

C

D

E

1 Tim 2

1 Tim 4

Dei

LIBER II.

Dei te sororibus affectaveris, prius cauta consideratione pensa, ut quod ore promissis, factis impleas, & quod aliis predicis, operibus probeas. Prior in ecclesia inveniaris, postrema exas. Par sis in communi cibo cum quibus pari uteris in mensa confessa. Abstinentiam, quam lingua predicat, proxima fauces, vel vicinus stomachus sentiat; ne forsitan subditi audientes, tacitis cogitationibus dicant, O quam pulcre nobis abstinentiam predicat plenus venter! Et in his omnibus ceterisque hoc tibi noveris convenire, ut angusti callis itinera, per quae socias admones gradiendum, prior ipsa gradiaris. Non sis vestibus ornator ceteris, sed moribus: Non quae tibi vultu, intusque placent, non quam tibi ad oculum cognoveris, vel cujus blandiori obsequio fueris delinita, sed quam amor Christi, & religiosior demonstraverit vita, praeponas. Oportet enim te propter quasdam cultum nonnunquam habere in gutture, cauterium in lingua gestare, virgam tibi & baculum in manu ferre: ut per cultum desecras vitia, per cauterium vero ad sanitatem secula reducas, per virgae disciplinam corrigas, per baculum vero disciplinam sustentas. Si quando vero cum saecularibus ad colloquendum fueris evocata, prius arma frontem trophaeo crucis, vexillo Christi pedibus ingemina, ut cum sua virguncula Christus comitari dignetur. Confabulatio vero tua semper sit mixta gravitate, atque dulcedine: & tantum loquaris, quantum opportunitas flagitaverit rei ac temporis. Si quid vero ab eis petitum fuerit, quod praestare deliberas, cum vultu hilari praesta. Si quid vero praestare non convenit, petitionem illorum saltem honestate sermonis mollifica. Nomen tuum plures noverint, beneficia tua in quantum praevales plures sentiant, vultum rari cognoscant. Si quando autem tibi pro necessitate monasterii seorsum fuerit colloquendum, cum duabus, vel certe cum tribus electis sororibus facito. Quis opinio bonae famae, sicut etiam perfectae vitae custodia, tibi necessaria est: & tunc primum despicenda humana detractio cum Christus in causa est. Omnis quoque actio tua semper sit propter Deum. Omnis quoque actio tua semper sit propter Deum. Et exceptis vitiis, quibus non compassio, sed reatudo debetur, omnibus te cupio esse compassibilem, omnibus gratam, omnibus te praestam piam. Ut videlicet juxta Paulum sis sancta corpore & spiritu, ipso sponso, & Domino tuo mentem tuam regente, & vias tuas sanctas disponente, qui vivit & regnat in saecula saeculorum. Amen.

## VIII.

Studendum summopere abbatissis est, ut tot talesque in monasteriis admittant sanctimoniales, quae & morum probitate commendentur, & ecclesiasticis possint rationabiliter sustentari stipendiis. Quae vero adhuc carnalibus delectationibus irretiuntur, nequaquam sunt in monasteriis admittendae, quia satius est illis, juxta Paulum apostolum, foris nubere, tantum in Domino, quam in monasteriis admitti, & sub imagine simulatae sanctitatis dissolute vivere. Cum igitur hujusmodi religionis gratia monasteria expetiverint, non eis facilis tribuatur ingressus, donec prius eis haec legantur capitula: ut his perfectis noverint quid eis in castimoniali proposito observandum, quidve vitandum sit. Quis postquam se Domino in hac militia devinxerint, nequaquam sibi licitum erit propriis uti consiliis, nec saecularibus penitus implicari posse negotiis: nec frequentiam virorum, aut colloquutionem familiarem absque causa inevitabili habere debent. Proinde scrutentur prius arcana cordis sui, simulque super annotatas san-

ctorum patrum sententias assidue meditatione perlegant, ne inconsulte, & minus caute vinculum continentium, & virginitatis arripientes, redeant post latam, & hanc licet canis reversus ad vomitum.

## IX.

Providendum est his, quae ob amorem Christi castimoniam se dicaverint, & in collegio sanctimonialium se admitti postulerint, ut res suas, antequam monasterium ingrediantur, ita sapienter prudenterque deliberent, atque disponant, ut ad vitam tendentes aeternam, nullam earum occasione patiantur perturbationem. Proinde si aliqua sanctimonialium res suas proprias ecclesiae ita contulerit, ut nihil ex his sibi proprium vindicare, sed tantum rebus sustentari velis ecclesiae, huic sufficienter in congregatione stipendia largiantur necessaria. Si autem ecclesiam eas tradiderit, & usufructuario habere voluerit, quæstor ecclesiam eas, utpote ecclesiam, defendat. Quod si eas ecclesiam conferre noluerit, abbatissa, & ceteris sanctimonialibus convenientiam adhibentibus, committat eas per scriptum publice roboratum, aut propinquo, aut alio cuilibet bonae fidei amico, qui eas jure fori defendat. Secundum hanc igitur constitutionis formam, sanctimoniales suas proprias res delibent & disponant, & aut servis, aut certe aliis, quibus illis libuerit, eas ad procurandum, sibi que fideliter earum fructus administrandum, commendent, quoniam ante ingressum monasterii, cuncta, ut praemissum est, rationabiliter illis disponenda sunt, ut remota quarumlibet forensium rerum occupatione, suum liberius, & quietius possint custodire propositum. Sed & de adolescentulis, & de his, quarum conversatione similitates, & dissensiones plerumque pati solent monasteria, cavendum abbatissis est, ne incaute & indiferece eas in congregatione admittant, ne forte earum admittio aliquod in posterum generet scandalum.

## X.

Meminisse debent quae se castimonialis nominis professione Domino devinxerunt, in monasteriis jugiter residere, & Domino tota mentis & corporis intentione instanter deservire debere, nec solum velamentum corporis sine ornamento mentis sibi prodesse posse. Quoniam nihil prodest corpus velare, & mentis vitiorum portentis maculare. Quid enim prodest corpus velare, & animum habere venenatum? quid prodest nigris vestibus indui, & a detractioe linguam non cohibere? cum apostolus dicat: *Si quis putat se religiosum esse, non refranans linguam suam, sed seducens cor suum, hujus vana est religio.* Numquid enim velamentum corporis celare potest cupiditatem mentis? Quis igitur oculis Dei cuncta opera filiorum Adam nuda & aperta sunt, & humilitas vestium nihil valet sine humilitate mentium, & quia non nisi corde mundo Deus videri potest; necesse est ut quod habitu demonstrant, opere perficiant, & humilitas, quam in corpore gestant, in mente potissimum resplendat. Nam si, quemadmodum apud Salomonem legitur, in domo patris positae, instanter sunt monitis paternis erudiendae; & nexu conjugali devindae, juxta apostolum, debent viris esse subditae: quanto magis in domo Dei, quae se religiose vivere devoverunt, divinis sunt erudiendae disciplinis, & sponso suo Christo Domino cum omni humilitate & castitate subditae esse? Illud namque quod in domo patris, & in vinculo conjugali constitutis prorsus fuit illicitum, qua auctoritate, immo qua dementia, in monasteriis positae sibi, nisi ob suam perniciem, facere poterant licitum? praesertim cum beatus Hieronimus

ANNO CHRISTI 214.

ANNO  
CHRISTI  
116.

Hieronymus dicit, pessimum esse consuetudinis, a  
cum fragilis sexus, & imbecillis aetas suo arbi-  
trio abutitur, & putat licere, quod non licet.  
Quapropter oportet ut sibi illicita nequaquam fa-  
ciant licita: sed earum voluntas Domini volun-  
tati, immo servituti succumbat. In monasteriis  
quoque positum non otio torpeant, non detractioni-  
bus, & obscenis consabulationibus incumbant: sed  
aut psalmorum modulationibus, aut manuum  
operationibus insistant, aut certe divinis lectio-  
nibus aures accommodent. Frequentias & familia-  
ritates, atque consabulationes virorum, sicut a  
sanctis patribus inhibetur, modis omnibus caveant.  
Omnes in dormitorio dormiant, singulis scilicet  
in singulis lectis. In refectorio quotidie pariter  
resingantur, nisi quam infirmitas, aut etatis im-  
becillitas id facere prohibuerit. Omnes sibi cari-  
tatis officio vicissim serviant. Illis namque in re-  
fectorio conedentibus, & religiose silentium ten-  
nentibus, continuatione legatur lectio, & intensissi-  
me ab his audiat. Ad collationem quotidie ven-  
niant, & hanc institutionem, sive aliarum divi-  
narum scripturarum lectiones perlegant, & de a-  
nima sua salute pertractent. Ubi etiam delin-  
quentes juxta modum delicti corripiantur. Horas  
canonicas cum omni devotione custodiant, & his  
divinum officium honeste erpleant. Honorem si-  
bi invicem humiliter deferant. Minores natu eas  
que proventus sunt etatis obsequio sanctitatis ve-  
nerentur. Proventus quoque senis juniores didis-  
& exemplis ad bene vivendum informant. Nobi-  
les genere nequaquam ignobilioribus se præferant,  
scientes quia personarum acceptor non est Deus.  
Neque enim quæ castitate, & ceterorum bonorum  
operum prerogativis, aut scientiæ doctrinis pol-  
lent, se ceteris præferant: sed potius de muneribus  
sibi divinitus collatis Deo gratias agentes, ce-  
terarum imbecillitatibus caritatis officio humiliter  
condescendant, semper illud apostoli perpenden-  
tes, quo dicitur: *Qui se putat stare, videat ne ca-  
dat.* Et illud Hieronymi: *Timendum, inquit, &  
cavendum est, ne veterem gloriam, & solidam  
firmitatem unius horæ procella subvertat.*

#### XI.

Summa intentione abbatibus satagendum est,  
ut monasteria puellarum ita undique firmissimis  
circumdant munitionibus, ut nulli intrandi, aut  
excundi, nisi per portam pateat aditus: quatenus  
nec viri quiddam quod non decet in earum clau-  
stris agendi, nec sanctimonialibus foras vagandi ha-  
beant facultatem. Habeant itaque interius sancti-  
moniales refectoria, cellaria, dormitoria, & ce-  
teras suis usibus habitationes necessarias præparatas,  
uti quæ Domino devoverunt, postposita omni  
excultatione, inviolabiliter custodire valeant.

#### XII.

Usum reprehensibilem, & emendatione dignum,  
in nonnullis monasteriis puellaribus esse compe-  
rimus, eo quod sanctimonialibus stipendia ecclesias-  
tica non æqualiter accipiant: cum utique hoc ita  
fieri debere nusquam sancitum possit reperiri. Sed  
quia hoc nulla auctoritate sulcitur, sed magis a-  
varitiæ causa, aut personarum acceptione constat  
esse inolitum; necesse est, ut æquiritatis censura  
ab eisdem locis, in quibus sit, prorsus abdicetur.  
Dignum namque iustumque est coram Deo &  
hominibus, ut omnes, quæ ob amorem Christi  
in castimoniali proposito, in una videlicet socie-  
tate se vivere proposuerunt, seclusa causa avari-  
tatis, & personarum acceptione, cibum & potum  
æqualiter accipiant.

#### XIII.

Quia perspicue compertum est, nonnullas ab-  
batissas negligenter & tepide subditis stipendia ne-

cessaria conferre, opportunissime, immo rationa-  
biliter statutum est, ut in omnibus monaste-  
riis puellaribus, in quibus canonicè vivitur, sin-  
gulis sanctimonialibus per dies singulos tres libras  
panis accipiant, & in his regionibus, quæ vinifera  
sunt, tres libras vini, si sterilitas temporis non  
impedierit: si autem plene eadem regio vini fe-  
rax non fuerit, duas libras vini, & duas cervisiae:  
& si minime vini ferax fuerit, tres libras cervi-  
siam, & si facultas permiserit, libram vini. In lo-  
cis vero minoribus, accipiant duas libras vini; &  
si eadem regio, ut præmissum est, vini ferax  
non fuerit, duas libras cervisiae, & si facultas sup-  
petit, libram vini. Licet enim in nonnullis pro-  
vinciis copia defuit vini, abundat tamen sacra Dei  
ecclesia, Domino attribente, aliarum rerum co-  
piis, e quibus industria prælatarum ex aliis pro-  
vinciis vinum adipisci, sibi que subditis juxta fa-  
cultatem pocula conferre possunt. In locis igitur  
ubi permixtae sunt res ecclesiarum, aut forte quo-  
rundam abstracta valde attenuata, tot, taleque  
admittantur, quibus saltem præmissa minor men-  
sura potus sine difficultate dari possit. In his ita-  
que locis, ubi forte nonnullis prælatæ, piarum  
prælatarum imitantes exemplum, magis subditis  
dare solite sunt, nullatenus bonum, quod faciunt,  
omitant. Sed & si cui ob æternam retributionem  
magis subditis supererogare libuerit, hilariter quod  
poterit tribuat: sin autem, nullatenus mensuram  
prædictam eis subtrahat. Diebus vero festis, &  
sicut moris est ecclesiarum, prout melius possunt,  
sanctimonialibus stipendia administrent. In pul-  
mentis usumque eis dandis nihilo minus solertissi-  
me vigilare debet abbatissarum industria, ut juxta  
possibilitatem eis carnem, pisces, legumina, &  
olera, ligna, & cetera necessaria attribuant, ut  
his adminiculata promptiores in Dei constant  
servitio. Nam & talia eis debent constituere lo-  
ca, in quibus aptissime nutriant pecora, & horti  
olerum possint fieri, unde palmenta habeant, ex-  
ceptis his, quæ de villis ecclesiarum, & de elemo-  
sinarum oblationibus accipiant. Caveant squi-  
dem, ne propter earum incuriam, & insolentiam,  
aliquam in monasteriis patiantur inopiam: ut nec  
sibi in peccatum, nec sanctimonialibus proveniat  
in murmuracionis lapsum. Sint quoque eis in re-  
fectorio convivæ, quatenus sanctimonialibus ali-  
menta uberius administrentur, & quæ forte mi-  
nus habentur, æquiori animo communiter tole-  
rentur. Quoniam si earum societatem, curamque  
parvipendentes, lautiores sibi cibos privatim domi  
præparaverint, excepta causa infirmitatis, aut hos-  
pitium, procul dubio in detractionis aut murmur-  
acionis noxam sibi subditas corrumpere compellent.  
Dent etiam eis annis singulis laeam & linum, e  
quibus sibi conficiant necessaria indumenta, ex-  
ceptis infirmis, & debilibus, quæ propter corpo-  
ris incommoditatem, hæc sibi conficere nequeunt,  
& his quæ nihil proprium habere velint, quibus  
miseri corditer studeant necessaria quæque præbe-  
re. Elemosinarum vero oblationes æqualiter ac-  
cipiant.

#### XIV.

Sicut ea, quæ superius præmissa sunt, abbatif-  
sis ob necessitates corporum impendenda sunt san-  
ctimonialibus, ita necesse est, ut in agro men-  
tium sibi subditarum studeant plantare documen-  
ta virtutum, seque in omnibus illis, vita, mori-  
bus, actu, habitu, ipso etiam incessu irreprehensi-  
biliter vivendo imitabiles exhibeant, ne per ea-  
rum exempla perverstitatum in lapsum occurrant  
voraginum. Doceant ergo eas, qualiter vitent su-  
perbiam, quæ radix est omnium malorum, avari-  
tiam,

LIBRA II.

271

LIBER II.

XVII.

ANNO  
CHRISTI  
812

nam, invidiam, odium, detractionem, insurrectionem, murmuracionem, seurrilitates, bilinguitates, dissensionem, simulationes vanas verborum confabulationes, & cetera his similia, quæ suos sectatores ad interitum pertrahunt. Curiositates etiam nihilo minus virent, quibus feminæ lexis positifimum implicatur. Desistant propria, aliena curiose non interrogent: attendentes illud Hieronymi: Sufficit, inquit, unicuique sua plangere, non aliena carpere. Instruant etiam eas ad sectandas bonorum operum virtutes, videlicet caritatem, humilitatem, patientiam, castitatem, continentiam, sobrietatem, benignitatem, obedientiam, mansuetudinem, & ceteras virtutes, quibus animus Christianus ad æternam patriam tendens jugiter famulari debet. Provideant etiam, ut otio vacare non possint, sed potius aut orationi, aut lectioni, aut manuum operationi insistant, aut certe divinis lectionibus aures accommodent, quatenus sibi subditis hæc geminam passionem tribuentes, quæ cavenda sunt vitare, quæve facienda sectari eas doceant: non de infideli, & negligentis administratione condemnari, sed potius de fidei a Domino mereantur feliciter remunerari. Meminisse itaque, & ante oculos ponere eas oportet, quod de sibi commissis Domino procul dubio reddituræ sunt rationes.

XV.

Oportet ut remoto totius excusationis obstaculo, expedite atque honeste sanctimoniales Deo exequantur ministerium: sitque earum vigilantissima cura, ut ad horas canonicas, nox ut signum datum fuerit, impigre occurrant, ecclesiasticæ cum Dei timore, & reverentia ingredientibus, divinæ potentis famulari religiosissime interviant. Illudque semper caveant ut in domo Dei nihil inhonestatis corde, aut lingua, vel opere perpetrent, sed potius aut orent, aut legant, aut audiant. Si vero fuerit aliqua, excerptis his quæ aut quadam incommoditate corporis, aut obedientia sibi iuncta detinentur, quæ præfatas horas canonicas frequentare, diligentique custodire, & in his, ut dignum est, castissime neglexerit officium persolvere, digna invectione corripiatur. Custodes namque ecclesiæ harum horarum spatia bene norint, ut scilicet signa certis temporibus pulsant, quibus etiam sit studium, ut nihil de sibi commissis rebus ecclesiæ peccat.

XVI.

Ad imploranda divinæ pietatis solatia, hæc Domini verba precantium animam informant: *Petite, inquit, & dabitur vobis, quærite, & invenietis; pulsate & aperietur vobis.* Sed si nobis pulsantibus aperiri gestimus, oportet ut Domino ad nos venienti, & ostium mentium nostrarum pulsanti, aditum dignum pandamus, ut impleatur illud: *Si quis aperuerit mihi, introbo ad illum, & cenabo cum illo, & ipse mecum.* Quia ergo constat assiduitate orationum remissionem adipisci posse peccatorum, si tamen labia cordi non discrepaverint, studeant sanctimoniales mentem noxiis cogitationibus mundare, & Deum jugiter orando placare: scientes quia tunc mens bene Deum orando contemplatur, quando nullis terrenarum rerum curis, aut vitiorum illecebris implicatur. Quoniam, ut ait Isidorus, necesse est, ut cum ad impetranda muneribus suffragia assistitur, munda simplexque acies cordis ad Dominum dirigatur: quatenus illuc dirigatur deprecantis oratio, quo Propheta suam dirigi optabat dicens: *Dirigatur oratio mea sicut incensum in conspectu tuo, Domine.* Oratio namque, ut ait beatus Gregorius, cordis debet esse, non laborum: quia nequaquam Deus verba deprecantis intendit, sed orantis cor adspicit

Vespertinis officiis devotissimo obsequio celebratis, & collatione divinarum scripturarum sollempniter habita, dato signo ad completorium celebrandum, sanctimoniales pariter devotissime occurrant. Quo expleto, non ad epulandum, & bibendum, & supervacuis loquelis insilandum se convertant, sed his postpositis honeste dormitorium petant, Caveatur etiam ab illis, ut nihil inhonestum, aut indecens in dormitorio geratur nec aliquam inquietare presumat, nec ad verba inutilia, & otiosa prorumpere cogat. Si qua vero id fecerit, se verissima invectione corripiatur. Lucerna quoque noctis tempore in eodem dormitorio jugiter ardeat.

XVIII.

Studendum vigilantiter abbatibus est, ut subdita vitia nullatenus dissimulent, sed mox ut occurrerint, ea radicitus evellant, ne per earum scilicet desidiam, atque incuriam, animæ illarum laqueis irretiantur diaboli. Quanto enim idem levis fragilior esse dignoscitur, tanto necesse est majorem erga eum custodiam adhiberi. Mox vero correptionis circa delinquentes sanctimoniales, omittis his, quarum latera, juxta Salomonem, ne indurescant, virgis tundenda sunt, iste obnixæ ab abbatibus teneatur. Si aliquis in congregatione sanctimonialium horas canonicas frequentare neglexerit, & opus Dei negligentiter executum fuerit, ad collationem venire distulerit, obedientiam sibi injunctam agere recuserit, in dilectendis bonorum operum instrumentis juxta vires operam non dederit, in dormitorio aliquid indecens aut inhonestum verbis aut actibus perpetraverit, alibi quam in dormitorio absque causa inevitabili dormire præsumpserit, sororibus caritatis officio servire neglexerit, ire, detractioni, insurrectioni, simulationi, curiositati, vanisque verborum confabulationibus interserit; discordiam inter sorores seminaverit, huic institutioni contumax, aut superba, aut murmurans, seu in aliquo contraria extiterit, & cetera hujusmodi agere tentaverit: primo, secundo, ac tertio, quin etiam crebrius admonetur, & si his admonitionibus non paruerit, publica objurgatione corripiatur. Quod si & huic repta fuerit, ceteris alimentis sibi interdictis, pene tantum usque ad dignam penitentiam satisfactionem utatur, & aqua. Si vero nec sic se correxerit, separetur a mensa, & a ceterarum sanctimonialium in choro psallentium societate, & seorsum in loco hujusmodi negligentibus ab abbatibus constituto stare cogatur; ut statim rubore sequestationis emendetur. Si autem his modis admonita atque castigata, incorrigibilis adhuc extiterit, congrue, si tamen ætas permiserit, verberum adhibeatur castigatio. Verum si talis fuerit, quam aut ætas, aut qualitas personæ verberari non siverit, hæc & publica objurgatione, & jejuniis continuatione, & sequestrationis rubore tamdiu corripiatur, donec digna penitentis satisfactione veniam consequi posse videatur. Si igitur ea quæ flagellatur, & ea, quam flagellari aut ætas, aut qualitas personæ prohibet, incorrigibilis apparuerint, sit locus intra claustra, quo ad tempus retrudantur, & secundum modum culpe castigentur. Quod si etiam aliquis in tantam insaniam devenierit, quæ post tot saluberrimas admonitiones & castigationes necdum se correxerit, deprecetur pro ea communi voto ab omni congregatione, ut ab illo, cui nihil est impossibile, sanetur. Postremo, si his omnibus exhibitis incmendabilis atque incorrigibilis apparuerit, quis nullatenus huic scilicet

Mand.

epi.

ANNO  
CHRISTI  
816

culum repetere fas est, advocetur, si necesse est, ab episcopo, & illius sapientissimo ac discretissimo iudicio, ita ejusdem vita, quam se tot vitis fodando, & in pertinacia permanendo, a collegio sanctimonialium quodammodo secevit, intra septa monasterii moderetur, quatenus & penitentiam sibi ab eo injunctam salubriter gerat, & ceteris nullius contagionis morbum inferre valeat. Quis autem criminale peccatum commiserit, huic nullatenus differenda est correptionis utilitas, quin aut sponte peccati sui facinus penitendo abluit, aut si id agere renuerit, ab episcopo, ut primum est, juxta modum taxatum sententiam excommunicationis, & modum penitentis excipiat. In castigandis namque atque corrigendis delinquentibus, opem ferre, non desistant abbatibus ceteris sanctimoniales.

## XIX.

Scripturarum sanctarum doctrinis demonstratur, quod subditarum vita presbiterum sit exemplis informanda. Et quia sanctimoniales, secundum patrum documenta, virorum debent vitare familiaritates & sermocinationes, decet ut abbatibus, sicut in ceteris, ita quoque & in virorum confabulationibus, bonum sibi subditis exemplum praebeant. Si quando autem eis sermocinandi necessitas incubuerit, juxta supra notatam sententiam beati Casarii, adhibitis secum sanctimonialibus, quas & aetas, & morum probitas, & vitae innocentia commendant, id faciant, & quod deliberandum est, prudenter deliberent; & quod disponendum, utiliter disponant: quia si earum consilio, & praesentia usque fuerint, & morsum detractionis vitabunt, & exemplum sibi subditis salubrius praebeunt. Licet enim hujuscemodi sanctimoniales talium negotiorum experientiam non habeant, earum tamen praesentia capaces boni consilii castique factae sunt.

## XX.

Quia virorum frequentias sanctimoniales, juxta superiorum patrum sententias, penitus vitare debeant, satis liquido patet: restat ut imminente inevitabili necessitate, qualiter id facere debeant, demonstraretur. Decet porro, ut abbatibus, aut quatuor sanctimoniales vitae probabilis constituent, coram quibus ceterae sanctimoniales, aut cum propriis equis, aut cum propriis terris res sibi necessarias deserentibus, tempore competenti, in loco videlicet ad hoc negotium constituto loquantur, & id quod delatum fuerit recipiant. Ut videlicet hujuscemodi confabulatio nullam possit in quamquam sinistrae opinionis asserere suspensionem. Sed & tempore novarum frugum, coram memoratis sanctimonialibus, quicquid eis recipiendum aut recondendum est, recipiant, & recondant. Similiter quoque, quando eis in propriis mansuiculis aliquid operis agendum est, quod non sine virorum labore perfici potest, haec sanctimoniales coram suis, ut nullus in his negotiis possit oriri detrahendi, aut peccandi locus. Sed & hoc abbatibus, non solum praepositarum suarum cura, & memoratarum sanctimonialium instantissima procuratore, verum etiam suo studio, immo saepissima investigatione, scrutari, atque solleter inquirere debent, ne quid inhonestatis in mansuiculis sanctimonialium, aut in earum claustris quisquam quolibet modo perpetrare, aut ab aliqua alienius familiaritatis occasione suscipi, aut clanculo abscondi possit. Tanta igitur sanctimonialibus in confabulando cum viris pudicitiae fiducia inesse debet, ut aliis aspicientibus minime erubescant. Ut enim beatus Hieronymus dicit: Speculum mentis est facies, & tacti oculi cordis sanctorum arcana. Unde ait & quidam: Frons hominis propriis mentis depromit amictum: Qualis vultus erit, talia corda gerit. Si qua vero inventa fuerit his confabulationibus delata, ita juxta superiorum modum corripiatur, ut & ipsa emendetur, & ceteris timorem habentes nihil tale agere perentent.

## XXI.

Quia licitum est Deo dicatis canonicè viventibus, vernales secum famulandi gratia in monasteriis habere, cavendum est illis, ut in eis animae potius salutem, quam commodum terrenum quarant. Soleant enim hujuscemodi, effraones & impudicæ effectus, cultu meretricio ornatae incedere, & turpia quoque & obscena, quae foris vagando viderint aut audierint, auribus dominarum suarum impudenter ingerere, & animos earum a rigore divinae servitutis emollire. Quapropter necesse est, ut in talibus congregandis modum adhibeant discretionis: ut non amplius quam necessitas exigit, sibi ad serviendum congregent, & erga congregatas curam adhibeant, ne illis quolibet peccato ruentibus, illarum ruinam participes existant. Si vero haec famulae, aut abbatissarum, aut certe sanctimonialium, in claustris monasterii quippiam indecens admiserint, & crebro admonitae, atque correptae, non se correxerint, extra claustra monasterii procul ejiciendae, atque eliminandae sunt.

## XXII.

Religio ecclesiastica docet, ut puellae, quae in monasteriis erudiantur, cum omni pietatis affectu, & vigilantissimae curae studio nutriantur: ne si lubricae aetatis annos indisciplinate vivendo transegerint, aut vix, aut nullatenus corrigi postea possint. Quapropter praefertur eis ex sanctimonialibus tales magistrae, quae utique & probabilis sint vitae, & erga eas talem exhibeant curam, ut nequaquam huc atque illuc possint habere progressum, & aut desidia, aut lasciviae vitio maculentur: quin potius sacris imbuantur disciplinis, quatenus his mancipatae vagandi orio careant. Sed qui modus hujuscemodi erudiendis tenendus sit, beatus Hieronymus in epistola, quam ad Latam de institutione filiae scripsit, plenissime docet, dicens: Igitur quae de repromissione nata est, dignam habeat ortu suo institutionem parentum. Samuel enim in templo nutritus est: Joannes in solitudine preparatur, locustis alitur, & melle sive vestri, & in typum penitentiae predicandae tortuosissimi animalis vestitus exuviis. Sic erudienda est anima, quae futura est templum Domini. Nihil aliud discat audire, nihil loqui, nisi quod ad timorem Dei pertinet, turpia verba non intelligat, cantica mundi ignoret. Adhuc tenera lingua psalmis dulcibus imbuatur: procul sit aetas lascivae puerorum: habeat modestam gerulam, nutricem gravem. Discat in pueritia cui imperatori tiruncula nutriatur. Ipse habitus & vestitus doceat eam, cui promissa sit. Aures ejus non perforentur, nec ora Christo consecrata cerussa & purpuris depingantur: nec aurum, & margaritae collum ejus dependant: nec caput sacratum gemmis oneretur: sed habeat alias margaritas, quibus postea venditis emptura est pretiosissimum margaritarum. Sit nutrix ejus sollicita & prudens, ut ea, quae nutritur, ne percussatur a vipera. Ne bibat de aureo calice Babylois; nec cum Dina egrediatur videre filias regionis, ne ludat pedibus, & trahat tunicas:

1 Ex Hieronymi ep. 7. ad Latam legi oportet: Et nutrix ejus sollicita provideat, ne ea qua nutritur ne feriatur a vipera: eadem cura provideat, ne bibat ab aureo calice &c. Haec. Concil. General. Tom. XIV.

nicas: quia venena non dantur nisi melle circum-  
lita, & vitia non decipiunt, nisi sub specie virtu-  
tum. Postquam grandiscula fuerit, & in exem-  
plum sponsi sui, sapientis, matris, & gratia apud  
Deum & homines crescere coeperit, pergat ad tem-  
plum veri patris cum parentibus suis: sed cum il-  
lis non egrediatur e templo, & nusquam ab eis  
inveniat, nisi in audita sanctorum scripturarum.  
Nusquam exeat foras, ne inveniant eam, qui cir-  
cumsunt civitatem, & vulserent pudicitiam ejus  
auferentes iberistrum, & eandem in sanguine dere-  
linquant. Non vescatur in publico, ne videat ci-  
bos quos desideret. Discat jam nunc vinum non  
bibere, in quo est luxuria: usque ad perfectam ta-  
men statem propter indulgentiam modico utatur  
vino, & carni edulio sustentetur. Nullus ei ju-  
venis, nullus cincinnatus ardeat. Vigiliarum dies  
& sollemnes perorationes sic celebret, ut ne trans-  
versum quidem unguem a nutrice discedat. Non  
cum ancillis in auribus susurret, sed quod unilo-  
quitur omnes intelligant. Sit ei comes non com-  
pita, atque formosa, quae guttate carmen dulce  
moduletur: sed gravis, pallens, subtristis, & pu-  
dicitiae veterana, quae illam doceat, & assuescat  
exemplo, ad orationes, & psalmos nocte confur-  
gere, mane hymnos canere, & stare in acie qua-  
si bellatricem Christi. Horarum diei cursu pera-  
do, accensaque lucernula, reddat sacrificium ves-  
pertinum. Sic dies transeat, sic nox inveniat la-  
borantem. Cibus ejus olusculum sit, & similia,  
raroque pisciculi. Sic comedat ut semper esuriat,  
ut statim post cibum possit legere, orare, & psal-  
lere. Non habeat colloquia secularium puellarum,  
& malarum virginum contuberniis non misceatur.  
Balnearum vero fomitus sopitos non suscitet ig-  
nes. Pro gemmis & serico, divinos codices amet.  
Discat primo psalterium: erudiat in proverbis  
Salomonis ad vitam: consuescat in Ecclesiaste cal-  
care quae mundi sunt. Sectetur in Job virtutis &  
patientiae exempla. Ad evangelia transeat, nun-  
quam ea positura de manibus. Apostolorum acta,  
& epistolas tota cordis imbibat voluntate. Et sic  
per ordinem seriem novi veterisque testamenti.  
Cumque pectoris sui cellarium his opibus locuple-  
taverit, tunc virtutum floribus adornaata, soli spon-  
so caelesti, cui commissa est, calcatis cunctis, quae  
mundi sunt, placere studeat.

## XXIII.

Quamquam intra claustra monasterii sanctimo-  
niales canonicè viventes proprias solitè sint habe-  
re mansuetas; propter aetas tamen, & infirmas,  
debet intra claustra ab abbatibus mansio fieri; ubi  
earum, quae forte suas non habent, imbecillitati-  
bus atque infirmitatibus misericordissime possit opi-  
tulari. Quarum curam abbatissae, utpote spiritales  
matres, ante omnia gerere debent, ut his ea, qui-  
bus opus habent, misericorditer ministrant. Sed  
& ceterae sanctimoniales, accessu eas frequenti vi-  
sitanter, divinarum scripturarum colloquutionibus  
demulceant, & suis facultatibus eis adminiculum  
praebent, earumque imbecillitates, & infirmitates  
cum caritate equanimiter portent; ut merito a Do-  
mino eis dicatur: *Infirmus sus, & visitabis me,*  
&c.

## XXIV.

Quia constat abbatissas exteriorum & interio-  
rum pondere gravatas, adeo ut praepediente igno-  
rantia fragilitatis humanae multa nesciant, quae in  
monasteriis negligenter fiunt; necesse est ut tales  
sub se constituant, cum quibus secure possint par-  
tiri onera regiminis. Quibus etiam talem confe-  
rent potestatem, ut vice sua surgentes, & bene  
agentes in melius proficere didis & exemplis ex-  
hortentur, & delinquentium errata districtissima

Abbatissas corripiant: & quae in monasteriis ab  
abbatissis, ob diversarum curarum occupationes,  
perfecti minime possunt, ab his dignè, & utiliter  
perficiantur. Quibus etiam expedit, ut se imitati-  
les ceteris praebent, quatenus irreprehensibiliter  
vivendo, & sanctorum virtutum exempla praeben-  
do, ceteris sanctorum feminarum mereantur ad-  
scisci. Quod si negligenter vixerint, & his, qui-  
bus bene vivendo prodesse debeant, exemplo  
suum perveritatis aliquam lectionis maculam inges-  
serint, juxta modum praemissum judicentur, & si  
inemendabiles extiterint, a ministerio amovean-  
tur, alique in loca earum probabilis vitae consti-  
tuantur.

## XXV.

Expedit abbatissis, ut de congregatione sibi  
commissa tales eligant, quibus alimenta sanctimo-  
nialium committant, quae non sint criminatrices,  
non vinolentae, non prodigae, & ceteris vitiorum  
illecebris mancipatae, sed magis quae vitae sint pro-  
babilis, & inviolabiliter congregata conferent, &  
fideliter ea, atque humiliter sanctimonialibus ad-  
ministrant, ut de fidei administratione a remun-  
eratore omnium bonorum Deo fideliter remun-  
erentur. Erga hujuscemodi vero delinquentes & in-  
obedientes modus praemissus obnoxie tenendus est.

## XXVI.

Oportet ad portam monasterii talis constitua-  
tur sanctimonialis, quae aetate & morum probita-  
te ceteris emineat: ut neque propter personarum  
acceptationem, neque propter alicujus adulationem,  
aut timorem, porta monasterii nisi fidei statutis  
referretur. Quia nisi talis ad portam constituta fue-  
rit, magnum procul dubio in monasterio degenti-  
bus poterit provenire periculum. Quod si alicujus  
gratia contra hanc institutionem facere tentaverit,  
& admonita non se correxerit, digna invectione  
correpta ministerio amoveatur.

## XXVII.

Presbyteris, qui in monasteriis puellaribus Mis-  
sarum sollemnia celebrare debent, extra monaste-  
rium sit locus, & ecclesia, ubi cum ministris suis  
habitent & divinae servitutis obsequium explant:  
& non nisi statuto tempore monasterium ingre-  
diantur puellarum, & cum eis diaconus tantum,  
& subdiaconus, qui scilicet & vitae honestate cla-  
rescant, & non se, sed Christum amare cupiant;  
nec sua querant, sed quae Jesu Christi, & non  
amplius ibi immorentur, nisi in Missarum celebra-  
tionibus ad sanctimoniales publice faciendis. Qui-  
bus rite ac devote celebratis, illico foras egre-  
diantur. Sanctimoniales namque velo anteposito,  
ut moris est, horas canonicas, & Missarum sol-  
lemnia celebrent. Sed & hoc caveant, ut nulla il-  
larum cum eisdem presbyteris, eorumque mini-  
stris aliquam sermocinationem familiarem habeat.  
Si qua igitur peccata sua sacerdoti confiteri volue-  
rit, id in ecclesia faciat, ut ab aliis videatur, sic-  
ut in didis sanctorum patrum continetur, exceptis  
infirmis, quibus in domibus id facere necesse est.  
Nam presbyter diaconum & subdiaconum, qui uti-  
tque boni sint testimonii, ob detractionem vitan-  
dam secum habeat, a quibus scilicet videatur, &  
suis innocentibus bonum testimonium exhibeatur.

## XXVIII.

Quia sanctorum scripturarum auctoritatibus li-  
quido demonstratur, quod hospitalitas modis om-  
nibus sit diligenda, & res ecclesiae oblationes sint  
fidelium, pretia peccatorum, patrimonium paupe-  
rum: quamquam ad portam monasterii locus talis  
sit rite habendus, in quo adventantes quique su-  
scipiantur; oportet tamen, ut extra, juxta eccle-  
siam scilicet, in qua presbyteri cum ministris suis  
divinum explent officium, sit hospitale pauperum,  
cui



ANNO  
CHRISTI  
800.ANNO  
CHRISTI  
800.

cui etiam prae sit talis, qui & avaritiam odit, & A  
hospitalitatem diligit. Et excepit decimis, quae  
de ecclesiis villis ibidem conferuntur, de rebus ec-  
clesiis, prout facultas suppedit, eidem deputatur  
hospitali, unde pauperes ibidem recreantur, & so-  
veantur. Sed & de oblationibus, quae fidelibus  
sanctimonialibus deferuntur, decimas deo ad-  
corandum sustentationem pauperum. Quae namque,  
cui hospitale committitur, nequaquam res paupe-  
rum in suos usus retorquet, ne cum Juda locu-  
los Domini ferant sententiam damnationis exci-  
piat. Sit etiam intra monasterium receptaculum,  
ubi vidua & pauperum tantummodo recipiantur,  
& alantur: & si non possunt alio, saltem quadra-  
gesimo tempore, sanctimoniales, Domini imple-  
tes preceptum, eorum lavent pedes, juxta illud: **B**  
Si ego Dominus & magister vester levi vobis pedes,  
quanto magis vos debetis alter alterius lavare pedes?

278 11.

**EPISTOLA LUDOVICI PII**  
IMPERATORIS IV. AD SIZHARIUM  
archiepiscopum Burdigalensem.

mittit exemplum statutorum concilii Aquisgranen-  
sis, ut ea in provincia sua diligenter tran-  
scribi & observari faciat.

*Ludovicus divina ordinante providentia imperator  
Augustus, venerabili in Christo Sizaris ar-  
chiepiscopo in Domino salutem. (a)*

**S**acrum & venerabile concilium, divino nutu,  
nostroque studio in Aquisgrani palatio nuper  
aggregatum, in quo multa ob propagandam ecclie-  
siasticam dignitatem, procedente & subsequente  
gratia Christi, diligenter tractata atque instituta  
sunt, tuam nullatenus credimus latere sanctitatem.  
Sed quia contingit eidem sancto & venerabili con-  
cilio tuam non interfuisse paternitatem, ad tuam  
desinare decrevimus beatitudinem, per presentem  
missum nostrum, nomine Adalelmum, formulam  
canonica institutionis, ab eodem sacro conventu  
ex sanctorum patrum scriptum digestis sententiis  
collectam, atque in unum congestam. Quam eti-  
am ideo penes palatium nostrum diligenter scri-  
bi fecimus, ut nihil in se scriptorum vitio deprava-  
tionis aut detractionis habens, ad te usque  
incolumis perferretur. Quapropter volumus atque  
decernimus, ut juxta metropolitanam sedis tibi ca-  
nonice collatam dignitatem, nostraeque auctoritatis  
sanctionem, dioeceseos tuos episcopos, & ceteros  
ecclesie prelatos, tempore & loco congruenti ad  
te accersere facias, & his coram capitulatum me-  
moratam institutionis formulam praelegi jubeas, &  
quod ob exaltandum ecclesiastici culminis fasti-  
gium, & animarum salutem, idem sacer conven-  
tus eam ediderit, liquido demonstrat: sed & his  
qui in uno collegio canonice degunt, tenendam  
observandamque coram memorato missio nostro  
conferas: ac si alicujus corporis obtusio eam intelli-  
gere nequiverit, huic sive abs te, sive ab aliis e-  
piscopis, comprovincialibus scilicet tuis, doctrinam  
fulgore reititibus sobrie tradatur. Sed & in hoc  
nihilominus circumspiciam monemus esse tuam  
prudentiam, ut ab his qui eam transcripserunt,  
ita transcriberetur, ut nec depravata vitio scripto-  
ris, nec detruncata ab aliquo fiat: sed sicut a pri-  
ditio missio nostro eis demonstratum fuerit, ab-  
que aliqua depravatione vel detruncatione tran-  
scriberetur. Noveris etiam, quia ideo illius exem-

plam apud armarium palatii nostri detectum est,  
ut eo probari poterit quis eam incuriose  
transcripserit, vel quis aliquam ejus partem detrun-  
carit. Ut enim comperimus, dum in eodem sacro  
concilio perlegeretur, antequam coram nobis ab  
eodem concilio prolata, & necdum mensura cibi  
ac potus statuta fuisset, quidam magis ex parte  
illam detruncantes, quidam capitula inconsulta  
ex ea transcripserunt. Unde necesse est, ut si ali-  
quem in tua dioecesi tale facisse repereris, hujus-  
modi scdam coram provincialium tuorum episco-  
porum conventu, & coram praescripto missio no-  
stro frustreris, & hanc authenticam, ut praemi-  
mus, diligenter, sicut missus noster eis insinuave-  
rit, transcribi percontens. Omnes ergo tuae die-  
ceseos episcopi, & ceteri prelati eam vigilantia  
transcribere, solerti studio intelligere, instan-  
tissimum assiduitatis exercitio divinitus adju-  
tus completere decernent: ut cum nos hujusrei gra-  
tia laqueanda venturis Kalendis Septembris,  
(sicut eidem sacro & memorabili concilio memi-  
nimus nos dixisse facturos) missos nostros per  
imperium a Deo nobis collatum destinaverimus,  
remota cujuslibet difficultatis oppositione, ejusdem  
salutiferi institutionis prelati & subditi, prout  
Dominus posse eis dederit, strenui inveniantur ope-  
ratores. Quoniam diligenti indagine, vita comite,  
perquirere jubebimus, quis prelatorum injunctum  
sibi officium strenue peregerit, vel quis in clau-  
stris canonicorum, & ceteris habitationibus con-  
struendis, & in necessariis stipendiis eis tribuendis,  
& in domibus ad receptacula pauperum reparan-  
dis, sanctioni nostrae paraverit, quibus clerum suum  
eadem institutione, & ceteris spiritalibus docu-  
mentis instruere curaverit, vel quis causa avari-  
tiae eos, quos Christi militia rationabiliter alere  
poterat, propulerit: quia unius anni spatium de-  
dimus, ut ea quae promissa sunt absque ullius dif-  
ficultatis excusatione perfici, ubi necdum facta  
erant, facillime possent. Proinde qui hoc anni  
tempore in hoc negotio nostrum admodum jussio-  
ni pro viribus obedire neglexerit, ceteris sine du-  
bio terrori erit, ne tale admittere praesumant.  
Direximus sane tibi institutionis formulam, quam  
ejusdem sacri concilii par consensu parque stu-  
dium ex sanctorum patrum dictis enucleatum ex-  
cerptit, & castimoniam dicatis in una societate ca-  
nonice degentibus observandam statuit. Quam  
volumus a te, sive a tuis comprovincialibus epis-  
copis, studiose jubere transcribi, & monasteriis  
puellaribus in tua dioecesi consistentibus, in qui-  
bus scilicet canonice vivitur, tenendam conser-  
ri, qualiterque ab abbatibus & ceteris sanctimo-  
nialibus religiosissime ac devotissime observari de-  
beat, apertissime perdoceri. Quoniam, nisi quan-  
do nos aliquam abbatissarum nostram adire jul-  
serimus presentiam, alio tempore volumus in  
monasteriis resideant, & secundum ejusdem in-  
stitutionis formam vitam ducant, sibi que sub-  
ditas in sancto religionis proposito constringant.  
& Et nulla illarum foras evagandi, aut occasio-  
ne qualibet accepta per villas residendi, sive que  
voluptatibus deservendi licentiam sibi attribuat.  
Quamquam enim nonnulli clerici monasteria  
puellarum nonnulli laici monasteria virorum  
etiam & puellarum habeant, tua tamen debet  
providere solertissima industria, ut in omnibus  
locis sub tua dioecesi constitutis, ubicumque con-  
gregationes clericorum & sanctimonialium sunt,  
juxta possibilitatem & facultatem rerum secundum  
hujus

(a) Hanc epistolam encyclicam fuisse oportet, nam in Goldasti to. IV. Constit. Imperial. pag. 22. nov. editio dicitur  
data ad Arnorum Archiepiscopum Salzburgensem. *Nov.*  
Concil. General. Tom. XIV.

ANNO CHRISTI 816.

ANNO CHRISTI 816.

179  
 hujus institutionis formam vivant. Quia nulla est A  
 omnino ecclesia, quæ facultates habeat, ubi non  
 possint tot talesque gubernari, qui divinum ex-  
 pleant officium, & ubi hospitalitas juxta vires non  
 possit diligi. Nos quoque præfatam missam nos-  
 tram ad tuam sanctitatem ideo direximus; ut  
 tuum, ceterorumque ecclesiasticorum in tua dia-  
 cesi existentium, diligenter atque subtiliter in hoc  
 negotio intueretur studium, & tibi opem in re-  
 teris commoendis ferret: qui etiam nobis referret,  
 qualiter prælati & prælatæ eas formulas li-  
 benter susceperint, diligenter transcribere stude-  
 rint, & devote adimplere juxta vires curaverint.  
 Quoniam tamdiu illum in tua vel comprovincia-  
 lium tuorum diocesi immolari & discurrere una  
 cum missa tuo iussimus, donec ab omnibus me-  
 moratæ formulæ transcriberentur. Ut videlicet  
 cuncta procurans, diligenterque perficiens, cum  
 ad nos illum redire opere expleto tempus permi-  
 serit, cuncta quæ acta sunt vestro utrorumque  
 scripto notentur, atque per ipsum tuumque com-  
 missum nostræ dignoscentiam intimentur, ut scia-  
 mus quibus gratiarum actiones referre, quosque  
 etiam dignis correptionibus corrigere debeamus.  
 Si vero aliquis tuæ dioceseos eidem institutioni,  
 vestræ admonitioni proacriter renitit fuerit,  
 & eam, quæ ab eodem sacro conventu constitu-  
 ta atque decreta est, pro viribus observare ne-  
 glexerit, & subinde admonitus non se correxerit;  
 quicumque ille est, ante præsentiam nostram, tua  
 vel missi nostri admonitione, venire festinet, qua-  
 tenus a nobis juxta quantitatem culpe digne cor-  
 rigatur. Direximus præterea tibi pondus & men-  
 suram, secundum quæ clericis & sanimonialibus  
 panis & potus æqualiter tribuenda sunt. Quæ ab  
 omnibus firmissime atque inviolabiliter teneantur  
 decernimus, & ne quid incrementi aut detrimen-  
 ti a quoquam patiantur, modis omnibus inhibe-  
 mus. Tuam igitur in calce epistolæ admonemus  
 sanctitatem, ut secundum ministerium tibi divi-  
 no munere collatum, nostræ in hoc negotio sa-  
 luberrimæ admonitioni obedierit atque inexcusa-  
 biliter pareas, & ceteris in parendo bonum e-  
 xemplum tribuas. Dignum quippe justumque est,  
 ut quanto sublimius sacerdotii dignitate aliis su-  
 peremines, & a nobis venerabiliter diligeris, tan-  
 to magis ad Dei nostramque voluntatem exequen-  
 dam devotior te, atque promptior exhibeas.  
 Vale in Domino, & ora pro nobis.

NOTA JACOBI SIRMONDI, S. J.

1 Concilium Aquigranense. In hoc Concilio, Ludovi-  
 ci Pii iussu, duplex libellis duobus, ut præfatio docet.  
 condita est regula, una canonicorum, quæ sæpe hæcenus  
 vulgata est, altera sanimonialium, quam primi in lucem  
 edidimus. Quæ in te præcipuum operam navasse dicitur  
 Amalarius Metensis ecclesiæ diaconus is, cujus extracto ad  
 eundem Ludovicum imperatorem libri de divinis officiis.  
 Ab eo enim tenent, facta e palatio librorum copia, totum  
 hoc opus ex diversis doctorum sententiis concinnatum,  
 concilique iudicio & auctoritate comprobatum, quod  
 inter alios tradit Ademarum in chronico Engolismensi.  
 2. xxi. Prosper. Jam tuum videlicet Prospero tribue-  
 bantur libri tres de vita contemplativa, qui inter ejus  
 opera edi solent, cuiusque nomine a Gratiano passim, & ab  
 aliis citari solent, re autem vera Prosperi non videntur.  
 Primo quia Gennadius Prosperi opera recensens horum li-  
 brorum non meminit. Deinde quia illorum auctor lib. 11.  
 cap. 9. de Hilario Arelatensi, qui æqualis fuit Prosperi,  
 sic loquitur, ut etiam sua superiorum fuisse significet. De-  
 nique, ut aliis argumentis superfedeam, in antiqua colle-  
 ctione canonum codicis Andegavensis sancto Pomario (sic  
 enim appellat) ut auctori tribuuntur, loco citato, qui  
 apud Prosperum extat lib. 11. cap. 7. & in codice sancti  
 Salvatoris Vicecomitis, qui nunc est in bibliotheca reve-  
 rendissimi archiepiscopi Tolosani, ejusdem loci abbatis,  
 auctor his libris adscriptus est Julianus Pomerius & Ju-  
 lianus Pomerio eisdem præfatus asserit Ildorus de ecclesi-  
 astica scripturis cap. 11. Alter quoque, inquit, tres li-  
 bros edidit, de futura vita contemplatione, vel actuali

conversazione, nec non etiam de vitis & viciis. Qui-  
 bus verbis liquido patet singulorum hujus operis librorum  
 argumenta describi. Ediderat idem præterea alios libros  
 octo, quorum etiam lemmata ibidem singillatim explicat  
 Ildorus, quorumque testimonio frequenter usus est Julia-  
 nus alter, Tolosanus antistes, in prognosticis futuri saeculi.  
 Fuit porro Pomerius hic Afer Maurusque patria, sed,  
 quod ex vita Calarii & ex Rustici ad Pomerium ipsum  
 epistolis intelligi licet, in Gallia primum habitavit, tum præ-  
 byter & abbas fuerit Arelate. Pomerio eidem, ut videtur,  
 scribit etiam Eusebius lib. 11. epist. 4.  
 De institutione sanimonialium. Postoratoris hujus re-  
 gula unicuique nobis videtur codicem sicut Nicolai Fabri, qui  
 nunc habetur in bibliotheca Thana, sed alterum extare  
 audio in ecclesiâ Antiodorensi.  
 Ad Sibarium archiepiscopum. Missæ sancti Coestii  
 Aquigranensis exemplaria in singulis provinciis cum epi-  
 stola imperatoris ad unicuiqueque provinciam metropolitana-  
 rum. Hinc epistolatum, qui passim occurrunt, citati di-  
 versè. In exemplari nostro quia in Aquitaniam secundam  
 missum fuit, nomen est Sibarii archiepiscopi Burdigalen-  
 sis; in Antiodorensi nomen Magai Senonica urbis, quæ  
 caput est provincie illius archiepiscopi. Omnes porro ejus-  
 dem sunt argumenti.  
 Habitacionibus sanimonialium. Duo præcipit imperator,  
 regulam observari, & monasticas habitaciones instituari.  
 Utrumque pariter complexus est Hetti Traviranus archie-  
 piscopus in epistola, quam de eadem re tunc scripsit ad  
 Pictarium Tullentem episcopum: Non visitis, inquit,  
 cum qua cautela mandatum suscipimus divini imperatoris  
 nos in diocesi vestra, & episcopi singuli in parochiis suis,  
 id est, de regula augenda religio, & de ministris  
 canonicorum officii, ut si quibus in loco bene compa-  
 rent, deinceps cum summa diligentia observentur. Nunc an-  
 tem in proximo est placitum, quo sine dubio sciscitabimur  
 de executione mandati domini mandati. Quapropter  
 sententiam diligenter in parochia vestra, in vestris adorna-  
 que monasteriis, si præfata regula dignè per omnia obser-  
 vetur, & si episcopi juxta ipsius decreta constituta atque  
 canonice continentur: ut cum imperiali solertia præsen-  
 tabimur, de ipsa præfata monitione aliorum, una vestram  
 ex omnibus illis a nobis veritas nuntiatur: & cetera, quæ  
 sequuntur in scheda sancti Petri Carotenensis, unde citata  
 descriptimus.

JACOBI SIRMONDI ADMONITIO ad lectorem de sequenti epistola.

Quæ sequitur Ludovici imp. epistola ad Magnum arch.  
 Senonensem, scribitur ad nos petita est, quam ut suo loco  
 edi liceret, hoc est post synodum Aquigranensem anni  
 dccxxvi. ubi alteram ejusdem Ludovici, ejusdemque ar-  
 gumenti epistolam dedimus ad Sibarium Burdigalensem.  
 Poterat enim illius loco substitui, vel eum illa potius con-  
 jungi: quia eæ utriusque idem fuit argumentum, magnum  
 tamen in multis illarum est discrimen, ut neutra cetera  
 operæ pretium videatur. Quapropter hoc loco coincidentiam  
 curavimus omnem ab editore regio.

Gloriosissimus Ludovicus superno munere viator semper  
 Augustus venerabilis in Christo Magno Senonica  
 urbis archiepiscopo in Domino salutem.

Sicut vobis nuperrime in sacro conventu, quem  
 Deo annuente Aquigrani palatio aggregavi-  
 mus, ubi multa favente Christo ecclesiastice, im-  
 mo catholice acta sunt, meminimus nos missos  
 nostros, Ermentredum videlicet & Haynomem,  
 formulam canonicæ institutionis, quam idem sa-  
 cerdos conventus ex sanctorum patrum sparsim di-  
 gestis sententiis colligere, atque in unum conge-  
 rere studuit. Quam, quia vobis transcribendi an-  
 gustia temporis facultatem denegavit, studii no-  
 stri fuit eam diligenter transcribi jubere, ut abs-  
 que ulla depravatione aut detractione, textus  
 ejus ad vos usque incolumis perferretur. Proinde  
 has litteras ad tuam direximus sanctitatem, per  
 quas jubemus, ut memor admonitionis nostræ,  
 suffraganeos tuos dioceseos loco & tempore com-  
 petenti ad te convocare studeas, & eandem in-  
 stitutionem per singula capitula coram ecclesiasti-  
 cis ordinibus prælegi facias, & qualiter eam sa-  
 cerdos conventus ob emolumentum animarum in-  
 struere salubriter curaverit, patenter edoceas: &  
 his qui canonicæ professionis censentur nomine,  
 secundum ministerium tibi divinitus collatum, &  
 nostræ auctoritatis præceptum, coram memoratis  
 missis.

ANNO  
CHRISTI  
816ANNO  
CHRISTI  
816

missis nostris observandam percenseas. Eorum au-  
tem, qui tardioris sunt ingenii, & eam forte ple-  
ne intelligere nequeunt, tuo sive comprovincia-  
lium tuorum episcoporum dono scientiæ pollen-  
tium studio ejus notitia sensibus perfundatur.  
Nam & tuam nihilominus providam volumus ef-  
se beatitudinem, ut eam solliciti cura præditi  
missi nostri omnes, prout insinuaveris, transcri-  
bere absque ulla depravatione & detractione  
præmoneant, quoniam qualiter diligenter studio-  
seque, distincte & aperte transcribatur, illos sa-  
ris institimus. Cujus nempo exemplar idcirco in  
armario palatii nostri recondi fecimus, ut per  
hoc nolle & inquirere possemus, utrumne ab ali-  
quo negligenter transcripta fuerit: quia, ut com-  
perimus, dum in eodem sacro concilio perlegere-  
tur, antequam coram nobis ab eodem concilio  
prolata, & necdum mensura cibi & potus plene  
statura fuisset, invidi magna ex parte illam de-  
truncantes, quædam capitula inconlulte ex ea tran-  
scripserunt. Unde necesse est, ut si aliquem in tua  
diocesi talo fecisse repereris, hujusmodi factum  
coram provincialium tuorum episcoporum conven-  
tu, & coram præscriptis missis nostris fustiteris,  
& hanc authenticam, ut præmissimus, diligenter,  
sicut missi nostri eis insinuaverint, transcribi per-  
censeas. Volumus ergo, ut omnes prælati cau-  
nicorum diligenter illam transcribant, studiose in-  
telligant, efficaciter, quantum Dominus eis posse  
dederit, ob suam subditorumque utilitatem, ope-  
re adimplere præcurent. Ut quando nos, sicut in  
eorum sacro & venerabili concilio generaliter om-  
nibus diximus, missos nostros hujus negotii in-  
quirendi gratia, per univertum imperium nostrum  
Kalendis Septembris venturis direxerimus, om-  
nes prælati videlicet, & subditi juxta capacitatem  
& possibilitatem suam, eadem instructione infor-  
mati atque instructi, ejusdemque operatores inve-  
niantur strenui. Quoniam diligenti indagine, vi-  
ra comite, inquirere jubebimus, qualiter unus-  
quisque prælatorum ministerium suum expleat,  
qualiter jussioni nostræ in claustris, & ceteris ca-  
nonicorum necessariis habitacionibus, & in eorum  
stipendiis dandis, & receptaculis pauperum præ-  
parandis obtemperaverint, vel quis clerum suum  
secundum hujus institutionis normam & cetera  
spiritualia exercitia, informare studuerit: aut si quis  
quem eorum, quos in Dei servitio rationabiliter  
gubernare potuit, causa avaritiæ abjecerit. Quia,  
ut hæc quæ præmissimus, absque ullius difficulta-  
tis oppositione in locis, in quibus facta necdum  
erant, fieri opportunissime possent, unius anni  
spatium, sicut nos, ad hoc peragenda tribui-  
mus. Qui vero hoc annuo tempore nostræ im-  
moque Dei jussioni juxta vires obtemperare ne-  
glexerit, ceteris ne talia facere audeant, terro-  
rem procul dubio incutiet. Misimus itaque tibi  
institutionis formam quam idem sacrum & vene-  
rabile concilium ex sanctorum patrum sententiis  
diligenter excepsit, & sanctorum in uno col-  
legio canonice degentibus observandam percensuit.  
E  
Quem sive per te, sive per comprovinciales tuos  
episcopos, in omnibus tuæ dioceseos puellaribus  
monasteriis, in quibus canonice vivitur, studiose  
præscriptam haberi volumus. Sed & hoc decerni-  
mus, ut a vobis tam abbatissis, quam ceteris san-  
ctimonialibus tradatur, & qualiter eam tenere de-  
beant vestro studio informantur. Ceterum nisi  
aliquam abbatissarum quando nos ad præsentiam  
nostram venire jusserimus, alio tempore volumus  
ut abbatissæ propriis in monasteriis resident. &  
secundum hanc institutionis formam vivere; sibi-  
que subjectas gubernare decernent: & nullis illa-  
rum per villas residendi, aut foras qualibet occa-  
sione accepta evagandi, suisque voluptatibus de-  
serviendi licentiam attribuunt. Quamquam enim  
nonnulli clerici monasteria puellarum, & nonnul-  
li laici monasteria virorum etiam ac puellarum  
adeant, tua tamen debet providere sollicitissima  
industria, ut in omnibus locis sub tua diocesi  
constitutis, ubicumque congregationes clericorum  
& sanctimonialium sunt, juxta possibilitatem &  
facultatem rerum, secundum hujus institutionis  
formam vivant. Quia nulla est omnino ecclesia,  
quæ facultates habeat, ubi non possint tot tale-  
que gubernari, qui divinum expleant officium,  
& ubi hospitalitas juxta vires non possit dili-  
gi. Nos quoque præfatos missos nostros ad tuam  
sanctitatem ideo direximus, ut tuum, ceterorum-  
que ecclesiasticorum in tua diocesi consilientium,  
diligenter atque subtiliter in hoc negotio intue-  
rentur studium, & tibi opem in ceteris commo-  
nendis ferrent: qui & nobis reserent, qualiter  
prælati & prælatæ eam libenter susceperint, dili-  
genterque transcribere studuerint, & devote ad-  
implere juxta vires curaverint: quoniam tandem  
illos in tua vel comprovincialium tuorum diocesi  
morari, & discurrere una cum misso tuo justi-  
mus, donec ab omnibus memoratæ formulæ tran-  
scriberentur. Ut videlicet cuncta procurantes, di-  
ligenterque taxantes, cum ad nos illos redire ope-  
re expleto tempus permiserit, cuncta quæ ad  
sunt vestro utrorumque scripto notentur, atque  
per ipsos tuumque missum nostræ dignoscen-  
tiam intimentur: ut sciamus quibus gratiarum actiones  
referre, quosque etiam dignis correptionibus cor-  
rigere debeamus. Si vero aliquis tum diocesis ei-  
dem institutioni, nostræque admonitioni precaci-  
ter reniti voluerit, & ea quæ ab eodem sacro &  
venerabili concilio constituta atque decreta sunt,  
quantum Dominus eis posse dederit, observare  
contempserit; præcipimus ut si antea hujusmodi  
non se correxerit, quicumque ille est, ante præ-  
sentiam nostram, tua vel missorum nostrorum  
admonitione, venire festinet: quatenus a nobis jux-  
ta quantitatem culpæ digne corrigatur. Direxi-  
mus præterea tibi pondus & mensuram secundum  
quam clericis & sanctimonialibus panis & potus æ-  
qualiter tribuenda sunt. Quæ ut omnibus firmis-  
sime, atque inviolabiliter teneantur decernimus:  
& ne quid incrementi aut detrimenti a quoquam  
patiantur, modis omnibus inhibemus. Tuam igitur  
in calce hujus epistolæ admonemus sanctita-  
tem, ut secundum ministerium tibi divino mu-  
nere collatum, nostræ in hoc negotio saluberrimæ  
admonitioni obedienter atque inexcutabiliter  
pareas, & ceteris in parendo exemplum bonum  
tribuas. Dignum quippe est, ut quanto sublimius  
sacerdotii dignitate aliis superemines, & a nobis  
venerabiliter diligeris, tanto magis ad Dei no-  
stramque voluntatem faciendam, devotio-  
rem te atque promptiorem exhibeas. Vale in Domino  
& ora pro nobis.

## NOTÆ SEVERINI BINII.

a Concilio.) In hoc provinciali Concilio, præter ea  
quæ habent acta synodalia, sanctus Menulphus Paderbor-  
nensis ecclesiæ diaconus egregie sanctitate clarissimus, ac-  
cepit licentiam edificandi monasterium pro virginibus ca-  
nonice regularibus. Gobelinus in actis Menulphi.

b Aquisgranense.) Sic dictum ab Aquisgrano, quæ no-  
men sumptis ab aquis calidis sive thermis in plano cam-  
po ibi repertis, unde Aquisgranum idem significare vide-  
tur, quod aqua Grami, quod nimirum Granus fetus ther-  
mas illas nobile magnificumque extruxit edificium: unde  
Ligustin. lib. 1.

----- pervenit ad illum

Usque locum, cui nomen Aquis posuere priores.

Postea ab Artia Hunnorum rege interire olim vastata, ac  
gravis perpeffa, a Carolo vero magno imperatore non so-  
lum restaurata, sed & ampliatæ auctaq;e, omnibusque mo-  
dis

ANNO  
CHRISTI  
816.

dis nobilitata ac ornata est, constitutaque eam cis Alpes imperii, regnique Gallici primarium sedem, ac perpetua lege ordinans Romanos reges electos designatque in ea urbe coronas terrea, Mediolani argentea, Romae aurea coronandas. Idem imperator reduxit civitatem hanc ad fidem Christianam, austrumque prætorii & palatium insignes, quod anno DCCCLXXXI. a Northmannis exustum est, illaso omnino templo. Obiit quoque hic Carolus magnus, sepultusque est in templo sanctæ Mariæ, de quo templo ita canit Cælius lib. 3. amor.

*Quæne potens celsa Constituta templa Tenantis,  
Sancillus in æstro quæsi nihil urbi mitat.*

Epitaphium Caroli magni est tale.

SUB HOC CONDITORIO SITUM EST CORPUS CAROLI MAGNI ATQUE ORTHODOXI IMPERATORIS, QUI REGNUM FRANCORUM NOBILITER AMPLIAVIT, ET PER ANNOS XLVI. FELICITER TENUIT. DECESSIT SEPTUAGENARIIS ANNO DOMINI DCCCXIV. INDICITIONE VII. KAL. FEBR.

ANNO  
CHRISTI  
816.

Urbs est nobilissima, ære fructus Gluberrimo, agroque gaudet circum polcherrimo, quamquam quoad ædificia habitationesque attinet, nequaquam veteri tam, nobilitati, splendoreque respondeat. Balnea thermaeque tam intra urbem, quam extra, e terra erumpentibus aqua natura calida, habet multos diversisque morbis apprime utiles.



## JOANNIS DOMINICI MANSI IN ACTA SEQUENTIA PRÆMONITIO.

**V**aticana Bibliotheca manuscriptos codices discutenti mihi occurrit codex Vaticanus 4885. in quo Concilii huius Aquigranensis acta unice continebantur; ac principio quidem nihil vel fere nihil differre ab editis animadverti, nisi pauculas quasdam variantes excipias, quas ego sedulo adnotavi ad infimam oram pagella aliorum hic editorum. Verum dum ita recto ordine procedis codex iste usque ad totum caput 114. tam divertere ab editis incipit, atque, ne signato quidem, uti prius, eorundem canonum numero, præmissis tantum hoc titulo: de ordine congregationis canonicorum: offert regulam bene longam præscriptam canonicis in communione viventibus, eamque longius per plures pagellas persequitur; nec resumat canones editos nisi post longum excursum, atque iterum & iterum redeunt additiones, donec perveniat ad postremam caput quod commune est cum editis; atque ita codex absolvitur. Quæ sunt ista additamenta, & unde processerint, ignorare me ingenue profiteor; nam ex PP. Aquigranensibus; nam ab alio quodam inducenda sunt, hæreo ambiguus. Profecto in additis hinc continetur regula pro Canonicis in communione viventibus ad usum Ecclesiæ Leodiensis, ut ex toto codice eructa mihi visus sum, cum in quadam pagella nomen ecclesiæ ejusdem Leodiensis offenderem. Tanta est utique propinquitas locorum inter Aquigranum & Leodium, ut cogitatio mihi incidit, nam Leodienses Canonici Statuta sua pariter statuta merito inserebantur, haberenturque tanquam portio Aquigranensis Concilii. Facile etiam accidere potuit ut Leodienses Canonici hanc sibi codicem descripsissent, addita sibi etiam Regula sibi peculiari, utpote ad mentem ejusdem Concilii constata, unde factum sit ut totus codex ad eisdem usum sibi descripto generalem titulum Concilium Aquigranense darent. Ut cumque sit, additamenta hæc, utpote nondum vulgata, hic danda iudicavi, relicto eruditis iudicio num hæc portio Canonum Aquigranensium habeantur, seu potius interpolationes ab alio quoquam inducenda. Animadvertisse etiam juro in his seu interpolationibus seu additionibus capita quadam legi totidem verbis repetita in Regula hincera Chrodegangi in hoc Concilio Aquigranensi approbata, sicut & alia nonnulla eisdem verbis expressa esse in Regula ejusdem Chrodegangi interpolata, quæ duo Labbeus, & ego pariter ex illo, in additamentis huius Concilii edidi. Ut autem proximitatem evitarem, capita jam edita ex integro describere sapere caveam hic duxi, satis habens ea tantummodo indicasse.

## AQUISGRANENSIS EJUDEM CONCILII ACTA, UT IN VATICANO CODICE CONTINENTUR.

Cum in nomine &c. ut in editis usque post totum caput CXIV.

Ex Vatic.  
Cod. 4885.  
Rub. 4885.

De Ordine Congregationis Canonicorum.

**O**rdines tuos canonici ita conservent, ut conversationis tempus, & vite meritum discernitur, ut que episcopus, vel qui sub eo est constituerit. Qui non conturbet gregem sibi commissum, nec quasi libera utens potestate injulle disponat aliquid, sed cogitet semper, quia de omnibus iudicis, & operibus suis redditurus est Deo rationem. Ergo secundum ordines quos constituerit, vel quos habuerint ipsi Fratres, sic accedant ad pacem, ad communionem, ad psalmum imponendum. In choro standum, & in omnibus omnino locis ætas non discernatur in ordine, nec præjudicet, quia Samuel & Daniel pueri presbyteros judicaverunt. Ergo excepto hos, quos, ut diximus, alio consilio episcopus, vel qui sub eo est prætulera, vel degradaverit certis ex causis, vel qui omnes ut convertuntur ita sint, ut verbi gratia, qui secunda hora diei venerint, in canonica juniorum se noverint illius qui prima hora venit diei, cujuslibet ætatis, vel dignitatis

B sit. Pueri vero per omnia ab omnibus disciplina teneantur. Juniores igitur priores suos honorent; priores minores suos diligant. In ipsa autem appellatione nominum nulli alium puro nomine appellare, sed Priores juniores suos Fratres nominent, juniores autem priores suos, non nos vocent, quod intelligitur paterna reverentia. Qui autem præest, & Christi vice agere dicitur, dominus, & pater vocetur, non sua assumptione, sed honore & amore Christi, ipse autem cogitet, & sic se exhibeat, ut dignus sit tali honore. Ubique autem sibi obviant fratres, junior a priore benedictionem petat, transeunte majore minor surgat, & det ei locum sedendi, nec præsumat junior sedere, nisi præcipiat ei senior suus, ut fiat quod scriptum, honorem invicem prævenientes, Pueri, parvuli, vel adolescentes, in oratorio, vel ad mensam, cum disciplina ordines suos consequantur; Foris autem, vel ubicumque fuerint, custodiam habeant & disciplinam, usque dum ad intelligibilem ætatem perveniant.

Hæc lege  
ad verbum  
ex Regula  
Chrodegangi.  
cap. 1.

De

ANNO  
CHRISTI  
1716  
Rub. Cap. 2.

*De Cellario in Canonica.*

Cellarius Canoniorum eligatur de congrega-  
tione sapiens, moribus maturus, sobrius, non  
multum edax, non elatus, non turbulentus, non  
injuriolosus, non tardus, non prodigus, sed timens  
Deum, qui omni congregationi sit sicut pater,  
curam gerat de omnibus. Sine iussione Prioris  
nihil faciat, quae iubentur custodiat, fratres non  
contristet. Si quis frater ab eo forte aliqua irra-  
tionabiliter postulat, non spernendo eum contri-  
stet, sed rationabiliter cum humilitate male pe-  
tenti denegat. Animam suam custodiat, memor  
semper illud apostolicum, quia qui bene mini-  
straverint, gradum bonum sibi acquirunt. Infir-  
morum infantium pauperumque cum omni sollicitu-  
dine curam gerat, sciens sine dubio, quia pro  
his omnibus in diem iudicii rationem redditurus  
est. Omnia vasa Canonice eundemque substan-  
tiam ac si altaris vasa sacra conspiciat. Nihil  
ducatur negligendum, nec avaritiam studeat, neque  
prodigus sit, aut strigator substantiarum canonicarum,  
sed omnia mensurare faciat, & secundum iussio-  
nem prioris. Humilitatem ante omnia habeat,  
& cui substantia non est quae tribuatur, sermo  
responsionis porrigatur bonus, ut scriptum est:  
*Sermo bonus super datum optimum.* Omnia quae ei  
injunxerit Prior ipsa habeat sub cura sua, a qui-  
bus eum prohibuerit non praesumat. Fratribus  
constitutam annonam sine aliquo typo (sc) vel  
mora offerat, ut non scandalizentur, memor  
divini eloquii quid mereatur qui scandalizaverit  
unum de pusillis. Si congregatio major fuerit, so-  
laria ei dentur, a quibus adjutus & ipse aequo  
animo impleat officium sibi commissum. Horis  
competentibus dentur quae danda sunt, ut nemo  
perturbetur, neque contristetur in domo Domini.

Rub. Cap. 2.

*De Ferramentis, vel rebus Canonice.*

Substantia Canonice in ferramentis, vel vesti-  
bus, seu quibuslibet rebus provideat Prior fratres,  
de quorum vita, & moribus securus sit, & eis  
singula, ut utique iudicaverit, consignet custodienda,  
atque recolligenda, e quibus Prior brevem  
teneat, ut dum sibi in ipsa assignata (sic) fra-  
tres vicissim succedunt, sciat quid dat, & quid  
recipit. Si quis autem sordide, aut negligentem  
res canonice tradiderit, corripatur. Si non emen-  
daverit, disciplinae regulari subiaceat.

Rub. Cap. 3.

*Si omnes aequaliter debeant necessaria accipere.*

Sicut scriptum est, dividebatur singulis prout  
cuique opus erat. Ubi non dicimus, ut personarum,  
quod ablit, & acceptio sit, sed infirmitatum  
consideratio. Ubi quod minus indiget, agat Deo  
gratias, & non contristetur; qui vero plus indiget,  
humilietur pro infirmitate, & non extollatur  
pro misericordia, & ita omnia membra erunt  
in pace. Ante omnia ne murmurationis malum  
pro quacunque causa in aliquo quacunque ver-  
bo, vel significatione appareat. Quod si depre-  
hensus fuerit districtiori disciplinae subdatur.

Rub. Cap. 4.

*De Sensibus, & Infantibus.*

Licet ipsa natura humana trahatur ad miseri-  
cordiam in his aetatibus, senum videlicet, & in-  
fantium, tamen & regulae auctoritas eis propi-  
ciat. Consideretur semper in eis imbecillitas, &  
nullatenus eis districtiore (sc) gulae teneatur in

Alimentis, sed sicut in eis pia consideratio, &  
praevenciant oras (sc) canonica.

*De Hebdomadario Lectore.*

Mensas fratrum edentium lectio deesse non de-  
bet, nec fortuito casu qui arripuerit codicem le-  
gere audeat ibi, sed lecturis tota hebdomada Do-  
minica ingrediatur, qui ingrediens post missas &  
communione petat ab omnibus pro se orari,  
ut avertat ab ipso Deus spiritum elationis, & di-  
catur hic versus in Oratorium, tertio ab omnibus,  
ipso tamen incipiente, *Domine labia mea aperies,  
& os meum annuntiabit laudem tuam.* Et sic ac-  
cepta benedictione ingrediatur ad legendum, sum-  
mumque fiat silentium ad mensam, ut nullius  
mistratio, vel vox legentis ibi audiatur. Quae  
vero necessaria sunt edentibus, & bibentibus, sic  
sibi vicissim ministrent Fratres, ut nullus indi-  
geat aliquid petere. Si quid tamen opus fuerit  
sonitus cujuscunque signis potius petatur quam  
voce. Nec praesumat ibi aliquis de ipsa lectione,  
aut aliunde quidquam requirere, ne detur occa-  
sio, nisi forte Prior pro edificatione voluerit ali-  
quid breviter dicere. Frater autem hebdomadarius  
accipiat mixtum priusquam incipiat legere, pro-  
pter communionem sanctam, & ne forte grave  
sit ei jejunium sustinere. Postea autem cum co-  
quina hebdomadarius, & servitoris reficiat. Fra-  
tres autem non per ordinem legant, sed qui ad-  
sint audientes.

*Ut post Completorium nemo loquatur.*

Omni tempore silentium debent studere cano-  
nici, maxime tamen nocturnis horis; & ideo om-  
ni tempore, sive jejunii, sive prandii, si tempus  
sit prandii. Mox ut surrexerint a caena sedent  
omnes in unum, & legat unus collationes, vel  
vitas patrum, aut certe aliud quod edificet au-  
dientes; non autem Epitacum, aut Regum,  
quia infirmis intellectibus non erit utile illa hora  
hanc scripturam audire; aliis vero horis legan-  
tur. Si autem jejunii dies fuerint, dicta vespere,  
parvo intervallo mox accedant ad lectionem col-  
lationum, ut diximus, & lectis quatuor, aut  
quinque foliis vel quantum hora permittit, omni-  
bus in unum concurrentibus per hanc moram le-  
ctionis. Si quis autem in assignato sibi commissio  
fuerit occupatus, occurrat. Omnes ergo in unum  
positi compleant, & exeuntes a Completorio nulla  
sit licentia denuo cuiquam loqui aliquid. Quod si  
inventus fuerit quisquam praevicari taciturnitatis  
regulam, gravi vindictae subiaceat, excepto si ne-  
cessitas hospitum supervenerit, aut forte Prior  
alicui aliquid iusserit, quod tamen & ipsum cum  
summa gravitate, & moderatione honestissime.

*De his qui ad opus Dei, vel ad Mensam  
tardè occurrunt.*

Ad horam divini officii mox ut auditum fue-  
rit signum, reliquis omnibus quolibet fuerint in ma-  
nibus, cum summa festinatione occurratur, cum  
gravitate tamen, ut non scurrilitas inveniat fomi-  
tem. Ergo nihil operi Dei praeponatur. Quod si  
quis ad nocturnas vigilias, post Gloria psalms non-  
agesimi quarti, quem propter hoc omnino pro-  
trahendo, & morose volumus dici, occurrerit,  
non stet in ordine suo in choro, sed ultimus  
omnium stet, aut in loco, quem talibus negli-  
gentibus seorsum constituerit Prior, ut videatur  
ab ipso, vel ab omnibus, usque dum completo  
opere Dei publica satisfactione poeniteat. Ideo au-  
tem

ANNO  
CHRISTI  
1716  
Ut supra de  
sic de cetero  
1716.

ANNO  
CHRISTI  
1616.

ANNO  
CHRISTI  
1616.

tem eos in ultimo, aut scorsum iudicabimus seorsum debere stare, ut visi ab omnibus, vel propria verecundia sua emendetur. Nam si foris oratorio remanet, erit forte talis qui se aut collocet, & dormiat, aut certe sedeat sibi foris vel tabulis vacet, & detur occasio maligno; sed ingrediatur intus, ut nec totum perdat, & de reliquo emendet. Diurnis autem horis qui ad opus Dei post versum, & Gloriam primi psalmi, qui post versum dicitur, occurrerit, lege qua supra diximus in ultimo stet. Nec presumat sociari Choro psallentium usque ad satisfactionem, nisi forte Prior licentiam dederit permissione sua; ita tamen ut satisfaciat reus ex hoc. Ad mensam autem qui ante versum non occurrerit, ut simul omnes dicant versum, & orent, & sub uno omnines accedant ad mensam. Qui per negligentiam suam, aut vitio non occurrerit usque ad secundam vicem, pro hoc corripatur. Si denuo non emendaverit, non permittatur ad mentem communis participationem, sed lequestratus a consortio omnium reficiat solus, sublata ei portione sua de vino usque ad satisfactionem, & emendationem. Similiter autem patiatur qui & ad illum versum non fuerit praesens, qui post cibum dicitur. Nec quicumque presumat ante statutam horam aut postea quicquam cibi, aut potus presumere, sed & sicut ostenditur aliquid a Priore, & accipere renuerit, hora qua desideraverit hoc quod prius recusavit, aut aliud omnino nihil accipiat usque ad emendationem congruam.

*De his qui excommunicantur quomodo satisficiant.*

Qui pro gravi culpa ab Oratorio, & mensa excommunicantur, hora qua opus Dei in Oratorio percelebratur ante foras oratorii prostratus jaceat. nihil dicens, nisi tantum posito in terra capite prostratus pronus, omnium de oratorio exeun- tium pedibus provolvatur, & hoc tandiu faciat usque dum Prior iudicaverit satisfactum esse. Qui dum iustus a Priore venerit, volvat se ipsius Prioris pedibus, deinde omnium vestigium Fratrum, ut orent pro ipso, & tunc, si iusserit Prior, recipiatur in Choro, vel ordine quo Prior decreverit; ita sane ut psalmus aut lectionem, vel aliud quid non presumat in Oratorio imponere, nisi iterum Prior jubeat, omnibusque horis dum completur opus Dei, projiciat se in terra, in loco in quo stat, & sic satisfaciat, usque dum ei Prior quieteat ab hac satisfactione. Qui vero pro levioribus culpis excommunicantur, tantum a mensa & in oratorio satisfaciant usque dum benedicat & dicat, sufficit.

*De his qui in aliquibus rebus delinquant.*

Si quis dum in labore quovis, in coquina, in cellario, in ministerio, in pistrino, in horto in arte aliqua dum laborat, vel in quocunque loco aliquid deliquerit, aut fregerit quidpiam, aut perdidit, sive aliud quid excesserit ubi & ubi, & non veniens continuo ante Priorem, vel Congregationem, ipse ultro satisfecerit, & prodiderit delictum suum, dum per alium cognitum fuerit, majori subiaceat emendationi. Si animae vero peccati causa fuerit latens, tantum Priori, aut spiritualibus tenioribus patefaciant, qui sciant curare sua, & alicui vulnera non detegere, & publicare.

*De audibendis ad consilium Fratribus.*

Quoties aliqua praecipua agenda sunt in Canonica, convocet Prior omnem Congregationem,

& dicat ipse unde agitur, & audiens consilium Fratrum tractet apud se, & quod utilius judicaverit faciat. Ideo autem omnes ad consilium vocari diximus, quia saepe juniori Dominis revelat quod melius est: Sic autem dent Fratres consilium cum omni humilitate & subiectione, & non presumant procaciter defendere quod eis visum fuerit, sed magis in Praelati pendeant arbitrium, Ut quod salubrius esse judicaverit ei cuncti obediant. Sed sicut discipulos convenit obedire Magistro, ita & ipsum provide, & iuste concedet cuncta disponere. In omnibus igitur omnis magistrum sequatur regulam, neque temere declinetur a quoquam. Nullus in Canonica proprii sequatur cordis voluntatem. Neque presumat quicumque cum Priore suo proterve intus aut foris contendere. Quod si praesumpserit, regulari disciplinae subiaceat. Ipse tamen praelatus cum timore Dei, & observatione regulae omnia faciat; sciens procul dubio de omnibus iudiciis suis aequissimo iudicio Deo rationem redditurum. Si qua vero minora agenda sunt in canonicis utilitatibus, seniorum tantum utatur consilio, & post factum non poenitearis. (sic)

*De significanda hora Operis Dei.*

Nuntianda hora operis Dei die noctaque sit cura Prioris, aut ipse nuntiare, aut tali sollicito fratri injungat hanc curam, ut omnia horis competentibus compleantur. Psalmos autem, vel antiphonas post Priorem quibus iustum fuerat imponat. Cantare autem & legere non praesumat, nisi qui potest ipsum officium implere, ut edificentur audientes, quod cum humilitate, & gravitate, & tremore fiat, & cui iusserit Prior.

*De Quadragesima observatione.*

Licet omni tempore canonicorum vita spiritali observationem habere debet, tamen ipsis diebus Quadragesimae omni puritate vitam suam custodire, omnes pariter sordes, & negligentias aliorum temporum his diebus sanctis diluere, quod tunc digne fit, si ab omnibus vitis temperentur. Orationi cum fletibus, lectioni, & compunctioni cordis, atque abstinentiae operam demus. Ergo his diebus augeamus nobis aliquid absolutum pensum servitutis nostrae. Orationes peculiare, ciborum, & potus abstinentia, ut unusquisque mensuram sibi indicam aliquid propria voluntate cum gaudio sancti Spiritus offerat Deo; id est subtrahat corpori suo de cibo, de potu, de somno, de loquacitate, de scurrilitate, ut cum spiritualis desiderii gaudio sacrum Paschae expedat. Hoc ipsum tamen quod unusquisque offeret. Priori suo suggerat, & cum ejus fiat oratione, & voluntate. Quia quod sine permissione patris spiritualis fit, praesumptioni deputabitur, & vanae gloriae, non mercedi. Ergo voluntate Prioris omnia agenda sunt.

*De Fratribus qui longe ab Oratorio laborant, aut in via sunt.*

Fratres qui omnino longe sunt in labore, & non possunt occurrere hora competenti ad Oratorium, & Prior hoc perpendit, quia ita est, agant ibidem opus Dei ubi operantur, cum tremore divino haerentes genua, Similiter & qui in itinere directi sunt, non eos praetereant horae constitutae, sed ut possunt, agant ibi, & servitutis pensum non negligant reddere.

De

ANNO  
CHRISTI  
1116*De Fratribus qui longe satis proficiantur .*

Fratres qui pro quovis responso proficiantur, & ea die sperantur reverti ad Canonicam, non presumant foris manducare, si etiam a quovis rogentur, nisi a Prælo suo eis præcipiantur. Quod si aliter fecerint excommunicentur.

*Isti Psalmi dicendi sunt post Completam .*

- „ Usquequo Domine .
- „ Judica me Deus .
- „ Deus miseretur nobis .
- „ Nisi Dominus edificaverit .
- „ De profundis clamavi .

*Capitula .*

- „ Quoniam tu illumina lucerna mea Domine .
- „ R. Quoniam a te eripiar .
- „ Dominus illuminatio mea
- „ R. Dominus defensor .
- „ Illumina oculos meos .
- „ Domine exaudi orationem meam .

*De rebus Ecclesie quid sunt .*

Res ecclesie sicut a sanctis Patribus &c. est caput CXVI. Aquisgran.

*Quid sanctorum Patrum tam novi, quam veteris Testamenti senserunt de vitalis conversatio Clericorum .*

Legitur in veteri Testamento, quod tollens Dominus Levitas de medio Filiorum Israel, dedit eis Aaron, & filiis ejus, & tradidit Domino, ut servirent in ministeriis Tabernaculi ejus dicens: *in terra eorum nihil possidebitis, nec habebitis partem inter eos; ego ero pars, & hereditas tua in medio Israel, & verum non habebunt Sacerdotes, & Levitæ, & omnes qui de eadem tribu sunt partem, & hereditatem cum reliquo Israel, quia sacrificia Domini, & oblationes comedent, & nihil aliud accipiunt de possessione fratrum suorum.* Dominus enim ipse est hereditas eorum, sicut locutus est illis. In Novo autem: *qui non renuntiat omnibus quæ possidet, non potest meus esse discipulus: &, habentes vestium & vestitum his contenti sunt.* Item in Actibus Apostolorum: *multitudinis credentium erat cor, & anima una, nec quisquam quæ possidebat aliquid suum esse dicebat, sed illis erant omnia communia.* Item in secundo Libro de vita & actibus beatissimi papæ Gregorii, *qui ecclesia stipendiis subsistit, ad lucra propria non anhelet.* Ad Augustinum vero Anglorum Præsulem requirentem qualiter episcopus cum suis conversare deberet clericis, eidem humillimus doctor transcripsit: *Quia Fratemitas tua Monasterii regulis erudita seorsum vivere non debet cum clericis suis* Et in Ecclesia Anglorum, quæ nuper ad fidem perducta est, hanc debet conversationem instituere, quæ initio nascentis ecclesie fuit patribus nostris, in quibus nullus eorum ex his quæ possidebat aliquid suum esse dicebat, sed erant illis omnia communia. Item in sermone sanctissimi Patris Augustini de actibus, & vita Clericorum. Certe ego sum qui statueram nullum ordinare clericum, nisi qui mecum vellet manere, ut si vellet discedere a proposito certe illi tollerem clericatum, quia desereret sanctæ societatis promissum, cœptumque consortium. Ecce in conspectu Dei, & vestro muto consilio, qui voluit habere aliquid

*Council. General. Tom. XIV.*

Approprium, quibus non sufficit Dominus, & ecclesia ejus, maneat ubi volunt, & ubi possunt, non eis aufero clericatum. Et infra, Scio quomodo homines ament clericatum, nemini eum tollere nolenti mecum commuiter vivere, habet Dominum qui mecum manere vult. Si paratus est non habere aliquid proprium, sed aut erogare pauperibus, aut in commune mittere, maneat mecum; qui hoc non vult, habeat libertatem, sed videat utrum habere possit felicitatis æternitatem. Item in libro Prosperi de regulis Clericorum: quia sua possident, & dari sibi aliquid volunt, sine grandi peccato suo, unde pauper visurus erat, non accipiunt. Si propterea non vult sua relinquere, ut habeat unde vivat, ut quid accipit, unde rationem reddere, ut alienis peccatis sua multiplicat? Item ibi: qui Deum vult possidere, renuntiet mundo, ut sit illi Deus beata possessio, nec renuntiet mundo, si quem terrenæ possessionis adhuc delectat ambitio, quia quandiu sua non relinquit, mundus cuius bona retinet servit, & utique non potest mundus servire simul, & Deo. Item: quod habet ecclesia cum nihil habentibus commune habet, nec aliquid inde eis, qui sibi de suo sufficiunt erogare, quando nihil aliud sit, habentibus dare, quam perdere. Item in epistola S. Hieronymi ad Nepotianum: pudet dicere sacerdotes Idolorum, mimi, aurigæ, & scorta, hereditates capiunt, solis clericis, & monachis hoc lege prohibetur, & prohibetur non a persecutoribus, sed a principibus christianis. Item in Commentario Matthæi: omnes, qui stipe templi, & his, quæ conferuntur ad usus ecclesie, abutuntur in aliis rebus, quibus suam expleant voluntatem, simillimes sunt Scribarum, sacerdotum redimentium mendacium, & Salvatoris sanguinem. Item in tractatu super Genesi, quem ipse Hieronymus de græco in latinum convertit: Denique vis scire quid sit inter sacerdotes Dei, & sacerdotes Pharaonis? Pharaos terras concedit sacerdotibus suis, Dominus autem sacerdotibus suis partem non concedit in terra, sed dicit eis: *ego sum pars vestra.* Observate ergo qui hæc legitis Domini Sacerdotes, & videte quæ sit differentia sacerdotum, ne forte qui parum habent in terra, & terrenis cultibus ac studiis vacant, non tam Domini, quam Pharaonis sacerdotes esse videantur; ille enim qui vult Sacerdotes suos habere possessionem terrarum, & exercere agrorum, non hominum culturam, ruri, & non legi operam dare. Christus autem Dominus noster sacerdotibus suis quid præcepit audiamus: *qui non renuntiaverit, inquit, omnibus quæ possidet, non potest meus esse discipulus.* Contemisco hæc dicens, meus enim primo omnium, meus, inquam, accusator existo, meas condemnationes loquor. Negat Christus suum esse discipulum, quem viderit aliquid possidentem, & cum qui non renuntiaverit omnibus quæ possidet. Et quid agimus? Quomodo hæc? Aut ipsi legimus, aut populis exponimus, qui non solum non renuntiamus his quæ possidemus, sed acquirere volumus, quæ num quia habuimus antequam veniremus ad Christum? Nunquid nam quia redarguit nos conscientia, tegere, & non proferre quæ scripta sunt possumus? Nolo duplici criminis heri reus. Confiteor, & palam populo audiente me, scripta esse, etiam si non adimplesse memini, sed ex hoc saltem commoniti festinemus implere, festinemus transire a sacerdotibus Pharaonis, quibus terrena possessio est, ad sacerdotes Domini, quibus in terra pars non est, quibus portio Dominus est, talis enim erat Apostolus Paulus, qui dicebat, tanquam egenus, multos autem locupletaves, ut nihil habentes, & omnia possidentes.

T

Et

ANNO  
CHRISTI  
1116

ANNO  
CHRISTI  
1111

ANNO  
CHRISTI  
1111

291  
Et Petrus Apostolus Argentum, & aurum non habeo, quod autem habeo, hoc tibi do.

*Quam diligenter munienda sint Clausura Canonicoꝝ.*

Præpositorum officium est &c. Est cap. CVII. Aquilgran.

*Ut in Congregandis Canonici modus discretionis sit tenendus.*

Cavendum summopere Præpositis &c. Est cap. CXVIII. Aquilg.

*Quomodo dormiant Canonici.*

Singuli per singula lecta dormiant, omnes enim in uno dormiant dormitorio, si fieri potest. Si autem multitudo non finit deceni, aut viceni mixti cum tenioribus, qui super eos solliciti sint, pauciores. Candela jugiter in eodem dormitorio ardeat usque mane. Et ut parati sint canonici semper, ut facto signo absque mora surgentes festinent se invicem prævenire ad opus, cum omni tamen gravitate, & modestia. Adolescentiores Fratres juxta se non habeant lectos, sed permixti cum senioribus. Surgentes vero ad opus Dei invicem se moderate cohortentur propter somnolentorum excusationes.

*De Excommunicatione culparum.*

Est cap. 17.  
Regul. Chrodeg.  
sed variant nonnulla.

\* Chrodeg.  
præceptis.

Si quis Frater contumax, aut inobediens, aut superbus, aut ebrius, aut detractor, aut fornicator, aut contradictor, aut bilinguis, aut rebellis, aut contentiosus, aut raptor, aut murrator, aut increpator, aut in die jejunii transgressor, aut in aliquid bonum \* ( sic ) contrarium consistens, aut præsentem episcopo, vel qui sub eo sunt, contemptor fuerit, & sua voluntate veniam non petierit, hic secundum Domini præceptum admoneatur semel, & secundo, & tertio secrete a senioribus; & si se non emendaverit, oburgatur publice coram omnibus. Si vero neque sic se emendaverit, excommunicationi subiaceat. Si autem improbus est, aut minus intelligens, aut incorrigibilis vindictæ corporali subdatur.

*Qualis debeat esse modus excommunicationis.*

Hoc exordium conuenit cum Chrodeg. non item cetera.

Secundum modum culpæ excommunicationis, vel disciplinæ debet extendi mensura, qui culpæ modus in Prælati pendet iudicio. Si quis tamen clericus in levioribus culpis invenitur, a mentis participatione privetur. Privati autem a mensæ consortio ista erit ratio, ut in oratorio psalmum aut antiphonam non imponat, neque lectionem recitet usque ad satisfactionem. Refectionem autem cibi post fratrum refectionem solus accipiat, ut si v. g. fratres reficiuntur sexta hora, ille frater nona; si fratres nona, ille vespeream, usque dum satisfactione congrua veniam consequatur.

*De illis Clericis, qui in gravioribus culpis decident.*

Si quis clericus de ordine canonico gravioribus culpis crimen commiserit, id est, homicidium, adulterium, fornicationem, furtum, vel his similia ex principalibus vitiis, corporali castigationi subiaceat primitus, deinde quanto tempore voluerit episcopus, vel qui sub eo est, carcere, vel exilio

patiatur. Scitis illam terribilem sententiam Apostoli dicentis: *tradere huiusmodi hominem in interitum carnis, ut spiritus salvus sit in die Domini.* Et dum in ipso carcere fuerit, nullus ei ex clero nullo jungatur consortio, neque in colloquio, nisi Prior, & hic solus persistat in penitentis iussu quandiu Priori visum fuerit. Cum egressus fuerit e carcere agat publicam penitentiam, & suspendatur ab oratorio simul & a mensa, & omnibus horis Canonicis veniat ante ostium ecclesie, ubi Prior prævideat, jaceat prostratus toto corpore suo ante ipsum limitem ecclesie, usque dum ingrediantur omnes, & postea erigat se, & stet ante fores ecclesie, & impleat ibi officium suum in quantum potest, cum nullo tamen loquatur homine. Et egredientibus de ecclesia similiter prostratus jaceat, usque dum omnes egrediantur foras. De abstinentia, quandiu vel qualiter episcopo, vel qui sub eo sunt, visum fuerit, mensuram vel horam, que ei viderint competere, neque a quoquam benedicatur, usque dum reconcilietur.

*De his, qui ad opus, vel ad mensam tarde occurrunt.*

Si quis ex clero ad opus Dei, vel ad mensam tarde occurrerit, aut aliqua causa senior suus psalmodiam, vel missam cantare ordinaverit, & hoc minime impleverit; & si fregerit quidpiam ex ea, aut perdidit, vel aliquid exigerit, & non veniens ante episcopum, aut ante eos qui sub eo sunt, ipse ultro satisfecerit, vel celaverit delictum suum, dum per alium cognitum fuerit, majori subiaceat emendationi. Nam si ipse sponte confessus fuerit, leviori subiaceat emendationi secundum modum culpæ. Qui modum correptionis in episcopi, aut in illius iudicio, qui sub eo est, pendeat.

*De his qui in Congregatione sibi commissa solummodo Ecclesia Cleros aggregant.*

Sunt nonnulli &c. Est caput CXIX. Concilii Aquilgran.

*Quot Clerici in Congregatione Canonica constituti, ecclesiastica accipere debeant stipendia.*

Quia sanctorum Patrum &c. Est cap. CXX. eiusdem Concilii.

*De Oratorio.*

Oratorium hoc sit quod dicitur, nec ibi quicquam aliud geratur, aut condatur expleto opere Dei. Omnes cum summo silentio exeant, & agatur reverentia Deo, ut Frater, qui forte sibi vult peculiariter orare, non impediatur alterius improbitate. Sed & si aliter vult sibi forte secretius orare, simpliciter intret & oret, non in clamosa voce, sed in lacrymis, & intentione cordis. Ergo qui simile opus non facit, non permittatur expleto opere Dei remorari in oratorio, sicut dictum est, ne alius impedimentum patiatur.

*De Mensa Prioris*

Mensa Prioris cum peregrinis, & hospitibus sit semper. Quoties tamen minus sunt hospites, quos vult de fratribus vocare in ipsius, sit potestate. Seniores tamen unum aut duo semper cum Fratribus dimittendum procuret propter disciplinam.

De



*De Artificibus.*

Artifices si sunt in Canonica cum omni humilitate faciant ipsas artes, si tamen permiserit Prior. Quod si aliquis ex eis extollitur pro scientia artis suae, eo quod videatur aliquid conferre in Canonica, hic talis evellatur ab ipsa arte, & de novo per eam non transeat, nisi forte humiliato, & iterum jubeat Prior. Si quid vero ex operibus artificum vendendum est, videant ipsi per quorum manus transgenda sunt, ne aliquam fraudem praesumant inferre. Memorantur semper Ananias & Saphyra, ne forte mortem, quam illi in corpore pertulerunt, hanc isti vel omnes, qui aliquam fraudem de rebus Canonica fecerint, in anima patiantur. In ipsis autem pretiis non subripiant avaritiam malum, sed semper aliquantulum vilis detur, quam ab aliis secularibus datur, ut in omnibus glorificetur Deus.

*De dirigendis Fratribus.*

Dirigendi fratres in via. Omnium Fratrum vel Priori se otioni commendent, & semper ad orationem ultimam operis commemoratio omnium absentium fiat. Revertentes autem Fratres de via ipso die quo redeunt per omnes canonicas horas, dum expletur opus Dei, prostrati solo Oratorii ab omnibus petant orationem propter excessum, ne quid forte surripuerint in via vitium, aut auditus mali rei, aut otiosi sermonis, nec praesumat quisquam alia referre quaecunque fors canonica viderit, aut audierit, quia plurima destructio est. Quod si quis praesumpserit, vindictam regulari subiaceat. Similiter & qui praesumpserit claustra canonica egredi, vel quocunque ire, vel quippiam quamvis parum sine iussione Prioris facere.

*Si impossibilia alicui Fratri a Priore injungantur.*

Si cui Fratri aliqua forte gravis, aut impossibilia injungantur, suscipiat quidem jubentis imperium cum omni mansuetudine, & obedientia. Quod si omnino virium suarum viderit pondus operis excedere, impossibilitatis suae causas ei, qui sibi (praesceperit) perpatienter, & opportune suggerat, non superbiendo, aut resistendo, vel contradicendo. Quod si post suggestionem suam in sua sententia Prioris imperium perduraverit, sciat junior ita sibi expediri, & ex caritate confidens de adjutorio Dei obediat.

*Ut obedientes sibi invicem sint Fratres.*

Obedientiae bonum non solum Praelatis exhibendum est ab omnibus, sed etiam sibi invicem ita obedienter fratres, scientes per hanc obedientiam viam se iratos ad Dominum. Praemisso ergo a Praelato, vel ab eorum, qui constituuntur, imperio, cui non permittimus privata imperio praepo- ni. De cetero omnes juniores Prioribus suis omni caritate, & sollicitudine obediant. Quod si quis contentiosus repertus fuerit, corripiatur. Si quis autem Frater pro quavis minima causa a Priore suo, vel ab alio, qui super se esse videtur, corripitur quolibet modo, vel si leviter senserit omnibus Prioris cujusvisque contra se iratum, vel commotum, quamvis modice, mox sine mora raudiu prostratus in terra ante pedes ejus jaceat, satisfaciens, usque dum benedictione sanetur illa commotio. Quod qui contempserit facere, aut corporali vindicta subiaceat, aut si contumax fuerit, de Canonica expellatur. Haec autem regulam sa-  
Concil. General. Tom. XIV.

A pius volumus in Congregatione relegi, ne quis Fratrem de ignorantia sua excolet.

*De ordinando Archipresbytero, vel Priore.*

In ordinatione archipresbyteri, vel Prioris illa semper consideretur ratio, ut hic constituatur quem sibi omnis concors congregatio secundum timorem Dei, sive etiam pars, quamvis parva, congregationis saniori consilio elegerit. Vita autem merito, & sapientis doctrina eligatur qui ordinandus est, etiam si ultimus fuerit in ordine congregationis. Quod si etiam omnis congregatio vitis suis, quod quidem abest, consentiente persona pari consilio elegerint, & vitia ipsa aliquatenus in nostram episcopi, ad cuius Diocesim pertinet locus ipse, vel ad praelatos, aut Christianos vicinos claruerint, prohibeant pravorum prevalere consensum, sed domum Dei dignum constituent dispensatorem, scientes pro hoc se recepturas mercedem bonam, si illud caste, & zelo Dei faciant, sicut e contrario peccatum, si negligent. Ordinatus autem Archipresbyter cogitet semper quale onus suscepit, & cui redditurus est rationem villicationis suae, sciatque sibi oportere prodesse magis quam praesse. Oportet ergo eum esse doctum lege divina, ut sciat unde proferat nova, & vetera, castum, sobrium, misericordem, & semper superexaltet misericordiam iudicio, ut idem ipse consequatur misericordiam. Oderit vitia, diligit Fratres, in ipsa autem correptione prudenter agat, & ne quod dum nimis cupit eruginem eradere, frangatur vas, suaeque fragilitate semper suspectus sit. Memineritque calamum quassatum non conterendum. In quibus non dicimus, ut permittat nutrire vitia, sed prudenter, & cum caritate ea amputet, prout viderit cuique expedire. Sicut jam diximus, ut studeat plus amari, quam timeri. Non sit turbulentus, & anxius, non sit nimis, & obstinatus, non sit zelo rapidus, & nimis suspiciosus, quia suspiciosus nunquam requiescit. In ipsis imperiis suis sit providus, & considerandus, sive secundum Dominum, sive secundum scientiam sit. Opera quae injungit discernat, & temperet, cogitans discretionem Sancti Jacob dicentis: *Si greges meos plus inambulando sacro laborare, morientur cuncti uno die.* Haec ergo, aliaque testimonia ad discretionis matris virtutum sumens, & sic omnia temperet, ut & fortes sint quod cupiant, & infirmi non resurgant. Et praecipue ut praesentem regulam in omnibus conservent, ut dum bene ministraverit, audiat a Domino, quod tertus bonus, qui erogaverit triticum confervis suis in tempore suo. *Amen dico vobis, ait, super omnia bona sua constituet eum.*

*De reverentia Orationis.*

Si cum hominibus potentibus volumus aliqua suggerere, non praesumimus nisi eam humilitate, & reverentia, quanto magis Domino Deo universorum cum omni humilitate, & cordis devotione supplicandum est. Et non multiloquio, sed in puritate cordis, & compunctione lacrymarum, nos exaudiri sciamus, & ideo brevis debet esse, & pura oratio, nisi forte ex affectu inspirationis divinae gratia protendatur. In conventu tamen Fratrum omnino brevietur oratio, & facto signo a Priore omnes pariter surgant.

*De zelo bono, quem debent habere Canonici.*

Sicut est zelus amaritudinis malus, qui separat a Deo & ducit ad infernum, ita est & zelus bonus, qui

ANNO CHRISTI 816

ANNO CHRISTI 816

qui separata vitia, & ducit ad bonum, & ad vitam eternam. Hunc ergo zelum ferventissimo amore exercent canonici; id est ut honore se invicem praveniant; infirmitates suas, sive corporum, sive morum patientissime tolerant. Obedientiam sive certatim impendant; nullus quod sibi utile judicat sequatur; sed quod magis alio. Caritatem fraternitatis casto impendent amore, Dominum timeant. Priorem suum sincera & humiliter caritate diligant; Christo omnino nihil prapnant, qui nos pariter ad vitam perducatur eternam.

De Obedientia Clericorum.

Illud intimare complacuit ut clerici canonici festivitibus Domini & sancte Marie, sanctique Baptiste Joannis, duodecim Apostolorum, necnon prapcipuis Festis, in quantum Deus possibilitatem dederit, officium divinum die, & nocte procurent, & episcopus, vel qui sub eo est, refectionem eis juxta vires praparent. Et post de refectione exterrint in caninata bibant duobus vicibus, qualiter consolatio sit, & ebrietas non dominetur. Aliis vero diebus, sicut in aliis capitulis continetur, cibum potumque accipiant. Illud vero interea caveant praplati, ne id quod dare debent, aut possunt, qualibet dissimulatione, aut tenacitate subditis suis subtrahant, ne paupertatis occasione compulsi sint per diversa vagari, ac turpibus se cogantur implicare negotiis; relicto ecclesiastico officio incipiant indiscipline vivere; & Pralati qui eis necessaria, largiente Domino, remunerari poterant, districte, & severe judicentur.

Qualiter Quadragesima tempore agere debeant Canonici.

Quadragesima vero diebus clerici canonici a mane usque ad Tertiam plenam vacent lectionibus, & usque in nonam horam plenam operentur quod eis injungitur. Post tertiam vero ad collationem vadant; & nullus extra claustra exeat, nisi forte necessitas coegerit, & hoc nequaquam fiat si episcopus, vel qui sub eo est, non permiserit. In quibus diebus Quadragesime accipiant omnes singulos codices de Bibliotheca, quod per ordinem ex integro legant, qui codices in caput Quadragesime dandi sunt. Ante omnia sane deputentur unus, aut duo seniores qui circumstant Canonice horis, quibus vacant Fratres lectioni, & videant, ne forte inveniant Fratres accediosos, qui vacent otio, aut fabulis, & non est licentis lectioni; & non sibi inutilis est, sed etiam alios extollit. Hic talis, si, quod absit, repertus fuerit, corripiatur semel & secundo; si non emendaverit, correctioni regulari subiaceat, & taliter ut ceteri timeant; neque Frater ad Pratem jungatur horis incompetentibus.

Domitico die lectioni vacent omnes, exceptis his qui in variis officiis deputantur. Si quis vero ita negligens, & desidiosus fuerit, ut non vestit, aut non possit meditari, aut legere, injungatur ei opus quod faciat, ut non vacet. Fratribus infirmis aut deligatis (sc) talia opera, aut ars eis injungatur, ut nec otiosi sint, nec violentia laboris opprimantur, ut effugentur; quibus imbecillitas ab Archiepiscopo (sc) consideranda est.

De Taciturnitate.

Faciamus quod ait Propheta: dixi, custodiam vias meas, ut non delinquam in via mea. Posui custodiam ori meo, abmutui, & humiliatus sum, & si tui a bonis. Hic ostendit Propheta; si a bonis e-

loquis interdum propter taciturnitatem debet taceri, quanto magis a malis verbis propter penam peccati debet cessari? Ergo quamvis de bonis & sanctis & edificationum eloquiis perfectis discipulis propter taciturnitatis gravitatem raro loquendi concedatur licentia; quia scriptum est: in multiloquio non effugies peccatum; & alibi: mors & vita in manibus lingua. Nam loqui, & docere magistrum concedet; tacere, & audire discipulo convenit. Et ideo si que requirenda sunt a Priore, cum omni humilitate, ac subjectione obedientie requirantur, ne videatur plus loqui quam expedit. Scurrilias vero, & verba otiosa, vel risum moventia aeterna clausura in omnibus locis damnamus, & ad tale eloquium discipulum aperire os non permittimus.

De Humilitate.

Clamat nobis Scriptura divina, Fratres, dicens: omnis qui se exaltat, humiliabitur, & qui se humiliat, exaltabitur. Cum haec ergo dicit, omnem exaltationem genus esse superbiae, quod se cavere propheta indicat dicens: Domine non est exaltatum cor meum, neque elati sunt oculi mei; neque ambulavi in magnis, necne in mirabilibus super me. Sed quid? Si non humiliter sentiebam, sed exaltavi animam meam, sicut ablatus super matre sua, ita retribuere in animam meam. Unde, Fratres, si summae humilitatis volumus culmen attingere, & ad exaltationem illam caelestem, ad quam per presentis vite humilitatem ascenditur, volumus pervenire, actibus nostris ascendentibus scala illa erigenda est, quae in somno Jacob apparuit, per quam ei descendentes, & ascendentes Angeli monstrabantur. Non alius sine dubio descensus ille & ascentus a nobis intelligitur, nisi exaltatione descendere, & humilitate ascendere. Scala vero ipsa erecta nostra est vita in saeculo, quae humiliato corde a Domino erigitur ad caelum. Latera enim ejus scalae dicimus nostrum esse corpus & animam, in qua latera diversus gradus humilitatis, vel disciplinae evocatio divina ascendendos inseruit.

Ut in Congregatione Canonica equaliter cibum & potum accipiant. Cap. XXI.

Solet &c. est Caput CXXI. Aquisgran.

De Mensura libri.

Sufficere credimus ad refectionem quotidiana tam texta quam nona omnibus diebus colla duo pulmenta propter diversorum infirmitates, ut forte qui ex uno non potuerit edere, ex alio reficiatur. Ergo ita colla pulmentaria canonice omnibus sufficiant. Et si fuerit unde potius, atrinascantur legumina, addatur & tertium. Panis libras quatuor propensas sufficiat in die; sive prabdit aut tertia vel una sit refectione. Quod si cenatur sunt de eisdem libris tertia pars a collario referretur reddenda cenaturis. Quod si labor factus fuerit major in arbitrio & potestate Prioris erit; si expediat, aliquid augeri. Remota pro omnibus crapula, ut nunquam clerico indigenes (sc); quia nihil sic contrarium est omni Christiano quomodocrapula; sicut ait Dominus noster: quid est proferant corda vestra in stipula. Pueris vero minori aetate non eadem referretur quantitas, sed minor quam majoribus; servata in omnibus paritate.

De mensura potus.

Unusquisque proptium habet donum ex Deo, alius

ANNO  
CHRISTI  
1715ANNO  
CHRISTI  
1715

alius sic, alius vero sic. Et ideo cum aliqua serupulose a nobis mensura victus aliorum constituitur, tamen infirmorum contingentes imbecillitati, credimus eminem vini per singulos sufficere per diem. Quibus autem donat Deus tolerantiam abstinentiæ, propriam se habituros mercedem sciunt. Quod si aut loci necessitas, vel labor, aut arbor ætatis amplius poposcerit, in arbitrio Prioris consistat. Considerans in omnibus ne sobrietatem bibamus, sed parcius; quia *vinum apostatate facit etiam sapientes*. Ubi autem necessitas loci exposcit, ut nec suprascripta mensura inveniri possit iuxta possibilitatem ut videatur a Prælatis, minuetur mensura; quia iuxta illam Psalmistæ vocem: *melius est modicum jasso super divitiis peccatorum multas*. Hæc ante omnia admonentes ut absque murmurationibus sint.

*Quibus horis reficiant Canonici.*

A sancto Pascha usque ad Pentecosten ad sextam reficiant canonici, & ad sera cænent, carnenque manducent; ab octava vero Pentecostæ usque ad nativitatem S. Joannis Baptistæ quarta & sexta feria jejunent, & omnes dies a carne abstineant. Post octavam Apostolorum similiter quarta, & sexta feria jejunent usque in idus Septembris. Reliquis vero diebus ad sextam prandeant; & quod Deus dederit, cum gratiarum actione percipiant. Quæ prandii sexta (sic) si opera in agris habuerint, aut ætatis fervor nimius continuanda erit, & in Prioris sit providentia, & sic omnia temperet, atque disponat qualiter & animæ salvetur, & quod faciunt absque murmuratione faciant. A biduo autem septembris usque in S. Martini secunda, quarta, & sexta feria jejunent. A transitu vero S. Martini usque in nativitatem Domini a carne omnes abstineant, & usque ad nonam jejunent. Post octavam vero Epiphaniæ usque in caput Quadragesimæ secunda, quarta, & sexta feria jejunent, quod si festum sollempne in his feriis venerit, & permiserit Prior, bis reficiant. In Quadragesima vero usque ad Pascha ad vesperam reficiant. Ipsa autem vespere sic agantur, ut lumen lucernæ non indigeant reficientes, sed luce diei omnia consummentur. Sed & omni tempore sine cæcæ, sive refectionis hora sic temperetur, ut cum luce liant omnia.

*Quod a Prælatiis gemina passio sit subditis imponenda.*

Solenter a Prælatiis satagendum est, ut eos, quibus præsumt, verbis, exemplis ad bene vivendum informet, ipsoque corde tenendum ne eos quasi proprios, sed ut Domini gregem tractare meminerint. Juxta illud quod Petrus dicitur: *si diligis me, pascere oves meas*; meas, inquit, non tuas. Sed hoc ideo dicimus quia sunt nonnulli, qui oves Christi non amore Christi, sed luxu vel gloriæ vel dominationis, vel questus gratia pascant. Sed & hoc vigilantiter providere debent, quod eadem passio gregis Domini non uniformi sed multimoda est sollicitudine querenda; scilicet quia & terrena sub ..... diligenter illis præbere, ut exemplo ..... simul cum verbo prædicationis debent sollicitè impendere. Quapropter studeat unusquisque Prælatus, ut famuliz Christi annonam spiritalem carnalemque fideliter subministret, ut etiam mereantur evangelicus servus, de quo dicitur: *fidelis servus & prudens, quem constituit Dominus super famulatum suum, ut det illis in tempore tritici mensuram*. Ergo sicut subditis necessaria corporis tribuunt, ita nihilominus studere debet ut videtur

Abgiosissime ordinem canonicum servant, & Prælatis suis, ac magistris honorem debitum humiliter impendant. Ut horis canonicis divinum officium devotissime expleant, ut intus, forisque non solum habitu, & actu, sed etiam ipso incessu reprehensibiles existant. Non otio vacent, non veniloquus interviant, non detractionibus, & ceteris vitiorum illecebris incumbant. Sed potius aut orationi, aut lectioni, aut quibuslibet ecclesiæ, aut certe propriis utilitatibus vacent, aut etiam doctrinis sanis, & diversarum artium erudiantur disciplinis. Ita videlicet, ut nullus in congregatione inutilis, aut otiosus existens stipendia ecclesiæ inofficiale accipiat; ut quotidie ad collationem veniant, ubi & hanc institutionem, & aliarum Sacrarum Scripturarum sediones perlegant, & pro communi vocatione possulent, & scientiam pro qualitate ammitti suscipiant, ubi etiam de communi profectu, & utilitate Ecclesiæ pertractent. Ut omnes in dormitorio, nisi quem infirmitas, aut senectus id facere prohibuerit, dormiant. In refectorio quotidie una reficiantur, nisi forte quem necessitas abesse compulerit; & hoc non sine licentia magistri fiat. Illis quoque comedentibus, & silentium religiose tenentibus, continuatim legatur lectio, & ab his attentissime audiatur. Ut vicissim in refectorio, & ceteris communibus necessitatibus officio serviant. Ut nullus foras nisi per licentiam egrediatur. Egredens quoque nihil de se detractioni locum det, sed magis imitabilem se cupis exhibeat.

Hanc igitur geminam passionem Prælatis commissis sibi ovibus impendere instanter procurent; utpote pro animabus eorum Domino rationem reddituri; quatenus eas Pastori omnium Christo videlicet summo Pontifici secum in tremendæ examinis diem illætas præsentantes, non cum reprobis, & divina ultione feriendi damnentur, sed cum electis pastoribus potius perpetua felicitate a Domino remunerentur.

*Ut Canonici sicut in ceteris, ita etiam & in cula vestium modum teneant (modum) discretions*

Quære Deum potius &c. est cap. CXXIV. Aquilgr.

*Ut Canonici cucullas Monachorum non induant.*

Reprehensibilem &c. est cap. CXXV. Aquilgr.

*Si debeant iterum recipi Fratres excentes de Canonica.*

Clericus, qui proprio vitio egreditur de Canonica, aut projectus, si reverti voluerit, spondeat prius omnem emendationem vitii pro quo egressus est, & sic in ultimo recipiatur gradu, ut ex hoc ejus humilitas comprobetur. Quod si denovo exierit, usque tertio recipiatur; jam postea sciat sibi omnem reversionis aditum denegari.

*De Fœris.*

Omnis ætas vel intellectus proprias debet habere mensuras; ideoque quoties pueri, vel adolescentes ætate, aut qui minus intelligere possunt quanta pœna sit excommunicationis, hi tales aut delinquant, aut jejuniis nimis assurgant, aut acris verberibus coerceantur ut sanentur.

*Quod non oporteat Canonicos propriam habere.*

Præcipue hoc vitium radicatus amputandum est de

FR. C. par  
CXXV. Cap.  
CXXV. Cap.  
1715.

ANNO  
CHRISTI  
1766.

ANNO  
CHRISTI  
1766.

de Canonicis, ne quis presumat aliquid dare vel accipere sine iussu Prioris, neque aliquid habere proprium. Nullam omnino rem neque codices, neque tabulas, neque graphicum, sed nihil omnino quibus nec corpora sua, nec voluntate licet habere in propria potestate. Omnia vero necessaria a Priore Canonicis (s. accipiant) nec quid liceat habere, quod Prior non dederit, aut permiserit. Omnia omnibus sint communia, ut scriptum est; nec quisquam suum aliquid esse dicat, vel presumat. Quod si quisquam huic nequissimo vitio deprehensus fuerit delectari, admonitus semel & iterum, si non emendaverit, correctioni subiacet.

Atum paucis diebus. Postea autem sit in cella novitiorum, ubi medicetur, & manducet, & dormiat, & senior talis ei deputetur, qui aptus sit ad lucrandas animas, qui super eam omnino curiose intendat, & sollicitus sit, si revera Deum querit, si sollicitus sit ad opus Dei, ad obedientiam, ad opprobria. Prædicentur omnia dura, & aspera, per quæ itur ad Deum; & si promiserit stabilitatis suæ perseverantia, post duorum mensium circulum legatur ei hæc regula per ordinem, & dicatur ei: ecce lex, sub qua militare vis; si potes observare, ingredi; si vero non potes, liber discede. Si adhuc steterit, tunc reducatur in supradicta cella novitiorum, & iterum probetur in omni patientia. Et sic post sex mensium circulum Brelegatur ei regula, & sciat ad quod ingreditur. Et si adhuc stat, post quatuor menses iterum legatur ei eadem regula, & si habita secum deliberatione promiserit se omnia custodire, & cuncta sibi imperata servare; tunc suscipiatur in Congregatione, sciens se sub regula constitutum, quo ex illa die non liceat egredi de claustro Canonicorum, nec collum excutere sub iugo regule, quod sub tam morosa deliberatione licuit excutere (excute) aut suscipere. Suscipiendus autem in Oratorio coram omnibus promittat de stabilitate sua, & conversione morum suorum, & obedientia coram Deo, & sanctis eius, ut aliquando aliter tacerit, a Deo se damnandum sciat. De qua promissione sua faciat petitionem ad nomen Sanctorum, quorum reliquæ ibi sunt, & Recto i presententi. Quam petitionem manu sua scribat; si litteras non sciat, alter ab eo rogatus scribat, & ille novitius signum faciat, & manu sua super altare eam ponat. Quam dum posuerit, incipiat hunc versum: „Suscipe me Domine secundum eloquium tuum, & vivam; & ne confundas me ab expectatione mea.“ Quem versum omnis Congregatio tertio respondeat; adjungens Gloria Patri &c. Tunc ille Frater novitius prosternatur singulorum pedibus, ut orent pro eo, & jam ex illa die in Congregatione reputetur. Res, si quas habet, aut erogat prius pauperibus, aut facta solemniter donatione conferat ecclesiæ, nihil retinens ex omnibus, quippe quia ex illo die nec proprii sui corporis potestatem se habiturum sciat. Mox ergo in Oratorio exuat rebus propriis quibus vestitus est, & induatur rebus ecclesiæ. Illa autem vestimenta, quibus exutus est, reponantur in vestiario conservanda, ut si aliquando succente diabolo, quod absit, consenserit ut egrediaur de Congregatione, quod absit, tunc exutus rebus ecclesiæ projiciatur. Illam tamen petitionem eius, quam desuper altare posuit non recipiat, sed in Canonica reservetur.

*Ut non presumat aliquis alium defendere aut emendare.*

Vetetur in Ordine canonico omnis presumptionis occasio; ita ut nulli liceat quocumque excommunicare, aut cadere, quamvis aliquis sua presumptione ipsum ad hoc irriter, non est suum vindicare, aut in verbis, aut in factis, sed ad Priorem veniat, & ille secundum ordinem causam ipsam definiat; & qui hoc facere presumpserit, ab episcopo, vel qui sub eo est, judicetur.

*Ut in Congregatione Canonica nulli liceat alium defendere.*

Omnibus modis cavendum est, ut per nullam occasionem alter alterum defendere presumat; neque ipsam rem ille obventum (s. ) aut aliqua amicitia, aut familiaritate id a Canonicis presumatur; quia gravis occasio scandalorum in Congregatione ex inde oriri solet. Quod si quis transgressus fuerit, a Priore durius coerceatur, ut ceteri timorem habeant.

*De Taciturnitate.*

Omni tempore in ecclesia tam a populo, quam a Clero summum silentium fiat, exceptio hoc quod ad laudes Dei pertinet. Videamus quod ait Prophetæ: *Dixi, custodiam vias meas, ut non delinquam in lingua mea. Posui ori custodiam, dum consistit peccator adversum me; obmutui, & humiliatus sum, & sicut a bonis.* Si a bonis eloquiis propter taciturnitatem debet interdum taceri; multo magis a malis verbis propter penam peccati debet cessari. Unde sacra Scriptura dicit, qui enim verbosus in ecclesia fuerit, ipsi pro se & pro alius ratio reddenda est in die iudicii. Ergo de bonis, & sanctis eloquiis propter taciturnitatem raro in ecclesia concedatur loquendi licentia, quia scriptum est: *In multiloquio non deeris peccatum.* Et alibi: *Mors & vita in manu lingue consistit.* Nam loqui, & docere magistro concedit; audire, & intendere discipulo convenit. Qui hanc taciturnitatem in ecclesia minime custodierit, sed fregit, sit ipso die penitentem in pane, & aqua; & si retia vice hoc fecerit septem diebus peniteat ut supra. Et si amplius hoc fecerit, corporali disciplinæ subiciatur, ut ceteri metum habeant.

*De Fratribus suscipiendis in Canonica.*

Noviter quis veniens ad conversationem non ei facilis tribuatur ingressus, sed sicut ait Apostolus: *Probate spiritus, si ex Deo sunt.* Ergo si veniens perseveraverit pulsans, & illatas sibi injurias, & difficultatem ingressus post quatuor, aut quinque dies visus fuerit patiens portare, & persistere petitioni suæ, annuat ei ingressus, & sit in cella hospi-

tiarum, ubi medicetur, & manducet, & dormiat, & senior talis ei deputetur, qui aptus sit ad lucrandas animas, qui super eam omnino curiose intendat, & sollicitus sit, si revera Deum querit, si sollicitus sit ad opus Dei, ad obedientiam, ad opprobria. Prædicentur omnia dura, & aspera, per quæ itur ad Deum; & si promiserit stabilitatis suæ perseverantia, post duorum mensium circulum legatur ei hæc regula per ordinem, & dicatur ei: ecce lex, sub qua militare vis; si potes observare, ingredi; si vero non potes, liber discede. Si adhuc steterit, tunc reducatur in supradicta cella novitiorum, & iterum probetur in omni patientia. Et sic post sex mensium circulum Brelegatur ei regula, & sciat ad quod ingreditur. Et si adhuc stat, post quatuor menses iterum legatur ei eadem regula, & si habita secum deliberatione promiserit se omnia custodire, & cuncta sibi imperata servare; tunc suscipiatur in Congregatione, sciens se sub regula constitutum, quo ex illa die non liceat egredi de claustro Canonicorum, nec collum excutere sub iugo regule, quod sub tam morosa deliberatione licuit excutere (excute) aut suscipere. Suscipiendus autem in Oratorio coram omnibus promittat de stabilitate sua, & conversione morum suorum, & obedientia coram Deo, & sanctis eius, ut aliquando aliter tacerit, a Deo se damnandum sciat. De qua promissione sua faciat petitionem ad nomen Sanctorum, quorum reliquæ ibi sunt, & Recto i presententi. Quam petitionem manu sua scribat; si litteras non sciat, alter ab eo rogatus scribat, & ille novitius signum faciat, & manu sua super altare eam ponat. Quam dum posuerit, incipiat hunc versum: „Suscipe me Domine secundum eloquium tuum, & vivam; & ne confundas me ab expectatione mea.“ Quem versum omnis Congregatio tertio respondeat; adjungens Gloria Patri &c. Tunc ille Frater novitius prosternatur singulorum pedibus, ut orent pro eo, & jam ex illa die in Congregatione reputetur. Res, si quas habet, aut erogat prius pauperibus, aut facta solemniter donatione conferat ecclesiæ, nihil retinens ex omnibus, quippe quia ex illo die nec proprii sui corporis potestatem se habiturum sciat. Mox ergo in Oratorio exuat rebus propriis quibus vestitus est, & induatur rebus ecclesiæ. Illa autem vestimenta, quibus exutus est, reponantur in vestiario conservanda, ut si aliquando succente diabolo, quod absit, consenserit ut egrediaur de Congregatione, quod absit, tunc exutus rebus ecclesiæ projiciatur. Illam tamen petitionem eius, quam desuper altare posuit non recipiat, sed in Canonica reservetur.

*De Filiis nobilibus, vel pauperum qui offeruntur.*

Si quis forte de nobilibus offert filium suum Deo in ecclesia, si ipse puer minori ætate est, & faciant parentes ejus petitionem quam supra diximus, & cum oblatione sit ipsa petitio: manus vero pueri involvant in palla Altaris, & sic cum offerant. De rebus autem suis aut in presententi petitione promittat sub iurejurando quia nunquam per se, nec per suspectam personam, vel quolibet modo ei aliquando aliquid dent, aut tribuant occasionem habendi, vel certe si hoc facere voluerint, & aliquid offerre voluerint, in elemosyna ecclesiæ pro mercedibus suas (s. ) faciant ex rebus, quas dare volunt ecclesiæ donationem; reservato sibi, si ita voluerint, usufructuario; atque ita omnia astruantur, ut nulla suspicio remaneat puero, perquam deceptus perire possit, quod absit; quod ex-

liber de sum-  
mo tunc es  
Cap. LXI.  
Requæ Cro-  
dogang in  
te postulat.

debet fieri

experimento didicimus. Similiter autem & p[er] Avallo summum silentium fiat tam in voce, quam in actu, vel incessu, seu in sono alicujus rei, ut liceat unicuique absque alterius inquietudine precata sua cum gemitu, & suspirio, & lacrymis Domino confiteri, & veniam pro ipsis ab omnipotenti Deo orando, & petendo postulare.

ANNO  
CHRISTI  
116.

ANNO  
CHRISTI  
116.

*De Infermorum cura.*

Si quis ex clericis infirmatur, episcopus, vel qui sub eo est, habeant maximam curam de illo, & caveant ut non negligatur infirmus, sed sicut revera Christo, ita ei serviat. Quibus infirmis sint mansiones deputate, & rationabiliter dispositae, & sit usus ex clero timens Deum, qui circa infirmum maximam gerat (curam), de omnibus necessitatibus ejus, habeat solatium si opus est, juxta quod constituerit Prior. Sciat quia si bene ministraverit, gradum sibi bonum acquirit. Sed & ipse infirmus consideret in honore Dei sibi servire, & non superbia sua contristet servienti sibi, & hoc praevidendum est quod infirmos, licet omni hora cibum & potum accipere quocumque desideraverint, vel opus sit.

*Regulae ad legendum, & cantandum constituantur.*

Tales &c. Est Caput Aquigr. CXXXIII. in Edit.

*De Cantoribus.*

Studendum &c. Est Caput CXXXVII. in Edit.

*Quod Cantoribus, & Psallentibus Domino Angelorum C. adfuit praesentia.*

Psallentium &c. Est Caput CXXXII. in Edit.

*De diligentia Psallendi.*

FR Cap VII.  
Reg. Chro  
deg.

Ubiq[ue] credimus divinam esse praesentiam, & oculos Domini speculari bonos, & malos. Maxime tamen hoc sine aliqua dubitatione credamus cum ad opus divinum altissimi; ideoque semper memores esse debemus quod ait Propheta: *Servate Domino in timore, & exultate ei cum tremore.* Et iterum: *Psallite sapienter, & in conspectu Angelorum psallam tibi.* Ergo consideremus qualiter oporteat in conspectu divinitatis, & Angelorum ejus orare; & sic stemus ad psallendum, ut mens nostra concordet voci nostrae; nam sicut bonis hominibus, vel potentibus (cum) aliqua suggere non praesumimus nisi cum humilitate, & reverentia; quanto magis universorum Dominus nobis cum humilitate, & puritate supplicandus est?

*De Officiis divinis in noctibus.*

Respondet  
fere in omni-  
bus Capitulis  
XV.  
Regula in-  
corporata  
Cinodice-  
tum.

Hiemis autem temporibus, id est a Calendis Novembris usque in Pascha, juxta considerationem rationis octava hora noctis surgendum est, ut modice amplius de media nocte pausentur, & jam digesti ad vigilias surgant, post finitas nocturnas dicant versum: *Exultabunt sancti in gloria: aut, Exultent justi in conspectu Dei.* Deinde Kyrie eleison, & Oratio Dominica; & faciant intervallum, excepto diebus Dominicis, & festivitibus Sanctorum, juxta considerationem episcopi, vel qui sub eo est; id est ut quadraginta, aut quinquaginta psalmos possint cantare, secundum visum fuerit, vel hora permisit. Et qui psallit ter aut duo vel lectionum aliquid indiget, meditationi inserviat, & non praesumat aliquis in ipso intervallo dormire, nisi cui infirmitas cogit; & hoc per comitatum fiat, & qui aliter fecerit excommunicetur. Reliqui omnes ordines vigiliatum teneant. In ipso autem inter-

respon-  
ditur

*De vigiliarum antiquitate.*

*Antiqua est &c.* Est Caput CXXXIX. in Edit.

*De Matutinis.*

*De Matutinarum &c.* Est Caput CXXX. in Edit.

*De Consurgendis in nocte Canonicis.*

In primis cum de lecto surrexerint canonici signum crucis imprimant sibi tribus vicibus ita dicendo: *In nomine Patris &c.* Et tunc incipiant versum istud: *Ego dormivi, & somnum capsi.* Finiatur psalmus usque in finem cum Gloria Patri.

*Deinde Oratio.*

„ Gratias tibi agimus Domine Deus Omnipotens qui nos transado noctis spatio ad matutinas horas perducere dignatus es, quosumus ut dones nobis diem hunc sine peccato transire, quatenus ad vesperum tibi Omnipotenti Deo placere valeamus. Per &c. „ Cum autem venerint ad limen ecclesiae osculentur eum, & dicant: „ Perfice gressus meos in semitis tuis, ut non moveantur vestigia mea. Ego clamavi quoniam exaudisti me Deus; inclina aurem tuam mihi, & exaudi verba mea. Quam amabilia sunt. Usque in saeculum saeculi laudabunt te. „ Et aspiciant ad crucem, sive ad vultum Domini, & dicant hanc orationem: „ Saluator omnium Deus, noli nos perdere pro quibus dignatus es in crucem ascendere; subveni, & libera nos in tempore angustiarum. „

*Alia:*

„ Domine Jesu Christe Filius Dei vivi, qui per crucem, & passionem tuam redemisti mundum, redime nos, & libera nos a peccatis nostris, & de manibus omnium inimicorum nostrorum, qui sic benedictus in saecula saeculorum. Amen. „

*Tunc prosteruat se in terram, & dicat hanc orationem.*

„ Domine, te adoro unum Deum in Trinitate manentem, Patrem, & Filium, & Spiritum Sanctum, trium personarum, unius naturae, unius Deitatis, unius majestatis, unius potestatis, unius aeternitatis. Tibi sit laus, & honor, & gloria, potestas, & imperium in saecula saeculorum. Amen. „

*Et dato signo omnes in choro congregati Fratres incipit hos psalmos:*

*Ad Dominum cum tribularer: usque ad: qui confidam: pro fidelibus defunctis, & in fine: Requiem aeternam. Pater noster.*

*Capitula.*

„ A Porta inferi  
„ R. Erue Domine animas eorum. Requiescant in pace.  
„ R. Amen.  
„ Dominus vobiscum,  
„ R. Et cum spiritu tuo.

Oro.

*Oratio.*

„ Absolve quæsumus Domine animas famulo-  
rum, famularumque tuarum, omnium Chri-  
stianorum fidelium defunctorum ab omni vin-  
culo delictorum, ut in resurrectionis gloria in-  
ter sanctos, & electos tuos eas resuscitare præ-  
cipias. Per &c.

*Pro Congregatione Psalmi.*

„ Qui confidunt in Domino, usque ad: *de Profun-*  
*dis*; per omnes psalmos *Gloria Patri*. Kyrie  
eleyson. Christe eleyson. Kyrie eleyson. Pater  
noster.

*Capitula.*

„ Memento nostri Domine in beneplacito popu-  
li tui,  
„ R. Et visita nos in salutem (sc)  
„ Memento Congregationis tuæ,  
„ R. Quam creas (sc)  
„ Dominus vobiscum,  
„ R. Et cum &c.

*Oratio.*

„ Deus, cui proprium est misereri semper &  
parcere, suscipe deprecationem nostram, & fa-  
mulos, & famulas tuas, quos delictorum cate-  
na constringit, intercedente beata Maria sem-  
per Virgine, & beato Laurentio martyre cum  
omnibus sanctis miseratio tuæ pietatis absol-  
vat. Per &c.

*Pro Familiaribus.*

*De Profundis*, usque ad: *Laudate nomen Domi-*  
*ni*. Per omnes psalmos *Gloria*. Kyrie eleyson.  
Sequitur Pater noster.

*Capitula.*

„ Salvos fac servos tuos,  
„ R. Deus meus sperantes.  
„ Fiat pax in virtute tua,  
„ R. Et abundantia &c.

*Oratio.*

„ Præstende Domine misericordiam tuam fide-  
libus, dexteram celestis auxilii, ut & te toto  
corde perquirant, & quam digne postulant con-  
sequi mereantur. Per &c.

*Tunc a Priore, vel Hebdomadario incipitur.*

„ Domine labia &c.  
Resp. Chor. Et os meus &c.

*Prior dicat.*

„ Deus in adiutorium &c.  
Resp. Chor. Domine ad adjuvandum &c.  
„ Gloria Patri &c.

*Hebdomadarius dicit super Venite.*

Sequitur Psalmus.  
„ Venite exultemus &c.

*Finis Psalmi cantet hymnum ad ipsum diem  
pertinentem.*

Quo finito dicatur a Priore Antiphona ad No-  
cturnum.

Chorus vero incipiat Psalmum, & per unum-  
quemque Psalmum *Gloria Patri*. Et sic post bi-  
cos psalmos cantantur antiphonæ de psalmis ip-  
sis. Finito nocturno dicat versum unus ex pueris  
ad ipsum diem pertinentem. Tunc unusquisque

A in corde suo secreta dicat: *Pater noster*. Et ab-  
solvatur a Priore. Lector autem petita benedi-  
ctione a Priore benedicatur. Sedeant omnes in  
scamnis cum magno silentio audientes sanctam  
lectionem. Finita vero lectione cantores canant  
responsorium. Cumque fuerint perlectæ lectiones  
tres canatur Gloria Patri cum summa reverentia  
in honorem sanctissimæ Trinitatis, ad quam vo-  
cem omnes surgant.

Finita repetenda dicatur a Priore, *Deus in ad-*  
*juutorium*. Et cantent Matutinum, *Laudibus* cum  
Antiphonis ipsius diei. Post finem psalmi: *Lau-*  
*date Dominum de Calis*, legat Hebdomadarius le-  
ctionem. Tunc duo pueri canant responso-  
rium breve ad ipsum diem pertinentem cum *Gloria  
Patri*. Deinde Hymnus incipitur a Priore. U-  
nus de pueris dicat versum. Prior vero incipiat  
antiphonam de psalmo *Benedictus*. Chorus ve-  
ro sequatur totum psalmum cum *Gloria Patri*.  
Iterum dicatur antiphona. Qua expleta Hebd-  
omadarius dicat: Kyrie eleyson, tribus vicibus.  
Christe eleyson, tribus vicibus. Kyrie eleyson,  
tribus vicibus. Sequitur Pater noster in voce. *Es-*  
*se nos inducas in tentationem; sed libera nos a ma-*  
*lo*. Sequitur:

„ Ego dixi Domine miserere mei.  
„ R. Sana animam meam quia peccavi tibi.  
„ Convertere Domine aliquantulum,  
„ R. Et deprecare super servos tuos.  
„ Fiat, Domine, misericordia tua super nos,  
„ R. Sicut speravimus in te  
„ Sacerdotes tui induantur iustitiam,  
„ R. Et sancti tui exultent.  
„ Domine salvum fac Regem.  
„ R. Exaudi nos in die qua invocaverimus te.  
„ Oremus pro Pastore nostro.  
„ R. Dominum (& sic semper) conservet eum,  
„ & vivificet eum, & mundet in terra animam  
„ ejus, & non tradat eum in manu inimici ejus.  
„ Salva populum tuum, Deus, & benedic hære-  
„ ditati.

„ R. Et rege eos usque in sæculum.  
„ Memento Congregationis tuæ,  
„ R. Quam creasti ab initio.  
„ Fiat pax in virtute tua,  
„ R. Et abundantia in turribus tuis.  
„ Oremus pro fidelibus defunctis.  
„ R. Requiem æternam dona es Domine, & lux  
perpetua luceat.  
„ Animæ famulorum tuorum, Deus, requiescant  
in pace.

„ R. Amen.  
„ Pro Fratibus nostris absentibus.  
„ R. Salvos fac servos tuos, Deus meus, speran-  
tes in te.  
„ Pro captivis, & afflictis.  
„ R. Libera eos Domine ex omnibus angustiis  
„ eorum.  
„ Mitte eis Domine auxilium de sancto,  
„ R. Et de Sion tuere eos.

E „ Domine exaudi orationem meam,  
„ R. Et clamor meus ad te perveniat.  
Psalmus. *Miserere mei, Deus*. Quo finito sur-  
gat Hebdomadarius, & dicat:  
„ Domine Deus virtutum converte nos,  
„ R. Et ostende.  
„ Dominum vobiscum,  
„ R. Et cum spiritu tuo.

Sequitur oratio ad ipsum diem pertinens. Ea-  
que finita dicatur antiphona, & oratio Sanctæ  
Trinitatis; & de sancta Cruce; de sancta Maria;  
& sanctis Angelis; de sancto Joanne Baptista; &  
de sanctis Apostolis; & de sancto Laurentio; &  
de sancto Damaso; & omnium Sanctorum.

Tunc

Tunc incipiatur Prima a Priore cum hymno.

In secunda Feria dicatur Psalmus: *Deus, Deus meus respice in me. Deus in nomine tuo.* Sub una Gloria. *Beati immaculati.* Et: *In quo corrigit sub una Gloria. Retribue.* Et: *Adhuc sub una Gloria.*

In tertia Feria: *Dominus regit me, & Deus in nomine tuo.*

In quarta feria: *Dominus est terra, & Deus in nomine, sub una Gloria.*

In feria quinta: *Ad te Deus levavi; & Deus in nomine, ut supra.*

In sexta feria: *Judica me, Deus; & Deus, in nomine, ut supra.*

Sabbato: *Confitemini Domino, & Deus in nomine, ut supra.* Et omni die Fides Catholica adjungatur. Quae canenda est voce, & mente, & B nulli liceat eam canere cum velato capite.

Qua finita Hebdomadarius legat lectionem. Et dicto versu, dicat: *Kyrie eleyson, tribus vicibus. Christe eleyson, tribus vicibus. Kyrie, tribus vicibus. Deinde secreta Pater noster. & Credo in Deum.*

Sequitur Caput; inde confessio inter se invicem dicant.

Sequatur Hebdomadarius: *Dignare Domine die isto &c.*

Dicta oratione pergant in Capitulum

*Quomodo solvatur Capitulum.*

Venientibus autem in Capitulum Hebdomadarius petat benedictionem, & benedictus a Priore, deuniet etatem Mentis, & Lunae, & Natales Sanctorum, quorum festa crastinus excipiat dies. Tunc Prior dicat: *Preiosa in conspectu Domini.*

*R. Mori Sanctorum ejus.* Deinde Prior dicat: *Sancta Maria, & ipsi sancti, & omnes sancti intercedant pro nobis ad Dominum Deum nostrum, ut mereamur ab eo adjuvari, qui vivit, & regnat in saecula saeculorum. R. Amen.*

Deinde dicatur versus: *Deus in adjutorium meum intende. Deus ad adjuvandum me, tribus vicibus, Priore incipiente, & ceteris respondentibus, subjungentes Gloria Patri.* Et postea *Kyrie eleyson, & Oratio Dominica. Et ne nos inducas in tentationem. R. Sed libera nos a malo.*

*Respice in D servos tuos, & in opera tua Deus, & dirige filios eorum, & sit splendor Domini Dei nostri super nos, & opera manuum nostrarum dirige super nos. Gloria Patri totum.*

*Dirigere & sanctificare, & custodire, & regere digneris, Domine Deus Omnipotens, rex caeli, & terrae hodie corda & corpora nostra, sensus & adus nostros, & locutiones nostras in via tua, & in operibus mandatorum tuorum, ut hic & in aeternum per te Deus Jesu Christe Pater sancte salvi, & redempti esse mereamur, ut ubicumque serinus, angelus Domini bonus comitetur nobiscum ad dirigendos pedes nostros in viam pacis, & veritatis. Adjuva nos Salvator mundi, salva nos rex gloriae Christe, qui vivis & regnas cum Deo Patre in unitate Spiritus sancti Deus per omnia saecula saeculorum. Amen.*

Tunc Lector legat Capitulum de Regula, quo finito Prior dicat: *Adjutorium nostrum in nomine Domini. R. Qui fecit Caelum, & terram. Benedicite. R. Deus benedicite. (sc.) Benedicat, & custodiat nos omnipotens Dominus. R. Amen.*

*Ut omnes ad Capitulum revertantur.*

Idcirco Deo auxiliante quotidie ad Capitulum omnem Clerum venire constituimus, ut anima Concilii Generalis. Tom. XIV

verbum audiat, ut episcopus, sive qui praesente videntur ibidem, & quod jubere habet jubeat, & quod corrigere, corrigat, & quicquid faciendum est, ordinare studeat, & qui culpabilis est, postulet veniam, & secundum modum culpe judicium recipiat.

*Quisquis veniam postulat pro culpa.*

Quantum plus se humiliat, tantum misericorditer ac levius a Priore judicetur. Necessesse est enim, ut omnes nostrae negligentiae, id est cogitationum, locutionum, vel operis in praesenti vita per veram confessionem, & humilitatem semper judicentur, ut non post mortem reos nos faciant.

Surgentes a Capitulo inclinato capite ante Priorem omnes dicant: *Benedicite.* Et ille humiliter. *R. Deus.* Tunc vadant insimul, aut separatim ad opus sibi inditum, ut ratio praestet, custodientes silentium. Decantent psalmos suos singuli, aut bini, juxta quod congruum est, nihil loquentes, nisi forte de ipsa arte quam agunt, sed tamen caute. Et quando inceperit opus dicat: *Deus in adjutorium meum intende.* Et quando finierit dicat: *Benedictus es Domine Deus, qui adjuvasti me. Et consolatus es me.* Respondet alter *Miseratur nostri Omnipotens Deus. Amen.*

Quando autem communis operatio necesse est, unusquisque opus illud exerceat, quia otiositas inimica est animo.

*Qualiter diebus Dominicis vigilia agantur.*

Dominicis temporibus surgatur ad vigiliam, in quibus vigiliis teneatur mensura, ut modulante prima vigilia, duodecim psalmos decantent cum III. antiphonis, Tamen per unumquemque psalmum dicant: *Gloria Patri.* Residentibus cunctis in subsellis disposite per ordinem legantur in codice tres lectiones cum Responsoris suis, ubi tantum in tertio Responso dicatur a cantante *Gloria, quam dum incipit, mox omnes cum reverentia surgant.* Post quas lectiones sequantur ex ordine tres psalmi, subjungentes per singulos *Gloria Patri, cum Antiphonis.* Deinde versus.

Post quos iterum legantur aliae III. lectiones cum Responsoris ordine quo supra. Post quas dicantur alii tres psalmi cum Alleluja. Dicto etiam versu & benedicente archiepiscopo, legantur aliae tres lectiones de Novo Testamento, ordine quo supra. Post tertium autem Responso incipiat Archiepiscopus hymnum: *Te Deum laudamus.* Quo peracto legat Hebdomadarius lectionem de Evangelio cum honore, & tremore stantibus omnibus. Qua peracta, respondeant omnes: *Amen.* Et subsequatur mox ab Archiepiscopo hymnus: *Te decet laus.* Et data benedictione incipiant Matutinum. Qui ordo vigiliarum omni tempore, tam aestatis, quam hyemis aequaliter in die Dominico teneatur; nisi forte, quod absit, tardius surgatur, (surgat) aliquid de lectionibus brevandum est, aut Responsoris, quod tamen omnino cavetur ne proveniat. Quod si contigerit digne inde satisfaciat Domino in Oratorio per cujus venerit neglectum.

*Qualiter in Sanctorum Festivitatibus vigilia agantur.*

In sanctorum Festivitatibus, vel omnibus solemnitatibus, sicut diximus dominico die agendum, ita agatur; excepto quod psalmi, aut antiphonae vel lectiones ad ipsam diem pertinentes dicantur, modus superscriptus teneatur.

ANNO  
CHRISTI  
616

*Qualiter quadragesimis temporibus agere debeant  
Canonici.*

In quadragesimis namque diebus, quod est a festi-  
vitate S. Martini usque in natale Domini quoti-  
die Canonici septem psalmos speciales decantent  
cum subsequente letania. Similiter a Caput jejunii  
usque in Pascha. In aliis diebus quotidianis III.  
dies in hebdomada ita agantur. Completa autem  
letania dicat Pater noster. Deinde: *Domine Deus  
in adiutorium meum intende*, totum cum Gloria.

*Sequuntur Capitula.*

„ Ostende nobis, Domine, misericordiam tuam, B  
„ R. Et salutare.  
„ Peccavimus cum Patribus nostris. R. Injuste  
„ egimus.  
„ Domine non secundum peccata nostra facias  
„ nobis. R. Neque secundum.  
„ Elto nobis Domine turris fortitudinis, R. A  
„ facie.  
„ Pro Fratribus, & Sororibus nostris absentibus.  
„ R. Salvos.  
„ Mitte eis Domine auxilium de Sancto, R. Et  
„ de Sion.  
„ Domine exaudi Orationem meam, R. Et cla-  
„ mor meus.  
„ Dominus vobiscum, R. Et cum spiritu tuo.

*Oratio.*

„ Suscipere digneris, Domine Deus Omnipotens,  
„ illos psalmos consecratos, quos nos pec-  
„ catores, & indigni cantavimus, & cantare cupi-  
„ mus in honorem nominis tui propter nos pec-  
„ catores, seu pro cuncta Congregatione, vel pro  
„ cunctis consanguineis nostris, & benefactoribus  
„ nostris, nec non & illis, qui in nos fiduciam  
„ habent. Concede Domine ut isti psalmi nobis  
„ proficiant ad salutem, & ad veram penitentiam  
„ nos perducant. Per &c.

*Oratio pro Congregatione.*

„ Omnipotens sempiternus Deus, qui facis mi-  
„ rabilia magna solus, praevide super famulum  
„ tuum N. & super cunctam Congregationem  
„ in committam spiritum gratiae salutaris, ut &  
„ in veritate tibi complacemus, perpetuum nobis  
„ rorem tuae benedictionis infunde. Per &c.

*Alia.*

„ Familiam hujus sacri Cenobii quaesumus Do-  
„ mine, intercedente beato Laurentio martyre tuo,  
„ perpetuo puberna moderamine, ut adlit nobis,  
„ & in severitate cautela, & inter aspida fortitu-  
„ do. Per &c.

*Alia.*

„ Dominator Domine Deus Omnipotens in vo-  
„ luntate tua universa sunt posita, tu nosti om-  
„ nia ante quam fiant, tu scis quia innumerabi-  
„ les sunt iniquitates nostrae, & quomodo pro a-  
„ liis rogare valemus, qui pro nobis metipsis ido-  
„ nei non sumus? Tamen, clementissime Pater,  
„ secundum multitudinem clementiae tuae susci-  
„ pe preces servorum tuorum, quas in conspectu  
„ maiestatis tuae effundere praesumimus, ut respi-  
„ cias nos, & miserearis nostri. Tu clementissi-  
„ me Pater, qui hanc Congregationem ad glori-  
„ ficandum nomen tuum sanctum in hunc locum  
„ adunare permisisti, da adiutorium tuum san-  
„ ctum de caelis nobis servis tuis, ne patiamur

A „ detrimentum animae nostrae, & ne des hanc  
„ Congregationem in dispersione; sed conserva  
„ eam propter nomen tuum sanctum, & reple  
„ corda nostra fide, spe, caritate, obedientia, &  
„ discretionem, humilitate atque patientia, & fac  
„ Rectorem nostrum, atque Patrem, secundum  
„ cor tuum ambulare, ut faciat voluntatem tuam  
„ ad salutem suam, & nostram, qualiter te Do-  
„ mine semper mereamur habere pastorem, &  
„ in omnibus protectorem; fiatque Domine vo-  
„ luntas tua in omnibus nobis, ut te miseran-  
„ te pervenire mereamur ad gloriam regni tui.  
„ Per &c.

*De Mantino Omnium Sanctorum.*

Interim hoc decernimus, ut quotidie Matu-  
num in honore Omnium Sanctorum, nec non &  
Vesperum Canonici devote canant, simulque &  
mortuorum non praetermittant, nisi Dominicis  
diebus, & praecipuis festis, in quibus novem le-  
ctioes faciunt. Sed tantum pro eorum animae  
absolutione, & salute vivorum duos psalmos can-  
tent cum requiem aeternam „ Kyrie eleyson,  
„ Christe eleyson, Pater noster. Et Cap. Oflen-  
„ de nobis Domine. A porta inferi.

*Oratio.*

„ Actiones nostras, quaesumus Domine, adju-  
„ vando praevieni, & adjuvando protegere, ut  
„ cuncta nostra operatio, & a te semper incipiat,  
„ & per te accepta finiatur, & animae famulo-  
„ rum &c.

*Qualiter Canonici divina opera per diem agant.*

Ut ait Propheta: *Septies in die laudem dabo tibi.*  
Qui septenarius sacratum numerus a nobis sic  
implebitur, si Matutinis, Primae, Tertiae, Sextae,  
Nonae, Vesperae, Completoriaeque tempore nostrae  
servitutis officia persolvamus, quia de his diurnis  
horis dixit septies in die laudem dixi tibi. Nam  
de nocturnis vigiliis idem ipse Propheta ait: me-  
dia nocte surgebam ad confitendum tibi. Ergo  
his temporibus referamus laudes Creatori nostro  
super iudicia iustitiae suae; id est: Matutinis, Pri-  
mae, Tertiae, Sextae, Nonae, Vesperae, Completo-  
rio, & nocte surgamus ad confitendum

*Officium de Laudibus Divinis Diurnis in Libris  
Officiorum.*

Horam Tertiam &c. Est in edit. Cap. XXVI.  
Additur vero hic statim post illud Caput, hoc  
quod modo subdo.

Tertia vero, Sexta, & Nona idem (sic) eo or-  
dine celebretur oratio; id est: *Deus in adiutorium  
meum*; hymni earundem horarum. Antiphonas -  
Psalmos ad Tertiam a *Legem pone mihi Domine*,  
usque ad *Defect in salutari tuo*. sub trina *Glo-  
ria*. Lectio, & versus. Kyrie eleyson, ad Comple-  
tum est. Sexta a *Defect* usque ad *Mirabilia*, ut  
supra. Nona a *Mirabilia* usque ad *Ad Dominum  
cum tribulatione*, ut supra.

*Oratio ad Tertiam.*

„ Domine Jesu Christe qui hora tertia dici ad  
„ crucis poenam pro salute mundi ductus es, te  
„ suppliciter deprecamur, ut nostra deleas pecca-  
„ ta, & de praeteritis, & praesentibus malis tem-  
„ per apud te inveniamus veniam, & de futuris  
„ jugiter sanctum angelum tuum de caelis habeas  
„ mus custodem. Qui vivis & regnas &c.

*Post*



ANNO  
CHRISTI  
1616

## Post Tertiam Psalmi.

Usqueque Deus. Pl. Misere mei Deus, misere mei. Pl. De Profundis clamor, cum Requiem eternam. Kyrie eleylon. Pater noster.

## Capitula.

- „ Salvos fac servos.
- „ Fiat pax in virtute.
- „ A Porta Inferi.
- „ Dominus vobiscum.

## Oratio.

„ Da famulis & famulabus tuis, quesumus Do-  
mine, in tua fide sinceritatis constantiam, ut  
in caritate firmati, nullis tentationibus ab eorum  
integritate vellantur. Et pacem tuam no-  
stris concede temporibus, & animæ famulorum  
famularumque tuarum requiescant in pace. Per  
&c.

## Oratio.

„ Deus veni largitor &c.

## Oratio ad Sextam.

„ Sanctum, & terribile nomen tuum, Domi-  
ne, qui pro nobis magnalia fecisti, sexta au-  
tem hora in crucem sanctam ascendisti, tene-  
bras mundi illuminasti, ita corda, & corpora  
nostra illuminare, & sanctificare digneris.

## Post Sextam Psalmi.

Deus misereatur nobis. Pl. Domine exaudi orationem, & clamor meus. Pl. De Profundis. Kyrie ut supra.

## Oratio.

Domine Jesu Christe, qui dum hora nona in crucis patibulum constituentem latronem infra (sic) mœnia Paradisi transire fecisti; præsta, ut post obitum nostrum nos peccatores portas paradisi facias introire gaudentes. Qui vivis &c.

## Post Nonam Psalmi.

Qui regis Israel. De Profundis. Vocem meam. Requiem, ut supra.

Vespertina autem Synaxis quinque psalmis cum antiphonis terminetur. Post quos psalmos, lectio recitanda est. Inde responsorium Ambrosianum, versus, canticum de Evangelio; Letania, & Oratio Dominica, & fiant missæ.

Completorium autem, trium Psalmorum dictione terminetur, qui psalmi directæ sunt antiphona dicendi sunt. Post quos hymnum ejusdem horæ; lectio una, versus, & Kyrie eleylon. Benedictio, & missæ fiant.

## De Vespertinis horis.

Vespertinum &c. Est Cap. CXXVII. in Aquisgr.

## De Completis.

De Completis &c. Est Cap. CXXVIII. in Aquisgr.

Ut ab omnibus Canonici ad Completorium evaniantur.

Expletis &c. Est Cap. CXXXVI. in edit. sed post illud: Corripitur, ita prosequitur Cod. Ms. Concil. General. Tom. XIV.

A Quando autem Canonici bis in die refecturi, expleto Vespere, omnes pariter pergant ad Refectorium. Collatio autem, & Completis ita peragantur, ut cum luce fiant omnia; nunquam tamen confessio præmittatur ad Completorium. Et dum ad proprium stratum unusquisque venerit, dum se collocaverit, in corde suo dicat hunc psalmum: Domine Deus in adiutorium meum intende, Gloria Patri; & Pater noster. Deinde Oratio.

„ Gratias, & laudes ago tibi, Domine sancte, Pater omnipotens æterne Deus, qui me dignatus es hac die custodire per tuam sanctam misericordiam. Concede mihi hanc noctem mundo corde & corpore sic pertransire, qualiter mane surgens, gratuitum tibi servitium exolvere possim. Per &c.

Tunc dicat: „ Pone Domine custodiam ori meo, & ostium circumstantiæ labiis meis. “ Ut sicut mane surgens postulat labia aperire sua, sic re quiescens roget nocti ori suo custodiam.

Ut horas Canonicas Canonici religioso observent.

Studeant &c. est Cap. CXXXI. in edit. Aquisgr.

Ut erga pueros, qui erudiantur in Congregatione, sanctissima sit adhibenda cura.

Solenter &c. est Cap. CXXXV. in edit.

Qualis vice Prælatorum in Congregatione Canonica fungi debeat.

Oportet &c. est Cap. CXXXVIII. in edit.

De Episcopis possit ( sic )

Quamvis omnes &c. est cap. CXXXIX. in edit.

Qualis Cellarius sit constituendus.

Debet procurare &c. est Cap. CXL. in edit. sequitur deus Caput CXLI. CXLII. CXLIII. CXLIV. tunc succedit novum caput, quod in editis deest.

## De Septimanariis Coquina.

Clerici autem invicem sibi sic serviant, ut nullus excusetur a coquinæ officio, nisi aut ægritudine, aut causa gravis utilitatis quis occupatus fuerit; quia exinde major merces, & caritas acquiritur. Imbecillibus autem procurentur solaria, juxta Congregationis, aut positionem loci. Si major Congregatio fuerit, cellararius excusetur a coquina, vel si quis, ut diximus, majoribus utilitatibus occupatur, ceteri sub caritate sibi invicem serviant. Egressurus de septimana sabbato munditias faciat; linteamina, cum quibus sibi fratres manus, aut pedes terunt, lavet. Pedes vero tam Episcopi qui egreditur, quam ille, qui intraturus est, omnibus lavet. Vasa ministerii sui munda, & sana cellarario consignet. Qui cellararius iterum intranti consignet, ut sciat quid dat, aut quid recipit. Septimanarii autem ante unam refectiois accipiant superstaturam annonam singulis hiberes, & panem, ut hora refectiois sine murmuratione, & gravi labore serviant fratribus suis. In diebus tamen sollempnibus usque ad missas sustineant. Intrantes, & exeuntes hebdomadarii in Oratorio mox Matutinis finitis Dominica omnium rebus provolvantur, postulantes pro se orari. Egredivent autem de septimana dicat hunc versum: Pone Dominus es, Domine Deus, qui adjuvisti me & confisus es.

311  
 ANNO CHRISTI 916.  
*latus es me. Quo dicto tertio accipiat benedictio. A bus suscepistis expressam. Non nescitis cum qua cautela mandatum suscepimus domni imperatoris, nos in diocesi nostra, & episcopi singuli in parochiis suis, id est de regula augenda religionis, & de ministratoriis canonicorum officinis, ut si quibus in locis bene compererent, deinceps cum summa diligentia ornarentur. Nunc autem in proximo est placitum, quo sine dubio sciscitabitur de obtemperacione mandati, dominus mandati. Quapropter scrutemini diligenter in parochia vestra, in vestris aliorumque monasteriis, si prefata regula digne per omnia conservetur, & si officina juxta ipsius decreta construdat, atque innovata, contineantur: ut cum imperiali sollicitudine presentabimur, dejecto procul molimento aliorum, una vobiscum ex omnibus illi a nobis veritas nuntietur. Per triennium enim hac monitio facta est, idcirco nulla potest inveniri occasio. Ideoque quanto cuique fuerit imperfectior, & tanto fragilior. Valete in Domino, & parvitas nostrae nolite oblivisci. Deus pacis & dilectionis sit vobiscum. Amen.*

*De his, qui falluntur ( sic ) in Oratorio.*  
 Si quis dum nuntiat psalmum, responsorium, aut antiphonam, vel lectionem, fallitur, nisi per satisfactionem ibi coram omnibus humiliatus fuerit, majori subeat emendationi. Quippe qui noleat humilitate corrigere quod negligentia deliquit. Insistentes autem pro tali culpa vapulent.

*De modo correptionis.*  
 Quanquam &c. est Cap. CXXXIV. in edit.

*Qualiter debeat esse Prior iuxta excommunicatos.*

Omni sollicitudine curam gerat Prior circa delinquentes clericos, quia non est opus sano medicus, sed male habentibus. Et ideo uti debet omnimodo, ut sapiens medicus immittere quasi occultos consolatores sapientes fratres, qui quasi secrete consolentur fratrem fluctuantem, & provocent eum ad humilitatis satisfactionem, & consolentur eum ne abundantiori tristitia absorbeat. Sed sicut ait idem Apostolus, confirmetur in eo caritas, & oretur pro eo ab omnibus. Magnopere enim debet sollicitudinem gerere Prior, & omni sagacitate & industria curare, ne aliquam de ovibus sibi creditam perditam perdat: Noverit enim se infirmarum curam suscepisse animarum, non super sanas tyrannidem, & metuat Prophetae comminationem, per quem dicit Deus: quod cras sum videbatis, assumebatis; & quod debile erat prostrabatis. Et Pastoris boni pium imitetur exemplum, qui relictis nonaginta novem ovibus in montibus, abiit unam ovem que erraverat querere. Cuius infirmitati in tantum compassus est, ut eam in sacris humeris suis dignaretur imponere, & sic reportare ad gregem.

*De his, qui cum excommunicato se jungunt.*

Si quis Frater presumpserit sine iussione Prioris Fratri excommunicato quolibet modo se jungere, aut loqui cum eo, vel mandatum ei dirigere, similem fortissimum excommunicationis vindictam.

*Epilogus breviter digestus.*  
 Quanquam &c. est Cap. CXLV. in edit.

ADDITIO AD CONCILIUM  
 AQUISGRANENSE.

Anno DCCCXVI. habitum de regula & officinis canonicorum & monialium.

Epistola Hetti Trevirensis archiepiscopi ad  
 Frotarium Tullensem episcopum,

Ut vigilanter observet, an concilii decreta  
 servantur.

*Hetti gratia Dei archiepiscopus, venerabili in Christo, & cum summa reverentia nominando Frotario episcopo Tullensi, saluberrimam in Domino implorat salutem.*

Meminisse volumus sagacitatem vestram monitionis, quam instanti modo sumillimis apici-

bus suscepistis expressam. Non nescitis cum qua cautela mandatum suscepimus domni imperatoris, nos in diocesi nostra, & episcopi singuli in parochiis suis, id est de regula augenda religionis, & de ministratoriis canonicorum officinis, ut si quibus in locis bene compererent, deinceps cum summa diligentia ornarentur. Nunc autem in proximo est placitum, quo sine dubio sciscitabitur de obtemperacione mandati, dominus mandati. Quapropter scrutemini diligenter in parochia vestra, in vestris aliorumque monasteriis, si prefata regula digne per omnia conservetur, & si officina juxta ipsius decreta construdat, atque innovata, contineantur: ut cum imperiali sollicitudine presentabimur, dejecto procul molimento aliorum, una vobiscum ex omnibus illi a nobis veritas nuntietur. Per triennium enim hac monitio facta est, idcirco nulla potest inveniri occasio. Ideoque quanto cuique fuerit imperfectior, & tanto fragilior. Valete in Domino, & parvitas nostrae nolite oblivisci. Deus pacis & dilectionis sit vobiscum. Amen.

EPISTOLA ALTERA

Hetti archiepiscopi Trevirensis ad Frotarium  
 Tullensem episcopum.

Monet, ut qui militiam imperatori debent, sine  
 mora proficisci ad bellum parati sint.

In nomine Domini nostri Jesu Christi.

*Hetti misericordia Dei archiepiscopus dioceseos Trevirensis, necnon legatus Ludovico serenissimi imperatoris, venerabili fratri Frotario Tullensi episcopo aeternam salutem.*

Notum sit tibi quia terribile imperium ad nos pervenit domni imperatoris, ut omnibus notum faciamus, qui in nostra legatione manere videntur, quatenus universi se preparent, qualiter proficisci valeant ad bellum in Italiam: quoniam insidiantem satana Bernardus rex disponit rebellare illi. Propterea tibi mandamus atque precipimus de verbo domni imperatoris, ut solerti sagacitate provideas cum summa festinatione omnibus abbatibus, abbatissis, comitibus, vassillis dominicis, vel cuncto populo parochie tue, quibus convenit militiam regie potestati exhibere, quatenus omnes preparati sint, ut si vespere eis adnuntiatum fuerit, mane; & si mane, vespere absque ulla tarditate proficiscantur in partes Italiae: quia dominus imperator suum iter preparat, ut quanto citius poterit, in partes illas una cum fidelibus suis pergat.

*U = supple-  
 mentum Con-  
 cilii editi  
 Labbe Ap-  
 peud. t. VII.*

I N V E R A M A C S I N C E R A M  
NULLISQUE ADSCITITIIS ACCESSIONIBUS

Interpolatam Chrodogangi Metensis episcopi Regulam Canoniorum,

OBSERVATIO PHILIPPI LABBE.

Ex codice manuscripto vetustissimo a Palatina Heildelbergensi bibliotheca in Vaticanam translato descriptum, misissimumque Romae studio eminentissimi principis Francisci Cardinalis Barberini exemplar habuimus. Illud, Labbe, collatum tibi offerimus, non solum cum apographo nostro apud R. P. Jacobi Strumondi ex codicibus Audegavensi ac Fiffanenfi jamdudum expresso, sed etiam cum extractis a D. Luca Bachario O. B. tomo 1. spicilogit. Ex illa vero diligenti sedulaque collatione didicimus, argumentisque validissimis evincere parati sumus, hanc, quam primi nos publicè luci damus, canonicorum, ut vulgo appellari solent, regularium normam, illam ipsam esse quam Metensibus suis canonicis specialiter Chrodogangus proposuit. Vulgarum autem quæ extat, ab anonymo quopiam, ut esset omnibus per orbem Christianum diffusis canonicis communis, nec ual duntaxat civitati diffusa, primam quidem spoliatam fuisse illa omnibus, quæ ad solos Metenses spectare videbantur, tum deinde adscitis undecumque mutatoque in plerisque prioris ordinis non satis commode assatis præceptionibus regulari canonicorum instituto congruentibus, præsertim ex Aquigranensi Concilio anno 816. celebrato, locupletatam casuo. Neque tu, si utramque opellam conferre volueris, aliud opinor, judicabis.

Et sub hæc. Et dum in Francia esset positus, Chrodogango sanctissimo viro episcopo pallium tribuit, & archiepiscopum ordinavit.

INCIPIT PROLOGUS REGULÆ  
CHRODOGANGI EPISCOPI.

Temporibus piissimi ac serenissimi regis Pippini,  
Chrodogangus servus servorum Dei Metensis  
urbis episcopus.

SI trecentorum decem & octo reliquorumque sanctorum patrum canonum auctoritas perderetur, & clerus atque episcopus secundum eorum reatitudinis normam viverent, superfluum videretur a nobis exiguis minimisque, super hac re tam ordinate disposita aliquid retractari, & quasi quidem novi aliquid dici: sed dum pastorum, subditorumque negligentia & his temporibus nimium crevit, quid aliud agendum nobis est, qui in tam gravi discrimine venimus, nisi ut quantum possumus, si non quantum debemus, ad reatitudinis lineam, Deo inspirante, clerum nostrum reducamus.

Retractare aut dicitur

De Metensi tantum cogitabat

Conquiret

atque reatitudinem provocat

bona & optima que sunt intant

serenissimisque omnino

DE CHRODOGANGO EJUSQUE  
REGULA VETERUM TESTIMONIA.

Sigbertus Gemblacensis de Script. ecclesiasticis  
Cap. LXXVIII.

Chrodogangus Metensis episcopus, Pippini regis ex sorore nepos, nobilitatem generis nobilitatem servore sancta religionis, scripsit regulam, quam specialiter Metensibus ecclesie clericis observandam dedit. *Aliam ergo ab ea qua discussa est, id est, nostram, qua Metensibus civitatibus pluribus in locis apostolice præfati vestigia.*

Paulus diaconus libro de episcopis Metensis ecclesie  
Tomo II. Francicorum.

Jam hinc vir egregius & omnibus præconiis effendus Chrodogangus antistes eligitur, ex pago Hasbaniensi oriundus patre Sigrammo, matre Landrada Francorum ex genere prima nobilitatis progenitus. Hic in palatio majoris Caroli ab ipso amicitus, ejusdemque referendarius excellebat, ac demum Pippini regis temporibus pontificali decoris promeruit. Fuit autem omnino clarissimus, omnique nobilitate coruscus, forma decorus, eloquio sacundissimus, tam patrio quam etiam latino sermone imbutus, servorum Dei nutritor, orphanorum viduarumque non solum alitor, sed & clementissimus tutor. Cumque esset in omnibus locuples a Pippino rege, omnique Francorum curæ singulariter electus Romam directus est; Stephanumque venerabiliter papam, ut eundem vota anhela ad Gallias advocavit. Hic clerum adunavit, & ad instar cenobii intra claustrorum septa conversari fecit, normamque eis instituit, qualiter in ecclesia militare deberent: quibus annonas vitæque subsidia sufficienter largitus est, ut perituri vacare negotiis non indigentes, divinis solummodo officiis excubarent. Ipsumque clerum abundanter legi divina, Romanæque imbutum cantilena, morem atque ordinem Romanæ ecclesie servare præcepit: quod usque ad id tempus in Metensi ecclesia factum minime fuit. *Tum pluribus aliis præceptis qua ad fundatæ ab eo ecclesie spectant, Rex ecclesiam Metensem annis viginti tribus, mensibus quinque, diebus quinque. Obiit pridie Nonas Martias in diebus Pippini regis, requiescit in Gortia monasterio, quod ipse a fundamentis extraxit.*

Anasthasius S. R. E. Bibliothecarius in vita  
Stephani PP. III.

Dum valde a Longobardorum rege civitates & provincie illa Romanorum opprimerentur, subito conjuncti missus Pippini, regis Francorum nomine, Chrodogangus Abbas, per quem nunc in responsis omnem voluntatum se petitionem præditi sanctissimi papa se adimplere.

Exemplum & missi jam facti Pippini regis Francorum conjuncti, id est Chrodogangus episcopus, & Anicetus dicitur, quorum præditi sanctissimi papam, juxta quod petenda missio, ad ipsum in Franciam regem deducunt.

Igitur quamvis indignus adeptam hujus sedis pontificalem cathedram, cunisque officii mei pastoralis curam invigilare cepissem, & in tantam negligentiam, clerum plebemque devenisse conspicerem, ceppi mæstus conqueri, quid agere deberem: sed divino sultus auxilio, fratrumque spiritualium consolatione adjutus volui necessitate compulsus parvum decretulum facere, per quod se clerus ab illicitis coerceat, vitiosa deponat, mala diu looquæ usurpata derelinquat; ut dum mens ab affectis vitis vacuatur, facilius que bona optimaque sunt inferantur.

Scripturis enim sacris nitentes decernimus, ut omnes sint unanimes officii divinis lectionibusque sacris assidui, atque ad obedientiam episcopi sui præpositique, ut ordo canonicus deposcit, parati, caritate connexi, zelo bono serventissimi, amore conjuncti, a litibus vel scandalis seu odio remoti. Pastor eorum quilibet fuerit, non solum de carnalibus, sed etiam de spiritualibus curam gerat, & in utraque parte sagacissimam sollicitudinem, in quo facultas fuerit, habeat: ut & vitia reprimat, & ea radicitus, ut oriri ceperint, ut prævalet, amputare festinet; & quod usibus humanis, juxta formam subter dispositam, necessarium fuerit, eis præbere audeat. Ut cum pastor pastorum judexque vivorum & mortuorum Christus in ultimo tremendoque die in sede majestatis sue disceptaturus cum omnibus gentibus sederit, & omnis clerus eum revelata facie conpexerit; & si non cum summis pastoribus & gregibus sibi commissis pro dispensatis talentis multiplicatisque spiritualibus lucris, audire merebitur: *Enge servos bonos & fideles: vel saltem hoc concedatur, ut delictorum venia ad integrum tribuatur.*

Quia manifestum est, quibus peccatorum venia ad integrum tribuitur, regi introitus non negatur: quia nec infelix potest judicari, cui contigerit qualemcumque partem in paradiso habere. Sed illis ibidem lora datur, qui in quantum possunt per vitæ meritum ad hoc in hujus temporis curriculo, dum licet currere festinant.

Marth. 11

319 Intendamus ergo ad hoc animum quantum possumus; quia non possumus quantum debemus: & vita nostra ad tempus amarefcit in penitentia, ne ultio divina, quam nunc mitis est & expectat, post se viat ad vindictam.

ne vulgus humilitatem habere conveniat, nimis iniquum peiusumque ac detestabile est, ut qui servitio Dei peculiariter se junxerunt, humilitatem derelinquant, & superbia, vel diabolice tyrannidi se fociant. Idcirco necesse est, ut qui suadente diabolo utque nunc superbus atque elatus vultu vixit, inantea, Deo auxiliante, per humilitatem atque caritatem vel obedientiam, seu per reliqua bona Dei precepta, resurgat; quia multo melius est per humilitatem cum Christo in caelestibus regnare, quam cum diabolo per superbiam in inferno cum reliquis contemptoribus demergi.

Christus in humilitate, diabolus in superbia se det. & vultu rigidus

EXPLICIT PROLOGUS.

INCIPIUNT CAPITULA.

- i. De humilitate. In excusis 1.
ii. De ordine congregationis canonicorum. In excusis 2.
iii. Ut in illa claustra omnes in unum dormiant, In exc. 33.
iv. De completorio, vel taciturnitate ....
v. De officiis divinis in noctibus. In exc. 35.
vi. Ut omnes per horas canonicas ad officium divinum B veniant. In exc. 34.
vii. De disciplina psallendi. In exc. 35.
viii. Ut ad capitulum quotidie veniant ....
ix. De opera manuum quotidiana. In exc. 39.
x. De proficiscentibus in itinere. In exc. 37.
xi. De zelo bono, quem debent servi Dei habere. In exc. 39.
xii. Ut non presumat alter alterum cadere, aut excommunicare. In exc. 37.
xiii. Ut in congregatione clericorum non liceat alteri alterum defendere. In exc. 38.
xiv. De confessionibus. In exc. 31.
xv. De gravioribus culpis. In exc. 30.
xvi. De eis, qui sine iustione junguntur excommunicatis .....
xvii. De excommunicatione calparum. In exc. 33.
xviii. De eis, qui in quibusdam levioribus delinquant. In exc. 38.
xix. Qualis debeat esse modus excommunicationis .....
xx. De quadragesima observationibus. In exc. 34-35.
xxi. De mensura ordinandis .....
xxii. De mensura cibi. In exc. 8.
xxiii. De mensura potus. In exc. 8.
xxiv. De septimanariis coquina. In exc. 9.
xxv. De archidiacono, vel primicerio. In exc. 10.
xxvi. De cellarario. In exc. 11.
xxvii. De postario. In exc. 12.
xxviii. De vestibus clericorum, qui se peculiariter ad istum ordinem junxerunt, & non habent unde in infirmitate necessitatibus suis possint implere. In exc. 40.
xxix. De vestimentis clericorum, vel calceamentis, vel ligno. In exc. 41.
xxx. De festivitatibus sanctorum. In exc. 36.
xxxi. De eo, quod qui ad hunc canonicum specialem ordinem hujus congregationis se sociare vult, de rebus quas possidet ad ecclesiam beati Pauli apostoli sollempnem donationem per presentem faciat .....
xxxii. De elemosinis. In exc. 42. & 43.
xxxiii. Diebus dominicis, vel festivitatibus sanctorum qualiter ad capitulum, seu ad missam occurrant .....
xxxiv. De matriculariis ut adlectionem divinam audientiam veniant in statuta ecclesia in domo ....
In excusis desunt cum duo postrema capita, sum est tam ex superioribus nonnulla alia cum quampluribus alitudo ab incerto interpolatore postea adjectis.

Cap. 11. De ordine congregationis Canonicorum.

Ordines suos canonici ita conservent, ut ordinati sunt in gradibus suis secundum legitimum institutionem Romanæ ecclesiæ, in omnibus omnino locis, id est in ecclesia, vel ubicumque insimul se junxerint, & ratio præstat; exceptis his, quos episcopus in altiore gradu constituerit, vel degradaverit certis ex causis; reliqui omnes, ut diximus, ita ut ordinati sunt, ordines suos custodiant. Juniores igitur priores suos honorent: Priores juniores suos in Deum diligant.

Et hoc a quadam et a ex regibus S. Benedicti expressa notavit D. D. clericus

In ipsius autem appellatione nominis nulli liceat alium puro nomine appellare, sed secundum constitutionem sanctæ ecclesiæ sedis apostolicæ vocet eum nomen suum, prius addito & ministerii sui gradu, qualicumque fuerit. Ubicumque autem se obviauerit clericus junior, inclinatus a priore benedictionem petat; & si sedentem invenerit, transeunte majore minor surgat, & det ei locum sedendi, nec præsumat junior confedere, nisi ei præcipiat senior suus; ut fiat quod scriptum est: honorem invicem præventes.

Miores

ipiorum

Clerus junior inclinatus a

Pueri parvi, vel adolescentes in oratorio vel ad mensas cum disciplina ordines suos custodiant, foras autem, ubi & ubi custodiam habeant disciplinam.

Rem. 12

Millas Eccliam que factus

Cap. 111. Ut in illa claustra omnes in uno dormiant.

Ita institutum ut in illa claustra ille clericus canonicus, qui sub ipso ordine, Deo adjuvante, vivere debent, ut omnes in uno dormiant in dormitorio, præter illos quibus episcopus licentiam dederit, secundum quod ei rationabiliter visum fuerit, ut in ipsa claustra per dispositas mansiones dormiant separatim, & per singula lecta singuli dormiant, & in dormitorio similiter separatim dormiant mixti cum senioribus, propter prævidentiam bonam, ut seniores prævideant quod juniores secundum Deum agant. Et in ipsa claustra nulla femina introeat, nec laicus homo, præter tantum si episcopus, aut archidiaconus, vel primicerius jusserint. Ut in refectorio pro refectorii causa veniant, relinquunt arma sua ante refectorium, & statim cum exierint de refectorio ducantur foras claustra: & si necesse fuerit ad opera facienda intrent ibi laici homines; at ubi perfectum habuerint opus suum, cum summa festinatione egrediantur foras: & præter causam necessitatis, si coqui clerici desunt, & opus fuerit, laici coqui ad coquinandum tantum ingrediantur, expleto ministerio suo cum celeritate exeant foras.

Et per illas mansiones ipsi clerici canonici nullum clericum eorum habeant sine præcepto episcopi sui: & si permiserit ut habeant, sic sit conversatio illorum cum humilitate & Dei timore, qualiter nec Deo, nec episcopo displiceant, nec illis,

INCIPIUNT REGULA CHRODOGANGI

MILTENSIS EPISCOPI.

Cap. 1. De humilitate.

Lat. 16. Fol. 4. Proo. 16.

Clamat nobis scriptura divina: Omnis qui se exaltat, humiliabitur; & qui se humiliat, exaltabitur. Et, quantum enim humilior fuerit, tantum te sequitur gloriæ altitudo. Et, quia superbis Deus resistit, humilibus autem dat gratiam. Omnis qui arrogans, immundus est coram Domino: quemcumque enim superbum videns, filium diaboli esse non dubites: & quem humilem perspexeris, Dei filium esse omnino credere debes. De multis enim pauca perstrinximus, ut animos vestros ad amorem humilitatis provocemus & a detestabili inimicaque Deo superbia retrahamus. Nam dum omne genus humanum Christianorum, atque om-

quemcumque detestabilem intumescitque Dei superbiam ab eis retrahimus.

illis, qui sub sua manu ipsam congregationem regunt. Et si aliter fecerint, ille qui presert, aut excommunicet eos, aut corporalem disciplinam accipiant. Et in ipsas mansiones intra ipsa claustra, nec clericus, nec laicus bibere, nec manducare, nec dormire non presumant, nisi ipsi clerici qui in ipsa congregatione sunt, aut illi clerici, qui ibidem in ipso claustris per iussione[m] episcopi sui senioribus suis deserviunt. Et qui de ipso clero solum clericum in ipsa claustra, ut diximus, habuerit, hoc prouideat, ut planetam cum reliquis vestimentis habeat, & diebus dominicis, vel reliquis festiuitatibus in ecclesia Dei vestiti in ordinibus suis stent.

Cap. xv. De completorio, vel taciturnitate.

**U**T ad completorium omnis clerus, qui in ipsa congregatione est, veniat, & omnino omni tempore incipiente nocte primum signum ad completorium sonet: & cum primitus illud signum, qui ad hoc ordinatus fuerit, auditum fecerit, statim ubicumque fuerit ad eorum claustra veniant: & cum iterum ipsum signum audierint, sic omnes in ecclesia sancti Stephani sint. Et tunc in Dei nomine completorium cantent. & postquam completorium cantatum habuerint, postea non bibant, nec manducant usque in crastinum legitima hora; & omnes silentium teneant, & nemo cum altero loquatur usque mane post primam cantatam, nisi si necesse fuerit, & hoc cum suppressione vocis cum grandi cautela, ut de illa alia mansionem, quae iuxta est, sua vox non audiatur; & qui de illis ad completorium non fuerit, postea illam noctem non presumat illa ostia tondere, nec per ullum locum in ipsa claustra ingredi, antequam ad nocturnas veniant. Nec archidiaconus, nec primicerius, nec ille ostiarius ullum commeatum exinde donare possint, ut post completorium aliquis ibi ingrediatur, nisi ad nocturnas; nisi tantum si talis causa euenierit, quod necesse sit, ut hoc ille archidiaconus, vel primicerius, vel qui tunc temporis exinde prouiderit ad illum episcopum possit dicere pro qua causa hoc factum fuisse, & si ita est quod necesse sit, tunc licentiam habeant introeundi & exeundi. Et si contigerit, ut opus sit post completorium aliqua causa in claustra nuntiare, tunc ad illum custodem de sancto Stephano veniat, & illi patefaciat, & ipse hoc in claustris nuntiet. Et si (quod absit) euenierit, ut ullus de ipso clero, qui ante completorium in civitate venerit, aut antea ibidem fuerit; quod si ausus vel presumptuosus, aut negligens tuadente diabolo fuerit, ut in civitate aliqua nocte alicubi maneat, nisi in sua claustra; si una vice hoc fecerit, si pro vitio factum non est, verbis corripitur: & si iteraverit ipse clericus, tunc ipso die sit in pane & aqua: & si tertia vice hoc fecerit, tres dies in pane & aqua sit: & si amplius hoc facere presumpserit, corporali disciplinae subiciatur, sic ut ceteri timeant: & si aliquid tuadente diabolo per hoc retardaverint, ut ante completorium in civitatem non veniat, ut licentiam haberet foras claustra esse, & hoc episcopus, aut archidiaconus, vel primicerius investigare potuerint, ille clericus qui hoc vitium fecerit, aut excommunicetur, aut corporali disciplinae subiacet.

Cap. v. De officiis divinis in noctibus.

**H**emis temporibus, idest a Kalendis Novembris usque in Pascha, juxta considerationem rationis, amplius de media nocte pauletur, &

Hae Me-  
renus ubi  
p. m. a. b. a.  
d. i. u. a.

\* octava ho-  
ra nocte  
surgendum  
est, ut mo-  
dic.

Ajam digesti ad vigiliis surgant. finitis nocturnis dicant versum, Kyrie eleison & orationem dominicam, & faciant intervallum; excepto diebus dominicis & festiuitatibus sanctorum, juxta considerationem episcopi, vel qui sub eo sunt, id est, quadraginta, vel quinquaginta psalmos possit cantare, qui hoc ordinat, aut cum ei vitium fuerit & hora permiserit. Et qui psalterium, vel lectionem aliquid indigent meditationem inseruiant, & meditent in ipso intervallo qui possunt capere, & qui non possunt in ecclesia omnes, aut cantent, aut legant, & non presumat aliquis in ipso intervallo dormire, nisi infirmitate cogente, & hoc per commeatum faciant: & qui aliter fecerit excommunicetur, reliqui omnes ordinem vigiliarum teneant usque ad matutinas diapas. Hora prima omnes in ecclesia sancti Stephani cantent primam.

Cap. vi. Ut omnes horas canonicas ad officium divinum veniant.

**A**D horam divini officii mox ut auditum fuerit signum, relictis omnibus quilibet fuerint in manibus, qui sic propinquo de illa domo sunt ibidem occurrere possint, cum summa festinatione veniant; & si longe ab ipsa ecclesia aliquis fuerit, ita ut ad opus Dei per horas canonicas occurrere non possit, archidiaconus ita esse perpendit, agat opus Dei cum tremore divino ubi tunc fuerit; & prouideat archidiaconus, vel primicerius, vel custos ecclesiae, ut illa signa horis competentibus sonent.

Cap. vii. De disciplina psallendi.

**U**Bique credimus divinam esse praesentiam, & oculos Domini specuari bonos, & malos; maxime tamen hoc sine aliqua dubitatione credimus, cum ad opus divinum adistimus; & ideo semper memores simus quod ait propheta: *Servite Domino in timore, & exultate ei cum tremore.* Et iterum: *Psallite sapienter.* & *In conspectu Angelorum psallam tibi.* Nam si, cum hominibus potentibus volumus aliqua suggerere, non presumimus nisi cum humilitate & reverentia; quanto magis Domino Deo univerforum cum omni humilitate & puritatis devotione supplicandum est illud in timore curavimus, secundum quod Romana ecclesia tenet, & nostra synodus iudicavit, ut clerus noster in ecclesia, quando ad opus divinum adistit, nisi infirmitate cogente, baculos in ecclesia manibus non teneant.

Cap. viii. Ut ad capitulum quotidie veniant.

**N**Ecesse est, ut quotidie omnis clerus canonicus ad capitulum veniant, & ibidem Dei verba audiant, & istam institutiunculam nostram, quam propter istorum utilitatem ad eorum animas salvandas, Deo auxiliante, fecimus, unoquoque die aliquod capitulum exinde relegant; praeter tantum die dominico, & feria quarta, & sexta: tractatus & alias homilias, vel quod significet audientes ad capitulum legant. Ideo autem quotidie ad capitulum omnes venire constituimus, ut & anima verbum Dei audiat, & quod episcopus, vel archidiaconus, vel quilibet tunc praesens videtur, ibidem, quod jubere habet, jubcat, & quod corrigere, corrigat; vel quod faciendum sit, ordinare studeat. Ipsi autem clerici cum de prima cantata ad mansiones vadunt, statim sibi parare festinent, ut quando signum audierint ad capitulum parati cum celeritate veniant; & omnis

\* Exultate  
sancti  
in conspectu  
Dei.  
Deinde  
psalterium  
autem te-  
cundum  
quod v. l.  
tibi p.  
psalterium  
vel lectio-  
num  
meditationem  
inter  
tunc  
quam in-  
ter  
Hae ex-  
punit inter  
potior alia  
addit.  
Cap. xpa.  
Concilli A  
quilt. hae  
pauc. dum  
tant. occur-  
runt verba  
ad ecclesiam  
convenit.

\* diligens

\* sal. a.  
\* sal. a.  
\* sal. a.  
\* boni h.  
vel potius  
bus.

\* Expulsi  
sunt ad sa-  
terpore  
sua sequen-  
tu. cum in-  
to. ter. capi-  
te. pro. me  
consequenti

ele

319 clerus, qui foris claustra esse videret, & in ipsa civitate consistunt, omnibus diebus dominicis ad capitulum veniant parati cum plaetis, vel vestimentis officialibus, sicut habet ordo Romanus. Et in ipsis diebus dominicis, vel festiuitatibus sanctorum preclatis omnis ipse clerus, ut diximus, qui foras claustra est, ad nocturnas, & ad matutinas veniant, & ipsis diebus, stationibus suis parati custodiant, ut unusquisque in officio suo stet, donec missa peragitur; & si aliter fecerint, ab archidiacono, vel primicerio excommunicentur, aut etiam si necesse fuerit corporali disciplinae subjaceant. Et in ipsis diebus dominicis, ut diximus, & festiuitatibus sanctorum preclatis, omnes in refectorio cum alio clero reficiantur ad mentas, quae eis ordinatae fuerint.

Cap. IX. De opera manuum quotidiana.

\* opere quod dicitur  
\* iustitiae de  
que vult  
omnia inter  
polare

Ociositas inimica est animae, propter ea discernimus, ut ad iustionem episcopi, vel archidiaconi, seu primicerii, vel qui ab ipsis ordinantur, clerus de capitulo ad opera, ubi eis iungitur, exeant, & cum bono animo absque murmuratione obedientiam suam explant; & quando communem operam non est necesse facere, postea unusquisque quod opus habet faciat.

Cap. X. De proficentibus in itinere.

Quicumque ex clero in itinere cum episcopo, vel alicubi proficuntur, ordinem suum, in quantum iter vel ratio permiserit, non negligant. Et non eos debent praeterire horae constitutae, tam de officis divinis, quam aliunde.

Cap. XI. De zelo bono, quem debent serui Dei habere.

ad rem

Sicut est zelus amaritudinis malus, qui separat a Deo, & ducit ad infernum, ita est zelus bonus, qui separat a vitio, & ducit ad Dominum & vitam aeternam. Hunc ergo zelum seruentissimo amore exerceant serui Dei, id est, ut honore te invicem praerentiant, & infirmitates suas sive corporum, sive morum patientissime tolerent; & si qua vitia reprimenda sunt, vel castigatio adhibenda, cum his quibus hoc commissum est videre in bonitate consentiant, & adjutores Dei, ut ait apostolus, exsultant: qualiter vitia, si orta fuerint, possint destruere, ad meliorem statum unumquemque provocare: quia scriptum est: Qui diligit Dominum odit malum: Nam qui diligit iniquitatem, odit animam suam, Nam ille animam suam bene diligit, qui se custodit, & alios ad exemplum bonae conversationis & verbis & operibus trahit.

\* opera fuerit  
\* Hinc sup-  
plenda edicio  
vulgata

fol. 91

\* mendose in  
edidit adit.

Cap. XII. Ut non presumat alter alterum cadere, aut excommunicare.

\* Forte, or  
inter. H.

\* faceret  
\* ad iudicium

Vetetur in hoc canonico ordine omnis praesumptionis occasio; iubemus atque institui- mus, ut nulli liceat quemquam parem suum excommunicare aut cadere: quamvis aliquis sua praesumptione ipsum ad hoc irritet, aut in verbis, aut in factis, non est suum adjudicare, sed ad priorem veniat: ille secundum ordinem ipsam causam definiat; & qui hoc facere praesumpserit, ab episcopo, vel ab eo qui sub ipso est, iudicetur.

Cap. XIII. Ut in congregatione clericorum non liceat alteri alterum defendere.

Minimodis cavendum est, ut pro nulla occasione praesumat alter alium defendere, nec quasi parentela obtentu, aut aliqua amicitia, aut familiaritate; id a canonicis praesumatur: quia gravis occasio scandalorum in congregatione ex hac causa oriri solet. Quod si quis hac transgressus fuerit, acrius coerceatur, ut ceteri timorem habeant.

Cap. XIV. De confessionibus.

Horatur nos scriptura dicens; Revela Domino viam tuam & spera in eum. Et iterum dicit: Confitemini Domino, quoniam bonus, quoniam in saeculum misericordia eius. E iterum propheta ait: delictum meum cognatum tibi feci, & iniquitatem meam non abscondi. Et iterum dixi, pronuntiabo adversum me iniquitatem meam Domino; & tu remisisti impietatem peccati mei: Et item: Confitemini alterutrum peccata vestra, ut desistant. Et alibi: qui abscondit scelera sua, non dirigetur: qui autem ea confessus fuerit, salvabit animam suam a morte. Et Dominus in evangelio dicit; Agite penitentiam, adpropinquat enim regnum caelorum. Ergo necesse est, ut dum modo suadente diabolo multa contra voluntatem Dei, vel contra Dei praecipium commisimus, ut per veram confessionem, & veram emendationem, sicut scriptura docet, emendare debeamus. Sancti Patres, qui perfecti fuerunt, ita constituerunt, ut de praesente, cum aliqua cogitatio mala in corde servorum Dei, suadente diabolo, evenerit, statim per humilem confessionem suo priori confiteri deberent.

\* canonice  
lum

Psal. 11.

Et iterum di-

Psal. 101

Psal. 31

Idem.

Jer. 1

Prov. 10

Et Dominus in evangelio dicit;

Agite peniten-

Matth. 1

Ergo necesse est,

ut per veram confessionem,

sicut scriptura docet,

emendare debeamus.

Sancti Patres,

qui perfecti fuerunt,

ita constituerunt,

ut de praesente,

cum aliqua cogitatio mala in corde servorum Dei,

suadente diabolo,

evenerit, statim per humilem confessionem suo priori confiteri deberent.

Nos modo desidioli & fragiles, quamvis per totum eorum vestigia non sequamur, necesse est ut vel ex aliqua parte, juxta quod Deus possibilitatem nobis dederit, eorum vestigia imitemur; ut per veram confessionem, regnum Dei habere mereamur. Ita coarctavimus, ut in anno, vel binas vices clerus noster confessiones suas ad suum episcopum pure faciat; eis temporibus, una vice in initio quadragesimae ante pascha, illa alia vice a medio mense Augusto usque Kalend. Novembris; inter his diebus cum episcopus licentiam habuerit, & cui necesse fuerit, alio tempore suam confessionem ad episcopum, vel ad alium sacerdotem cui episcopus decreverit facere, quancumque voluerit & opus habet, faciat. Et cui peccata non impediunt de clero omnibus diebus dominicis & festiuitatibus preclatis debent corpus & sanguinem Domini nostri Jesu Christi accipere: quia Dominus in evangelio dicit; qui manducavit carnem meam & bibit sanguinem meum, in me manet & ego in eo: Nam si indigne quis sacrosancta mysteria sumperit, hic iudicium sibi manducavit & bibit. Et si ullus de clero, quod absit, Equando suam confessionem suo episcopo facit; ut sic repletus sit spiritu diabolico quod ausus sit de suis peccatis aliqua suum episcopum celare: & vadit quasi per alios sacerdotes suas confessiones donando, & vult suum episcopum abscondere scelera sua; quia timet ut removeat eum episcopus de gradu: & si adhuc in gradu non est, non accedat ad gradum, vel ad corpus Domini promoveat eum, aut illa vitia debeat persequi. Si episcopus hoc per quodlibet ingenium investigare potuerit, & adprobatum ei fuerit, corporalem disciplinam, vel carcerem patiat, vel aliud quod episcopo visum fuerit, juxta modum culpae, ut ceteri metum habeant, & in tale scelus non cadant:

\* humilia-  
tem

\* deinceps

\* cito episco-  
po vel priori

\* Quo te-  
quantur in  
editis deside-  
ratur.

\* hoc dies

Joan. 4

1. Cor.

\* In corpore  
Domini re-  
moveat cum

\* Hinc apo  
ph. 1. 1. 1.  
1. 1. 1. 1.  
1. 1. 1. 1.  
1. 1. 1. 1.  
1. 1. 1. 1.  
1. 1. 1. 1.

dant: quia, \* Nimis improbus est, qui ante Dei A  
oculos peccat, & homini confiteri erubescit, ubi  
Deo miserante de ipso peccato debet accipere con-  
siliu sanitatis.

Cap. xv. De gravioribus culpis.

\* graviores  
culpe

SI quis clericus de ordine canonico \* graviores  
culpas commiserit; id est homicidium, forni-  
cationem, adulterium, furtum, vel his simile unum  
ex principalibus vitiis commiserit, corporali casti-  
gationi primitus subiaceat: deinde quanto tempo-  
re vult episcopus, vel qui sub eo sunt, carcerem  
vel exilium patiatu: sciens illam terribilem sen-  
tentiam apostoli dicentis; Tradere huiusmodi homi-  
nem in interitum carnis; ut spiritus salvus sit in  
die Domini. Et dum in ipso carcere est, nullus  
ex clero in nullo ei jungatur consortio, neque in  
colloquio, nisi cui Prior iusserit: solus persistens  
in \* penitentiae luctu quandiu priori visum est.

\* Egressus  
de carcere  
si episcopo  
& a \* missa  
& omnibus  
canonicis horis  
veniat  
ante ostium  
ecclesiae, ubi  
prior iusserit  
jacens pro-  
stratus omni  
corpore ante  
iptum \* limen  
ecclesiae, usque  
dum ingrediuntur  
omnes, & postea  
erigat se, stet  
foras ecclesiam  
ante ipsum ostium,  
impleat ibi  
officium suum  
in quantum potest.  
Egredientibus  
de ecclesia  
similiter pro-  
stratus jacet,  
usque dum  
omnes egrediuntur  
foras: & ja-  
cens, vel stans  
ante iptum limen  
cum nullo ho-  
mine loquatur.

Egressus de carcere, si episcopo, vel qui sub  
eo sunt, visum fuerit, agat adhuc publicam pen-  
itentiam; id est, suspendatur ab oratorio simul  
& a \* missa, & omnibus canonicis horis veniat  
ante ostium ecclesiae, ubi prior iusserit jacens pro-  
stratus omni corpore ante iptum \* limen eccle-  
siae, usque dum ingrediuntur omnes, & postea  
erigat se, stet foras ecclesiam ante ipsum ostium,  
impleat ibi officium suum in quantum potest.  
Egredientibus de ecclesia similiter prostratus ja-  
ceat, usque dum omnes egrediuntur foras: & ja-  
cens, vel stans ante iptum limen cum nullo ho-  
mine loquatur.

De abstinentia vero, quandiu vel qualiter epi-  
scopo vitium fuerit, vel qui sub eo sunt, men-  
tura, vel hora, qua ei viderit competere: neque a  
quoquam benedicatur, usque dum reconcilietur. \*  
Qui dum vocatus venerit ad reconciliandum ante  
episcopum vel clerum cum omni humilitate pro-  
stratus omni corpore in terra perat ab omnibus  
veniam; & episcopus secundum ordinem canoni-  
cum eum reconciliet.

\* Sequentia  
cum cap. 16.  
omittit inter-  
pollatur

Cap. xvi. De his, qui sine iussione junguntur  
excommunicatis.

\* Hinc de  
1. 1. 1. 1.

SI quis frater \* aliquid presumpserit sine iussio-  
ne episcopi, vel qui sub eo sunt, clerico ex-  
communicato quolibet modo se jungere, aut lo-  
qui cum eo, aut mandatum ei dirigere, aut li-  
teras, subiiciatur excommunicationis vindictae.

Cap. xvii. De excommunicatione corporum.

In edictis ad  
antiar. Bi-  
lingua, for-  
matur, 1. 1.  
P. 1. 1. 1. 1.  
episcopos

SI quis clericus contumax, aut inobediens, aut  
luperbus, aut ebriolus, aut detractor, aut con-  
tradictor, aut rebellis, aut contentiosus, aut  
murmurans, aut indictum jejunium transgressus  
fuerit, aut ad crucem stare iussus contempserit,  
aut increpatus veniam non petierit, aut in aliquo  
contrario consistens huic parvulae institutioni  
& preceptis episcopi, vel qui sub eo sunt, con-  
temptr repertus fuerit, hic secundum Domini  
nostrum preceptum admonetur semel & \* secundo  
secreto a senioribus suis: si non emendaverit, ob-  
iurgetur publice coram omnibus: si vero neque  
sic se correxerit, si intelligit qualis poena sit, ex-  
communicatione subiaceat: sin autem improbus  
est, aut minus intelligens, vel incorrigibilis, vin-  
dictae corporali subdatur.

\* Bis & ter

Cap. xviii. De his, qui in quibusdam  
levioribus delinquant.

SI quis in clero ad opus Dei, vel ad mensam  
tarde occurrerit, aut pro aliqua causa senior  
suis psalmodiam vel missas cantare ordinaverit,  
& hoc minime impleverit, & si frequenter quid-  
piam aut perdidit, vel aliud quid excederit: &  
non veniens continuo ante episcopum, aut qui  
sub ipso sunt, ipse ultro satisfecerit, & \* produ-  
derit delictum suum, dum per alium cognitum  
fuerit, majori subiaceat emendationi, secundum  
modum culpae, sicut episcopo, vel qui sub eo  
sunt, visum fuerit: Nam si ipse sponte confessus  
fuerit, leviori subiaceat emendationi, ut diximus,  
secundum modum culpae.

Cap. xix. Qualis debeat esse modus  
excommunicationis.

SECUNDUM modum culpae excommunicationis  
vel disciplinae debet extendi mensura: qui  
culparum modus in episcopi pendet iudicio, vel  
qui sub eo sunt. Neque enim ii qui in gravibus  
peccatis incedunt, vel hi qui in levibus quibus-  
dam delinquant, aequaliter iudicandi sunt; sed  
secundum morbum adhibenda est medicina:  
quia, nec pius medicus sanat vulnera, nec qui  
accipere spirituale medicamentum tenent, san-  
tatem spiritualis medicamenti consequi possunt.

Cap. xx. De quadragesima observationibus.

LIcet omni tempore vita Christianorum sim-  
plex debet esse & sobria; maxime tamen re-  
ligiosis mentibus convenit, ut his diebus conti-  
nentius vivant, & sedula servitate Deo adhaerere  
contendant. Ideoque decernimus, in illis quadra-  
gesima diebus ante pascha cum omni puritate men-  
tis & corporis noster clerus, Deo \* iubente, in  
quantum potuerit se custodiat. De cibi autem &  
potus perceptione, in quantum Deus auxilium de-  
derit, parcitatem habeant; id est, ut quotidie,  
exceptis dominicis diebus a capite quadragesimae  
Dique ad sanctum pascha post dictam vespertam in  
relectione semper reficiant; & ab illis cibis se  
abstineant, vel potu, sicut episcopus cum ratione  
constituerit. Et alibi, neque in ipsa civitate,  
neque in monasteriis, vel quibuslibet locis vel  
domibus propius his quadragesima diebus reficiant:  
nisi forte, si \* longe fuerit, ut hora competente  
ad cibum suum accipiendum cum fratribus adesse  
non potuerit; tunc propter illam necessitatem li-  
centiam habeat talem cibum sumere, sicut reli-  
quus clerus; & hoc provideat ut horas competen-  
tes non antecedit.

Lectio vero fratres in hac quadragesima \* a  
prima dicta usque ad tertiam plenam vacent; &  
foras claustra, nisi tantum per illas ecclesias que  
infra domum sunt, non egrediantur: nisi si ne-  
cesse fuerit, & episcopus, aut qui sub ipso est,  
iudicaverit, ut fiat quod sciendum est. Et post  
tertiam tunc temporis capitulum habeant.

A pascha autem usque ad Pentecosten bis in  
die reficiant, & carnem manducandi licentiam ha-  
beant, nisi poenitentes, praeter tantum \* sexta  
feria. A Pentecoste vero usque ad natiuitatem  
sancti Joannis Baptistae similiter bis in die refi-  
ciant, & a carne abstineant usque ad ipsam mis-  
sam. A natiuitate vero sancti Joannis usque ad  
transitum sancti Martini, ita sicut antea bis in  
die reficiant, quarta, & sexta feria a carne ab-  
stineant. Ab ipso vero transitu sancti Martini ut-  
que

\* Bis & ter

323  
que ad natalem Domini a carne omnes abstineant. A  
& usque ad nonam jejunent omnibus his diebus,  
& in refectorio reficiant. Post natalem Domini  
usque in caput quadragesimæ, secunda, & quarta,  
sextaque feria in refectorio ad nonam reficiant,  
reliquis his diebus duabus vicibus in eodem refec-  
torio reficiant. A carne vero quarta & sexta fe-  
ria his temporibus abstineant. Et si dies festus in  
his duabus feriis talis venerit, si permiserit prior,  
carnem manducent.

\* Proferunt  
interpositi,  
a qua videtur  
auctore  
sore Chrodo-  
sano post  
addita, quæ  
speciatim  
regulam, et  
alia omnia  
desse præ-  
cipue arguunt.

Pro infirmitate vero cleri nostri consideravi-  
mus, ut si in quarta vel sexta feria, seu in reli-  
quis aliis temporibus, quales constituimus ut a  
carne abstineant, necesse est, licentiam habeat  
episcopus, aut qui sub ipso sunt, pro eorum in-  
firmitatibus, vel necessitatibus, aut festiuitatibus  
considerationem mittere, sicut ille præviderit quod  
bene sit.

Mihi autem Anghilramno archiepiscopo, atque  
cappellano excellentissimi regis Caroli addi placuit,  
quia dum nos & clerus noster a pentecoste  
usque ad octavas ipsius pascha secundum, vel ad-  
uentum Spiritus sancti devota mente celebrare vi-  
demur, ut his sacratissimis octo diebus clerus san-  
cti Stephani protomartyris, vel noster, licentiam  
habeat carnem edendi; exceptis illis, qui pro  
compendio animarum suarum & penitentia indi-  
cta se abstinere voluerint.

Cap. XXI. De mensis ordinandis.

Totum hoc  
caput in ed-  
ita desit.

Prima mensa episcopi cum hospitibus & cum  
peregrinis sit, & ibidem archidiaconus, vel  
quibus episcopus iusserit, sedeant. Secunda men-  
sa cum presbyteris. Tertia cum diaconibus. Quar-  
ta cum subdiaconibus. Quinta cum reliquis gra-  
dibus. Sexta cum abbatibus, vel quos iusserit  
prior. In septima reficiant clerici canonici, qui  
extra claustra in civitate commanent, in diebus  
dominicis, vel festiuitatibus præclaris. Cum autem  
hora reficiendi venerit, & signum ad refectorium  
sonuerit, tunc fratres cum festinatione illuc ad-  
veniant, & simul in refectorium introeant, si-  
mulque orent, & versum dicant; & cum episco-  
pus, vel alius sacerdos benedictionem super men-  
sas traxerit, omnes, Amen, respondeant: & ut  
dispositus ordo est, unusquisque ad suam mensam  
accedat.

Clerus vero in refectorio omnino silentium te-  
neat interim quod exinde foras egrediuntur; qua-  
liter illam lectionem divinam possit audire & in  
corde meditari. Quia sic est necesse, ut quando  
cibum corporalem recipit, & tunc anima cibo spi-  
rituali reficiatur. Et lector, & cellerarius, & por-  
tarius, vel septimanarius, vel qui ministrant quan-  
do episcopus cum clero in refectorio reficit, an-  
tequam fratres in refectorium veniant, mixtum  
de pane & potu accipiant, ut grave eis non sit  
jejunium substinere interim quod clerus reficit.  
Nam lector legat, usque dum iusserit prior, ut  
expleat lectionem.

Illud omnino cavendum est, ut neque sacer-  
dotes, neque diaconi, neque subdiaconi, vel qui-  
libet de clero cibum, nec aliud quod ad mandu-  
candum vel bibendum pertinet, sine iussione epi-  
scopi de refectorio portet.

Et hoc cavendum est, ut ante legitimam ho-  
ram, nisi illi qui hoc providere debent, neque  
ad manducandum, neque ad bibendum in refe-  
ctorium intrare non debent sine iussione episco-  
pi, aut qui tunc tempore præest: neque cellera-  
rium contra rationem inquietare; sed horis com-  
petentibus petant quæ petenda sunt, & dentur  
quæ data sunt.

In ipso autem refectorio, neque laicus, neque  
clericus, nisi qui in ipsa congregatione sunt, man-  
ducent, aut bibant, sine iussione episcopi, aut qui  
sub eo sunt. Et in claustro ubi clerus ad capitu-  
lum venit, vel in refectorio nullus de clericis  
servitoribus, qui suo seniori ibi subiecti sunt, in-  
grediatur, nisi si necesse fuerit, aut episcopus,  
vel qui sub eo sunt, iusserit.

Cap. XXII. De mensura cibi.

Quando clerus noster bis in die reficit per  
tempora constituta, sicut superius scriptum  
est, panem quod sufficit, accipiat. Pulmentum  
vero ad sextam. Carnem inter duos ministratio-  
nem unam, & cibaria una accipiant: & si ciba-  
ria non habent, tunc duas ministraciones de car-  
ne, aut de lardo habeant. Ad cœnam autem,  
aut unam ministracionem de carne inter duos,  
aut una cibaria habeant.

\* una aut  
bina vice &  
quodam alia  
solerit in-  
terpolator.

Illo tempore quando quadragesimalem vitam de-  
bent ducere, tunc ad sextam inter duos fratres  
portionem de formatico, & cibaria accipiant, &  
si pisces habuerint, aut legumen, vel aliud quid,  
addatur & tertium. Et ad cœnam inter duos ciba-  
ria una, aut portionem de formatico accipiant;  
& si Deus amplius dederit, cum gratiarum actio-  
ne percipiant. Quando autem in die una refectio  
fuerit, tunc cibaria una inter duos, & portionem  
de formatico, & ministracionem unam de legu-  
mine, aut aliud pulmentum accipiant: & si con-  
tingerit, quod illo anno glandis, vel fagina non  
est, & non habent unde liceat mensuram de carne  
implere postea, prævideat episcopus juxta quam  
Deus possibilitatem dederit, aut de quadragesima-  
li, aut aliunde, unde consolationem habeant.

\* alimento  
aut alio

Cap. XXIII. De mensura potus.

Quando bis in die edendum fuerit, presbyteri  
ad sextam tres calices accipiant, ad cœnam  
duos; diaconi, qui in gradu sunt ad sextam tres,  
ad cœnam duos; subdiaconi ad sextam duos, ad  
cœnam duos; reliqui gradus ad sextam duos, ad  
cœnam unum. Quando autem in die una refectio  
fuerit; sicut antea in hora sexta, quando bis  
manducabant, tantos calices accipiant; & quod  
ad cœnam accipiebant de potu, hoc cellerario re-  
maneat: & omnino caveant ebrietatem.

Alia omnia  
in vulgatis  
occurrunt  
cap. 8.

Si vero contigerit, quod vinum minus fuerit,  
& istam mensuram episcopus implere non potest,  
juxta quod prævalet impleat; illi autem fratres  
non murmurent, sed Deo gratias agant, & æqua-  
nimitè tolerant. Nam si esse potest, ut tantum  
habeant, tunc pro nullo modo non remaneat.  
Et illis, qui se a vino abstinent, prævideat episco-  
pus, vel qui sub eo est, ut tantum habeant de  
cervisia, quantum de vino habere debuerant: Et  
si episcopus voluerit ad superscriptam mensuram  
aliquid potus addere, in eius potestate consistat,  
& de cervisia eis consolationem faciat. Nam quan-  
do aliqua refectio causis exigentibus venerit, non  
amplius consentimus ad unam refectionem, quam  
ut superscriptam mensuram tres calices accipiant,  
& hoc superfluum nobis videtur; quia vinum apo-  
statum facit etiam sapientes; quia ubi ebrietas est,  
ibi flagitium atque peccatum est. Et hoc admo-  
nemus, ut clerus noster sobriam omnino ducat  
vitam; & quia persuadere non possumus ut vi-  
num non bibant, vel hoc consentiamus, ut sal-  
tem in illis ebrietas non dominetur: quia omnes  
ebriosos apostolus a regno Dei extraneos esse de-  
nuntiat, nisi per dignam penitentiam emendave-  
rint.

\* accipiebant

Eccl. 19.  
\* Habeant  
cononici  
hortos ole-  
rum, unde  
cum ceteris  
additamen-  
tis aliquid  
pulmentum  
quotidie sibi  
victum mi-  
nistrent.  
vulg. ex com-  
p. d. q. 1. 1. 1.  
cap.



Cap. XXIV. De septimanariis coquina.

Clerici canonici sic sibi invicem serviant, ut nullus excusetur a coquina officio, nisi...

Archidiaconus vero, & Primicerius, vel cellerarius, seu illi tres custodes ecclesiarum, unus de sancto Stephano, alius de sancto Petro, tertius de sancta Maria, qui in majoribus utilitatibus occupati sunt, isti excusentur a coquina; ceteri autem sibi sub caritate invicem serviant.

Egressurus de septimana sabbato munditias faciat; vasa ministerii sui, que ad ministrandum accepit sana & munda cellerario reconsignet; & si aliqui ex illis minuatum fuerit, ad capitulum die sabbati veniam petat, & vasa, vel quod minus, in loco restituat, & juxta quam episcopus, vel qui sub ipso est, judicaverit, penitentiam agat.

Cap. XXV. De Archidiacono, vel Primicerio.

Portet eos esse prudentes sicut serpentes, & simplices sicut columbas: id est, ut sint sapientes in bonum, & simplices in malum; & docti evangelia & sanctorum Patrum instituta canonum, ut possint docere clerum in lege divina, & hujus parva institutionis. Et sic se conforment clero, ut non tantum verbis capacibus; sed etiam exemplo, simplicioribus divina precepta demonstrent: qui apostoli debent semper servare formam in qua dicit: Argue, obsecra, increpa, id est miscens temporibus tempora, terroribus blandimenta; id est indisciplinatos, & inquietos debet durius arguere: obediens autem & mites & patientes, ut in melius proficiant obsecrare: negligentes & contemnentis & superbos ut increpent & corripiant, neque dissimulent peccata delinquentium, sed mox ut coeperint oriri, radicitus ut prevalent amputent, memores periculi Heli sacerdotis de Silo, & honestiores quidem, atque intelligibiles prima & secunda admonitione verbis corripiant; improbos autem ac duros corde ac superbos vel inobedientes verbere & corporis castigatione in ipso initio peccati coercerant, scientes scriptum: Status verberis non corrigitur; & iterum: Percute filium tuum virga, & liberabis animam ejus a morte.

Et quidquid per se juste & rationabiliter secundum canonicam institutionem, vel hujus parva institutionis non potuerint definire, omnino episcopo patefaciant; & ipse secundum Dei voluntatem, quod castigandum est, castiget, & quod corrigendum est, corrigat. Qui archidiaconus, vel primicerius in omnibus omnino actibus vel operibus suis sint Deo & episcopo fideles & obediens, & non sint superbi, neque rebelles, vel contemptores; sed casti & sobrii, patientes, benigni, atque misericordes, & semper supereminet misericordiam judicium, ut ipsi idem consequantur. Diligant clerum, oderint vitia, in ipsa autem correptione prudenter agant, & ne quid nimis, ne dum cupiunt eradere aruginem frangatur vas; Meminerit calamanum quassatum non conservandum. In quibus non dicimus, ut permittant outrire vitia, sed prudenter & cum caritate ea amputare festinent. Caveant, ne dum aliis predicaverint, ipsi reprobi efficiantur: intendentes illud dominicum Concil. General. Tom. XIV.

Apræceptum; & qui in oculo fratris tui fallaciam videris, in tuo trabem non videris: Ejice primum trabem de oculo tuo, & tunc perspice, ut educas fistulam de oculo fratris tui.

Qui archidiaconus, vel primicerius si reperti fuerint, quod obit, superbi, aut elati, aut contraditores, vel contemptores canonicæ & hujus parva institutionis, si secundum dominicum preceptum admonentur scirel & iterum: si non emendaverint, ab episcopo secundum modum culpe judicentur. Quod si neque sic correxerint, de ordinibus suis ejiciantur, & alii qui digni sunt & voluntatem Dei vel episcopi sui secundum divinum preceptum impleverint, in locis illorum subrogentur.

Cap. XXVI. De cellerario.

Cellerarius vero debet esse timeas Deum, sobrius, non vinolentus, non contentiosus, non iracundus, sed modestus, moribus castus & fidelis, & quidquid acceperit sub cura sua ad opus clericorum fideliter custodiat, & sine justione episcopi sui, aut qui sub ipso est, nihil faciat: & non sit prodigus nec extirpator substantiam clericorum, quia si fuerit, sine dubio in die judicii redditurus erit Deo rationem: Nam, si bene ministraverit, gradum bonum sibi adquiret.

Cap. XXVII. De portario.

Portarius unus cum suo juniore annum, aut amplius, si episcopo placuerit, portas, claustra, vel ostia custodiat. Qui portarius sit sobrius, patiens, qui sciat accipere responsum & reddere, & fideliter custodiat portas, sive ostia claustra, & contra hunc tenorem facere non permittat; quod si fecerit, excommunicetur. Claves vero portarum ad completorium archidiacono reddat: & si archidiaconus alicubi est, qui sub ipso est, ipsas claves recipiat.

Custodes vero ecclesiarum qui ibi dormiunt, vel in mansiones juxta postas, teneant silentium, sicut ceteri clerici; in quantum possunt: & post completorium non manducant nec bibant, & non permittant ingredi eos, qui foras claustra post completorium remanserint: nec qui intra claustra sunt egredi per ostia sibi commissa. Quod si fecerint, ab episcopo, vel qui sub eo sunt judicentur.

Cap. XXVIII. De infirmis clericis canonicis, qui peculiariter ad istum ordinem se junxerint, & non habent unde in infirmitate necessitatibus suis possint implere.

Si aliquis ex clero infirmatur, qui ad hunc ordinem se peculiariter junxerint, & non habuerint unde in infirmitate necessitatibus suis possint implere; post episcopum habet de illis maximam curam archidiaconus & primicerius, & caveant ne negligantur infirmi, sed sicut revera Christo, ita eis serviantur. Quia ipse dixit: Infirmus fui, & visitastis me; &, quamdiu fecistis mihi in minimum istis, mihi fecistis. Ergo omnia necessaria quidquid ipsis infirmis expedierit & opus fuerit, eis omnino & oblique ulla retardatione adimpleri curentur; quia in ipsis respicit quidquid ipsi minus habuerint aut neglecti fuerint. Et sine dubio in diem tremendum judicii, quando sederit rex vivorum & mortuorum in sede majestatis sue de omnibus his rationem erunt reddituri, qualiter eis ministraverunt. Et si ipse archidiaconus vel primicerius ad plenum non habeant unde possint procurare necessitatibus eorum, hoc omnino episcopo innotescant,



Leg. de 119  
ad rem H.

beant, ut omnia sint communia, & propter obitum eorum ad ecclesiam, vel ad canonicum ordinem, cui ante data fuerant, revertantur. Similiter indicantes ut illi clerici, qui de facultatibus suis sufficientiam habent, de ipsis rebus propriis vivere debeant, si tamen infirmi fuerint, ut in omnibus ad integrum ecclesiam Dei, cui deseruiunt, dare noluerint & sic ipsius ecclesiam in amore Christi gratuita servitute, sedulaque modulatione impendant; & sciant se pro hac re, quia rebus ecclesiam sicuti ceteri canonici utuntur, specialem misericordiam a Deo recepturos, cui de propriis rebus inserviunt; quia, si ea que accepturi erant pro eorum ordinibus de elemosyna dispensatori reliquerint, nihil habentibus conferenda sine peccato possident sua: quia & ipsi quodam modo relinquunt sua, quando propriis contenti rebus, nihilque se jure debere arbitrantur recipi. Quod si putant ideo accipi debere eorum que conferuntur ecclesiam, portionem; nec eam videantur abjicere, quia non possunt sua relinquere, quod eis deforme sit, inter suos, pauperes reddi: noverint esse deformius, possessuros de elemosynis pauperum pasci. Hoc enim providendum est, ut non gravetur mater ecclesia, quam constat quotidie subventioni pauperum, viduarumque, atque orphanorum, simulque egenorum, canonum provisione constructam, debere esse semper intactam.

Igitur quicumque se ad hunc ordinem canonicum, quem modo utcumque recuperare cupimus, sicut in parvulo decretulo, quod digestimus, intimavimus, se sociare voluerit, & de rebus quas habet sollempniter donatione per presentem donet ad ecclesiam B. Pauli ad opus Dei, vel clericis ibidem deservientibus, faciat & precariam, si ita ei placuerit, exinde ab episcopo accipiat, in e ratione ut dum adviverit, ipsas res usufructuario ordine habeat, & post obitum ejus cum omni integritate, omnique superposito ad ecclesiam cui data fuerint, vel ipsius congregationis ipsas res absque ullius consignatione vel expectata traditione revertantur. Et liceat ei de omni mobili in ipsis rebus quamdiu vivit, & in ipso ordine consistit, elemosynas tam in pauperes, quam ad ipsam congregationem, quam etiam ubicumque voluerit facere, & necessitates suas explere. Et, si aliquod de ipso mobili post obitum ejus superfuerit, media pars in elemosyna eis in pauperes, vel promissas ejus, aut ubi voluerit ambulet, archidiacono, aut primicerio, vel cui ipse vivens roga verit dispensante: & illa media pars in ipsius elemosyna ad clerum, vel ad ipsam congregationem revertatur. Et ipsi clerici de ipsis rebus, quas in precarias habent, neque de terris, neque de vineis, aut silvis, pratis, domibus, edificis, mancipiis, accolabus, vel quibuslibet rebus immobilibus minuendi, aut vendendi, aut communicandi potestatem non habeant; excepto ut diximus de illa fructa, vel quod ibidem laborare poterint, viventes faciant quod voluerint.

Quod si contigerit suadente diabolo, ut aliquis ex his fratribus, qui ipsas res per precarias habuerint, in aliquo crimine grave, aut leve incidat, penitentiam juxta quod episcopus ei judicaverit, agat; tamen de rebus quas per precariam possidet, expoliatus pro hac re esse non debeat. Si quis autem eodem modo, quo supra instituvimus, hanc congregationem, tam unus ex abbatibus nostris, quam quilibet extraneis clericis se sociare desideraverit, eo tenore, ut alii fratres fecerunt, faciat. Quod si alter fuerit, qui se eis voluerit sociare, & omnia ad integrum perfectionis gratia derelinquere: episcopus provideat eis necessaria,

Aqualiter opus bonum quod Deo inspirante cepit, adimplere valeat.

Cap. XXXII. De elemosynis.

DE elemosynis accipiendis ita constituvimus, ut si aliquis uni sacerdoti pro missa sua, vel pro confessione, aut infirmitate, seu pro quolibet caro suo aut vivente aut mortuo aliquid in elemosyna dare voluerit, hoc sacerdos a tribuente accipiat, & exinde quod voluerit faciat. Si autem ad omnes sacerdotes sub tali conditione, seu pro quolibet modo aliquid in elemosyna dare voluerit, hoc omnino tam ad omnes sacerdotes, quam ad omnes canonicos veniat, & omnes hanc elemosynam communem habeant. Similiter & illa elemosyna, que in commune ad omnem clerum veniunt omnes in commune habeant, & psalmodiam, vel missas pro ipsis elemosynis, ut episcopus instituerit, faciant.

Ideo autem mensuram sacerdotibus de elemosynis recipiendis ad opus proprium fecimus: quia nimis grave pondus existimavimus eis esse, si tam ingentia onera peccantium solis illis sacerdotibus contingeret portare; Quia facilius Dei misericordiam plures impetrant pro peccatoribus quam unus, quamvis studiosus; & unusquisque de propria conscientia debet metuere, quanto magis de alienis peccatis non debet sibi supra vires sarcinam peccatorum cumulare.

Has elemosynas archidiaconus, aut primicerius recipiant, & in necessitatibus fratrum, ut eis opus fuerit, & episcopus judicaverit, ipsas expendant: & si aliquid exinde superfuerit, in vestitarius fratrum recoadant.

Cap. XXXIII. Diebus Dominicis, vel festivitatis sanctorum qualiter ad capitulum, seu ad missam occurrant.

IN diebus Dominicis, vel festivitatis sanctorum, aut quando iusserit pontifex, vel qui sub eo sunt, mane post primam cantant omnes induantur vestimenta, officiales cum planetis, sicut ordo ecclesiasticus habet, & sint parati, & absque mora ad officium cum festinatione occurrant. Ut autem auditum fuerit primum signum omnes ad capitulum veniant, & audita lectione, sub uno accedant ad ecclesiam; & facto secundo signo cantent tertiam, & residentes in ordinibus suis expectent pontificem, sicut mos est Romane ecclesiam: & nullus postea exinde de ordine suo exeat, usque dum omnia expleverit; nisi qui cum pontifice comitantur in obsequio, aut illi qui in aliqua utilitate occupati fuerint, si talis est quod omnino non possit dimitti, & hoc innotescant episcopo, vel qui sub eo sunt. Si quis de clero de quolibet ordine, tam sacerdotum, quam diaconorum, aut subdiaconorum, vel acolytorum tunc presens non fuerit paratus ut officium summe impleat, & aliqua negligentia, vel retardatio per ipsam acciderit, nisi ob causam gravis infirmitatis, in crastino a vino, vel potu privetur; si autem per desidiam, aut contemptum iteraverit, ab episcopo, vel qui sub eo sunt, acrius coerceatur, ita ut ceteri timorem habeant. Nam reliquis diebus ad capitulum, ut supra in isto tenore praefiximus, ita veniant.

Si autem statio publica fuerit per illas ecclesias forenses, & fratres ibidem vigiliam celebraverint, peracta vigilia cum omni decore mane revertant in claustra, ut omnino ad capitulum veniant: si autem negligens retardaverit, & ad capitulum non fuerit, prima, & secunda vice pro hoc castigetur.

Si

om clerico  
pro psalmo  
& hymno,  
seu pro te  
ipso  
vel clerico

possit  
ferre de ta  
ciant.

Leg. 992  
H.  
peccatum.

Non quid  
interna.

Leg. ob  
rem in in  
o. H.

Si autem non emendaverit, illa die quando ad Auctor; & si amplius hoc ex contemptu fecerit, eijcitur de matricula, & alius, qui verbum Dei vult audire, mittatur in loco ipsius. Et constituitur eis, ut in elemosyna nostra, vel successorum nostrorum de domo accipiant omni tempore, quando ad illam lectionem audiendam venerint, singuli singulos panes, & portionem de lardo illa una vice: illa alia vice portionem de formatico, per totum annum sic faciant, ut diximus, qui ibidem de ipsis matriculariis venerint; Et in quadagesima duas vices accipiant vinum cum pane inter quatuor sextarium unum. In cœna Domini accipiant vinum cum pane supradicta mensura, & portionem de lardo, & formatico. Et consideravimus quod octo modia de pane cocto ad unam quamvis vicem ad hoc habeat; & illa vice quando lardum debent accipere, accipiant baccones sex; & quando formaticum accipiunt in unaquaque vice pensa una. Hoc colligit de frumento sit, qui de Vvarmacinse venit, & accipiat illud quando exinde venit. De lardo baccones LX. accipiat ipse Kal. Januar. de formatico pensas XII. accipiat ipsa missa sancti Martini. De vino modia XXIV. accipiat ipsa missa sancti Martini. Et hoc totum accipiat archidiaconus, vel primicerius: & videant quod hoc sic dispenent, qualiter Deo placeat, & constitutum habemus. Et merces nostra vel successorum nostrorum, vel qui hoc faciunt exinde decrescat, & ad ligna comparandum, unde ipsum panem faciant, donec episcopus de denariis uncias duas & dimidiam Kal. Majas. Et si aliquid superaverit de hoc, quod superius diximus, aliis pauperibus, cui necesse est, archiepiscopus, vel primicerius, aut cui iusserint, tribuat.

\* Hoc & procedens capitulum ab aliis vulgaris.

Cap. XXXIV. \* De matriculariis, ut ad lectionem divinam audiendam veniant in statuta ecclesie in domo.

**D**um de corrigenda vita clericorum canonicorum rebus pernecessariis, ut nobis juxta medicritatem nostram & capacitatem sensus per Dei adjutorium visum fuit, descripsimus, venimus ad matricularios tam domi, quam & in suburbanis; quia non, secundum institutionem antiquam ecclesiarum, eorum esset conversatio; sed sub magno quodam periculo, & negligentia, & ut ita dixerim absque prædicatione, & confessione erant in quadam securitate positi, neque ad domum ad stationem publicam ad audiendum verbum Dei veniebant, neque in reliquis stationibus, sed erant omnes sedentes unusquisque in loco suo. Propterea una cum consensu fratrum spiritualium constitutum, ut bis in mense per totum annum de quatuordecim in quatuordecim dies in sabbato omnes matricularii tam qui in domo sunt, quam illi, qui per ceteras ecclesias infra civitatem, vel vicis matriculas habent, ad conventum statutum omnes in ecclesia in domo veniant, mane primo expectantes in ordinibus suis, usque dum signum pulsaverit horæ tertie: tunc veniens episcopus, si in aliis utilitatibus occupatus non fuerit, & jubeat legere lectionem de tractatibus, vel homilias sanctorum patrum congruas, quas edificent audientes, & doceant eos viam salutis, qualiter ad vitam æternam Deo auxiliante perveniant.

Dicta tertis, si episcopus non venerit, tunc presbyter cultos ecclesie sancti Stephani in vices illius juxta capacitatem suam & legat & doceat eos viam salutis, & videat omnino presbyter, ut hora constituta, si episcopus ibidem non venerit, non prætereat ut hoc adimpleat, quod hic scriptum est; & ipsi presbytero confessiones suas bis in anno faciant ipsi matricularii; una vice in quadagesima; alia in missa sancti Remedii usque in transitum sancti Martini. Et si suadente diabolo aliqua vitia, scandala inter eos orta fuerint, ut necesse sit confessionem suam dare qui hoc perpetraverit in proximo conventu, ubi lectionem audiunt: finita lectione faciat confessionem suam puriter ipsi presbytero; & si ipse non vult confiteri peccatum suum, & hoc celaverit: & si per alium inventum fuerit, ille qui delictum abscondit, a presbytero qui eis verbum Dei annunciat secundum modum culpæ aut excommunicetur, aut corporali vindicta subdatur. Et per singulas matriculas sit primicerius matricularum de ipsis, qui super eos curiose agat: & si aliquis ex ipsis celare voluerit scelera sua, & primicerius ipsorum hoc investigare poterit, nullatenus abscondat presbytero, qui eis lectionem legit: & si fecerit similiter ille qui hoc commiserit ab ipso presbytero judicandus est; & si hoc ipse presbyter per se emendare non potuerit, innotescat archidiacono, vel primicerio, ut ipsi hoc corrigant rationabiliter secundum modum culpæ: & si opus fuerit in notitiam episcopi veniat, ut ipse hoc emendet.

Ut diximus, omnes omnino matricularii statutis diebus ad lectionem veniant, & necessitates suas tam animæ, quam corporis ipsi presbytero patefaciant: & ipse hoc aut per se emendet, aut priores suos innotescat. Et si aliquis de ipsis matriculariis remanserit, qui non venerit ad lectionem, nisi infirmitate cogente, corripiatur semel & secundo, & si non emendaverit, excommuni-

Explicit.

## CANONICORUM REGULA

AB ANONYMO QUOPIAM

INTERPOLATORE

Ex Grodegangi norma, Concilii Aquisgranensis capitulis, atque aliunde confarcinata.

**T**emporibus piissimi Pippini Chrodegangus servus servorum Dei, Metensis urbis episcopus. Sixcentotum, &c. pag. 534. D. ne frustra non necessariis repetitionibus chartas disperdere videamur.

Cap. 1. De humilitate.

Clamat nobis divina scriptura, &c. supra pag. 536. D.

Cap. 11. De ordine congregationis canonicorum.

Ordines suos ita contineat, &c. supra p. 357.

Cap. 111. De eo quod in congregationibus canonicis unusquisque discretiois tenendus sit.

Cavendum summopere prepositis, &c. Videbis capitulum 118. Aquisgranensis Concilii celebrati anno 816. sub Ludovico Pio imp. supra pag. 480. A.

Cap. 17. De eo quod non debent clerici in congregatione canonicæ constituti stipendia superflua accipere aut exigere, sed necessaria.

Sanctorum patrum sententias doceat, &c. cap. 120. Cens. Aquisgranensis. p. ead. D.

Cap. v. De his qui in congregatione sibi commissa sollemniter ex familia ecclesie clericos adgregant.

Sunt nonnulli qui tantum ex familia ecclesiastica clericos, &c. Vide c. 119. Aquisgr. p. ead.

Cap. vi. Qui clerici in congregatione canonicæ constituti ecclesiastica accipere debeant stipendia.

Quia sanctorum patrum, &c. c. 120. Aquisgr.

Cap.

\* Fente. eu  
ind. c. 111.  
11.

Cap. VII. De eo quod in congregatione canonica aqua-  
lister cibis & potus accipiantur.

Solet in plerisque canonicorum congregationibus irrationabiliter, &c. c. 121. *Aquisgr. ejusdem.*  
v. 111. De mensura cibi & potus.

Quando clericus una aut bina vice in die reficit, accipiant a minore usque ad maximum quatuor libras panis; & quando bis in die reficit, pulmentum ad sextam, unam ministracionem de carne inter duos, &c. supra p. 324. & c. 122. *Concilii Aquisgranensis.*

Cap. IX. De septimanariis coquina.

Clerici canonici sic sibi invicem servant, &c. supra cap. 24. *reg. Grodeg.*

X. De archidiacono vel prapposito.

Oportet enim eos esse prudentes, &c. supra c. B 25. *Grodeg.*

XI. De cellerario.

Cellerarius debet esse timens Deum, &c. supra c. 26. *Grodeg.* & c. 140. *Aquisgr.*

XII. De portario.

Portarius unus cum suo juniore, &c. supra c. 27. *Grodeg.* & c. 143. *Conc. Aquisgr.*

XIII. De eo quod diligenter monenda sunt claustra canonicorum, in quibus dormiunt canonici.

Præpositorum cura sit ut subditorum mentes, &c. cap. 117. *Conc. Aquisgr. pag. 320. ex regula Grodegandi cap. 3.*

XIV. De his quæ a clero in nocte de lecto surgente primum dicenda atque operanda sunt.

\* Hæc unde mutatus sit nondum didicimus.

Nocturnis horis cum ad opus divinum de lecto surrexerit clericus, primum signum sibi sanctæ crucis imprimat per invocationem sanctæ Trinitatis. Deinde dicat versum, *Domine labia mea aperies, & os meum annuntiabit laudem tuam.* Deinde psalmum, *Deus in adiutorium meum intende, totum cum Gloria.* Et tunc provideat sibi corpoream necessitatem restare, & sic ad oratorium festinet, psallendo psalmum, *Ad te levavi animam meam,* cum summa reverentia & cautela intrans, ut aliis orantibus non impediat. Et tunc prostratus in loco congruo effundat preces in conspectu Domini magis corde quam ore, ita ut illius vox vicinior sit Deo, quam sibi. Ita dicendo, *Gratias tibi ago, omnipotens pater, qui me dignatus es in hac nocte collodire, & deprecor clementiam tuam, misericors Domine, ut concedas mihi diem venturum sic peragere in tuo sancto servitio cum humilitate & discretionem, qualiter tibi complacet servitium nostrum.* Et tunc omnes sint preparati stantes in loco suo in choro per ordinem, ut novissimum signum cessaverit, cum summa humilitate & honestate referant laudes Deo in conspectu angelorum ejus. Et si alicui frequens tussis aut phlegma a pectore aut naribus excrevit post dorsum projiciat, aut juxta latus, caute tamen & curiose, ut infirmis mentibus non vertatur in nauseam, & semper quod projicitur pede conculcetur, ut cum ad orationem curvantur vestimenta eorum non fordidetur. Et infra ecclesiam, & in omni conventu, seu & in porticu hoc observandum est, ut quod spuitur semper pedibus conculcetur.

XV. De officiis divinis in noctibus.

Hiemis vero temporibus, id est a Kalendis Novembris usque in pascha, juxta considerationem rationis octava hora noctis surgendum est, ut modice amplius de media nocte pœfetur, & jam digesti ad vigilias surgant. Post finitas nocturnas dicant versum, *Exultabunt justi in conspectu Dei.* Deinde *Kyrie eleison,* & orationem dominicam, & faciant intervallum, exceptis diebus dominicis & festivitibus sanctorum, juxta considerationem episcopi, vel qui sub eo est, id est ut XL. aut L. psalmos possint cantare, secundum quod visum

fuert, & hora permiserit: & qui psalterii vel lectionum aliquid indigent, meditationi interseriant & non presumat aliquis in ipso intervallo dormire, nisi quem infirmitas cogit, & hoc per comestum fiat: & qui aliter fecerit excommunicetur. Reliqui omnes ordinem vigiliarum teneant usque ad matutinas dictas, & in ipso intervallo summum silentium fiat tam in voce, quam & in actu vel incessu, seu sono alicujus rei, ut liceat unicuique absque alterius inquietudine peccata sua cum gemitu, suspirio & lacrymis Domino confiteri, & veniam vel remissionem pro ipsis ab omnipotente Deo orando & petendo postulari.

XVI. De vigiliarum antiquitate.

Antiqua est vigiliarum devotio, ex cap. *Aquisgr. 129. & Iherosol. lib. 1. offic. c. 22.*

XVII. De matutinis.

De matutinarum antiquitate, &c. c. 130. *Aquisgr. & Iherosol. lib. 1. offic. c. 23.*

XVIII. De hora prima.

Convenientes clerici ad primam canendam in ecclesiam completo officio ipso ante psalmum quinquagesimum donec confessiones suas vicissim dicentes, Confiteor Domino, & tibi, frater, quod peccavi in cogitatione, & in locutione, & in opere; propterea precor te, ora pro me, & ille respondet, Misereatur tui omnipotens Deus, indulget tibi peccata tua, liberet te ab omni malo, conservet te in omni bono, & perducat te ad vitam æternam: & ille dicit, Amen. Supplicii corde pro se certatim orantis hoc sibi faciant. Hoc exemplo conveniant ad capitulum quotidie, & ex ista institutione, quam propter illorum utilitatem Deo auxiliante fecimus, in unoquoque die aliquod capitulum relegant præter diem Dominicam, & quartam & sextam feriam, & solemnitates sanctorum, in quibus relegant tractatus & alias Homilias, vel quod edificet audientes. Ideo quotidie ad capitulum omnes clericos convenire constituimus, ut anima verbum Dei audiat; & episcopus, vel archidiaconus, vel qui in loco eorum præesse videtur, ibidem quod jubere habet jubeat, & quod faciendum sit ordinare studeat. Post lectionem recitetur ætas mensis & lune, & nomina sanctorum quorum festa crastinus excipiet dies. Et postea præter dicant versum, *Frates in conspectu Domini mors sanctorum ejus.* Quem sequatur oratio a priore ita, *Ipsi & nomina sancti Dei intercedant pro nobis peccatoribus ad Dominum, ut mereamur possidere vitam æternam, Amen.* Deinde dicatur versus, *Deus in adiutorium meum intende,* tribus vicibus, priore incipiente, & ceteris respondentibus, subjungentes *Gloria patri,* & postea *Kyrie eleison,* & orationem dominicam: deinde, *Et ne nos inducas in tentationem: & veniat super nos, respice in servos tuos,* pariter usque in finem psalmi subjungentes *Gloria.* Deinde prior dicit, *Dirigere & sanctificare & custodire dignaris, Domine Jesu Christe fili Dei vivi, hodie corda & corpora nostra, & sensus nostros, in via & lege tua, & in operibus mandatorum tuorum, & pedes nostros dirige in viam salutis, in viam justitie tue, ut hic & in perpetuum te adjuvante salvi esse mereamur, qui cum Patre & Spiritu sancto vivis & regnas Deus per infinita secula seculorum, deinde, *Adiutorium nostrum, respondent alii, In nomine Domini, qui sedet calum & terram.**

Conveniant ad capitulum quotidie, & ex ista institutione, quam propter illorum utilitatem Deo auxiliante fecimus, in unoquoque die aliquod capitulum relegant præter diem Dominicam, & quartam & sextam feriam, & solemnitates sanctorum, in quibus relegant tractatus & alias Homilias, vel quod edificet audientes. Ideo quotidie ad capitulum omnes clericos convenire constituimus, ut anima verbum Dei audiat; & episcopus, vel archidiaconus, vel qui in loco eorum præesse videtur, ibidem quod jubere habet jubeat, & quod faciendum sit ordinare studeat. Post lectionem recitetur ætas mensis & lune, & nomina sanctorum quorum festa crastinus excipiet dies. Et postea præter dicant versum, *Frates in conspectu Domini mors sanctorum ejus.* Quem sequatur oratio a priore ita, *Ipsi & nomina sancti Dei intercedant pro nobis peccatoribus ad Dominum, ut mereamur possidere vitam æternam, Amen.* Deinde dicatur versus, *Deus in adiutorium meum intende,* tribus vicibus, priore incipiente, & ceteris respondentibus, subjungentes *Gloria patri,* & postea *Kyrie eleison,* & orationem dominicam: deinde, *Et ne nos inducas in tentationem: & veniat super nos, respice in servos tuos,* pariter usque in finem psalmi subjungentes *Gloria.* Deinde prior dicit, *Dirigere & sanctificare & custodire dignaris, Domine Jesu Christe fili Dei vivi, hodie corda & corpora nostra, & sensus nostros, in via & lege tua, & in operibus mandatorum tuorum, & pedes nostros dirige in viam salutis, in viam justitie tue, ut hic & in perpetuum te adjuvante salvi esse mereamur, qui cum Patre & Spiritu sancto vivis & regnas Deus per infinita secula seculorum, deinde, *Adiutorium nostrum, respondent alii, In nomine Domini, qui sedet calum & terram.**

Post hæc qui culpabilis est postulet veniam, & secundum modum culpæ judicium recipiat. Quilibet vero veniam postulat pro culpa, quantum plus se humiliat & se culpabilem asserit, tantum misericorditer ac levius a priore judicetur. Necessarium est enim, ut omnes nostrum negligentiam, id est, cogitationum, linguæ vel operis in præfati vita

\* per licentiam

\* Vide supra p. 119 cap. 116 Grodeg

v. 111

v. 111

v. 111

v. 111

v. 111

v. 111

v. 111

v. 111

v. 111

v. 111

v. 111

v. 111

v. 111

v. 111

v. 111

v. 111

v. 111

v. 111

v. 111

v. 111

v. 111

v. 111

v. 111

v. 111

v. 111

v. 111

v. 111

v. 111

v. 111

v. 111



Cap. XXXV. De temporibus in quibus semel aut bis A  
in die clericis reficiendum.

A pascha autem usque ad pentecostem, &c. su-  
pra ibidem.

Cap. XXXVI. De festivitatibus sanctorum.

Illud intimare complacuit, &c. supra c. 30.

Aliis vero diebus festis sicut moris est eccle-  
siae, juxta quod melius praelati possunt, clericis  
suis cibum potamque ministrant, & illud interea  
caveant praelati, ne id quod dare debent aut pos-  
sunt qualibet dissimulatione aut tenacitate subtra-  
hant: ne paupertatis occasione compulsi per di-  
versa vagari ac se turpibus implicare negotiis cogantur: relictoque ecclesiastico officio incipiant in-  
discipline vivere, & propriis voluptatibus deser-  
vire, & praelati qui eis necessaria largiendo a Do-  
mino remunerari poterant districte & sincere ju-  
dicentur.

Cap. XXXVII. Ut non presumat aliquis alterum  
cadere aut excommunicare.

Vetetur in hoc ordine canonico, &c. sup. c. 12.

Cap. XXXVIII. In congregatione canonicorum nulli  
liceat alterum defendere.

Omnibus modis cavendum est, &c. c. 13.

Cap. XXXIX. De zelo bono quem debent ferri Dei  
habere invicem.

Sicut ex rebus amaritudinis, &c. c. 11.

Cap. XL. De infirmis canonicis.

Si aliquis ex clero infirmatur, &c. c. 28.

Cap. XLI. De vestimentis & calciamentis clericorum.

Illud dimidia pars cleri qui seniores fuerunt, C  
&c. supra c. 29.

Cap. XLII. De elemosynis accipiendis.

Si aliquis uni sacerdoti, &c. supra c. 42.

Cap. XLIII. De mensura sacerdotibus de elemosyna  
accipienda & facienda.

Nimis grave eis esse, &c. supra ibidem.

Cap. XLIV. De cura quam in populo sibi commisso  
habere debent clerici.

Cavendum nobis est ne in periculum per no-  
stram negligentiam, ut ita dixerim, absque baptis-  
mo & confirmatione, & confessione, & praedica-  
tione, in quadam securitate positus incurrat nos-  
ter populus: unde constituimus ut bis in mense  
per totum annum de quinto decimo in quinto de-  
cimo die verbum salutis ei praedicetur: qualiter ad  
vitam aeternam Deo auxiliante perveniat: ut si  
omnibus festis & dominicis diebus assiduata fuerit  
praedicatio, utilior est, & juxta quod intelligere  
vulgus potest, ita praedicandum est.

Cap. XLV. Cui committi debeant stipendia  
pauperum.

Evangelicis atque apostolicis instrumur docu-  
mentis, &c. c. 141. Aquisgr. pag. 492. C.

Cap. XLVI. De praepositis.

Quamvis omnes qui praesunt, &c. c. 139. Aquisgr.  
pag. 491. E.

Debent igitur cunctae congregationi utiles esse,  
& de ministerio sibi commisso fideliter prodesse;  
ea vero quae fratribus dare debent, cum caritate  
tempore opportuno incunctanter praebant: quate-  
nus a Domino de fidei administratione gradum  
bonum sibi adquirant.

Cap. XLVII. Quales vice praetorum in congregatione  
fungi debeant.

Oporet ecclesiam praelatos, &c. cap. 138. Aquisgr.  
Ibidem.

Cap. XLVIII. De pueris nutriendis custodiendisque.

Sollemter rectores ecclesiarum, &c. cap. 135. A-  
quisgr.

Cap. XLIX. Ut omnes canonici ad completorium  
conveniant.

Expletis religiosissimo obsequio, &c. cap. 136.  
Aquisgr.

Cencil. General. Tom. XIV

Cap. I. De cantoribus.

Studendum summo opere, &c. cap. 137. Aquisgr.

Cap. LI. Quales ad legendam & cantandum in  
ecclesia constituendi sunt.

Tales ad legendum, &c. cap. 133. Aquisgr.

Cap. LII. Modus correptionum.

Quamquam contemptores, &c. cap. 134. Aquisgr.

Cap. LIII. Ut canonici cucullas monachorum non  
induant.

Reprehensibilem, &c. cap. 125. Aquisgr.

Cap. LIV. Ut in cultu vestium discretionem teneant  
canonici.

Querere nos potius Deum cultu cordis quam  
corporis, &c. cap. 124. Aquisgr.

Cap. LV. Quod a praetis gemina passio se subditis  
impedenda.

Sollemter praetis satagendum est, &c. cap. 123.  
Aquisgr.

Cap. LVI. De familiaritate a clericis mulierum  
extranearum devitanda.

Prima quidem temptamenta, &c. c. 98. Aquisgr.  
ex ep. S. Hier. ad Oceanum, pag. 437. E.

Inde mando atque remando ut hospitium  
canonicorum aut raro, aut nunquam mulierum  
pedes terant. Vir autem sive mulier, cum ad Do-  
minum conversi fuerint post peccatum suum quod  
ad invicem commiserunt, nec in una villa unquam  
peniteant, nec sit inter eos salutatio, aut benefi-  
cium, nec visus, nec colloquium, si non casus in-  
tervenierit; nec de uno fonte, ut vulgo dicitur,  
potum bibant, nec alumnus inter utrumque con-  
currat, nec munusculum quidem nec conloquium,  
ut diximus, nec recordatio alterius in inente sua  
requiescat: sed cum adfuerit, cito venia Deo pe-  
tatur: meminisse debent canonici, quod nec Da-  
vide sanctiores, nec Salomone sapientiores possunt  
esse. Meminisse debent, quod paradisi colonum  
de possessione sua mulier ejecit.

Cap. LVII. De clericis non manentibus in suo  
proprio.

Qui semel in clero deputati sunt, aut mona-  
chorum vitam expetierunt, statim neque ad  
militiam, neque ad dignitatem aliquam venire  
mundanam, & hoc temptantes, & non agentes  
penitentiam, quo minus redeant ad hoc quod  
propter Deum primitus \* inegerunt, anathemati-  
zari.

Cap. LVIII. De humiliatione facienda propter Deum  
crime.

Multitudines & officia, &c. c. 95. Aquisgr. ex ep.  
S. Hier. ad Paulinum.

Cap. LIX. De iracundis doctores.

Iracundi doctores, &c. c. 33. Aquisgr. ex c. 40  
libri III. sententiarum S. Isidori.

Cap. LX. De doctrina & exemplis doctorem.

Tam doctrina, &c. c. 20. Aquisgr. ex c. 36. lib.  
III. sens. ejusdem sancti.

Cap. LXI. De taciturnitate.

Omni tempore in ecclesia tam a populo quam  
a clero summum silentium fiat, excepto hoc quod  
ad laudes Dei pertineat. Videamus quod ait pro-  
pheta, Dixi, custodiam vias meas ut non delinquam  
in lingua mea. Item: Posui os meo custodiam ob-  
mutus & humilitas sum a bonis. Hic ostendit pro-  
pheta, si a bonis eloquiis propter taciturnitatem  
debet interdum taceri, quanto magis a malis ver-  
bis propter poenam peccati debet cessare? Inde  
sancta scriptura dicit; Qui enim in ecclesia ver-  
bosus fecerit, & pro se & pro aliis malam red-  
diturus est rationem in die judicii. Ergo quamvis  
de bonis & sanctis eloquiis propter taciturnitatem  
rara loquendi in ecclesia concedatur licentia, quia  
scriptum est, In multiloquio non deerit peccatum.  
Et alibi: Mors & vita in manibus linguae. Nam  
in.

\* ex S. Hier.  
in ep. ad Ne-  
porianum  
Conc. Aquisgr.  
B. c. 94. ante  
medium.

\* elegit ut  
ex cod. Augst.

\* Augustus  
111. de con-  
pore ante  
medium.

Pro. 10  
Ibidem 11.

339 loqui & docere magistro conceditur, tacere & au-  
dire discipulo convenit. Qui hanc taciturnitatem  
in ecclesia minime custodierit, sed frugerit, sit in  
iplo die poenitens in aqua & pane: & si iterum,  
tribus diebus poeniteat in pane & aqua. Et si ter-  
tia vice iteraverit, septem diebus ut supra poeni-  
teat. Et si amplius hoc facere presumpserit, cor-  
porali disciplinae subijciatur ut ceteri timeant.  
Cap. LXII. De ebrietate a clero vitanda atque  
desestanda.

Domini in evangelio dicit: Attendite autem  
vobis, ne forte graventur corda vestra crapula. Et  
apostolus dicit: Nolite inebriari vino in quo est lu-  
xuria. Salomon vero dicit: Luxuriosa res est vi-  
num, & tumulosa ebrietas: quicumque in his de-  
lectatur, non erit sapiens. Nullum secretum est ubi  
regnat ebrietas. Alibi dicitur: Operarius ebriosus  
non locupletabitur: vinum & mulieres apostatate fa-  
ciunt sapientes. Et alibi: Diligentes semper se in-  
ebriari vino noli provocare in congregationem tuam.  
Vinolentos sacerdotes & apostolus damnat, & ve-  
tus lex prohibet, qui altari serviunt, vinum & si-  
ceram non bibent. Siccera Hebraeo sermone om-  
nis potio nuncupatur quae inebriare potest: quid-  
quid inebriat & statum mentis mutat, fuge simi-  
lier ut vinum:

Qui capis esse bonus, & vis dignoscere verum,  
Ut mortis socium se mordax effuge vinum.  
Nulla febris hominum major quam vitium humor.  
Sardescunt aures, balbutit denique lingua.  
Dic mihi dic, ebris, an vitiois, an merite gravaris?  
Pallidus ecce jaces, corpus sine mente quiescit.  
Non bona, non mala, non data, & non mollis  
sentis.

Cavete, fratres, in omnibus ebrietatem, quia  
magna subversio animi est. Nam sicut ignis fac-  
ile incendit stupas & leviores paleas; ita ebrie-  
tate corrumpit animam, & dejicit eam in grande  
peccatum. Dominus per prophetam ait: *Va illis  
qui mane surgunt ad ebrietatem festandam, & ad  
potandum vinum usque ad vesperam.* Et in alio lo-  
co dicitur: *Va his qui potentes sunt ad bibendum  
vinum, & viri fortes ad miscendam ebrietatem.* Ba-  
siliius dicit, plurimi namque homines per vinum  
maximam debilitatem corporis contraxerunt, nec  
potuerunt consequi pristinam firmitatem. Ebrio-  
sus putat se aliquid optimum agere, cum fue-  
rit praecipitio devolutus. Fratres carissimi, nolite  
inebriari, nolite bibendo immoderate nomina  
vestra de caelo deleta. Sunt multi, quod pejus  
est, qui non solum se inebriant, sed etiam alios  
adjuvant, ut amplius quam expedire debent: o in-  
felix qui hoc facis, non tibi sufficit quod ipse  
peris, nisi adhuc insuper & alios perdas? Non  
tibi sufficit quod in illam ebrietatem incurris, ad-  
huc & alios tecum trahis. Non sufficit misero  
ebriolo in ebrietate se ipsum mergere, nisi & a-  
lios secum coeuret involvere. Nolite fratres, no-  
lite hoc malum facere. Audite apostolum dicen-  
tem, *Neque ebriosi regnum Dei possidebunt.* Ebrius  
enim nec patrem, nec matrem, nec amicum, nec  
nec inimicum agnoscit, neque bona & mala dis-  
cernit, nec ignem, nec gladium timet. Sic falsi  
fratres & persecutores sunt, qui Deum & eccle-  
siam contemnant, nec bona nec mala discernunt,  
nec gladium praesentis vitae, nec ignem gehennae  
futuræ metuunt. Quando homo ebrius fuerit,  
cor suum & membra deliberare non potest.

\* ebriosus  
\* al. ebrietas  
H.

Cap. LXIII. De clericis.  
Itaque omnes, &c. c. 99. Aquifgr. ex c. 1. lib. II.  
officiorum S. Isidori.

Cap. LXIV. De regulis clericorum.  
His igitur lege patrum cavetur, &c. cap. 100.  
Aquifgr. ex c. 2. l. 11. off. S. Isidori.

Cap. LXV. De generibus clericorum.  
Duo sunt genera clericorum, &c. c. 101. Aquifgr.  
ex c. 3. l. 11. off. S. Isidori.

Cap. LXVI. De sacerdotibus peccantibus.  
Presbyter aut diaconus, qui in fornicatione, aut  
perjurio, aut furto, aut homicidio captus est,  
deponatur, non tamen communionem privetur: di-  
xit enim scriptura: *Non judicabis Dominus his in  
eadem.*

Cap. LXVII. Ut presbyter habeat unam ecclesiam.  
Presbyter non amplius quam unam ecclesiam  
habeat, sicut & vir unam uxorem.

Cap. LXVIII. Ut clericis nuptialia convivia  
vitentur.

Presbyteri, diacones, subdiacones, vel deinceps,  
quibus ducendi uxores licentia non est, alienarum  
nuptiarum convivia evitent, neque his ceteris ad-  
misceantur, ubi amatoria cantica cantantur, aut  
ubi obsceni motus corporum choris & saltationi-  
bus offeruntur. Ne auditus & obtutus sacris my-  
steriis deputatus turpium spectaculorum atque ver-  
borum contagione polluiatur.

Cap. LXIX. De eo quod non per ambitionem  
sacerdotium appetendum.

Sicut qui invitatus renuit, quaesitus refugit,  
sacris est altaribus admovendus: sic qui ultro am-  
bit, vel importunus se ingerit, est procul dubio  
repellendus. Nam qui nititur ad altiora conscen-  
dere, quid agit nisi ut crescendo decrescat? cur  
non perpendit, quia benedictio illi in maledictum  
convertitur?

Cap. LXX. De eo quod removeantur presbyteri de  
officio suo.

Hi presbyteri qui in presbyterio suo filios ge-  
nerant, removeri ab officio suo debent.

Cap. LXXI. Pro infirmis orare & unguere eis oleo  
praecipitur.

Jacobus Apostolus scripsit, *Infirmatur quis in vo-  
bis? &c.* Quod non est dubium de fidelibus agro-  
tantibus accipi vel intelligi debere, qui sancto o-  
leo perungui possunt, quo ab episcopo confecto,  
non solum sacerdotibus, sed omnibus uti chris-  
tiani licet in sua aut in suorum necessitate un-  
guendis. Nam idcirco de presbyteris dictum est,  
quia episcopi occupationibus aliis impediti ad om-  
nes languidos ire non possunt. Ceterum si episco-  
pus potest, aut dignum ducit a se visitatum &  
benedicere & tangere chrismate, sine cunctatione  
potest, cujus est chrisma conficere. Poenitenti-  
bus istud infundi non potest, quia genus est sa-  
cramenti. Nam quibus reliqua sacramenta negan-  
tur, quomodo unum genus posse putatur con-  
cedi?

Cap. LXXII. Oblationes in domibus offerri non  
oportet.

Non oportet in domibus oblationes celebrari  
ab episcopis, vel a presbyteris.

Cap. LXXIII. Quomodo benedicendi sunt sponsus  
& sponsa.

Sponsus & sponsa cum precibus, &c.

Cap. LXXIV. De solemnitatibus praecipuis celebrandis.  
In solemnitatibus praecipuis, id est, in natali,  
& in octavis, & in epiphania Domini, & in pas-  
cha, & in ascensione Domini, & in pentecoste,  
& in sanctorum festivitatibus, id est S. Stephani,  
& B. Joannis evangel., & in festivitate infantium, &  
in purificatione, & in Assumptione S. Mariae. Si-  
militer in beatorum apostolorum festis & S. Joan-  
Bapt., & S. Laurentii, & S. Martini, sive & in  
natale cujuslibet sancti, cujus honor in qualicum-  
que parocchia specialis celebratur, plenarium offi-  
cium celebretur, & bis reficiatur.

Cap. LXXV. De decimis dividendis.  
Sacerdotes populi suscipiant decimas, &c.

Cap.

Notata.  
tione con-  
ell. 1.  
Nahum 1. 9.  
ex C. 100.

Venericum  
can. 21.  
Ap. 19.

S. Greg. ep.  
149. lib. 6.

Necess. 1.

Jac. 5. & in  
illud comm.  
Ven. Beda.

Carth. 17. 13.

Excep. Ec-  
cl. 1. 1.



Cap. LXXVI. *Ut presbyteri per diversa ab episcopis, aut a laicis indifferente non mittantur.*

Statutum est ut presbyteri, sicut hactenus factum est, indifferente per diversa non mittantur, nec ab episcopis, nec ab aliis prelatiis, nec etiam a laicis, ne forte propter eorum absentiam fiant animarum pericula, & ecclesiarum in quibus constituti sunt negligatur officia.

Cap. LXXVII. *De illis qui soli missas contra canonice auctoritatem canere presument.*

Statutum est, ut nullus presbyterorum solus missam celebrare presumat, quia nec verba Domini salvatoris, quibus mysteria corporis & sanguinis sui discipulis celebranda tradidit, nec apostoli Pauli documenta declarant, nec in ipsis adibus apostolorum, si enucleatim legantur, ita fieri debere ullo modo invenitur. Nam et si interrogatus huiusmodi corporis & sanguinis Domini solitarius consecrator fuerit, quid respondere poterit? Quibus enim dicit, Dominus vobiscum, aut a quo illi respondetur, Et cum spiritu tuo: vel pro quibus supplicat Deum dum dicit, Memento, Domine, famulorum famularumque tuarum, & omnium circumstantium, cum nullus circumstet? quæ consuetudo apostolicæ & ecclesiasticæ auctoritatis contraria eradicanda, & funditus extirpanda est a Domini sacerdotibus, & si quis hoc deinceps facere presumpserit, gradus sui periculo subiacet.

Theodulfus  
c. 7. epist. ad  
presby.

Cap. LXXVIII. *Ut presbyteri inconsulto episcopo non constituantur in ecclesiis, vel de ecclesiis expellantur.*

Statutum est ut sine auctoritate, vel consensu episcoporum presbyteri in quibuslibet ecclesiis non constituantur, nec inde expellantur, & si quis deinceps hoc facere temptaverit, synodali sententia districte feriat.

Cap. LXXIX. *De libris quos unusquisque secum in ecclesia habere debet.*

Hi sunt libri quos habere debet unusquisque sacerdos in sua ecclesia, per quos scilicet missas & epistolas, seu etiam evangelium, vel baptitlerium, seu penitentiam, aut circulos annorum, sive lectiones nocturnales legere potest. Si quis tales non habuerit, ab ecclesia degradetur, quia in illo completur quod in libris legitur, *Canes muti non possunt latrare*: isti sunt mali presbyteri, qui concupiscunt accipere pastorale ministerium ecclesiarum, nec tamen possunt ad populum prædicare.

Isa. 16. 10.

Cap. LXXX. *De non suscipiendis alterius ecclesie clericis, & de susceptoribus eorum absque litteris commendatis, vel testibus clericis in eadem ecclesia militantibus.*

Antioch. 1.

Jam constitutum est quod non liceret in alterius civitatis ecclesia, vel in potestate laicorum clericis militare; sed ibidem permanere, in qua principio meruerunt ministrare, extra eos qui missi a patria ad aliquam ecclesiam pro necessitate venerint. Qui vero episcoporum, aut laicorum, post hoc constitutum alterius ecclesie clericum susceperit, nisi ad excusandum rationabiliter, placuit a communione suspendi, & cum qui suscipit, & qui susceptus est, quousque clericum ad suam fecerit reverti ecclesiam.

Isa. 16.

Cap. LXXXI. *Epistola cujusdam deicola in Christi nomine missa ad sacerdotes & clericos predicationis atque instructionis causa ipsi directæ.*

Dilectissimis sacerdotibus ecclesiarum Christi presbiteris, & cunctis clericis in eisdem ubique ei famulantibus, & deicolis omnibus in totum mundum degentibus æternam in Domino salvatore nostro salutem.

Noverit igitur dilectio vestra, quod semper sol-

Council. General. Tom. XIV.

licitus sum, & valde nosse desidero de salute & sanitate ac vita vestra: Deus autem omnium nostrum vestrumque pium adimpleat desiderium in gloriam, & vitam sanctam disciplinam. Ergo cum sumus dominicæ plebis superna mileratione rectores, studiosius nos convenit Dei præsidium pro eorum sæpe cogitare salute, qui nobis commissi esse videntur: ne de creditis frustratisque quod ablit animabus insidiis antiqui hostis ante omnium pastorem, nisi succedat præveniendæ de offensus correctio, districtam cogamur solvere rationem. Unde rogamus vos, ut justie & pie sancteque viventes ceteris fidelibus in exemplum sitis, & casto corde & corpore sub regula canonica vivatis. Et præterea peto ut consideretis, & ante mentis & corporis oculos semper habeatis quid sumus nos & vos. Nonne homines sumus? & unde homines nisi de humo? Et quid est humus nisi pulvis, & cinis? & quid erimus nisi quod dictum est, *Christus cum apparuerit, si bene egerimus, similes ei erimus*, hoc est in immortalitate & æternitate? Abnegemus carissimi fratres quod sumus, ut incipiamus esse quod non sumus. Ergo omne bonum a summo Deo sperandum est, quia nisi Dominus edificaverit domum, in vanum laborant qui edificam eam: & nisi Dominus custodierit civitatem, frustra vigilans qui custodiant eam.

Nos ergo petamus, queramus, pulsemus, qui peccatis accipit, & qui querit invenit, & pulsanti aperietur: cogitemus semper ultimum nostri exitus diem: orhemus finem nostrum, & componamus diligenter vitam nostram, & quantum incerti sumus de obitus nostri die, tantum parati simus in actione nostra bona, ut quandocumque venerit, nos semper paratos inveniat. Consideremus & pensemus quia districtus venturus est iudex, qui non solum operum sed cogitationum exactor apparebit. Laboremus in opere Dei quantum possumus, quantum debemus, quoniam ut ait Apostolus, *non sunt condigna passiones huius temporis ad futuram gloriam que revelabitur in nobis*. Qua de re satagendum est nobis, & omnibus fidelibus, ut ad ipsam gloriam fideliter curramus. Vestram quoque, o sacerdotes fratresque dulcissimi, moneo sollicitiam, ut reminiscamini quam magna suscepta habeatis onera animarum. Namque curam suscepistis. Ideo securitatem vite deponite, quæ inutilis est animæ & corpori. Quoniam qui animas susceperunt ad regendum, parare se debent ad rationem reddendam in conspectu Dei. Idcirco in quantum prævaleret tam verbo quam exemplo, ut prædiximus, admonere non cessatis vobis commissas oves, ut in iudicio cum propheta absoluti dicere possitis, *Dominus iustitiam tuam non abscondi in corde meo, veritatem tuam & salutare tuum dixi*. Diem ultimum cogitate & regulam vestram conservate, villicationem vestram pensate, quia de omnibus qui vestra negligentia perierint, rationem eritis reddituri in diem iudicii. Et ut de negotio lucrum reportetis & præmium, oportet vos magis prodesse quam præesse: o spirituales sacerdotes, diligite clerum & populum vestrum, & nullos vobis æstimetis propinquiores esse parentes, quam qui vobiscum in domo & in opere Dei morantur, quia ubi amor & dilectio est spiritualis, ibi Deus mediator inhabitat; qui dixit, *In hoc cognoscemus quia mei estis discipuli, si dilectionem habueritis ad invicem*. vestram quoque fragilitatem humiliter considerate, & infirmorum curam patienter portate. In imperio vestro moderati sitis, ut regula docet. Similiter moneo, ut opera quæ injungitis discernatis & temperetis: discretionem semper cogitate ut quod fecerint subiecti vestri absque murmure

Col. 3.

1. Cor. 13.

1. Cor. 13.

1. Cor. 13.

1. Cor. 13.

343  
 faciant, ut & animæ salventur, & corpora supra modum non graventur. Moneo & omnes clericos vobis subiectos, ut vobis humiliter obediant, & regulam canonicam pro viribus adimplere satagent, & absque murmuratione imperio vestro subjaceant, Dominoque dulciter serviant: *omnis homo potestatis sublimioribus* suisque præpositis subditus esse debet, quanto magis servi Dei obedire humiliter præpositis suis debent? Moneo etiam & regulæ canonicæ memores sint, ejusque præcepta ante oculos semper habeant. Nam quis scit quid contingat sibi vel aliis in hac vita? aut quis unquam inobediens ad bonum finem pervenit? Nobis vero pavor incutitur non modicus, dum legimus multorum sanctorum in fine fuisse periculum, & post tantos labores conquistos etiam de summo ad ima fuisse præcipitatos, quorum casus noster debet esse profectus. Siquidem & primum hominem per inobedientiam cecidisse legimus. Multa siquidem atque innumerabilia de his colligi possunt, sed nobis ista modo sufficiunt, ut in his careatis ne inobedientiam in aliquo incurra- tis. Non vos delectent deliciae superflue, nisi quantum corpus sustentari videtur, & non quantum voluntas humana appetere temptat. Nolite esse cultus vestibus adornati, sed simplici modo necessitatibus corporis contenti, sic habeatis disciplinam, ut non amittatis animam. Nolite esse oblivioni dediti, nec ulla securitate hebetati, sed tam corporis quam animæ alimenta præparate vobis & clericis subiectis vestris, ut læti vobiscum Christo serviant, ubi ejus servitio se tradiderunt, ut in futuro mercedem recipiatis, & vocem Domini audiat, ubi dicitur, *Quia super paucos fidelis fuisti, supra multa te confisumam, intra in gaudium Domini tui.* Ad quod gaudium me peccatorem, & vos omnes una cum omnibus nobis commissis, Dominus & salvator noster, præcibus omnium sanctorum suorum, perducere in lætos in vita æterna dignetur qui vivit & regnat in sæcula sæculorum. Amen.

Rom. 13. Tit. 1.

Matth. 21

\* In Aude- gaveni co- dice romæ illust. ep. co- pi. exp. im- lit. Bal. 1691. 171. 172.

Cap. LXXXII. *Alia epistola ad episcopum. Dul- cissimo domino meo episcopo in Christi nomine salutem perpetuam.*

Pater dulcissime, bene valeas in Christo, & illi semper placeas. Saluto te, & per te omnes clericos tuos. Consolare & conforta eos in servitio Domini nostri Jesu Christi in quantum præ- vales. Moneo prudentiam tuam ut peccantes ar- guas coram omnibus, ut timorem ceteri habeant. Qui enim proximorum mala respicit, & tamen silentio linguam premit, eo mortis auctor fit, quo eos quos potuerat curare noluit. Nos ergo qui in periculoso ordine constituti sumus, aduenda- mus ne simus inutiles servi, illius semper mer- o- res simus mandati quod dixit, *Hoc est mandatum meum ut diligatis invicem.* In hoc enim mandato omnium salus consistit. Hoc cunctis pernecessa- rium esse constat, & maxime his qui gregem Christi regendum accipiunt. Quapropter, pastor carissime, gregem quem accepisti ad regendum diligenter erudire studeto, & sanctis admonitioni- bus per pascua vitæ deducere satage. Habes in omni opere bono Christum adiutorem: sanctum quoque cui militas intercessorem, sicut gubernationem & dispensationem in domo Domini ha- bere videris, ita tibi subiectos bonis moribus or- nare contende, & eos in divina laude devotissi- me fac consistere, & quod angeli semper agunt in cælis, hoc tui cleri jugiter faciant in ecclesiis. Tuum est præcipere, illorum obedire; tuum est præire, illorum subsequi. Omnium itaque in ser- vitio Dei una debet esse voluntas, ut una fiat in regno Dei remuneratio. Nullus horis canonicis

se divinis subtrahat laudibus, ne propter aliquam negligentiam alicujus locus in conspectu Dei va- cuus inveniat, & verba Dei in ecclesiis intimo cordis affectu proferantur, & cum magna reve- rentia Dei omnipotentis officia celebrentur, om- ne vero ministerium Christi humiliter & devote impleatur. Omnis quoque inobedientia in sæculi necessitatibus fideliter & strenue peragatur. Fiat quidem inter omnes concordissima pax & sanctis- sima caritas & devotio vitæ regularis, seniores bonis exemplis & sedula admonitione erudiant juniores, illosque diligant ut filios, & illi quasi patres eos honorificent, illorumque omni alacritate obediant præceptis. Tua vero, venerande pas- tor, conversatio omnibus sit exemplum salutis.

Cave ut nec minimus quis in tua scandalizetur vita, sed ædificetur & roboretur in via veritatis, quia tibi ex illorum salute merces judicabitur æ- terna. Cani capilli extremum denuntiant prope- rare diem. Quapropter paratus esto omni hora, in occursum Domini Dei tui. Dilectio fraterna & eleemosynæ miserorum & vitæ castitas præpa- rent tibi gradum in cælo. Festivis diebus venien- te ad ecclesiam populo, fac eis prædicare verba Dei, & quocumque vadis, clerici qui servitium Dei pleniter peragant, tecum eant, sobrietate or- nati, non ebrietati adstricti. Quorum honestas vitæ aliis sit doctrina salutis, curamque omnium ubique habeas, & maxime pauperum, viduarum, & orphanorum, & audias in die tremendo a Do- mino cum aliis eleemosynam facientibus: *Quam- diu feceris uni ex his minimis, mihi feceris.*

Matth. 25.

Non miseris ut pater, & causam ad te clamantium diligenter discute, & parce in te peccantibus, ut Deus tuis parcat peccatis. Esto justus in judicis & misericors in debitis: magister virtutum, moribus honestus, verbis jucundus, vita laudabilis, in omni opere Dei devotus: ceteros quoque co- hortare, ut sanctas scripturas diligentissime legant. Non confidant in linguæ notitia, sed in veritatis intelligentia, ut possint contradicentibus veritati resistere. Sunt enim tempora periculosa, ut ap- o- stolus prædixit. Quia multi pseudodoctores sur- gent introducentes lætias, qui Catholicam fidem impiis adfectionibus maculare nitantur. Ideo ne- cesse est ecclesiam plures habere defensores, qui non solum vitæ sanctitate, sed etiam doctrina ve- ritatis castra Dei viriliter defendere valeant. Has vero piæ admonitionis litterulas non quasi ne- scienti direxi, sed ut veræ caritatis, quæ est in meo pectore, fidem ostenderem. Omnipotens Deus te tuosque carissimos ceteros in omni bono profi- cere faciat, & ad beatitudinem æternæ gloriæ venire concedat, qui regnat in sæcula sæculorum. Amen.

\* al. cler. cor. II

\* al. cler. cor. H

Cap. LXXXIII. *De doctrina discretionis.*

Non omnibus una eademque doctrina &c. c. 23. *Aquisgr. ex c. 43. lib. III. sententiarum S. Isidori & ex prologo lib. III. pastoralis S. Greg. papa, &c.*

Cap. LXXXIV. *De clerico delinquente clericatum suum.*

E Si quis vero clericus relicto officii sui ordine, H. (p. 1.) laicam voluerit agere vitam, vel se militiæ sæcu- lari tradiderit, excommunicationis pœna feriat.

Cap. LXXXV. *De eo quod non facile ejiciatur unus de ordine canonicorum.*

Silvester dicit, Non acolytus adversus subdiaconum, non exorcista adversus acolytum, non lector adversus exorcistam, non ostiarius adversus lectorem det accusationem aliquam. Et non sub- diaconus, acolytus, exorcista, ostiarius, lector filios habentes & uxorem, & omnino Christum prædicantes, nisi in testimoniis septem. Et non damnabitur diaconus nisi in xxxv. & non dam- nabitur presbyter nisi in xlv.

Romanum conc. sub S. Silvestro c. 1

Cap. lxxxvi De eo quod canonici debet se  
præcavere ante transformationes demonum.

Admonendi sunt clerici canonici, ut sint cauti, ne a dæmonibus in cogitationum subtilitate seducantur: propterea & forma diaboli inter clericos observetur, ut si quis ad eos veniat, sive vir, sive mulier sit, sive senex, sive juvenis, etiamsi notus, sive ignotus sit, ante omnia oratio fiat, ut nomen Domini primum invocetur, quia si fuerit aliqua transformatio dæmonis continuo oratione facta defugiet. Si vero in cogitatione eorum suggererint dæmones, aliquo modo laudari aut extolli debeant, non adqueant eis. Sed tunc magis semetipsos humiliant in conspectu Domini, & pro nihilo ducant, cum sibi aliquod inlicitum suggererint. Venerunt dæmones ad quemdam monachum nomine Or, in specie cælestis militæ & habitu Angelorum, currus igneos agentes plurimo apparatu, tanquam magnum aliquem regem deducentes: ilque qui a ceteris ut rex haberi videbatur dicebat ad eum, Implenti omnia, o homo, tantum superest tibi ut adores me. Sed si adoraveris me transferam te sicut Heliam: & Monachus Or hæc audiens dicebat in corde suo, Quid est hoc? Quotidie ego salvatorem meum qui est rex meus adoro. Hic si esset ille quem adoro, quomodo hoc a me posceret, quod indefinenter me facere sciet? Post hæc respondit ad ipsum, Ego habeo meum regem, quem quotidie sine intermissione adoro, tu autem non es rex meus: & continuo ille inimicus ad hæc verba nusquam comparuit. Item Fortunatus episcopus ex quodam homine immundum spiritum excussit. Qui malignus spiritus cum vesperante jam die secretam ab hominibus horam cerneret, peregrinum quempiam esse se simulans circumire cepit civitatis plateas & clamare, O virum sanctum Fortunatum episcopum, Ecce quid fecit. Peregrinum hominem de hospitio expulit. Quæro ubi requiescere debeam, & in civitate ejus non invenio. Tunc qui-

Adam in hospitio cum uxore sua & parvulo uno ad prunas sedebat. Qui vocem audiens, & quid ei episcopus fecerit requirens, huic invitavit hospitio, & sedere cum secum juxta prunas fecit. Cumque vicissim aliqua confabularentur, idem malignus spiritus parvulum filium invasit, atque in eadem prunas projecit, ibique mox ejus animam excussit. Qui orbatus mater vel quem ipse susceperit, vel quem episcopus expulisset, agnovit.

Hic desinit Aulegrænsis codex teste Sirmondo, qui vidit exscriptique. At vero in Fiscanensi codice spatium aliquo vacuo interjecto adiecitur jusse & alterum longiusculum caput quod est 122. concilii Aquilgranensis de mensura cibi & potus: Illud quoque &c.

In eodem codice Fiscanensi mss. reperta sunt que sequuntur ad libellos penitentiales spectantia, neque sibi, quod sciam, edita.

Bonifacius archiepiscopus edidit.

Quomodo possumus penitentiam vii. annorum in uno anno penitere. Triaquam pro xxx. diebus & noctibus cantatio psalmodium. c. xx. Psalterio pro xii. mensibus Pro uno die l. psalmos & v. vicibus Pater noster. Item. Pro uno die xv. vicibus, Beati immaculati. & vi. vicibus, Misere mei Deus. & v. vicibus, Pater noster. & lxx. vicibus prosternens se in terra cum Pater noster dicat iniectione. Faciat sic pro uno die. Si vult minus psallere, tamen vult patere, prosternat se frequenter in oratione c. vicibus, & dicat, Misere mei Deus, & dimitte delicta mea Faciat hoc pro uno die. Qui vult confiteri peccata sua, cum lacrymis confiteri debet. Quia lacrymæ veniam non postulant, sed merentur. Roget presbyterum ut missas cantet pro eo, nisi sint crimina capitalia, quæ debet ante lavare cum lacrymis. Cantatio unius missæ potest xxi. dies redimere. Decem missæ xv. menses; viginti missæ vii. menses. Triginta missæ xii. menses possunt redimere. Si vult confessor esse cum lacrymis. Deo gratias.

## AD CONVENTUM AQUISGRANENSEM

ANNO  
CHRISTI  
817.

Pro Monachorum reformatione Anno 817. habitum

ANNO  
CHRISTI  
817.

### ADDITIO.

## JOANNIS DOMINICI MANSI

### P R Æ F A T I O.

Quod hic exhibeo ad Synodum Aquilgranensem additamentum nobile, acceptum est ex anecdoto Pezii to. II. par. III. pag. 370. Fert vero illud S. Simpertus Augustani episcopi & Morbacensis abbatis statuta regularia, quæ ipse ad normam statutorum monasticorum, in Synodo quodam decretorum, ad usum monasterii sui Morbacensis direxerat. Porro hæc ex vetusta membrana in cœnobio Morbacensi diligenter servata, describenda data sunt publico tabellioni, postulantibus monachis cœnobii S. Udalrici Augustani anno 1500. Hæc igitur publica auctoritate transcripta cum ipso tabellionis instrumeto Pezius dedit, & ex illo ego in præsentem. At quorūm hæc, inquires, ad Synodum seu conveniū Aquilgranensem? Profecto nihil, si titulum, qualis in veteri membrana legebatur, attenderis; ex eo enim leges hæc monasticas digestas dicimus ex Synodo sub Carolo Magno rege celebrata, cui S. Simpertus ipse per se interfuerit. Aquilgranensis vero conventus anni 817. non nisi sub Ludovico pio, Carolo jam defuncto, convenit. Si vero, neglecta inscriptione, leges ipsas inspexeris, intelliges profecto canones ipsos hujus Aquilgranensis conventus ita in his statutis præsentari, ut vel ipsum ordinem, quem servant canones Aquilgranenses, interdum retineant. Sed est tamen aliquid hæc in re difficultatis, quod hic planum fieri studebo. S. Simpertus, quem Synodo huic interfuisse ex titulo horum statutorum discimus, Leonis papæ III. ætatem non superavit, cum huic pontifex literas dederit ad Guntramnum abbatem Morbacensem ejus, ut creditur, successorem. Vide Mabillon. Ann. Ord. S. Bened. ad A. 774. num. LIV. Quomodo ergo adfuerit præter Aquilgranensis cœtus, qui altero ab obitu ejus pontificis anno convenit? Adde argumentum ex ipsis Statutorum capitibus deducum: In singulis enim capita singula concilii secundum ordinem, quem in actis ejusdem tenebant, referuntur, ipso etiam singulorum numero adnotato. Quanquam vero nonnulla eundem quem in actis Aquilgranensibus numerum servant; plura tamen variant. Ita e. g. quæ in XXXIV capite Aquilgranensium decernuntur de *obsequio* in septuagesima supprimendo, in statutis illis ex capite XIX. concilii accepta notantur. Denique concilium de quo in statutis capite XXVII. non superabat, ut ex illis non ægre deducitur; cum Aquilgranensia ad LXXX. ascenderint.

Hæc

Hæc dum expendo momenta, in eam me sententiam trahi permitto, quam hic lectori paucis exponam. Dux igitur distitis annorum intervallis discretas synodos ad Monachorum reformationem statuendas opinor; aliam sub Carolo magno, quo rerum potente, Francfordiensis synodus anni 794 convenit, ubi de monachorum reformatione actum est. Altera vero hæc ipsa est synodus Aquisgranensis anni 817. sub Ludovico pio celebrata. Utrumque concilium suos edidit canones. Prius illud sub Carolo non ultra XXVII. aliud vero sub Ludovico longe plures. Prioris concilii sub Carolo leges repræsentant statuta Morbacensis; alterius vero sub Ludovico inter canones quos Aquisgranensis conventui Labbeus tribuit continentur; ita tamen, ut tota illa canonum LXXX. collectio non tota quidem ad Aquisgranensem hanc anni 817. synodum pertinet; sed partim ex canonibus prioris synodi sub Carolo, partim ex his postremis legibus sub Ludovico constata sit. Ex ipsa plane canonum Aquisgranensium anni 817. complexione id probari posse arbitror, nam canones priores cum posterioribus pugnant, ut argumento sint ad diversa concilia spectare. In canone VIII. edicitur: *Ut voluntaria intus jersise nullo modo comedant nisi pro infirmitate.* In canone VIII. statuitur; ut voluntaria, in natali Domini, in pascha, tantum quatuor diebus comedant. Quis hæc unum idemque concilium sanxisse crediderit? Ipsa pariter Morbacensis statuta aliquid ferunt, unde intelligamus exacta esse illa ad concilium ab Aquisgranensi anni 817. plane diversum; nam inter ea, de quibus nihil est a concilio definitum, hoc ponunt, ut a jurando monachus penitus abstineat; is vero unus est ex canonibus concilio Aquisgranensi anni 817. assignatis. Vide canonem XLIII. ex quo illud consequitur, canones illos Aquisgranensi anni 817. tributos qua parte cum statutis Morbacensibus congruunt ad concilium aliud sub Carolo magno referendos esse; qua vero parte canones Morbacensibus ignotos ferunt, ad eundem Aquisgranensem anni 817. adscribi commode posse. At enim concilium hoc sub Carolo magno ubi locorum, quo tempore convenit? Si veterem statutorum titulum respexerimus, coactum illud Carolo magno nondum imperatore statueremus: quæ sane epocha cum concilio Francfordensi anni 794. in quo aliquid de monastica disciplina statutum constat, belle congruit. Sed ex illis phrasibus circa finem scripti hujus occurrentibus, *imperiali censura*, plane discimus imperatoris nomen jam Carolo accessisse. Quamobrem synodum hanc, quocumque tandem in loco convenit, post annum 800. sub Carolo magno collocari oportet. Vide tamen: an quæ dixi ad Aquisgranensem anni 803. cum his congruant.

## SANCTI SIMPERTI EPISCOPI AUGUSTANI REGULARIA STATUTA

*Monasterii sui Murbacensis.*

Ibidem.

**I**N nomine Domini, amen. Noverint universi, si præsens publicum instrumentum infra scriptorum regularium statutorum, & ceremoniarum tempore S. Simperti episcopi Augustani ac abbatis monasterii Murbacensis promulgatorum pariter, & observatorum transcriptum, seu transcriptum continens inspeduri, quod anno a nativitate Domini Incarnationis millesimo quingentesimo, indictione tertia, die prima mensis Mali, hora ipsius diei octava, vel quasi ante meridiem in loco capitulari monasterii Murbacensis, Serenissimo principe domino domino Maximiliano Romanorum rege feliciter regnante in mei notarii publici testiumque infra scriptorum ad hoc specialiter vocatorum, & rogatorum, præsentia personaliter constituti reverendi, honorabiles ac religiosi viri domini Vvaltherus de Vviltspurg abbas, Leonhardus de Reichenstein decanus & capitulum, seu conventus ecclesie, seu monasterii imperialis sancti Leodegarii in Murbaco, ad Romanam ecclesiam nullo medio pertinentes, Ordinis Sancti Benedicti Basiliensis diocesis proposuerunt, & verum esse asseruerunt, quod anno indictionis, ut supra, die prima mensis Aprilis, propter evidentes, & urgentes necessitates dicti monasterii Murbacensis, nec non ob præceptum regale abbati præfato factum ad dictam, sacri imperii principibus in Augusta præfixam, ministerialium ipsius monasterii certa scientia, & expressa voluntate accedente ad Augustam destinarent venerabilem & egregium virum fratrem Joannem Naburg sacre Theologie professorem & decretorum doctorem monachum prædicti monasterii, & præpositum ecclesie beatæ Virginis in Murbaco, qui ob sancti Simperti, & abbatis honorificentiam adiit monasterium Sancti Udalrici in Augusta ordinis ejusdem, & ut idem asserbat, quod læta inibi humilitatis fronte fuerit susceptus. Inter colloquendum abbas sancti Udalrici, & nonnulli alii patres, regulari polentes institutione sancti Simperti (ut decet) debitum honorificentie cultum ampliare cupientes, præbato doctori, ac monacho humiliter supplicarunt, quatenus regularia instituta tempore sancti Simperti custodita, & ab eodem promulgata transcriptum, & transferri faceret, & ab abbate Murbacensi fieri impetraret.

Unde prædicti reverendi honorabiles ac religiosi viri domini abbas, decanus, & conventus antedicti monasterii Murbacensis piis annuere votis & veritati non deesse & magnificum vitæ ac famæ decus sancti Simperti Dei intuitu, qui gloriosus est in sanctis suis, propagare cupientes, statuta, ceremonias sancti Simperti, illibatam vitam piarum aurium edificationem docentes, in una vetusta rotula, seu charta pergamenæa exarata, certa, sana, integra, illæsa, in nullis characteribus rafa, aut caduca, tunc mihi notario subscripto ostenderunt, præsentarunt, atque dederunt, meque in præsentia testium subscriptorum debita cum instantia requisierunt, quatenus abbati & conventui sancti Udalrici in Augusta, ubi sanctus Simpertus tumulatus esse dignoscitur, eandem rotulam regularium statutorum & ceremoniarum transcribere, & in publicam formam redigere vellem, in finem, ut eisdem copiis authenticis tanquam rotule originali coram quibuscumque personis cujuscumque status sive præminentie extiterint stetur & credatur.

Quam quidem rotulam sive cartam pergamenæam vetusta litera exaratam recepimus, vidi, ac de verbo ad verbum transcripti, & transcripti, & copiarum, debita cum collatione per me cum eisdem facta, feci, nihil addito, vel mutato, quod facti mutet substantiam, aut variet intellectum, ipsamque cartam, sive rotulam regularia statuta sancti Simperti continentem de verbo ad verbum satis alta, clara, & intelligibili voce testibus astantibus perlegi, tenorem, qui sequitur continentem.

\* Cod. Statu  
sui præsent.

ANNO  
CHRISTI  
1717.

## REGULARIA DECRETA A SANCTA SYNODO IN FRANCIA

ANNO  
CHRISTI  
1717.

*Jesu Caroli Magni Patricii & regis Romanorum celebrata, ad memoriam verbo & scripto, presentibus fratribus monasterii Marbacensis passim per Sempertum abbatem ejusdem loci & episcopi Augustatis, cui Synodo interfuit personaliter.*

- Ibidem** **A**D memoriam vestram, fratres Carissimi, **A** vocare scripto decrevimus ea, quae verbis & capitulis proxime a sancta synodo scribitis vestris intinavimus, & in singulis capitulis, quae ibi digesta sunt, quasi recapitulationem facientes, possibilitatis, & necessitatis in eis commoda requisivimus, quia quaedam ibi secundum auctoritatem regulam, quaedam vero usu & consuetudine prolata sunt: quae consuetudo, si aliquo vitio corrupta non fuerit, pro lege regulari inculpate retineri poterit.
- Aquisgr. c. I** Primo enim capitulo denuntiatur est, ut cum abbares ad propria ioca remeant, regulam per singula discutientes relegerent, & adimplerent, quod a nobis in discussione verborum juxta modulum intelligentiae nostrae actum est. Illa vero **B** adimpleratio, non in spatio temporis sicut illa interpretatio, sed in cursu totius vitae nostrae ponenda est duobus modis, aut adimplendo, Domino adjuvante, sponsonem nostram: aut si peccatis surripientibus praevicaciter sanctae regulae existimus, emendando regularibus disciplinis.
- Ca. II.** Secundo ut qui possunt regulam memoriter discerent. Ubi jungendum putavimus, ut cum ex corde recitanda dicitur, a dictatoribus ordinatis distantibus interpretetur. Quosdam vero totam per ordinem memoriam commendare iussimus, qui descripti in nostro catalogo continentur, quorum numerus usque ad triginta sex exerecit. Quibusdam vero capitula decem ex eadem regula denominata discernenda injunximus, qui simili modo descripti noscuntur, nisi forte aetatis, aut visus impedimentum ad dicendum obstitit: saltem haec clauso codice ex corde possunt proferre. Qui vero nec ex integro, nec ex parte illa percurrere nequierint, audiendae sententiae singulorum penetrant, & menti reponant. in quo se participes ceteris, si opere audita probaverint, esse non dubitent. Ubi etiam addendum est, ut nullus fratrum praetermittatur, qui, in aliqua meditatione lectionis divinae tempore ordinato occupatus non sit: verbi gratia, ut scholastici postquam psalmi, cantica, & hymni memoriam commendata fuerint, regula post regulam textum committit, interim vero historiam divinae auctoritatis, & expositores ejus, nec non & collationes Patrum, & vitas eorum legendo, magistris eorum audientibus, percurrant. Postquam vero in istis probabiliter reducti fuerint, ad artem litterarum, & spirituales se transferant flores. Qui vero de habitu saeculari conversi notitia litterarum indigent, post earum cognitionem, orationem Dominicam, & symbolum, & sic deinceps penitentium psalmos, post haec reliquos, usque dum vita, & virtus suppetit, discere non desinant.
- Ca. III.** Tertio, ut omnes officium S. Benedicti faciant. Quod capitulum illis observandum convenit, qui hactenus Romanae ecclesiae officio sub monachico habitu regentes usi sunt. Nos vero qui ab ipsis pene canabulis a majoribus nostris eruditi in eadem dispositione vivimus, quidquid menti occurrat, quod negligentia praetermisit, emendatio supplere debet; id est, ut omnes horum canonicarum tam ad nocturnas vigilias, quam ad diurnas horas, excepto completorio, Antiphonis terminentur. Hebdomadarii legentes in refectorio lectiones per singulas horas canonicas unicuique tem-
- pori congruentes, in ecclesia recitant, quae per ordinem memoriam commendant. Similiter, & eps, quae tempore adivo ex prophetis ad nocturnos decantanda sunt, pronuntiationes in choro per tres horas canonicas, id est: ad nocturnos, Matutinis, & vespertinis conventibus sine intermissione sunt. Psalmi ordinate absque ulla festinatione divisionibus in versibus custoditis psallantur: orationes quae a Sacerdote recitantur, usque ad divisionem versuum ab eodem sacerdote dicantur: ac deinde subsequente congregatio respondeat. Quinquagesimus sine consensione alicujus praecipitationis choris alternantibus dicatur; Kyrie eleyson in ordine suo simul stando ordinate decantent. Ea vero quae in regulari distributione psalmodum de usu Romanae ecclesiae addita sunt, & in quibusdam cenobiis in usu non habentur, adhuc nobis retinenda censuimus, donec consulti meliorum aut dimittantur, aut tenendum certiora reddantur.
- Ca. XXV** Quarto: ut abbares communes esse debeant ejus monachus in manducando, in bibendo, in dormiendo, seu in ceteris quibuslibet causis. In hoc quippe negotio uti regulari potestate volo, cui non praevaleat alicujus nova constitutionis censura. Sive enim communi vita, seu in abstinentia singulari, quilibet rumore vulgi respergi poterit, quod & exemplo Salvatoris, & ejus praecursoris factum dignoscitur. Nos vero sicut in conventu fratrum infirmitates corporis nostri exposuimus, non in tantum obtemperando gulae illecebris, quantum consulendo necessitatibus corporis, sic victum nostrum Domino moderante disponere cupimus, ut & sustineat ad utilia, & non noceat ad adversa.
- Ca. IV** Quinto ut fratres in coquina, in pistrino, & ceteris officiis artium propriis manibus laborent, & vestimenta sua lavent, in lavatione vestium antiqua consuetudo teneatur, ut qui per se possunt faciant, qui vero senio, aut infirmitate debent, cura praepositi ab aliis adjuti eorum necessitas expleatur. In calcamentis vero, & vestimentis consulendis adhuc ordinatio nostra teneatur, ita ut qui per se hoc facere poterint, faciant; quibus vero causa impossibilitatis supra descripta obstitit, cura praepositi, & camerarii eorum necessitas sustententur, ne ab aliis iatus fornice solatio eis ad hoc querendi necessitas incumbat. Interim vero, quo haec taliter geruntur, instruendi sunt follores, Sartores, Sutores non forinsecus, sicut habemus, sed intrinsecus, qui ista fratribus necessitatem habentibus faciant, quae indicium usque calendae septembres proximas danda sunt. In coquinandi vero, & pistrinandi arte in commune ab omnibus adjuvetur, tam a Septemariis quam a reliquis omnibus, quibus solatio sine novitiis, & polantes nostri ad hoc deputati, donec in supradicto spatio temporis fratres ad hoc eligantur, qui hoc annuis temporibus excursis vicissim expleant, ceterorum omnium solatio, sicut hactenus adfuit.
- Ca. V** Sexto: de modo vigiliarum observando. sicut in illo capitulare continetur, sufficit nobis, id est, ut opus vigiliarum semper cum die finiatur, nisi forte maturitas contingat surgere, ubi necesse est, ut imbecillitas corporum somno refocilletur.
- Ca. VIII** Septimo: ut a volatilibus omni tempore ab omnibus abstineatur, excepta causa infirmitatis, li-

- 351  
 cet hoc regule auctoritas non interdicat, sed quasi in arbitrio edendi aut abstinendi delinquant. De creverunt in prætata synodo sancti Patres, quia op-  
 ANNO CHRISTI 1177  
 pioni nostræ reliquum est, religiosioris vitæ sumere disciplinam, suoque præcepto firmaverunt, ut a tali edulio monachi abstinentiæ fræno omni tempore cohiberentur, excepta causa necessitatis su præscripta.
- Cap. XXIII. Octavo & nono capitulis, in quibus lavatio pedum in quadragesima & cæna Domini describitur, facili ordine poterit observari, si abbas præfens fuerit: si non præpositus, qui in vice ejus est, sicut locum ita officium compleat.
- Cap. XXIV. Decimo, ut abbates frequenter villas non circumveant, nisi causa necessitatis, nec fratribus illas custodiendas committant: ubi nostræ visitationis raritas utinam non noceat. Nam frequentationis circumvitio inter villas ideo nunquam fit a nobis, quia aliud impedimentum nostræ occupationis nos fatigat, dum inter curas episcopatus & Palatinas ordinationes nulla ad providendas possessiones nostras nobis licentia suppetit. Sed Deus est testis, qui concilius est cordis, quod in terrenis occupationibus non sponte sed invitus inhæreo, qui quandoque a tributis Cæsaris nos absolvat, quibus obnoxii sumus, ut securius, quæ Dei sunt, quandoque nobis agere liceat. Fratres vero, qui in diversis ministeriis foris occupati fuerant, medio Augusto, cum mutatio facienda erit, sive de cellis seu de villis ad cenobium redeant, quod ante nullatenus fieri potest propter notitiam locorum, in quibus præfunt. Interim vero adiores boni providendi sunt, qui prædicta loca in posterum provideant.
- Cap. X. Undecimo, ut poma, & lactucæ, nisi cum alius cibis sumitur, non comedantur, quod statim adimpletum est.
- Cap. XI. Duodecimo vero capitulo: ut tempus phlebotomizæ certum non terminetur, nisi quando necessitas exposcit, concedatur. Ubi jungendum est, ut qui tantummodo phlebotomantur, quadragesimali cibo recreentur, qui vero potionem pro certis aut denominatis passionibus biberint, esu volatiliū reparantur. Et ideo volatilia, quæ de curtis nostris venite annuo tempore soliti fuerant, ad hoc retulerentur: quæ vero ex ædo censa ab hominibus nostris venerant, pensandum qualiter in fructum necessaria utilius vertantur.
- Cap. XXIV. Tertiodecimo: ut mandatum post cœnam fiat, quod & antea similiter fecimus.
- Cap. XX. Quarto decimo: ut mediocra vestimenta dentur. Ubi jungendum, caperina vestimenta, seu serico circumluta omnino monachis interdicta sunt. Si vero apud aliquem hujuscemodi vestimentum cum velocitate consumptum, aut mutatum, amplius caveatur, ne addatur.
- Cap. XXII. Quintodecimo. Quod de numero vestimentorum, seu calceamentorum dictum est: & de datione uncti, & sapone, sicut hætenus a nobis observatum est, adhuc in antea teneatur: ut indigentibus vestimenta præbeantur, veteribus in præfenti redditus: quæ vero superabundant, Priori reddantur propter pauperes consolandos. Corium vero confectum fratribus detur ad annum sicut antea, utique dum sutores nutriantur. Tunc calceamenta præbeantur, sicut in Synodo definitum est. Radendi vero usus, qui media quadragesima solebat fieri, in sabbatum sancti patrici differatur.
- Sexto decimo vero, & decimo septimo capitulo nihil addendum est, quia sicut antea a nobis observatum est, sic in antea observabitur.
- Decimo octavo capitulo, in quo carcer talis fieri jubetur, ut focus in eo fieri possit: iste quem hætenus habuimus sufficiat, usquecum plus necessa-
- 352  
 ria ædificia, quæ igne consumpta sunt, restaurentur.
- Decimonono capitulo de alleluja decantatione, sicut in eadem Synodo definitum est, Romanæ ecclesiæ concorditer, ut in septuagesima dimittatur.
- Vicesimo capitulo de susceptione novitiorum, sicut regula docet, ita agatur. Tonfura vero eorum & mutatio vestimentorum postquam promissionem suam firmaverint, agatur. De sacerdotibus vero vel scholasticis suscipiendis præceptum synodi non habemus; & ideo susceptio eorum regularis, quantum possibilitas finit, habeatur, usque dum decretum manifestius inde audiatur.
- Vicesimo primo capitulo usus balnei interdictus omnino est, excepto quibus necessitas infirmitatis insistit. Unde non considerantes infirmorum infirmitates usque ad initium quadragesimæ scaphas balneum concedimus. Interim vero sicut copæ balneariæ abundanter, præpositi & cellerarii ordinatione factæ, in quibus fratres singillatim, & non communiter, cum necessitas exposcit, benedictione antea percepta, lavare possint; invicem sibi solatia præsentibus sine accessu extraneorum. In hac dilatione non prævaricatores synodi, quod absit, simus, sed inducus factis, usque dum necessitas procuratur ut illicitum cautius auferatur.
- Vicesimo secundo capitulo, in quo præcipitur, ut abbas ad portam cum hospitibus non convitet, quod nos in usu nunquam habuimus. In auditorio vero, ubi abbas legere solet, & cum fratribus & cum hospitibus vicissim seu communiter colloquium habere solitus est, comedere cum hospitibus valde raro usi sumus. Quem usum, nisi certius interdicatur, habere volumus. Qui locus in confinio claustrii, & januæ monasterii situs est, itaut fratres sine impedimento hospitum, & hospites sine fratribus ad colloquium recipere possint.
- Vicesimo tertio capitulo: ut hospitibus, quibus licentia intrandi est in refectorium, digne administraretur: Abba vero contentus sit cibo fratrum, quod facile observabitur, ut & abbati digne administraretur, & hospitibus. Fratres etiam in adventu fratrum aliquatenus congaudeant, & abstinentiæ fræna relaxent.
- Cap. XXV. & XXIX. Vicesimo quarto, & quinto capitulis, quæ de lectoris cibo & ministrorum refectioe descripta sunt, statim observata sunt.
- Cap. XXXI & XXXII. Ultima vero duo capitula, quæ de prohibitione osculi feminatum, & ut monachi nudi non verberentur, istiusmodi usus apud nos nunquam fuit, nec Domino adjuvante in antea erit. De comparatione, & commatratione omnino caveatur, ne ab ullo monachorum aliqua occasione præsumatur, quia in veritate non expedit animabus eorum, & omnino alienum est a proposito eorum. Hætenus explicitis capitulis, quæ proxime in sua synodo gesta sunt, & a nobis recapitulatis, supersunt aliqua, quæ illa schola monachorum in usu habet juxta quorum exempla nos informandi sumus.
- Cap. XXXI & XXXII. D. E. Duas etenim silentii regulas custodiunt, unam nocturnam, alteram diurnam. Illa cum nocturna a collatione vespertinali usque ad versum capituli protrahitur. Illa vero diurna a versu capituli usque ad supradictam vespertinam collationem. In illo enim nocturnali silentio penitus loquendi licentia interdicta est. In diurnali vero cum alter alterum appellaverit, sive junior a seniore aliquid requisierit, silenter absque ullo strepitu vocis, & humilis sit confabulatio, paucis valde & rationalibus verbis, nullaque eis aut simul standi, aut contedendi, aut coambulandi sinitur rora, excepto discendi aut cooperandi gratia, sed semper aut

ANNO  
CHRISTI  
817.

aut in lectione, aut in opere manuum omnes horas diurnas consumant.

Intervallum quod inter opus Dei & horam refectionis contigerit, aut orando, aut legendo transigunt: excepto si ad necessitatem naturæ quis ire debeat. Ubi cumque gloriæ sanctæ Trinitatis siue in oratorio siue in quolibet loco insonuerit, si stantes sunt, prope usque ad humum prosternuntur usque dum sancta Trinitas perdicatur. Si vero sederint, ab humo surgentes gloriæ resurgendo & inclinando deserunt sanctæ Trinitati.

Obviantes sibi juniores a prioribus usque ad genudflexionem corpora humiliando petunt benedictionem. Cum in domum quamlibet intraverint, ubi conventus fratrum esse debet, genu flexo & supplice dextera petunt benedictionem, crucem adorando & benedictionem postulando. In salutatione hospitiū similiter & genuflectunt, & dexteram terratenus dimittunt.

Cum tempus legendi est, numquam sine lectorivo suo residere audent, sed singuli singulos habentes lectionem suam in eis memores commendant, qui quomodo a nobis etiam facti sunt, a nobis ordinandum est. Jurandi usus apud eos penitus non habetur; quod evangelicum mandatum cum omnibus christianis interdicit: quanto magis his, qui cum nomine christiano etiam seculo abrenuntiauerunt?

\* Cod. suam  
meis memo-  
ris com.

Ulm latinitatis petias quam rusticitatis, qui inter eos scholastici sunt tenuunt. In tali etiam consabulatione notitia scripturarum aliquotiens magis quam lectione penetratur, & didandi usus discitur, & ad discendum sensus acuitur.

Hæc & alia similia his quæ menti non occurrunt in supra dictorum cœnobarum conversationibus comperta habemus, ad quorum exempla informandos per universa regni sui cœnobia monachos decrevit imperiali censura, ut uno modo ea, quæ ex auctoritate regulæ, seu illa, quæ ex consuetudinum adinventione aguntur, in usu habeantur. Unde necessarium reor, si vestra placet dilectioni, ut in his ante præmoniti certamen habeatis in his omnibus instrui, ut bonis, & honestis moribus excolti non tantum coram Deo laudabiles, sed etiam coram hominibus ..... possit ad humilitatem & gratiarum actionem ceteros revocare.

AD hunc pariter Aquilgranensem conventum inscriptio ipsa vetustæ Casinensis Codicis refert Capitula pro Monachorum reformatione, quæ P. Angelus de Nuce vulgavit in appendice ad Chronicum Casinense. Sunt vero hæc ipsa capita, quæ Labbeus ex Sirmondo accepta dedit; sed cum nonnulla ferant vel additamenta vel supplementa, quibus forte corrigitur lectio vitati codicis a Sirmondo confulti; hinc operæ pretium me facturum putavi si pauca illa adnotaverim. Ac primo quidem lectores moneo deesse in capitulari illo Casinensi caput de volatiliū eiu penitus interdicto, quod in capitulari Sirmondi legi superius admonui. Deest & caput IX. & X. XXII. XXXVII. LV. LXXX. Ordo etiam capitulum utrinque discrepat. Caput XLI. Sirmondi ita legit: *Ut si quis negligenter sonum leuderit, aut aliquid excesserit in refectorio, mox a Priore veniam petat; id vero respondet Capiti XXXI. Casinensis in hanc sententiam concepto: Ut si quis negligenter sonum fecerit, vel aliud quid excesserit in refectorio, mox a Priore veniam petat, & annuente Priore iurget: seruetur tamen silentio, & cum egressi fuerint expleta oratione veniam petat, & secundum modum culpa iudicio subiaceat.* Caput XIII Labbeus iert: *Ut cum a quocumque Priore suo increpatus &c. Casinensis tert: Ut cum ( ab ) Abbate vel quocumque Priore &c. Cap. XXI. Labbeus: Ut mensura cuculla; Casinensis: Ut mensura scapularis.* Labbeus XXXI. *Ut præpositus &c. post abbatem majorem reliquis Abbatis subditis habeat potestatem; Casinensis: Ut præpositus &c. post abbatem majorem reliquis Abbatibus subditis habeat potestatem.* Labbeus Cap. XXXIV. *Novitius res quas habet parentibus suis commendat; Casinensis: parentibus vel amicis.* Labbeus Caput XXXVI. *petitionem pro eo ( puero ) faciant, quam tempore intelligibili ipse puer confirmet; Casinensis: quam tempore intelligibili regulam observare promiserit, ipse puer confirmet.* Labbeus XLIII. *sermonem iuramenti aut affirmationis &c. Casinensis: Juramenti affirmationis.* Lab. cap. XLVI. *In festis &c. S. Martini; Casin. S. Martini.* Lab. LVI. *Ut præpositus decanus, cellerarius de eorum ministeriis nisi causa utilitatis & necessitatis non removeantur; Casinensis: Ut Senior, decanus, cellerarius, portarius de eorum ministeriis nisi causa infirmitatis manducet.* Hic tamen duo canones, de quibus in Labbrano codice, male confusi videntur. Lab. cap. LIX. *Ut abbates monachos secum in itinere nisi &c. non ducant. Quomodo ista cohæreant cum canone XV. ut soli sine fratre in via non dirigantur? Melius igitur in Casinensi L. Ut Canonici Abbates monachos secum in itinere nisi &c. non ducant.* Lab. LXI. *Ut monachi cappas discant &c. Casinensis. Cappas tiffutas.* Lab. LXVII. *Lector stando benedictionem postulet.* Cal. Concil. General. Tom. XIV.

Interim providendi sunt unus, aut duo, qui in nunquamquodlibet ex his cœnobiis mittantur ad speculandam vitam, & habitum illorum, qui nos in omnibus, in quibus fortasse titubamus, certiores reddant, qui & illis boni exempli forma sint ad quos intraverint, & nobis sine zizanias mixtum triticum reponendum in horrea reportant.

ANNO  
CHRISTI  
817.

„ Super quibus omnibus & singulis, dum reverendi honorabiles ac religiosi viri Domini Vvaltherus de Vviltspurg abbas, Leonardus de Reichensstain decanus, capitulum, seu conventus imperialis monasterii Murbacensis sibi a me ut publico notario subscripto unum vel plura publicum seu publica fieri petierunt tot, quot fuerint necessaria, instrumentum vel instrumenta.

„ Acta sunt hæc anno, Indictione, die, mense dicti Maximiliani Romanorum regis tempore, loco, & hora quibus supra, præsentibus ibidem honorabili domino, & discretis viris Joanne Ott presbytero capellano Murbacensi, & Richardo Muling, atque Joanne de Vvertheim ejusdem loci incolis laicis litteratis Basilienfis Diocesis, testibus, ad præmissa vocatis specialiter, & rogatis.

„ Et ego Vvithelmus de Hohenhem &c. laicus conjugatus, Constantiensis doctor publicus sacra imperiali auctoritate Notarius, quia dictæ rotule pergaminæ vetustæ, seu chartæ statutorum, ac ceremoniarum regularium tempore Sancti Simpertis usitatorum, præsentationi, receptioni, requisitioni, transumptioni, ac auscultationi, omnibusque aliis & singulis præmissis, dum sicut præmittitur ferent, & agerentur, una cum prænominatis testibus præsens interfui, & eaque omnia & singula sic fieri vidi, & audivi. Idcirco præsens publicum transumpti instrumentum per me fideliter scriptum exinde confeci, subscripti, publicavi, & in hanc publicam formam redegi, signoque & nomine meis solitis, & consuetis signavi, rogatus pariter & requisitus in fidem, & testimonium omnium & singulorum. Attamen ut veritas magis elucescat, & fides plena adhibeatur, reverendus semper ac colendus Dominus Vvaltherus sæpe dictus abbas Murbacensis, præsens publicum transumpti instrumentum sigilli ipsius appensione communi fecit, ac iussit.

SYNODUS APUD CELICHYTH.

355

356

*Stans humiliter. Labb. LXXIV. Ad Sanctus flans; Cal. Stantes inclinati. Lab. LXXVIII. In pascha tantum quatuor diebus; Casin. & Pascha tribus diebus. Hæc sunt variantes majoris momenti e Casinen- si codice retulantes, quas adnotasse equi bonique lectores mei facient; quorum etiam judicio relin- quo, utrum omnes, sicut de aliquibus constat, Labbeana lectio sine preferenda.*

ANNO CHRISTI 817.

ANNO CHRISTI 817.

LUDOVICI PII IMPERATORIS  
CAPITULARE I.

Anno imperii ejus tertio in Aquisgrani palatio editum post synodum Aquisgranensem.

Enat in Baluz. T. 1. pag. 561. edit. Paris.

SYNODUS APUD CELICHYTH  
DIE VI. KALENDAS AUGUSTI,

ANNO CHRISTI 816.  
Ex Tom. I.  
Coccl. III.

ANNO CHRISTI 816.

Anno Domini dcccxvi. indictione ix. Kenulphi regis Merciorum qui ibidem interfuit xx. prædente vero Vulfredo archiepiscopo Cantuarie, qui sedis suæ annum jam decimum tertium agebat: in quo retinentur fides orthodoxa & præcepta canonica, edunturque novi aliquot canones ad mores ecclesiasticorum gubernandum, ut habetur in hac synopsi.

TITULI CANONUM.

1. De fide & canonibus retinendis.
- II. De modo consecrandi ecclesias.
- III. Ut concordet omnes invicem diligant.
- IV. Ut abbates & abbatisse probi eligantur per episcopum & conventum.
- V. Ut Scoti non admittantur sacra ministrare.
- VI. Ut judicia episcoporum & que signantur vexillo crucis, firma sint. Et de vocato ad synodum.
- VII. Ut prædia & celligraphia monasteriorum non alienentur, nisi, &c.
- VIII. Ut Deo dedicata se perpetuo maneat, nisi, &c.
- IX. Ut describenda sunt judicia synodorum.
- X. Ut episcoporum fiant exequia.
- XI. Ut nec episcopi, nec presbyteri alterius parochiam aut munus invadant.

A sanctis patribus fuisse constituta didicimus, nos velle cum omni diligentia illa illibata & incorrupta custodire fatemur, & alios hoc idem docere, instruere atque firmare. Ut per hoc mereamur nostrorum percipere indulgentiam peccatorum.

II.

Secundo: Ubi ecclesia ædificatur, a propriæ diocesis episcopo sanctificetur: aqua per semetipsum benedicatur, spargatur, & ita per ordinem compleat, sicut in libro ministeriali habetur. Postea *eucharistia* quæ ab episcopo per idem ministerium consecratur, cum aliis reliquiis condatur in capsula, ac servetur in eadem *basilica*. Et si alias reliquias intimare non potest, tamen hoc maxime proficere potest, quia corpus & sanguis est Domini nostri *Jesu Christi*. Seu etiam præcipimus unicuique episcopo, ut habeat depictum in pariete oratorii, aut in tabula, vel etiam in altaribus, quibus sanctis sint utraque dedicata.

III.

Tertio confirmavimus: Ut undique inter nos stabilis permaneat concordia, & intimæ pacis caritatisque devotio. Ut sit omnium una voluntas in opere & sermone, vel in judicio sine cujusquam \* *adulatione*. *forte adulatione.* & disceptatione, quia unius ministerii sumus conservi, unius fabricationis cooperatores, unius corporis membra, cujus caput est *Christus*. Ideo sicut conjuncti sumus in uno spiritu per fidem & dilectionem, ita condecet actus nostros atque verba sine simulatione servare in timore & amore Dei omnipotentis, atque diligenter pro invicem orare; ut per illud mereamur accipere coronam vitæ, quam repromisit Deus diligentibus se.

IV.

Quarto consideravimus decreto: Ut habeat unusquisque episcoporum potestatem in

P R Æ F A T I O.

R Egnante ac gubernante Deo & Domino nostro *Jesu Christo*, qui dispensat orbem terrarum in æquitate, quique caelum & omnem creaturam sua virtute penetravit; nec non cuncta Patris imperio ac pariter sancti Spiritus gratia sursum atque deorsum mirabilem in modum perficit atque discernit: Et eodem Domino donante anno dominicæ incarnationis dcccxvi. indictione ix. hæc synodus congregata fuerat die vi. Kalendas Augusti, in loco famoso qui dicitur *Celichyth*, prædente vero *Vulfredo* archiepiscopo, ceterisque assidentibus australibus Anglorum episcopis; id est, *Bernardo* Hrovensis ecclesie, *Æthelwulfo* *Selseyæ* episcopo; nec non *Vigthga* & *Vigbertho* occidentalium Saxonum episcopo. *Denebertho* *Hmuciorum* episcopo. *Vulfbeard* quoque *Heresfordens* antistite: simul etiam reverendissimis *Merciorum* episcopis, *Heremmo* & *Ratbuno*. Insuper *Eadulfo* *Londoniarum* episcopo. Honorabilibusque orientalium Anglorum episcopis *Sibbano* & *Tidfritho*, seu *Æthelnotho* *Londonia* civitatis episcopo. Porro *Kenulph* regis *Merciorum* anno xx. qui tunc temporis præsens adsuit cum suis principibus, ducibus, & optimatibus, tum undique sacri ordines, præfides, cum abbatibus, presbyteris, diaconibus pariter trastantes de necessariis, & utilitatibus ecclesiarum.

C A N O N E S.

I.

Primo in loco exposuimus fidem catholicam, & orthodoxam quoque Christianam legem, atque præcepta canonica, quæ a

D



ANNO  
CHRISTI  
816.\* F. qui ab  
pauca.\* Hic fuit  
quidam ob-  
scuro & cor-  
ruptus. H.

in sua propria diocesi abbatem vel abbatissam eligere, & hoc cum consensu & consensu familiarum, & ab omnibus diligenter inquiratur & investigetur castitas huiusmodi ab omnibus capitalibus delictis immunis habetur. Id est, ut nec in occisione hominis, aut procreandis filiis, vel etiam in graviore & publico furto sit coinquinatus, sed intra claustra monasterii regulariter suam vitam duxerit. Prudens & acutus in sermone, ne per eius instantiam & taciturnitatem grex ei commissus, & iterum aspiciat episcopus, ut pro illius amore vel competenti pecunia, aut ex propinquitate quis plus eligatur quam decet. Hæc ullatenus sine consensu familiarum, nec familia sine concordia episcopi, sed in unum conjunctis, & secundum ordinem per omnia increpare permittatur & habeatur.

## V.

Quinto interdictum est: Ut nullus permittatur de genere Scotorum in alicujus diocesi sacrum sibi ministerium usurpare, neque ei consentire liceat ex sacro ordine aliquod attingere, vel ab eis accipere in baptismo aut in celebratione missarum, vel etiam eucharistiam populo præbere; quia incertum est nobis, unde, & an ab aliquo ordinentur. Scimus quomodo in canonibus præcipitur, ut nullus episcoporum (vel) presbyterorum invadere tentaverit alius parochiam, nisi cum consensu proprii episcopi. Tanto magis respuendum est ab alienis nationibus sacra ministeria percipere, cum quibus nullus ordo metropolitanis, nec honor aliis habeatur.

## VI.

Sexto sancitum: Ut non frangantur iudicia episcoporum quæ a nobis nostrisque prædecessoribus synodali decreto constituta sunt, sed firma & irrefragabilia ita permaneant: seu etiam de omni re, quæcumque cum vexillo sanctæ crucis Christi roborata est, sic stare servareque præcipimus, nisi forsan rex vel princeps antecessorum suorum manuum impositiones pro nihilo ducant, & illud non emendare neque cessare pertimescant, id ipsum in se suisque hæredibus sustineant, sicut scriptum est: *In quocumque iudicio judicaveritis, judicabimini*. Et iterum, si quis ab accusatoribus suis invitatur ad synodum, & ei obvianti non tardaverit, semel, secundo, tertia vice paratus rationem ponere, & accusator renuit, & suam causam movere differat, postea judicabimus nihil ab eo plus exigatur, sed suo proprio sit contentus.

## VII.

Septimo constitutum est: Ut nec episcopi, neque abbates, abbatissæve quæ regimina vel territoria monasteriorum percipiunt ad servandum, ut nulli eorum licitum sit aliquid de possessione agrorum ecclesiarum minuere, vel alicui in hæredita-

Cencil. General. Tom. XIV

tem deputare, nisi in dies & spatium unius hominis, & hoc cum consensu & licentia familiarum, & iterum reddatur ecclesiæ. Tamen servantur libri primordiales cum aliis celligraphis, ne in posterum aliquod scrupulum contradictionis immittere conentur, quia valde periculosum est illis qui deputantur custodes cœnobiorum, & defensores constituti sunt, illud distribuere ac auferre, quod ab aliis pro suarum animarum salute Deo omnipotenti & sanctorum reliquis in propriam hæreditatem conceditur: nisi rationabilis causa poposcit adjuvari contra invasionem famis, & depredationem exercitus, & ad libertatem obtinendam. Alioquin indisrupta & integre servantur, ne inopia despoliati periclitentur, sed magis unusquisque sit suo proprio contentus, & illud distribuat propinquis vel alienis, secundum meritum qualitatis.

## VIII.

Octavo statutum est: Monasteria quæ semel dedicata sunt cum consilio episcoporum, & in quibus statuitur regularis vita, seu etiam abbas vel abbatissa ab episcopo benedicatur, sic in perpetuo permaneant monasteria & res quæ ad ea pertinent; nisi causa penuriz pro rapacitate secularium ita inviolabiles stare non possunt, indicabimus episcopo cum sua auctoritate magis licuisse ovile Christi defendere, quam luporum faucibus in prædam dimittere. Et hoc fieri præcipimus pro magna necessitate familiarum, ne ex cupiditate avaritiæ causa intelligatur. Ac etiam ubi investigatur primitus constituta, & in ea electione abbatum vel abbatissarum, & eorum consecratio a suorum episcoporum, nec ultra ullatenus fieri dominium, nec habitatio secularium. Quia hoc capitulum nullus æstimet noviter a nobis constitutum. Sed si quis desiderat, in synodo Calcidanense reperire non pigeat. Ideo ex nostra auctoritate id ipsum confirmamus, & in nomine omnipotentis Dei ita servare præcipimus, sicut in antiquis canonicis capitulis constitutum reperimus, & ab apostolicis viris initio primitivæ ecclesiæ mandatum esse didicimus. Sic ea regula & observantia, monastica sua disciplina & ecclesiastica jura sine macula observare præcipimus. Sin autem aliquis, quod non optamus, presbyter, aut diaconus, vel aliquis ex numero clericorum seu ancillarum Dei, ausi fuerint hoc nostrum mandatum & apostolicorum virorum institutiones spernere, & pro nihilo ducere, sciant se suo gradu privari, & a sanctæ Dei ecclesiæ participatione sequestratos, & a communione electorum omnium eos esse anathematizatos, vel etiam in tremendo iudicio ante tribunal Domini nostri Jesu Christi rationem esse reddituros, nisi ante humili satisfactione voluerint emendare.

ANNO  
CHRISTI  
816.\* For. resti-  
quæ.Causa vald.  
corruptus\* Chalcedo-  
nensi. V. 3c  
cap. Chal-  
cedon. con-  
fess. 19. can.  
16. 22. & 21.

Marr. 7.

E

ANNO CHRISTI 815.

ANNO CHRISTI 816. \* psalterio

IX.

Nono sanximus in illa praefata synodo, ut unusquisque episcoporum debeat describere iudicium illud quod in qualicumque synodo constitutum est, vel ad illius parochiam pertineat. Seu etiam constituimus, ut cum ratione & ordine describat qualis annus Domini computatur, aut a quali archiepiscopo, & aliis assidentibus episcopis investigatum & confirmatum sit illud iudicium, ne forte aliquis homo in sua parochia, cui rectum sit iudicium constitutum, per falsam machinationem & malam veritatem a recto iudicio declinet. Sed semper maneat firma atque immobilis in conscientia illius archiepiscopi, & istius episcopi cuius sit dioecesis, & ille habeat aliam chartam ad suam sedem episcopalem, aliam ille ad quem iudicium illud pertineat, ne in posterum aliquod scrupulum iniquitatis applicetur.

decanent. Et postea unusquisque antistes & abbas sexcentos \* psalmos, & centum viginti missas celebrare faciat, & tres homines liberet, & eorum cuilibet tres solidos distribuat, & singuli servorum Dei diem jejunent, & triginta diebus canonicis horis expleto synaxeos, & septem, beltidum Pater noster pro eo canterur, & hoc expleto, tricesima item die obitus sui tam bene reficiantur, sicut in cujuslibet apostolorum natali die refici soleant, & per omnes ecclesias tam fideliter pro eo agant, sicut moris habeant pro eorum domesticæ fidei exorando facere. Ut communi intercessionis gratia, commune cum sanctis omnibus regnum percipere mereantur æternum.

XI.

Undecimo præcipimus, sicut patris temporibus a sanctis patribus traditum esse reperitur: Ut nulli episcoporum liceat alterius parochiam invadere, vel etiam aliquid alterius ministerii ad se pertrahere in aliqua consecratione ecclesiarum, vel presbyterorum, diaconorumque, nisi solus archiepiscopus, quia caput est suorum episcoporum. Sed & alii suo proprio sint contenti, aut cum licentia & consensu illius episcopi, in cuius dioecesi est, & ministrat. Si quis ultra fecerit, emendet iudicio archiepiscopi, nisi ante propriæ dioecesis episcopo reconciliari voluerit.

Et id ipsum presbyteris præcipimus, ut nullus majora negotia ad se desideret, quam a proprio episcopo concedatur; nisi in solo baptismo & ægitudine infirmorum tantum. Sed tamen omnibus presbyteris præcipimus, ut \* ulli denegetur ubique baptismi ministerium præstare, & si quis per suam negligentiam renuerit, cesset a ministerio usque ad tempus correctionis, & cum humili satisfactione reconciliatus fuerit proprio episcopo. Sciant etiam presbyteri quando factum baptismum ministrant, ut non effundant aquam sanctam super capita infantium, sed semper mergantur in lavacro, sicut exemplum præbuit per semetipsum Dei Filius omni credenti, quando esset ter mergus in undis Jordanis. Ita necesse est secundum ordinem servari & haberi.

X.

Decimo jubetur, & hoc firmiter statuimus asservandum, tam in nostris diebus, quamque etiam futuris temporibus, omnibus successoribus nostris qui post nos illis sedibus ordinentur quibus nos ordinati sumus: Ut quodcumque aliquis ex numero episcoporum migraverit de sæculo, tunc pro anima illius præcipimus, ex substantia uniuscujusque rei decimam partem dividere, ac distribuere pauperibus in elemosinam, sive in pecoribus, & armentis, seu de ovibus & porcis, vel etiam in cellariis, nec non omnem hominem Anglicum liberare, qui in diebus suis sit servituti subiectus, ut per illud sui proprii laboris fructum retributionis percipere mereatur, & indulgentiam peccatorum. Nec ullatenus ab aliqua persona huic capitulo contradicatur, sed magis, \* prout concedet, a successoribus augeatur, & ejus memoria semper in posterum per universas ecclesias nostræ ditioni \* subjectas cum Dei laudibus habeatur & honoretur. Prorsus orationes & elemosinas \* quæ inter nos specialiter conditam habemus, id est, ut statim per singulas parochias in singulis quibusque ecclesiis, pulsato signo, omnis famulorum Dei cætus ad basilicam conveniat, ibique pariter xxx. psalmos pro defuncti anima

Decima pars cujusque rei pro pauperibus dividenda


\* quæ

\* substantiæ

\* factæ quæ in illi condita sunt

Baptizare & aegrotos visitare debet in aliqua parochia

\* nulli



VITA, EPISTOLÆ ET DECRETA PASCHALIS PAPÆ I.

ANNO CHRISTI 817.

ANNO CHRISTI 817.

Paschalis, \* natione Romanus, ex patre Bonoso, sedit annos septem, menses \* quinque, dies \* sexdecim. Qui a primævo ætatis suæ divino cultui mancipatus, atque in sacrosanctæ ecclesiæ patriarchio studiis divinæ salutiferæque scripturæ imbutus, tam in psalterio, quamque in sacris paginis novi, ac veteris testamenti specialiter eruditus. Elegans, atque in omni bonitate per-

fectus, subdiaconus quidem factus, & postmodum diaconus atque presbyter honorifice consecratus est.

Erat autem vir sanctus, castus, pius, innocens, magnanimus, loquela devotus, pudicitia plenus, & nimis hilariter jucundeque in elemosynis pauperum cuncta quæ habebat opportune distribuens. In colloquiis ergo divinis frequentius cum religiosi

Paschalis virtutes.

ANNO  
CHRISTI  
817.

Mart. 1.

Hospitalitas  
cru.

Elicio ejus.

Corporalia  
Donum ejus.Dona in ec-  
clesiam S. Pe-  
tri.

giosis ac sanctis monachis sedula observatione die nocturne insistebat, & in orationibus ac vigiliis quotidianisque jejuniis humiliter atque honeste vivebat. Quem dum prædecessor ejus domnus Leo ter beatissimus papa tantis studiis pervigilem & religionis devotum conspexisset, tunc ei monasterium beati Stephani primi martyris, juxta basilicam beati Petri principis apostolorum, ad regendum commisit; quia scriptum est: *Nemo lucernam accendit, & in abscondito ponit, neque sub medio, sed super candelabrum, ut qui ingrediuntur lumen videant.* Unum qui suimet vite hujus temporalis lucra pro æterna sobrie atque utiliter moderando correxit, & exemplum bene vivendi in subditis, & correctionem pietatis religiosius exornavit. Qui etiam gratiam hospitalitatis in peregrinis & claudis, qui ob amorem beati Petri apostoli de longinquis regionibus ad ejus limina occurrebant, utiliter præparans necessaria subministrabat, & occulte quibus egebant hilariter erogabat. Et semper quotidie in Dei operatione credebatur, usquequo prædecessor ejus domnus Stephanus papa de hac luce ad æternam beatitudinem migrasset. Dum ergo per tanta bonæ operationis exempla præcipue longe lateque fama discurreret, & omnipotens Deus regimen ecclesiæ suæ sub piæ gubernationis cura annueret, apte moderateque disponere; una concordia, una eademque voluntate divino interveniente consilio a cunctis sacerdotibus, seu proceribus, atque omnino clero, nec non & optimatibus, vel cuncto populo Romano ad laudem & gloriam omnipotentis Dei in sedem apostolicam pontifex elevatus est. Erat enim patrum præceptorum, seu institutorum pontificum, atque canonum, nec non legum sanctionumque decantissimus observator, & cuique justitiæ normæ a tempore ordinationis suæ nobilissimus promulgator; tardus ad irascendum, & velox ad miserandum. Nullum malum pro malo reddens, neque vindictam secundum cujusquam commissum tribuens, sed semper misericors pia dilectione omnibus civibus, & a Deo commisso populo Romano amator & gubernator existeret. Omnium etenim ecclesiarum Dei cum summo studio atque summa providentia pro solita religionis cura cultor, restaurator, atque in omnibus devotissimus exornator fuit.

Hic beatissimus prætulit multa corpora sanctorum requirens, invenit: quæ & diligentius intra civitatem ad honorem & gloriam Dei honeste recondidit. Rogam etiam omni clero suo in presbyterio profecto multipliciter ampliavit, & omnem thesaurum in sacrario cælesti recondidit, maxime propter captivos, & exules eos non tantum a transmarinis regionibus viros ac mulieres auro, seu argento redimens, verum etiam per longinqua viarum itinera passim perquirendo, tam in Hispaniæ partibus, quamque per singula loca inveniens, sicut bonus & verus pastor, ad propria perduxit.

Fecit autem in sacro altari beati Petri principis apostolorum vestem miræ magnitudinis pulchram, & decoratam nimis, ex auro gemmisque contextam, præfigurantem historiam, qualiter idem apostolus a vinculis per angelum ereptus est. In ejusdem venerabili basilica ante aditum, quæ ducit ad corpus in loco Ferrate, altare constituit, in quo & venerandum beati Sixti martyris atque pontificis corpus honestissime collocavit. Ubi & desuper arcum musivo exornatum decenter instruxit. Simili modo in eadem sacratissima beati Petri apostoli ecclesia juxta ingressum, qui ducit ad beatam Petronillam, oratorium summæ magnitudinis atque pulchritudinis decoranter con-

struxit. Et super columnas in quadrifacio camentantes musivo, pulchrisque metallis decoravit. In quo & corpora beatissimorum martyrum Proceffi & Martiniani, ad honorem & gloriam omnipotentis Dei, memorialiter honorificeque recondidit. In cujus absidam imaginem pulcherrimam de argento exauratam cum diversis historiis inter marmorum constructiones ordinatas infixit, quæ pensant libras 62. & semis, simulque & lilia de argento pensantia libras 17. & uncias duas. Nec non & gabatas ex argento purissimo numero septem, pensantes simul libras 13. semis, & uncias duas. Imagines etiam de argento exauratas fecit in eodem venerabili loco numero tres. Unam Salvatoris Domini nostri Jesu Christi, & duas aliorum beatorum martyrum Proceffi & Martiniani pensantes insimul libras triginta sex. Nec non & aliam imaginem ex auro purissimo obtulit ad ornatum jam prælati oratorii, pensantem libras 13. & uncias tres. Simili modo canistra ex mundissimo argento numero octo, pensantia omnia libras tres & quadraginta. Pariterque & concham ad spongiam pro nocturnis diligentius ibidem ex argento constituit, pensantem libras 7. & uncias 9. Immo & claves in modum crucis ex auro purissimo, seu gemmis miræ decorationis exornatas in eodem venerabili loco merito decoravit, quæ pensant libras.... Ubi etiam regulare ordinavit, quem laminis argenteis superinduxit, pensantem libras 20. Super quem constituit arcus duos de argento, & gammadias quatuor, quæ simul pensant libras 60. Propitiatorium etiam altaris ex laminis argenteis exornatum circumduxit, atque sacram confessionem ejus interioris exteriorisque cum rugulis suis nobilissime circumstruxit, quæ simul pensant libras.... Et super altare eorundem beatissimorum martyrum vestes duas instituit, ex quibus unam de fundato cum cruce de chrysolavo, & alteram de quadruplo murice exornavit. Vela quoque majora de fundato numero septem cum periclyti de blatin circumfusa similiter decoravit.

Sed neque hoc silentio prætereundum esse arbitramur, quod eodem tempore diabonica operante vestigia per quorundam gentis Anglorum desidia ita est omnis morum hærentatio, quæ in eorum lingua burgus dicitur, flamma ignis exundante combusta, ut etiam nec vestigia pristinae habitationis in eodem loco inveniri potuissent. Cujus exuberantis incendio pene totam porticum, quæ ducit ad basilicam principis apostolorum, ignis fomes devastavit.

Et dum hæc ter beatissimus pontifex quasi hora noctis conticinio pertensisset, subito propter amorem ecclesiæ beati Petri apostoli, atque tantam peregrinorum illorum devastationem, nudis pedibus discalceatus pedestri cucurrit. Cui tanta omnipotentis Dei in ejus adventu misericordia adfuit, ut locum in quo prius idem evangelicus pontifex constitit, nequaquam ulterius impetus ignis transgredi permisit. Sed ipse Dei clementiam exorando & multitudo fidelium, qui aderant decertando acies ignis Deo miserante extincta est. Sicque peractum est, ut totius noctis spatium usque ad auroram perteverans in eodem loco peristerit. Unde postmodum ter beatissimus pastor considerans illorum peregrinorum inopiam, quæ ob insidias diabolicæ fraudis irrepserat, tanta dona, tantæque beneficia, sicut semper solitus erat, in eorum necessitatibus impertivit, tam in auro, & argento, vel corporum indumenta, quam reliqua necessaria alimenta omnia uberius subministrabat. Sed & silvarum copiam pro lignorum utilitate, quatenus domicilia, sicut an-

ANNO  
CHRISTI  
817.\* constra-  
tionis.Anglorum  
comus ex-  
citantur.

\* burgus

Papa nudis  
pedibus ad  
incendium  
accurrit.Reparat ex-  
tra.

ANNO  
CHRISTI  
617.Dona in ec-  
clesia S. Pe-  
tri.

S. Praxedis.

Cœnobium  
construit  
Cæcilia.

S. Maria.

te in eodem loco fuerant, utiliter restaurarent. A Porticum etiam quæ ab eadem clade vallata est decentius quam fuerat in melius firmissime restauravit.

Hic præclarus & venerabilis pontifex fecit in ecclesia beati Petri apostolorum principis nutritoris sui vela de chrysoclavo per arcus presbyterii, habentia historiam de mirabilibus apostolorum quæ per eos Dominus operari dignatus est, numero 46. Ecclesiam etiam beatissimæ Christi martyris Praxedis, quæ quondam præficus ædificata temporibus nimio jam lassata senio, ita ut a fundamentis castra ruinam sui minaretur, idem venerabilis pontifex (illius ruinam ante prævidens, eidemque ecclesiæ curam adhibens, illic per vigiliis sæpius existens) in alium non longe de- mutans locum, in meliorem eam, quam dudum fuerat, erexit statum. Ab eadem vero ejusdem ecclesiæ musivo opere exornatam variis decenter coloribus decoravit. Simili modo & arcum triumphalem eisdem metallis mirum in modum perficiens compfit.

Hic beatissimus & præclarus pontifex multa corpora sanctorum diutius in cœmeteriis jacentia pia sollicitudine, ne remaneret neglecti, quærens, atque inventa colligens, magno venerationis affectu in jam dictæ sanctæ Christi martyris Praxedis ecclesiam, quam mirabiliter renovans construxerat, cum omnium advocacione Romanorum, episcopis, presbyteris, diaconibus, & clericis laudem Deo placentibus, deportans recondidit. Quæ dum sanctissimi atque coangelici præficus intima cordis vigilantia gereretur, ut reconditorum ibidem sanctorum corporum Deo indefinenter super altaria placentium precibus apud omnipotentem Dominum juvaretur. Construxit in eodem loco a fundamentis cœnobium, quod & nomine sanctæ Praxedis virginis titulavit. In qua & sanctam Græcorum congregacionem aggregans, quæ die noctuque Græcæ modulationis plaudere laudes omnipotenti Deo, sanctique illius ibidem quiescentibus sedulo persolveret, introduxit. Siquidem in eodem venerabili monasterio plurima conferens prædia, & possessivum loca urbana, vel rustica superflue atque abundantanter ditavit. Quinimodo & in eadem ecclesia fecit oratorium beati Zenonis Christi martyris, ubi & sacratissimum ejus corpus musivo amplanter ornavit.

Fecit autem in eadem ecclesia ciborium ex argento pensans libras octingentas & decem, immo & propitiatorium sacri altaris ex argenteis laminis mirifice exornavit. Confessionem denique ejus cum rugulis suis interius exteriusque vallantem pulcherrime compfit atque decoravit, quæ simul pensans libras trecentas. Super ejusdem venerabilis altare fecit regnum spanoclystum ex auro fulvo, seu diversis lapidibus exornatum, pensans libras 5. & uncias duas & semis. Et in eodem sacro altari fecit vestem de chrysoclavo cum diversis historiis miræ magnitudinis atque pulchritudinis exornatam. Item, ubi supra, obtulit aliam vestem chrysoclavam ex auro gemmisque confectam, habentem historiam virginum, cum facibus accensis mirifice comptam atque decoratam. Ad sacrum denique ejusdem virginis corpus obtulit imaginem ex laminis argenteis præfiguratis, pensantem libras nonaginta & novem. Hic benignissimus præficus fecit in jam dicto monasterio oratorium beatæ Agnæ Christi virginis miræ pulchritudinis exornatum. Ecclesiam denique sanctæ Dei genitricis semperque virginis Mariæ dominæ nostræ, quæ appellatur Dominica, olim constructam, & jam ruinæ proximam solerti vigilantia præfatus pontifex ampliore melioremque, quam ante fuerat, a funda-

mentis ædificans renovavit. Ab eademque ejusdem ecclesiæ musivo mirifice decoravit. Ubi etiam & plurima obtulit dona; scilicet ciborium ex argento pensans libras trecentas triginta & duas. Propitiatorium sacri altaris ex laminis argenteis com- pte decoravit. Confessionem quoque ejus cum rugulis intus & foris mirum in modum perficiens adornavit, pensantem libras centum & quindecim, & uncias tres. Item, ubi supra, fecit gabatam ex auro purissimo, pensantem libras duas, & uncias octo. Verum etiam & arcum ex argento, & columnas duas cum gammadiis duabus pensantes libras....

Immo & in sacro altari fecit vestem de chrysoclavo, habentem historiam dominicæ nativitat- is Domini nostri Jesu Christi miræ pulchritudinis exornatam. Iterum, ubi supra, fecit vestem de staurace pulcherrimam cum periclysi de blattin. Item aliam vestem de blattin Byzantem habentem tabulam de chrysoclavo cum vultu sanctæ Dei genitricis, & angeli obsequio stantes cum periclysi de staurace. Pariterque aliam vestem de staurace habentem pavones, & in medio crucem de blattin. Porro & vestes duas de quadrapulo habentes in medio crucem de blattin. Item, ubi supra, fecit vestem ex auro textam cum periclysi de blattin. Coopertorium rubeum de serico unum. Fecit etiam in circuitu altaris vela rubra serica quatuor cum gammadiis, & cruces de quadrapulo. Hic venerabilis præficus obtulit in trabe ante vestibulum altaris vela Tyria tria, & de quadrapulo quinque. In arcus majores ejusdem ecclesiæ fecit vela de quadrapulo viginti, & per arcus presbyterii vela parva de staurace quatuor, simulque in ingressu presbyterii vela Tyria duo. Hic benignissimus pontifex fecit in ingressu jam dictæ ecclesiæ cortinas majores de quadrapulo cum periclysi de fundato mirifice valde.

Christi namque omnipotentis Domini famulus, & prænominatus pontifex maximam Dei ecclesiæ curam, & sollicitudinem prævidendo indefinenter gerens, cum quadam die orationis studio ad sanctæ Dei virginis Christi que martyris Cæciliæ ecclesiam adveniret, nimio jam lassata senio ecclesiæ ejusdem mœnia etiam a fundamentis diruta: videns quæ per olivana tempora defectu vetustatis maruerant, & pene ruinis confecta diu antiquitas lacerata manebant, dato studio operis eodem in loco magnifico opere novam construere ecclesiam cepit, & perficere satis meliorem quam fuerat studuit.

Sed neque illud prætereundum esse existimamus, dum quadam die ad beati Petri principis apostolorum ecclesiam pergeret, quatenus apud eundem beatum Petrum apostolum solito more vigilias celebraret, & ante ejusdem confessionem matutinales lucente dominica laudes retidens decantaret, subito depressus sopore vidit assistentem sibi virginali aspectu puellam angelicis vestibus decoratam, talia locutionis affamina protulisset diceps: Multas tibi gratias referimus, quia certamen, quod de me diu posueras frustratorias relationibus pervulgatis aures accommodans reliquisti. Quippe qui tanto penes me fuisti, uti proprio loqui invicem ore valeremus. Hæc jam sæpe præfatus pontifex diligenter audiens studiose requirere cepit, quæ esset ipsa, quæ talia illi verba diceret, vel quo nomine vocaretur. Cui illa respondit: Si nomen inquis, Cæcilia famula Christi vocor. Ad quam summus inquis præficus: Quomodo hoc credere possum, eo quod olim fama relata sit, quatenus ejusdem venerabilis Christi martyris Cæciliæ corpus ab Aistulpho Longobardorum rege hostiliter Romæ residen-

ANNO  
CHRISTI  
617.

S. Cæcilia.

Vidit papa  
Istam in xide  
S. Petri.  
"quod ad in-  
certam fa-  
mam, quam  
de me sper-  
sam diu in-  
struere pa ac-  
commodare  
rel.

ANNO CHRISTI 67.

ANNO CHRISTI 67.

dente factum, & ab illius hominibus fuisse ablatum? Cui talia venerabili pontifici intimanti, omnipotentis Dei famula dixit: Quis me desideranter, ut invenirent, Longobardi quæsierunt, omnino verum est: sed Domini mei Jesu Christi opitulatione, & domini matris sanctæ Dei genitricis semperque virginis Mariæ auxilio, neque me invenire, neque deportare, sicut voluerant, hinc longius potuerunt. Et ideo, sicut me querere cœpisti, qualiter me invenias, assiduo labori non desistas incumbere, quia Domino Deo, pro cuius amore & honore passa sum, placuit ut tu me invenias, & in ecclesia, quam noviter construxisti, recondes. Et hæc dicens ab oculis aspicientis ablata est. Tunc idem venerandus pontifex matutinalibus laudibus persolutis, pro tam certæ & indubitabilis revelationis iudicio, cœpit hac illaque operosius querere, ubi sacratissimum eius corpus jaceret humatum. Quod, tribuente Deo, dum sollicitè quereret, reperit in cœmeterio Prætextati, sito foris portam Appiam, aureis illud vestitum indumentis, cum corpore venerabilis sponsi sui Valeriani, pariterque & linteamina martyris ipsius sanguine plena, quando ab impio percussa carnifice Christi Domini martyr est repnantis in sæcula consecrata: Quibus & linteaminibus sanguis sanctæ martyris extersus, involuta ad pedes illius corporis sacratissimo cruore plena de trina carnificis percussione reperta sunt. Quæ cuncta suis pertradans manibus collegit, & cum magno honore intra muros hujus Romane urbis in ecclesia nomine ipsius sanctæ martyris dedicata ad laudem & gloriam omnipotentis Dei ejusdem virginis corpus, cum carissimo Valeriano sponso, atque Tiburtio & Maximo martyribus, nec non Urbano & Lucio pontificibus, sub sacrosancto altari collocavit. Pro quorum sanctorum honore videlicet, & opitulatione, construxit monasterium in honorem virginum seu martyrum Agathæ & Cæcilie juxta ipsius ecclesiam, in loco qui dicitur Colles jacentes. In quo & monachorum Deo servientium congregationem pro quotidianis laudibus in præfato titulo sanctæ Cæcilie, die noctuque omnipotenti Domino decantandis, constituit. Et pro subsidio, & luminariorum concinnatione, seu utilitate atque stipendio monachorum, nec non & pro amore atque dilectione, qua erga prædecessorem suum piz recordationis dominum Leonem tertium papam habere videbatur, hospitale sancti Peregrini positum ad beatum Petrum apostolum in loco qui vocatur Naumachia, quod idem prædecessor tuus construxerat, & ob neglectum atque destitutionem præpositorum paupertatis inopia consumi videbatur, idcirco pio juvamine consulens præfatum hospitale cum fundis & casalibus, atque massis, seu etiam colonis, sive domibus, nec non familiis, & universis que iulle & rationabiliter secundum legum statuta, eique a prædecessore suo in jam præfato hospitali donata sunt. Quæque ab ipso pia devotione ad augmentum jam dicti monasterii adjuvanda sunt, sive agris, vel vineis, etiam domibus, nec non rustica familia, sue auctoritatis pagina pro jam nominata monachorum congregatione in eodem monasterio confirmavit. Qui sanctissimus præsul amore venerandorum sanctorum secit in ornamentis ipsius ecclesie absidam musivo opere decoratam, & ciborium miræ magnitudinis ex argento, pensans libras quingentas & semis, & uncias octo. Propitiatorium denique sacri altaris, seu confessionem interius exteriorique cum rugulis suis ex laminis argenteis mirum in modum periticiens compit, quæ simul pensant libras sexaginta quatuor, & uncias quinque. Ad sacrum

A vero ejusdem virginis corpus obtulit imaginem ex argenteis laminis pensantem libras nonaginta quinque. Fecit etiam ante vestibulum altaris regularem investitum ex laminis argenteis, & columnis duabus, ubi & posuit arcum unum, & gammadias duas, pensantia insimul libras centum, & semis. Obtulit ibi ipse imagines argenteas deauratas tres, pensantes insimul libras quadraginta octo, & semis. Szepelatus quoque præsul fecit per arcus ejusdem ecclesie calices majores ex argento viginti & sex, pensantes insimul libras centum novem, & semis. Item ubi supra obtulit cunisra ex argento duo pensantia libras duas & uncias octo. Gabatam ex auro purissimo pensantem libras tres. Fecit jam prædictus pontifex caristra Enasoti ex argento duo pensantia libras decem: gabatas ex argento tres pensantes libras quinque: iburibulum ex argento deauratum pensans libram unam. Hic benignissimus præsul obtulit in sacro altari vestem de blattin Byzantea, habentem in medio tabulam de chrysoclavo cum historia qualiter angelus beatam Cæciliam seu Valerianum & Tiburtium coronavit cum pericylfi de chrysoclavo miræ pulchritudinis exornatam. Item ibi fecit vestem de fundato alythino, habentem in circuito pericylfi de olovero. Ob amorem ejusdem virginis fecit aliam vestem de fundato porphyretico, habentem in medio crucem ex auro texto compe decoratam. Enimvero in jam dicto altari obtulit vestem albam sigillatam cum rosulis, habentem in medio crucem de blattin cum psillis, & pericylfi de blattin Byzantea pulcherrime exornatam. Obtulit & in prænominato altari vestem de quadrupulo. Venerabilis pontifex fecit vela alythina pendentia in circuito altaris quatuor, habentes cruces & gammadias de fundato & quadrupulo. In arcellam vero, ubi venerabile caput ejusdem virginis condidit, fecit vestem parvam de Tyrio cum pericylfi de blattin. Obtulit ubi supra vestem de fundato prasino: immo & aliam vestem de staurace cum pericylfi de olovero, & vestem de blattin cum pericylfi de fundato. Fecit etiam in arcella ad corpus jam dictæ virginis vestem de quadrupulo cum pericylfi. Porro & aliam vestem de staurace cum pericylfi de olovero. In jam dicta ecclesia fecit vela Tyria cum pericylfi de blattin Byzantea numero viginti quinque. Item vela prasina cum pericylfi de olovero numero quatuor. Obtulit ubi supra vela alythina cum pericylfi de blattin numero tria. Simulque vela de fundato parva cum pericylfi de blattin numero duo. Pariter vela Tyria cum pericylfi de fundato duo. Hic venerabilis & præclarus pontifex fecit per arcus jam dictæ ecclesie vela de fundato numero duodecim, & de quadrupulo quatuordecim. Fecit & in arcu presbyterii vela parva cum pericylfi de blattin Byzantea numero duodecim. Hic a Deo proteclus venerabilis præsul fecit in ingressu ejusdem ecclesie cortinam majorem de quadrupulo, & staurace pulcherrime exornatam. Ipse etiam sæpe dictus pontifex monasterium circumquaque constructis vigilantis cura satis animo gerens, quidque haberent inquirens, reperit ipse pius pontifex monasterium sancti Sergii & Bacchi, post formam aque ductus patriarchæ Lateranensis positum, rebus omnibus desolatam, ita ut ancillarum Dei congregatio, quæ ibidem inerat, paupertatis inopia nullas omnipotentis Domini sanctique illius laudes decantare valeret. Quæ venerabilis pastor inquisitione ad pietatem commotus, tamulas Dei qualiter bene religiose

iudicio

Papa ex S. Cæcilie revelatione venit eius corpus.

Col. 9. 1. 1. 1. 1.

Et hospitale restituit, & auget.

Dono S. C. 1. 1. 1. 1. 1.

ANNO CHRISTI 67.

ANNO  
CHRISTI  
817.ANNO  
CHRISTI  
817.

que esse possint perfecit. Et in eo monachorum aggregans statuit conventionem, multis idem monasteriis ditans facultatibus, & in familiis, masculis, vineis, domibus, urbanis, & rusticis locis amplianter sufficienterque multiplicavit, quatenus ipsa congregatio residens, omni necessitate postposita, soli Deo sanctique illius laudes & hymnos nocte dieque modulanter in venerabili ecclesia salvatoris Domini nostri Jesu Christi sita juxta Lateranas decantaret.

Dico in  
120130 Jan-  
ni Procelli.

Præterea in oratorio beatissimorum martyrum Procelli & Martiniani sito infra ecclesiam beati Petri principis apostolorum, quod & idem ipse construxit, obtulit imaginem ex auro purissimo, habentem vultum sanctæ Dei genitricis, pensantem libras decem, & uncias quatuor. Ibi & ipse fecit vestem de blattin Byzantæ, habentem tabulam de chrysoclavo duas cum vultu beati Petri & sanctorum martyrum Procelli & Martiniani, & periclysin de chrysoclavo mira pulchritudine decoratam. Illic etiam obtulit vestem holotericam habentem in medio tabulam de chrysoclavo cum vultu dominicæ resurrectionis Domini nostri Jesu Christi, & periclysin de blattin Byzantæ pulcherrime comptam.

Verum cum vero sanctis eidem vela holoterica cum periclysi de quadrapulo, & blattin Byzantæ obtulit numero novem. Ubi & supra fecit vela parva de Tyrio cum periclysi de fundato numero sex. Thunbulum de argento exaurato mirifice pensans libram unam. In oratorio autem beatissimorum martyrum Sixti & Fabiani jam nominatus pontifex fecit gabatas ex argento tres, pensantes libras quinque, & uncias sex. Ante imaginem quoque ipsius oratorii fecit velum de chrysoclavo mirifice decoratum. Supra eorum venerabile altare fecit vestem de alythino habentem in medio crucem de blattin Byzantæ, & periclysin similiter de blattin. Simili modo in jam dicto oratorio obtulit sæpedius pontifex vestem holotericam, habentem in medio cruces de chrysoclavo duas, & periclysin de staurace diversis margaritis ornata. Ibidem ipse fecit aliam vestem de fundato habentem in medio crucem de blattin. Fecit etiam ad ornatum prædicti oratorii vela de alythino cum periclysi de blattin Byzantæ numero quatuor. Simulque vela holoterica cum periclysi de quadrapulo, & de olovero numero quatuor.

SS. Colmæ  
& Damiani.

Hic benignissimus præful fecit in ecclesia beatorum martyrum Colmæ & Damiani in Via sacra vestem de Tyrio, habentem in medio tabulam de chrysoclavo cum vultu Domini nostri Jesu Christi, atque beatorum martyrum Colmæ & Damiani cum aliis tribus fratribus, cum cruce de auro texto, & periclysin de olovero pulcherrime comptam atque decoratam. Super eorum denique sancto altari obtulit coopertorium de Tyrio mirifice decoratum. Immo vero ante vestibulum ipsius altaris fecit vela Tyria cum periclysi de blattin Byzantæ numero tria.

In monaste-  
rio S. Vitalis  
in Reate.

Venerabilis etiam pontifex fecit in monasterio salvatoris Domini nostri Jesu Christi sito in territorio Reatino vestem de chrysoclavo cum historia, qualiter idem Dominus noster Jesus Christus cum archangelis & apostolis in celo coruscet, mira pulchritudine diversis ornata margaritis. Item in jam dicto monasterio ad ornatum sacri altaris aliam obtulit vestem de fundato, habentem cruces de blattin Byzantæ, & periclysin de chrysoclavo mirifice exornatam. Pari modo in ecclesia beati Menne martyris fecit vestem de quadrapulo cum periclysi de blattin Byzantæ.

Hic sanctissimus & coangelicus præful obtulit

in ecclesia beati Petri apostoli in Centumcellis calicem & patenam ex argento deauratas, pensantes libras quatuor, & uncias tres.

Enimvero & in ecclesia beati Petri apostoli fautoris sui fecit evangelium cum blattin ex argento pensans libras octo, & uncias octo. Benignissimus quoque præful fecit in monasterio beati Stephani protomartyris ad sanctum Petrum vestes albas holotericas quatuor, habentes in medio crucem de auro texto cum diversis margaritis, & periclysi de blattin mirifice decoratas. Item, ubi supra, obtulit prænominatus pontifex vestem de fundato, habentem in medio crucem ex auro textam, & periclysin de chrysoclavo. Sæpeditus denique præful fecit in jam dicto monasterio vestem de fundato, habentem in medio tabulam de chrysoclavo cum vultu sanctæ Dei genitricis, & sanctorum apostolorum Petri & Pauli, & periclysin de blattin.

Obtulit ibidem ipse vestes de staurace duas habentes in medio cruces de chrysoclavo, & periclysin de blattin. Fecit etiam ad ornatum ipsius oratorii velum majus de quadrapulo, habens in medio cruces de auro textas tres, & periclysin de blattin. In diaconia beati Archangeli obtulit jam dictus pontifex vestem de blattin Byzantæ, habentem in medio crucem de chrysoclavo, & periclysin de chrysoclavo pulcherrime comptam.

Enimvero & in ecclesia beati Cecilii martyris fecit concham ex argento, ubi & pretiolium ejusdem virginis caput condidit pensantem libras octo & semis. Simili modo & in ecclesia beati Quiriaci martyris in Thermis obtulit prædictus præful vela de fundato numero octo. Hic a Deo fultus jam nominatus pontifex fecit in oratorio sancti Archangeli, quod quondam prædecessor ejus dominus Leo papa constituit atque construxit, vestem albam holotericam, habentem in medio tabulam de chrysoclavo cum historia dominicæ resurrectionis Domini nostri Jesu Christi, & periclysin de chrysoclavo mirifice decoratam. Item ibi obtulit aliam vestem de fundato cum periclysi de blattin Byzantæ.

Fecit etiam jam dictus pontifex in supradicto oratorio vestem aliam de quadrapulo circumlitam cum historia Dei genitricis pulcherrime comptam atque decoratam.

Præterea idem summus pontifex & orthodoxus divina inspiratione pulsatus ecclesiam sanctæ & inveteratæ virginis Mariæ dominicæ nostræ ad præsepe, cernens quondam tali more constructam, ut post sedem pontificis mulieres ad sacra missarum sollempnia stantes, prope assistere juxta pontificem viderentur, ita ut si aliquid colloqui pontifex cum sibi assistentibus voluisset, ex propinqua valde mulierum frequentatione nequaquam ei sine illarum interventione liceret; largum ibidem locum inesse, qualiter inde sedem mutare valeret, concerneret, dato operis studio cepit indefinenter agere sedem inferius partem sursum eponere, ut eo familiaris Domino preces fundere posset, quo consortia populorum modeste declinare potuisset. Denique sedem optime quam dudum fuerat gulcherrimis marmoribus decoratam condidit, & undique ascensus, quibus ad eam gradiatur, construxit, pavimentumque altaris erigens pretiosissimis marmoribus stravit. Erexit sane sex inibi ante confessionem sacri altaris purpureo colore columnas, quas super & candidi marmoris trabem posuit, purpureis dextra laeva-que marmoribus nectens illas scilicet, calaturisque exornans satis commode decoravit. Presbyterium quoque ipsius ecclesiæ diversis marmoribus quam pridem fuerat in melius reparavit.

S. Cecilie.

S. Quiriaci

B. Mariæ

ANNO  
CHRISTI  
817.ANNO  
CHRISTI  
817.

tiatorium vero sacri altaris, seu confessionem in-  
A terius exteriusque cum regulis suis ex auro pu-  
rissimo mirifice decoravit, pensans libras centum  
septuaginta quatuor, & uncias sex. Similiter &  
altare ipsius basilicam ex argenteis laminis cum hi-  
storius diversis pulcherrime composuit atque deco-  
avit, pensantibus libras trecentas octoginta & quin-  
que. Benignissimus etiam præclarusque præsul ob-  
tulit ibi gabatas ex auro purissimo cum diversis  
gemmis numero sex, pensantes libras viginti, &  
uncias sex. Et hoc constituit ut semper diebus  
ac noctibus ante sacrosanctum altare lucernæ ar-  
dere debeant. Hic divina inspiratione fultus ob-  
tulit in jam dicta basilica arcus ex argento nu-  
mero octo, cum columnis sexdecim, pensantes  
in simul libras ducentas decem & octo, & uncias  
B octo. Fecit etiam & ante vestibulum altaris rug-  
as majores ex argento, pensantes libras septua-  
ginta & octo. Obtulit etiam & cithara ubi su-  
pra ex argento numero sex, pensantia in simul  
libras sexaginta & semis. Pari modo & per arcus  
majores læpediæ ecclesiæ fecit calices majores  
ex argento pendentes numero quadraginta & duos,  
qui omnes in simul pensant libras ducentas octo-  
ginta & unam. Venerabilis etenim præsul ob  
amorem ejusdem virginis dominæ nostræ obtulit  
ibidem coronas ex argento numero quatuor, pen-  
santes libras sexaginta & duas & semis, & un-  
cias tres. Item, ubi supra, cithara ex argento  
numero duo, pensantia libras tredecim. Fecit et-  
iam ibidem imaginem ex argento deauratam cum  
vultu beatæ Dei genitricis Mariæ, pensantem li-  
bras decem & septem, & uncias tres. Christi quo-  
que omnipotentis Domini famulus obtulit in sa-  
cro sancto altari læpediæ basilicæ vestes de chy-  
roclavo duas, habentes historiam dominicæ nati-  
vitatæ Domini nostri Jesu Christi, cum periclysi  
diversis ornatis gemmis, atque margaritis mirifi-  
ce decoratas.

Obtulit etiam ibi ipse aliam vestem de chy-  
roclavo, habentem historiam qualiter Dominus no-  
ster Jesus Christus a Joanne in Jordane baptiza-  
tus est, cum periclysi de chyroclavo mirifice ex-  
ornatam. Item ubi supra composuit vestem de chy-  
roclavo, habentem historiam dominicæ resurre-  
ctionis Domini nostri Jesu Christi cum periclysi  
de chyroclavo, diversis ornatis margaritis.

Beatissimus & venerabilis prænomminatus ponti-  
fex divino amore ductus, fecit ibidem in jam  
præfato altari vestem similiter de chyroclavo, ha-  
bentem historiam qualiter beata Dei genitrix Ma-  
ria corpore est assumpta, cum periclysi de chy-  
roclavo, seu diversis margaritis comptam atque  
decoratam. Fecit enim benignissimus præsul ibi  
ipse aliam vestem de chyroclavo habentem histo-  
riam dominicæ ascensionis Christi Domini nostri  
rite decoratam. Item ubi supra ob amorem ejus-  
dem virginis construxit aliam vestem de chy-  
roclavo, habentem historiam qualiter Spiritus san-  
ctus venit super apostolos, diversis ornatis mar-  
garitis & decoratam. Immo ibidem aliam muni-  
vit vestem de chyroclavo cum historia palmarum  
modeste comptam atque decoratam.

Nec non & ubi supra aliam composuit jam no-  
minatus pontifex vestem de clovero cum pericly-  
si de fundato. Pariter quoque & pro quotidianis  
diebus obtulit vestes de fundato duas cum pericly-  
si de quadrapulo pulcherrime exornatas. Hic  
divina inspiratione pulsatus fecit ipse sanctissimus  
præsul per arcus majores jam præfate basilicæ  
vela de fundato quatuordecim, & de quadrapulo  
quatuordecim, similiter & de imizilo quatuordecim.  
Domini nostri Jesu Christi famulus ob amo-  
rem eidem dominæ nostræ per arcus presbyterii  
Concil. General. Tom. XIV.

jam dictæ ecclesiæ fecit vela de chyroclavo, ha-  
bentia historiam Domini nostri Jesu Christi, at-  
que nativitatem seu assumptionem ejusdem inte-  
meratæ virginis numero viginti & sex. Pariter &  
per ipsos arcus obtulit vela de quadrapulo diver-  
sis historiis circumfata, numero viginti quatuor.  
Christi namque omnipotentis famulus obtulit sur-  
sum in aspectu absidæ pannum Alexandrinum mi-  
rifice decoratum.

Obtulit etiam in trabem majorem ipsius basilicæ  
velam majus de fundato, habens trabes de  
chyroclavo septem, & periclysin de blattin By-  
zantæ. Fecit etiam ad ornatum ipsius basilicæ  
in ipsam trabem vela de quadrapulo numero sex,  
& de imizilo vela numero quatuor. Ipse quoque  
pontifex fecit juxta vestibulum altaris in absidæ  
vela de quadrapulo numero duodecim. Ibidem de  
blattin vela numero sex. Venerabilis quoque præ-  
sul fecit in ingressu jam dictæ basilicæ cortinam  
majorem Alexandrinam cum diversis historiis  
compte decoratam. Simili modo, & pro quoti-  
dianis diebus aliam ibidem obtulit cortinam Ale-  
xandrinam mirifice exornatam. Benignissimus &  
præclarus pontifex obtulit in prænomminata basilica  
vela alba holoserica in trabem majorem cum  
periclysi de fundato numero sex. Vela alia qua-  
tuor de blattin Byzantæ alba ibidem constituit  
mirifice. Item in absidæ ipsius basilicæ posuit ve-  
la alba cum periclysi de fundato numero sex.

Et quis ibidem ter beatissimus pastor tantam  
curam tantamque vigilantiam, quam erga statum  
sanctarum Dei ecclesiarum frequenter impende-  
bat, etiam altare præsepium jam dictæ basilicæ, seu  
venerabilem confessionem, ulro citroque ex auro  
purissimo cum diversis historiis mirifice compo-  
sit atque decoravit, pensans libras centum tri-  
ginta quatuor, & uncias quatuor. Similiter ex  
argenteo deaurato cum variis historiis ibidem un-  
cias decem pensantes libras ducentas quinquagin-  
ta quatuor, & uncias quatuor.

Item ibidem obtulit præfatus pontifex gabatas  
ex auro purissimo cum gemmis diversis numero  
tres, pensantes libras octo, & uncias decem. Por-  
ro & vela de alythimo cum periclysi de blattin  
Byzantæ ibidem posuit. Hic sacer antistes ob ni-  
mum cordis amorem fecit in ecclesiâ beatæ Ca-  
cilie vestem de chyroclavo, habentem historiam  
dominicæ resurrectionis Domini nostri Jesu Chri-  
sti mirifice depictam atque exornatam.

Ipse vero a Deo protectus venerabilis & præ-  
clarus pontifex fecit propitiatorium sacri altaris  
beati Petri apostolorum principis, ubi sanctissi-  
mum corpus ejus quiescit, spanochium ex auro  
fulvo cum diversis historiis depictam, atque miri-  
fice decoratam pensans libras ducentas. Item in  
jam dicta ecclesiâ ob amorem ejusdem Dei apo-  
stoli satoris sui obtulit vela chyroclava per ar-  
cus presbyterii, habentia historiam dominicæ pas-  
sionis ac resurrectionis Domini nostri Jesu Chri-  
sti numero quadraginta sex. Pariter & in eccle-  
sia beatorum martyrum Cosmæ & Damiani in  
via sacra fecit vestem holosericam pulcherrime  
comptam atque decoratam. Benignissimus etenim  
præsul fecit in basilica beatæ Dei genitricis vir-  
ginis semper Mariæ dominæ nostræ ad præsepe  
gabatas ex auro diversis gemmis ornatas numero  
duas pensantes libras sex. Item ibi ipse obtulit  
gabatam apostolicam ex auro purissimo pensantem  
libras quinque. Item ubi supra fecit phara can-  
thara ex argento numero octo, pensantia in simul  
libras octuaginta duas. Ob amorem quoque ejus-  
dem dominæ nostræ obtulit in jam dicta basilica  
columnas quatuor, & arcum unum pensantia in  
simul libras sexaginta. Saepè nominatus etenim  
A a pon-

55 Cosmæ  
& Damiani.

u. Maria.

ANNO CHRISTI 817.

ANNO CHRISTI 817.

pontifex fecit in venerabili altari ipsius ecclesie vestem albam, habentem in medio crucem de chrysoclavo diversis gemmis circumlitam, & pulcritudine eternatam, aliam quoque ibidem annexam vestem de blatta Byzantea, simili modo cum cruce de chrysoclavo diversis lapidibus honestissime decoratam. Fecit etiam ad ornatum prefata ecclesie vela de chrysoclavo per arcus presbyterii habentia historiam dominice passionis, atque resurrectionis Domini nostri Jesu Christi.

Nec non & in trabem majorem sepius dictæ ecclesie obtulit vela alia cum periclysi de quadrupulo numero sex. Item in trabes ipsius basilicæ fecit vela de fundato numero septem. Obrulit etiam vela holoferica in circuitu altaris jam dictæ ecclesie, habentia periclysin de quadrupulo numero quatuor. Venerabilis quoque præful fecit in ecclesia beatæ Dei genitricis, quam vocant dominicam, rugas ex argento pensantes libras sexaginta sex.

Fecit etiam in ecclesia beatæ Dei genitricis Mariæ domine nostræ sita Savinis in episcopio vestem de fundato cum periclysi de blatta Byzantea.

Obitu p. p.

Hic denique divina vocatione defunctus est. Sepultus vero in ecclesia beati Petri apostoli. Fecit autem ordinationes duas, unam quidem per mensem Decembris, & aliam per mensem Martium. Presbyteros ..... diaconos sex, episcopos per diversa loca numero ..... Et cessavit episcopatus ejus dies quatuor in mense Januario indictione prima.

NOTE SEVERINI BINII.

Paschalis electio & ead. qua?

a Paschalis. ) Anno 817. quinto Kalendas Februarii Paschalis miraculo incendii extinguitur, clarissimus, miro totius populi ac cleri consensu ex monasterio invitatus ad pontificatum assumptus, statim de sui reclusione electione Ludovicum certiorum reddidit. Paulo post missa ad Ludovicum secunda legatione peribat, inquit Theganus in rebus a Ludovico gestis, controversiam de finibus Dalmatarum, Romanorum & Slavonorum dixit: quid vero ea legatione imperaverit non constat. Iconoclastas orthodoxos gravissime persequatur, & quibus martyrii plurimum invadebant, gravissimis carcerum & exiliorum penis & tormentis affligebat. Hanc rem Theodorus Studita clarissimus confessor, scripsit ad Paschalem litteris, missisque ad eundem binis legationibus, qua injuria orthodoxorum confessorum persecuti fuerint commemorat, & simul auxilium ac defensionem ad se suos eosdem implorat. Quæ cum ille una cum legatis benevole accepisset, ad Theodorum aliofque orientales epistolas consultationis plenissimas reddidit. Adhuc legationem, quam describit Anastasius supra, & de qua ego plura dicam infra. Theodorus pseudopatriarcha Constantinopolitanus miserat apocryphos, ut hac via futuram communionem ecclesiasticam surriperet: verum pontifex de eorum adventu certior redditus, eosdem ne quidem accessu in urbem dignos esse voluit. Hæc ex Michaelis & Theodori Studiti Brevibus anno 817.

Imperator Ludovicus duo vero imperia regnavit. Breviter Balthazar. Quæ neca fuit Michael Imperator. Theodorus comitatus velat orthodoxus.

Ludovicus imperator post obitum Iringardis imperatricis de nobilissima stirpe Bavarorum, duxit uxorem Judith, filiam Hugelphi comitis, eamque Augusta titulo honoravit. Annals Francorum. Leoni Armeno in orientis cæcis subrogatus est Michael Balbus, qui cum edicto omnes exules orthodoxos revocasset, septenniali persecutione sublata patrem ecclesiam reddidit optatissimam: hac de causa Theodorus exilio liberatus litteras scribit imperatori, eumque velut orthodoxæ fidei professorem per errorem valde commendat. Cuius Michael imperator mandasset catholicos cum hæreticis Iconomachis convenire, atque una simul de fidei dogmatibus agere, catholici privatim convenire, unanimi consensu responderunt illicitum esse & canonicis ecclesiasticis contrarium, ut catholici cum hæreticis conveniant. Quare enixe rogantur & impetrant, nequid contra canones agere juberentur.

Lotharius a Paschali coronatus est imperator.

Ab hoc pontifice Lotharius Romanus veniens coronatus est imperator. Quod dum factum esset, orta seditione Romæ occisi sunt duo primarii Romane ecclesie viri, de

quorum nomen cum Paschalis in odium Lotharii suspectum haberetur, præfatis juramento se legitime ab adversario rum calumnia expurgavit. Antioch. vita Ludovici, in Francorum annalibus. b Sed neque hoc sicut præteritandum. ) Describit in eundem quod a Paschali papa miraculose extinguitur fuit. Quæ si vera sit, probabile est, quod ne quidem ullam suspensionem commisit crimini & homicidii in arrexi, quamquam auctor vita Ludovici contrarium aperte verbis describit.

c Adhuc uno ejusdem velata vestis opere, &c. ) Ipsa abis sacris imaginibus ex unguo laboratis decora & integra adhuc extat. Vide Baronium anno 818. num. 15.

d Castella ecclesiam. ) Describit hoc loco quomodo corpus sanctæ Cecilie aureis indumentis sanguine adhuc insigne velatum, eadem Cecilie revelante, repertum fuerit. Codex Vaticanus, ex quo historiam recitat Baronius annotat. numero 2 & 3. multa alia habet quæ apud Anastasium hoc loco desiderantur. Quid in secunda inventione corporis sanctæ Cecilie sub Clemente papa VIII. acciderit, dicam infra in notis ad vitam ejusdem Clementis.

Translatio corporis sanctæ Cecilie.

EPISTOLA I. PASCHALIS PAPÆ I.

DE CONFIRMATIONE PRIVILEGIORUM

Ravennatis ecclesie.

Paschalis episcopus servus servorum Dei, reverendissimo fratri Petronacio archiepiscopo sanctæ Ravennatis ecclesie, & per te in eadem ecclesia in perpetuum.

Cum piæ desiderii voluntates, & laudandæ devotionis intentio, apostolicis sit semper studiis adjuvanda, cura est sollicitudinis adhibenda, ut ea quæ legaliter geruntur, & æquitati pertinet conveniunt, nulla valeant refragatione perturbari, sed irrefragabile jure de eo ..... ut permanere, & ob hoc apostolicis promulgatis sanctionibus propria quæ rationis ..... suppetunt, fas exigit possidenda confirmari. Igitur quoniam quidem fraternam sanctitatem tuam direxit nobis per Sergium religiosum diaconem sanctæ tuæ Ravennatis ecclesie ..... eundem Hadrianum quod papa, prædecessoris nostri, in quo confirmabit privilegia Leonis, quod imper. facta ab Epiphano, quod religioso notario, & scriuario, & apocryphario Ravennatis ecclesie, qui disertus abbo. memorie Damiano archiepiscopo ..... tus confirmatis sacræ essent præcedentes formulas ab pio Leone imperatore tam divæ memorie præfati Justiniani, quamque ceteris piissimis imperatoribus privilegia sanctæ vestræ ecclesie prælargita, in quibus & aliis piis capitulis: & ut sine sacrilegio ..... vel fereris, rapinæ ejus fines prælargite sunt, & promulgationes ..... postulabit quoque tua almitas eadem, præpæ nos apostolicos apices firmitatem accipere; unde annuentes præparacius sancimus, & confirmamus omnia quæcumque sunt privilegia edita in sancta vestra Ravennati ecclesia, tam prædecessorum nostro um pontificum, scilicet sanctæ recordationis Hadriani & Leonis sui prædecessorum, quamque imperatorum vel dona regum, aut a Christianis hominibus per donationibus, vel venditionibus, seu testamentis oblata, juxta ordinem generaliter & specialiter omnium sanctæ tuæ ecclesie largitatum corroboracionis firmitatem in perpetuum habere præcipimus & confirmamus, ut nullum locum, aut jus subiacentem sub ditione sanctæ tuæ ecclesie, pro quolibet ad inventionis argumento potentia quoquomodo judicari suffulium civili, aut militari præcinat usurpari vel subtrahere, aut violare ..... innovacione

Hæc omnia valde corrupta.

1 Refert hoc privilegium Ughellus tom. 2. ex bibliotheca Ravennate, scriptum in cortice, caractere Longobardico. Harduinus. 2 Logo, valeat permanere. H. 3 Logo, quondam. H. 4 Logo, quondam Imper. H. 5 Logo, quondam religio. H. 6 Logo, postulant. H. 7 Logo, per nos. H. 8 Logo, Leonis III. hoc est, terræ. H.



ANNO CHRISTI 617.

ANNO CHRISTI 617.

ne adificationis inducere. Sed si quis .... aut ca-  
dentem templam renovare, & aut edificare ten-  
taverit, non habere licentiam ante hoc agere,  
nisi prius per solitam benedictionem paternam san-  
ctitati vestræ sanctæ & venerabilis coram ibi si-  
gatur, ne quæque ex alio episcopatu, ditione,  
aut civitatis ibidem venientes, & commorantes  
Deo amabiles clericos præsumere in subjacenti-  
bus nobis ecclesiis sine præceptionem nostram sa-  
cerdotalem agere ministerium magis autem, &  
omnes advenarum religiosissimos clericos mites,  
uti ne adiones vestram sanctitatem obaudire ac  
desinire, & nec secundum divinarum legum, &  
sacratissimarum regularum tenore effectum in eis  
inferre. Monasterio vero sancti primi martyris  
Stephani, qui sic nominatis fundamenta, & se  
jacet juxta palatium, & omnibus idem pertinen-  
tibus religiosiis monachis omnia veneranda oracu-  
la, vel monasteria & ceteros venerandos locos  
sub parochia existentes sanctitati vestræ sub diti-  
one, & potestate sanctitati vestræ subiaceant, &  
per te sanctam tuam ecclesiam. Et quæcumque sunt  
eis privilegiis in integro observandis super his,  
nec nullum molestia, aut angarias, aut gravami-  
na, aut excubias quilibet inferre parti sanctæ rone  
ecclesiæ, hæc non colonas, aut pa... res vos sub-  
jacentes parti sanctæ vestræ ecclesiæ, a quolibet  
omnium ad militandum subtrahere, sed si mili-  
tari fuerint, eos dilingi, & dimilitari jubemus  
nostræ venerandæ reddituros parti, ut si quis ta-  
lia temerantes prævenire tentaverit, de his quæ  
a nobis pie sancita sunt, & iuste a nobis peti-  
tis, ut per presentem nostrarum apostolicam con-  
tinetur formula, non solum nihil prævaleat, sed  
etiam pro tale matricem audaciam, & omnia sua-  
rum facultatum amissione faciantur, nec non, &  
animarum adversiones periculo minime declinare  
poterint sufficientibus omnibus in concessione so-  
la hujus apostolicæ nostræ exarationis. Si quis  
vero contra hoc nostrum apostolicum præceptum  
..... egerit, componat auribrici libras quinque,  
intuper & anathematis vinculis sit innodatus, &  
perpetuæ condemnationi summisus. Quod præcep-  
tum confirmationis a nobis factum rescribendum  
præcepimus Timotheo notario & scriuario sedis  
nostræ in mense Julio, indictione XII. Bene va-  
lete. Guidus Julius per manum regi ..... Bi-  
blio ..... sedis apostolicæ imperat. Augustinus  
Hludovici ..... bono.

EPISTOLA II. PASCHALIS PAPÆ I.

De inventione reliquiarum sanctæ Cæcilie.

Cum summæ apostolicæ dignitatis apex in hoc  
divino respectu nitore dignoscitur persulge-  
re, cum in exercendis Dei laudibus impensius  
studebit exhibere certamen: ad hoc & injuncta  
nobis ejusdem apostolicæ pastoralis compulsit sol-  
licitudinis cura, quæ ad stabilitatem piorum per-  
tinere dignoscitur locorum, ubertim promulgare,  
& apostolicæ institutionis censura confirmare. Et  
quia convenit nullo apostolico moderamini, ut  
diversa corpora sanctorum, quæ diu inculta jacue-  
runt, cum summa vigilantia ob honorem omni-  
potentis Dei intra hujus alme urbis claustra ho-  
nette congregare, inter quos & corpus beatæ Cæ-  
cilie martyris, pervigiles omnino inquirere debe-  
remus: & quia jamdudum fama inter quosdam  
vulgaverat, quod ejusdem beatæ Cæcilie corpus  
ab Aitulpbo Longobardorum rege furtim fuisset

ablatum, idcirco pene oblivionis obtentu postpo-  
nere credebamus. Unde tamen, Domini annuen-  
te clementia, quadam die, dum ante confessio-  
nem beati Petri apostoli psallentium, matutina-  
li lucescente dominica, residentes observavimus  
harmoniam, sopore in aliquo corporis fragilitate  
aggravante, assistit nobis puella pulcherrima,  
& virginali aspectu & habitu decora. Et talia no-  
bis intuens ait: Multas tibi gratias referimus  
quod cuotamen, quod in medium apposueras,  
frustratoris relationibus pervulgatus sine causa,  
reliquisti: quia tanto penes me appropinquasti,  
quod ore proprio loqui communiter valeremus.

Et dum a nobis diligenter interrogata fuisset,  
tu quis es, & quod est nomen tuum, quæ talia  
me præmonendo, conaris? Si de nomine que-  
ris, Cæcilia, inquit, famula Christi vocor. Cui  
subjungens dixi: Quomodo hoc credere possumus,  
cum olim fama relatum sit, quod idem sacratis-  
sime martyris corpus a Longobardis inde furtim  
ablatum? Quæ ita respondens dixit: Veritas est  
quod me multum desideraverunt, & querierunt,  
sed gratia dominæ inem semperque virginis Dei  
genitricis Mariæ adfuit, quod nec me invenire,  
nec me deportare, sicut voluerant, hinc longius  
potuerunt. Sed sicut cæpisti perge, & sicut ope-  
ras indefinenter operare, quia omnipotentis Deo  
me tibi placuit revelare. Et corpus meum cum  
aliis corporibus sanctis quæ sunt juxta me recon-  
dere stude intra muros urbis. Et hæc dicens ab-  
cessit.

Tunc etenim pro hujus revelationis manifesta-  
tione, omni postposita difficultate, incunctanter  
& absque ambiguitate ipsius venerabilis virginis  
corpus inquirendum decrevimus. Qui & annuen-  
te Deo, ejusque solito adjuvamine properantes in  
cæmeterium sancti Sixti seu Prætextati situm to-  
ris portam Appiam (sicut in sacratissima illius  
passione manifeste narratur) inter collegas episco-  
pos in aureis indumentis cum venerabili sponso  
reperimus. Ubi & linteamina, cum quibus sacra-  
tissimus sanguis absterlus est de plagis, in quibus  
spiculator trina percussione crudeliter se gessit,  
ad pedes beatissimæ virginis in unum revolu-  
ta, plenaque cruore invenimus. Quæ omnia no-  
ditris manibus attrectantes, cum venerabili cor-  
pore honeste intra muros hujus Romanæ urbis  
induximus.

Pro cujus desiderabili dilectione titulum, quem  
piæ devotionis affectu sanctus papa I. Gregorius  
doctor eximus dicaverat, laxatum existentem,  
Dei annuente clementia, in meliorem statum a  
novis fundamentis Dei ejusdem virginis corpus  
cum carissimo sponso, atque Tiburtio & Maxi-  
mo martyribus, nec non Urbano & Lucio, utri-  
que pontificibus, sub sacro altari beatorum An-  
dræ apostoli dedicantes collocavimus.

Ibique ad laudem Creatoris instaurato mona-  
sterio beatorum Andræ apostoli & Gregorii con-  
fessoris, nec non in honorem sanctarum virginum  
& martyrum Agathæ & Cæcilie infra ecclesiam  
in loco qui dicitur Collis jacentis. In quo mo-  
nachorum Deo ferventium congregationi unani-  
mi consulimus pro quotidianis laudibus & pro  
subsidio, & luminarium continuatione, seu utilita-  
te & stipendio monachorum diu nocturne Domini  
Deo nostro devotione debita persolvendis, &c.

\* auri obry-  
xi.

\* comar.

\* certamen,

\* præmonen-  
do. Sa. prod.  
Cæcilia. Pa-  
schalis.

\* perage

\* Corpus  
Cæcilie  
inventum.

\* incederat,

\* pertractan-  
tes.

\* devotione  
titulus se  
fluaturus.

\* Sub altare  
supradicti,  
apostoli cor-  
pus præd-  
ictæ virginis  
Cæcilie cum  
prædictis  
martyribus,  
& Romanis  
pontificibus  
alibi in-  
terius con-  
duntur.  
\* Proxi & la-  
cubis. Luce  
scilicet præ-  
dictæ, hinc  
corpore dicitur  
marty-  
rum.

EPI-

ANNO  
CHRISTI  
817.Bibliotheca  
Florentina.  
Labbe in Ap-  
pend. t. VII.

## EPISTOLA III. PASCHALIS PAPÆ I.

AD BARNARDUM VIENNENSEM  
ARCHIEPISCOPUM.*Paschalis episcopus servus servorum Dei, reverentis-  
simo & sanctissimo fratri Bernardo sancta  
Viennensis ecclesie archiepiscopo.*

**Q**uia sanctitatem tuam in ecclesia Viennensi gubernationem suscepisse cognovimus, in Domino Deo nostro plurimum inde gaudemus. Unde apostolica vice monemus, ut in custodia gregis Dei studium tuæ dilectionis prudenter invigilet. Pallii usum, quem ad sacerdotalis officii honorem, & ad ostendendam unanimitatem cum beato Petro apostolo, universus grex dominicarum orium quæ ei commissæ sunt, vim habere non dubium est, ab apostolica, sicut decuit, sede poposcisti. Ipsum igitur tibi, Viennensique tum ecclesiæ, utpote ab eisdem apostolis fundatæ, majorum more libenter indulimus, ad ostendendam in te tuamque ecclesiam ejusdem sedis apostolicæ caritatem: utque secundum morem ecclesiæ eo utaris, benigne designamus. Fratritatem tuam necessario commomentes, ut creditæ tibi ecclesiæ opus ita, Deo favente, exequi studeas, ut adepta cujus ornatis studio dignitate; & probitate morum & vivacitate sollicitudinis & custodita integritate fidei amplius studeas adornari. Omnia etiam privilegia quæ tuæ pridem concessa sunt a prædecessoribus nostris ecclesiæ, volumus inconversa tibi & successoribus tuis permanere. Scriptum per manum Theophylacti notarii & scrinari, in mensis Decembris, Indictione x. Bene valete. Data per manum Georgii bibliothecarii san-

ctæ sedis apostolicæ, nonis Decembris. Imperante domino piissimo augusto, Ludovico a Deo coronato, magno, pacifico, imperatore, ejus imperii anno IV. & patriatus ejus III.

ANNO  
CHRISTI  
817.Ex miss. Cod.  
f. IV; Bi-  
blioth. Uni-  
vers. Turin.

## PASCHALIS PP.

LUDOVICO IMPERATORI.

**H**onor quidem Sanctorum in hoc mundo principaliter est: quælibet loca, nominibus eorum sacrata, divinitus venerari assidue; sed id fieri pleniter nequit, nisi a deputatis cultoribus ibi; quia non homines pro locis, sed pro bonis hominibus loca venerantur. Quicumque itaque localiter cuiquam jurat (&) sanctorum, constat proculdubio jurasse illorum honestatem qui proprie ibi deputantur ad divinum cultum utendum, nec infirmasse videntur pro suo posse tutelam in eis videlicet rebus bene adeptis, quia locorum cultores, honor, & religio ex his continentur. Ideoque quilibet votor curiose debet eniti quatenus cultores sacri loci illius, ubi sibi est votum, quantum in se est, quiete sine molestia quiescere queant. Atque res ibi legitime pertinentes damnosæ nec pereant nec auferantur. Propterea Reverende in Christo Carissime fili Ludovice, memento votivorum sanctorum quas ad honorem S. Petri coram sanctis reliquis, nec non Clericis ac fidelibus tuis ante tempora pauca promissisti; & hujus rei gratia causas sitas in vestra ditione, velud proprias defende. Atque nostrum legatum Leonem exoristam ibidem commorantem sic ab injuria conserva illæsum, ut apud homines perjuriæ famam, quod absit, non incurras, sed apud Dominum sanctorum sanctitatem obtineas.

## AD EPISTOLAS PASCHALIS I.

## APPENDIX.

## AD SEQUEMTEM EPISTOLAM ADMONITIO.

**S**equentem epistolam ex Ughellio acceptam dedit quidem Labbeus, sed mutilam adeo, & erroribus scatentem, ut vix interdum elici ex ea sensus aliquis congruus possit. Sinceriorem ex autographo in arboris cortice, sive ut aptius arbitramur in papyro ægyptia expresso, & in Ambrosiana Mediolanensi bibliotheca servato exhibent Palatini locii, qui rerum Italicarum scriptores a

Muratorio collectos dederunt. Ejus pariter exordium legitur totidem verbis in libro diurno Romanorum Pontificum a Garnerio edito cap. VII. num. IX. ex illo vero menda nonnulla, quæ in bullam hanc Paschalis irrepsit emendari posse, idem Garnerius monet. Ea vero cura, quod a nemine hucusque sit præstitum, nos non manet, daturos bullam ex Mediolanensi autographo

PASCHALIS AD PETRONACIUM ARCHIEPISCOPUM  
RAVENNATEM EPISTOLA.*De confirmatione privilegiorum Ravennatis ecclesie.**Paschalis episcopus, servus servorum Dei, reverendo  
& sanctissimo fratri Petronacio archiepiscopo sancta  
Ravennatis ecclesie, & per te in eadem ecclesie  
in perpetuum.*Ex Suppl.  
Manlii t. I  
pag. 300.

**C**um piæ desiderii voluntate & laudande devotionis intentio apostolicis sit semper studiis adjuvanda; cura est sollicitudinis adhibenda, ut ea, quæ legaliter geruntur, & æquitati personarum conveniunt, nulla valeat refragatione perturbare; sed irrefragabile jure Deo valeat permanere, & ob hoc apostolicis promulgatis sanctionibus propria, quæ rationis suppetunt, eas exiget possidenda confirmari. Igitur quoniam quidem fraternæ sanctitatis tua direxit nobis per Sergium religiosum diaconem sanctæ tuæ Ravennatis ecclesiæ privilegium domini Adriani quondam papæ præ-

\* Hæcque  
liber Dist.  
100

decessoris nostri, in quo confirmabit privilegia Leonis quondam imperatoris, facta ab Epiphanio quondam religioso notario, & scrinario, & apocrifario sanctæ Ravennatis ecclesiæ, qui directus est a venerandæ memoriæ Damiano archiepiscopo, ut confirmatæ sacre essent præcedentes formulas ab ipso Leone imperatore tam divæ memoriæ prisici Justiniani, quamquam ceteris piissimis imperatoribus privilegia sanctæ vestræ ecclesiæ prælargita, in quibus & aliis piis capitulis, & ut sine sacrilegio vel feritis rapinæ ejus sine prælargitæ sunt, & promulgationes. Postulabit quoque nobis tua almitas eadem ipsa per nostros apostolicos apices firmitatem accipere. Unde annuentes præparatus sancimus, & confirmamus omnia quæcumque sunt privilegia edita in sancta vestra Ravennatis ecclesiæ tam prædecessorum nostrorum, pontificum scilicet

ANNO  
CHRISTI  
777.ANNO  
CHRISTI  
817.

licet sanctorum recordationis Hadriani & Leonis, seu A  
predecessorum illorum, quamque imperatorum,  
vel dona regum, aut a christianis hominibus per  
donationibus vel venditionibus seu testamentis ob-  
lata, iusto ordine generaliter & specialiter om-  
nium sanctorum tue ecclesie largitatem corroboratio-  
nis firmitatem in perpetuum habere precipimus,  
& confirmamus, ut nullum locum aut jus subja-  
centem sub ditione sanctorum tue ecclesie per quo-  
libet aduentionis argumento, potentia quoquo  
modo audente, iudicari iussultum civili aut mi-  
litari precinto, usurpari vel subtrahere aut viola-  
re, vel novatione adificationis inducere; sed si  
quis corutum aut cadentem templum renovare  
aut adificare temptaverit, non habere licentiam  
ante hoc agere, nisi prius per solitam benedi-  
ctionem paterna sanctitati vestre sancta & vene-  
rabilis crux ibi figatur; neque qui ex alio epi-  
scopato ditione aut civitatis ibidem venientes &  
commorantes Deo amabiles clericos presumere in  
subiacentibus vobis ecclesiis sine preceptionem ves-  
tram Sacerdotalem agere ministerium, magis au-  
tem & omnes adveniam religiosissimos clericos  
limites atque adiones vestram sanctitatem obau-  
dire & definire & secundum divinarum legum &  
sacratissimarum regularum tenore effectum in eis  
inferre monasterio vestro sancti primi Martyris  
Stephani, qui sic nominatur, fundamenta, & re-  
jacet juxta palatium, cum omnibus eidem perti-  
nentibus religiosis Monachis, omnia veneranda  
oracula, ac Monasteria, & ceteros venerandos lo-  
cos sub parrochia existentes sanctitati vestre, sub  
dictione & potestate sanctitati vestre subiaceant,

& per te sanctorum tue ecclesie & quocumque sacris  
eis privilegiis in integro observandis super his;  
nec nullum molestia aut angarias aut gravami-  
na, aut excusias quilibet inferre parti sanctorum  
ecclesie, nec non colonos aut paritarios &  
servos subjacentes parti sanctorum vestre Ecclesie a  
quolibet omnium ad militandum subtrahere; sed  
si militati fuerint eos discingi & desmilitari juve-  
mus, vestras venerandas redituros parti; ut si quis  
talia temeranter pravaricari temptaverit, de his  
quas a nobis pie sancita sunt, & iuste a nobis pe-  
tistis, & per presentem nostram apostolicam con-  
tinetur formula, non solum nihil pravealeat, sed  
etiam pro talem atrocem audaciam, & omnium  
suarum facultatum amissione faciantur, nec non  
B & animarum adversiois periculum minime decli-  
nare poterint, sufficientibus omnibus in offensio-  
ne sola hujus apostolicæ nostræ exaracionis. Si  
quis vero contra hoc nostrum apostolicum præ-  
ceptum egerit, componat auri obrii libras quin-  
que; insuper & anathematis vinculis sit innoda-  
tus, & perpetue condemnationis submissus. Quod  
preceptum confirmationis a nobis factum scriven-  
dum precipimus Timotheo notario & scriuario  
sedis nostræ, in mense julie, indictione duodeci-  
ma † Bene valete †

Datum V. Idus Julias per manum Sergii biblio-  
thecarii sanctæ sedis apostolicæ, imperante domi-  
no nostro perpetuo auguste Hludovico a Deo co-  
ronato magno pacifico Imperatore anno sexto,  
C sed & Hlothario novo Imperatore ejus filio an-  
no... indictione duodecima.

## ADMONITIO IN SEQUEMTEM EPISTOLAM.

Ex eodem.

**G**Ratianus cau. 1. quest. III. cap. VII. Si quis ob-  
jerit &c. ceterique decretorum Collectores  
fragmentum quoddam canonicum affrunt, Pas-  
chalis nomine inscriptum, quod Romani ejusdem  
operis correctores decerptum esse affirmant ex epi-  
stola quadam Paschalis papæ, eamque integram  
vel fere integram extare asserunt in Biblioth. Vati-  
c. in Collezione MS. Decretorum a Rom. Pon-  
tific. latorum. Ex quo etiam codice pertinere il-  
lam ad Paschalem I. deducunt; cum in eadem colle-  
ctione, post Adriani II. epistolas, ordine succedat;  
decreta vero Paschalis II. statim post Urbanum  
II. juxta ac series pontificum exigit, sub-  
junguntur. Hanc ipsam epistolam ego nactus sum  
in appendice anonymi ad codicem MS. Barchar-  
di, quem bibliotheca cathedralis ecclesie S. Mar-  
tini Lucensis servat, ex quo hic dandam suscipio,  
eo libentior, quod nondum vulgatam arbitror,  
& integrior est præ illa Romanorum cen-  
sorum, utpote quæ data inscribitur ad archiepisco-  
pum Mediolanensem, quam inscriptionem deesse in  
Romano codice ex silentio eorum intelligo. Ex  
eodem pariter codice meo deduco nonnisi ad Pas-  
chal. primum pertinere cum præferat in titulo  
*Epistola Paschali papæ &c.* ita enim designare con-  
sueville ætatis illius scriptores (est enim codex  
sæculi XII. ineuntis) Paschalem I. demonstrat ex-  
emplum Ivonis Carnotensis, qui in epistola XX.  
ad Reudonem, seu Eadonem Normanniæ Dapi-  
ferum edit. Jureti, eadem appellatione Pascha-  
lem I. designat.

Denique Urbanus Papa II. qui Paschalem II.  
precessit, ex hac ipsa Epistola, quam Paschalis  
(præmi utique) agnoscit in epist. ad Lucium Præ-  
positum inter Labbeanas num. XVII. testimonium

profert, ipsum videlicet quod extat in cap. si quis  
objerit VII. qu. 3.

Post hæc scripta incidi in eandem ipsam epist.  
a Gerobo Præposito Reichersbergensi in Comment.  
in Psal. xxv. recitatam pag. 519. edit. Pezii, que  
tamen in fine plurimum ab hac nostra discrepat.  
Qui enim epilogus est epist. in Gerobo congruit  
cum canone illo Concilii Toletani, quem ego in  
eodem MS. Codice offendi, ubi & hanc Pascha-  
lis epistolam nactus sum; immo & statim post il-  
lam scribitur. Hinc si conjecturam ducere liceat,  
censeo Paschalis epistolam illam recitatam fuisse  
in Toletano aliquo concilio, cujus acta perierint;  
statimque Patres canonem secundum illam distal-  
se. Hæc causa fuit ut in codice Gerobi alterum  
alteri subjungeretur. Utcumque sit. Epistolam  
profero ex meo codice; notatis ad extremam pa-  
gellæ oram ex Gerobo variantibus. Canonem ve-  
ro Toletanum, qui huic ipsi epistolæ apud Gero-  
hum asluitur, dedi supra pag. 275.

## EPISTOLA PASCHASII PAPÆ

AD ARCHIEPISCOPUM MEDIOLANENSEM. (a)

**F**Raternæ (b) mortis crimen incurrit, quisquis,  
cum potest, Frater (c) Fratrem a morte mi-  
nime defendit. Nos quoque, qui excellentiæ ves-  
træ summum discrimen audivimus, summum rea-  
tus penam incurrimus, si tacemus; Domino per  
Prophetam terribiliter testante (d) quod profecto  
sanguinem fundit, qui impiorum iniquitatem ta-  
cendo dissimulat. Audivimus enim, quod valde  
miramur, quod sacri apud vos ordines pecunias  
distrahuntur, dum quicumque tale aliquid atten-  
ta

(a) Ad Mediolanenses.

(b) Æterna.

(c) Diss. Frater.

(d) Domino prophetante.

ANNO CHRISTI 431.

ANNO CHRISTI 431.

379  
 taverit (a) omnino Hæretici comprobentur, san-  
 cto Spiritu per Gregorium intonante (b) quis qui-  
 quis per pecuniam ordinatur, ad hoc ut fiat heret-  
 icus promovetur. Et ut nostram huius paginulam  
 non presumptionem (c) sed timoris causam fuisse  
 monstremus, beatus idem profertur: *Quisquis  
 contra Simoniacam, & Neophytorum hæresim pro of-  
 ficii sui loco vehementer non avertit, cum eo se non  
 dubites habiturum portionem, qui primas commisit  
 hoc pecculare flagitium.* Quibus in verbis cum heret-  
 ica, (d) & Simoniacam, & Neophytorum hæresis  
 exprimitur, quod etiam (e) morte dignissimum  
 crimen sit apertissime declaratur, procedente per  
 Augustinum divino oraculo, ac dicente: (f) *Fir-  
 missime tenet, & nullatenus dubites, omnium hereti-  
 cum, vel schismaticorum, quævis multas elemosinas  
 facias, vel etiam pro Christo sanguinem fundas,  
 cum diabolo, & angelis ejus æterni ignis incendio  
 mancipandum, nisi ante suam hujus catholice vite  
 (g) fueris incorporatus, & reintegratus Ecclesie.* Hinc  
 est quod Dominus vendentes, & ementes de tem-  
 plo eiecit; Dathan, & Abiron ambientes terra glu-  
 tivit; Simonemque (h) tentantem Petros damna-  
 vit, omnesque Simoniacos ecclesiasticis jactis Pe-  
 trus (i) perpetuo anathemate condemnavit. Et  
 turpe nimium est, ut in plenissimum jam vigo-  
 rem confirmata Ecclesia, tam ferali inimico suc-  
 cumbat; ideoque (k) in primordio suæ infantis  
 tanta virtute triumphabat. (l) Si quis autem ob-  
 jecerit, non consecrationes, sed res ipsas, quæ ex  
 consecratione proveniunt, vendi; videtur quidem  
 aliquid dicere, nihil autem penitus sapere.

Nam cum corporalis (m) ecclesia, aut episco-  
 pus, vel abbas, aut tale aliquid sine rebus cor-  
 poralibus & exterioribus in nullo proficiat; sicut  
 nec anima sine corpore temporaliter vivit. (n)  
 Quisquis eorum alterum vendit, sine quo alter-  
 um habere non (o) provenit, neutrum non ven-  
 ditum non (p) derelinquit. Quam tamen objectio-  
 nem sacer penitus canon exterminat; cum procu-  
 ratorem vel defensorem ecclesie vel regule sub-  
 jectum (q) per pecuniam ordinari prohibeat, ut in-  
 terventores quoque tanti sceleris anathematis mu-  
 crone succidat. Quid plura? si anathematizati &

excommunicati, & ut vere hæretici Simoniaci &  
 Neophyti a numero sancti fidelium, (r) ecclesie se-  
 parati, quis non videat, quod hujusmodi sacerdo-  
 tum aut clericorum missæ & orationes Dominum  
 ad iracundiam super populum provocent, quem  
 placari talibus credebamus? Scriptum est enim:  
 (s) *Omnis quod non est ex fide, peccatum est;* & ut  
 (t) veri sacrificii locus extra catholicam eccle-  
 siam non est; unde & dicitur: (u) *Hæreticum ho-  
 minem post primam & secundam correctionem devi-  
 te.* Quomodo ergo tales episcopus, abbates vel  
 religiosos (x) clericos devotissimus? si eorum missas  
 audimus, cum quibus, si vel simul oramus, ex-  
 communicationem subimus? Quos quidem sacer-  
 dotes esse saltem credere omnino errare est, cum  
 Petrus Simoni dicat: (y) *Pecunia tua totum sit in  
 perditionem; quia existimasti donum Dei potuisse pos-  
 sidere.* Ubi cum existimasti dicitur, patet, quia non  
 pro eo quod fecerit, sed quia facere se posse cre-  
 diderit condemnatur. (z) Cum tamen minus sit  
 existimare, quam credere. Cum itaque hereti-  
 cum qualemcumque esse, sit certa & indubitata  
 damnatio, quid valet Arianos, Sabellianos, Fou-  
 nianos, impiisque Manichæos pene orbe populif-  
 se, si Simoniacam & Neophytorum hæresis, quæ ut  
 beatus Gregorius dicit, *ante omnes in sancta eccle-  
 sia diabolica fraude surrexit,* quasi prima & maxi-  
 ma ecclesie castitatem sorda nimium pollutione  
 contaminetur? Igitur in Dominum & propter Do-  
 minum vestram excellentiam & omnes fideles Chri-  
 sti rogamus & obtestamur, si habere partem in Chri-  
 sto cupitis, summopere instate, ut tam sava pe-  
 stis, quæ in universos jam populos usquequaque  
 sæviendo æterna morte maldavit, vestra auctori-  
 tate & exemplo penitus destruat, ne ulterius,  
 quod abest, in Spiritum peccare, neque hic, ne-  
 que in futuro sæculo remittatur.

ADNOTATIO COLLECTORIS IN HANC EPISTOLAM.

EPISTOLAM hanc primum quidem a me evulgari olim pu-  
 tavi; dein fere integram nactus sum in Gerobo; tan-  
 dem cum jam prolo subiiciendam dedissem, integram repe-  
 ri apud Ivonem Deuret. par. 3. c. 24. qui illam recitat sub  
 præfatio titulo: *Ex decretis Paschali papa.*

CONVENTUS AQUISGRANENSIS ABBATUM FRANCIE CUM MONACHIS SUIS,

In quo ad regularium institutionem communi consensu edita sunt capitula xxc.

Extat in Baluz. tom. I. pag. 579. Edit. Paris.

NOTITIA DE MONASTERIIS

qua regi militiam, dona, vel solas orationes debent. (a)

Extat ibid. pag. 589.

NOTA SEVERINI BINII.

(a) Conventus. De rebus in hoc conventu gestis antea nominatus in vita Ludovici Imperator generalium habuit conventum Aquilgrani, in quo quantum servoris cir-

ca divinum cultum in arca pectoris gestaret tanto animis declaravit. Congregatis enim episcopis, nobilissimisque sancti ecclesie clero, fecit componi ordinariusque librum canonicæ vite normam gestantem, in quo totius illius ordinis perfectio continetur, sicut reclusus ipse fatetur. In quo etiam inserti sunt tibi potiusque atque omnium necessarium summam, ut omnes tam viri, quam sanctimoniales, sub hoc ordine Christo ferventes, nullis prædicti necessitatibus libera servare Domino omnium militare meminissent. Quem librum per omnes civitates & monasteria canonici ordinis sui imperit misit per manus missorum præsentium, qui illum in omnibus supradictis locis transcribi face-

(a) Acceptaverit. (b) In epist. ad Episc. lib. 4. ep. 56. (c) Præsumptionis.  
 (d) Simoniacam, & Neophytorum hæresis. (e) æterna. (f) Aug. lib. de Fide c. 39.  
 (g) vitam catholicam. (h) Magum. (i) deest Petrus. (k) de quo.  
 (j) Can. Si quis objecerit V. qu. 3. (m) deest corporalis. (n) Vide Urbani II. ep. xviii. ad Lugdun.  
 (l) Nos. (o) deest non. (p) a Deo. (q) & (r) Rom. xiv. 23.  
 (m) iterum. (n) Tit. III. 10. (s) reliquos. (y) Ad. VIII. 20.  
 (z) Huc usque Gerobus, apud quem hæc subduntur. Et nos sub anathemate interdiximus idipsum de hæresi Simoniacæ, sicut sancta decrevit synodus, nullum aut ecclesiarum consecrationem, aut archiepiscoporum, aut commendationem altarium, aut traditionem ecclesiarum vendere. Quisquis conduxerit, aut vendiderit, aut emerit, anathema sit, amen.  
 Et responderunt omnes tertio, fiat fiat. Et ita absolutus epistola ad eundem.  
 (a) De horum Monasteriorum situ consulendus est Baluzus tom. 2. Capitular. p. 1093. & seqq.

ANNO CHRISTI 817.

ANNO CHRISTI 817.

facere, debitaque etque conferre... Quae res magnum ecclesie contribuit auxilium...

Simili modo & in partibus Campanis, Signiam, Anagninam, Ferentinam, Alatriam, Patricum, (e) Praenonem, cum aliis partibus Campaniae...

De Ludovici rebus gestis in conventu Aquiligranensi...

In hoc eodem conventu Aquiligranensi (no pretermissum) quod apostolica sedis legatione patebatur...

Item in partibus Tusciae Longobardorum, Castellum Felicitatis, Urbevetum, Balneum regis, (k) Ferenti castrum, Viterbium, Marram, Tuscaniam...

- magal
Benedictinal
episcopis
LXX.

Ejusdem constitutionis fragmentum eius in decreto Gratiani dist. 63.

In nomine Domini Dei omnipotentis Patris, & Filii, & Spiritus sancti.

Dist. 63. Hugo Ludovicus.

Ego Ludovicus imperator Augustus statuo & concedo per hoc pactum confirmationis (a) nostrae, tibi beato Petro principi apostolorum, & pro te vicario tuo domno Paschali summo pontifici & universali papa...

Simili modo per hoc nostrum confirmationis decretum firmamus donationes, quas piis recordationis dominus Pippinus rex, avus noster, & postea dominus & genitor noster Carolus imperator beato Petro apostolo spontanea voluntate contulerunt.

per te, in conventu Aquiligranensi...

constituit, cetera defuncti apud Gratianum...

Deinde variantes ex codice Vaticano (a) deest vestra (b) Clera (c) Gallifem, Harrem, ... (d) in territorio deest (e) Praenonem cum omnibus partibus Campaniae...

CONSTITUTIO LUDOVICI IMP.

ceptum confirmavit. Eo scilicet modo, ut annis singulis supradictus census ecclesie beati Petri apostoli persolvatur, salva super eisdem ducatus nostra in omnibus dominatione, & illorum ad nostram partem subiectione. Ceterum sicut diximus, omnia superius nominata ita ad (a) nostram partem per hoc nostre confirmationis decretum roboramus, ut in vestro vestrorumque successorum permanent iure, principatu, atque ditione, ut neque a nobis, neque a filiis & successoribus nostris, per quodlibet argumentum parte minuatur vestra potestas, aut vobis de supradictis omnibus, vel successoribus vestris, inde aliquid subtrahatur. De suprascriptis videlicet urbibus, provinciis, civitatibus, oppidis, castris, viculis, insulis, territoriis, atque patrimonis, nec non & pensionibus atque censibus. Ita ut neque nos ea subtrahamus, neque quibuslibet subtrahere volentibus consentiamus. Sed potius omnia que superius leguntur, id est provincias, civitates, urbes, oppida, castella, territoria, patrimonis, atque insulas, census ac pensiones, ecclesie beati Petri apostoli, & pontificibus in sacratissima illius sede in perpetuum residentibus, in quantum possumus, defendere nos promittimus, ad hoc ut omnia in illius ditione ad utendum & fruendum, atque disponendum firmiter valeat obtinere, nullamque in eis nobis partem aut potestatem disponendi aut iudicandi, subtrahende aut minorandi vendicamus, nisi quando ab eo qui illo tempore huius sancte ecclesie regimen tenuerit, rogati fuerimus. Et si quilibet homo de supradictis civitatibus ad vestram ecclesiam pertinentibus ad nos venerit, subtrahere se volens de vestra (b) iurisdictione vel potestate, vel quamlibet aliam iniquam machinationem metuens aut culpam commissam fugiens, nullo modo eum aliter recipiemus, nisi ad iustam pro eo faciendam intercessionem: ita dumtaxat, si culpa quam commisit venialis fuerit inventa; sin aliter, comprehensum vestre potestati eum (c) trademus, exceptis his qui violentiam vel oppressionem potentium passi, ideo ad nos veniant, ut per nostram intercessionem iustitiam accipere mereantur: quorum altera conditio (d) est, & a superioribus valde disjuncta.

D I 1111  
Ego Ludovicus  
cu  
& Quando  
Et in chronico

Et quando divina vocatione huius sacratissime sedis pontifex de hoc mundo migraverit, nullus ex regno nostro, aut Fracis, aut Longobardis, aut de quolibet gente homo sub nostra potestate constitutus, licentiam habeat contra Romanos, aut publice, aut privatim veniendi, aut electionem faciendi: nullusque in civitatibus, vel territoriis ad ecclesiam beati Petri pertinentibus, aliquid malum propter hoc facere presumat. Sed liceat Romanis cum omni veneratione, & sine aliqua perturbatione, honorificam suo pontifici exhibere sepulturam, & eum, quem divina inspiratione, & beati Petri intercessione, omnes Romani uno consilio atque concordia, sine aliqua promissione, ad pontificatus ordinem elegerint, sine (e) aliqua ambiguitate, & contradictione more canonico consecrari: & cum consecratus fuerit, legati ad nos, vel ad successores nostros reges

Francorum dirigantur, qui inter nos & (f) illum amicitiam & caritatem ac pacem fociant, sicut temporibus pie recordationis domni Caroli avi nostri, sive domni Pippini avi nostri, vel & Caroli imperatoris genitoris, consuetudo erat faciendi. Hoc autem, ut omnibus sancte Dei ecclesie & nostris firmum esse credatur, firmiterque per futuras generationes & secula venura custodiat, propriis manus signaculo, & venerabilium episcoporum, atque abbatum, vel optimatum nostrorum, sub iurejurando & subscriptionibus patrum istud nostre confirmationis roboravimus, & per legatum sancte Romanee ecclesie Theodorum nomenclatorem domno Paschali (g) papae direximus.

Ego Ludovicus misericordia Dei imperator  
subscripsi.

Et subscriperunt tres filii ejus, & episcopi decem, & abbates octo, & comites quindecim, & bibliothecarius unus, & mansionarius unus, & ostiarius unus.

NOTE SEVERINI BINII.

De tempore & rebus in hoc componi constituit annales Franc. ubi ista habet. Anno Redemptionis 819. Ludovicus imperator hieme conventum habuit Aquilgrani, in quo multa de statu ecclesiarum & monasteriorum tractata atque ordinata sunt, legibus etiam capitula quadam penesultata, que iterant, addita sunt.

De hoc sic Siebertus: Anno, inquit, Domini 819. Aquilgrani generali conventu habito per dispositionem imperatoris Ludovici, episcoporumque & abbatum, aliqua capitula ad usus regularum monachorum edita sunt, & multa sacrarum scripturarum compilatione facta clericorum & clericorum sanctimonialium regula constituta sunt. Eadem istam prope verba refert Anselmus in vita Vualcandi episcopi Laudensis, tom. 1. cap. 34. diciturque a precedenti in hoc quod hanc synodum anno 816 habuimus iussu scribit: Anno Domini, ait, octingentesimo decimo, sexto, collecta episcoporum synodo provinciali apud Aquilgrani, Ludovicus imperator interesse voluit, ecclesiasticis institutionibus ibidem disponendis, per cuius dispositionem episcoporum, & abbatum, aliqua capitula, &c. ut supra.

Post hac subiungit: Ubi cum Vualcandus referret consilium de transferendo corpore beati Huberti ad locum Andanum divina dispositione predicti principis & totius synodi, voluntarium praeiussit assensum, iudicis et conditionibus, ut tanto pontifici convenientem emphiteus honorum. Ita scriptores ad hunc synodalem in re convenientes, in tempore differant. Auctor vita Ludovici addit hunc conventum Aquilgrani habitum fuisse ea occasione, ut renunciantes sibi missis de omni regno suo, quos pro statu sanctae ecclesie restitendo deiecit vel contrahendo miseris, audiret. Quis si, auctor vita Ludovici missi nominat, eisdem lib. 2. capitular. cap. 24. & 25. legum domus videtur. Imperator per singulas provincias episcoporum, quos unum comitem obligaverat, qui capita legum ecclesiasticarum singulis ecclesiis describenda offerrent, easque pro veritate Dei & augmento ecclesie ubique in Gallia observari curavit.

Auctoritate sedis apostolicae Carolus & Ludovicus imperatores hoc conventum frequentiores pro reformatione Galliarum ecclesiarum iudicasse, legesque ecclesiasticas sanctas, ut possent aliam sanctam promulgari procurasse, ipsi pluribus, capitulari libri fecit & legitur, qui vocantur Baron, anno 819. potius proficiunt. Collectis capitularum Bonardi, huiusmodi in fine libri septimi aperte testatur, nullum capitularum unquam ab ipso publicatum, quod non prius auctoritate apostolica confirmatum fuisset. Videant ergo nonnulli, quantum injuriam inferant postquam imperatores Carolus & Ludovicus postquam defuncti, dum eorum exemplo abusi, potestatem condendarum legum ecclesiasticarum, regibus aliisque principibus secularibus, competere decuit.

Utrum imperator Carolus & Ludovicus vicis legum ecclesiasticarum condiderint.

CON-

(a) ad vestram (b) ditione (c) remissimus (d) non est (e) qualitas (f) ille (g) papa primus.

ANNO CHRISTI 818  
ex Labbet  
Append.  
ea VII

# CONCILIUM AQUISGRANENSE, ANNO CHRISTI 818

## IN QUO THEODULFUS AURELIANENSIS,

Aliique episcopi damnantur, Anno Domini DCCCXVIII. Ludovici Pii Imperatoris V.

**A** *Dorsus Ludovicum Pium, Bernardus fratris A filius Italia rex, aliique proceres conjuraverant: inter quos, ait Eginhardus ad ann. DCCCXVIII. & alii episcopi, Anselmus Mediolanensis, & Vulfoldus Cremonensis, & Theodulfus Aurelianensis fuere. Tum ad ann. DCCCXVIII. Detecta fraude, & conjuratione patefacta, ac seditiosis omnibus in potestatem suam redactis, Imperator Aquisgrani revertitur: transactoque Quadragesimali jejunio, paucis post Pascha diebus, conjurationis auctores, & Bernardum regem, iudicio Francorum capituli sententia condemnatos, lumipibus tantum iussit orbari: episcopos synodali decreto depositos, monasteriis mancipari; ceteros, prout quisque vel nocentior vel innocentior apparebat, vel exilio proferri, vel detondi, atque in monasteriis conversari.*

*Hujus autem criminis insontem se Theodulfus confessatur bis ad Ajulfum Bituricensis archiepiscopum verbis lib. IV. carminum*

Non regi, aut proli, non ejus, crede, jugali,  
Peccavi, ut meritis hæc mala tanta veham  
Iese meis verbis, frater sanctissime, crede  
Me objecti haudquaquam criminis esse reum.  
Perderet ut sceptrum, vitam, propriumque nepotem,  
Hæc tria sum nunquam consiliatus ego.

*De ejusdem iniquitate iudicis ad Moduinum episcopum Augustodunensem hæc scribit*

Culpa facit sævum confessus perire Iatronem,  
Non est confessus præsul, & ecce perit.  
Non ibi testis inest, iudex nec idoneus ullus.  
Non aliquid crimen ipse ego factus eram.

Esto forem factus, cujus censura valeret  
Dedere iudicii congrua fræna mihi?  
Soliis illud opus Romani præsulis extat,  
Cujus ego accepi pallia sancta manu.

NOTE JAC SIRMONDI S. J.

*Ad Theodulfi carmina.*  
*Ad Ajulfum episcopum.* ) Agulfum, sive Agulfum, Bituricensis primæ sedis patriarcham, sic enim appellat, vir fuit, etiam dum viveret, sanctitatis fama conspicuus. iudex cum aliis episcopis electus ab Ebone Rhevensi anno MCCCXXIV. Ex hac vero epistola liquet, episcopum jam fuisse, cum Theodulfus Andegavis exularet, hoc est, ante ann. DCCXX. contra quam vulgo tradunt qui de episcopio Bituricensium scripserunt.


*Crede mihi verbis.* ) Insimulabatur tanquam particeps conjurationis adversus Ludovicum. Perneget ille se huic crimini affinem. Et quanquam ei spes veniæ ostendebatur, si annueret; flecti tamen non potuit. Quare excipiendus erat Thegano, cum episcopus in hoc iudicio sua confessione depositos affirmavit.

*Ad Moduinum.* ) Episcopum Augustodunensem, qui iudex item electus ab Ebone cum abdicaret.

*Accepi pallia.* ) Pallium archiepiscopis tribui proprie solet. Conceditur tamen interdum etiam episcopis, quemadmodum Syagrius Augustodunensis a Gregorio M. concessum est. & Theodulfus ipsius papa manu se accepisse testatur, Stephani IV. opinor, cui obvium missus a Ludovico Pio fuerat, cum veniret in Galliam. Sed inter utriusque pallium hoc discrimen, quod Syagrius ita datum ut transiret ad successores, Theodulfo, non item.

NOTA PETRI DE LA LANDE

Videtur Theodulfus synodale iudicium declinasse propter pallium a Stephano IV. papa acceptum. Sed nullo modo probatur hæc ratio, nec ante usum auditæ est in hisce iudiciis, nec unquam in synodis ab ullo allegata fuit episcopo, etiam e metropolitanis quibus pallium tribui proprie solet. Immo hæc Gallie concilia exhibent archiepiscoporum sive metropolitanorum exempla, at episcopis non habentibus usum pallii damnatorum ante ac post Theodulfum.



# VENETUM CONCILIUM,

Quo Joannes patriarcha Gradenfis rursus e sede sua dejectus est,

Anno 818. circiter habitum

Ex Suppl.  
Mansi  
pag. 306

**F**ortunato Gradenfis patriarcha e sede sua vel subrado vel abeunte, & in Galliam fugiente, Joannes quidam monachus sedem illam occupavit, & tenuit quadriennio. Tunc reconciliatus cum Venetis Fortunatus thronum suum

represtitit; eademque de causa coacta synodus Joannem in vatorem detecit. Fortunatum restituit. Hæc Dandulus Chronici lib. 8. cap. I. Joannes qui patriarchatum invaserat, synodali censura depositus est. Nec plura de concilio isto rescivimus.



Ex Labbet  
Append.  
Tom. VII.

# CONCILIUM VENETICUM ALTERUM,

Anno Domini DCCCXVIII.

**P**ost iudicium illud Aquisgranense, de quo proxime dictum est, Ludovicus, inquit ibidem Eginhardus, magno cum exercitu Britanniam ingressus, generale concilium Venetiis habuit. At majorem hujus concilii notitiam suppeditat, inquit Petrus de la Lande, antiqua membrana, Rothomensis monasterii fundationem continens, in qua Ludovicus dicitur cum intuperabili armorum agmine Britanniam prope- rasse, & fugatis Britannis, atque perempto eorum pseudorege, patriam suis legibus subdidisse. Pera- Concil. General. Tom. XIV

Est igitur triumpho, in Venetiis urbe generale principum atque pontificum celebrat concilium, ubi ordinatis regni negotiis, & causis discussis ecclesiasticis, cum in Gallias redire disponeret, beatum Covoium adiit: eique Imperator obtulit pro sua suorumque salute, & æterna remuneratione, locum Rothomensem ab omni onere liberum & immuncm, proprio confirmans donationem annulo. Anno imperii sui v. incarnati vero Verbi DCCCXVIII.

B H CON

ANNO  
CHRISTI  
819.

Anno Domini dcccix. habitus.

ANNO  
CHRISTI  
819.In Supplemento  
ad Concilium  
Ostii  
L. 1. b. 10  
Append.  
Tom. VII.

**D**E synodo, seu conventu publico, per anno dcccix. A. sive restaurando dejecto, vel confirmando stante, habitus est in palatio Aquisgrani, cum Ludovicus Pius rex Britonibus ibi se ad biberna contulisset, atque de rebus in eo gestis scribis auctoritate ejusdem Ludovici, nomine Luitoldus, ut in codice MS. monasterii Trudonensis. Qua, inquit, hieme imperator in eodem palatio conventum publicum populi sui celebravit, & renunciantes sibi missos de omni suo regno, quos pro statu sancte eccle-

se. at, audivit; & quicquid utile judicavit, sancta impellente devotione superaddidit, nihilque intactum reliquit, quicquid ad honorem sancte Dei Ecclesie proficere posse visum fuit. Interea capitula quaedam legibus superaddidit, in quibus causae forenses claudicare videbantur: quae haecenus veluti pernecessaria servantur.


ANNO  
CHRISTI  
820.

## CONCILIUM ANGLICUM

ANNO  
CHRISTI  
820.

SUB WULFREDO ARCHIEPISCOPO CANTUARIE,

Anno Christi dcccxx. Beornulfi regis Merciorum, qui eidem aderat, primo, in quo Cenedritha abbatissa filia & haeres Cœnulfi regis Merciorum reconciliationem facit cum praefato archiepiscopo pro terris, quas pater ejusdem Cenedrithae injuste abstulerat ab ecclesia Christi Cantuariensi. Vide Concilium Cloveshor. mox secuturum, numero 5.



## SYNODUS PERSICA sive SELEUCIENSIS NESTORIANORUM,

In qua canones ad disciplinam ecclesiasticam pertinentes conditi, Praefide Josue Bar-Nun Nestorianorum Catholico, anno Aegrae 205. Graecorum 1131. Chr. sibi 820.

Ex Suppl.  
Mosh. tom. 1.  
Pag. 300.

**S**ynodus Josue Bar-Nun, ait Assemanus B. bliot. Orient. tom. III. par. II. pagina CLXXXVIII. habita quo is anno electus fuit, hoc est Arabum 205. Christi 820. Graecorum 1131. Ejus meminit Sobentis in catalogo & in epitome canonum synodaliū, Fragmenta ex eadem auctoritate nomocanonis Arabici affert. In eodem nomocanone extant canones Josue CXXX. (hujus enim sunt, non Timothei, ut perieram dixi to. 3. pag. 162. col. 2. in not. lin. 19. & seq.) sed priores tres supra triginta, a nullis nonnullis solis, excederunt. Horum centesimus primus repugnat quadragesimo secundo, ac quarto Timothei: viro enim permittit uxorem adulteram dimittere, & aliam ducere; & viceversa uxor concedit, ut virum adulterum dimittat, & alteri nubat. Centesimus decimus est de libris abique doctorum approbatione minime publicandis. Centesimus decimus septimus, ut presbyteri & diaconus,

qui a Christiana fide defecerint, postquam respuerint, in iunctisque poenitentias impleverint, ad ministerium suum, nisi post iteratam ordinationem, non admittantur. Centesimus vigesimus sextus, ut qui in terris infidelium versantur, nec Kalendarium ecclesiasticum tenent, per integros quinquaginta dies intra mensem martium & aprilium jejunium peragant, tum festum Paschae celebrent: sique non alia fuerit quam haereticorum ecclesia, ad eam minime accedant, neque ibi communicent, sed domi orent, & jejunium tolerant. Septuaginta alias constitutiones synodales a Josue editas commemorat Amrus in ejusdem vita, his verbis: *In synodo patrum condidit de constitutionibus & judiciis ad fidem spectantibus canones Centum triginta: item interrogationes responsionesque septuaginta.* In laudato Nomocanone Arabico extant ejusdem Josue de Monachis canones XXII.

ANNO  
CHRISTI  
821.

## CONVENTUS NOVIOMAGENSIS,

ANNO  
CHRISTI  
821.

IN QUO LUDOVICUS IMPERATOR

Partitionem inter filios recensuit, confirmavitque.

Hujus Conventus meminit Eginhardus in Annalibus his verbis:

**I**terum Conventus mense Majo Noviomagi habitus conditus est, Comites qui illuc venient deputati. Eo dominus Imperator, post festi Paschalis expletionem, per Mosam navigavit: ibique constitutam annis superioribus, atque conscriptam, inter filios suos regni partitionem recensuit, ac juramentis optimatum, qui tunc ad-

esse poterant, confirmavit. Susceptisque ibidem Paschalis Romani Pontificis Legatis, Petro videlicet Centumcellensi episcopo & Leone Nomenclatore, eisdemque celeriter absolutis, Comitibus etiam, qui aderant, ad expeditionem Pannonicam destinatis, ipse paululum ibidem demoratus, Aquisgrani reversus est.



## CONCILIIUM APUD THEODONIS VILLAM

### ADVERSUS PERCUSSORES CLERICORUM,

Anno Christi, ut conjectura est, dcccxxi. mense Octobri celebratum, Paschalis papæ I. anno v. imperatorum Ludovici Pii regi. viii. Lotharii ejus filii v.

Ex Burchardo lib. vi. cap. v. & Ivone parte x. cap. 134.

**I**n concilio apud Theodonis villam, ubi interfuerunt xxxii. episcopi. Aistolfus Moguntien-  
sis archiepiscopus cum suis suffraganeis; (Hadabal-  
dus Coloniensis archiepiscopus cum suis suffraganeis,  
Hetto Trevirensis archiepiscopus cum suis suffraganeis),  
Ebbo Rhemenfis archiepiscopus cum suis suffraganeis,  
cum nuntiis reliquorum episcoporum Gallie & Germanie,  
ob nimiam presumptionem quorundam tyrannorum in sacerdotes  
Domini debacchantium, & propter factum, quod  
in Vasconia noviter acciderat de episcopo Joanne  
innoneste & inaudite (a) mordidato, decretum est,  
ut communi consensu & humili devotione (b) supplicarent  
auribus principis, si sue pietati complaceret ut calumnia  
in Christi sacerdotes peracta juxta synodica determinaretur  
pleniter statuta; hoc idem episcoporum judicio placeret,  
si ex toto secundum potestatem ipsorum posset  
definiri, id est, ut canonice ferirentur sententia,  
hi videlicet, qui timorem Domini postponentes,  
in ministros suos (c) grassari presumerent.  
Quod si vero pietati illius complaceret, juxta  
capitula regum precedentium, ubi eorum provisio  
misericorditer in offensis pecunie quantitatem  
interposuit pro consolatione sancte ecclesie,  
ut prelatæ res per pecuniam ab imperatoribus  
sacerdotibus ad defensionem concessam, & per  
penitentiam determinarentur episcoporum judicio,  
si pietas illius collaudare voluerit, sic defini-  
niri eis complaceret.

#### I.

Si quis subdiaconum calumniatus fuerit, vulneraverit, vel debilitaverit, & convalescerit, quinque quadragesimas sine subditis annis peniteat, & CCC. solidos cum sua compositione, & episcopalibus bannis episcopo componat. Si autem mortuus fuerit, singulas supradictas quadragesimas, cum sequentibus annis peniteat, & CCCC. solidos cum tripla sua compositione, & episcopalibus bannis triplicibus episcopo componat.

#### II.

Si diaconum calumniatus fuerit, & convalescerit, sex quadragesimas sine subditis annis peniteat, & CCCC. solidos cum compositione sua, & episcopalibus bannis (d) componat. Si autem mortuus fuerit, singulas supradictas sex quadragesimas cum sequentibus annis peniteat, & DC. solidos cum tripla sua compositione, & episcopalibus bannis triplicibus episcopo componat.

#### III.

Si quis presbyterum (e) calumniatus vulneraverit, vel debilitaverit, & convalescerit, duodecim quadragesimas sine subditis annis peniteat, & DC. solidos cum triplici sua compositione episcopalibus bannis triplicibus episcopo componat. Si autem mortuus fuerit, duodecim annorum penitentia secundum canones ei imponatur, & DCCCC. solidos cum triplici compositione sua, & episcopalibus bannis triplicibus episcopo componat.

#### IV.

Si quis episcopo infidias posuerit, comprehenderit, vel in aliquo deonestaverit, decem quadragesimas cum subditis annis peniteat, & presbyteri non occisi triplicem compositionem componat. Si autem casu & non sponte occiditur, cum provincialium episcoporum consilio homicida peniteat. Si quis autem sponte eum occiderit, carnem non comedat, vinum non bibat cunctis diebus vite sue, cingulum militare deponat, absque spe conjugii in perpetuum maneat.

Aistolfus Moguntienfis archiepiscopus dixit: Si principibus placuerit, aliisque suis fidelibus, rogemus ut collaudetur & subscriptur. Et collaudatum est, & subscriptum est, tam a principe, quam a ceteris omnibus.

#### (f) DECRETUM LUDOVICI PII IMPERATORIS

Adversus clericorum percussores, Triburia in alio conventu post synodum, apud Theodonis villam editum.

Placuit nobis & fidelibus nostris, ut sicut ab episcopis, & reliquis sacerdotibus ac Dei servis alio anno apud Theodonis villam admoniti fuimus & rogati, ut episcopi & eorum ministri, quos Deus suo, non humano judicio reservavit, juxta sanctorum canonum, sanctorumque patrum, ac capitularium precedentium regum coram positorum statuta, & Dei sacerdotes, eorumque cooperatores, quorum intercessionibus & supplicationibus sancta Dei ecclesia constare videtur, intacti permaneant.

#### I. Con.

(a) Dantur variantes ex Cod. MS. Lucensi Burchardi: *inter Jaso*  
(b) *supplicaretur*  
(c) *calumniatus fuerit, & debilitatus, sex quadragesimas sine subditis annis peniteat. Et DC. solidos cum triplici sua compositione, & episcopalibus bannis triplicibus episcopo componat. Si autem mortuus fuerit xii. annorum penitentia secundum canones componatur, & DCCCC. solidos cum triplici sua compositione, & episcopalibus bannis triplicibus episcopo componat. Si quis episcopo infidias posuerit, comprehenderit vel in aliquo deonestaverit x. quadragesimas cum subditis annis peniteat, & presbyteri occisi triplicem compositionem componat. Si autem casu &c.*  
(d) *episcopo componat*  
(e) *episcopo componat*  
(f) In Burchardo titulus in margine positus est iste: *Ex Concilio Triburienfi Capit. cap. Ecclesiasticum a Carolo al. primo Gallica collaudatum & subscriptum.*

ANNO  
CHRISTII

ANNO  
CHRISTII

I.  
Constituimus ut si quis subdiaconum calumnia-  
tus fuerit, & convaluerit, pœnitentia canonica  
pœniteat, & CCC. solidos episcopo componat.  
Et si mortuus fuerit, juxta id quod canones præ-  
cipiunt pœniteat, & CCCC. solidos episcopo com-  
ponat

II.  
Si diaconum quis calumniatus fuerit, (a) &  
convaluerit, pœnitentia secundum canones, & CCCC.  
solidos (b) componat. Si non convaluerit, juxta  
præcepta synodalia pœnitentia, & DC. solidos epi-  
scopo componat

III.  
Si presbyterum quis male traxerit & spassa-  
verit, secundum eius episcopi sententiam pœni-  
teat, & DCCCC. solidos episcopo componat. Si  
autem mortuus fuerit, ut synodus adjudicaverit  
pœniteat, & MCC. solidos episcopo componat.

IV.  
Si quis episcopo infidias posuerit, comprehen-  
derit, vel in aliquo dehonestaverit, pœnitentia se-  
cundum canonum statuta, & presbyteri (c) non  
occidit triplicem compositionem, cum iustitiam,  
cui in superiore capitulo scriptæ & confirmatæ  
esse videntur, componat.

V.  
Si quis per industriam episcopum occiderit,  
juxta id quod apud Theodonis villam a xxxii.  
episcopis decretum est, & quod ibi a nobis, & a  
primatibus totius Germaniæ & Galliæ, benigna  
collaudatione collaudatum & subscriptum est, pœ-  
niteat, & pecuniam a nobis concessam ecclesiæ vi-  
duatque persolvat.

Et hoc de nostro adicimus, ut si quis in his  
supradictis sanctorum canonum, nostrique decreti  
sanctionibus, episcopis inobediens & contumax  
extiterit, plurimum canonica sententia feratur,  
& deinde in nostro regno beneficium non habeat,  
& (d) a iudiciis eius in bannum mittatur. Et si an-  
num unum, & diem in nostro banno permanse-  
rit, ad hunc nostrum bannum redigatur, & capus in  
exilium relegatur, & ibi tamdiu custodiatur &  
constringatur, donec eadus Deo & sanctæ ec-  
clesiæ satisfecerit, quod prius gratis nolue-  
rat. Et si omnibus vobis ista compiacuerint, dici-  
te. Et tertio ab omnibus conclamatum est: Plae-  
cet. (e). Et imperator & pene omnes Galliæ  
& Germaniæ principes subscripserunt, singuli sin-  
gulas facientes cruces, & ecclesiasticus ordo, Deo  
& principibus laudes referentes, hymnum, Te  
Deum laudamus, decantabat. Et sic soluta est  
synodus

NOTA JACOBI SIRMONDI, S. J.

(a) Anno Christi dcccxi.) De hoc enim conventu inter-  
pretor quod est apud Eginhartum in chronico dcccxi. Me-  
dian, inquit, mensis Octobris conventus generalis apud Theo-  
donis villam magna populi Francorum frequentia celebra-  
tus, in quo Lotharius primogenitus Imperatoris Ludovici Im-  
peratorem, Hugonis comitis filium, sollemni more duxit  
uxorem. Hunc conventum alio post anno successit alter apud  
Triburiam, in quo Ludovicus, quod in priore synodo ro-  
gatus fuerat ab episcopis, decretum edidit adversus percus-  
sores clericorum, quem conventum Triburiensem incaute  
nonnulli cum eo confundunt, qui plurimum post annis ha-  
bitus est sub Arnulfo.

NOTA SEVERINI BINII.

(a) Concilium.) Hanc synodum anno Domini 813. cele-  
bratam esse senserat Laurentius Surius in margine allo-  
tate celebra-  
tum synodali. Reverendissimus & Illustrissimus Cardina-  
lis Baronius in appendice tomii undecimi anno 813. cor-  
rigens & emendans ea que de tempore hujus concilii scrip-  
serat anno 806. & 813. recte taceat illud post Mogun-  
tinum & Rhemense celebratum esse. Nam circa annum  
Christi 813. quo conditum est testamentum Caroli Magni  
& annum 813. quo Moguntinum & Rhemense concilia ce-  
lebrata fuerunt, Ricolphus Moguntinus & Willarius Rhe-  
menis ecclesiarum archiepiscopi adhuc superstitibus fuerunt.  
Illius enim nomen in actis Moguntinis, huius in Rhemen-  
sis concilii actis ascriptum invenitur. In fine testamenti  
Caroli post nomen Hadaboldi Colonienis archiepiscopi  
Ricolphi simul & Willarii nomina subscripta sunt. His  
igitur temporibus nonnam Ricolphus successor Heistulfus  
Moguntinus, neque Ebbo, qui subrogatus est Willario  
Rhemensi, neque etiam Hadaboldus successor Hildoboldi  
Colonienis ecclesiæ presederunt, sed potius tempore Lu-  
dovici Imperatoris. Siquidem lib. 3. capitularium constitu-  
tionum a Ludovico editarum, cap. 23. prædictorum epi-  
scoporum trium successores nominatim recensentur his ver-  
bis: In Moguntia, qui est diocesis Heistulphi archiepiscopi,  
idem Heistulfus episcopus, & Ruobertus comes. In Tre-  
veris Heistulfus archiepiscopus, quando potuerit, & quan-  
tia Hadaboldus archiepiscopus, quando potuerit, & quan-  
tia idem non invenit, Ruobertus episcopus ejus vice, & Ru-  
obertus comes, &c. Tempore Ludovici imperatoris igitur  
Heistulfus Moguntinus, Hadaboldus Colonienis, Harto-  
Treverensi, & Ebbo Rhemenis ecclesiæ præsidebant. Qua-  
re cum horum nomina in principio actorum hujus concilii  
recensentur, nequaquam credere possumus hanc synodum  
ante Moguntinam & Rhemensem primam celebratam fuisse  
tempore Caroli Magni, cum Moguntinam Ricolphus &  
non Heistulfus, Rhemensem Willarius, non Ebbo præsidit-  
se apud acta utriusque concilii expresse inveniantur. Hei-  
stulfus autem Ricolpho, Ebbone Willario in episcopatu  
administrando successisse, confirmat ea que habet Sira-  
rius in historia Moguntinensi libro 4. quæque de Ebbone  
episcopo Rhemenis & Danorum apostolo pluribus locis in-  
tra annotabo.

(b) Ludovici per Imperatoris decretum.) Hæc constitutio  
neque Caroli, neque Ludovici imperatoris esse potest. Ad hæc syno-  
dalia conven-  
datur  
habetur enim in eo mentio Triburienis synodi, quæ ce-  
lebrata est anno Domini cxxxviii. quod nonagesimo sub  
Arnulpho imperatore, quando jam Carolus & Ludovicus  
multis annis e vivis excessissent. Baronius anno 813.  
numero 13.

A D

(a) deest convalescit

(b) componat episcopo.

(c) deest non

(d) a iudiciis

(e) deest convalescit  
(f) & Imperatores  
Ludo. & Imperatores, id est Ludovicus & Lotharius, sub quorum imperio celebrata est Synodus apud Theo-  
donis villam recte in titulo monet Sirmondus. Et tamen ipse decretum istud retulit ad solum Ludovicum, non solum  
in titulo sed etiam in epilogo, ubi contra omnium veterum codicum & editionum fidem scripsit: Et Imperator &  
pene omnes Galliæ &c. Vide autem quam periculosi exempli sit lapsus hominis constanti fama æque omnium sermone  
celebrati. Quæ enim postea decreti istius editiones prodierunt, omnes ad Sirmondicam expressæ sunt. Constat sane ex  
annalibus Eginhardi Lotharium a matre digressum post conventum apud Theodonis villam habitum anno 813. ad hyemem  
mandum Vormatiæ profectum esse. Sed cum tamen postea ad patrem rediisse anno sequenti coligi potest ex istisdem  
annalibus, in quibus legimus Ludovicum anno 813. peractis conventu qui Attinaci habebatur, venandi gratia Arduum  
fuit haud dubie Lotharius conventus Triburienis, cuius ob causam recte in antiquis istius decreti exemplaribus in  
hoc loco scriptum est, Et Imperator & pene omnes Galliæ &c. Baronius in Capitul. t. 3. p. 1109.

## AD CONCILIUM apud THEODONIS VILLAM,

*Alterumque Triburiense, anno, ut fertur, 821. celebrata,*

## ADNOTATIO CRITICA, ET CORRECTIO.

Ex Mans  
Supp. Tom.  
I. pag. 821.

Concilium ad Theodonis Villam ex Burchard Tom. IX. pag. 614. edit. Ven. in hanc formam: *Decretum Caroli Imperatoris adversus clericorum percussores &c.*

Ado omnium vetustissimo scriptore notum, in annum 821. post Baronium reliqui omnes Ecclesiasticorum Annalium scriptores contulerunt. Surius, qui illos omnes præcesserat, anno 812. affigendum voluerat, errore ille quidem manifestus, cum ex eodem Burchardo constet inter ceteros Concilii huius patres assedisse Ebbonem Rhemensem, cujus prædecessor Vulfarius anno 813. majore mense, quo Rhemeni Concilio interfuit, vacuam illi sedem nondum reliquisset. Sed & ejusdem Burchardi vetustissimi codicis Lurenensis testimonio constat, superstiti adhuc Carolo imperatore hanc ad Theodonis Villam synodum convenisse. Ita enim ibi lego de synodo Triburiensi, altero anno a Concilio ad Theodonis Villam celebrata. *Ex Concilio Triburiensi c. 1. capitulum ecclesiasticum apud Triburiam a Carolo, & primis Galliarum collaudatum, & subscriptum.* Que si admittatur lectio ab editoribus Concilii huius sine neglecta, sive ex codicis defectu ommissa, Concilium istud ad Theodonis Villam conuenimus oportet post Rheipense, quo tempore Ebbo Rhemensem sedem illam nondum tenebat, & ante diem 28. Januarii anno 814. quo Carolus obiit. Immo nec ad exordium anni 814. rejiciendum est, cum serius quam ad illud exordium revocari haud quaquam possit synodus Triburiensis, in qua a Carolo signata est constitutio pro confirmatione eorum, quæ Patres synodi ad Theodonis Villam sanxerunt. Concilium enim illud Triburiense *alte anno* post synodum ad Theodonis Villam convenit, ut in eadem constitutione exprimitur. Quare synodi huius ad Theodonis Villam annus est 813. post majorem mensem. Reformandus ideo est titulus constitutionis editæ, ac Ludovici Pii nomine inscriptæ apud Labbe

Tom. IX. pag. 614. edit. Ven. in hanc formam: *Decretum Caroli Imperatoris adversus clericorum percussores &c.*

Nec in hac tantum correctione chronologica usus sum feliciter ope mei codicis manuscriptorum; sed & variantia quædam ex illo promenda sunt, quæ forte eruditus non displiceant. Primo igitur Episcoporum numerus, qui in editis est XXXII. in nostro est XXII. & manu antiqua additur alius denarium X. ut sit XXXII. Ex patribus concilio præsentibus Aistolfus Moguntinus, & Ebbo Rhemenis tantummodo proferuntur, ceteris, Habaldo Colonienis, Hetrone Treviensis, qui in editis comparent, omissis. Quo etiam loco cap. III. edita seruat: *Si quis presbyterum calumniatus fuerit, unieraverit, & debilitaverit, & convulnerit; Codex noster legit: Si quis Presbyterum calumniatus fuerit, & spassaverit;* quæ utique lectio præferenda est, cum Triburiensis constitutio, in qua canones illi omnes repetuntur, tantumdem habeat; quin & ita pariter legit Pistoriensis codex MS., in quo hæc ipsa decreta leguntur. Ex eodem pariter Pistoriensis codice emendandus est canon IV. in quo edita seruat: *presbyteri non occisi triplicem compositionem &c.* Illud enim non in eodem codice deest.

Hanc vero, quam statuo, epocham concilii ad Theodonis Villam, Carolo adhuc superstiti, habitum, confirmat correctio ab antiqua manu in codice nostro induta: ubi enim in editis constitutionem Triburiensem legitur confirmasse Imperator, & *pene omnes principes*, prout etiam primitive manus in codice nostro scripserat, vetustus quidam centor corripuit Imperatores, Carolum scilicet, & Ludovicum, cui in extremo vitæ suæ Carolus imperii dignitatem communicaverat.

## AHYTONIS EPISCOPI BASILIENSIS CAPITULARE. (a)

Hæc capitula quæ sequuntur Ahyto Basiliensis ecclesiæ antistes, & abbas cœnobii, quod Augia dicitur, Presbyteris suæ diocesis ordinavit, quibus moneretur qualiter seiplos ac plebem sibi commissam caste & iuste regere, atque in religione divina confirmare debeant.

## OBSERVATIO PHILIPPI LABBE, S. J.

Non ultra annum 822. differt potest capitulare Haytonis, episcopi Basiliensis & Augia divitiis prope Constantiam abbatis, quod ex codicibus Bibliothecarum Vaticanae ac Barberinae a v. c. Emerico Bigotio submiseratim edidit in lucem domus Lucas Dachertus ad calcem libri spicilegii, Hermannus certe Contraßus in Chronico atque Anonymus scriptor chronici abbatis S. Galli testatur Heitons privatam & quietam vitam adeptante Erlabaldum sive Erlaboldum abbatem 2122. illi successisse, anno v. c. 828. obiisse, cum missus a Carolo Magno Constantiopolim anno 812. Hospitalem suam & anno 824. Veretini monachi a corpore duâi redactique vilionæ prosa oratione scripserat.

I.  
PRIMO omnium discutienda est fides sacerdotum, qualiter credant, & alios credere doceant: ubi & exempla proponenda sunt, quatenus a creatura creator quantumcumque possit intelligi.

II.  
Secundo jubendum, ut oratio Dominica, in qua omnia necessaria humanæ vitæ comprehenduntur, & symbolum apostolorum, in quo fides

D Catholica ex integro comprehenditur, ab omnibus discatur tam latine quam barbarice, ut quod ore profitentur, corde credatur & intelligatur.

III.  
Tertio, intimandum est, ut ad salutationes sacerdotales congruæ responsiones discantur, ubi non solum clerici, & Deo dicant sacerdoti responsionem offerant, sed omnis plebs devota consona voce respondere debet.

Quar.

Alibi Hatto & Heyto scribitur. Hard.  
(a) Hæc Capitulare iterum consulti cum edito Spicilegii Tom. 1. pag. 384. nov. edit. in fol. ex quo variantes addavit. Mans

IV.

Quarto, ut fides sancti Athanasii in sacerdotibus discatur & ex corde die dominico ad hanc primam recitetur.

V.

Quinto, ut sciant quid sit sacramentum baptismatis, & confirmationis; & quale sit mysterium corporis & sanguinis Domini, quomodo in eisdem mysteriis visibilis creatura videtur, & tamen invisibilis salus ad aeternitatem animae subministratur, quae in sola fide continetur.

VI.

Sexto, quae ipsis sacerdotibus necessaria sunt ad dicendum; id est, Sacramentarium, Lectionarium, Antiphonarium, baptisterium, computus, canon penitentialis, Psalterium, Homiliae per circuitum anni dominicis diebus & singulis festivitatis aptae. Ex quibus omnibus si unum defuerit, sacerdotis nomen vix in eo constabit: quia valde periculosa sunt evangelicae minae, quibus dicitur: Si caecus caeco ducatur praestet, ambo in fossam cadunt.

VII.

Septimo, ut sciant tempora legitima ad baptizandum in anno; id est, sabbato sancto Paschae, ut illa trina mensio in baptismo imitetur triiduam mortem Domini clarificatam resurrectione. Et ideo tunc ad octavum diem ipsa regeneratio sacra ab omni populo Christiano celebrabitur. Aliud vero tempus baptismatis sabbato sancto Pentecostes celebranda est. Si vero necessitas contigerit, omni tempore (a) subveniendum est, quia necessitas vix habet legem: & ut vas ad fontem baptismatis habeant quod ad reliquos usus nullatenus admittatur.

VIII.

Octavo, pronuntiandum est, ut sciant tempora feriandi per annum; id est, omnem dominicam a mane usque ad vespem (b) ne Judaismo capiantur. Feriandi vero per annum isti sunt dies, ut supra osti sumus, Natalis Domini, sancti Stephani, sancti Joannis evangelistae, Innocentium, octava Domini, Theophania, Purificatio sanctae Mariae, sanctum Pascha, sicut superiori capitulo comprehensum est: Rogationes tribus diebus, Ascensio Domini, sabbatum sanctum, Pentecostes: sancti Joannis Baptistae, duodecim apostolorum, maxime tamen sancti Petri & Pauli, qui Europam sua praedicatione illuminaverunt: Assumptio sanctae Mariae, dedicatio basilicae sancti Michaelis archangeli, dedicatio ejusque oratorii, seu consubet sancti, in ejus honore eadem ecclesia fundata est; quod vicinis tantum circumstantibus indicendum est, non generaliter omnibus. Indictum vero jejunium quando a palatio vel a domo (c) fuerit denuntiatum, ab omnibus generaliter observetur. Reliquae vero festivitates per annum, sancti Remedii, sancti Mauricii, sancti Martini, non sunt cogendae ad feriandum, nec tamen prohibendum, si plebes hoc culte & zelo Dei cupiant exercere.

IX.

Nono, jubendum est eisdem sacerdotibus, ut non permittant secum mulieres habitare extraneas juxta Nicenum concilium, nisi eas tantum in quibus suspicio nulla malae famae oboriri potest.

X.

Decimo, ut tabernacula non ingrediantur, nec sedes domi, nec in itinere occupati. Si vero

A necesse habent ibidem aliquid emendi, missos suos dirigant, & oblata in aliam domum conferant, & cum gratiarum actione fideliter percipiant.

XI.

Undecimo, ut placita saecularia non observent, nec fidejussores existant, nec caecos ad venandum, nec accipitres, vel falcones, nec sparvarios, nec ullius ludi aut spectaculi licentiam habeant. Sufficit enim eis quod in primo psalmo legitur: In lege Domini esse eorum voluntatem, & in lege ipsius ejus meditari die ac nocte. Et quod in apostolo praecipitur: Nemo militans Deo implicet se negotiis saecularibus, ut ei placeat cui se probavit.

XII.

Duodecimo, ut sciant quia nemo per pecunias ordinandus est, nec per munera ecclesiam debet occupare, quia si factum fuerit, & ipse, & ordinator ejus deponendi sunt: quia manifestum est, eos qui talia agunt simoniaca haerese aegrotare; & talem non per ostium in ovile ovium juxta evangelii verba, sed ascendentem aliunde, furem esse & latronem. Et non solum ipsi qui hoc faciunt, sed & qui consentiunt facientibus, excommunicandi sunt.

Tertio-decimo, ut nullus vagantem ex aliena parochia audeat recipere, aut secum commorandi, aut missam celebrandi, nisi permissione nostra: nec ullius ecclesiae aut plebis gubernacula suscipiendi, nisi praeviente conscientia nostra, qui secus fecerit, excommunicabitur.

XIV.

Quarto decimo, ut in tuguriis, vel in ecclesiis non consecratis, vel in domibus, nisi forte visitandi gratia in infirmitate, detentis, militarum mysteria non celebrent. Quod si fecerint, propter inobedientiam degradandos se sciant.

XV.

Quinto decimo, quod decima, quae a fidelibus datur, Deo centio (d) nuncupanda est, (e) & Deo ex integro reddenda. Cujus tertia pars secundum canonem Tolerantiae, episcoporum debet esse. Nos vero hac potestate uti nolumus, sed tantum quartam partem (f) juxta constituta Romanorum pontificum, & observantiam sanctae Romanae ecclesiae, de eadem habere volumus. Quod si quis contentiosus inde repetierit, sive ille clericus, sive (g) diaconus sit, communionem privabitur, & synodali censura judicabitur.

XVI.

Sexto decimo, ut unusquisque hoc provideat, ut mulieres ad altare non accedant, nec ipsae Deo dicant in nullo ministerio altaris intermiscantur. Quod si pallae altaris lavandae sunt, a clericis abstrahantur & ad cancellos feminis tradantur, & ibidem repetantur. Similiter & presbyteri, cum oblata ab eisdem mulieribus offeruntur, ibidem accipiantur & ad altare deferantur.

XVII.

Septimo decimo, ut ipsi sacerdotes verbo & exemplo praedicent ut nullus usuras accipiat, nec seculpta, nec speciem pro specie. Quia valde infidelis, & rebellis Dei justioribus est qui hoc agit: quod omnibus Christianis (h) aequae interdium esse dignoscitur, maxime tamen sacerdotibus, qui formam & exemplum fidei omnibus esse debent.

XVIII.

Decimo octavo, ut nullus ordinatus, sive ordinandus migret de sua parochia ad aliam; nec ad

inbolem  
rino iter,  
paratur.

sub

B

C

D

E

Disunt duo  
verba, sicut  
et in alia  
tem, aut, fa-  
ciant potesta-  
tem.

lege centus.  
Concilium  
Tolent. 9

supra ab  
altari.  
lege a  
presbyteri.

legimus a  
abus habitus  
satis magis  
... 18. 19.  
... 20. Car-  
... Magnan-  
... ad Pa-  
... adum pag.  
... a Dom-  
... oculo.  
... 13. 14.  
Remigii.  
...

(a) erat tempore ...  
(b) ad vespem ab venerationem Domiticae Resurrectionis; sabbatum vero  
(c) legendum a Domino monet Dactylus.  
(d) et idem  
(e) sicut dicitur  
(f) sicut dicitur

397 ad limina apostolorum causa orationis, ecclesie A penitentia eos subsequatur, & tamen matrimo-  
nii jura eis, non vicissim, sed ad alios non  
gentur. Ubi vero mancipia non unius, sed di-  
versarum potestatis juncta fuerint, nisi consentienti-  
bus utrisque dominis, hujusmodi copulatio rata  
non erit. Quidquid vero negligendo sentitur,  
& virtute qua potuerit non emendetur; nam hu-  
jus copulae auctor erit, qui huic negligendo con-  
sentit. Plura sunt quae ad incesti crimen scribi  
poterant, sicut in matre, & filia, & noverca, &  
penit innumera quae menti ad scribendum non  
occurrunt: hujusmodi tamen, & his similibus  
perforis copula maritalis in sempiternum subtra-  
hitur.

penitentia eos subsequatur, & tamen matrimo-  
nii jura eis, non vicissim, sed ad alios non  
gentur. Ubi vero mancipia non unius, sed di-  
versarum potestatis juncta fuerint, nisi consentienti-  
bus utrisque dominis, hujusmodi copulatio rata  
non erit. Quidquid vero negligendo sentitur,  
& virtute qua potuerit non emendetur; nam hu-  
jus copulae auctor erit, qui huic negligendo con-  
sentit. Plura sunt quae ad incesti crimen scribi  
poterant, sicut in matre, & filia, & noverca, &  
penit innumera quae menti ad scribendum non  
occurrunt: hujusmodi tamen, & his similibus  
perforis copula maritalis in sempiternum subtra-  
hitur.

Barbar.  
1. 3. cap. 198.  
\* Ut adalber-  
tus episcopus  
ann. 100. in  
concilio Suss.  
Januar.  
1. 2. de hereticis  
orationis con-  
dam sua si-  
pium angelo-  
rum nomina  
ignora infer-  
vitas.

XIX. *Nono decimo*, ut aliud in ecclesia non legatur  
aut cantetur, nisi ea quae auctoritatis divinae sunt,  
& patrum orthodoxorum sanxerit auctoritas. Nec  
falsa angelorum nomina colant, sed ea tantum  
quae prophetica, & evangelica docet scriptura:  
id est, Michael, Gabriel, Raphael.

XX. *Vigesimo*, admonendi sunt, ut perpendant, quia  
quidquid a fidelibus datur, redemptio peccatorum  
est: ideo non glorientur talibus sumptibus uti,  
sed magis timeant quod in veteri testamento de  
sacerdotibus dictum est; *Iniquitatem populi eos de-  
bere portare*. Et ideo cum magno timore solliciti  
sint, quorum donis participatur, quia magnam  
periculum est iudicem fieri vitae alicuius, qui ne-  
scit tenere modera. mina vitae suae.

XXI. *Vigesimo primo*, ut sciant & intelligant, quid sit  
incesti crimen, & hoc unusquisque in sua paro-  
chia provideat ne fiat, & si factum fuerit, quan-  
tum celerime potuerit emendetur; id est, nullus  
sibi accipiat de propinquitate usque in quinto ge-  
nu. Quod si ignoranter factum fuerit, non fa-  
cile credatur, sed iudicio Dei examinetur: &  
non separentur in quarto genu, sed in praeniten-  
tia cunctis diebus conjunctionis suae perseverent.  
Similiter & vir duas uxores inter se simili ratio-  
ne conjunctas, aut uxor duos viros inter se e-  
odem modo conjunctos, aut compater aut com-  
mater, filiulus aut filiola spiritualis de fonte, aut  
de confirmatione, aut Deo dicata, aut alterius  
uxor vivente marito, aut alterius maritus viven-  
te uxore. His talibus nulla ratione in matrimo-  
nium licitum est conjungi. In primo vero genu  
vel secundo si inventi fuerint scelus perpetrasse  
fornicationis, matrimonii jura (a) ulterius sciant  
se funditus perdidisse. In tertio vero genu si in-  
venti fuerint tali crimine pollutos esse, digna

\* grade hoc  
generatione.  
V. concil.  
Vermer an.  
7. 3. celeb.  
can. 1.  
Et leges Ri-  
par. tit. 25.  
§. 2. Longo-  
bar. an. tit.  
14. l. 1. in  
quibus genu-  
culum pro  
generatione  
assurpatur.

XXII. *Vigesimo secundo*, admonendi sunt, ut sciant po-  
pulis denuntiare quae sint opera misericordiae cum  
fructibus suis, quae evangelica & apostolica pagi-  
na complectitur, quibus pervenitur ad vitam:  
quaeve opera iniquitatis cum fructibus suis multi-  
plicibus, quibus calle sinistro ad aeternum tendi-  
tur interitum. Et ut perjurii crimen omnimodo  
devitent: quia non solum in evangelio vel reli-  
quius sanctorum crimen perjurii, sed in veritate  
quae Deus est ( si mentitur ) perpetrare di-  
gnoscitur.

XXIII. *Vigesimo tertio*, admonendi sunt, ut sciant quia  
in ecclesiis quibus praesunt sponsi facti sunt: &  
ideo omni vigilantia qualiter eas decorent, & eis  
incessanter deserviant, totius vitae suae vigilantiam  
impendant.

XXIV. *Vigesimo quarto*, ut horas canonicas tam noctur-  
nas, quam diurnas nullatenus praetermittant.  
Quia sicut Romana ecclesia psallit, ita omnibus  
ejusdem propositi viam tendentibus faciendum  
est. Et non solum novi testamenti documenta  
sunt eandem formulam observandi, sed etiam  
veteris testamenti, patet ratio: quia propheta  
Spiritu sancto instructus profert: *Septies in die lau-  
dem dixi tibi. Et, Media nocte surgebam ad conf-  
tendum tibi.*

XXV. *Vigesimo quinto*, ut plebibus denuntient, (b)  
Dqui filios, & filias spirituales, quos in baptisma-  
te suscipiunt, & eis fidei jutores & sponsores fidei  
existunt, & pro eis diabolo, cui antea mancipa-  
ti fuerant, abrenuntiant; & ideo usque cum  
adulti fuerint, & eis fidei suae sponsonem & ab-  
renuntiationis exposuerint, & reddiderint, in sua  
providentia habeant. Et quod illi qui pro eis  
sponsonerant, ab eis eadem sponsula ex integro  
exigant.


*Finiunt canones Ahytonis sive Heytonis  
Bafilens. episcopi.*

CONCILIIUM APUD OSLAVESHLEN  
SUB WULFREDO ARCHIEPISCOPO CANTUARIE,

ANNO  
CHRISTI  
811.

ANN  
CHRIS  
811

Anno DCCCXXI. Beornulfi scilicet regis Merciorum secundo, in quo praedicta Cenedrytha abbatissa  
priorem suam cum Wulfredo archiepiscopo reconciliationem redintegrat, addito etiam  
corollario. Vide concilium Cloveshovae jam proxime sequens,  
sestione septima.



CON-

(a) alterius. (b) quod.

ANNO  
CHRISTI  
811

ANNO  
CHRISTI  
811

# CONCILIIUM seu CONVENTUS CRTANUS ORTHODOXORUM

Pro decernendo, num esset cum hæreticis unum in concilium conveniendum,

Anno 811. habitum.

Ex Mand  
pp. Tom.  
pp. 811.

**M**ichael Balbus vacuum ex obitu Leonis Ar-  
meni imperium occupans, in ipso quidem  
regiminis exordio mitiorem se prædecessore suo  
erga orthodoxos sacrarum Imaginum cultores ex-  
hibuit, atque inter cetera componendæ pacis me-  
dia illud elegit, ut orthodoxi simul & heterodo-  
xi episcopi in concilium cœnentes, de restituenda  
ecclesiæ quiete deliberarent. Venientes eo catho-  
lici episcopi cum Hegumenis monachorum, concilium  
inter se prius habuerunt, an expeditet  
cum hæreticis in synodum convenire consulturi.

**A** Decretum est non licere, communique consensu  
definitionem suam scripta ad Imperatorem syno-  
dica exposuerunt. Concilium istud cur Labbeus  
ceterique omiserint non assequor, cum de concilio  
inter se habito perspicua sint verba in exor-  
dio ejusdem synodice. Nos qui vestri a Deo coro-  
nati imperii jussu in unum convenimus. Extat syno-  
dica illa inter epistolas S. Theodori Studiti  
lib. 2. epist. LXXXVI. in editione Sirmondi, ex  
quo Græce & Latine hic damus.

*Epistola ex persona omnium Præpositorum  
ad Michaelem Imperatorem.*

*Επιστολή εκ προσώπου πάντων τῶν Ἡγουμενῶν  
πρὸς Μιχαὴλ Βασιλέα.*

**N**Os qui vestri a Deo coronati imperii jus-  
tu in unum convenimus, minimi episcopi  
& præpositi, primam hanc vocem sub divi-  
nitus constituto regno vestro edimus adionis  
gratiarum & laudis; quod revocati sumus qui  
fueramus ejecti; quod misericordiam experti,  
qui ærumnis pressi; quod refocillati fuerimus,  
qui deficebamus; ab hyeme ad ver, a tempe-  
state ad tranquillitatem, a mœiore ad lætiti-  
am, nova quædam & incredibilia cernentes. Tale  
enim est justum imperium vestrum, lætum,  
jucundum, valde optabile, pacatum, æqui a-  
mans, multis aliis appellationibus dignum. quod  
ad Christi veri Dei nostri exemplum, dissi-  
dentia coarpat, ægra sanat, tristitia exhilarat,  
eximium quoddam revera imperium, & ex his  
quæ beata quondam prædicata fuerunt, par:  
quod laudibus exornare hominis lingua haud  
facile possit. Sed quandoquidem hæc ita se  
habent, oramus & obtestamur indigni, ut sa-  
cro ipso conspectu vestro frui nobis liceat, &  
suavitissimi vocem audire venerandi ac sapien-  
tissimi oris vestri: ut quæ auribus accepimus,  
oculis intuentes animo exultemus, quasi lugu-  
briem quandam vellem incrorem nostrum hila-  
ritate permittentes. Et quoniam aliter nobis  
loquendi argumentum de sincera & inviolata  
Christianorum fide nostra est; illud cum reve-  
rentia referre audemus, quod si humanum  
quidpiam esset de quo sermo est, & vel in  
sacratissimi patriarchæ vestri potestate situm,  
vel in nostra; non solum parum aliquid, sed  
totum ipsum credere oporteret, ita jubente  
mandato. Cum autem de Deo sermo sit, &  
in Deum cui serviunt omnia: non modo hic  
aut ille, sed neque si Petrus & Paulus, neque  
si angelorum quispiam foret, demutate quæ  
piam vel minimum auderet, tanquam everso  
ea ratione evangelio universo. Jam vero sermo-  
nem, refellendi causa, cum heterodoxis  
conferre apostolico mandato repugnat: mini-  
meque convenit, nisi ad correctionem tantum  
modo. Propterea indigni nos in impetu vestri  
famuli, ne hircere quidem audeamus. Quod si  
quid est ejusmodi, de quo ambigat aut diffidat  
divina magnificentia vestra pie a patriarcha dis-  
solvî possit: subeat magna ipsius & a Deo con-  
firmata manus, vel ut divinorum æmulatione  
ad communem utilitatem, a veteri Roma sus-  
cipi declarationem, prout olim & ab initio  
patriæ traditione transmissus mos fuit. Hæc  
enim, Christi amplexu imperator, suprema est  
ecclesiæ Dei, in qua Petrus sedem primus

**Π**ρὸς ἡμῶν οἱ ἐπὶ τὸ αὐτὸ συνελθόντες κα-  
τὰ τὴν ἐκείνου θεοῦ ἐπιτολὴν ὑμῶν βασιλείας ἐλά-  
χιστοι εἰσὶ σκοποὶ περὶ τῶν ἡγουμενῶν, ὡς καὶ τὸ αὐτὸ  
φθγγόμεθα ἐπὶ τῷ θεοφροσύνῃ ὑμῶν κράτους, εὐχα-  
ριστίον περὶ ἀνετηρίων ὅτι ἀνεκλήθημεν ἡρώτων, εὐχα-  
ριστίον περὶ ἀνετηρίων ὅτι ἀνεκλήθημεν ἡρώτων, ὅτι  
ἐκλελυμένοι οἱ τεταλαιπωρημένοι, ὅτι ἀνεκλήθημεν  
οἱ ἐκλελυμένοι ἀπὸ χειμῶνος εἰς ἱάρ, ἀπὸ ζῆλον εἰς  
Γαλιλίαν, ἀπὸ ἀθυρίας εἰς εὐθυρίαν. Ζῆλον τινὰ καὶ πα-  
ραδόξα ἰσχυροῦς. Τοιαύτη γὰρ ἡ δικαία ὑμῶν βασι-  
λεία χαρμόσυνη, εὐφρόσυνη, πολιέλπεια, ἐρήνη, εὐφρο-  
σύνη, πολλὰς ἰστῆρας προσηγορίας ἐξῆν ἡμῶν.  
μῆτις Χριστῷ τῷ ἀληθινῷ Θεῷ ἡμῶν, τῷ δικαίῳ  
συνάπτουσα, τῷ νουσηκτοῦ ἰσχυροῦς, τὰ λυπηρὰ χα-  
ροῦσάσα· ἐξαιρέτος τις ἕστα βασιλεία, καὶ τὸ καὶ  
μακαριζομένων ἰσχυροῦς· ἢ ἀποστασίου τοῖς ἰσχυ-  
μοῖς ἐκ ἀνὲν ἑμαυτῶν γλώσσα ἀνθρώπων ἰσχυροῦς.  
Ἀλλ' ἵκεδὴ ταῦτα ὅτως παρακαλῶμεν ὑμῶν ἀντιβαλῶ-  
μεν οἱ ἀναξιοί, καὶ αὐτῆς τῆς ἰσχυρίας ὑμῶν θείας ἀξιο-  
ῦναι, καὶ φωνῆς ἰσχυρίας ἀκούσαι τὸ πατρίμῃ καὶ θεοφρο-  
σύματος ἡμῶν. ὡς ἀνὰ πρὸς ἡμῶν ἀκούσῃ, ταῦτα κατὰ  
θεοφροσύνην θεοφροσύνης σφιρησομένη τῷ πνεύματι ὡς πῆρ  
τῷ εὐδύματι τῷ δικῶν τῶν κατήφειαν μετεδιδυκόμενοι εὐ-  
φροσύνης ἀγαλλιάματι. Ἐπειδὴ δὲ ὁ δι' ἡμῶν λόγος  
περὶ τῆς εὐφροσύνης καὶ ἀμωμῆ ἡμῶν τῶν Χριστιανῶν ἐστὶ  
πίστεως ἰσχυροῦς αἰδῶς πολυμῶν ἀνεπίστων, ὡς εἰ μὴ  
ἀνθρώπων τῆν τὸ λιγὸν μῶν, καὶ ἡ φωνῆς τῶ ἀξιοτάτου  
ἡμῶν ἀρχιερέως ἡ γὰρ ἡμῶν τῶ ἀναξίων ἐξουσιασῶμεν.  
ὅτι πρὸς τὸ μικρὸν, ἀλλὰ γὰρ καὶ τὸ πᾶν παραχωρεῖ ἰδεῖν.  
ὅτι τῷ τῷ ἐντολῆς κηδεύσῃ. Ἐπειδὴ περὶ Θεοῦ καὶ εἰς Θεὸν  
ὁ λόγος, οὐδὲ ὅλα ταῦτα συμπατα· οὐχ ὁ ἴσῃ δὲ ἡ τῆς  
ἀλλ' οὐδ' εἰ Πέτρος καὶ Παῦλος, οὐδ' ἀνὰ τῶν ἀγ-  
γέλων εἶη, τολμήσοιεν ἀνὰ τὸ βραχυτάτου παρα-  
κινῆσαι· ὡς δὲ ταῦτα τὸ παντὸς εὐαγγελίου ἀνατρε-  
πομένη. Πρὸς τὸ συνάσαι λόγον ἀντιφάσαντων μετὰ  
τῶν ἑτεροδόξων ἰσχυροῦς, τῇ ἀποστολῇ παρα-  
χρησία, καὶ καθήκον· εἰ μὴ τι πρὸς θεοφροσύνην μόνον. Καὶ  
εἰς τῶν οἱ ἀναξιοὶ δούλοὶ τῷ εὐσεβῶς ὑμῶν κράτους,  
καὶ γρυφαὶ μόνον ὁ καταβολῶμεν. Εἰ δὲ τι ἀμω-  
μῶμεν ἢ ἀπιστοῦμεν τῇ θεῷ ὑμῶν μεγαλονοία  
διαλυσοῦναι ὑπὸ τῷ ἀρχιερέως εὐσεβῶς· ἡ μεγάλη καὶ  
θεοφροσύνης αὐτῆς χεῖρ, ὡς ζηλοτυψοῦσα τὰ θεῷ  
ἐπ' ὠφέλειαν τῷ παντὸς, κηδεύσῃ παρὰ τῆς ἀπο-  
στολέρας Ρώμης διεξάσαι τὸ δασαφῆσῃ, ὡς ἀνω-  
θεν περὶ καὶ ἐξ ἀρχῆς πατροπαράδοτος ἐξέδοθη. Ἀλλ' ἵ-  
γὰρ, χρῆσῃ μῆτις βασιλεῦ, ἡ κορυφαίτη τῶν ἐκ-  
κλη-

118

118

CONCILIUM IN CLOVESHIO.

401
Αληθινὴ τῆ Θεοῦ, ἢς Πέτρος πρῶτος, πρὸς Α...

tenuit, ad quem Dominus dixit / Tu es Petrus
Et super hanc petram edificabo ecclesiam meam...

CONCILIUM IN CLOVESHIO, ANNO CHRISTI 822. CIRCA ANNUM CHRISTI DCCCXXII.

Beornulf regis Merciorum III. presidentibus VVulfredo archiepiscopo Dorobernia, cum ceteris episcopis, abbatibus, omniumque dignitatum optimatibus...

Anno dominicæ incarnationis 822. indictione 3. de diversis Saxonie partibus congregatum est synodale concilium in loco præclaro...

Beornulf regis, instigabant archiepiscopum, ut regis voluntati eo tenore pareret, quatenus idem rex discordiam, quam per nuntios suos inter apostolicum & archiepiscopum composuerat...

Ex codice manuscriptorio.
Que æquæ in hoc concilio.
Archiepiscopus questus de Ceonulfo rege jam mortuo.
Postulabat rex pecunias...

Cedit archiepiscopus, modo habet primatus iura.
Rex pater negligit, & moritur.
Archiepiscopus hunc vocat in synodum...

Indictione tertia incidit ad annum 825. Val igitur scribendum, indictione XV. vel hoc Concilium ad ann. 825. differendum.
Concil. General. Tom. XIV. C c

403  
 ANNO CHRISTI 1000.  
 Hæres illa in de casu quitur.  
 Venit ad aliud concilium.

403  
 Hæres illa in de casu quitur.  
 Venit ad aliud concilium.

Atiam tardam reconciliationis. Archiepiscopus vero cum magna dulcedine ostendebat se esse omnino liberum de sæpe nominata reconciliatione; de sua autem parte (id est abbatissa) plura deesse quæ reddere debuisset. At illa coram posita concilio suffusa leni pudore omnia quæ deerant humiliter promisit se reddituram. Libros etiam quorundam terrarum, quos ante non promiserat, cum terris in eodem concilio, archiepiscopo libenti animo reddebat. Agellum quoque quatuor manentium, pro ejus amicitia, adjecit apud Hergam. Terram quoque triginta manentium, ubi dicitur Cumby, cum libello ejusdem terræ, pro commendatione archiepiscopo dedit, ut firma amicitia inter omnes hæredes Ceonulfi regis & archiepiscopum stabilem permaneret. Archiepiscopus autem his omnibus assensum præbuit hac conditione, ut nomina prædictorum agellorum sint abrasa de antiquis privilegiis quæ pertinent ad VVincelcumbe, ne in posterum aliqua controversia exciteretur, de hoc quod synodali auctoritate finitum est, & signo crucis firmatum.

ANNO CHRISTI 1000.

Hæres post reddidit concilio. fuit, ad judicium, adferatur.

f. Abbatissa Rufara privilegiorum.

AD CONCILIA sub BEORNULFO REGE HABITA

ANIMADVERSI O CHRONOLOGICA.

Ex Suppl. Man. 1. 1. p. 312.

Sub Beornulfo Mercorum rege in Anglia concilia nonnulla, præsertim VVulfredo Dorobernensi seu Cantuariensi archiepiscopo habita, Labbeus ex Spelmanno in collectionem suam intulit, sed ex neglecta Beornulfi regia epocha singulorum annos perperam assignat. Si enim notæ chronichæ concilii Cloveshoviensis, quas infra ex VVilkins afferemus, admittatur, an. DCCCXXV. Beornulfus regni sui annum agebat III. ex quo fit, ut concilium illud Anglicum, in quo Cenedrytha abbatissa filia simul & hæres Ceonulfi Mercorum regis defuncti, cum VVulfredo Dorober-

cnensi primo reconciliata est, non citius anno DCCCXXII. non vero anno DCCCXX. ut habet Labbeus, celebrari potuerit. Alterum vero concilium apud Oslashlen, quod post menses XII. a priori illo convenit, non nisi anno DCXXIII. coaluit. Denique Concilium Cloveshoviense, quod geminis illis tempore posterius est, sive ad annum DCCCXXIII. vel, ut indicio III. in eo signata constet, anno DCCCXXIV. post septembris pertinet. Concilium illud Cloveshoviense nos inferius suo loco reproducemus.

CONCILIUM ATTINIACENSE, IN QUO LUDOVICUS PIUS IMPERATOR

Publicam penitentiam sua sponte suscepit, in Attiniaco palatio celebratum, anno Christi DCCCXXII. Paschalis papæ vi. Ludovici ejusdem Augusti IX.

Ex P. Siermondo.

DUO in hac Synodo gesta memorantur, quorum alterum ad publicam Ludovici Augusti penitentiam spectat, alterum ad capitula, qua de variis rebus ibidem statuta sunt. Utrumque paucis perstringuntur annales incerti auctoris in hunc modum. Ann. DCCCXXII. Ludovicus imperator, sacerdotum usus consilio, de omnibus quæ publice perperam gessit publicam penitentiam agit: & post hæc cuncta quæ in regno suo corrigendo invenire potuit, corrigere atque emendare curavit. Sed de penitentia Ludovici, qui ejus vitam scripsit pluribus enarrat. Anno, inquit, hunc sequenti dominus imperator conventum generalem coire jussit in loco cujus vocabulum est Attiniacus: in quo convocatis ad concilium episcopis, abbatibus, spiritualibusque viris, nec non & regi sui proceribus, primo quidem fratribus reconciliari studuit, quos invitos attonderi fecerat, deinde omnibus quibus aliquid læsaræ intulisse videbatur. Post hæc autem palam se errasse confessus, & imitatus Theodosii imperatoris exemplum, penitentiam spontaneam suscepit, tam de his, quam quæ in Ber-

nardum nepotem proprium gesserat, & corrigens, si quid talium vel a se, vel a patre suo gestum reperire alicubi potuit, etiam plurimarum electionum elargitione, sed & fervoribus Christi orationum instantia, nec non propria satisfactio- ne, adeo divinitatem sibi placare curabat, quasi hæc, quæ legaliter super unumquemque decurrerant, sua gesta fuerint crudelitate. De aliis vero rebus in hac synodo tractatis, & de capitulis eundem promulgatis, Agobardus episcopus Lugdunensis, qui conveniens cum cæteris interfuit, in libro de dispensatione rei ecclesiasticae copiose disserit his verbis: In illis diebus, quando sacer & religiosus dominus noster imperator evocato conventu in Attiniaco agebat, strenue providens de omnibus utilitatibus commissorum sibi populorum, pervenit ad subli- miorem inquisitionem penecessarii consilii: cupiens scilicet invenire, qualiter congruentissimæ profectum doctrinæ, & abolitionem negligentiarum, sacerdotibus & cunctis honoratis suis commendare potuisset: quod utique laudabiliter, inspirante Dei gratia, auxiliv, eleganter invenit, fide.



ANNO  
CHRISTI  
622.

fideliter ore suo annuntiavit. Quam cuncta nunc replicare nimis prolixum est, quia & tunc distinctis capitulis comprehensa sunt, & omnibus nota esse debent. Hanc igitur rem cum miris tunc laudibus adhuc inchoatam magistri nostri esserent, & princeps venerandus senex Adalardus, qui etiam dicebat se nunquam sublimius vel gloriose causam profectus publici moveri & cogitari vidisse a tempore regis Pippini usque ad diem illum: tantum ne respondentium, & obedientium negligentia humiliaretur. Addidit ipse, & ceteri primores, dicentes omni concilio, quidquid utile poterit reperire sagacitas vestra, ad cavenda peccata, ad vitanda pericula, ad erigendam religionem, ad illustrandam doctrinam, ad corroborandam fidem, ad excolendum studium sanctitatis, confidenter edicite, & ad explenda pariturum Deo domnum imperatorem minime dubitate. Qui, quoniam (ut scripturæ sacræ docent) peccata contrahunt infelicitates, perturbationes, clades & sterilitates in populos, tota sollicitudine curat, ut bona quidem statuendo, mala vero destruendo, obtineat una nobilitatem apud Dominum, ut remotis adversis casibus, regnum sibi commissum prospere Deo favente valeat gubernare. Hæc & his similia cum priores nostri jucundissime loquerentur, ego, ut scilicet humillimum omnium & extremum, cæpi quodammodo pedetentim, utpote magnis viris, ita suggerere: Ecce omnipotens Deus præparavit animos domui imperatoris, ut sollicite velit agnoscere temporis vires consonas vel dissonas æquitati. Expediit vero ut ea quæ dissona sunt, si possibilitas supererit, emendentur: in quantum autem possibilitas non suffragatur, cum timore Dei tolerentur, quatenus dum illicitum quidpiam ex necessitate agitur quod declinari non potest, timor saltem faciat excusabilem, quem executio non constituit absolutum. Necessè est ergo, ut vestra industria magnanimitati ejus suggerat pericula de rebus ecclesiasticis, quas contra vetitum, & contra canones trahant, & in usus proprios expendunt homines laici. Postquam enim diffusa est ecclesia Dei toto orbe terrarum, & cæpit exaltari & magnificari per omnes regiones & nationes, cœperuntque templa erigi a fidelibus imperatoribus ac regibus, atque episcopis, vel ceteris potentibus, ditarique rebus, & thesauris ornari: fuit etiam consequens, ut principum providentia leges promulgarentur, & episcoporum sollicitudine canones statuerentur de rebus sanctificatis, id est, sacris locis deputatis, qualiter tuerentur ab improbis, tuerentur a gubernatoribus vel expedirentur. Convenerunt episcopi viri sancti, quibus tunc abundabat ecclesia; statuerunt illibatos conservari debere sacros canones, qui firmati sunt Spiritu Dei, consensu totius mundi, obedientia principum, consonantia scripturarum. Ex quo tempore acceptum & receptum est, non aliud esse agere cuiquam adversus canones, quam adversus Deum, & adversus ejus universalem ecclesiam; neque sensum est unquam a quibusque fidelibus, ut statuta absque periculo religionis violarentur. Quod ergo Deo auctore statutum est, nova necessitas, quæ tunc temporis non accidit, excusabilem facere non potest violatorem: quia omnipotenti Deo omnia tempora, omniaque volumina sæculorum præsentia sunt & stantia; neque aliquid præteriti potest recordari, nec futurum aliquid expectare. Quamobrem istæ, quas nunc homines præterunt necessitates, & quarum causa se impune putant res sacras in usus communes vertere, licet tunc hominibus futuræ essent, Deo tamen præsentibus erant: quodque spiritu suo statuit ecclesia tenendum, cunctis diebus usque ad

Concil. General. Tom. XIV.

finem sæculi voluit custodiri. Sed quoniam quod de sacris rebus in laicales usus illicite translatis dicimus, non fecit iste domnus imperator, sed præcessores ejus, & propterea isti impossibile est omnia emendare, quæ antecedentes male usurpata dimiserunt: saltem admonentibus vobis recogitare dignetur periculum; quod licet vitare nequeat, tamen, dum pensat, timet, ac dolet, apud misericordem Dominum fiat per hoc excusabilis. Et vos communicare pondus periculi, sublevateque portantem in quantum fieri potest: ut dum vos illi communicantes in periculis, & ille vobis compatiens extiterit in tristibus, ac defensor in pervasionibus, dumque unum lapsus, tantumque periculum communiter toleratis, avertatur ab illo, nec non & a vobis, hujusmodi prævaricationis vindicta. Cum hæc igitur a me dicerentur, responderunt pie reverendissimi viri Adalardus & Helisachar abbates; utrum vero audita retulerint domno imperatori, nescio.

## NOTA JACOBI SIRMONDI, S. J.

(Concilium Attiniasense.) Eginhartus idem mense Augusto celebratum tradit in chronico anni dccxxii. Dominus imperator, inquit, Concilio cum episcopis & optimis viris habito, fratribus suis, quos invitavit tendere iussit, reconciliatus est; & tam de hoc factis, quam & de illis quæ ergo Bernardum filium fratris sui Pippini, nec non & illi quæ ergo Adalardum abbatem & fratrem ejus Walacum gesta sunt, publicam confessionem & penitentiam egit. Quod tamen in eo convulso, quem eodem anno mense Augusto Attinias habuit, in præsentia totius populi sui pregit: in quo quidquid similitum verum, vel a se, vel a patre factum invenire potuit, summa devotione emendare curavit. Universalium synodum totius imperii appellat Hincmarus Rhemenfis, & sedis Romanæ legatos assidue scribit in libro de divortio Lutheri & Teibergæ.

## NOTA SEVERINI BINII.

(Concilium.) Bernhardus nepos Caroli Magni ex filio Pippino post obitum patris rex Italia creatus, Ludovico patruo suo struxerat insidias: quas cum ille ultimus armata manu Italiam ingressus esset, Bernhardus se viribus imparem sentiens, abjectis armis illi occurrit, ventisque iniuncta conjurationis deprecans, in terram se supplicem dimisit, & tamen non est exauditus, sed post aliquot menses oculis orbatus, vel ipse sibi radio longioris vitæ mortem conscivit, vel saltem ex dolore excruciationis insidiam post triduum interit. Addit auctor vitam Ludovici, quod Caroli Magni patris sui naturales filios hos, \* Diogenem, Theodorikum & Hugonem in ejusdem criminis suspicionem adductos in monasterium detulerit. Quibus periculis, vulnus conscientie insiditum capite dolore urgens, & lacrymas frequentes excutere, eo quod neci causam dedisse ubi videretur, dum sponte venienti atque suppliciter veniam deprecanti non indulsisset. Cum multis gemitibus & lacrymis vulnus conscientie sanare non possat, Ludovicus frequentissimo episcoporum concilio convocato, publicam periegit penitentiam, cum illis ceteris, haud dubie, quos frater in libro 5. capitularium suorum, capp. 51. 52. 53. & 71. ipse ab aliis publicam penitentiam agentibus iuxta canones ecclesiasticos requirerat. Tempus & acta & locus hujus concilii auctor vitam Ludovici breviter describit his verbis: Anno hunc sequenti (nimirum 822) Imperator convocavit generalium concilium in loco cuius vocabulum est Attinias. In quo convocatis ad concilium episcopis, abbatibus, spiritualibusque viris, nec non regni sui procuratoribus, primo quidem fratribus reconciliari studuit, quos tunc ut ostenderet secerat: deinde omnibus, quibus aliquid laesa intulisset videbatur. Post hæc palam se crasse confessus, & imitatus Theodosii imperatoris exemplum, penitentiam spontaneam suscepit, tam de his, quam quæ in Bernardum nepotem proprium gesserat. Et corrigere si quid scilicet, etiam plurimarum elemosinarum largitione, sed & servorum Christi constantium instantia, nec non propria satisfactione, adeo divinitatem sibi placere curabat, quæ hæc qua legaliter super nunquamque decurrerant, sua gesta fuerint crudelitate. Hæc veteres annales. Hoc eodem conventu Attiniasensi contigisse videtur, quod capitularium libro 1. capite 5. continetur his verbis: Schola Janæ ad filios, & ministros ecclesie instruendos vel edocendos, post

C C 2

ANNO  
CHRISTI  
622.

\* Diogenem.

Ludovicus de nec. Berardi &amp; in libro publico agit penitentiam. Tempus, locus &amp; acta concilii.

70.

407  
ANNO  
CHRISTI  
822.

nobis praestito tempore ad Attinacensem promissit & nobis suppliciter, in congruo loco, necnon profectum est, ad multorum utilitatem & profectum a vobis ordinari non negligatur. Paschasius Rothericus scriptor hujus temporis celeberrimus apud Surium 3. Januarii refert Ludovicum a sancto Adelardo Corbeia in Gallia abbate, quem ipse a quibusdam calumniis circumventus, ante septem-

annum rogaverat, inducendum esse, non tantum ut praedictam penitentiam ageret, veram etiam pro expiatione delictorum comendatorem Corbeiam in Saxonia monasterium erigeret. Cui in eo ipso addipulatur Lambertus Schaffenberg. dum ait, anno 822. fundamenta Corbeja Saxoniae jacta fuisse. Vide Baronium praedicto anno num. 1. & sequentibus.

ANNO  
CHRISTI  
822.

AD CONCILIUM ATTINIACENSE

Sub Ludovico Pio Anno 822. habitum

A D D I T I O .

Ex Suppl.  
Mansi t. 1.  
p. 822.

**I**n hoc forte Attinacensi concilio audita sunt quae-  
rela Northaldi nobilis femina in Agelbertum vi-  
rum suum. Quam totam historiam, & concilium ea  
de re sententiam, legas apud Hincmarum Remensem  
in opusculo de divorzio Lotbari & Theutberge In-  
terrogas V. his verbis: Quidam nostrorum tem-  
pore sanctae memoriae domini Ludovici pii au-  
gusti in Attiniaco palatio tunc fuerunt, quando  
in universali synodo totius imperii, etiam cum  
sedis Romanae legatis, & in generali placito, fe-  
mina quaedam non ignobilis generis, nomine Nor-  
thaldis, de quibusdam inhonestis inter se & vi-  
rum suum vocabulo Agelbertum, ad imperato-  
rem publice proclamavit, quam imperator ad sy-  
nodum destinavit, ut inde episcopalis auctoritas  
quid agendum esset decerneret; sed episcoporum

generalitas ad laicorum ac conjugatorum eam  
remisit judicium, ut ipsi inter illam & suum  
conjugem judicarent, qui de talibus negotiis erant  
cogniti, & legibus saeculi sufficientissime praediti;  
eorumque legalibus judiciis eadem femina se sub-  
jiceret, & quod de quaestione sua decrevisset,  
sine repetitione teneret: Si vero crimen aliquod  
esset, unde poenitentiae modum post illorum judi-  
cium ab episcopali auctoritate deposceret, secun-  
dum quod sacri canones praescriberunt, ei impone-  
re non negarent: nobilibus autem laicis sacerdo-  
talis discretio placuit, quia de suis conjugibus eis  
non tollebatur judicium, nec a sacerdotali ordi-  
ne inferebatur legibus civilibus praesudicium, &  
legem proclamationi feminae protulerunt, ac le-  
gali judicio quaestioni terminum contulerunt.

LUDOVICI PII IMPERATORIS  
CAPITULARE II.

Ex editione  
P. Sirmondii.

Admonitionem generalem continens ad utriusque ordinis homines, cum instructione missorum  
dominorum, quos in diversas regni provincias destinabat.

Extat apud Baluz. T. 1. pag. 631. edit. Paris.

SYNODUS INCERTI LOCI,

In qua Ebbo Remensis archiepiscopus in Daniam destinatur ad fidem Christi annunciamdam

Circa annum 822.

Ex Suppl.  
Mansi t. 1.  
p. 822.

**Q**uo tempore Ludovicus pius imperator Capi-  
tulare II. edebat, quod ex conjectura Sir-  
mondii in notis in synodo Attiniacensi an-  
ni 822. praestitutum est, Ebbo Remensis archie-  
piscopus vel jam agebat in Dania legatus aposto-  
licus & fidei Christianae praeco, vel eo jam desti-  
natus fuerat; nam in cap. XXV. eorum capitu-  
larium transmittendae edicuntur leges illae ad cer-  
tos quosdam episcopos, a quibus per totam pro-  
vinciam evulgarentur. Inter ceteros id muneris  
demandatur Ebboni quando poteris; & quando ei  
non licuerit, (quod scilicet procul a diocesi sua  
esset in Dania) Rotado episcopo eius vice. Haec  
porro Ebbonis destinatio in Daniam auctoritate  
synodi facta est, cui dein Paschalis Romani pon-  
tificis confirmatio accessit, ut ex sequentibus S.  
Anscharii Hamburgensis episcopi literis discimus,  
quas ideo recitandas duxi, quod de synodo hac,  
alias ignota, nos docent. Forte tamen ignota haec  
synodus ipsum est Attiniacense concilium, cujus  
auctoritate Danicam missionem Ebbo suscepit.  
Porro Epistolam desumptam ex Henschenio in Com-

ment. praevio ad vitam S. Anscharii die III. Febr.  
D. §. XIV.

EPISTOLA S. ANSCHARII.

**I**n nomine Sanctae, & Individuae Trinitatis.  
Anscharius gratus Dei archiepiscopus, omni-  
bus sanctis Dei ecclesiarum praesulibus, in regno dum-  
taxat Ludovici regis commanentibus. Nosse vos  
cupio, quia in hoc libello continetur, qualiter  
Ebbo Remensis archiepiscopus, divino afflatus  
spiritu, temporibus domini Ludovici imperatoris  
cum consensu ipsius, ac pene totius regni eius  
synodi congregatae, Romam adiit, ibique a ve-  
nerabili papa Paschali publicam evangelizandi li-  
centiam in partibus Aquilonis accepit. Et quali-  
ter postea Ludovicus imperator hoc opus publi-  
cavit; seque in omnibus largum praebuit & bene-  
volam, & cetera quae huic legationi contigerunt.  
Quapropter suppliciter deprecor, ut apud Deum  
in-

CONCILIIUM COMPENDIENSE.

410

intercedatis, quatenus hanc legatio crescere & fru- ANNO CHRISTI 822

didaverit, tam vos, quam successores vestri, ubi utilitatem perspexeritis, notum omnibus istud fa- ANNO CHRISTI 822

CONCILIIUM LATERANENSE,

ANNO CHRISTI 821

ANNO CHRISTI 821

In quo Paschalis pontifex coram XXXIV. episcopis de homicidio se purgavit,

Anno 823. habitum.

Ex Supplem. Manii to 1. pag. 827.

Theodorus quidam S. R. E. primicerius & presbyter cum Leone Nomenclatore, neicio quo in tumultu Romanorum oculis primum or-

sollemni purgavit. Episcopos ad XXXIV. inter-

CONCILIIUM COMPENDIENSE

ANNO DOMINI DCCCXXIII.

In quo actum inter cetera de rebus ecclesiasticis per laicos usurpatis.

Labbe in Ap. pad. Tom. VII

Cap. 1.

Hujus concilii notitiam eruit Steph. Baluzius eruditissimus ex Agobardi libro de dispensatione ecclesiasticarum rerum: ubi post enarrata que in Astiniacensi concilio gesta fuerant anno Christi DCCCXXII. Sequenti anno, inquit Agobardus, cum adessent iusti ( primores utriusque ordinis ) in Compendio palatio, & de his ( illicito scilicet rerum ecclesiasticarum usu ) inter eos sermo haberetur ad hunc modum, post multa colloquia, in quantum ego intellexi, ratiocinia sunt perducta, ut primum quidem intellectibus omnium inculcarentur delicta de rebus sacris illicitis usibus, post vero cum Dei timore in illis quas habebant laici cautioreseff-

honorati eius intellexissent atque voluissent. Sed e contrario, ut audio, isti de quibus nobis sermo est, inchoatam discordiam magnificant, & de concordia in conspectu domini Imperatoris nihil se audisse vel intellexisse dicunt.

NOTA STEPH. BALUZII

Anno itaque sequenti post conventum Astiniacensem, id est, anno DCCCXXIII. habita est synodus apud Compendium, in qua rursus actum est de rebus sacris illicitis usibus. Quam synodum miror a nemine hactenus agnitam fuisse. Certe conventus habitus in Compendio palatio anno DCCCXXIII. mense Novembri, ut edictum fuerat in conventu Francofordiensi, mentionem facit Eginhardus, in eoque legatos pape Paschalis auditos fuisse. Cujus rei meminit etiam auctor vita Ludovici Pii, itaque auctor universalium S. Barcini. Ne quis vero censetur conventum hunc se mere politicum, non autem ecclesiasticum, adeoque nec synodum: testis est Agobardus, si conventum interfuisse etiam episcopos. Vigebat autem hic mos per eas tempestates, ut episcopi in conventibus illis regis tractarent de rebus sacris & ad religionem pertinentibus, secum a laicis, si res esset mere spiritualis, simul vero, si res ad disciplinam ecclesiasticam pertineret. Quo fiebat, ut decreta dein in publicum ederentur, qua concilii episcopalis auctoritate & dignitate erant instructa: ut pluribus ostendit Marca, in libro vi. de Concordia cap. xxv. Quare dubium non est, quin hic Compendiense conventus, in quo actum docet Agobardus de rebus sacris illicitis usibus, referri debeat inter synodos ecclesiasticas, non secus ac alia qua seculo illo celebrata fuerunt.

\* veniabil. officio quo com. p. Cap. 6

Hanc rem cum Dominus imperator audiret atque perpenderet, volens eam ducere ad tranquillitatem pacis, que ad modicum turbata fuerat, quantum in se fuit, fecit uniri episcopos & comites in consensum & pacem. Ex hoc itaque putavi ego, quod eodem modo quo dominus Imperator pensavit atque intellexit rationem, soporique fecit dissensionem, omnes etiam comites vel

AD COMPENDIENSE CONCILIIUM

Anno 823. habitum

ADDITIO.

Ex Suppl. Manii p. 827.

Poenitentiam de iis, que contra Bernardum Italiam regem ceterosque conjurationis in se instruat consocios admiserat, Ludovicum piump imperatorem in conventu Astiniacensi ab episcopis impositam egisse ex auctoritate anony-

mi, qui vitam ejusdem Ludovici literis consignavit, res est nemini inexplorata. Verum & eundem regem iterum correctum de commissis quibusdam excessibus, iterum emendationem spondidisse in conventu quodam Compendiensi, omnes pari

## EUGENII PAPÆ II. VITA.

412

pariter admissuros arbitror. Cum id asseratur in A  
narratione eorum que gesta sunt in alio conven-  
tu Compendiensi, in quo Ludovicus imperio pri-  
vatus fuit. Hæc enim Ludovicus exprobrant sedi-  
tiosi conventus illius patres: Ne forte interioris a-  
liud teneret, aut in conspectu Dei quidquam dolose  
ageret (penitentiam simulando) ficut jam pridem  
in Compendio palatio ab alio sacro conventu corre-  
ptus, coram omni ecclesia eum fecisse omnibus no-  
tum est. Quisnam fuerit conventus iste Compen-  
diensis inquirenti mihi, nullus alius præter illum  
occurrit, in quo multa se sperasse bona ab impe-  
ratore scribit Agobardus in libello de dispensat.  
ecclesiast. rer. nihil impetrasse. Ut multa sponde-

ret, veniamque de rebus a se peperam gestis po-  
sceret, suavitertasse Ludovico divinæ ultionis me-  
tus; nam eo tempore, ait anonymus viti ejus scrip-  
tor, quadam prodigiosa signa apparentia animum  
imperatoris sollicitabant. Quamquam vero non ne-  
go seditiosos holce episcopos hæc omnia per in-  
juriam principi exprobrasse; neque enim fide e-  
mendationem spondit, sed sincere & ex animo,  
cujus rei testem Agobardum exhibeo, qui in eo-  
dem libello hæc de imperatore testatus est: Hanc  
rem Dominus imperator cum audiret, volens eam  
deducere ad tranquillitatem pacis, quantum in se  
fuit, fecit uniri episcopos & comites in consensum  
& pacem.

412  
ANNO  
CHRISTI  
817.

ANNO  
CHRISTI  
817.

ANNO  
CHRISTI  
817.

## VITA ET DECRETA EUGENII PAPÆ II.

Papa Eugeni-  
us vitæ.

Eodem  
id est.

Eugenius a natione Romanus, ex patre Boe-  
mundo, b sedit annos quatuor, menses duos,  
dies viginti & tres. Hic etenim venerabilis &  
præclarus vir magnæ simplicitatis atque humilita-  
tis fuit. Doctus scientia, sermone præcipuus, for-  
ma pulchrior, largus petentibus, mundum respic-  
iens. Sola que Christo erant placita, omnibus  
diebus ac noctibus cogitabat. Hujus præfati pon-  
tificis tempore ubertas non modica totam non so-  
lum Romam, sed etiam penè totum invasit  
orbem. Quis quidquid iusto percipiebat a subdi-  
tis pondere, non solum pusillis ac viduis, sed  
etiam divitibus incessanter omnibus distribu-  
ebat. Maxima autem pax & requies ejus diebus uni-  
verso fuit in orbe Romano. Quippe nam ipse  
cum totius esset pacis amicus, quid aliud parti-  
ciparet, nisi quod ipse suis honestis gerebat mo-  
ribus, & ipsi pariter gerebant? Archipresbyter  
enim hujus sacratissimæ atque universalis ecclesie  
fuit. In qua non per modica tempora suum  
munus præfatorum exercit. Postea a Romanis cum-  
municè propositum rex. Postea a Romanis cum-  
municè pro meritum pia relatione electus post tran-  
situm sanctissimi domini Patris papæ pontifex  
factus est. Tenuit autem presbyteratus sui tem-  
pore ecclesiam beatæ Sabinae martyris positam in  
Aventino monte, quam Deo dispensante, post  
pontificalem sibi attributam gratiam ad meliorem  
cultum perduxit. & pietatis undique decoravit.  
Hujus diebus Romani iudices, qui in Francia re-  
nabantur captivi, reversi sunt quos in parentum  
propria ingredi permisit. & eis non modicas res  
de patriarchio Lateranensi præbuit, quia erant  
pene omnibus facultatibus destituti. Fecit autem  
in ecclesia beatæ Sabinae martyris supradictæ cibo-  
rium ex argento purissimo pensas libras... Idem  
venerabilis præfatus, ubi supra obiit.

### NOTÆ SEVERINI BINII.

Eugenius  
pontifex  
adeptus in  
schismate.

a Eugenius ) Decimo quarto Kalendas Junias, anno  
817, successor Paschalis Eugenius II. creatus est in schis-  
mate tali, ad quod componendum Ludovicus imperator  
misit in urbem filium suum Lotharium, qui dum in ur-  
bem venisset, & ab Eugenio honorifice susceptus fuisset,  
factum populi Romani, inquit auctor vita Ludovici, jam-  
tunc quendam præfatum hereticum depravatum, memo-  
riam pontificis benevolentiam ostendit, ut omnia  
que eorum suorum direptione fuerant desolata, de  
restitutione bonorum suorum, que per illius adventum Deo  
existenti, accedente consensu pontificis politico urbis im-  
peditur primarium habentis, de electione pontificis nomi-  
nante verbis: Volumus ut ad electionem pontificis nemo audeat  
Lothario co- venire, neque liber neque servus, qui aliquid impedimen-  
tum postu- lum inserat, excepti illi tantum Romanis, quibus anti-  
qua edita- qua fuit consuetudo concessa per constitutionem sanctorum  
patrum eligendi pontificum. Quod si quis contra nostram  
justitiam sacro anisi fuerit, nullus officietur. Volumus ut

omniis populus Romanus interrogatur qua lege velle staret,  
ut ea que professus sit velle velle, velle, atque denunti-  
etur ut hoc uniusquisque velit, tam duci, quam iudici  
vel reliquis populis. Quod si in offensionem suam contra  
tamdem legem servare, eidem legi, quem professus, in  
constitutione pontificis & nostra subjaceant. De rebus ec-  
clesiarum iniquis occupatis per occasionem, quasi licentia ac-  
cepta a pontifice, & de illi que nec dum reddita sunt, &  
tamen fuerint abique potestate pontificum occupata, volu-  
mus ut per legatos nostros restituantur. Placet nobis, ut  
cunctis iudicibus, sive in qui cunctis præfati debent, per que  
judicialia potestatis in hac urbe Roma exercetur, aut in ce-  
teris Provinciis exerceri debet, in præsentiam nostram ve-  
niant. Volumus numerum & nomina eorum scribere, & fun-  
dulos de manere sui crediti admonere. Novissime admo-  
nemus, ut omnes homines sicut Dei gratiam & nostram habe-  
re desiderant, ita præfati in omnibus obedientiam ac rever-  
entiam hanc pontifici. In initio pontificatus Eugenii a Mi-  
chaele imperatore orientis missa est legatio ad Ludovicum.  
Inter cetera autem, inquit annales Francorum in vita  
Ludovici, ad legationem suam pertinentem, quaedam de i-  
maginem venerationis protulerunt, propter se Romam ire,  
quæ apostolica sedis præfatum consulari debere dixerunt.  
Quæ cum legatione eorum audita ac responsu reddito, ut se  
vire dicitur, Romam ducere iussit. Legati ( si credun-  
tur est libello pseudosynodi Parisiensis ) pervenerunt in  
Gallias mense Octobris, cum Ludovicus imperator adver-  
sus Britones in expeditione esset. auditis postea mensis  
Novembris, & a se dimissis, suos adiunxit Ludovicus im-  
perator legatos ad Romanum pontificem, qui non synodi  
cogentem, sed tantum conventus alicujus instituti licen-  
tiam peterent, in quo viri docti de cultu pseudosynodo eorum  
se requirerent & disputarent. Quid in pseudosynodo eorum  
fuerit intra dicitur. Ex parte Ludovici missus est lega-  
tus nomine Joannis Aurelianensis, qui contra Claudium Jo-  
hannem Felici discipulum his temporibus etas libros  
scripti, quorum primo impugnatur fractiorem sacrarum im-  
pugnans, secundo contra eandem sanctæ crucis adorationem  
defendit. Tercio sanctorum apostolorum suscepiam propo-  
gnat & tuetur. Michael imperator per ubitum Theodori  
Seidit, exemplo Joannis Baptiste peccantes impavidè mo-  
nentis, se utior redditus, Euprosynum monialem duxit in  
uxorem, & que factis se una cum toto orientali imperio in  
summam patriarchiam induxit. Dani predicatione Ebbis  
Rhemensis archiepiscopi ad fidem convertuntur. Gratius  
in antrop. lib. i. cap. 9.

ANNO  
CHRISTI  
817.

Quo tempo-  
re legatio  
pariter  
Gallias ve-  
nit.

Quamvis  
federit?

### DIPLOMA EUGENII PP.

EX APPENDICE VARIORUM  
DIPLOMATUM S. R. E. PONTIFICUM  
post chronicon Reicherspergenae anno  
1011. Monachii in Bavaria  
a Gevoldo edita.

Eugenius episcopus servorum Dei Rathfrido de sancta Favianensibus ecclesie, & Methodio ec-  
clesie Speculensibus, que & Sorrigaturensibus nuncu-  
patur, atque Alewino sancta Nitrasiensibus ecclesie  
parique modo Annoni S. Vetuarensibus ecclesie episco-  
pis, simul etiam Tullando, nec non Moymaro duci-  
bus

Papa hujus  
diplomatis  
recitatur ab  
Hundio in  
Metrop. in  
Urolio seu  
Urolio ar-  
chiep. Lau-  
tence

*bus & optimatibus, exercitibusque plebis Hunia, qua A  
& Avaria dicitur, & Moravia.*

Desiderio salutis animarum vestrarum, filii in Christo carissimi, cum audivimus christianissimam conversationem vestram, & sanctæ fidei bonorumque operum vestrorum processum, summo gaudio atque lætitia fuimus exhilarati, quia divina in vobis operante elementia, ut apostolus ait, ubi abundavit delictum, ibi superabundat gratia, atque quomodo sancta Dei ecclesia nostris temporibus quotidianum in electione vestra suscipit incrementum. Cujus optabilis rumoris index fuit reverendissimus Yrolphus sanctæ Lauriacensis ecclesiæ archiepiscopus, & sanctissimus frater noster, vester autem spiritualis pater, qui per suam sanctam prædicationem adoptivos Deo vos genuit filios. Is itaque ad apostolorum limina orationis causa veniens, novam ecclesiam nostris apostolicis benedictionibus informandam subnixè commendavit, quia Domino auxiliante, catholice gubernandam suscepit. In quibus etiam quondam Romanorum quoque Gepidarumque ætate, ut lectione certum est, in septem episcoporum parochias antecessores tui jure metropolitano obtinuerant diocesis. Qua ex justitia & lege præfatus Deo dignissimus archiepiscopus debito obligatur, ut illi terræ prius Christicolæ, atque suorum antiquitus antecessorum creditæ providentiæ, quam nunc vos Dei omnipotentis occulto mediante iudicio velut hæreditariam possidetis, ipse evangelicus agricola diu negata celestis spargat semina vitæ, atque in lucrandis Domino Christo animabus reditivam de vobis nutriat segetem. Quem nos doctissimum divini oraculi ministrum salutis vestræ cognoscentes per omnia necessarium fide & exemplo probatum merito erga illum apostolicam servantes sententiam, qua dicitur, *quomodo credent sine predicante, aut quomodo predicabunt nisi mittantur?* ab sancta Romana ecclesia matre vobiscum rectorem transmisisimus, atque in præfatis regionibus Hunniæ, quæ & Avaria appellatur, sed & Moraviæ provinciarum quoque Pannoniæ, sive Mœsiæ apostolicam vicem nostram & diocesin, atque jus ecclesiasticum exercendi, & usum ac potestatem antecessorum suorum, videlicet sanctæ Lauriacensis ecclesiæ archiepiscoporum sibi successoribusque suis canonica auctoritate committimus, atque hujus constitutionis nostræ decretum subscriptionis privilegio roboramus. Pallium præterea juxta consuetudinem antiquam sanctitati suæ dedimus, quod ita concessimus, sicut prædecessores nostri suis prædecessoribus concessere, privilegiorum suorum scilicet integritate servata. Cujus dilectioni quamvis hoc debito permitteremus, propter vestras autem petitiones super hac re flagrantibus ad honorem suum nostram apostolicam vicem & auctoritatem insuper accumulavimus, quod nunquam suis permissum est prioribus. Quatenus & vos confratres & coepiscopi deinceps ei reverentiam ampliorem exhibere sciatis, & in sancta doctrina celestis eruditionis ad ædificationem vestram ut filii sapientes obediat, atque vos laici primates, & vulgus saluberrimis præceptis suis non velut homini, sed tanquam Deo humiliter obtemperetis, & in fide catholica, quam per Dominum Jesum consecuti estis, fortes permaneat. Nam totius doli artifex diabolus cujus dominio & pompis in baptisate abrenunciatis, jacturam & damnum vestræ salutis surreptionis moleste patitur, ac per varias occasiones zizania perfidiam seminando velut multa injuria bacchatur, & ut vestrum aliquis terga vertat sanctæ professioni incessanter molitur. Quapropter sæpe dicti archiepiscopi videlicet pastores vestri a Deo destinati in-

stitutionibus benignas aures præbete, qui vos & versutiam sathanæ cavere atque ejus æternos cruciatos evadere instruit, ac ipse in die iudicii de bonis operibus vestris sæculorum Domino perpetua remunerandos gloria præsentabit. Ad perfectam autem & necessariam eruditionis vestræ salutem, ut comperimus non sufficientes pauci, qui modo constituti sunt vobis episcopi, quia plures sunt adhuc gentilitatis errore ibidem detenti, ad quos propter inopiam præconum divini verbi nondum pervenit notitia Christi. Idcirco enim, ut accrescat turba fidelium, studeat solertia vestra pro mercede & remissione peccatorum vestrorum adminiculum atque juvamen præbere reverendissimo Yrolpho archiepiscopo, quatenus dudum illic constitutorum episcoporum numerus impleatur, qui congrue constituti, & vobis posterisque vestris poterunt esse proficui, si ad restaurationem ecclesiarum propter nomen Domini de possessionibus vestris, quas reditus dotisque earum fama divulgante quondam fuisse noveritis, æternam sufficientiam vobis comparantes eisdem ecclesiis ipsi conferatis, idoneis viris ad hoc ministerium electis, maxime in illis locis, si opportunitas & utilitas commendaverit; ordinentur antistes, ubi indicia ecclesiarum & ædificiorum sedes pontificales olim fuisse demonstrant; sin autem illius arbitrio & deliberationi, qui vel ubi disponantur episcopi concedimus, cui vicem nostram apud vos ecclesiastici regiminis per omnia commisimus.

## EUGENII EPISTOLA

AD BERNARDUM VIENNENSEM

Archiepiscopum.

*Eugenius episcopus servus servorum Dei, reverendissimo fratri Bernardo archiepiscopo Viennensi.*

Congraudeo valde, quia licet in aliquibus detentus, tamen pro magno apostoli Petri amore nostroque, litteræ vestræ sanctitatis nobis reddite sunt: per quas mire cognovimus qualem erga nos exercere caritatem desideratis. Unde immemor nostri fore non debet, quia tuæ dilectionis affectus in visceribus nostris resedit. Et ideo quocumque loco fueris profectus, ad rem ecclesiæ tuæ peragendam, optamus ut clavigeri te Petri dextera circumtegat atque gubernet. De causa, frater carissime, quam nobis per vestras syllabas intimare curastis, hoc exinde scire vos volumus, quia quantum potuimus recursum lectionis illam in scriiniis nostris investigamus; & quidquid post auctoritatem Romanam, in Justiniana etiam lege comperimus, tuæ sanctitati per nostros apices intimamus. In cap. d. xx. ejusdem legis ita invenimus. Ut descriptio xl. annorum, venerabilibus locis competenter aptetur; neque xx. vel etiam xxx. annorum præscriptio religionis domibus apponatur, sed sola xl. annorum curricula, non solum in legatis & rebus exterioribus, sed etiam in hæreditatibus sacris valeat. Ex quo per auctoritatis nostræ seriem quam vestra dirigimus caritati, ut si causa ita est, quemadmodum vestra nobis denunciavit epistola, vestræ ecclesiæ eam concessam non dubitetis: similiter vestrum plane privilegium vobis redintegratum, quod prædecessores nostri vestræ sedi concesserunt, cognoscatis. Neque enim aliud nos velle debemus, quam quod illi irrefragabilibus regulis firmaverunt. Deus omnipotens vestrum semper & ecclesiæ vestræ ab hostibus honorem custodiat. Scriptum per manum Agathonis, notarii & scri-

EUGENII PAPÆ II. DECRETA.

416

415  
 ANNO CHRIS-  
 TI  
 1111  
 Data viii. Idus Julii per manum Georgii bi-  
 bliothecarii sanctæ sedis apostolicæ : imperante  
 domno piissimo augusto Ludovico Imperii ejus  
 anno IV.

Hæc decreta  
 ad Eugenium  
 III. magna  
 ex parte ipse  
 dedit.

Hæc decreta  
 ad Eugenium  
 III. magna  
 ex parte ipse  
 dedit.

VI.  
 Nullus in decanum vel archidiaconum, nisi dia-  
 conus vel presbyter, ordinetur. Qui si ordinari  
 contempserint, honore suscepto priventur.

ANNO  
 CHRIS-  
 TI  
 1111

DECRETA EUGENII PAPÆ II.

Ex concilio Rbemensis.

I.  
 Qui excommunicato, donec ab eo qui eum ex-  
 communicaverat, vel ab alio auctoritate sedis a-  
 postolicæ absolvatur, scienter communicare præ-  
 sumperit, excommunicationis sententia ipsum ic-  
 neri censemus.

II.  
 Præcipimus observari, ut qui in ordine subdia-  
 conatus, aut supra, uxorem duxerint, aut concu-  
 binas habuerint, officio ecclesiastico & benefi-  
 cio careant.

III.  
 Statuimus, ut sanctimoniales & mulieres, que  
 canonicæ nominantur, & irregulariter vivunt,  
 juxta beatorum Benedicti & Augustini regulam  
 vitam suam in melius corrigant & emendent,  
 superfluitatemque vestium & inhonestatem dese-  
 rant. Quod si non impleverint, si qua ipsarum  
 mortua fuerit, Christianorum careat sepultura.  
 Prohibemus etiam, ne in earumdem collegiis ali-  
 qua, nisi quæ regulariter fuerit victura, recipia-  
 tur.

IV.  
 Decrevimus, ut laici ecclesiastica negotia ter-  
 minare non præsumant.

V.  
 Auctoritate apostolica prohibemus, ut nullus  
 advocatus præter jus & beneficium antiquitus, a-  
 liquid sibi arripere vel usurpare præsumat. Quod  
 si quis contra hoc attentaverit, Christianorum  
 careat sepultura.

VII.  
 Temerariam multorum audaciam, qui ad dete-  
 stabiles nundinas ex condito venire solent, ad  
 ostentationem virium suarum, omnino & sub a-  
 natemate fieri prohibemus. Quod si quis ibidem  
 mortuus fuerit, pœnitentia & viaticum ei non ne-  
 getur, ecclesiastica tamen careat sepultura.

VIII.  
 Decrevimus, ut si quis in clericum vel in mo-  
 nachum violentas manus injecerit, anathemati  
 subiaceat, & nullus episcoporum illum præsumat  
 absolvere, nisi mortis urgente periculo, donec  
 apostolico præsentetur aspectui.

IX.  
 Innovamus, ut si quis pro vindicta vel odio  
 ignem apposuerit, vel apponi fecerit, non absol-  
 vatur, nisi damno, cui intulerit, secundum fa-  
 cultatem suam resarcito, juret se ulterius ignem  
 non appositurum: & pœnitentia ei detur, ut  
 Hierosolymis, aut in Hispania, in servitio Dei  
 per annum pœniteat.

X.  
 Præcipimus, ut pro chrismatibus & olei facti &  
 sepulturæ acceptance, nullum pretium exigatur.

XI.  
 Præcipimus, ne conductitiis presbyteris ecclesia  
 committantur.

NOTA SEVERINI BINII.

Epistola sub nomine Eugenii papæ II. a pseudoconven-  
 tu Parisiensi ad Michaelem imperatorem de cultu imagi-  
 num retractata, erat in illo pseudolibello synodi Parisien-  
 sis, qui anno 1596. sine ulla mentione auctoris, & loci  
 unde acceptus esset, editus est in lucem ex typographia  
 Vvesheliana Francofurtensi: cujus illa fidei & auctoritatis  
 sit, infra dicitur.

IN CONVENTUM PARISIENSEM ANNI 824.  
 JOANNIS DOMINICI MANSI  
 PRÆMONITIO.

Quid causæ fuerit Collectoribus ante me fere omnibus Conventum hunc Parisiensem omittendi, ignorare  
 me penitus profiteor, neque enim permotus illos credo, refectionem a Patribus illis factam de Con-  
 cilio Nicæno II. in causa Sacrarum Imaginum celebrato, cum eo pariter nomine suppressendi illis fuissent  
 & Canones Concilii Francfordiensis anni 794. qui perhensis censura Concilium illud notarunt, ut Eruditus  
 omnibus exploratum est. Neque pariter satis causa suppetebat ejusdem coitionis acta reticendi, quod tam  
 multa Patres illi aggeraverint contra sacrarum Imaginum cultum, postquam a nostris Theologis plane ad  
 oculos demonstratum est errore, quem vocant, facti deceptos tam Francfordienses quam Parisienses, Occu-  
 pationem Concilium & cultum Imaginum repudiasse; opinabantur enim a Nicæno Patribus admisum fuisse  
 imaginum cultum absolutum, & venerationem qualis Deo debetur quod sane impium esset & superstitio-  
 sum. Huc omnes eorum criminationes & invectivæ spectant. Eadem, qua illi, mente vocem adorare acci-  
 piens olim S. Gregorius Magnus in Epistola ad Severum Regem. l. xi. epist. 13. scripsit: Perlatum ad nos  
 fuerat, quod inconsiderato zelo succensus, sanctorum Imagines sub hac quali excusatione, ne ado-  
 rari debuissent, confregisset. Et quidem quod eos adorari veruisset omnino laudavimus; fregisse vero  
 reprehendimus. . . . Aliud est enim picturam adorare, aliud per picturæ historiam quid sit ado-  
 randum addiscere. Causa vero, que decipere Patres utriusque Conventus potuit, ea fortasse habenda est,  
 quod nondum inter Gallos introductus fuisset usus exponendi Imagines ad cultum ad prototypas relatum;  
 adeoque, ut fieri solet in re nova, suspiciosus illis fuit cultus iste apud se institutus, ne quid superstitiosus  
 & cultus absoluti contineret.

MICHAELIS BALBI ET THEOPHI-  
LI IMPP. CONSTANTINOPP.

## E P I S T O L A

DE NON ADORANDIS IMAGINIBUS

Ad Ludovicum Pium imp. Romanorum de anno  
D. DCCCXXIV.

In nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, unius, soli, veri Dei. Michael & Theophilus fideles in ipso Deo Imperatores Romanorum dilecto & honorabili fratri Hludovico glorioso regi Francorum & Langobardorum, & vocato eorum Imperatori.

**N**otum esse non ambigimus vestrae spiritali dilectioni scriptum esse: *omne datum optimum & omne donum perfectum, desursum est, descendens a Patre luminum*. Et iterum ait Spiritus Sanctus per Sanctissimum Salomonem: *Per me Reges regnant & potentes scribunt iustitiam*. Et per quemdam Prophetam ait: *Ego suscitavi eis cum iustitia Regem*. Nam quidem haec a Deo data Domini & Salvatoris nostri dona suscepimus, propterea hoc dignum putamus omnibus unius tribus vestrae fidelibus & orthodoxis Christianis, & maxime vestrae Christo dilectae & pacificae glorie, omnia, si possibile est, subtiliter adnuntiare. At tamen ut non multa loquamur, brevem in sermone hoc rationem vobiscum faciemus. Duo enim capitula magna & praecipua est nobis cordi intimare. Unum quia dispositor omnium bonarum rerum Dominus Jesus Christus verus Deus noster adduxit ad Imperii dignitatem. Alterum quod permisit propter quaedam peccata subiecti populi sui provenire quaedam tribulationes. Sed ut facilius intelligi possit, breviori sermone comprehendere potest. Attamen necesse nobis videtur ut initium rei quam prosequuti sumus, tractare inchoemus hoc modo.

Igitur tempore Leonis, qui ante nos hoc imperium tenuit, quidam homo Thomas nomine, antiqui diaboli discipulus, & ejus operis promptus perpetrator fuit. Is cum esset euidam ex maximis patriciis subiectus, tempore quo Herena imperium tenuit, fraudem operatus est in dominum suum, scilicet concubuit cum uxore domini sui. Cum haec res ad notitiam pervenisset, profugit in Persas timens legalem subire sententiam. Qui cum illic moras fecisset, a diebus praefatae Herenae usque ad praedictum Leonem fidem Christi abnegans, & hoc modo proditor fidei Christianae fuit, quo facilius potuisset multos infideles Saracenum & ceterarum aliarum gentium ad suam perducere voluntatem. Suggestabatque eis quod ipse esset Constantinus filius saepe dictae Herenae Imperatricis, & quod alter pro eo esset oculis privatus, & ipse illaesis oculis sanus evasisset. Pro qua re praedicti gentiles ei adhererunt. Primum quidem cepit cum eis exercere latrocinia & alios vi sibi met sociare, quosdam vero perditione (i. praebitione) pecuniarum, quosdam quidem honorum & dignitatum promissionibus sollicitavit. Et ut haec compendiosius expediam, idem Thomas exiens de Perside cum Saracenis & Persis, Hiberis, Armenis, & Avasis & reliquis gentibus

Concil. General. Tom. XIV

A alienigenarum tempore praedicti Leonis subito cum praedicta manu valida perpraeraret, direptione sibi subdidit totum Armeniae Ducatum simul & ducatum Chaldae, quae gens montem Caucasum incolit, nec non & Ducem Armeniacorum cum manu valida devicit.

His ergo ita gestis, ut plurima omittamus propter superfluitatem verborum quae in hac tempestate tribulationum contigerunt, eujus tyranni impetum non valens memoratus Leo imperator sustinere, & in his angustiis constitutus de recuperatione desperans, a quibusdam improbis conjuratione in eum facta subito occisus est. Quo interfecto, & cum nemo tunc imperasset, per adjutorium Patris & Filii & Spiritus Sancti, unius consubstantialis & divinitatis, & per intercessionem dominatricis & intemeratae Dei Genitricis & omnium Sanctorum convenit multitudo secundum antiquum morem, videlicet beatissimus patriarcha, gloriosi Patricii nostri, illustres senatores & Principes, qui illic tunc affuerunt diversarum provinciarum, quorum omnium consensu ad hoc Imperium elevati sumus, maxime propter imminentes angustias & tribulationes, quas faciebat homicida ille & proditor patriae. Fuimus enim noti inlustribus Principibus nostris & cari.

Hoc modo ad imperium proventi, invenimus Christianos divisos & discordantes, & ut verius dicamus, plurimos invenimus illius impii Tyranni errorem & impietatem sequentes, & ob hoc non potuimus facile illos fideles nostros Christianos ad hoc adunare, ut eum expugnare valuissimus. Quibus casibus nos impediti, ille hac occasione accepta, sollicitando sibi plurimos sociavit, & ex classibus nostris & dromoniis collectis petestatem habuit veniendi partibus Thraciae & Macedoniae, & sic festinus veniens civitatem nostram obseidit, & navali exercitu circumdedit eam in mense Decembri XV. Indidione. Nos autem, quamvis nobiscum paucitas militum & pugnantium esset, non praetermissimus, quin semper cum eis congregeremur in certamine & eos a civitate repelleremus. Sed cum ille, ut superius dictum est, hostium validam manum habuisset, non solum de his quos supra memoravimus, sed etiam de Ahae & Europae partibus Thraciae, Macedoniae, Thessaloniae, & circumjacentibus Sclavinis; haec causa prolongavit obsidionem nostram; haec eadem obsidio modo propior, modo longior usque ad unius anni spatium perseveravit.

Nos autem videntes illius diaboli & homicidae longam pertinaciam & ignaviam & seductionem Christianorum, qui ab eo seducti sunt, posuimus spem nostram & virtutem in Christum verum Deum nostrum adiutorem & corroboratorem, atque cum sincera fide civitatem nostram ingressi sumus adversus illum tyrannum qui tunc fere triginta milibus ab urbe nostra residebat. Cumque praelium committeremus, ipse Dominus Deus noster, qui semper adiutor & protector imperii nostri est, misit principem militiae virtutis suae, sicut legitur fecisse Jesu Nave, & dissolvit ac dissipavit virtutem eorum & prevalere nos fecit adversus eum. Volentes Christianis parere, receptui canere iussimus, & nostros a caede coercimus. Et hac occasione pagani & alienigenae, qui cum Thoma perditionis eorum auctore fuerant, evaserunt & in fugam versi sunt & nobis perterriti in quadam civitate provinciae Thraciae nomine Ar-

D d ca.

ANNO  
CHRISTI  
844

419  
cadiopoli inclusi sunt. Quidam autem ipsorum dis-  
persi in montibus se occultaverunt. Pars autem  
eorum intraverunt in Panodus civitatem.

Nos autem, missis exercitibus nostris, eos ob-  
sideri fecimus. Sed ipsa civitas in qua Deo odi-  
bilis & immemorabilis erat cum suis sequacibus  
per quinque menses oblecta est, volentes sicut di-  
ximus populo nostro parcere & civitati, vivum  
tum cepimus, & omnes qui cum eo erant tam  
contribules quam etiam alienigenas. Et ipsum  
quidem Thomam amputatis manibus & pedibus  
paribulo suspendi iussimus. Duo vero qui dice-  
bantur ei filii adoptivi esse, alter eorum in Asia  
a fidelibus nostris interemptus est, & alterum ead-  
dem morte, qua pseudopatrem ejus, condemnare  
iussimus. Et hoc modo deleta est memoria eorum  
de terra in sæcula sæculorum juxta id quod scri-  
ptum est: *inimici defecerunt fraxæ in finem*. Sa-  
racenos quoque omnes & Armenios & reliquos,  
qui de prælio evaserunt, omnes vivos cepimus,  
& secundum Dei dispositionem nos in eis ulti-  
sumus. Deinde profecti pervenimus ad castellum  
quod dicitur Panodus, in quo supra memoratam  
partem inimicorum nostrorum confugisse diximus,  
quibus nos vitam promisimus, si ad fidem nos-  
tram venire voluissent. Sed illi nostris iussioni-  
bus parere nolentes, quia magis mori quam in-  
ditionem venire maluerunt, immisit eis Deus  
terramotum, qui concussit civitatem, a quo mu-  
ri ejus diruti sunt, sicut de Jerico accidisse legi-  
tur, & eo modo traditi sunt in manus nostras.  
Et hoc omnipotentis Dei miraculum in nobis fa-  
ctum est, quod miraculum nequaquam existimavi-  
mus esse celandum, sed ubique gloriam Dei &  
magnalia ejus adnuntiandum. Et hoc modo cum  
triumpho victoriz ad palatium nostrum reversi  
sumus.

Et ex eo tempore omnes Christiani imperii  
nostri ad unitatem pacis & pristinam concordiam  
redierunt, glorificantes & magnificantes propu-  
gnatorem nostrum Dominum Jesum Christum, qui  
ad unitatem fidei coadunare populum suum di-  
gnatus est, in subjectionem, quod ab eo est, im-  
perii nostri. Quocirca dignum existimavimus,  
hæc quasi pacifico amico & spiritali fratri nostro,  
& ut credimus socio gaudii a Deo imperii nostri,  
manifesta facere quæ nobiscum acta sunt, ut pa-  
riter sicut unius ejusdemque fidei & religionis cul-  
toribus facere oportet, laudibus & hymnis con-  
laudemus, & glorificemus Salvatorem nostrum D.  
J. C. Oportuerat enim statim in exordio imperii  
nostri sicut spiritali fratri nostro & pacifico ami-  
co, per vos apices nostros, quæ erga nos gesta  
sunt, vobis manifestare. Sed, sicut supra dictum  
est, præfati tyranni & rebellis ac turpi morte  
condemnati Thomæ seditio nos facere prohibuit.

At vero nunc dedit Deus nobis hoc præiens  
opportunitatem tempus post ejus interfectionem, &  
coadunationem & concordiam populi nostri. Et  
ideo iustum existimavimus mittere ad vestram glo-  
riam Theodorum protopathariam nostrum &  
Stratigon, Nicetam sanctissimum metropolitanam  
Myrdentem Liciæ, Fortunatum archiepiscopum  
Venetiæ, Theodorum reverendissimum diaconum  
& æconomum istius sanctissimæ Dei catholicæ &  
magnæ Ecclesiæ S. Sophiæ, & Leonem nostrum  
candidatum. Et non tantum per has sillabas, sed  
& per ipsos viros adnuntiamus vestræ gloriæ om-  
nia, quæ præposita sunt, ut tam per eos, quam  
quæ & per missos vestros iterum scire possimus  
vestræ dilectionis sanitatem, simulque fidelium  
vestrorum incolumitatem, nec non & omnium  
rerum vestrarum apud vos consistentium prospe-  
ritatem. Porro nunc per has nostras veras & fi-

deles sillabas corroboramus & confirmamus prio-  
rem pacem & amicitiam inter vos & nos confi-  
ruram, deprecantes mediatorem ejusdem pacis  
Dominum qui dixit: *Pacem meam do vobis, Pa-  
cem meam relinquo vobis*, eandem pacem & cari-  
tatem splendidiorem & robustiorem facere & o-  
stendere temporibus & potestatibus præteritis,  
quoniam & nos sic tenemus & speramus, quod  
& vestra gloriosissima potestas ita consentiat sicut  
& nostra. Caritas enim & pax utramque pote-  
statem secundum Dominicam vocem potest & ser-  
vatrices mandatorum ejus efficere. Dixit enim:  
*qui diligit me, mandata mea custodit*. Et iterum:  
*In hoc cognoscent omnes, quia mei discipuli estis, si  
dilectionem habueritis ad invicem*.

Sed & hoc vestræ Christo amabili dilectioni  
manifestamus, quia multa de ecclesiasticis seu &  
laicis viris alieni de apostolicis traditionibus facti,  
& neque paternos terminos custodientes, facti  
sunt inventores malarum rerum. Primum qui-  
dem honorificas & vivificas cruces de sacris tem-  
plis expellebant, & in eadem loca imagines sta-  
tuebant, ponebantque lucernas coram eis simul  
& incensum adolebant, atque eas in tali honore  
habebant sicut honorificum & vivificum signum,  
in quo Christus verus Deus noster crucifigi di-  
gnatus est propter nostram salutem. Psallebant &  
adorabant, atque ab eisdem imaginibus auxilium  
petebant. Plerique autem linteaminibus eadem  
imagines circumdabant, & filiorum suorum de  
baptismatis fontibus susceptrices faciebant. Alii  
vero religiosum habitum monasticum sumere vo-  
lentes, religiosiores personas postponebant, qui  
prius comam capitis eorum suscipere solebant,  
adhibitis imaginibus quasi in sinum earum deci-  
dere capillos eorum sinebant. Quidam vero sa-  
cerdotum & clericorum colores de imaginibus  
radentes, immiscuerunt oblationibus & vino, &  
ex hac oblatione post missarum celebrationem da-  
bant communicare volentibus. Alii autem Corpus  
Domini in manus imaginum ponebant, unde  
communicare volentes accipere fecerunt. Nonnul-  
li vero sprete Ecclesia, in communibus domibus,  
tabulis imaginum pro altariis utebantur, & super  
eas sacrum ministerium celebrabant, & alia mul-  
ta his similia illicita, & nostræ religioni contra-  
ria, in Ecclesiis fiebant, quæ a doctoribus & sa-  
pientioribus viris satis indigna esse videbantur.

Propterea statuerunt orthodoxi Imperatores &  
doctissimi Sacerdotes, locale adunare concilium  
ad inquisitionem super his habendam, qui in id-  
ipsum convenerunt, Sancto Spiritu inspirante. Ta-  
lia ubique communi consilio fieri prohibuerunt,  
& imagines de humilioribus locis efferni fecerunt,  
& eas quæ in sublimioribus locis positæ erant,  
ut ipsa pictura pro scriptura haberetur, in suis  
locis consistere permiserunt, ne ab indodioribus  
& infirmioribus adorarentur, sed neque eis lu-  
cernas accenderent, neque incensum adolerent,  
prohibuerunt. Quemadmodum & nos nunc ten-  
emus & tenemus abjicientes de Ecclesia Christi  
eos, qui hujusmodi malignis inventionibus su-  
dent.

Propterea quidam illorum, qui noluerunt su-  
scipere Concilia localia, & a veritate redargui,  
fugerunt hinc & venerunt ad antiquam Romam a  
Deo conservatam, injuriam & calumnias ecclesiæ  
inferentes & veræ religioni detrahentes, quorum  
pessima verba & blasphemias plena postponentes,  
nostra potius orthodoxa gloriæ tuæ manifesta fa-  
cimus, quia nos Symbolum sanctarum & univer-  
salium sex synodorum, quod ab omnibus ortho-  
doxis Christianis tenetur, non tantum prædica-  
mus sed etiam inviolabiliter corde tenemus.

Tri-

ANNO  
CHRISTI  
844



421  
Trinitatem in tribus personis divisam colimus, A unitatem unius divinitatis naturam consistentes ex virginis temporalem verbi nativitatem predicamus, divinitatis & humanitatis duas voluntates & operationes gloriamur. Postulantes intercessionem & interpellationes inviolatae dominatricis nostrae Dei genitricis semper virginis Mariae & omnium Sanctorum. Gloriosas autem & sanctas reliquias eorum cum fide veneramus, & quicquid aliud a beatissimis Apostolis traditum & a Sanctissimis Patribus in eisdem sex Synodis constitutum est, & consistemus & tenemus.

Unde honorem Ecclesiae Christi quaerentes, fecimus litteras ad SS. Papam antiquae Romae, & eas misimus per praedictos missos nostros ad eum, dantes eis evangelium aureum ex lapidibus pretiosis ornatum, & similiter patenam auream & ipsam ex lapidibus pretiosis ornatum, & calicem simili modo ornatum, ambobus inscripta imperii nostri nomina, ut Deo iubente illuc pervenientes offerant ea ad templum Sanctissimi & beatissimi

P A R I S I E N S I S .  
422  
Apostolorum Principis Petri, qui intercedat pro nobis & vobis.

De cetero ordinet vestra spiritalis dilectio, ut cum omni honore & illatione ad eum veniant, auxilium eis ferentes in his quae Deo placeant, & ad honorem eius pertinent in satisfactionem caritatis, quae inter nos est, jubentes eis ut si modo manifesti fuerint quidam seductores pseudo-christiani ecclesiae calumniatores, illuc eos expellere, ut quod scriptum est de his adimpleatur. Dicit enim Scriptura: *Ejicite malum de medio vestri*, ut non tantum in republica ad invicem concordemus, sed etiam & de magna re quae ad salutem animae pertinet, id est ecclesiastica & Deo amabilia consentiamus.

B Causa memoriae dilectionis, quae inter nos est, misimus per praedictos missos nostros praeinovultim unum, milinovultim unum, tyrea duoblatas veras duas, dirodina duo, diventa duo.

Absoluta mens. Apr. die 10. Indi. II. a Deo conservata regia Urbe.

S Y N O D U S P A R I S I E N S I S

De cultu Imaginum habita sub anno Dom. DCCCXXV.

Excellentissimis ac victoriosissimis, Deoque amabilibus Augustis DD. Hludovico & Hludbario Serenissimis Imp.

Nos servi ac fidelissimi oratores vestri qualiter C proximi Kalendis Novembris apud Parisiorum urbem juxta praecipuum vestrae magnitudinis in unum convenimus, qualiterque de negotio a vestra pietate nobis injuncto, de causa videlicet imaginum, egerimus, ad memoriam vestrae celsitudinis reducimus. Sed ut melius nobis manifestum fieret, ob quam causam vestra pietas, quae erga Dei sanctaeque suae Ecclesiae amorem ardentissime flagrat, ad hoc inquirendum primum accensa fuerit, necessarium duximus, initium huic rei cognoscere, & ideo primum epistolam Domini Hadriani papae, quam pridem pro imaginibus erigendis Constantino imperatori & Herene matri ejus ad eorum precationem in transmarinis partibus direxit, coram nobis legi fecimus, & quantum vestrae parvitati res patuit, sic ut juste reprehendit illos qui imagines Sanctorum temerario ausu in illis partibus constringere & penitus abolere praesumpserunt, sic indiscrete noscitur fecisse in eo quod superstitiose eas adorare iussit. Pro quarum etiam causa Synodum congregari praecipit & sua auctoritate sub iurejurando censuit, ut erigerentur & adorarentur & sanctae nuncuparentur, cum eas erigere licitum, adorare vero nefas sit. Inseruit etiam in eadem epistola quaedam testimonia Sanctorum Patrum, quantum nobis datur intelligi, valde absone, & ad rem de qua agebatur minime pertinentia.

Ex hujus namque epistolae textu, Imperator & Clerus, simulque & populus auctoritatem sumentes Synodum fecerunt, in qua sicut illi multum deviarunt, qui imagines Sanctorum in illa alia Synodo, quae sub Constantino avo memorati Constantini facta est, penitus abdicandas esse decreverunt, sic isti non mediocriter erraverunt, qui eas non solum coli & adorari & sanctas nuncupari sanxerunt, verum etiam sanctorum ab eis se adipisci professi sunt. Et ut id verum esse quod nitebantur adstruere, demonstrarent, quaedam sanctorum scripturarum testimonia & sanctorum Patrum dicta ad suum superstitiosum errorem confirmandum violenter sumpserunt, & eidem

suo operi incompetentem aptaverunt, quoniam non eo sensu quo dicta, nec eo intellectu, quo a SS. Patribus exposita, ab illis esse produntur prolata vel intellecta.

Eandem porro Synodum cum sanctae memoriae genitor vester coram se suisque perlegi fecisset, & multis in locis, ut dignum erat, reprehendisset, & quaedam capitula, quae reprehensioni patebant, praenotasset, eaque per Angilbertum Abbatem eisdem Hadriano papae direxisset, ut illius iudicio & auctoritate corrigerentur, ipse rursus favendo illis, qui ejus instinctu tam superstitiosa quamque incongrua testimonia memorato operi inseruerant, per singula capitula in illorum excusationem respondere quae voluit, non tamen quae decuit, conatus est. Talia quippe quaedam sunt quae in illorum objectionem opposuit, quae remota pontificali auctoritate, & veritati & auctoritati refragantur. Sed licet in ipsis objectionibus aliquando absone, aliquando inconvenientia, aliquando etiam reprehensioni digna testimonia defensionis gratia proterre nisus sit; in fine tamen ejusdem apologiae sic sentire & tenere & predicare ac praecipere de his quae agebantur professus est, sicut a beato papa Gregorio institutum esse constabat. Quibus verbis liquido colligitur, quod non tantum scienter, quantum ignoranter in eodem facto a recto tramite deviauerit. Nisi enim in conclusione objectionum suarum retinaculis veritatis, beati scilicet Gregorii institutis adstrictus iter devium praecavisset, in superstitionis praecipitium omnino labi potuisset.

His igitur pro captu ingenii animadversis & intellectis, ut plenius etiam nobis cuncta patecerent, fecimus epistolam nobis relegi, quam vobis Legati Graecorum anno praeterito detulerunt. Venerabilis namque Freulfus Episcopus subtiliter prudenterque, qualiter ipse & Adegarius focus illius egissent, viva voce parvitati nostrae innotuit. Sed cum prudenti relatu illius cuncta cognovissemus, qualiter partim veritatis ignorantia, partim pessimae consuetudinis usu hujus superstitionis pestis illis in partibus inolevisset, & priora & posterora studiosissime considerassemus, intelleximus quantum nobis res patuit, quo zelo ad haec consideranda vestra sancta devotio excitata fuerit. Non enim ignoramus animum vestrum magno iudicio posse affici, cum illos a recto tramite quoquo mo-



nec non quoddam nostræ urbis Romæ pertur-  
basse. Acolas, & ad ejus voluntatem attingas. Exturgens  
itaque a somno statim convocat eos, qui obser-  
vabant palatium & secundum tenorem somnii sui,  
misit ad montem Syraci, ubi S. Silvester in cu-  
jusdam Christiani agrum persecutionis causa cum  
suis clericis receptus lectionibus & orationibus in-  
sistebat. Ac ubi a militibus se conventum vidit,  
credidit se ad martyrii coronam evocari. Et  
conversus ad clerum, qui cum eo erat, dixit:  
ecce nunc tempus aspectabile, ecce nunc dies sa-  
lutis. Profectus itaque, ut dictum est, pervenit  
ad Regem, cui nuntiatus cum tribus Presbyteris  
& duobus Diaconibus ingressus dixit: Pax tibi &  
victoriæ de celo ministrantur, quem cum Rex  
alacri animo & vultu placidissimo suscepisset, om-  
nia quæ illi facta, quæ dicta sunt, quæ etiam re-  
lata secundum textum superius comprehensum ex-  
posuit. Post finem vero narrationis suæ, percon-  
tabatur qui illi essent Dii Petrus & Paulus qui  
illum visitarent, ob quam causam salutis suæ  
ejus latebram detexissent. Silvester respondit: hos  
quidem Dominus noster sibi idoneos servos Chri-  
sti & apostolos elegit ab eo missos ad invitatio-  
nem gentium, ut credentes salutem consequan-  
tur. Camque hæc & his similia Augusto diceret  
Papa, interrogare cepit Augustus utrumnam illos  
haberet aliqua imago expressos ut ex pictura dis-  
ceret hos esse quos revelatio docuisset. Tunc S.  
Silvester misso Diacono imaginem Apostolorum  
exhiberi præcepit, quam Imperator aspiciens in-  
genti clamore cepit dicere ipsos esse quos vide-  
rat, nec debere iam disserre Episcopum ostensio-  
nem piscinæ, quam istos promississe suæ saluti me-  
morabat.

Ad exaltationem & pacem sanctæ suæ Ecclesiæ  
humillimam Deoque amabilem ac Christianæ re-  
ligioni necessariam Dominationem Serenitatis ve-  
stræ Dominus Jesus Christus incolumem dextera  
suæ pietatis tueri, ac felici protectione per im-  
mensum conservare & post hujus vitæ cursum su-  
pernis civibus consortem dignetur efficere.

C A P U T I .

Congruum necessariumve judicavimus primum  
sententias SS. Patrum colligere contra eos  
qui imagines non solum ab ædiis, sed etiam a  
sacris vasis indiceret abolere præsumunt.

Ex lib. Eusebii Hist. Eccl. VII. cap. XV.

Verum quia urbis hujus fecimus mentionem,  
justum videtur commemorare etiam illud in ea ge-  
num, quod historia dignum duximus, mulierem  
quam sanguinis profluvio laborantem a Salvatore  
curatam Evangelia tradiderunt, hujus urbis civem  
constat fuisse, domusque ejus in ea etiam nunc  
ostenditur. Pro foribus vero domus ipsius basis  
quædam in loco editiore collocata monstratur, in  
qua mulieris ipsius velut genibus provolutæ pal-  
masque simpliciter tendentis imago ære videtur  
expressa. Adstat vero alia ære nihilominus sula  
statua habitu virili stola compta circumdata, &  
dexteram mulieri porrigens: hujus ad pedem sta-  
tuæ, e basi herba quædam nova specie nascitur,  
quæ cum exorta fuerit, excrescere usque ad stola  
illius ærei indumenti simbriam solet, quam  
cum summo vertice crescens herba contigerit,  
vires inde ad depellendos omnes morbos languo-  
resque conquirit, ita ut quæcumque illa fuerit in-  
firmas corporis haustu exiguo madefacti salutaris  
graminis depellatur, nihil omnino virium gerens,  
si, antequam ærea simbria summam crescendo  
conigerit, decerpatur. Hanc statuam ad similitu-  
dinem vultus Jæsi formatam tradebant, quæ per-  
mansit ad nostra usque tempora, sicuti ipsi ocu-  
lis nostris inspicimus, & nihil mirum si hi qui  
ex gentibus crediderunt, pro beneficiis quæ a  
Salvatore fuerant consecuti, hujusmodi velut mu-  
nus videbantur offerre. Cum videamus etiam nunc  
& Apostolorum Petri & Pauli vel ipsius Salva-  
toris imagines designari, tabulisque depingi, sed  
& antiquas ipsorum imagines a quibusdam con-  
servatas nos vidimus. Quod mihi videtur ex gen-  
tili consuetudine indifferenter observatum, quod  
ita soleant honorare, quos honore dignos duxe-  
runt. Insignia enim veterum reservari ad poste-  
riorum memoriam, illorum honoris, horum vero  
amoris indicium est.

In Aëribus Sylvestri papa leguntur

Apparuisse Constantino Imperatori in visione  
Apostoli sanctus Petrus & Paulus, eique ita di-  
xisse: quoniam flagitiis tuis posuisti terminum &  
effusionem innocentium sanguinis horruisti, missi  
sumus a Christo illorum Domino, dare tibi re-  
cuperandæ consilium. Audi ergo monita nostra,  
& fac quæcumque indicamus tibi. Silvester epis-  
copus civitatis Romæ ad montem Syraci per-  
secutiones tuas fugiens, in cavernis petrarum cum  
suis clericis latebram fovet. Hunc cum ad te ad-  
duxeris, iste tibi pietatis piscinam ostendet, in  
quam dum te tertio merferis omnis te valetu-  
do ista deseret lepræ, quod dum factum fuerit,  
hanc vicissitudinem tuo Salvatore compensa, ut  
omnes jussu tuo per totum orbem Romanum ec-  
clesiæ restaurentur, tu autem in hac parte puri-  
fica te, ut relicta superstitione idolorum, Domi-  
num unum, qui solus & verus est, adores & ex-

loannes Chrysostomus in homilia de superscriptione  
psalmi quinquagesimi.

Pictores imitantur arte naturam, & colores  
coloribus permittentes visibiles corporum depin-  
gunt imagines, & faciunt homines & animalia,  
& arbores, & reges, & rusticos, & barbaros, &  
pugnans, & rixas, torrentes sanguinum & lanceas,  
& loricas, & sedem regalem, & imperatorem se-  
dentem & barbarum tubditum, & gladium acu-  
tum & fluvios decurrentes, & campos variis flo-  
ribus adornatos, & omnia quæ videntur per ar-  
tem imitantes mirabilem historiam videntibus  
præstant.

Paulinus lib. 9. De nat. S. Felicis Nolani.

Nunc volo picturas tueatis agmine longo  
Porticibus vides, pauloque supina fatiges.  
Colla reclinato dum perlegas omnia vultu.  
Qui videt hæc vacuis agnosceat vera figuris,  
Non vacua fidem sibi pascit imagine mentem:  
Omnia namque tenet serie pictura fideli,  
Quæ senior scripsit per quinque volumina Moses,  
Quæ gessit Dominus signatus nomine JESUS

Et post pauca

Forte requiratur quam ratione gerendi,  
Sed sit hæc nobis sententia pingere sanctas  
Raro domus animantibus assumulatis?  
E Accipe, & paucis tentabo exponere causas.  
Quos agit huc sancti Felicis gloria cætus  
Obscurum nulli; sed turba frequentior his est  
Rusticitas, non calta fide neque docta legendi.  
Hæc assueta diu sacris servire profanis,  
Ventre dum tandem convertitur advena Christo,  
Dum Sanctorum opera in Christo miratur aperta,  
Cernit quam multi comeant ex omnibus agris,  
Quamque pie rudibus decepti mentibus errant.  
Longinquas liquere domos, sprevere ruinas,  
Non gelidi fervente fide, & nunc esse frequentes  
Per totam vigiles extendunt gaudia noctem,  
Læticia somnos, tenebras funalibus arcent.

ANNO  
CHRISTI  
810ANNO  
CHRISTI  
810

*Et psalmo post.*  
Dum fallit pictura famem, san&asque legendi  
Historias castorum operum subrepat honestas,  
Exemplis indu&ta pius potatur hianti  
Sobrietas, nimis subeunt oblivia vini,  
Dumque diem ducunt spatio majore ruentes  
Pocula rarefcunt, quia per miracula tracto  
Tempore jam pauca subeunt epulantibus horæ.

*Et infra.*

De Genesi precor hunc orandi collige sensum,  
Ne maneam terrenus Adam, sed virgine terra  
Nascar, & exposito veteri, nova former imago.

*B. Gregorius Nicanus episc. inter cetera ubi  
de Abraham sermonem instituit.*

Vidi, inquit, imaginem passionis, & non sine  
lacrymis visionem præteriti, opere artis ad faciem  
deducens historiam &c.

*Item idem in interpretatione Cantus  
Canticorum.*

Qui, inquit, imaginem conspicit, ex eadem ar-  
te per colores completam tabulam non tinctionis  
præsertim contemplationem, sed ad visionem depi-  
ctam conspicit tantummodo, quam per colores ma-  
gister demonstravit.

*August. in lib. 16. de Civit. Dei.*

Quosdam sine cervice oculos habentes in hu-  
meris, & cetera hominum, quasi genera homi-  
num, quæ in maritima platea Carthaginiensi mu-  
sico putantur, ex libro deprompta velut curiosio-  
ris historiarum.

*Item ipse post pauca.*

Quapropter aut illa quæ, & alia de quibusdam  
gentibus scripta sunt, omnino nulla sunt, aut si  
sunt, homines non sunt apparet liquido, quoniam  
sicut per picturam utiles & veræ recordationes ad  
memoriam aliquando redeunt, quæ compunctio-  
nem ingerant, ita & jam nocivæ saltim humanis  
mentibus temper imagines ludificando ingerunt.

*Item Aug. in lib. de Decem eb. rdus.*

Quomodo facio ipsi Domino injuriam? cor-  
rumpis teipsum. Et unde facio injuriam Domi-  
no, quia corrumpo meipsum? unde tibi facit in-  
juriam, qui voluerit forte lapidare tabulam tuam  
pictam, in qua tabula imago tua est, in domo  
tua inaniter posita ad vanum honorem tuum,  
nec sentiens nec loquens, nec videns, si quis il-  
lam lapidet nonne tibi facit contumeliam?

*In lib. Tripart. historiae 10. cap. 30.*

Neque enim S. Paulus dum venisset Athenas,  
& civitatem repletam idolis confpexisset, aras ab  
illis honoratas destruxit, sed ratione ignorantiam  
redarguit, veritati jura monstravit.

*Item in eodem lib. 6.*

Illud quoque quod sub Juliano provenit narra-  
re non sileo. Fuit enim signum quidem virtutis  
Christi, & judicium contra principem iracundie  
Domini. Cum enim agnovisset in Cæsarea Phi-  
lippi civitate Phœnicæ, quam Pincam vocabant,  
insigne Christi esse simulacrum, quod sanguinis  
liberata profluvio constituerit, eo deposito, suam  
ibi statuam collocavit, quæ violento igne de cæ-  
lo cadente circa ejus pedes divisa est, ut caput  
cum cervice una parte deorsum atque in terra  
fixum, reliqua vero pars hæcenus restitit, atque  
sulminis indicia reservavit. Statuam vero Christi  
tunc quidem pagani trahentes confregierunt. Po-  
stea vero christiani colligentes in ecclesiis recon-  
diderunt, quod hæcenus reservatur.

## CAPUT II.

**N**unc qualis discretio sit tenenda erga Sand-  
orum imagines habendas & historiarum pi-  
cturas sanctissimi & egregii atque admirabilis to-

Atque catholice Ecclesie doctissimi viri B. Gre-  
gorii papæ sequentia dicta declarant; scribit au-  
tem ad Serenum Malinientem episcopum.

Indico, inquit, ad nos dudum pervenisse, quod  
frater Nitassuram quosdam imaginum adoratores  
aspiciens, easdem ecclesiis imagines confregit at-  
que projecit. Et quidem zelum vos, ne quid  
manufactum adorari possit, habuisse laudavimus,  
sed frangere easdem imagines non debuisse judi-  
cavimus. Idcirco enim pictura in ecclesiis adhibe-  
tur, ut hi qui literas nesciunt, saltem in parie-  
tibus videndo legant, quæ legere in codicibus  
non valent. Tua ergo fraternitas & illa servare,  
& ab eorum adoratu populum prohibere debuit,  
quatenus, & literarum nescii haberent, unde scien-  
tiam historiarum colligerent, & populus in picturæ  
adoratione minime peccaret.

*Item idem ad eundem.*

Perlatum, inquit, siquidem ad nos fuerat, quod  
inconsideratio zelo succensus, Sanctorum imagi-  
nes sub hac quasi excusatione ne adorari debuissent,  
confringeres. Et quidem quia eas adorare  
vetuissis omnino laudavimus, fregisse vero repre-  
hendimus. Dic frater a quo factum Sacerdote  
aliquando auditum est quod fecisti? Si non aliud  
vel illud te debuit revocare, ut despectis aliis fra-  
tribus solum te Sanctum & esse crederes sapien-  
tem? Aliud est enim picturam adorare, aliud pi-  
cturæ historia quid sit adorandum addiscere. Nam  
quod legentibus Scriptura, hoc idiotis præstat pi-  
ctura cernentibus, quia in ipsa ignorantes vident  
quid sequi debeant, in ipsa legunt qui literas ne-  
sciunt; unde præcipue gentibus pro lectione pi-  
ctura est, quod magnopere ad te, qui inter gen-  
tes habitas attendi decuerat, ne dum recto zelo  
incaute succenderis, feroicibus animis scandalum  
generares. Frangi ergo non debuit, quod non ad  
adorandum in ecclesiis, sed ad instruendas solum-  
modo mentes fuit nescientium collocatum; &  
quia in locis venerabilibus Sanctorum depingi hi-  
storias non sine ratione vetultas admisit, si cæ-  
lum discretionem condidisset, sine dubio & ea, quæ  
intendebas, salubriter obtinere, & collectum præ-  
gem non dispergere, sed potius poteras congregare  
ut pastoris in te merito nomen excelleret, non  
culpa dispersoris incumberet. Hinc autem  
dum in hoc animi tui incaute nimis motus exte-  
queris, ita tuos scandalizasse filios perhiberis, ut  
maxima eorum pars a tua te communionem sus-  
penderet. Quando ergo ad ovile Dominicum er-  
rantes oves adducas, qui quas habes detinere non  
præuales? Proinde hortamur ut vel nunc studeas  
esse sollicitus atque ab hac te præsumptione com-  
pescas, & eorum animos, quos a tua disjunctos  
unitate cognoscis, paterna ad te dulcedine, omni  
adnixu omnique studio revocare festines. Convo-  
candi enim sunt diversi ecclesie filii, eisque Scri-  
pturæ sanctæ testimoniis ostendendum, quia om-  
ne manufactum adorare non liceat, quia scriptum  
est: Dominum Deum tuum adorabis & illi ser-  
vies. Ac deinde subjungendum quia picturæ ima-  
ginum, quæ ad ædificationem imperiti populi fa-  
ctæ fuerant, ut nescientes literas ipsam historiam  
intendentes quod dictum sit discere, transisse in  
adorationem videras. Idcirco commotus es, ut  
eas imagines frangi præciperes, atque eis dicen-  
dum, si ad hanc instructionem ad quam imagi-  
nes antiquitus factæ sunt, habere vultis in Eccle-  
siis, eas modis omnibus & offerri & haberi per-  
mittas. At judica quod non tibi ipsa visio histo-  
riæ, quæ pictura recte pandebatur, displicuerit, sed  
illa adoratio, quæ picturis fuerat incompetenter  
exhibita; atque in his verbis eorum mentes demul-  
cens eos ad concordiam tuam revoca. Et si quis ima-

429  
 ANNO CHRISTI 811.  
 imagines facere voluerit, minime prohibe, adorare vero omnimodis devota. Sed hoc sollicitè fraternitas tua admoneat, ut ex visione rei gestæ ardorem compositionis percipiant, & in adorationem solius omnipotentis sanctæ Trinitatis humiliter prosternantur.

*Item idem ad Januarium episcopum.*

Judæi, inquit, de civitate vestra huc venientes, questi nobis sunt, quod synagoga eorum quæ Talaris sira est &c. Petrus qui ex eorum superstitione ad christianæ fidei cultum, Domino volente, perductus est, adhibitis sibi quibusdam indisciplinatis, sequenti die baptismatis sui, hoc est Dominica ipsa festivitate Paschali cum gravi scandalo sine vestra occupaverit voluntate, atque imaginem illic Genitricis Domini nostri, & venerandam Crucem vel birrum albam, qua fonte surgens indutus fuerat, apposuisset.

*Et post pauca.*

Considerantes, inquit, hac de re vestre voluntatis intentum, ac magis iudicium, his hortamur affectibus, ut sublata exinde cum ea, quia dignum est veneratione, imagine atque cruce debeat, quod violenter ablatum est reformare.

*Item idem ad Secundinum seruum Dei, inclusum.*

Imagines, inquit, quas a nobis tibi dirigendas per Dulcidium diaconum tuum rogasti, valde nobis tua postulatio placuit, quia illum in corde tota intentione querit, cujus imaginem præ oculis habere desideras, ut visio corporalis quotidiana reddat exortum, ut dum picturam vides, ad illum animo inardescas, cujus te imaginem videre consideras; abs te non facimus, si per visibilia invisibilia demonstramus; sic homo qui alium ardentem videre desiderat aut sponsam amando desiderat, quam videre conatur, si contingit eam ad balneum ire aut ad ecclesiam procedere, festinus in via se præparat, ut de visione hilaris recedat. Scimus quia tu imaginem Salvatoris nostri ideo non petis, ut quasi Deum colas, sed ob recordationem filii Dei, ut in eius amore recalescas, cujus te imaginem videre consideras; & nos quidem non quasi ante divinitatem ante ipsam protlernimur; sed illum adoramus, quem per imaginem aut natum aut passum, vel in throno sedentem recordamur, & dum nos ipsa pictura quasi scriptura ad memoriam filii Dei reducimus, animum nostrum aut de resurrectione lætificat, aut de passione mulcet. Ideoque direximus tibi Syriacas duas imaginem Salvatoris & S. Martini Dei genitricis, beati Petri & Pauli Apostolorum per prædictum filium nostrum diaconem, & unam crucem cum clavo pro benedictione, ut ab ipso maligno delentus sis, cujus sancto liguo te esse munitum credis.

### C A P U T I I I.

**H**ec contra eos, qui imagines Sanctorum abominando evertunt, breviter dicta sufficere credimus. Nunc contra eos, qui indebito cultu eas colunt & adorant, & sanctas nuncupant, & sanctimoniam se per eas adlequi fatentur, sicut in illa synodo Græcorum insectum invenimus, Sanctorum Patrum dicta adnectendo subiecimus, sed unde primum adorandarum imaginum origo inoleverit, ponere necessarium judicavimus. Scribit itaque beatus Augustinus in libro de diversis hæresibus. Simoniani a Simone mago qui baptizatus a Philippo Diacono, sicut in Actibus Apostolorum legitur, pecunia voluit a sanctis Apostolis emere, ut etiam per impositionem manuum ei daretur Spiritus Sanctus. Hic magicis fallaciis deceperat

multos. Docebat autem detestandam turpitudinem indifferenter utendi feminis, nec Deum mundum fecisse dicebat, negabat etiam carnis resurrectionem, & asseverabat se Christum, idemque Jovem se credi volebat, Minervam vero meretricem quandam Helenam, quam sibi sociam scelerum tacebat, imaginesque & suam & Helenæ discipulis suis præbebat adorandas, quas & Romæ tanquam Deorum simulacra auctoritate publica constituebat. In qua urbe Apostolus Petrus cum vera virtute Dei omnipotentis extinxit.

*Item idem post pauca.*

Sedæ Carpostratis fuisse creditur quædam Marcellina, quæ colebat imaginem virorum & Pauli & Homeri & Pythagoræ adorando incensumque ponendo.

*Item ipse in epistola ad Dioscorum inter cetera.*

Demonstrat quondam Epicurus per imagines plures se finxisse & suis tradidisse. Democritus etiam iuste reprehenditur, qui per imagines quamvis aliter quam Epicurus sentiret, ad interiorum cultum pervenire arbitratus est.

*Item post pauca.*

De Epicuro, quæ tamen ut cogitet, imagines dictæ ab ipsis rebus quas atomis formari putat defluere, atque in animum introire subtiliores quam sunt illæ imagines, quæ ad oculos veniunt. Nam & videndi causam hanc esse dicit quædam imagines, ita ut universum mundum complectantur extrinsecus.

*Item post pauca.*

Ille quare non vidit non opus esse nec fieri posse, ut incorporeus animus adventu atque contractu corporearum imaginum cogitet, de visu certe oculorum ambo pariter redarguuntur.

*Item ipse in lib. 8. de Civit. Dei.*

Ermes Ægyptius, quem Trismegisten vocant, sensit ita & scripsit: Quoniam ergo proavi nostri increduli & non animadvertentes ad cultum religionemque divinam, invenerunt artem, qua efficerent Deos, cui inventæ adjunxerunt virtutem de mundi natura convenientem, eamque miscerent, quoniam animas facere non potuerunt, evocantes animas demonum vel Angelorum eas invocantes imaginibus sanctis divinisque mysteriis, per quas idola, & bene faciendi & male vires habere potuissent.

*Item ipse in epistola ad Marcellinum.*

Quando primum insuevit exercitus populi Romani armare, portare signa, tabulas pictas, vasa celata, mirarica, privatim & publice rapere, tunc cepit perire illud laudabile decus salutare reipublicæ.

*Item ipse in lib. 7. de Civit. Dei.*

Unum verum Dominum idest omnium animarum corporisque creatorem colere quisque contendat, non ideo peccat quia non est colendus quem colit, sed quia colendum, non ut colendus est, colit. Qui vero & rebus talibus idest turpibus & scelestis, & non Dominum verum idest animarum corporisque factorem, sed creaturam quamvis non vitiosam colit, sive illa sit anima sive corpus, sive anima simul & corpus, bis peccat in Dominum, quod & pro ipso colit, qui non est ipse, & talibus rebus colit, quibus nec ipse colendus est.

*Et paulo post.*

Unde remotis constat ambagibus nefarios demones atque immundissimos spiritus hac omni civili Theologia invisendis, stolidis imaginibus & per eas possidendis, & jam stultis cordibus invocatos.

## CAPUT IV.

**H**ec de initiis adorandarum imaginum dicta sint; nunc vero quid nostri Doctores de indebito superstitionis cultu sentiant, breviter exsequendum est.

*Origenes in homil. 8. de initio Decalogi inter cetera.*

Ego sic arbitror accipiendum quod verbi causa, si quis in quolibet metallo auri, vel argenti, vel ligni, vel lapidis facit speciem quadrupedis alicuiusve serpentis vel avis, & statuat illam adorandam, non idolum sed similitudinem fecit; vel etiam si picturas ad hoc ipse statuat, ipse nihilominus similitudinem fecisse dicendus est.

*Et infra.*

Sermo Dei universa complectens simul abjurat & abiicit, & non solum fieri idolum vetat, sed & similitudinem omnium quae in terra sunt & in aquis & in caelo. Addit autem & dicit, non adorabis ea neque colas: aliud est colere, aliud adorare. Potest quis & interdum & invitus adorare, sicut nonnulli Regibus adulantes, cum eos in huiusmodi studia deditos viderint, adorare se simulant idola, cum in corde ipsorum certum sit, quia nihil sit idolum. Colere vero est toto vis affectu & studio mancipare. Utrumque ergo relect sermo divinus, ut neque affectu colas, neque specie adores.

*Hieronymus in expost. Danielis proph.*

Notum sit tibi, inquit, Rex, quia Deos tuos non colimus, & statuam auream, quam erexit, non adoramus, sive statuam ut Symmachus, sive imaginem auream, ut ceteri transfulerunt, voluerimus legere, cultores Dei eam adorare non debent. Ergo iudices & Principes saeculi cum Imperatorum statuas adorant & imagines, hoc se facere intelligant, quod tres pueri tacere nolentes, placuerunt Deo, & notanda proprietates, Deos colere, imaginem adorari dicunt, quod utrumque verus Dei non convenit.

*Origenes in homil. 6. de cantico quod cantatur Moyses.*

Licet Apostolus Joannes dicat: Filii nondum scimus quid futurus sumus, sui autem revelatum nobis fuerit de Deo, scilicet dicens similes illi erimus. Similitudo tamen haec non ad naturam sed ad gratiam revocatur. Verbi causa ut si dicamus peduram similem esse eius cuius imago in pictura videtur expressa, quantum ad gratiam pertinet, vitis similis dicetur, quantum ad substantiam longe dissimilis. Illa enim species carnis est & corporis vivi, ista colorum fucus est, & cera tabulis sentu carentibus superposita.

*Isidori ex lib. Etymologiarum.*

Pictura autem est imago exprimens speciem rei alicujus, quae dum vita fuerit, ad recordationem mentem reducit. Pictura autem dicta quasi fictura. Est enim imago ficta, non veritas, hinc & fucata, id est, quodam tucio insita nihil fidei & veritatis habentia; unde & sunt quaedam picturae, quae corpora veritatis studio coloris excedunt, & fidem dum augere contendunt, ad mendacium provehunt.

*Item post pauca.*

Picturam autem Aegyptii excogitaverunt, primam umbram hominis lineis circumductam, ita quae initio talis secunda singulis coloribus postea diversis, sic paulatim iere aut ipsa extendit & invenit lumen atque umbras differentia colorem &c.

*Item Hieronymus in expositione Ezechielis proph.*

Et septuaginta viri de senioribus domus Israel

**A** & Jechonias filius Saphan stabat in medio eorum stantium ante picturas, & unusquisque habebat thuribulum in manu sua, & vapor nebulae de thure confurgebat. Quando dicit septuaginta viros fuisse de senioribus domus Israel, qui tenebant thuribula manibus, ostendit multos & alios fuisse probos, qui hoc non faciebant, sed forsitan peccatis aliis tenebantur, unumque nomen Jechoniam filium Saphan stetit in medio eorum quasi principem sceleris eorum atque sacrilegii, qui omnia religione Dei colebant idola, & in templo non adorabant Deum, cujus erat templum, sed picturas parietum.

*Firmianus Laëtantius in lib. 1. de falsa religione inter cetera inquit.*

**B** Illa quae sunt extra hominem, quid opus est ea colere quibus careas? Virtus enim colenda est, non imago virtutis, & colenda est non sacrificio aliquo, aut thure, aut precatione sollempni, sed voluntate sola atque proposito; nam religio ac veneratio nulla alia nisi unius Dei tenenda est. Quid igitur opus est, o vir sapientissime, tantos sumptus vel lingendis vel colendis imaginibus impendere? firmus & incorruptius templum est pedus humanum; hoc potius ornatur, hoc veris illis numinibus impleatur, has enim falsas consecrationes sequitur quod necesse est. Qui enim sic virtutes colunt, id est qui umbras & imagines virtutum consecretantur, ea ipsa, quae vera sunt, tenere non possunt &c.

*Aug. in lib. quasi. vet. & novi Testamenti.*

**C** Christiani utpote pauperes, quos stultos vocant, unum Deum colunt in mysterio, ex quo sunt omnia, nec aliquid quod ab eo conditum est, venerantur; ipsum enim solum sufficere sibi & abundare sciunt ad salutem.

*Item idem post pauca.*

Non ergo nobis videtur, ut quod homo fecit, adorari debeat; factus enim a factura, non factura a factore adorari iudicatur.

*Item Firm. Laëtantii de falsa relig. lib. 2.*

Duplici ergo ratione peccatur ab insipientibus, primum quod elementa, id est Dei opera, Deo praeferunt. Deinde quod elementorum ipsorum figuras humana specie comprehensas colunt.

*Item ipse in eod. lib.*

Nihil aliud adoremus, nihil colamus, nisi solius artificis parentisque nostri unicum nomen.

*Item ipse in eod. lib.*

Supra ergo non infra est Deus, nec in ima potius, sed in summa religione, qua credendus est.

*Et infra.*

Nihil potest esse caeleste in ea re, quae fit ex terra; quicquid enim simulatur fallum esse necesse est, nec potest unquam veri nomen accipere quod veritatem tucio & imitatione mentitur.

*Item ipse in eod. lib.*

Ut intelligas nihil colendum esse, quod oculis mortalibus percipitur.

*Augustinus in lib. psalm. 113.*

Noli ergo addere manus hominum, ut ex eo metallo quod fecit verus Deus, velis facere factum Deum, immo falsum hominem, quem pro vero veneris Deo, quem quisquis pro vero homine in amicitiam reciperet, insaniret. Dicit enim & affectu quodam infirmo rapit infirma corda mortalium formae similitudo & membrorum imitata compago.

*Fulgentius in lib. de Fide ad Donatum.*

Quia ipse Deus sibi soli praecipiens tantummodo serviendum, seque iubens a fidelibus adorandum, prorsus interdixit ne quis audeat creaturam ad-

ANNO  
CHRISTI  
800.

adorare, creaturæque servire; propterea in fine A  
primi illius præcepti de omnibus, quæ creavit,  
ita loquitur: non adorabis ea, neque servies eis.  
*Et post pauca.*

Vera enim religio in unius constat Dei servi-  
tio.

*Item ipse post pauca.*

Sic veraciter unum Deum cum Patre Filium  
vera fides adorat, quæ sic Deo novit a creaturis  
omnibus serviendum, ut noverit creaturæ non de-  
beri divinæ servitutis obsequium.

*August. in epist. ad Maximum Grammaticum.*

Scies a Christianis catholicis, quorum in ve-  
stro oppido etiam ecclesia constituta est, nullum  
coli mortuorum, nihil denique adorari, quod sit  
factum & conditum a Deo, sed unum ipsum B  
Deum qui fecit & condidit omnia.

*Idem in lib. de quant. anima.*

Deus autem immortalem animam fecit, ut o-  
pinor, nisi forte tibi aliter videtur. Ergo tu vel-  
les . . . . talia fieri dixerim, sed quemadmodum  
ipse immortalis immortale quiddam fecit ad simi-  
litudinem suam, sic & nos immortales facti a Deo  
ad similitudinem nostram quod facimus immorta-  
le esse deberet. Recte diceret si ad ejus imagi-  
nem pingeres tabulam, quod in te immortale es-  
te credis, nunc vero in ea exprimis similitudi-  
nem corporis quod profecto mortale est. Quomo-  
modo ergo tum similis Deo, cum immortalia  
nulla possum facere ut ille? Quomodo nec imago  
corporis tui potest hoc valere, quod tuum cor-  
pus valet, sic anima, non mirandum est, si po-  
tentiam tantam non habet, quantum ille ad cu-  
jus similitudinem facta est, &c.

Si enim imago humani corporis nec tantum  
valere asseritur, quantum veraciter ipsum corpus  
valere perhibetur, qua causa sibi suffragari posse  
putant nonnulli reprehensione digni, qui in illa  
synodo Græcorum meditationem imaginum sibi  
necessariam esse dicere præsumperunt.

*Idem lib. 8. de civit. Dei.*

Quapropter homo merito deficit ab illo quicum  
fecit, cum sibi præcitat ipse quod fecit. Demon-  
strat enim idem Hermes, quod homines mortui  
divino colebantur honore, velut Esculapius at-  
que Mercurius, quem suum esse dicit avum, & D  
reliqui. Hac enim occasione accepta, demones  
ut intercessores existerent apud bonos Deos, quos  
nos angelos sanctos seu Archangelos, vel Pote-  
states dicimus, tali enim ratione nubiloso vela-  
mine sapientes Gentilium sua numina obtexere  
nitebantur.

*Ambrosius in expositione epist. ad Romanos.*

Numquid tam demens est aliquis, aut salutis  
lux immemor, ut honorificentiam Regis vindicet  
Comiti, cum de hac re, si qui etiam tractare  
luerint inventi, iure ut rei damnantur majestatis,  
& isti se non cogitant reos, qui honorem nomi-  
nis Dei detulerunt creaturæ, & relicto Domino  
conservos adorant, quasi sit aliquid quod plus re-  
servet Domino. Nam ideo ad Regem per Tri-  
bunos aut comites itur, quia homo utique est  
Rex, & nescit quibus debeat reipublicam crede-  
re. Ad Deum autem promerendum, quem nihil  
utique latet, omnium enim merita novit, suffra-  
gatione non est opus sed mente devota.

*August. in lib. de vera religione inter  
cetera dicit.*

Ad percipiendam veritatem nihil magis impedi-  
re, quam vitam libidinibus deditam & falsas ima-  
gines rerum sensibilibus, quæ nobis ad hoc sen-  
sibili mundo per corpus impressæ, varias opinio-  
nes errorisque generant. Nec errorem ullum in  
religione esse potuisse, si anima pro Deo suo  
Concil. General. Tom. XIV.

non coleret animam aut corpus aut phantasmata  
sua, quæ nihil sunt aliud, quam de specie cor-  
poris corporeo sensu attrita figmenta.

*Item in eodem.*

Non sit nobis religio humanorum operum cul-  
tus; meliores enim sunt ipsi artifices qui talia  
fabricant, quos tamen colere non debemus. Non  
sit nobis religio in phantasmatis nostris; me-  
lius enim qualemcumque virum quam omne quic-  
quid pro arbitrio fugi potest, & tamen animam  
ipsam, quamvis anima vera sit, cum falsa ima-  
ginatur, colere non debemus; melior est vera  
stipula quam lux inani cogitatione pro suspican-  
tis voluntate formata, & tamen stipulam quam  
sentimus & tangimus demeritis est credere colen-  
dam.

*Idem lib. 19. de Civit. Dei.*

Multa denique de cultu divino usurpata sunt,  
quæ honoribus deferrentur humanis, sive humi-  
litate nimia, sive adulatione pestifera, ita tamen  
ut quibus ea deferrentur, homines haberentur,  
qui dicuntur colendi, & venerandi; si autem eis  
multum additur, adorandi; quis vero sacrifican-  
dum censuit, nisi ei quem Deum aut scivit, aut  
putavit, aut finxit.

*Idem in lib. Quest. 84.*

Minoribus rebus intenta anima, quæ per cor-  
pus corporaliter facit, minus inhæret ipsi summæ  
sapientiæ; qui vero talia opere colunt, quantum  
deviaverint a veritate, hinc colligi potest, quia si  
C ipsa animalium corpora colerent, quæ multo ex-  
cellentius fabricata sunt, & quorum sunt ea imi-  
tamenta, quid eis infelicius diceremus?

## C A P U T V.

Q Ua ratione quæve auctoritate imagines San-  
ctorum adorandæ sint, eisque, ut fertur,  
in centum ponendum, cum ipsi angeli vel  
sancti homines vivos se adorari noluerint; unde  
B. Augustinus in lib. de Civitate Dei, sic ait:

Putaverunt quidem deferendum Angelis hono-  
rem vel adorando vel sacrificando, qui debetur  
Deo, & eorum sunt ammonitione prohibiti, jus-  
sique hoc ei deferre, cui uni fas esse noverunt,  
imitati sunt angelos sanctos, & jam sancti ho-  
mines Dei. Nam Paulus & Barnabas in Lycao-  
nia facti quodam miraculo sanitatis, putati sunt  
Dii, eisque Lycaoni victimas immolare volue-  
runt, quod a se humili pietate removens, eis  
in quem crederent annuntiaverunt Deum.

*Et post pauca.*

Quæcumque igitur mortalis potestas quantalibet  
virtute prædita, si nos diligit sicut seipsum, ei  
vult esse subditos, ut beati sumus, cui & ipsa  
subdita beata est. Si ergo non colit Deum, mi-  
sera est, quia privatur Deo. Si autem colit Deum,  
non vult se coli pro Deo; illi enim potius di-  
vinæ sententiæ suffragatur, & dilectionis viri-  
bus favet, quia scriptum est: Sacrificans diis,  
eradicabitur, nisi Domino soli. Nam ut alia  
nunc taceam, quæ pertinent ad religionis obe-  
sequium, quo colitur Deus, Sacrificium certe nul-  
lus hominum est qui audeat dicere debere nisi  
Deo.

*Idem in ps. 96. inter cetera.*

Homines autem sanctos attendite, qui sunt si-  
milis angelis: cum inveneris hominem aliquem  
sanctum servum Dei, si volueris illum colere, &  
adorare pro Deo, prohibet te, non vult sibi ar-  
rogare honorem Dei, non vult tibi esse pro Deo,  
sed tecum esse sub Deo.

E c

E i

ANNO  
CHRISTI  
800.

ANNO  
CHRISTI  
214ANNO  
CHRISTI  
214*Et post pauca.*

Sic & Sancti angeli illius gloriam querunt quem diligunt, ad ejus cultum, ad ejus orationem, ad ejus contemplationem, omnes quos diligunt rapere & inflammare student, ipsum illis adnuntiant, non se, quoniam Angeli sunt, & quia milites sunt, non norunt gloriam querere nisi Imperatoris sui.

*Item post pauca.*

Nemo dicat, Timeo ne irascatur mihi Angelus, nisi illum colo pro Deo meo. Tunc tibi irascitur, quando ipsum colere volueris; bonus est enim, & Deum amat, quomodo demones irascuntur si non colantur; sic angeli indignantur si pro Deo colantur.

*Item lib. 10. de Civit. Dei.*

Non itaque debemus metuere, ne in mortales & beatos uni Deo subditos non eis sacrificando offendamus, quod enim non nisi uni vero Deo deberi sciunt, cui & ipsi adherendo beati sunt, proculdubio neque per ullam significantem figuram neque per ipsam rem quæ sacramentis significatur, exhiberi sibi volunt. Dæmonum est hæc arrogantia, superbiorum atque miserorum a quibus longe diversa est pietas subditorum Deo.

*Item in eodem.*

Non autem martyribus nostris non templa ficut Diis, sed memorias sicut hominibus mortuis, quorum apud Deum vivum species fabricamus, nec ibi erigimus altaria, in quibus sacrificemus martyribus, sed uni Deo & martyrum & nostro, ad quorum sacrificium sicut homines Dei, qui mundum in ejus confessione vicerunt, suo loco, vice & ordine nominantur. Non tamen a sacerdote qui sacrificat, invocantur, Deo quippe & non ipsi sacrificat; quamvis in memoria sacrificet eorum, quia Dei sacerdos est, & non illorum; ipsum vero sacrificium corpus est Christi, quod non offertur ipsis, quia hoc sunt & ipsi.

*Item Augustin. in sermone Evangelico, de potestate quam dedit demonibus, ut absirent in porcos.*

Noli inclinari angelis, ut eis sacrificandum putes, nec bonis & sanctis; nolunt enim, quando facis nos, te diligunt; diligunt autem si cum eis adores quem adorant.

*Item in lib. de quantitate anime.*

Homo autem quilibet alius quanquam sapientissimus & perfectissimus, vel proorsus quolibet anima rationis compos atque beatissima est amanda tantummodo atque imitanda est, eique pro merito atque ordine quod ei congruit deferendum. Nam Dominum Deum tuum adorabis, & illi soli servies.

*Origenes in epist. ad Romanos.*

Cum possent homines Deum agnoscere ab ejus cultu declinantes ad imagines hominum adorandas & animalium deverterunt; ut enim breviter, & omni in unum collecta definitione dicamus, adorete alium præter Patrem & Filium & Spiritum Sanctum, impietatis est crimen.

*Augustinus in libro de vera Religione.*

Non sit ergo nobis religio cultus corporum ætheriorum atque cælestium, sed ejus, cujus contemplatione beati sunt. Neque enim & nos videndo angelum beati sumus, sed videndo veritatem, qua etiam ipsos angelos diligimus, nec invidemus, quod ea paratiores, & nullis molestus interpedientibus perficiuntur, sed magis eos diligemus, quoniam & nos tale aliquid sperare a communi Domino iusti sumus; quare honoramus eos caritate non servitute, nec eis templa constituimus; nolent enim sic honorari a nobis,

Aqua nos ipsos cum boni sumus templa summi Dei esse noverunt.

*Item in lib. 8. de Civit. Dei.*

Sane nec martyribus templa, sacerdotia, sacra & sacrificia constituimus, quoniam non ipsi, sed Deus eorum nobis est Deus: honoramus sane memorias eorum tanquam sanctorum hominum Dei, qui usque ad mortem corporum suorum pro veritate certarunt, ut innotesceret vera religio, falsis fideique convictis, quod etiam si qui antea sentiebant timendo reprimebant, quis autem audivit aliquando fidelium stantem Sacerdotem ad altare, & jam super sanctum corpus martyris ad Dei honorem cultumque constructum dicere in precibus: Offero tibi sacrificium Petre vel Paule, vel Cypriane, cum apud eorum memorias offeratur Deo, qui eos & homines & martyres fecit, & sanctis suis angelis cælesti honore sociavit? ut ea celebritate & Deo vero de illorum virtutis gratias agamus, & nos ad imitationem talium coronarum atque palmarum eodem invocato in auxilium ex illorum memorie renovatione adhortemur. Quæcumque igitur adhibentur Religiosorum obsequia in martyrum locis, ornamenta sunt memoriarum, non sacra vel sacrificia mortuorum tanquam Deorum.

*Hieronymus ad Riparium presbyterum.*

Acceptis primus literis tuis non respondere superbie est, respondere temeritatis. De his enim rebus interrogas, quæ & proferre & audire sacrilegium est. Ais Vigilantium qui hoc vocatur nomine, nam Dormitantius rectius diceretur, os foetidum rursus aperire, & putorem spurcissimum contra Sanctorum martyrum proferre reliquias, & nos qui eas suscepimus, appellare cinerarios, & idolatras, qui mortuorum hominum ossa veneramus. O infelicem hominem, & omni lacrymarum fonte plangendum, qui hæc dicens non se intelligit esse Samaritam & Judæum, qui corpora mortuorum pro immundis habent, & etiam vasa quæ in eadem domo fuerint pollui suspicantur, sequentes occidentem literam, & non spiritum vivificantem. Nos autem non dico Martyrum reliquias, sed ne solem quidem & lunam, non angelos, non archangelos, non Seraphim, non Cherubim, non omne nomen quod nominatur, & in præsentis sæculo & in futuro colimus & adoramus, ne serviamus creature potius quam creatori, qui est benedictus in sæcula; honoramus autem reliquias martyrum, ut eum cujus sunt martyres adoremus; honoramus servos ut honor servorum redundet ad Dominum, quia qui vos suscipit me suscipit.

*Item adversus Vigilantium.*

Quis enim, o infanum caput, aliquando martyres adoravit? quis hominem putavit Deum? nonne Paulus & Barnabas cum Licaonibus Jupiter & Mercurius putarentur, & eis vellent hostias immolare, sciderunt vestimenta sua, & se homines esse dixerunt, non quo meliores non essent olim mortuis hominibus Jove atque Mercurio, sed quod sub gentilitatis errore honor eis Deo debitus deferretur, quod & de Petro legimus, qui Cornelium se adorare cupientem manu sublevavit & dixit: Surge; nam & ego homo sum.

*August. in lib. de solut. questionum cap. 3.*

Proinde sicut impia superbia sive hominum sive dæmonum, sibi hos divinos honores exhiberi vel jubet vel cupit, ita pia humilitas vel hominum vel angelorum sanctorum hæc sibi oblata recusavit, & cui deberentur ostendit.

*Item in lib. XIX. de Civit. Dei.*

Sed Deus ille quem coluerunt sapientes Hebræorum, & jam cælestibus sanctis angelis & vir-



437  
 ANNO CHRISTI 1196.  
 virtutibus Dei, quos beatissimos tanquam cives A  
 in hac nostra peregrinatione mortali veneramus, & amamus, sacrificari vetat & coli, innotans in lege sua: sacrificans Diis eradicabitur.

tem propter facti memoriam reservatum, cum po-  
 stea populus errans tanquam idolum colere cepisset, Ezechias rex religiosa potestate Deo serviens cum magna pietatis laude contrivit.  
 ANNO CHRISTI 1196.

C A P U T V I .

**H**ec contra eos qui annorum numero superstitionem imaginum vindicare volunt, consuetudinem sequi capiunt potius quam veritatis auctoritatem.

*August. in lib. question. veteris & novi Testam.*

Irrationabile, inquit, vulgus, aut apparentes umbras aut simulacra mortuorum, ut Deum, colere coeperunt; quæ res in consuetudine vetustatis deducta arbitratur rationis sibi veritatem posse detendi, cum veritatis ratio non ex consuetudine atque ex vetustate, sed ex Deo sit, quia non vetustate Deus probatur sed æternitate; quamobrem fides non cœpta res sed sine initio est. In Deum enim credere nostrum incipere est; nam quod creditur æternum est. Et post pauca: Quod colunt Pagani post Deum est, opus post opinem est, pagani colunt opera, nos opificem, illi creaturam, nos creatorem, factus homo cœpit venerari suum conditorem, quia & dignum est, & causa hoc exegit.

*Hieremias Propbeta.*

Post Baalim, inquit, abierunt, quos didicerunt a patribus suis.

*Unde Hieronymus.*

Ergo nec parentum, nec majorum error sequendus est, sed auctoritas scripturarum & Dei docentis imperium.

*August. in ps. 113.*

Videntur autem sibi purgatoris esse religionis, qui dicunt, nec simulacrum, nec dæmonium colere, sed effigiem corporalem ejus rei signum intueor, quam colere debeo. Et post pauca: Audent respondere non ipsa corpora colere, sed quæ illis regendis præsentent numina. Si enim sicut præmissa SS. Patrum documenta declarant, sancti angeli & sancti viri non sunt colendi nec adorandi, hoc enim & ipsi refugunt, sed sola caritate, non autem servitute honorandi, nec sanctis martyribus templa sacra & sacrificia, sed soli Deo constituenda, præsertim cum honorandi sint propter imitationem, non adorandi propter religionem, quæ ratione antiqua auctoritate adoratio, incensum, luminaria, & cetera quæ in epistola Græcorum adnumerantur eis exhibenda sunt. Quapropter omnia omni superstitione convenit S. Cath. & Apost. Ecclesie religioni erga Sanctorum imagines hanc discretionem tenere, sicut eximius Doctor beatus papa Gregorius docuit, & in suis scriptis nobis tenendum sequendumque reliquit.

C A P U T V I I .

**N**e igitur ex superstitione aut ex qualibet alia occasione scandala infirmioribus fratribus provenire possent; hoc summo opere sancti viri provida consideratione vitare studuerunt, & diâis factisque suis nobis vitandum usquequaque evidenter ostendunt, hinc enim B. Augustinus in lib. 4. de civitate Dei,

Majores, inquit, nostri superstitionem a religione separaverunt.

*Idem in lib. 10. ejusdem operis.*

Legimus serpentum morsus mortiferos penam justissimam peccatorum in ligno exaltato atque prospiciente æneo serpente sanatos, ut & populo subveniretur afflicto, & mors morte destructa velut crucifixæ mortis similitudine signaretur, quem sane serpentem

*Council. General. Tom. XIV.*

Tale quid & B. Epiphanium virum sanctissimum & doctissimum zelo divino succensum in epistola, quam ad Joannem, Cyprianum episcopum scribit, & B. Hieronymus de Græco in Latinum sermonem transtulerat, legimus fecisse.

Audivi, inquit, quosdam murmurare contra me, quando simul pergebamus ad sanctum locum, qui vocatur Bethel, ut ibi collectam tecum ex more ecclesiastico facerem, & venissem ad villam quæ dicitur Anabaza, vidissemque ibi præteriens lucernam ardentem & interrogassem, qui locus esset, didicissemque esse ecclesiam, & intrassem ut orarem, inveni ibi velum pendens in foribus ejusdem Ecclesie, tinctum atque depictum, & habens imaginem quasi Christi vel sancti cujusdam. Non enim satis memini cujus imago fuerit. Cum ergo hoc vidissem in ecclesia Christi contra auctoritatem scripturarum hominis pendere imaginem, scidi illud & magis dediconsilium custodibus ejusdem, ut pauperem mortuum eo obvolverent & efferrent, illicque contra murmurantes dicerent, si scindere voluerit jolium erat ut aliud daret velum, atque commutare; quod cum audissem me daturum esse pollicitus sum, & illico se missurum, paululum autem moraturum fuit in medio, dum quero optimum velum pro eo mittere, arbitrabar enim de Cypro mihi esse mittendum. Nunc autem mihi quod potui reperire, & precor ut jubeas presbytero ipsius loci suscipere velum a lætore, quod a nobis missum est, & deinceps præcipere in ecclesia Christi istiusmodi vela, quæ contra religionem nostram veniunt, non appendi.

Nam & B. Paulus Apostolus in epistola prima ad Corinthios ob scandalum infirmiorum fratrum vitandum ita scripsit:

De his autem quæ idolis sacrificantur, scimus quia omnes scientiam habemus, & quia idolum nihil est. Quod B. Ambrosius ita exponit: Hi, inquit, inflati erant per scientiam, qui idolo contra salutem fratrum imperitorum carnes sacrificatorum edebant, scientes licere carnem edere, & quod nihil est idolum, ideo non contaminari edentem, hi scandalum fratribus erant caritatem præ oculis non habentes, quia plus erat carnem contemnere, quam fratri scandalum facere. Et post pauca: Propter quod si esca scandalizat fratrem meum, non manducabo carnem in æternum, ut non fratrem meum scandalizem; in tantum caritati studendum docet, ut licita pro illicitis habeantur, ne obliat fratri, quantum enim mali est per illicita non delinquare, & per ea quæ concessa sunt offendere, ut lex servetur in illicitis, & in licitis non custodiatur, dum inconsiderate edunt. Unde B. Apostolus dicit: omnia mihi licent, sed non omnia expediunt. Quod B. Augustinus ita exponit: Potest ergo aliquid licere & non expedire. Expedire autem quod non licet non potest, ac per hoc non omnia licita expediunt, omnia autem illa non expediunt. Sunt quippe licita quæ non expediunt, sicut Apostolo teste didicimus, sed id quod inter illicitum est, & ideo non expedit, atque quod licitum est, nec tamen expedit, quid intersit, aliqua universalis regula discernere difficile est. Et infra: Quapropter quia verum dixisse Apostolum dubitare non possumus, & aliqua peccata esse licita dicere non audemus. restat ut dicamus fieri aliquid, quod non expedit, & tamen si licitum est, non esse peccatum, quamvis quoniam non expedit, non sit utique la-

439

ANNO  
CHRISTO  
1716

ciendum. Et post pauca Ut igitur si possumus  
entiamur inter id quod licet & non expedit, &  
in quod non licet, atque ideo nec expedit, ali-  
quo certo sine distinguere, ea mihi videntur lice-  
& non expedit, quæ per iustitiam quidem  
quæ coram Deo est permittuntur, sed propter of-  
fensionem hominum, ne impediatur a salute, vi-  
tanda sunt; ea vero non licere & ideo non ex-  
pedire, quæ sic ipsa iustitia vitantur, ut facienda  
non sint, etiam si ab eis quibus in notitiam fue-  
rint perlata non laudentur. Item post pauca: Ex-  
pedit tunc, quando non solum per iustitiam quæ  
coram Deo est permittitur, sed etiam homini-  
bus nullum ex hoc impedimentum salutis infer-  
tur. Tunc autem non expedit id quod licitum  
est, quando permittitur quid, sed usus ipsius po-  
tentialis adest impedimentum salutis.

Hæc ideo interuatur, ut hi qui imagines eri-  
gunt memorie causa & amoris, illud caveant,  
ne quod ab illis forte devoto & licite fit, infir-  
mis in scandalum evenire contingat, ut sic lux  
devotioni satisfaciatur, quatenus salutem infirmo-  
rum non oblitiscantur, & infirmam conscientiam  
fratrum occasione superstitionis præbendæ com-  
maculent.

C A P U T V I I I.

**P**ropter eos autem qui sibi ob hoc suffragari  
ad adorationem imaginum putant, quod dicunt  
adorasse Jacob Joseph filium suum, vel certe ado-  
rasse fatigum virgæ ejus, necessarium duximus,  
qualiter id a B. Hieronymo, & B. Augustino  
exponatur subnectendum; scribit itaque B. Hier-  
onymus in lib. Hebraicarum Quæstionum:

Postquam, inquit, juraverat ei filius securus de  
petitione quam rogaverat, adoravit eum coram ca-  
put lectuli sui; sanctus & Deo deditus vir, op-  
pressus senectute habebat lectulum positum ut ip-  
se jacentis habitus absque difficultate ulla ad ora-  
tionem esset paratus.

*Augustin. in lib. Quæst. Genes. cap. 62.*

Quod habent Latini codices, & adoravit super  
caput virgæ ejus, nonnulli emendantes habent,  
adoravit super caput virgæ suæ, vel in capite vir-  
gæ suæ, sive in cacumen, vel super cacumen.  
Filius enim eos Græcum verbum, quod eisdem  
locis scribitur sive ejus, sive suæ, sed accentus  
dispares sunt, & ab eis qui ista noverunt in co-  
dicibus non contemnuntur; valent enim ad ma-  
gnam discretionem, quamvis & unam plus literam  
habere posset & si esset suæ, ut non esset  
sed suæ, ac per hoc merito quæritur, quid sit  
hoc quod dictum est, nam facile intelligeretur sen-  
tiam, qui virgam ferebat, eo more quo illa ætas  
baculum solet, ut se inclinavit ad Dominum a-  
dorandum, id utique fecerit super cacumen virgæ  
suæ, quam sic ferebat, ut super eam caput incli-  
nando adoraret Deum. Quid est ergo adoravit  
super cacumen virgæ ejus, id est filii sui Joseph,  
& is forte tulerat ab eo virgam, quando ei jura-  
bat idem filius, & dum eam tenet post verba ju-  
rantis nondum illam reddidit, mox adoravit Deum,  
non enim pudebat eum terre tantisper insignis po-  
testatis filii sui, ubi figura magnæ rei futuræ de-  
signabatur, quamvis in Hebræo facilissima hujus  
quæstionis absolutio esse dicatur, ubi scriptum per-  
hibent, & adoravit Israel ad caput lecti in quo  
utique senex jacebat, & sic positum habebat, ut  
in eo sine labore quando vellet adoraret.

C A P U T I X.

**C**ontra illos qui hoc se adjuvare putant, quod  
dicitur in Regum, quia adoravit Nathan  
Propheta David, aliquid respondendum est. De

A hac enim adoratione ita B. Gregorius in lib. 10.  
explanationum in Job loquitur:

Bene ergo lex Dei multiplex dicitur, quia ni-  
mirum cum una eademque sit caritas, si men-  
tem plene cœperit, hanc ad innumera opera mul-  
tiformiter accendit, cujus diversitatem breviter  
exprimimus, si in electis singulis bona illius per-  
stringendo numeremus. Hæc namque per Abel &  
electa Deo mihæra obtulit, & fratris gladum  
non reluctando toleravit. Hæc Enoc & inter ho-  
mines vivere spiritualiter docuit, & ad sublimem  
vitam ab hominibus etiam corporaliter abstraxit.

*Et paulo post.*

Hæc Natban, & contra peccantem Regem au-  
doritatem liberæ increpationis substituit, & cum Re-  
gis culpa deesset, in petitione humiliter stravit.  
Claret namque quod talis esset hæc adoratio, sic-  
ut & nos ante honorabiliores personas cum eas  
salutamus, prosternimur humilitatis gratia, & eas  
adorasse dicimur, dum eis nullum divini honoris  
cultum exhibemus, eodemque modo adorasse Ja-  
cob Esau fratrem suum haud dubium non est.

C A P U T X.

**C**ontra illos etiam, qui imagines adorare se  
profiterentur, quia sacra ab illis nuncupantur,  
& sacris vasis eas æquiparant, aliquid dicendum  
est.

*August. in ps. 113.*

Simulacra, inquit, gentium argentum & au-  
rum, sed Deus fecit argentum & aurum opera  
manuum hominum. Hoc enim venerantur, quod  
ipsi ex auro argentoque fecerunt; sed enim &  
nos pleraque instrumenta & vasa ex hujuscamo-  
di materia vel metallo habemus in usu celebra-  
ndorum sacramentorum quæ ipso ministerio con-  
secrata tanta dicantur, in ejus honore cui pro  
salute nostra inde servitur, & sunt profecto etiam  
instrumenta vel vasa quid aliud quam opera ma-  
nuum hominum? Verumtamen numquid os habent  
& non loquuntur, numquid oculos & non vide-  
bunt, numquid eis supplicamus, quia per eas sup-  
plicamus Deo? illa maxima causa est impietatis  
insanæ, quod plus valet in affectibus miserorum  
viventi simili forma, quæ sibi officit supplicari,  
quam quod eam manifestum est, non esse viven-  
tem, ut debeat a vivente contemni.

C A P U T X I.

**C**ontra eos etiam dicendum est, qui pro ima-  
ginum adoratione duo Cherubim adsumunt  
in testimonium, quæ in signo mysterii ducta fue-  
runt. Unde B. Augustinus in libro 3. de Doctri-  
na Christiana inter cetera inquit:

Miserabilis est animæ servitus signa pro rebus  
accipere, & supra creaturam corpoream oculum  
mentis ad hauriendum æternum lumen levare non  
posse, quæ tamen servitus in Judæorum populo  
longe a ceterarum gentium more distabat, quan-  
doquidem rebus temporalibus ita subjugati erant,  
ut unus eis omnibus spiritualium pro ipsis re-  
bus observarent nescientes quo referrentur, id ta-  
men insitum habebant, quod tali servitute uni  
omnium, quem non videbant, placerent Deo,  
quam custodiam tanquam sub pedagogo parvulo-  
rum fuisse scribit Apostolus, & ideo qui talibus  
signis pertinaciter inhæserunt, contemnentem illa  
Dominum, cum jam tempus revelationis eorum  
venisset, ferre non potuerunt, atque inde calum-  
nias, quod Sabbato curasset, moliti sunt princi-  
pes eorum, populisque signis illis tanquam rebus  
adstrictis non credebatur Deum esse, vel a Deo  
venisse, qui ea, sicut a Judæis observabantur, no-  
lebat

ANNO  
CHRISTI  
816.

ANNO  
CHRISTI  
816.

441  
lebat attendere, sequi crediderunt; ex quibus sa-  
cta est prima ecclesia Hierosolymitana. Satis o-  
stenderunt quanta utilitas fuerit eo modo sub pe-  
dagogo custodiri, ut signa quae temporaliter im-  
posita erant servientibus, ad unius Dei cultum,  
qui fecit caelum & terram, opinionem observan-  
tium religereat. Si ergo signum utiliter institutum  
est, carnalis est servitus; quanto magis inutilium  
rerum signa instituta pro rebus accipere, quae si  
retuleris ad ea ipsa quae his significantur, eisque  
colendis animum obligaveris, nihilominus servilis  
carnalique onere atque velamine non carebis:  
quomobrem christiana libertas eos quos invenit  
sub signis inutilibus tanquam prope inventos inter-  
pretatis signis, quibus subditi erant, elevatos ad  
B eas res quarum signa sunt liberavit. Ex his laetae  
sunt ecclesiae sanctorum Israelitarum, quos autem  
invenit sub signis inutilibus, non solum servilem  
operationem sub talibus signis, sed etiam ipsa si-  
gna frustravit removitque omnia, ut a corruptio-  
ne multitudinis simulacrorum deorum, quam saepe  
ac proprie Scriptura fornicationem vocat, ad  
unius Dei cultum gentes converterentur, nec sub  
ipsis iam signis inutilibus servitute, sed exercitatu-  
rae potius animum in eorum intelligentia spirita-  
li. Sub signo enim servit qui operatur aut vene-  
ratur aliquam rem significantem, nesciens quid  
significet; qui vero aut operatur aut veneratur  
utile signum divinitus institutum, cuius vim si-  
gnificationemque intelligit, non hoc veneratur  
C quod videtur & trahit, sed illud potius quo ta-  
lia cuncta referenda sunt. Talis autem homo spi-  
ritalis & liber etiam tempore servitutis, quo car-  
nalibus animis nondum oportet signa illa revela-  
ri, quorum iugo edomandi sunt. Tales autem  
spiritalis erant Patriarchae & Prophetae omnesque  
in populo Israel, per quos nobis Sanctus Spiritus  
ipsa scripturarum auxilia & solatia ministravit.  
Hoc vero tempore postquam resurrectio Domini  
nostrae manifestissimum iudicium nostrae liber-  
tatis inluxit, ne eorum quidem signorum quae iam  
intelligimus, operatione gravi onerati sumus, sed  
quaedam pauca pro multis eadem quae factu fa-  
cillima & intellectu augustissima & observatione  
castissima ipse Dominus, & Apostolica tradidit  
disciplina, sicuti est Baptismi Sacramentum & ce-  
lebratio Corporis & Sanguinis Domini quae unus-  
quisque cum percipit quo referantur imortus ag-  
noscat, ut ea non carnali servitute, sed spi-  
tali potius libertate veneretur: ut autem literam  
sequi & signa pro rebus quae his significantur ac-  
cipere servilis infirmitatis est, ita inutiliter signa  
interpretari male vagantis erroris; qui autem non  
intelligit quid significet signum, & tamen signum  
esse intelligit, nec ipse premitur servitute; melius  
est autem premi incognitis, sed inutilibus signis,  
quam inutiliter ea interpretando a iugo servitutis  
educam cervicem laqueis erroris interere.

C A P U T XII.

DE cultu debito quem Graeci latrariam dicunt,  
vel religione cultuque quae uno vocabulo  
Graeci Thresciam vocant, vel quod non sit ma-  
nufactum, colendum nec adorandum.

August. lib. 10. de Civit. Dei.

Hic est enim divinitati, vel si expressius dicen-  
dum est, deitati debitus cultus propter quem uno  
verbo significandum, quoniam mihi satis ido-  
neum non occurrit Latinum Graeco, ubi necesse  
est insinuo quod velim dicere. Latrariam quippe  
nostrae, ubicumque sanctorum scripturarum positum  
est, interpretati sunt servitute, sed ea servitus

quae debetur hominibus secundum quam praecipit  
Apotholus servis Dominis suis subditos esse debe-  
re, alio nomine graece nuncupari solet. Latraria  
vero secundum consuetudinem qua locuti sunt,  
qui nobis divina eloquia condiderunt, aut sem-  
per, aut tam frequenter, aut pene semper ea di-  
citur servitus quae pertinet ad colendum Deum.  
Proinde si tantummodo cultus ipse dicatur, non  
soli Deo deberi videtur; dicimur enim colere et-  
iam homines quos honorifica vel recordatione  
vel praesentia frequentamus, nec solum ea quibus  
nos religiosa humilitate subicimus, sed quaedam  
etiam quae subiecta sunt nobis, perhibentur coli;  
nam ex hoc verbo & agricolae & coloni & in-  
colae vocantur, & ipsos Deos non ob aliud ap-  
pellant caelicolas, nisi quod caelum colant, non  
utique venerando, sed inhabitando tanquam caeli  
quosdam colonos, non sicut appellantur coloni,  
qui conditionem debent genitili solo propter agri-  
culturam sub dominio possessoris, sed sicut ait  
quidam latini eloqui magnus auctor: Urbs anti-  
qua fuit, Tyrii tenuere coloni. Ab incolendo e-  
nim colonos vocavit non ab agricultura. Hinc &  
civitates a maioribus civitatibus, vel populorum  
examinibus conditae coloniae nuncupantur, ac per  
hoc cultum quidem non deberi nisi Deo propria  
quaedam notione verbi huius omnino verissimum  
est.

Item Augustin. lib. locutionum in Genesi de lapide,  
quem creavit Jacob, ita dicit

Quod statuit Jacob lapidem quem sibi ad caput  
posuerat, constituit eum titulum, & perfudit il-  
lum oleo, non aliquid idolatrie simile fecit; non  
enim vel tunc vel postea frequentavit lapidem ad-  
dorando vel ei sacrificando, sed signum tuit in  
propheta evidentissima constitutum, quae pertinet  
ad unctionem, unde Christi nomen a chrismate  
est.

Post pauca.

Sumpsit autem Jacob lapidem & constituit eum  
titulum. Distingent animadvertendum est, quomo-  
do istos titulos in rei cuiusque testimonium con-  
stituebant, non ut eos pro Diis colerent, sed ut  
aliquid significarent.

C A P U T XIII.

C O N T R A eos etiam qui eadem auctoritate in il-  
la synodo Graecorum se imagines adorare  
professi sunt, sicut & vivificam crucem debito ho-  
nore & trophaeo virtutis pauca inferenda necessa-  
rium iudicavimus, ut convincantur, non se hac  
occasione suae superstitionis posse suffragari.

De Cruce Ecclesiastica historia cap. 9. de Constantia.

Erat quidem iam tunc christianae religionis lau-  
tor verique Dei venerator, nondum tamen, ut  
est sollemne nostris, initiari signa Dominae pas-  
sionis acceperat. Cum igitur anxius & multa se-  
cum de imminenti belli necessitate pervolvens  
iter ageret, atque ad caelum saepius oculos eleva-  
ret, & inde sibi divinum precaretur auxilium,  
vidit per soporem ad orientis partem in caelo si-  
gnum crucis igneo fulgore rutilare, cumque tan-  
to visu fuisset exterritus, ac novo perturbaretur  
aspectu, adstare sibi vidit angelos dicentes: Con-  
stantine, in hoc vince. Tum vero laetus redditus,  
& de victoria iam securus signum Crucis, quod  
in caelo viderat in sua fronte designat, & ita cae-  
litus invitatus ad fidem, non mihi videtur illa  
inferior cui similiter de caelo didum est: Saule,  
Saul quid me persequeris? ego sum Iesus Naza-  
renus, nisi quis hic non adhuc persequens sed  
etiam exconsequens invitatur. Exin signum, quod  
in caelo sibi fuerat demonstratum, in militaria

ve.

vexilla transformat, ac labarum quem dicunt in A speciem Crucis Dominice exaptat, & ita armis vexillisque religionis instructus adversus impiorum arma proficiscitur. Sed & in dextra sua manu signum nihilominus crucis ex auro fabricatum habuisse perhibetur.

*Item in Tripartita historia lib. 1. cap. 4.*

In his igitur sollicitudinibus constitutus in semino, vidit Crucis signum celo splendide collocatum, mirantique visionem adtulerunt angeli dicentes: O Constantine, in hoc vince. Fertur autem & ipsum Christum apparuisse ei, signum Crucis monstrasse ac præcepisse, ut figuram similem faceret, & in præliis auxilium hoc haberet, quo victoriz iura conquireret. Eusebius itaque Pamphilus, cum iurejurando ipso Imperatore dicente audisse se refert, quia circa meridiem declinante sole crucis signum ex lumine factum & scripturam conservatam ei dicentem: in hoc vince, vidisset ipse & milites qui cum eo tunc essent, pergenti namque aliquo cum exercitu per iter hoc in quo ei miraculum est ostensum, dumque cogitaret quid esset, nox supervenit, & dormienti Christus apparuit cum signo quod vidit in celo, iussitque ut fieret ejus signi figuratio, quæ foret auxilium in congressibus præliorum.

*Legitur in eod. lib. cap. 5.*

Hoc enim signum bellicum inter alia pretiosius erat, eo quod Imperatorem præcedere, & adorari eum a militibus moris esset, unde præcipue Constantinum reor nobilissimum decus Imperii Romani in signum mutasse crucis, ut frequenti visione atque cura desueticerent a priore more subiecti, & eum solum arbitrantur Deum, quem coleret Imperator, & quo duce, & auxiliatore uterentur adversus hostes; temper enim hoc signum proponebatur ante ordines universos, quod maxime laborantibus aciebus in præliis adesse præcipuebat. Constituit itaque certos signiferos, qui in celo laborarent, quorum opus erat, ut vicibus humeris eum veherent, & omnes acies ita illustrarent. Fertur enim quod aliquando quidam terens hoc signum repente hostibus invadentibus expavisset, dedissetque illud alteri vehendum, cumque se de prælio subtraxisset, & jacula declinasset, subito percussus interiit; ille vero, qui ta-

*Item in eod. lib. 2. cap. 18.*

Dicitur autem quia etiam mortuus crucis factu surrexit. De hoc signo Sybilla dixit apud Paganos: O ter beatum signum in quo Deus extenuus est.

*Item in eod. lib. cap. 9.*

Audivi enim & Probianum virum in palatio habentem militiam medicorum crudeli podagra passione detentum ibi doloribus liberatum, eique apparuisse sanctam mirabiliter visionem. Cum enim dudum paganus sequebatur, totius vero salutis causam, id est sacratissimam crucem volebat adorare. Hanc habenti tententiam divina virtus apparuit signum monstravit crucis, quod erat possum in altario ejus ecclesie, & aperte palam fecit, quia ex quo crucifixus est Christus, omnia quæ ad utilitatem humani generis facta sunt quolibet modo præter virtutem adorandæ Crucis gesta non essent neque ab angelis sanctis, neque a piis hominibus.

*Legitur in eodem lib. 2. cap. 46.*

Ea siquidem tempestate plurimi inter Episcopos effulgebant sicut Donatus curie Epyri, de quo dum provinciales miracula multa testentur, maximum tamen est, quod de dracone gessit. Is enim circa pontem in via publica jacens cibum habebat, oves, capras, equos, boves & homines arripens devorabat. Ad quam bestiam Donatus sine gladio, sine quolibet jaculo veniens, dum illa levasset caput, quasi voratura virum, tunc ille vexillum crucis ante faciem ejus digito designans in aere, in os ejus exspit, bestia vero spumam ore suo suscipiens exspiravit.

*Joan. Chrysost. in homil. de Cruce & Latrone.*

Hodierna die noster Dominus pependit in cruce, & nos festivitate eximia lætitiis celebramus ut dicamus crucem totius spiritualis gratulationis esse substantiam; etenim ante ipsam, vocabulum crucis pœna fuit, sed nunc ad gloriam nuncupatur; antea condemnationis ferrebat horrorem, nunc salutis indicium est. Crux enim nobis totius beatitudinis causa est: hæc nos a cæcitate liberavit erroris, hæc & ex tenebris reddidit luci, hæc ebullatos quieti sociavit, hæc alienatos Deo conjunxit, longe constitutos proximos præsentavit, hæc peregrinantes cives ostendit, hæc discordie amputatio est, hæc pacis firmamentum, hæc bonorum omnium abunda largitio.

*Et post pauca in eadem homilia.*

Volo & alia ratione cognoscas, crucem suam non reliquit in terra, sed secum eam levavit ad cælum: sed ais, hoc unde demonstratur? & ideo audivi quod cum ipsa veniet, cum ipsa secundum gloriam suam præsentiam faciet, ideo gloriosam Crucem nuncupavit.

*Item post pauca in ead. homilia.*

Et tunc signum videbitur filii hominis in celo. Vidisti gloriam signi, id est crucis, solis lumen reddetur obscurum, lunæ non dabitur gratia, sed illud radiabit & lucet, & sicut Imperatorem regalis pompa præcedit, & militaris ordo præeunte vexilla humeris portare consueverunt, & his ejus declaratur adventus; sic Domino de celo veniente, Angelorum cætus & Archangelorum multitudo, illud signum humeris portant excelsis, & redogalem nobis adventum nuntiant. Sola enim Christi crux est, quæ dissolvit tenebras & regnum dæmonum dissipavit, & omnem terrorem malignantium abstulit. Crux sanctitatem providit, Crux nobis sol justitiæ facta est, ut inluminati misericordia ejus glorificemus Patrem & Filium & Spiritum Sanctum in sæcula sæculorum. Amen.

*Idem in Homil. 13. de Cruce Dominica.*

Et si nosse desideras, carissime, virtutem crucis, & quanta ut possim ad ejus laudem dicere audi. Crux spes christianorum, Crux resurrectio mortuorum, Crux cæcorum dux, Crux desperatorum via, Crux claudorum baculus, Crux consolatio pauperum, Crux refrænatio divitum, Crux studium superborum, Crux male viventium pœna, Crux adversus dæmones triumphus, Crux devotio diaboli, Crux adolescentum pedagogus, Crux sustentatio inopum, Crux desperatorum spes, Crux navigantium gubernator, Crux periclitantium portus, Crux obseisorum murus, Crux pater orphanorum, Crux defensor viduarum, Crux iustorum consiliarius, Crux tribulatorum quies, Crux pavulorum custos, Crux virorum caput, Crux senum finis, Crux lumen in tenebris sedentium, Crux Regum magnificentia, Crux lectum perpetuum, Crux insensatorum sapientia, Crux libertas fervorum, Crux Imperatorum Philosophia, Crux annuntiatio Apostolorum, Crux martyrum gloria,

445  
ANNO  
CHRISTI  
614.

ANNO  
CHRISTI  
614.

445  
tio, Crux monachorum abstinencia, Crux Virginitatis, Crux gaudium sacerdotum, Crux Ecclesiam fundamentum, Crux orbis terrarum cautele, Crux templorum destructio, Crux idolorum repulsio, Crux scandalum Judaeorum, Crux perditio impiorum, Crux invalidorum virtus, Crux ægrotantium medicus, Crux emundatio leproforum, Crux paralyticorum requies, Crux esurientium panis, Crux sitientium fons, Crux nudorum protectio. Nuditatem autem cum dixerō, non corpoream æstimes, sed infidelitatis per pœnam, cum autem in Christum crediderit, vestitus invenietur.

*Item Augustin. in lib. de Civit. Dei.*

In Carthagine Innocentia religiosissima femina de primariis ipsius civitatis, in mamilla cancerum habebat; hujus morbi, ut ferunt, omnis omittenda est curatio. Hæc illa a perito medico acceperat, & ad solum Deum se orando convertebat. Admonetur in somnis propinquante Pascha & in parte feminarum observantia ad baptisterium quæcumque illi baptizata primitus occurrisset, signaret ei locum, signum Crucis Christi fecit, confestim sanitas consecuta est.

*Sedulius in 4. lib. Paschalis Carminis.*

Pax crucis ipse fuit, violentaque roboram membris  
Illustrans propriis pœnam vestivit honore,  
Suppliciumque dedit signum magis esse salutis,  
Ipsaque sanctificans in se tormenta beavit.  
Neve quis ignoret speciem crucis esse colendam,  
Quæ Dominum portavit æternæ ratione potenti,  
Quatuor inde plagas quadrati colligit orbis:  
Splendidus auctoris de vertice fulget Eous,  
Occiduo sanctæ labuntur sydere plantæ,  
Arcton dextra tenet, medium læva subrigit axem:  
Cunctaque de membris vivit natura creantis,  
Et cruce complexum Christus regit undique mundum.

*Item Paulinus in lib. 8. Natalis Febris.*

Nos Crucis invisitæ signum & confessio munit,  
Armatique Deo mentem, non querimus arma  
Corporis, & quamquam membris videamur inermes,  
Arma tamen gerimus, quibus & sub pace serena  
Contra incorporeos animis decernimus hostes.

*Idem in lib. 10.*

Ipse domum remeans modicum, sed grande saluti  
De Crucis æternæ sumptum mihi fragmine lignum,  
Promo tenensque manu adversis procul ingero flammis,

Et clypeum retinens pro pectore quo tegerem me,  
Arcebamque hostem collato umbone relisum,  
Credite, nec donate mihi & reddite Christo  
Grates & justas date laudes omnipotenti.  
Nostra salus etenim in cruce Christi & nomine  
constat.

Inde fides nobis, & in hac cruce nixa periclo,  
Profuit, & nostram cognovit flamma salutem.  
Nec mea vox aut dextra illum, sed vis crucis ignem  
Terruit inque loco, de quo surrexerat ipso,  
Ut circumseptam præscripto limite flammam  
Sidere & extingui fremitu moriente coegit,  
Et cinere exortam cineri remeare procellam.  
Quanta Crucis virtus ut se natura relinquat,  
Omnia ligna vorans ligno Crucis uritur ignis,  
Multæ manus crebris tunc illa incendia vasis  
Aspergens largis cupiebat vincere lymphis,  
Sed licet exhaustis pensarent fontibus imbres,  
Vi majore tamen lassus spargentibus omnem  
Vicerat ignis aquam, nos ligno extinguimus ignem,  
Quamque aqua non poterat, vicit brevis hastula  
flammam.

#### C A P U T XIV.

Contra eos qui signum S. Crucis in testimonium adsumunt, ut eis ita licitum sit adorare imagines, sicut lignum S. Crucis.

Cultores igitur imaginum venerationem, adorationem seu exaltationem S. Crucis in defensionem sentus sui opponere soliti sunt, cur non ita imagines sicuti cruce adorari liceat? quibus primo respondendum est, quia Christus non imagine, sed in cruce suspendi elegit, quando genus humanum redimere voluit, & ideo sancta mater Ecclesia toto orbe terrarum inter cetera innumera Crucis sacramenta, quæ a SS. Patribus multipliciter longe lateque per universoni mundum enumerata sunt; decrevit licitum esse universoni Catholicis ob amorem solius passionis Christi, ubicumque eas viderint, inclinando si voluerint venerari, & insuper die sancto quo passio Domini in universoni mundo specialiter celebratur, cum omni devotione universoni ordinem sacerdotalem seu cunctum populum prostratum adorare. Deinde etiam illud illicitum non contra licite habentes, sed contra illicitum cultum imaginibus exhibentes, opponendum est, quod supradicta universonalis Ecclesia tam sacerdotibus consecrando, quamque etiam baptizandis, vel baptizatis eodem signo S. Crucis consignando, vel benedicendo uti decrevit, omniumque fidei catholicæ cultoribus frontes & pectora sua post abrenuntiationem satanæ, pompis & operibus ejus certissima fide contra omnes Diaboli insidias munire docuit, gladioque inexpugnabili dextras cunctorum fidelium armare studuit. Dic quæso contra fas ecclesiasticum adorator imaginum quid tale huic simile ab Ecclesia catholica in toto orbe terrarum de imaginibus sanctum est? Et licet hæc magna sint, quid de consecratione corporis & sanguinis D. N. J. C. dicturi sumus, quæ utraque in sacris missarum sollempniis, ex quo consecrari cœperint usque in finem pœnæ sine intermissione crucis signaculo benedicantur, nec est quisquam tam sapiens vel insipiens qui ullo modo hanc consecrationem aliter se posse perficere Deo placite præsumat, nisi hoc semper ejusdem S. Crucis signaculo consecrare studeat? Quid etiam sicut de universoni humano genere, ita pene de cunctis humani generis operibus seu quotidianis actibus ejus complectendo dicere valebimus, in omnibus quæ die, nocte, mane, vespere, & melius fortasse dicitur omni tempore agere consuevit? Quid est quod in his omnibus quod ad salutem ejus sive in hoc sæculo, sive in futuro pertinere possit, sine ejusdem crucis signaculo incipere, aditare vel consummare velit?

#### C A P U T XV.

Hæc tibi hætenus imaginum si quis es indiscretus cultor, & hæc tibi inante & contra si quis es intemperans destructor: vide ne hæc audiens putes temeritati tuæ licentiam dari, ut ubicumque non propter illicitum cultum, sed propter discretum & ob hoc propter licitum mentis affectum pictas vel factas similitudines Sanctorum viderit, ut illas aut destruas aut irridendo subsannare debeas.

Quamobrem uterque monendus est, ne neuter sicut quondam Bardolanus novarum inventionum superstitiosus amator, sed sicut vere catholicus, studiosissime matrem virtutum discretionem in omnibus servans, zelumque Dei secundum fatuitatem insipientium, sed secundum virtutem sapientium in Domino habens, nec ille diligendo, nec iste contemnendo ultra quam oporteat dextra lævaque transiliendo viam rectitudinis amittat; sed quia ita plerique pertinaces sunt ut ratione facti nequam possint, hi merito sancta auctoritate quaesant di sunt, ut saltem fracti medicinam quaerant.

EPIS.

## EPISTOLA GREGORII PAPÆ.

ANNO  
CHRISTI  
811*Gregorius Sereno episc. Massiliensi.*

**L**iterarum tuarum primordia ita sacerdotalem in te esse benevolentiam demonstrabant, ut major nobis fieret de fraternitate tua lætitia, sed tantum earum finis a suis dissenfit initiis, ut non unius sed diversarum mentium talis crederetur epistola. Peritatum quidem ad nos fuerat quod inconsiderato zelo successus, sanctorum imagines sub hac quasi exultatione, ne adorari debuissent, confringeres, & quidem quia eas adorari vetuisses, omnino laudavimus; fregisse vero reprehendimus. Dic frater, a quo factum sacerdote aliquando auditum est, quod fecisti? si non aliud vel illud te non debuit revocare? displicet aliis fratribus solum te sanctum & esse credis scientem? Aliud est enim picturam adorare, aliud picturæ historia quid sit adorandum addiscere. Nam quod legentibus scriptura, hoc idiotis præstat pictura cernentibus, quia in ipsa ignorantibus vident quod sequi debent, in ipsa legunt qui literas nesciunt. Unde præcipue gentibus pro lectione pictura est, quod magnopere a te, qui inter gentes habitas, attendi ducerat, ne dum recto zelo incaute succenderis, terribus animis scandalum generares. Frangere enim non debuit quod non ad adorandum sed instruendum solummodo mentes tui nescientium collocatum, & quia in locis venerabilibus sanctorum depingi historiam, non sine ratione veritas admittit. Et post pauca sequitur:

Convocandi enim sunt diversi Ecclesie filii, eaque scripturæ sacræ est testimonium ostendendum, quod omne manufactum adorare non liceat, quantum scriptum est: Dominum Deum tuum adorabis & illi soli servies, ac deinde subiungendum, quia picturas imaginum quæ ad ædificationem imperiti populi facta fuerant, ut nescientes literas ipsam historiam intendentes, quid actum sit dicerent. Et item Si ad hanc instructionem ad quæ imagines antiquitas factæ sunt, habere vultis in ecclesiis, eas modis omnibus & offerri & habere permittas, atque iudica, quod non tibi ipsa visio historię, quæ picturæ teste pandebatur, displicent, sed illa adoratio, quæ picturis fuerat incompenter exhibita, atque in his verbis eorum mentes demulcens, ad concordiam tuam revoca; & ut his imagines facere voluerit, minime prohibentur, ad eam vero imaginem omnimodis devota. Sed hoc sollicitè fraternitas tua ammoneat, ut ex visione scripturæ ardorem compunctionis præcipiant, & in adorationem solum omnipotentis & Trinitatis humiliter prosternantur.

## ITEM GREGORII PAPÆ

*Gregorius papa Secundo sereno Dei Inclauso.*

**D**ilectionis tuæ literas læcepi, quæ in meo sensu amoris melle condita sapuerunt &c. & post quædam interposita inquit: Imagines enim quas nobis tibi dirigendas per Dulcidium diaconum tuum rogasti, valde nobis tua postulatio placuit, quia illum in corde tota intentione queris, cuius imaginem præ oculis habere desideras, ut vitio corporalis condiana temper reddat exortum: ut dum picturam vides ad illum animo inardescas, cuius te imaginem videre consideras. Abre non facinus, si per visibilia vitabilibus invisibilia demonstramus, sic homo qui alium ardentem videre desiderat, aut spontam amando desiderat, quam videre conatur, si contingit ut ad balneum

Autem aut ad ecclesiam procedere existimet, viam tendentibus se præparet, ut de visione hilaris recedat. Scimus namque quia tu imaginem Salvatoris nostri, ideo non petis, ut quasi Deum colas, sed ob recordationem Filii Dei in eius amore recalescas, cuius te imaginem videre consideras, & nos quidem non quasi ante divinitatem ante ipsas prosternimur, sed illum adoramus, quem per imaginem aut natum aut passum vel in throno sedentem recordamur, & dum nos ipsa pictura quasi scriptura ad memoriam Filii Dei reducimus animum nostrum, aut de resurrectione lætificat, aut de passione emulcet. Ideoque direximus tibi syriaca duo, imaginem Salvatoris & Sanctæ Dei genitricis Mariæ & beatorum Apostolorum Petri & Pauli per supradictum filium nostrum diaconem & unam crucem cum clavo pro benedictione, ut ab ipso maligno desentus, crucis sancto ligno munitum esse te credis &c.

*Item Gregorius p. Januario episc.*

Judæi de civitate vestra huc venientes quæsi nobis sunt, quod synagogam eorum quæ Parati sita est, Petrus qui ex eorum superstitione ad Christianam fidei cultum Domino volente perductus est, adhibitis sibi quibusdam indisceplinis, sequenti die baptisimi facti, hoc est Dominica ipsa festivitate Paschali cum gravi scandalo sine vestra occupaverit voluntate, atque imaginem illic genitricis Dei Dominique nostri venerandam crucem vel Lytrum album, quo fonte surgens indutus fuerat, potuisse &c. & post pauca inquit: Considerantes hac de re vestre voluntatis intentum ac magis iudicium, hortamur assatibus ut sublata exinde cum ea quæ dignum est veneratione atque crucem, debeatis quod violenter ablatum est reformare &c.

*Eiusdem ad Germanum patriarcham Constantinopolitanum.*

Qualis & quæ libatio meum sic sancte lætificavit animum sicut de te venerabili nempe mihi & superlaudabile nomen sanctissimæ & Deo dilectæ gratificatæ nuntiationis &c. Deinde post quædam interposita adjunxit: At ubi sic crepiti colitur, sicut ipse Deus tibi monstravit, præesse præcipiens in castra Christi, & regni gloriosum certe & notum signum, vivificam dico crucem, magnum adversum mortem ejus magnitudinis triumphum, ubi mundi quadripartiti orbem terrarum perscripti, distinguens perscriptis, ita & sanctam imaginem omnium Domine & sanctæ Dei Genitricis, cuius vultum deprecantur divites plebis. Etenim sancta sicut patribus videtur, quæ sic a vobis pie honorata donavit retributiones. Nam imaginis honor ad primam formam transit, secundum magnum Basilium & sicut inquit Chryostomus. Ego & cetera persulæ dilexi picturam pietate repletam. Et post pauca in eadem epistola: Si enim Prophetice dispositionis non acceperunt finem, non scribantur causæ ad ostensionem, quæ nec dum factæ sunt, videlicet nisi incarnatus est Dominus, non signetur quæ secundum carnem signatur sancta imago ejus nisi natus est in Bethleem de tempore gloriosa Virgine & Dei Genitrice, & Magi munera obtulerunt, & pastoribus apparuit angelus, & multitudo cælestis militiæ cæto laudem retulit, nisi in ulnis Genitricis, ut infans portaretus, qui portat omnia, & lactis nutrimento pascitur, qui dat etiam omni carni, neque hoc signetur, nisi mortuos levantavit & paralyticos exivit, & leprosis purgationem dedit, & oculos cæcorum aperuit, & dæmones effugavit, & nisi aperuit aures surdorum & omnia operatus est, quæ gloriose & Dei miracula perfecit, non scribantur, nisi passionem voluntarie suscepit & infernum exspoliavit & surgens in cælos ascendit, qui venturus est judi-

ANNO  
CHRISTI  
811

ANNO  
CHRISTI  
610ANNO  
CHRISTI  
610

449 dicare vivos & mortuos, non scribantur, neque A  
designantur, quia hæc recitantur, & per literas &  
per colores scripturæ & historie. Si enim hæc om-  
nia facta sunt & magnum est pietatis mysterium,  
utinam fuisset possibile, cælum & terram & mare  
& animalia omnia, enarrare ea & per voces &  
per literas & historias; non existentium enim de-  
signantium idolica scriptura nominatur quæ non  
fuerunt in essentia delirato factura, & ne una  
condescensio Ecclesiæ Christi cum idolis? absit,  
neque enim vitulos adoravimus, nec vitulum in  
Choreb fudimus, neque Deum nobis mundum exi-  
stimavimus, neque iterum in sculpsi inclinati fu-  
mus, & Beel Phegor consecrati sumus, neque fi-  
lios nostros aut filias aliquando demoniis im-  
molavimus; non sunt hæc nobis, non sunt, nul-  
lus accusetur, quoniam nihil quæ existunt aut fa-  
cta sunt, præter nomen quod est super omne no-  
men, vivificam Trinitatem, populus Christi us-  
que hodie servivit, aut veneratus est, absit. Si  
enim quis judaice motus ad calumniandum, quæ  
olim idolorum culturis acclamatione profanatur,  
& idolorum cultura adscribere ecclesiæ nostræ de  
venerabilibus imaginibus divinis & mirabilibus ad  
meliora directis existimemus, nihil aliud aut ca-  
nem latrantem, ac sui infundibula procul ejicien-  
tem, audiat sicut Judæus, utinam esset & Israel  
per visibilibus quam deputatus est, offerre Deo  
orationem, & per exempla memorari factorem,  
& non vitulum tenere, & muscas super tabulas  
fundamenti, utinam sanctum altare diligeret & C  
non vitulas Samaritæ. Bonum illi esset & justum  
rorissimam divinam petram amplectere & non  
Beel, utinam esset illi ad virgam Moysi magis as-  
picere & ad urnam auream & arcam & propitia-  
torium Lamminæ Ephod, mensam, tabernaculum  
interius & exterius, quæ omnia in gloriam facta  
Dei etiam manufacta, sed magis sancta sanctorum  
dicebantur, & Cherubin sculpta, quorum memo-  
riam faciens Apostolus inquit: Cherubin gloriæ  
obumbrantis propitiatorium, quibus & divina ve-  
getari gloria & scriptura docemur, si istis atten-  
deres, numquam idolis inclinaretur. Omne enim  
opus in nomine Domini factum pretiosum & san-  
ctum dictum est &c.

*Item Gregorii Papa in Synodica epistola.*

Si contraria sentientibus & irrita facere que-  
rentibus antiquas Patrum traditiones salutis occur-  
reret convertio, sufficerent utique ea quæ superius  
a nobis ex Patrum testimoniis vel sacris dicta sunt  
monumentis. Sed quia videmus, quod merentes  
dicimus, plerosque turbatis mentibus statuta con-  
turbare Ecclesiæ, ideo, fratres carissimi, extenditur  
termo, & cupimus ad compescendam erroris in-  
faniam adhuc ex veteribus documentis aliquid di-  
cere, forsitan respicient inquieti. In libro enim  
Exodi sic legimus: Locutus est Dominus ad Moy-  
sen dicens; Loquere Filiis Israel. ut tollant mihi  
primitias ab omni homine, qui offert ultroneus  
accipiat is eas; hæc sunt autem quæ accipere de-  
betis, & cetera per ordinem usque ad duorum  
Cherubim, qui erunt super arcam testimonii,  
cunctaque mandabo per te Filiis Israel. Et ite-  
rum: Mandato Dei a Salomone constructo tem-  
plo, inter alia fecit in oraculo duo Cherubim de  
lignis olivarum. Et infra: Et sculpsit in eis pi-  
cturas Cherubim & palmarum species & anoglypha  
valde prominentia, & texit ea auro & operuit  
tam cherubim quam palmas &c. Ecce, carissimi  
Fratres, consideremus quid Deo mandante Moy-  
ses effecerit, quidve Salomon sapientissimus divino  
jussu contruxerit, & cetera, quanto debemus pu-  
ro cordis annisu ipsum Christum Dominum no-  
strum sanctamque semper Virginem ejus genitri-  
Concil. General. Tom. XIV.

cem Mariam, Apostolos quoque vel omnes sanctos  
Dei, per eorum sacras effigies atque imagines co-  
lere, adorare & ad propitiandum nobis petere &  
relaxare delicta. Nos non ob aliud nomen ima-  
gines facimus & adoramus, sed pro nobis incarna-  
to Verbo Dei; si autem manufacta omnia abji-  
cienda sunt, neque arcam fœderis, neque aurea  
& calata Cherubim ejus debuerant recipi, quæ  
per Beseleel & Eliab facta sunt juxta præceptum  
Dei. Si vero illa sicut similia invisibilia facta sunt,  
ita & hæc simili modo secundum visiones & re-  
velationes Prophetarum coloribus distinctæ efficiun-  
tur &c.

*Item Joannis Archiep. Constantinopolitani qui &  
Chrysostomi Joannes Chrysostomus in  
serm. Carna Domini.*

Omnia facta sunt propter gloriam Dei, usui  
autem nostro nubes ad imbrum ministerium, ter-  
ra ad frumenti abundantiam, mare ad negotian-  
dum copiose, absque invidia omnia famulantur ho-  
mini, magis autem imagini Domini. Neque enim  
quando Imperiales vultus & imagines in civitates  
introducuntur & obviam judices & plebes cum  
laudibus non tabulam honorantes, neque effusæ  
ceræ scripturæ, sed figuram Imperatoris; sic & crea-  
tura non terrenam speciem honorat, sed eandem  
ipsam cælestem figuram reveretur.

*Ejusdem de parabola seminis.*

Indumentum imperiale si injuriaveris, nonne tum  
qui induitur injurias, nescis quia si quis imagi-  
nem Imperatoris injuriat, ad eum ipsum Impera-  
torem principaliter dignitati ejus adfert injuriam?  
Nescis quia si quis imaginem ex ligno aut ex co-  
lore detrahit, non sicut ad elementum sine anima  
ausus judicatur, sed sicut adversus Imperatorem  
disgregatam imaginem totidem Imperatoris gestans  
ejus injuriam ad Imperatorem deducit.

*S. Basilii ex lib. ad Amphil. de Spiritu  
Sancto cap. 17.*

Quoniam Imperator dicitur & Imperatoris ima-  
go & non duo Imperatores. Neque enim fortitu-  
do scinditur, neque gloria dividitur; sicut enim  
quæ tenetur noster principatus & potestas una, sic  
& quæ erga nos glorificatio una & non mul-  
ta, quoniam imaginis honor ad formam primam  
D tranfit.

*Item ejusdem in epist. ad Julianum imp. missa.*

Secundum id quod divinitus datam hæredita-  
riam nobis immaculatam Christianorum fidem  
confiteor & promitto. Credo in unum Deum Pa-  
trem, Deum Filium, Deum Spiritum Sanctum,  
unum Deum, hæc tria adoro & glorifico. Confi-  
teor autem & Filii incarnati dispensationem, &  
Dei genitricem, quæ secundum carnem eum ge-  
nuit, sanctam Mariam: suscipio vero & sanctos  
Apostolos, Prophetas & martyres, & ad Deum  
deprecationem quæ per eos, scilicet illis median-  
tibus, propitiatorem mihi efficit misericordissimum  
Deum, & remissionem mihi facinorum condona-  
ri, pro quo & figuras imaginum eorum honoro,  
E & adoro, specialiter hoc traditum tam a sanctis  
Apostolis & non prohibitum, sed in omnibus ec-  
clesiis nostris eorum designantem historiam.

*Item ipse in serm. 55. 40. martyrum.*

Nam & bellorum triumphos ac victoriæ & ser-  
monum conscriptores multotiens & pictores signi-  
ficant, quidam autem verbo adornantes, quidam  
vero tabulis præsignantes, & multos uterque ad  
utilitatem exercuerunt; quæ enim sermo historie  
per auditum, hæc conscripta silens admonitio per  
imitationem demonstrat.

*Item S. Albanasi.*

Interrogatio Antiochi ad Sanctum pro imagini-  
bus. Quomodo lex & Prophetæ dicentes, sta-

tuas & similitudines non adoretis. Quare ergo vos autem ad memorias sanctorum imagines facimus  
facitis imagines & adoratis eas?

*Responsio Athanasii.*

Non ut Deus imagines adoramus nos fideles sicut pagani, absit, sed tantummodo affectu & caritatis nostræ animæ ad vultum faciei imagines apparentes, unde multoties vultu delecto sicut signum purum atque commune jam, quod dudum fuerat imago, comburimus. Sicut enim Jacob appropinquans morti, luminitatem virgæ Joseph adoravit, non virgam honorificans, sed qui eam tenebat; sic & fideles non pro aliquo alio modo imagines adoramus, non pro desiderio effigie delectata.

*Item beati Cyrilli Alexandr. episc. in serm. Matthæi Evang.*

Deningitur enim fides quod in forma Dei existit Verbum, sicut & nostræ vitæ redemptione oblatum est Deo secundum nostram similitudinem indutus & factus homo. Et idem ipse post pauca: Imaginum nobis expleat opus parabolæ significantium virtutem, cuidam, quomodo & oculorum adhiberi & palpatu manus afferri, in vestigiis, mentibus, inappariabiliter habens visionem.

*Item S. Cyrilli.*

Quemadmodum imaginem quis designatam iucundam respexerit, mirabitur quidem regis figuram & quæ illo apparet, hæc & ejus noscens conscriptionem pariter cernens delectabitur, ut ipsum regem aspiciat, &c.

*Item S. Epiphanius Episc. Constantia Cypri.*

Etenim Imperatores pro eo quod habent imagines, non duo sunt Imperatores, sed Imperator unus cum imagine.

*Item S. Stephanus episc. Bostoni. ad quosdam de Imaginibus Sanctorum.*

De imaginibus Sanctorum confidimus, quoniam omnes opus quod sit, in Dei nomine bonum est & sanctum. Aliud est enim imago, & aliud simulacrum, id est statuculum: quando enim Deus Adam plasmavit, videlicet & condidisset, dicebat; faciamus hominem ad imaginem nostram & similitudinem, & fecit hominem imagini Dei: quid enim? ergo quia imago est homo Dei, idolatria est, id est idolorum cultura est & impietas? nequaquam fiat. Si enim Adam imago demonum abiectus fuit & inacceptabilis, sed quia imago Dei est, honorabilis est & acceptabilis. Omnis enim imago in nomine Domini aut Angelorum aut Prophetarum aut Apostolorum aut martyrum aut iustorum sancta est; non enim lignum adoratur, sed is qui in ligno commemoratur, & contemplatus honoratur. Omnes enim nos honoramus iudices & salutamus etiam si peccatores sint; quid ergo numquid non debemus adorare sanctos Dei servos, & propter memoriam eorum constituere & erigere imagines, quod non obliviscantur? Sed dices quia ipse Deus præcepit & non adorare nos manufactos. Dic itaque o Judæe, quare super terram non est manufactum post facturam Dei: quid ergo? arca Dei quæ ex lignis Sethim fabricata est atque constructa, non fuit manufacta? & altare & propitiatorium & urna quæ habuit manna, & mensa & lucerna & tabernaculum inferius & exterius non fuerunt ex operibus manuum hominum quæ Salomon fecit? Et cur sancta sanctorum vocantur manufacta existentia? ita Cherubim & senarum alarum in circuitu propitiatorii non fuerunt statua & imagines Angelorum opera manuum hominum? & quomodo non abiciuntur? sed quia per præceptum Dei imagines factæ sunt Angelorum, sanctæ sunt, licet statua fuerunt; etenim idola gentium, quia imagines fuerunt demonum, Deus prohibuit & condemnavit eas. Nos

autem ad memorias sanctorum imagines facimus Abrahamæ, Moyli & Eliaz, Esaiæ & Zachariæ, & reliquorum Prophetarum, Apostolorum, & Martyrum sanctorum, qui propter Deum interempti sunt, ut omnis qui vidit eos in imagine, memoretur eorum; & glorificet Deum, qui glorificavit eos; decet enim eis honor & adoratio & commendatio secundum iustitiam eorum, ut omnes qui vident eos, festinent & ipsi imitatores fieri actionum eorum; quæ enim est adoratio, nisi honor tantummodo? sicut & nos peccatores adoramus, & salutamus nos alterutrum honorem & dilectionem. Etenim Deum nostrum aliter adoramus & glorificamus & contremiscimus. Imago est similitudo ejus, qui in ea conscriptus est, impii autem qui bonum non agunt, neque sanctorum conimemorantes non prohibeant neque scandalizent eos qui benefaciunt, & honorant sanctos & servos Dei, & commemorantur eorum, mercedem enim bonæ operationis percipiunt; impii vero secundum quod cogitaverunt, habebunt delationis inhonorationem, sicut id quod iustum negligentes, & a Domino recedentes, propter memoriam, namque in imaginibus conscribuntur, & honorantur, immo & adorantur sancti sicuti servi Dei, ut pro nobis Divinitatem sint exorantes atque implorantes; dignum enim est commemorari doctorum nostrorum & gratias referendo.

*Item S. Dionysii Areopagita Atheniensis episc. in epist. quam scripsit ad S. Jo. Evangelistam, inter cetera inquit.*

Quid mirabile si Christus verax, & discipulos, inquit, de civitatibus ejiciunt, ipsi digne sibi iudicantes & de sacro scelerati interdiciunt, & recedentes a veritate, & manifeste imagines sunt visibiles invisibilibus, nec enim in sæculis supervenientibus culpabilis erit ex ejus iustitia respectus Dei.

*Item ejusdem de caelesti militia & infra.*

Prædicta enim incorporea agmina diversis coloribus effiguntur, compositionibus variis, quatenus sic tacite nolmetipsos per sacratissimas effigies ad simplices & incorporales pia mente transicamus. Etenim impossibile est nostræ menti ad incorporea illa pertingere, caelestis militiæ imitationem visionemque, nisi si per elementorum poterimus visibilem decorem ad invisibilem pulcherrimamque attingi effigiem, & visibiles odoriferasque imagines rationali traditione invisibiles præfulgi &c.

*In definitione sancti sexti & magni Concilii. Cap. 82.*

In quibusdam venerabilium imaginum picturis, agnus digito præcursoris monstratus designatur, qui in signum relictus est gratiæ; verum nobis per legem præmonstrans Agnum Christum Deum nostrum qui abstulit peccata mundi. Et post pauca: Secundum humanam figuram, & in imaginibus nunc pro veteri agno retitulari decernimus per ipsum humilitatis altitudinem Dei Verbi considerantes, & ad memoriam quæ in carne actionis quique passionis ejus & salutaris mortis manibus educati, & quæ abhinc facta est mundi redemptionis &c.

*Unde & B. Augustinus in 92. psal. inquit.*

Si autem non adoras in Christo ista terrena, quamvis de illis similitudo quædam data est ad significandum sanctos de quacumque creatura ducta fuerit similitudo, tu intellige similitudinem creaturæ, & adora artificem creaturæ &c.

*Item S. Athanasii episc. Alexandrini de Huminatione Domini, cujus initium.*

Sufficienter quidem de his nullis pauca summen-



453  
mentis intimavimus. Et post: Sicut ea quæ scribitur in lignis forma abolita exterioribus sordibus, iterum necesse idipsum recuperari atque uniri is cuius est forma, ut innovari possit imago in eadem materia atque elemento; per ejus enim formam & ipsa materia ubi & conscribitur non de-jicitur, sed in ea ipsa configuratur.

*Item B. Ambrosii Mediol. episcopi ad Gratianum Imp. ex lib. 3. cap. 9.*

Numquid ne quando & deitatem & carnem ejus adoramus, dividimus Christum? Aut quando in ipso & Dei imaginem & Crucem adoramus, dividimus eum? ablit.

*Item B. Gregorii Nysseni episc. inter plura, ubi de Abraham sermone inquit.*

Vidi imaginem passionis, & non sine lacrymis visionem transivi, opere artis ad faciem deducens historiam &c.

*Item ipse in interpretatione in Cantica Cantic.*

Sicut vero conscripta doctrina materia quædam est, ita omnino in diversis tincturis, quæ complent animantis imitationem; qui vero ad imaginem conspicit ex eadem arte per colores completam tabulam, non tincturis præfert contemplationem, sed visionem depictam conspicit tantummodo, quam per colores magister demonstravit.

*Leontii episc. Neapoli Cypri in sermon. V. propter Christianorum responsum adversus Judæos, & de imaginibus Sanctorum.*

Nunc vero de venerandis pictisque imaginibus responsum faciamus, ut obstruantur ora loquentium iniquitatem. Legalis enim & hæc traditio, & audi Deum dicentem ad Moysen; Imagines duas Cherubim aureas insculptas construe obumbrantes propitiatorium. Et iterum templum quod ostendit Deus Ezechieli: Templum, dixit, palmarum & leonum & hominum & Cherubim a pavimento ejus usque ad cameram tecti, certe terribilis sermo, qui præcepit Israeli ne faceret quodlibet sculptile, neque imaginem, neque similitudinem quæ sunt in cælo, & quæ sunt in terra, ipse præcepit Moysi facere sculptilia animalia & Cherubim, unde & Salomon ex lege suscipiens signum plenum fecit templum ære & sculptile & fusile, leonum, boum & palmarum, & hominum & non est reprehensus a Deo. Si enim me reprehendere vis pro imaginibus, reprehende Deum, qui hæc fieri iussit in memoria ejus esse erga nos. Judæus dixit, sed non adorabantur illæ, sicut Dii similitudines, sed memoria tantummodo fiebat. Christianus dixit: bene dixisti, neque a nobis ut Dii adorantur sanctorum effigies & imagines & signa. Si enim ut Deum adorant lignorum imagines, debebant omnino & cetera ligna adorare. Si vero ut Deum adorarent lignum, non omnino deleta effigie imaginem incenderent.

*Et iterum.*

Damus quæ sunt annexa duo ligna Crucis, adoro signum propter Christum, qui in ea crucifixus est; at ubi divisa fuerint ab alterutrum, projicio ea & incendo, & sicut qui iussionem Imperatoris suscipiens & osculatus est signum, non lutum honorat aut chartam aut plumbum, sed Imperatori salutem & venerationem reddidit; sic & Christianorum pueri signum Crucis adorantes, non naturam ligni veneramus, sed signum & figuram Christi, ipsum videntes per ipsum, qui in ea crucifixus est, osculamur & adoramus &c. *Et post pauca:* Sicut enim virgam Christi crucem adoramus, sicut enim sedem & lectum ejus sanctum sepulcrum, sicut enim domum, præsepium, & Bethlehem & cetera sancta ejus tabernacula, sicut enim amicos ejus, Apostolos ejus

*Concil. General. Tom. XIV.*

& sanctos Martyres & reliquos Sanctos, Christi vero passionem in ecclesiis & in domibus & in plateis & in imaginibus, & in velis & in cubiculis, & in vestibus & in omni loco designamus, ut desinenter aspicientes hæc recordemur & non obliviscamur, sicut tu oblitus es Domini Dei tui: & sicut tu adorans librum legis non naturam pellium & atramentum adoras, sed verba Dei quæ in eo continentur; sic ego imaginem Christi adorans, non naturam lignorum aut colorum, ablit, sed inanimata in figuram Christi teneas, per eam Christum spero tenere & adorare. *Et infra sequitur:* Nam & ipsos filios nostros & patres factos existentes & peccatores sapius osculamur, & non in hoc condemnabimur, non ut Deos eos osculamur, sed amorem nostræ naturæ, quem erga eos habemus, per osculum ostendimus. Sicut enim multotiens dixi: mens scrutatur in omni osculo & in omni adoratione &c. Sic o homo Christianorum populi quantumque signa Crucis & imaginum osculantur, non ipsis venerationem signis aut lapidibus proferunt, aut auro aut corruptæ imagini aut litanis, sed per illa Deo Creatori, qui & eorum & omnium creator est, gloriam & venerationem offerunt. *Et infra:* qui enim diligit amicum suum aut regem & magis benemerentem sive filium ejus videns sive virgam sive sedem sive coronam sive domum sive servum tenens osculatur & honorat per hos benefactorem, & magis Deum. Quando enim vides Christianos adorantes Crucem, cognosce quoniam Crucifixo Christo adorationem proferunt & non ligno; nam si naturam ligni venerati essent, omnino & arbores & nemora adorarent, sicut & tu aliquando Israel adorabas dicens arbori & ligno: Tu mihi es Deus & tu me genuisti; ergo non sic dicimus Cruci neque figuris Sanctorum: Dii nostri estis; non enim sunt Dii nostri, sed similitudines & imagines Christi & Sanctorum ejus, & ad memoriam & honorem & decorem ecclesiarum adjacentium & adorantium; qui enim honorat martyrem, Deum honorat, & qui martyrem ejus honorat, ipsi Deo honorem offert &c. qui Apostolum honorat, qui misit eum honorat &c.

*Item B. Augustini, de eo quod apparuit Deus Moysi & de virga & manu colorata & aqua in sanguinem, & post quadam inserta subjungit.*

Sicut Moyses exaltavit serpentem in eremo, ita exaltari oportet filium hominis, ut omnis qui credit in eum non pereat, sed habeat vitam æternam; hoc est quicumque percussus fuerit a serpentibus peccatorum, Christum intueatur & habebit sanitatem in remissionem peccatorum.

*Item ejusdem S. Augustini super Joannem Evangelistam de eodem sermone Homilia inter cetera.*

Interim modo fratres, ut a peccato sanemur, Christum Crucifixum intueamur, quia sicut Moyses exaltavit serpentem in eremo, ita exaltari oportet filium hominis; hoc enim interest inter figuram sive imaginem & rem ipsam; figura præstabat vitam temporalem, res ipsa, cujus ipsa figura erat, præstabat vitam æternam &c.

*Item S. Aug. de libro tertio S. Trinitatis inter cetera.*

Nam sicut unctio lapidis, Christum in carne in qua unctus est oleo exultationis præ participibus suis, ita virga Moysi conversa in serpentem ipsum Christum factum obedientem usque ad mortem ejus, unde ait; sicut exaltavit Moyses serpentem in eremo. Et post cetera: Si intuentes illum serpentem exaltatum in eremo, serpentem moribus non peribunt, vetus homo noster crucifixus est

ANNO  
CHRISTI  
816

ANNO  
CHRISTI  
816

455  
cruci cum illo : per serpentem autem mors in-  
telligitur , quæ facta est a serpente in paradiso ,  
modo locutionis per efficientem id quod efficitur .  
Demonstrante ergo virga in serpente , Christus  
in morte & serpens rursus in virga , Christus in  
resurrectione , totus in corpore suo quod est ec-  
clesia &c.

*Item B. Augustini in libro Exodi , inter cetera .*  
Facta credimus , quemadmodum facta legimus ,  
& tamen ipsa facta umbram fuisse futurorum A-  
postolica doctrina cognoscimus . Putamus ergo spi-  
ritualiter esse investiganda , quæ facta sunt , facta  
tamen esse negare non possunt &c.

*Item ipse in psalmo 73 .*  
Immo jam in nomine Christi venire gaudea-  
mus , jam tenentes sceptrum subduntur ligno cru-  
cis , jam sit quod prædictum est : Adorabunt eum  
omnes Reges terræ , omnes gentes servient illi .  
Jam enim in frontibus Regum pretiosius est si-  
gnum crucis , quam gemma diadematis .

*Item ejusdem de filio Abrabæ ducto ad  
sacrificium .*  
Non enim frustra moti estis , cum hoc dice-  
rem , Crux cornua habet ; sic enim duo ligna  
compinguntur in se , ut crucis speciem reddant .  
Sicut ergo imagine Crucis multis locis videmus ,  
ut fiant duo cornua , quibus insignantur manus ,  
cornibus hærentem arietem crucifixum Dominum  
video &c.

*Item S. Severiani Gabalensis de sermone  
S. Crucis .*

Putas non erat justum dici , si quis vestrum  
mortuus fuerit , respiciat in cælum sursum ad Deum  
& salvabitur ? Ut enim & attendi cælo relinquat ,  
non potuit dicere si quis mortuus fuerit , aspiciat  
lucernam luminis & salvabitur ? aut aspiciat ad  
mensam propositionis sanctorum panum & salva-  
bitur ? aut ad altare aut ad velum , aut in arcam  
aut in imaginem Cherubim , aut in propitiato-  
rium , sed nihil horum ad medium adduxit le-  
gislator magnus , sed solam fixit crucis imaginem ,  
& hanc per maledictum serpentem . Dic mihi ut  
fidelis famulus , quod interdiciis , facis ; quod abre-  
nuntias , ædificas ; qui dicis , non facies sculpsit  
& fusile , sculpis serpentem ? Sed illa quidem le-  
ge posui , ut materias abscindam impietatis , &  
populum hunc eruum omni idolorum cultura .  
Nunc autem effundo serpentem ut præfigurem  
imaginem Salvatoris &c.

*Item S. Augustini ad Dulcidium in quest. 6.  
de Samuelis imag.*

Solent enim in Scripturis imagines earum re-  
rum nominibus appellari , quarum imagines sunt  
sicut omnia quæ pinguntur atque finguntur ex  
aliqua materia metalli aut ligni vel cujuscumque  
rei aptæ ad operam hujusmodi , quæ etiam viden-  
tur in somnis , & omnes tere imagines earum  
rerum , quarum imagines sunt , appellari nomi-  
nibus solent . Quis enim est qui hominem pictum  
dubitet vocare hominem ? quando quidem & si-  
ngulorum quorumque picturam cum aspiciamus pro-  
pria quoque nomina incunctanter adhibemus , ve-  
lut cum intuentes tabulam aut parietem dicimus ,  
ille Cicero est , ille Salustius , ille Achilles , ille  
Hector , hoc flumen Simois , illa Roma . Cum  
aliud nihil sint quam pictæ imagines , unde Che-  
rubim , cum sint cælitus potestates , factæ tamen  
ex metallo , quod imperavit Deus , super arcam  
testamenti magnæ rei significandæ gratia , non a-  
liud quam Cherubim illa quoque signenta voca-  
bantur . Item quisquis videt somnium , non dicit ,  
vidi imaginem Augustini aut Simpliciani , sed vi-  
di Augustinum aut Simplicianum , cum eo tempore  
quo tale aliquid vidit , nos ignoraretis , utque

Adeo manifestum est , non ipsos homines sed ima-  
gines eorum videri , & Pharaon spicas se vidisse  
dixit in somnis & boves , non spicarum & boum  
imagines . Si igitur liquido constat nominibus ea-  
rum rerum , quarum imagines sunt , easdem ima-  
gines appellari , non mirum est quod Scriptura  
dicit : Samuelem visum &c.

*Item Augustini in libro de Doctrina  
Christiana secundo .*

Signum est enim res præter speciem quam in-  
gerit sensibus , aliud aliquid ex se faciens in co-  
gitationem venire , sicut vestigio viso transisse ani-  
mal cujus vestigium est cogitamus , & viso fumo  
ignem subesse cognoscimus . Signorum igitur alia  
sunt naturalia , alia data . Signa data sunt , quæ  
divinitus in Scripturis Sanctis continentur , per ho-  
mines nobis indicata sunt , qui ea conscripserunt  
&c . Ante omnia igitur opus est Dei timorem  
converti ad cognoscendam ejus voluntatem quid  
nobis appetendum fugiendumque præcipiat . Et  
infra : illud quod est secundum institutiones ho-  
minum partim superstitiosum est , partim non est .  
Superstitiosum est quicquid institutum est ab ho-  
minibus ad faciendam & colendam idola pertinens ,  
vel ad colendam , sicut Deum , creaturam . Et  
post pauca sequitur : Appetunt tamen omnes quan-  
dam similitudinem in significando , ut ipsa signa  
in quantum possunt rebus quæ significantur simi-  
lia sint ; sed quia multis simile aliquid alicui po-  
test esse , non constant talia signa inter homines  
nisi consensus accedat ; in picturis vero & statuis ,  
ceteris hujusmodi simulatis operibus maxime pe-  
ritorum artificum nemo errat cum similia vide-  
rit , ut agnoscant quibus sint rebus similia , & hoc  
totum genus inter superflua hominum instituta  
numerandum est , nisi cum interest quid eorum ,  
qua de causa , & ubi , & quando , & cujus aucto-  
ritate fiat &c .

*Item Augustini in lib. 3. ejusd.*

Qui vero aut operatur aut veneratur utile si-  
gnum divinitus institutum , cujus vim significatio-  
nemque intelligit , non hoc veneratur quod vide-  
tur & transit , sed illud potius quo talia cuncta  
referenda sunt ; talis autem homo spiritalis & li-  
ber est etiam tempore servitutis , quo carnalibus  
Danimis nondum oportet signa illa revelari ; quo-  
rum jugo edomandi sunt . Tales autem spirituales  
erant Patriarchæ ac Prophætæ omnesque in popu-  
lo Israel , per quos nobis Spiritus Sanctus ipsa  
Scripturarum & auxilia & solatia ministravit .

*Item S. Athanasi in serm. 4. adv. Arrianos .*

Arriomanitæ , ut dictum est , judicantes se mel-  
transgressores fieri . Et post cetera : Hoc & ab  
exemplo imaginis Imperatoris attentius quis con-  
siderare poterit . Igitur in imagine Imperatoris si-  
militudo & forma est ; & in Imperatore quidem  
quæ in imagine similitudo est , immutabilis enim  
est forma quæ in imagine Imperatoris similitudo ,  
quatenus qui conspicit imaginem , videt in ea  
Imperatorem , & iterum qui vidit Imperatorem  
cognoscit quoniam hic est qui in imagine . Ideo  
quod non immutetur similitudo qui voluerit cum  
imagine videre Imperatorem , dicat namque , ego  
& Imperator unum sumus ; ego enim in eo sum ,  
& ille in me ; & quod conspicias in me , hoc in  
illo vides ; & quod vidisti in illo , hoc vides in me ;  
qui enim salutem imaginem , in ipsa salutem Imper-  
atorem . Enimvero illius forma est species , est  
imago &c .

*Item S. Athanasi episc. Theopoleos ad  
Simeonem episc. Bostra .*

Si Patres oportet secundum eloquium , ut tu  
asseris , interrogare , insuper autem & seniores . Et  
post pauca : Sicut enim absente quidem Impera-  
tore ,

ANNO  
CHRISTI  
814.

ANNO  
CHRISTI  
814.

457  
tore, imago ejus pro eo adoratur, præsentem ergo ipso superfluum est relinquere primam formam, & adorare imaginem, noone quia præfertur propter præsentiam pro quo adoratur, inhonorari eam oportet? *Et iterum:* Sicut enim qui injuriat imaginem Imperatoris, prænam justam sustinebit sicuti eum ipsum Imperatorem inhonorans. Etenim imagine nihil aliud existente nisi lignum cum coloribus ceræ mixtis, simili modo qui signum cujuslibet inhonorat, in eum ipsum, cujus signum est, refert injuriam &c.

*In historia Tripart. lib. 6. cap. 1.*

*Zosimus inquit:*

Illud quoque quod sub Juliano provenit narrare non sileo. Fuit enim signum quidem virtutis Christi, & indicium contra principem iracundiæ Dei. Cum enim agnovisset in Cæsarea Philippi civitate Phœnicæ, quam Paneam vocabant, imagine Christi eise simulacrum, quod sanguinis liberata profusio constituerat, eo deposito, suam ibi statuam collocavit, quæ violento igne de cælo cadente circa ejus pectus divisa est, & caput cum cervice una parte dejectum atque in terra fixum, reliqua vero pars hæcenus restitit & fulminis indicium reservavit; statuam vero Christi tunc quidem pagani trahentes confregere, postea vero Christiani colligentes in ecclesiam recondiderunt, quo hæcenus retervatur.

*Item ipse cap. 42.*

Hoc itaque simulacrum, sicuti refert Eusebius, omnium passionum & ægritudinum noscitur esse medicamentum, juxta quod quadam herba germinat, cujus speciem nullus nostræ terræ medicus licet expertus agnovit, mihi namque videtur, quia adveniente Domino nullum miraculum nullumque beneficium putari debet incredulum &c.

*In hist. Anglorum lib. 1. cap. 25.*

*ejus instium*

Roboratus confirmatione beati patris Gregorii Augustinus confamulus Christi qui erat: cum eo rediit in opus verbi pervenitque Britanniam. Erat eo tempore rex Edilbereth in Cantia potentissimus. *Et post pauca in eadem sequitur epistola:* Post dies ergo venit ad insulam rex & residens sub divo, jussit Augustinum cum sociis ad suum ibidem advenire colloquium. Caverat enim ne in aliquam domum ad se introire vetere usus augurio, ne supervento suo, si quid maleficii artis habuissent, eum superando deciperent. At illi non dæmonica sed divina virtute præditi veniebant, crucem pro vexillo ferentes argenteam, & imaginem Domini Salvatoris in tabula depictam, lætantiæque canentes pro sua simul & eorum, propter quos & ad quos venerant, salute æterna Domino supplicabant.

*Item sequitur.*

Fertur autem quia appropinquantes civitati more suo cum cruce sancta & imagine magni Regis Domini nostri Jesu Christi, hanc lætantiæ consona voce modularentur: Deprecamur te Domine in omni misericordia tua, ut auferatur furor tuus & ira tua a civitate ista & a domo sancta tua, quoniam peccavimus &c.

*In epist. B. Germani patriar. Constantinopolitani ad Joannem episc. Synadorum, postquam literas B. Gregoris suscepit, inter cetera inquit.*

Epistolam vestræ sanctitatis suscepi, in qua referebatur de Episcopo Natholiz: significamus enim nunc vobis; sicut & pridem quam suscipere literas vestræ Sanctitatis conjungente hieo deni Deo amabili episcopo in verbis, venimus cum ipso sciscitantes sensum ejus unde nobis relatum fuerat de illo, ipse vero nobis hunc dedit responsum. Opportunum enim est singillatim om-

nia intimare vestræ Sanctitati, quoniam audiens divina Scriptura dicente: *Non facies tibi omnem similitudinem, ut adores ea, quanta in celo sursum & quanta in terra deorsum*, secundum hoc dixi quoniam non debetur manufactis adoratio, nam sanctos Christi martyres, qui veræ sunt margaritæ fidei, omni honore dignos putamus, & intercessionem eorum invocamus. Ad hæc quidem nos illi responsum dedimus, quoniam Christianorum fides venerationem & adorationem ad unum & solum Deum refert, sicut scriptum est: *Domino Deum tuum adorabis & illi soli servies*. Glorificatio enim nostra & servitium illi soli offertur. *Et post pauca:* In sanctis vero qui in cælis sunt, & in invisibilibus & incorporeis virtutibus sancta laudatur & glorificatur Trinitas in singulari dominatione & divinitate, sicut & unus Deus a nobis conitetur, & non est præter illum qui dominetur in virtute sua in æternum. *Et post pauca:* neque enim divinæ dominationis venerationem in confamilios transferimus, neque enim Imperatores aut Principes in terra adorantes similitudinem, ut ad Deum adorationem facere videmur, neque imaginum facturam, quæ per ceram & colores designantur, in transmutationem divinæ venerationis suscepimus, neque enim invisibilem deitatem imagine aut similitudine, aut habitu aut forma aliqua designamus, etiam neque ipsorum Angelorum quibus existunt ordinibus aut sentiri vel investigari ullo modo possunt sed quoniam unigenitus filius qui est in sinu Patris, revocans propriam creaturam a morte judicii bonæ voluntatis Patris & Spiritus Sancti, *homo fieri dignatus est*, sicut inquit Apostolus: *per omnia similis nobis factus absque peccato*, humanum ejus vultum & secundum carnem ejus humanam similitudinem imagine designantes, & non incomprehensibilem aut invisibilem ejus deitatem &c. Simili enim modo secundum carnem ejus incontaminatæ matris sanctæ Dei Genitricis ipso modo similitudinem demonstrantes, quoniam mulieris natura existente, & non aliena nostræ massæ facta, Deum invisibilem & omnia manu continentem in suo concepit utero & genuit incarnatum. Etenim ut vere & proprie matrem Dei veri veneramur eam & magnificamus. Sanctos enim martyres Christi Apostolosque & Prophetas miramur & beatificamus & ad memoriam fortitudinis eorum similitudines imaginum ipsorum describimus, non ut divinæ naturæ sonos eos æstimemus, neque quæ debetur deitati gloriæ quidem & potestati honorem & adorationem illi impendimus, sed amorem nostrum quem in ipsis habemus per hæc manifestamus, & ea quæ per auditum veraciter credidimus, designamus. Nam & ipsi sancti Dei in unum & solum Deum servitutum & glorificationem & adorationem observantes, & ad hoc omnes convocantes atque docentes eorum effuderunt sanguinem & in veritate confessionis coronam adepti sunt. Iste est modus in imaginum picturis & non sicut invisibili deitati in spiritu & veritate adorationem immutamus in manufactis imaginibus, sed caritatem nostram quam juste habemus ad servos Dei nostri tali modo ostendentes, & in eorum honore glorificatur Deus, qui glorificavit eos &c.

*In actione septima de significatione adorationis.*

Adoratio multis modis intelligitur. Est enim adoratio secundum honorem & amorem & timorem, sicuti adorantur Principes & illorum potestas.

Est alia adoratio timoris proprie, sicut Jacob adoravit Esau.

Est iterum adoratio secundum gratiam, sicut Abraham.

459

Abraham propter agrum quem accepit a filiis A  
Seih in sepulturam Saræ mulieris ejus & adora-  
vit eos.

ANNO  
CHRISTI  
826.

Est iterum adoratio cum creditur aliqua pro-  
fectio adipisci a supremis, sicut Jacob Pha-  
raonem.

Est vera & certissima adoratio, quæ soli debe-  
tur omnipotenti & divinæ majestati, sicut dicit  
scriptura: *Dominum Deum tuum adorabis & illi  
soli servies*. Hanc autem adorationem ad nullam  
creaturam licet transferre, nec in manufactis ad-  
dorare &c.

*August. in lib. 1. S. Trinitatis cum de Spiritu  
Sancto loqueretur inter cetera inquit.*

Patri & Filio prorsus Spiritus Sanctus æqualis, B  
& in Trinitatis unitate consubstantialis & coæ-  
ternus, maxime vero illo loco satis apparet quod  
Spiritus Sanctus non sit creatura, ubi jubemur  
non servire creaturæ, sed creatori, non eo modo  
quo jubemur per caritatem servire invicem quod  
est Græce *ἀλλήλων*, sed eo modo quo tantum Deo  
servitur quod est Græce *λατρίαν*, unde idololatræ  
dicuntur, qui simulacris eam servitutem exhib-  
ent quæ Deo debetur. Secundum hanc enim  
servitutem dictum est: *Dominum Deum tuum  
adorabis & illi soli servies*. Nam hoc distin-  
ctius in Græca scriptura invenitur: *λατρίαν*  
enim habet. Porro si tali servitute creaturæ ser-  
vire prohibemur, quandoquidem dictum est Do-  
minum Deum tuum adorabis & illi soli servies.  
Unde Apostolus detestatur eos, qui coluerunt &  
servierunt creaturæ potius quam creatori; non est  
utique creatura Spiritus Sanctus, cui ab omnibus  
Sanctis talis servitus exhibetur, dicente Apostolo:  
Nos enim sumus circumcisio spiritui Dei servien-  
tes, quod est in Græco *λατρίαν*. Plures enim  
codices etiam Latini sic habent, qui spiritui Dei  
servimus; nam Græce *λατρία*, Latine servitus di-  
citur, quæ quantum ad veram religionem attinet  
non nisi uni & soli Deo debetur &c.

*Item Augustinus in lib. de quant. anime.*

Deus autem immortalem animam fecit, ut o-  
pinor, nisi forte tibi aliter videtur. Ergo tu vel-  
les talia fieri ab hominibus qualia Deus fecit?  
non equidem hoc dixerim, sed quemadmodum  
immo immortalis immortale quiddam fecit ad simi-  
litudinem suam, sic & nos immortales a Deo fa-  
cti ad similitudinem nostram quod facimus immor-  
tale esse debet; recte diceret si ad ejus imagi-  
nem pingeres tabulam quod in te immortale esse  
credis. Nunc vero in ea exprimis similitudinem  
corporis, quod profecto mortale est, quomodo er-  
go sum similis Deo, cum immortalia nulla pos-  
sum facere ut ille? quomodo nec imago corporis  
tui potest hoc valere, quod tuum corpus valet,  
sic anima non mirandum est, si potentiam tan-  
tam non habet, quantam ille ad cujus similitudi-  
nem facta est &c.

*Histor. Episcopi de pictura.*

Pictura autem est imago exprimens speciem rei, E  
quæ dum vita fuerit ad recordationem mentem  
reducit. *Item*; picturam enim Egyptii excogita-  
verunt: Primum umbram hominis lineis circum-  
ductam; itaque initio talis, secunda singulis colo-  
ribus, postea diversis, sicque paulatim sese ars  
ipta distinxit & invenit lumen atque umbras dis-  
ferentiaque colorum. Unde & tunc pictores,  
prius umbras quædam & lineas futuræ imaginis  
ducunt, deinde coloribus complent tenentes ordi-  
nem inventæ artis. *Item*. Colores autem dictos,  
quod calore ignis vel solis perficiuntur, sive quod  
initio colabantur, ut summæ subtilitatis exister-  
ent &c.

*Item Augustinus in lib. de magistro.*

De his quæ intelliguntur interiorum veritatem  
ratione contulimus, quid dici potest, unde cla-  
reat verbis non aliquid discere præter ipsum qui  
aures percudit sonum; namque omnia quæ perci-  
pimus aut sensu corporis aut mente percipimus,  
illa sensibilia, hæc intelligibilia, sive ut more au-  
storum nostrorum loquar, illa carnalia, hæc spiri-  
talia nominamus. De illis cum interrogamur res-  
pondemus si præsto est ea quæ sentimus, velut  
cum a nobis queritur intuentibus lunam novam,  
qualis aut ubi sit, hic ille qui interrogat si non  
videt, credit verbis, & sæpe non credit. Discit  
autem nullo modo, nisi & ipse quod dicitur vi-  
deat, ubi jam non verbis sed rebus ipsis & sen-  
sibus discit; nam verba eadem sonant videnti quæ  
non videnti etiam sonauerunt. Cum vero non de  
his quæ coram sentimus, sed de his quæ aliquan-  
do sensibus queritur, non jam res ipsas sed ima-  
gines ab eis impressas, memoriæque mandatas lo-  
quimur. cum omni quomodo verba dicamus cum  
falsa intueamur ignoro, nisi quia non nos ea vi-  
dere ac sentire, sed vidisse ac sensisse narramus;  
ita illas imagines in memoriæ penetralibus rerum  
anteceasarum quædam documenta gestamus, quæ  
animo contemplantes bona conscientia non men-  
timur cum loquimur, sed nobis sunt ista docu-  
menta. Is enim qui audit si ea sensit atque af-  
fuit, non discit meis verbis, sed recognoscit ab-  
latis secum & ipse imaginibus. Si autem ille non  
sensit, quis non eum credere potius verbis quam  
discere intelligat. Cum vero de his agit quæ  
mente conspicimus idest intellectu atque ratione,  
ea quidem loquimur quæ præsentia contuemur,  
in illa interiore luce veritatis, qua ipse qui dici-  
tur homo interior illustratur & fruitur &c.

## CAPUT XIV.

*Unde primum exorta sit in ecclesiis Orientalium  
imaginum destructio.*

Tyrannus quidam fuit Seleman nomine, Ag-  
garenius genere, quo defuncto successit Huinarus  
in regno, cui iterum successit Ezidus vir valde  
levis & insipiens. Hujus enim temporibus erat  
quidam in Beriade maleficus ac divinus Seranta-  
picus nomine, præceptor iniquorum Hebræorum  
& inimicus Dei Ecclesiæ, qui ut comperit levi-  
tatem Ezidi Protosymboli accessit ad eum, cœ-  
pitque illi quædam divinare ac prædicere. Illi  
autem ex hoc acceptabilis factus, ac non multo  
postea dicere cœpit: Benignitati tuæ exponere vo-  
lo, unde me si audias, addatur tibi longitudo  
vitæ & perseveres in hoc Principatu annos trigin-  
ta, si quidem impleveris sermones meos. Ille vero  
insipiens tyrannus obscuratus mente desiderii lon-  
gæ vitæ; Quicquid mihi, inquit, præceperis, pa-  
ratus ad perficiendum existo. Et si consecutus  
fuero quod pollicitus es, maximos tibi honores  
retribuam. Maleficus vero & divinus ait ad eum:  
Jube mox generalem picturam deleatur in omnibus  
Christianorum ecclesiis; sive in parietibus sive in  
vasis sacris & in vestibus altarium, & non solum  
hæc, sed quæ in civitatum plateis sunt adornatæ.  
Quod audiens perfidus ille Tyrannus præcepit om-  
ni præfecturæ in cunctis locis Ecclesiarum imagi-  
nes & ceteras similitudines abolere & ita exorna-  
vit ecclesias Dei. Ab hinc enim cœperunt corru-  
ptores imaginum inveniri. Sed ipse Tyrannus an-  
no altero mortuus est, & imagines in pristinum  
statum restitutæ cum honore &c.

*Hic desunt nonnulla.*

EPI.

ANNO  
CHRISTI  
894.

## E P I S T O L A

NOMINE LUDOVICI IMPERATORIS AD PONTIFICEM  
ROMANUM .

Quia ergo per caritatem Dei, quae ab ipso largiente diffusa est in cordibus nostris per Spiritum Sanctum, qui datus est nobis, universae Ecclesiae notum esse non dubitatur, quod omnia quae intra eandem sanctam Dei Ecclesiam ad perennem capiendam salutem pertinentia aguntur, ita per eisdem S. Spiritus gratiam caute agenda sint, ut illud praecipue caritatis privilegium conservetur, quod ipse auctor & largitor omnium bonorum Dominus de mundo corporaliter abscissurus pro summo atque altissimo munere fidelibus suis dando pariter & relinquendo largiri dignatus est dicens: *Pacem meam do vobis, pacem meam relinquo vobis.* Illud etiam Apostoli pariter attentissime cogitandum: *Pacem sequimini, & san-ctimoniam, sine qua nemo videbit Deum.* Et idcirco valde necesse est, ut quisquis ad illam patriam desiderat pervenire, ubi nunquam discordia potuit vel poterit introire, illud summopere agere studeat, per quod & ipse illam Deo placitam caritatis pacem cum omnibus habere studeat, & omnes contra illam pacem discordantes ad veram concordiam revocare contendat.

Certum est enim quia sicut quisquam si eandem illam Deo placitam fraternitatis caritatem servare poterit & noluerit, ad palatium caritatis pervenire non poterit. Ita si illos quos contra eandem dilectionis unitatem dissidentes cognoverit, & illos ad tantae beatitudinis januas feris validissimis claudit. Similiter quoque iustissimo Dei iudicio eandem calcandi semitam obstatulum sibi opponit, si secundum qualitatis suae modum omnes in Deo unanimes, ne in baratrum discordiae corruant, quantum reniti prevallet, viriliter non contendit. Haec ad hoc non humana argumentatione reperta, sed divina tota orbi terrarum docente auctoritate diffusa atque notissima ubique valere debent, ut ubicumque fuerint discordantes, ad concordiam revocentur, concordantes vero ne in discordiam proruant ab universis qui prevalent, tucantur.

His ita summam praemissis, series hujus dilectionis postulat, ut subsequens sermo cur talia praemissa sint lucide pandat.

Quia igitur, ut universo ecclesiastico ordini revelante Spiritu Sancto notum est, inter cetera pietatis documenta, testante Apostolo, Fides, Spes, Caritas praeminent, ipsaeque rursus virtutes per prudentiam, temperantiam, fortitudinem atque iustitiam auctore Deo inviolabiliter conservantur; ita cursus illarum quatuor ad humanam derivatae sobriam conversationem per rationem, discretionem, honestatem atque utilitatem, habentur atque utuntur, nullusque istis carens illas perfecte habere potuit, nec eis rite istis spreto aliquando uti prevaluit, & quamvis sint quaedam ex eis humanam rationem excedentes, ut sunt nonnulla quae sola fide attingi possunt, & ob hoc ineffabilia vel incomprehensibilia dicuntur, auctoritate tamen divina in sacris voluminibus, sanctorum etiam Catholicorum Patrum editis, Deo revelante, qualiter eadem tenenda vel constituenda sint, sufficienter reperiuntur, ideoque pene ab omnibus desideratur, optatur, quaeritur, ut ratione praecedente, comitante vel subsequente, in omnibus vel de omnibus unde certus esse desiderat, salva & anteposita semper & ubique divina auctoritate, non prius qualibet humana ad inventionem oppona-

atur, quam utili ratione instruat, ut undecumque certus esse desiderat, pleniter imbuatur.

Idcirco ergo summopere cavendum est ne homini rationali rationem desideranti atque poscanti ullo modo ratio interdicitur, nisi tantum in his, ut supra commemoratum est, ineffabilis tanta ac talis occurrat sublimitas, cui merito universa humana se subternat ratiocinationis humilitas. Quia vero uno pretio Christi videlicet sanguine redempti fratres sumus, & ipso miserante, cujus misericordia id sumus, cognosci meruimus, cum omni mentis affectu, ut supra commemoratum est, necessitatem fratrum nostrorum, totius scilicet Imperii Orientalium Romanorum, ad intima cordis nostri viscera admittere debemus, quorum inviolabilem caritatem ob nullam aliam disceptationis occasionem nimis duriter, & ut multis videtur, irrationabiliter scissam esse cognovimus, nisi quod quidam illorum una cum Michaelis & Theophilo Imperatoribus carissimis fratribus nostris imagines Sanctorum non habere volunt; quidam vero e contra ex eadem sancta plebe non solum habere sed etiam adorare volunt. Quorum altercationis discordiae summa talis est, ut nolentes illas habere volentes nec habere consentiant: volentes vero nolentes etiam adorare compellant, qui hinc & inde in diversa tendentes adversus alterutrum, sive humana argumentatione vel ratione, sive etiam ex divina auctoritate vel SS. Patrum scriptis, voluntati suae excerpta vel coacta vata habent, ut utrisque videretur, congrua plurima testimonia, quibus & isti suam & illi e contra vindicare & obtinere suam putant posse sententiam.

Unde sicut dignum & vere dignum & iustum est, ut praecedente Spiritus Sancti virtute, ille inter eos in nomine Domini talia correcturus, & ad viam veritatis sanctissimo modum redurus primus in hominibus arbiter occurrat, quem Deus omnipotens in Sede Apostolica collocare, eorumque vicarium eidem sanctae suae Ecclesiae dare dignatus est, & ob hoc ei nomen speciale in toto orbe terrarum ab eadem sancta Dei ecclesia praeter omnibus Pontificibus decretum est, ut solus non sua abusione, sed tantorum Apostolorum auctoritate universalis Papa dicatur, scribatur, & ab omnibus habeatur. Et quia sicut omnibus notum est, dicente Joanne Apostolo: *hora novissima est*, & Paulo: *nos in quos fines saeculorum devenerunt*; & ideo tempus instat, dies iudicii absque ulla diuturna dilatione appropinquat, nulli dubium quin diabolus inter reliqua perditionis suae argumenta, illud praecipue contempdit, ut in novissimo die sanctae Dei Ecclesiae caritatem mutua scindat, unanimitatem per quamlibet occasionem scindat, viscera dilectionis corrumpat, ut eam non in pace superius commemorata, sed discissam & laceratam dies ille horrendus inveniat.

Sed nec illud latet, quod ipse infelix infelicium miserimusque omnium miserorum non curat, per quamlibet occasionem corporalem, spiritalem, mundanam, ecclesiasticam id efficere possit, dum tamen quolibet argumento eius Deo placitam mutua in diligendo soliditatem scindere valeat; & cum universus ei ecclesiasticus ordo merito obviare debeat, nullus tamen sub hac conditione majori constringitur debito, quam ille qui tanto in Sede Apostolica illorum auctoritate pro eorum reverentia in universali mundo, ac tali honorari meruit privilegio. Qui tamen universalis merito non dicitur, si pro universali Ecclesiae statu viribus, quibus valet, non agonizatur.

Haec, domine Pater, ac toto mundo veneran-

ANNO  
CHRISTI  
894.

ANNO  
CHRISTI  
82.ANNO  
CHRISTI  
82.

ce atque reverende sanctissime Pontifex, ad im-  
quandam in tanta re mentis vestrae devotionem  
præmittere studimus.

Ab hinc vero si adeo conservanda almitas ve-  
stra ita elegerit, non insinuando sed admonen-  
do, qualiter communis legatio nostra ad illam  
sanctam Dei ecclesiam corrigendam dirigi possit,  
subnectere curabimus, non ut sanctæ & a Deo  
datæ sapientiæ vestrae, quod absit, altius sublimi-  
usque progrediendi terminum ponere præsumperimus,  
sed ne id quod exinde nobis omnipotentis  
Dei omnipotentis misericordia ad obsequium ve-  
strum, salutem nostram conferre dignata est, silen-  
tio tegeremus, sicut filium decet patris in gremio  
examinis vestri collocavimus, consili in Domino,  
quod ipse vobis exinde quod sibi placitum & ac-  
ceptabile est inspirare dignabitur.

Nos tamen non Synodum congregando, sed  
quemadmodum a vobis postulavimus, licentiam-  
que agendi percipimus, una cum familiaribus nos-  
tris filiis vestris, quantum pro multiplicibus solli-  
citudinibus regni diversis occupati per intervalla  
potuimus considerare, studuimus quid almitati  
vestrae de tanta necessitate significare potuissemus,  
qualiter idem populus a Deo per vestram confer-  
vandam orthodoxam sanctitatem ad veram concor-  
diam revocari potuisset, ut vera pace conglutina-  
ta, & in hoc & in futuro sæculo omnium Domini  
placere potuissent, & quicquid exinde salubre  
Domino inspirante invenire potuimus, paternita-  
ti vestrae per præsentem filios vestros, fratres nos-  
tros, quædam dictis, quædam scriptis intimando,  
direximus.

## E P I S T O L A

*Nomine Romani Pontificis ad Michaelem atque  
Theophilum Imp. Græcorum.*

Oro autem & obsecro in universo mundo (ut  
beati prædecessoris mei Domini Gregorii  
paræ utat verbis) fratres & domini mei, in quan-  
tum peccatores, fratres mei, in quantum iusti,  
domini mei, quantum ex me humiliter supplico,  
quantum vero ex tanta auctoritate sublimiter mo-  
reat, ut nemo me hoc loco propter me despiciat,  
quia etiam ad invitandum nequaquam dignus appa-  
reos magna est tamen virtus caritatis, pacis &  
unitatis ad quam vos alta potestate in vice BB.  
Apostolorum Petri & Pauli in nomine Domini  
nostri Iesu Christi invitare præsumo. Cum enim  
Paulus veridica voce dicat: *Pacem sequimini cum  
omnibus & sanctimoniam, quia sine illa nemo vide-  
bit Deum.* quid felicius quam & in hoc sæculo  
detraherendo, & in illo fruendo Deum videre?  
quid e diverso infelicius, quam nec in hoc sæculo  
feliciter optando, nec in illo feliciter fruendo vi-  
dere meruerit Deum? Et cum hujus assertionis  
vel veritatis in universo mundo tanta sint testi-  
monia, quæ in præfenti tempore nulla evolvere  
valeat lingua, nullusque mortalium prædicare va-  
leat, quando vel uniuscuiusque, vel (quod majus  
est) totius mundi oculus terminulve fieri de-  
beant, magna me, ut in omnibus notum est,  
urget necessitas, ut id quod ex debito reddere  
debeo, diutius deferre non audeam, ne forte  
tanto caritatis debito subtrahito, in conspectu æ-  
terni Judicis pro vobis omnibus reus appaream.

Quamobrem oro vel moneo, ut primo me sum-  
mi Dei Ecclesia filii Michael & Theophilus,  
gloriosi vero & sublimiter a Deo exaltati Impera-  
tores Romanorum, una cum universo catholico  
nobilitatque Senatu ac Populo vobis a Deo  
ad gubernandum credito, ut ea quæ pro salute

vestra ex auctoritate B. Petri, cui Dominus &  
Deus noster Iesus Christus claves committere di-  
gnatus est regni cælestis dicens: *Quodcumque liga-  
veris super terram, ligatum erit & in cælis; &  
quodcumque solveris super terram, solutum erit &  
in cælis,* admonere & exhortari & insinuare ne-  
cessarium duximus, patienter audiat, animum-  
que Deo placitum vestrum non ad contempn-  
dum, sed ad obediendum & conservandum præpa-  
rare studeatis. Ideo autem ad obediendum nobis  
hortamur, quia omnia quæ vobis de hac causa  
dicturi sumus, tribus hoc capitulis principaliter  
& ordinare & confirmare parati sumus, id est ra-  
tione, auctoritate & consilio, videlicet rationem  
texendo, & eandem rationem, in quantum ra-  
tionabilis discreta honesta & utilis fuerit, aucto-  
ritate firmando, eandem vero auctoritatem secun-  
dum catholicæ fidei veritatem & rectitudinem sa-  
lubriter intelligendo. Ad ultimum vero quid in  
his ad salutem universalis ecclesiæ tenendum sit,  
consilium Deo placitum dando, & idem consi-  
lium confirmando. Et quamvis, ut dignum est,  
divina præcellet auctoritas, primo tamen ad mi-  
tigandos atque adunandos animos in diversa ten-  
dentes, ratiocinando omnibus satisfacere volumus,  
ut eo facilius & divinam auctoritatem secundum  
sanam catholicæ fidei intellectum concordēs sus-  
cipiant, ac deinde certum nobis consilium sua-  
vis amplectantur, amplexumque in futuro cu-  
stodiant.

Apud omnes igitur hujus sanctæ Occidentalis  
Ecclesiæ, quæ se auctoritate BB. Apostolorum Pe-  
tri & Pauli, largiente Domino, fidei, spei, &  
caritatis iumpuisse exordium gloriatur, ita hætenus  
per eodem Apostolos protegente Spiritu Sancto,  
& ipsis intercedentibus ac protegentibus ab omni  
hæresi inhibata, huc usque conservata est, ut non  
solum ipsa ad quodlibet erroris diverticulum mi-  
nime declinaret, sed potius omnes a recto fidei  
tramite quoquo modo deviantes per orthodoxos  
eorundem successores toto orbe terrarum ad re-  
ctitudinem potius revocaret. Testis enim hujus  
rei non quilibet angulus, sed orbis terrarum uni-  
versus, quia quotiens tales per mundum percep-  
tiones motæ sunt, quæ ad periculum fidei uni-  
versalis Ecclesiæ imminere putabantur, ob in-  
ventandam, inventamque conservandam catholicæ  
fidei veritatem, semper hoc universalis ecclesia,  
præfente ob hujus sanctitatem sedis Pontifice, aut  
certe cum consensu illius verbis vel literis porre-  
cto corrigere, porrectumque ad conservandum sta-  
tuere consuevit.

Simili modo etiam & in his, quæ ad confer-  
vandam in humanis actibus ejusdem Ecclesiæ in-  
contaminabilem statum, moderante non qualibet  
dolosâ vel sophistica, nec non duplici calliditate,  
sed veritate subnixâ, simplici ratione, ipsaque di-  
cretionem, honestate, utilitate, pariter irradiata ra-  
tione, non solum noxia vel nociva, verum quo-  
que & ipsa superflua & non necessaria rescicere  
consuevit, & ea ut prædictum est, quæ ad salu-  
tem totius Ecclesiæ pertinere, & insuper merito  
cavere non debuisset, differendo & ordinando san-  
citur solita fuit; & hoc non tantummodo de causâ  
fidei, vel sicut præmissum est, de statu huma-  
ni generis, vel cursu rectitudinis, verum quoque  
de omni dissensione in sancta Dei ecclesia, quæ  
pacem illam turbare videbatur, quam Dominus  
Apostolis, & per Apostolos nobis omnibus vica-  
riam præfentiæ suæ dereliquit, dicens: *Pacem  
meam do vobis, pacem meam relinquo vobis.* Ubi-  
cumque per quodlibet pietatis argumentum per-  
tingere potuit, temper hujus sanctæ sedis vicarii  
Apostolorum quædam mulcendo, quædam vero,  
si ita

ANNO  
CIRCA  
1140

ANNO  
CIRCA  
1140

Epistola  
Franciscus  
Petrus  
Romanus

si ita res poposcisset, sublimes ac veneranda auctoritate, ut dignum erat, docendo pariterque predicando ad pacis concordiam revocare studuit.

Quorum vicem qualecumque sumus ministerium tamen auctoritate subeuntes, caritate pariter, & eadem auctoritate roborati dissensionem illam, quae intra ipsam semper Deo amabilem Romanorum Graecorumque ecclesiam exortam durius eandem Ecclesiam, quam saluti illius ullo modo convenire possit, scindentem diuturno tempore cognovimus, non audemus declinare, ut non illam ex auctoritate tantorum Apostolorum ad pacis concordiam ipsis medianibus non debeamus advocare. Maxime vero in eo quod ejusdem miserimae dissensio ea sit materia, sine qua sicut multis videtur, salva per fidem, spem & caritatem incunctanter & in hoc saeculo & in futuro salvari potest ecclesia. Quorum sensus & sententia talis est: Quid fides, spei & caritatis obesse potuisset, si imago nulla toto orbe terrarum picta vel ficta fuisset? Et quanquam iidem sibi nostri, qui haec dicunt, rationabiliter se ostendere posse nullatenus dubitant, melius illud nunquam fuisse, sine cuius cultu perfecta fide, spe & caritate universalis sancta Dei Ecclesia salva potuisset consistere, quam sub hac occasione non dubium, sed certissimum illud malum discordiae debere incurrere, quod nisi correctum fuerit, nullatenus cum hac dissensione ad Dominum, qui est pax omnium sibi placitam pacem habentium, nunquam in perpetuo posse pertinere. Et quamvis devotio illorum hoc constanter postulet, ut eis ratiocinando qualiter de ipsis imaginibus discrete & rationabiliter sentiant postea disserere liceat. Quod si est, qui suscipere iusto moderamine velit, salubre omni homini esse non dubitant, ad comparationem tamen tanti mali eandem imaginum causam pro nihilo computant, si pax illa, quae ad aeternam vitam, qui est via, veritas & vita, ducit, ad eandem viam, veritatemque perducta non fuerit.

Et ideo cunctus chorus sacerdotum, nec non & omnis Senatus totius gentis seu imperii Francorum, & universa Ecclesia per totam Galliam cum ceteris provinciis eidem a Deo conservando Imperio subditis, audita fama delenda dissensionis fratrum suorum, irrevocabiler postulant, ut prius per istius sanctae sedis a Deo conservatam in futuroque usque in finem saeculi, sicut ipsi indubitanter, & nos omnes per merita Apostolorum confidimus, conservandam auctoritatem, illud summopere querere festinemus, ut quia auctore Deo haec duo regna in toto orbe terrarum principalia mutua sibi Deo placita caritate devincta sunt, illud diaboli telum ab eadem ecclesia dissipetur, ut pax Dei, quae exsuperat omnem sensum, in eadem beata plebe pleniter restituitur.

Vociterantur enim in caelum uno ore & uno corde omnipotentis Dei iudicium inevitabiliter nobis incumbere, si auctoritate summorum in toto orbe terrarum Apostolorum, quorum doctrinis & consilio universus tractatur mundus, discordiam vestram ad veram concordiam non certamus reducere. Dicunt etiam quid aduri erunt de tam praecipuo coram Deo amido solatio, si illos, quos post huius sanctae sedis immutabilem tuitionem, illud in tam praecipuae carissimis fratribus solatium perdiderint qui simile in universa ecclesia nullum habebunt? Si enim cum illis veram fidem, integrumque caritatis ardorem non servaverint, quid in iudicio Domini tanta neglecta caritate, & in nomine Domini certissime confirmata neglexerint? Sed nos diuturnae lesioni vestroque fastidio in le-

Concl. General. Tom. XIV

Agendo parentes, ubi tanta ab eis caritate urgente de Deo placita mutua dilectione vestra, plorando, immo lugendo conquesti sunt, quae in unum colligi difficile possunt, omittis ad eandem seriem detexendam, quam ipsi de imaginum reddenda ratione sponponderant, redeamus. Ajunt enim:

Oramus ergo sanctissime atque beatissime Pontifex, ut nobis antiquorum Patrum nostrorum hac de causa vitae cursum cecitare liceat, simulque prout rationis ordo poposcit, sensus sui ascedum in hac dumtaxat re, cur ita vel ita tenerint interserendo adjungere. Nec vobis tedium fiat, si ad ostendendam rationem veritatis, veritatemque rationis sese paullo longius sermo protraxerit, dummodo linea veritatis, quae ab antiquis patribus nostris usque ad nos inflexibiliter ducta est, beato Dionysio scilicet, qui a sancto Clemente beati Petri Apostoli primus ejus successor exstitit, in Gallias cum duodenario numero primus praedicator directus, & post aliquod tempus una cum sociis suis huc illucque praedicationis gratia per eandem Regnum dispersis, martyrio coronatus est. Et quanquam plures existant, quidam martyres, quidam etiam confessores, quorum merita, qualia apud Deum habeantur, quamvis quotidianis miraculis coruscant, quia tamen propter longitudinem terrarum vobis minus cogniti fortasse existunt, intermissis, sanctum tamen Hilarium antiquam ecclesiasticum doctorem, nec non & beatum Martinum toto orbe venerandum, vobis notissimos esse minime dubitantes, ad memoriam reducere necessarium aestimamus, quorum magisterio edocti haec ita tenenda, atque servanda suscepimus. Sed quia apud nos vel majores nostros, ex quo ulla praeterea aetas recordari potest, numquam ejusmodi quaestio mota vel ventilata fuit, ideo semper talis exinde mos ex praedictis antiquis temporibus retentus, in universa istius regni ecclesia exstitit, ut nullus ac si ex auctoritate ejusdem sanctae Dei ecclesiae juberet, nullus cuicumque imaginem volendi pingere aut fingere prohiberet. Unde usque hodie eadem apud nos consuetudo tenetur, ut quia hoc auctoritas nulla auber, nemo jubet: similiter quia auctoritas nulla prohibet, nemo prohibeat. Quia vero propter praemissam rationem aliter esse non potest, nisi ratio inde habeatur, fortasse eadem ratio tale exordium non inconvenienter habere poterit. Si igitur imago in toto orbe terrarum nulla picta vel ficta esset, numquid aliquid fidei, spei vel caritati S. Dei Ecclesiae obesset. Rursus si ita, ut in quibusdam locis, maxime Ecclesis seu palatiis principum, ob nullum alium catholicam fidei seu religionis cultum, sed tantummodo scientibus pro amoris pii memoria seu ornamento eorumdem locorum, nescientibus vero pro ejusdem pietatis doctrina pictae vel fictae sunt, ita per reliqua eisdem imaginibus congrua domicilia ad eundem sensum pertinentes pictae vel fictae essent, quid praefatis virtutibus unquam aut usquam obesse potuisset. Et ideo quia res ita se habet, quid superest, nisi ut qui nolunt, ita non faciant, ut tamen eis qui illas eo sensu (ut praemissum est) habere volunt vel faciunt, in faciendo vel habendo minime contradicant. Et illi similiter, qui illas habere volunt, nolentes ad habendum vel faciendum nullatenus cogant. Atque ita auctore Deo, intactus servatur, dum & habere volens propter cautelam illiciti cultus, & habere nolens propter cautelam illiciti contemptus salvus permanere indubitanter poterit. Atque ita miserante Deo, majorum nostrorum imaginibus vel picturis morem imitantes, in lu-

G g

len

ANNO  
CHRISTI  
1744ANNO  
CHRISTI  
1744

467  
bendo vel prohibendo, in habendo vel non habendo, in colendo vel non colendo, in laesio haereticus hac de causa Domino opitulante nos transiisse, & ipso gubernante transiuros nequaquam dubitamus. Quamobrem monendi sunt omnes, qui illas habere volunt, ne amando, vel quolibet modo orando, vel complectendo ultra quam oportet, cultum eis illicitum ullatenus impendant. Similiter & illis qui eas habere noluerunt sicuti eas aspexerint, qualibet ignominiosa vel probrota detestatione spernere, contumelias vel lacerare praesumant. Hinc ergo indubitanter colligi potest, quae illum ratio hoc cum periculo quocumque compellat habere, quod illum procul dubio sine ullo periculo licet non habere. Ideo ergo totius huius rationis talis est summa, ut qui volunt propria memoria vel sana doctrina, in locis competentibus absque ullo illicito cultu picturas vel fidas habeant imagines. Qui autem nolunt absque ullo illicito contemptu taliter habentes, vel habitas imagines nullatenus spernant.

Essent utique plura, quae hic ratiocinando, his per omnia congrua dici vel scribi potuissent, si aut breuitas temporis permitteret, aut id aliqua, si ea confirmando scribi necessitas poposcisset.

*Auctoritas.*

His etiam pro satisfactione praedictorum fratrum nostrorum, vel Ecclesiae superius commemorati regni, in sua quia aliter esse non potuit, separati relatione vel serie competenter praemisissis, ut quicumque ratiocinando animo suo satisfacere voluerit, cur eadem Ecclesia talite moderamine hac in re ex antiquis temporibus in habendis vel non habendis imaginibus tractare voluerit, tanto compendiosius facere possit, quanto non sparsim, sed simul sensum illorum opportunum collectum legendo addiscere poterit. Modo autem eadem ratio docet, sicut supra significatum est, ut nunc ad auctoritatem SS. Patrum, qui inde aliquid scripserunt nobisque scriptum reliquerunt, redeamus & videamus, si eadem auctoritas praemissam rationem congruendo affirmare debeat, an non. Videtur igitur nobis quamvis plures inde in rebus contradiis suis, quos de statu S. Dei Ecclesiae inspirante Spiritu Sancto, studiose texuerunt, nonnulla intererant, iuxta quod sensus ille postulat, unde agebatur merito tamen illi ad huiusmodi examinationem primi ponantur, qui de hac re specialiter & ob hanc solummodo solvendam quaestionem scripsisse reperuntur. E quibus nobis beatus papa Gregorius huius S. Dei Ecclesiae Pontifex episcopus hoc specialiter scripsit, sicut & in epistola illius ad eum facta in armatio sanctae Dei nostrae Ecclesiae continetur, eo quod audiret illum propter, ut sibi videbatur, superfluum imaginum cultum, tali zelo succensus, omnes imagines quas in ecclesia sua receperat, depoluisse, confregisse, & extra eandem ecclesiam funditus projecisse, ut hoc facto a cultura vel adoratione illicita populum compesceret. Qua de re nihil congruentius in hac causa posse fieri arbitrari sumus, quam ut prima eadem epistola huic nostro operi quod maxime ob amorem verae pacis S. Ecclesiae texere, ordinare, de iunctis BB. Apostolorum consiliis, fideli mente aggressi sumus, credentes per eos posse obtinere, ut tam pernecessarium ecclesiasticum opus ad Deo pacatam consummationem debeamus perducere; scribit enim ita:

Indico, inquit, ad nos dudum pervenisse quod fraternitas vestra quosdam imaginum adoratores aspiciens, easdem ecclesiis imagines confregit atque projecit. Et quidem zelum vos, ut quid ma-

nifestum adorari possit habuisse laudavimus, sed frangere easdem imagines non debuisset iudicamus. Idecirco enim pictura in ecclesiis adhibetur, ut hi qui literas nesciunt, saltem in parietibus videndo legant, quae legere in codicibus non valent. Tua ergo fraternitas, & illa servare & ab eorum adoratu populum prohibere debuit, quatenus & literarum nescii haberent, unde scientiam, historiam colligerent, & populus in picturae adoratione minime peccaret.

*Item idem ad eundem.*

Perlatum, inquit, siquidem ad nos fuerat, quod inconsiderato zelo succensus, sanctorum imagines sub hac quasi excusatione, ne adorari debuissent, confringeres; & quidem quia eas adorare vetuissimas, omnino laudavimus, fregisse vero reprehendimus. Dic, frater, a quo factum sacerdote aliquando auditum est quod fecisti? Si non; aliud vel illud te non debuit revocare, ut dispectis aliis fratribus solum te sanctum & esse crederes sapientem? Aliud est enim picturam adorare; aliud picturae historia quid sit adorandum addicere. Nam quod legentibus scriptura, hoc idiotis praestat pictura cernentibus, quia in ipsa ignorantes vident quod sequi debeant, in ipsa legunt quae literas nesciunt. Unde praecipue gentibus pro lectione pictura est, quod magnopere a te qui inter gentes habitas, attendi decuerat, ne dum recto zelo incaute succenderis, ferocibus animis scandalum generares. Frangi ergo non debuit, quod non ad adorandum in ecclesiis, sed ad instruendas solummodo mentes fuit nescientium collocatum. Et quia in locis venerabilibus sanctorum depingi historias non sine ratione vetustas admisit, si zelum discretionem condidisses, sine dubio & ea quae intendebas, salubriter obtinere & collectum gregem non dispergere, sed potius poteras congregare, ut pastoris in te nomen merito excelleret, non culpa disperforis incumberet. Hinc autem dum in hoc animi tui incaute nimis motus exsequeris, ita tuos scandalizasse filios perhiberis, ut maxima eorum pars a tua se communiione suspenderet. Quando ergo ad ovile Dominicum errantes oves adducas, qui quas habes detinere non praevales? Proinde hortamur, ut vel nunc studeas esse sollicitus, atque ab hac te praesumptione compescas, & eorum animos quos a tua disjuncto unitate cognoscis, paterna ad te dulcedine omni adfusa omnique studio revocare festines. Convocandi enim sunt diversi Ecclesiae filii, eisque scripturae testimoniis ostendendum, quia omne manufactum adorare non liceat, quoniam scriptum est: *Domino Deum suum adorabis & illi soli servies*: ac deinde subiungendum quia picturas imaginum, quae ad aedificationem imperitii populi factae fuerant, ut nescientes literas, ipsam historiam intendentes, quod actum sit discerent, transisse in adorationem videras, idecirco commotus es, ut eas imagines frangi praeciperes, atque eis dicendum, si ad hanc instructionem ad quas imagines antiquitus factae sunt, habere vultis in Ecclesiis, eas modis omnibus & offerri & haberi permittas. At indica, quod non tibi ipsa visio historiae quae pictura teste pandebatur displicuerit, sed illa adoratio quae picturis fuerat incompetenter exhibitae; atque in his verbis eorum mentes demulcens eos ad concordiam revoca, & si quis imagines facere voluerit, minime prohibe. Adorare vero imagines, omnimode devota. Sed hoc sollicite Fraternitas tua admoneat, ut ex visione rei gestae ardorem compunctionis percipiant, & in adorationem soli illius omnipotentis Trinitatis humiliter prosternantur.

*Item*



ANNO  
CHRISTI  
896.ANNO  
CHRISTI  
896.*Item idem ad Januarium Episcopum.*

Judæi, inquit, de civitate vestra huc venientes questi nobis sunt, quod synagogam eorum, quæ Caralis sita est, Petrus, qui ex eorum superstitione ad Christianæ fidei cultum Deo volente perductus est, adhibitis sibi quibusdam indisciplinatis, sequenti die baptismatis sui, hoc est Dominica ipsa festivitate Paschali, cum gravi scandalo sine vestra voluntate occupasset, atque imaginem illic Genitricis Dei Dominique nostri, & venerandam crucem vel byrrum album, quo fonte surgens indutus fuerat, apposuisset &c. Et post pauca inquit: Considerantes hac de re vestræ voluntatis intentum ac magis iudicium his hortamur affectibus, ut sublata exinde cum ea, qua dignum est veneratione imagine atque cruce, debeat quod violenter ablatum est reformare.

*Item idem ad Secundinum servum Dei inclusum.*

Imagines, inquit, quas a nobis tibi dirigendas per Dulcidium diaconem tuum rogasti, valde nobis tua postulatio placuit, quia illum in corde tota intentione quæris, cujus imaginem præ oculis habere desideras, ut visio corporalis quotidiana reddat exortum, ut dum picturam vides, animo inardescas, cujus te imaginem videre consideras. Abs re non facimus, si per visibilia invisibilia demonstramus, sic homo qui alium ardentem videre desiderat, aut sponsam amando desiderat quam videre conatur, si contingit aut ad balneum ire aut ad ecclesiam procedere, festinus in via se præparat, ut de visione hilaris recedat. Scimus quia tu imaginem Salvatoris nostri ideo non petis, ut quasi Deum colas, sed ob recordationem filii Dei, ut in ejus amore recalescas, cujus te imaginem videre consideras. Et nos quidem non quasi ante divinitatem ante ipsam prosternimur, sed illum adoramus quem per imaginem aut natum aut passum, vel in throno sedentem recordamur. Et dum nos ipsa pictura quasi scriptura ad memoriam filii Dei reducimus animum nostrum, aut de resurrectione lætificat, aut de passione mulcet. Ideoque direximus tibi systemas duas & imaginem Salvatoris & S. Mariæ Dei Genitricis, beati Petri & Pauli Apostolorum per supradictum filium nostrum Diaconem, & una cruce clavem pro benedictione, ut ab ipso maligno defensus sis, cujus sancto ligno te esse munitum credis.

*Huc usque Epistola Gregorii.*

Sed quia hic ordo verborum ita præposterus atque a non intelligentibus confusus videri potest, ut nisi caute consideretur, ita a nonnullis minus capacibus intelligi possit, quasi beatus Gregorius, id quod prius omnibus illicitum esse prædixit, se fecisse sibi facienda licitum esse testetur, quod quam absurdum, quamque contra sanctæ Dei ecclesiæ religionem de tanto Ecclesiastico doctore sentire indignum sit, nulli, qui dicta ejus scrutando vel legendo cognovit, ignorare permittitur. Nam ut sibi metipsum contrarius esse debeat, justitia vel rectitudo sanctæ Dei maximeque Romanæ ecclesiæ sustinere non valet, quod & si paupertas insipientiæ nostræ id intelligere non valet, melius ut contra insipientiam, quam contra tantam a Deo datam sapientiam insurgere præsumat. Sed & si ipsi modicum sensum nostrum virtus misericordiæ Dei aliquantulum illuminare dignatur, quomodo idipsum contrarium sibi non sit facillime intelligitur. Nam quia ab imaginum adoratione adorantes compescuerit, nulla dubitatio est. In eo vero quod ad Secundinum scripsit: *nos quidem non quasi ante divinitatem ante ipsam prosternimur, sed illum adoramus quem per imagi-*

*Council. General. Tom. XIV.*

*nem natum aut passum, vel in throno sedentem recordamur, ubi ut præmissum est, ac sibi met contraria dixerit, intelligentiæ nostræ se caligo confundit. Sed ne nos non necessaria ignorantia id non intelligendo diutius torqueat, sensus ejusdem sententiæ talis est:*

Nos quidem ante ipsam non prosternimur, quasi ante divinitatem, sed illum adoramus &c. Quod tale est, ac si Regi in throno sedenti dicas: Nos quidem, o Rex, non quasi ante divinitatem ante te prosternimur, sed illum adoramus quem per imaginem tuam, quia homo es, Dominum Jesum Christum hominem recordamur natum aut passum vel in throno sedentem, cujus imitator es tu sedens in throno; numquid tali dicto mox consequens est, ut eundem Regem adorare compellat sedentem in throno? Ita nec in eo, quod dicitur: *Nos quidem non quasi ante divinitatem ante ipsam prosternimur, sed illum adoramus &c.* ad imaginum adorationem invitamur, quia sicut in multis divini auctoritatis voluminibus sententias ordine verborum præposterio scriptas invenimus, ita quoque factum esse eo sensu, ut supra dictum est, hoc in loco minime dubitamus.

Cum enim ibi scriptum sit: *Nos quidem non quasi ante divinitatem ante ipsam prosternimur, quis non animadvertat, idipsum magis relutando, quam imperando vel adorando, eandem adorationem imaginum dictum esse, ita ut dictum est? quanto magis, sicut supra factum est, ordo verborum suo restituitur in ordine, omnem quemcumque ob nimiam simplicitatem errantem, in eo quod Beatus S. Dei Ecclesiæ doctorem adversum seipsum sensisse æstimabat, corrigere poterit. Insuper etiam si quemquam subtilius intelligentem hoc negligentius minusve intente legere contigisset, facillime seipsum diducante, cur aliquando aliter senserit, ad sobrium intellectum revocare poterit. Si quis autem quod quidem a sane sapientibus omnibus absit, magis suum sensum sequendo illum voluerit condemnare quam se corrigere, nulli dubium quin merito ab universa, maxime tamen a S. Dei Romana ecclesia debeat condemnari. Nequaquam enim fieri potest ut hæc duæ sententiæ sibi met contrariæ non existant, una qua populus ab adoratione imaginum ne criminis id agendo reus appareat, prohibeatur; altera vero quæ illum idipsum egisse ceterisque ut hoc faciant docuisse perhibeatur. Sed absit hoc a tanto talique generali Catholice Ecclesiæ magistro, ut qui universas perplexas Scripturæ quæstiones, quæ sibi contrariæ videbantur, eique ad explanandum vel tractandum occurrerunt, nunquam dissidentes relinquere consuevit, sua sibi met dicta discordantia reliquisset.*

His ita propter vitandam hujusmodi temeritatem summatis præmissis; nunc videndum, utrum ei quisquam Catholicorum Patrum, quamvis ei fortasse specialiter talis scribendi necessitas minime incumberet, in ceteris tractatibus suis tale aliquid inditum habeat, in quo ejusdem patris sensui de imaginibus concors esse videatur.

Ecce enim B. Ambrosius antiquus Ecclesiæ Dei probabilis doctor, ita in epistola Pauli ad Romanos tractans ait: *Qua ratione, quæ auctoritate imagines Angelorum vel aliorum Sanctorum adoranda sint, cum ipsi sancti Angeli vel sancti homines vivos se adorari noluerunt.*

*Consilium.*

Auctoritate ergo, ut proposuimus secundo loco, inserta non quidem quantum ex thesauro uberrimo ecclesiastico potuit; sed quantum Epistolæ brevitatis rite permisit, monere vos & ex-

hortari, o venerandi mundi Principes, cum uni-  
versa sancta Dei, quam Domino dispensante &  
committente gubernatis, ecclesia, ut ea quæ vo-  
bis non quælibet temeritas, sed vera humilitas  
nostra intinere studuerit, attentius audiat, & ob  
illorum reverentiam, qui cum Domino ipso pro-  
mittente in die novissimo totius mundi venturi  
sunt iudices, reverenter suscipiatis, & ad salutem  
omnium vestrum strenue conservare studeatis.  
Præmissimus enim paulo superius, ut post reddi-  
tam rationem, non inferam auctoritatem, pro-  
pter adunandam, quam Domino Deo ordinante  
regis, Ecclesiam, consilium vobis non nostra  
adventione sed divina æquitate illud dare de-  
buissimus, per quod eadem sancta mater ecclesia  
ita sibi mutuo in vera pace fœderari debuisset,  
ita sibi mutuo in hoc sæculo & in futuro ei placere  
potuisset, qui accensus de mundo suis promisit,  
dicens: *Pacem meam do vobis, pacem relinquo vo-  
bis.* Et quia attestante Paulo inter cetera verum  
est: *Si quis tradiderit corpus suum ut ardeat, ca-  
ritatem autem non habuerit, nihil est.* Ideo prædi-  
ctam sanctam Dei ecclesiam in veræ pacis con-  
cordiam adunari totis viribus optamus, quia quo-  
modo sine illa caritatem mutuam habere possit,  
nullo modo intelligimus. Potest enim fieri, ut  
aliquis cum altero ex parte vel fidam pacem tem-  
peraliter habeat, quomodo autem sine vera mu-  
tua pace habita cum altero veram possit habere  
caritatem, nulla docet auctoritas. Unde magno-  
pere considerandum, quanta temeritate, quanta  
tave audacia ad æternam ille pervenire se posse  
existimat, qui præsentem in hoc sæculo pacem  
Domini per quamlibet occasionem scissam resta-  
rare cum proximo non curat, quam primum mu-  
nus humano generi conlatum Angeli nuntiant  
mox nato Domino in mundo, eandemque novis-  
sime fidelibus suis in vice sua idem Dominus re-  
linquit disciturus de mundo. Et quamquam mul-  
ta & pene innumerabilia essent quæ de tanta re  
subtiliter, sublimiter, & nimis terribiliter dici  
potuissent, cavendum est unicuique, ne hoc quis-  
quam de illa solummodo pace intelligendum pu-  
tet, quæ habetur in cælis. Quia & Dominus re-  
cedens ait: *Pacem meam relinquo vobis.* Et Ange-  
li præmittentes: *Gloria in excelsis Deo,* mox non  
in cælis, subiungunt, sed in terra pax hominibus  
bonæ voluntatis. Cogita igitur tecum, o plebs &  
populus Dei, si ad perpetuam vis pervenire salu-  
tem, ut in hoc sæculo non fidam, sed veram ha-  
bere mutuam studeamus pacem.

Sed minus fortasse prodelle poterit, libet meri-  
to tanta talique auctoritas causa consilii iustice  
debuisset, necesse erit ut huic assertioni cetera  
adjungantur, quæ nequaquam iuste adderentur,  
si a Deo ab initio catholice fidei data vobis sa-  
pientia, sicut oportuit, pro vobis sollicita esse  
studuisset. Dicit enim Apostolus: *Judæi signa pe-  
tent, Græci sapientiam quærunt, ubi est ergo sa-  
pientia vestra, qui propter quamlibet occasionem  
illud habere contemnitis, sine quo ad Regna cæ-  
lestia pervenire nullo modo valebitis.* Et hæc non  
arguendo vel increpando, sed admonendo inter-  
rim dicimus, ut vos ad interiorum hominum, in  
quo Deus per Fidem, Spem, & Caritatem in-  
habitare consuevit, revocemus. Quem si ita se-  
cundum, ut supra dictum est, Sapientiam vobis  
a Deo datam, cogitare, diligere vel metuere vul-  
tis, mirum est quomodo cum fratribus invicem  
tanto jam tempore scandalum & discordiam ha-  
bere non metuitis. Ecce etenim si non amplius,  
jam annus est ex quo hanc inter vos miserissimam  
dissensionem pullulante audimus. Quam videlicet  
discordiam Deo, ut digna est, semper odibi-

lem, Diabolo vero, ut ei decet, semper amabi-  
lem, omnes antecessores mei ad corrigendum,  
prout eis possibile fuit, multum laborasse non  
ignoratur.

Hæc in paucis ad excitanda Dec amabilia cor-  
da vestra ideo præmittere curavimus, ut ea quæ  
vobis studiosius pro salute omnium animarum no-  
strarum dicenda providimus, & audiores vos ad  
audiendum, & per omnia sollicitos in Domino  
redderemus. Sed sicut non solum sacra auctori-  
tate discimus, verum quoque & humana quotidiana  
bene consuetudine agendo cernimus, quia arbor  
fructus malos faciens nullo modo salubrius ex-  
tirpatur, quam si radicitus evellatur, melius sape  
dictam discordiam vestram, omnipotente Domino  
opitulante una vobiscum qui huic miserissimæ ni-  
mumque infelici conditioni prostrati non succum-  
bitis, sed auctoritate bonorum omnium Domino  
Deo tantæ spurcitæ celo in cacumine præemi-  
nentis corrigere valeamus, si quæ sit hujus perdi-  
tionis origo vel fomes detegendo pandamus.

Nullus nempe sana sapientium fideliumque in  
Domino fratrum vestrorum dubitare permittitur,  
esse plures in hac sancta & a Deo conservanda  
Ecclesia, qui tantæ miseræ succumbere dedignen-  
tur, licet eis manus humana validior, ne id quod  
exinde justum esse non dubitant, restaurare vel  
perficere valeant, obstitat. Quamobrem amabi-  
liter admonendi estis ut totis viribus omnipoten-  
tem Dominum exorare studeatis, ut tantam ab  
hoc Regno infelicitatem amovere jubeat, & illam  
quam mundus dare non potest pacem, sua vobis  
inmensa clementia concedat.

Et quia tantæ auctoritatis ordo vel tanta su-  
blimitatis ratio necdum poscebat, ut priusquam  
illa omnia, quæ merito præmittenda erant, præ-  
ponerentur, ut facilius quovis in loco secunda  
sui qualitatem haberentur illa, quibus salva fide,  
spe vel caritate, totius Ecclesiæ status carere po-  
tuisset, propter satisfactionem tamen in hoc ope-  
re laborantium principalis hujus sæpeditæ discor-  
diæ vestræ causa imaginum existuisse traditur.  
Ejusdem quoque causæ origo in eo contigisse fer-  
tur, quod Imperator considerans quosdam in ea-  
dem plebe indiscreto zelo inflammatos ultra quam  
oportuisset, vel unquam prius actum esset, in  
imaginum cultura, veneratione vel adoratione ul-  
tra progredere, quam ut antea unquam in uni-  
versa Ecclesia factum esset, volens ut tunc tibi  
cum illis qui savebant, eandem superstitionem  
quæcumque esset ab Ecclesia penitus amoveret,  
postposita ea in re salubri discretionem, sine qua  
omnis humanæ actionis virtus in vitium vertitur,  
elegit præmissam superstitionem aliter emendari  
non posse, nisi omnes imagines penitus delerentur.  
Atqui si ita erat, ut dictum est, illicitum  
cultum in hominibus competendum erat, non  
in imaginum destructione, quæ nihil peccaverunt,  
immo eo sensu, quo supra præmissum est, scientibus  
pro pia memoria, nescientibus vero pro do-  
ctrina utiles erant, & infrangendo vel dissipando  
sinistram extendit pro dextera, & qui ita hæc in  
te incautos reducere debuit, sicut forte quæ re-  
cens erat causa, facillime potuit, instigante qui  
nunc late patet ecclesiasticæ pacis vel caritatis  
inimico.

Hanc ei ac si luculentissimam ostendit semi-  
tam, heu quam longe ab illa sinistris anfractibus  
incedentem, quæ de semetipso ait: *Ego sum via  
veritas & vita, quid putas quam dulciora quamque  
religiosissima, immo sanctissima sagiebat fingere  
itineria, ut per illa ad hæc quæ nunc omnes plan-  
gimus pertrahere potuisset discordia? Sed nec hoc  
ullo modo aliter æstimatur peragere potuisse, nisi  
illam*

illum prius cum sequacibus suis illius impie dulcedinis demulcendo cor tangeret, cuius idem diabolus pestifero telo perforatus, de celo merito cecidisset.

Sed quid agimus, quid dicimus? Ad comparationem namque malorum omnium, quæ hic congruente spatio, quod omnino non deest, non solum de diabolo, sed etiam de ipso Imperatore cum fautoribus suis dici poterant, nihil est quod dicimus. Univerſa denique mala, quæ ex eo usque in præsentem diem per huiusmodi discordiam in vobis perpetrata sunt, hinc sumptere principium. Quamvis enim propter singulorum plorationis tacere non permittamus, licet propter arctissimum temporis spatium, & propter innormitatem eorundem miseriarum, ut lugentibus mos est, innumera ad dicendum stœbilis occurrerint, paucis ad inchoationem huius infelicitatis redire placet, ut contucamur diabolum in huius vitæ excursu in bivio stantem, ubi Imperator e duobus unus ad eligendum indeclinabiliter cogitur, aut cultui illicito favendo imaginibus contra jus ecclesiasticum cervicem flectere, aut certe huiusmodi cultoribus contradicendo vel non favendo ingratus existere; & qui facilius poterat ad imitationem antiquiorum Principum vel Patrum suorum, & istos ab illicito cultu revocare, & cum ceteris omnibus morem antiquum sine offensione Dei prosequentibus pacem vel caritatem leniter retinere; persuasit eum prædictus pacis temper & caritatis inimicus, illud iter in destruendis imaginibus arripere, per quod omnes per discretionem sane sapientes atque servantes perturbando confunderet, & illos qui sæpe dicta discretionem vel temperantia, quæ una de cardinalibus ecclesiasticis virtutibus esse

A cognoscitur, spreta, elegit ultra quam unquam Deo placuit vel placere debeat, imaginum cultui deservire, ut eisdem, qui hoc electum habebant, potuisset placere. Non considerans illud quod terribiliter scriptum est: *Qui hominibus placens, confusus fuit, quoniam Deus sprevit illos.*

Sicque factum est, ut ex die illo ab eodem antiquo semper Deo placens populo fidei exilia non cessarent, cruce & cruciatus non quietarent, & ut fertur, membrorum detractiones, ipsa etiam homicidia, causa earundem imaginum, nimia perpetrata sint. Et hæc diu cucurrerunt quousque idem humani generis antiquus hostis, quasi in hac parte satius, convertit se ad alia perditionis argumenta, ut denuo suscitaret sibi contra cultores imaginum, Herenam videlicet cum filio, tam pestifera inlusionem decipiens ut absque ulla misericordia vel metus superinsipientis omnipotentis Dei majestate, talis ab eis promulgaretur sententia ut omnis homo eorum ditioni subiectus imagines adoraret, aut certe exilio penitise diversus cruciaretur, & si non acquiesceret, ab universali Ecclesia anathematis vinculo sequestratus religaretur. Sed quid nunc denuo e diverso agat ad priorem iterum recurrens semitam, præsentem denuo incitans Imperatorem, ut eas pias vel scriptas habere quempiam volendo permittat. Quis igitur tam eloquens sub celo habetur, qui hanc pestiferam cladem enumerare prævaleat? Quis tam ferrea habeat præcordia, cui, non dico C scribendi, verum quoque per defectum lacrimarum vocem non tollat ejulandi?

Cetera defunt.

CONVENTUS PARISIENSIS  
DE IMAGINIBUS,

Apud Parisios in palatio Kalendis Novembris habitus anno Christi (1) DCCCXXIV.  
Eugenii papa II. anno 1. Ludovici Pii Augusti XI.

NOTÆ SEVERINI BINII.

D

CAPUT PRIMUM.

Acta pseudosynodi, quæ incerto & innominato auctore anno Domini 1596. nulla facta mentione loci ubi inventa vel unde accepta fuerint, in lucem prodierunt, tamquam spuria & illegitima, vel saltem de fide suspecta, nequam huic editioni inferendus esse putavi. Refutationem eorum sex capitibus distinctam edidit reverendissimus & illustrissimus cardinalis Robertus Bellarminus in appendice ad tractatum de cultu imaginum. Quæ cum omni ex parte elaboratissima sit, integram hic lectori exhibendam esse iudicavi.

REFUTATIO LIBELLI QUI FALSO  
Synodus Parisiensis inscribitur.

ANNO 1596. prodiit Francofurti libellus cum hoc titulo: *Synodus Parisiensis de imaginibus anno Christi DCCCXXIV. ex vetustissimo codice descripta, & nunc primum in lucem edita.* Hoc autem præsentis anni, cum mihi is libellus ab amico ostensus esset, animadverti continuo, nec vere synodum esse, nec scriptum luce dignum. Quare, ne forte inscriptio fallat incutos, opera pretium me futurum existimavi, si libellum brevissime confutarem.

PRincipio igitur non esse synodum ullam Parisiensem, quæ hoc libello contineatur, argumento esse potest, quod nulla in eo conspiciantur decreta, nulli canones, nulla extet episcoporum subscriptio, nulla synodi mentio. Sed & ipsa libellus aperte redarguit sui tituli vanitatem. Sic enim legitur pag. 126. *Nos non synodum congregavimus, sed quemadmodum a vobis postulavimus, licentiamque agendi percepimus, una cum familiaribus nostris, filijs vestris, quantum pro multiplicibus rebus diversis occupantibus impeditis per intervallo potuimus, considerare studuimus, quid auctoritate vestra de tanta necessitate significare potuissemus.*

Ac, ut verborum istorum sententia intelligatur, totius libelli argumentum exponemus. Scripsit Michael Balbus Imperator Græcus ad Ludovicum Pium imperatorem Latinam epistolam bene longam, in qua post alia multa, significavit ecclesiam propter imagines Christi & sanctorum in duas partes esse divisam, cum alii adorandas, alii non adorandas esse contenderent, & simul petiit, ut Ludovicus in Occidente operam daret, ut sublato superstitioso cultu imaginum, ecclesia pacem & unionem recuperaret.

Ludovicus his litteris acceptis a summo pontifice facultatem obtinuit convocandi viros aliquot doctos, qui veterum patrum testimonia de cultu imaginum diligenter colligerent. Quo facto scribi iussit epistolam, quam nomine summi pontificis, ipso consentiente pontifice: cui primum

1. Conventus iste, seu prout eum appellat Baronius, Collatio Kalendis Novembris anni 825. habita, ut recte censuit idem Baronius, non vero an. 824. ut hic legitur. Episcopi enim Galliarum in illo Conventu congregati in sum ad Ludovicum Aug. litteris ajunt: *Scripturam Epistolam nobis relata, quam vobis Legati Græcorum anno præterito detulerunt.* Certum est autem Michaelis & Theophili Imperatorum Orientalium litteras anno 824. Ludovico Augusto redidas esse. *Pag. ad An. Ch. 825. num. 1.*

475 attendenda erat, ad Michaelem imperatorem dirigere con-

476 attendenda erat, ad Michaelem imperatorem dirigere con-... ANNO CHRISTI 1774.

Sed sine decepti fuerint, sine decepti voluerint, nihil...

CAPUT TERTIUM.

VEnio nunc ad ea testimonia quae pauci illi viri a Lu-

CAPUT SECUNDUM.

NAm, ut ad epistolam Michaelis, quae primam partem...

Sed extant anales publici Joannis Zonarae, Georgii Ce-

Hic igitur est ille Michael, qui ovinam pellem indu-

Quod vero in extrema epistola catholicos reprehendit,

Sed ex concilio Niceno secundo vere legitimo & ecume-

Quae cum ita sint, vel Franci, qui Ludovico imperatori

CAPUT QUARTUM.

Sed fortasse nova aliqua atque recondita testimonia re-

Ac, ut exempli gratia pauca discutiamus, primum testi-

Sed ridicula plane sunt quae ex epistola 56. eiusdem Au-

Quid? quod plurima testimonia, quae summus pon-

Quod vero dicunt & nonnullis etiam testimoniis proba-

CAPUT QUINTUM.

ANNO CHRISTI 611

477 ANNO CHRISTI 611

gestioni; sancti Basilii, aliorumque veterum patrum in me- gendum asserere, quibus ipsi ex antiquitate vel ecclesie con- suetudine probant ecclesiastica dogmata, nullis hinc esset.

Sed quod superat omnem admirationem, illud est, quod multa testimonia profertur pro adoracione crucis, & cum rationem reddere volunt, cur signum, vel lignum crucis adorandum sit, & imagines Christi non sint adoranda, di- cunt eam esse causam, quia Christus in cruce suspensus fuit, non in imagine: & quia per crucem nos redemit, non per imaginem. Quod si resisteret, ne nimis tarditatis lesiones existimare videat. Certe enim Christus non in si- gno crucis, quod in pariete, vel in tabella, vel in cre pingimus, suspensus fuit, neque etiam in lignis illis crucibus, qua passim cornuntur & adorantur in ecclesiis, sed in illa vera cruce, cuius ista nostra signa, qua pingimus, vel erigimus, imagines sunt. Cum ergo liceat per adversarios cru- cis imaginem colere, cur imaginem Crucifixi colere non li- cebit? & si iura crucis adoramus imaginem, quia per cruce- m redempti sumus a Christo, qua causa fingi potest cur non iure coli possit imago Christi, qui proprie nos redemit?

At, inquit, nihil manu factum colere fas est. Quid igitur? Lignum vel signum crucis non est, manufactum? Cetera evangeliorum, & sacra vasa, qua horum opinione veneranda sunt, quid sunt aliud nisi opera manuum hu- manarum? Et tamen verum est, nihil manufactum esse colendum eo genere cultus, quo Deus ipse, qui omni- bus non est factus, sed omnium rerum factor, colendus est.

Quare poterant collectores isti maximam partem testi- moniorum qua attulerunt omittere; quantum istis nihil probatur aliud, nisi solum Deum esse colendum cultu laetitia sibi uni proprio, & non esse imagines ita adorandas, ut etiam sacrificia illis offerantur; qua neque nos negamus, neque sancta Niceno synodus negavit.

Ac ut videas, Lector, quantas vires veritas habeat, ipsi quoque qui eam oppugnant non raro vel invidi vel impru- dentes eam tuentur. Il accidit collectoribus nostris: nam inter alia testimonia colligunt: atiam nonnulla, ut probent imagines non esse frangendas, vel iniuria afficiendas. Sed in istis testimoniis non habetur solum quod ipsi volunt, imagines videlicet non esse afficiendas iniuria, sed habetur etiam quod nolunt, afficiendas honore, quod quidem illi collectores aliquando viderunt, & textum audacter corrup- erunt; aliquando viderunt, & testimonium contra se in suo libello imprudenter reliquerunt.

Prioris rei exemplum habes actione 6. septimo synodi, ubi allegatur factus Gregorius, qui in epistola 5. lib. 7. ad Januarium reprehendit scriber nonnullis, qui beata Vir- ginia imaginem, & crucem dominicam contumelie causa ad Iulianum synagogam detulerunt: & mandat Januario epis- copo, ut subtrahat ex eo loco cum ea qua dignum est vene- ratione imaginem atque crucem in ecclesiam referat. Hic bene collectores nomen imaginis simpliciter deleverunt vel omiserunt, ne viderentur contra eorum dogma non solum crux, sed etiam imago beate virginis veneranda, nisi forte liberiorum errore nomen imaginis sit omisissum.

Jam vero ejusdem synodi actione sexta paulo post ad- scribitur hac verba ex epistola synodica Gregorii pape: *Non enim ob aliud nomen imaginis factum, & adoramus, sed pro nobis incarnato Verbo Dei, &c.* Audistis, colle- ctor, vocabulum, adoramus? & tamen a se hoc testimo- nium protulim est. Sed habemus clariora.

Paulo infra ponuntur hac verba ex libro sancti Basilii ad Amphilochem de Spiritu sancto cap. 17. *Imaginis honor ad primam formam transiit, &c.* Ecce tibi rursus honorem imaginis. Sed ad clarissima veniamus.

Paulo post afferuntur hac alia verba ex epistola ejusdem magni Basilii ad imperatorem Julianum. *Credo in unum Deum Patrem omnipotentem, Deum Patrem, Deum Filium, & Deum Spiritum sanctum, unum Deum, hac ita adoro & glorifico. Conspicere autem & Filii incarnati dispensa- tionem, & Dei generitatem, qua secundum carnem cum ge- nitrici sanctam Mariam; suscipio vero & sanctos apostolos, prophetas & martyres, & ad Deum deprecationem, qua per me peccatum mihi efficit misericordissimum Deum, pro quo & signas imaginum eorum bonos & adoro, specialiter hoc reddendum est a sanctis apostolis, & non prohibendum, sed in omnibus ecclesiis nostris eorum designari volo bispatris, &c.* Quid audimus? Sanctus Basilius magnus ab adversario ad- vocatu, testis, & vere testis est omni exceptione major. Is vero palam affirmat: se honorare & adorare apostolorum, prophetarum, & martyrum imagines. Idque affirmat, dum hinc suz confessionem edit; ac de rebus non dubiis aut verisimilibus, sed certissimis & exploratis loquitur. Addit vero id ab apostolis traditum, & ab omni ecclesia susce- ptum, & observatum. Quid quid responderi potest? Au- ctor gravissimus aperte loquitur, & ejus testimonium ab adversario profertur. Neque desunt alia testimonia similia in eodem libello, Athanasii, Germani, Leontii, & alio- rum, qua imprudenter ab adversariis contra se, & pro no- bis, huc est pro cultu sacrarum imaginum profertur. Sed ego brevitati studeo, neque libenter in his resellendis ineptis tempus tero.

Sequitur pars tertia, id est epistola Eugenii pape ad Michaelem & Theophilum eius filium imperatores, quam epistolam istam collectores scripsisse videntur: neque enim Eugenius ullam talem epistolam scripsit, sed (ut lu- pia diximus) scripta fuit, ut nomine pontificis mittere- tur, si ipse probaret. In qua re cogitur desiderate pre- dentiam collectorum: qua enim fronte Romano pontifi- praferbere ausi sunt, quid ipsum scribere oporteret? qua vero fiducia sperare potuerunt, Romanum Pontificem scri- pturam ad Graecum imperatorem contraria illa qua prede- cessorum ejus non semel scripserunt?

Sed videamus, si placet, paulo diligentius, an epistola illa summum pontificem deceat. Omitto autem quod in hoc libello epistola illa caret principio, quod peccatum a. n. pri- mo auctori, sed ei qui nunc demum post tot secula libellum hunc in lucem edidit, tribuendum videtur. Nihil etiam quod epistola verbosa est admodum obscura, barbara, im- perita: detur enim hoc tempore. Taceo denique quod dum conatur tollere repugnantiam qua in verbis Gregorii esse videbatur, tanto se magis involvit, quanto magis conatur evolvere. Sed tria quaedam tacitus praeterire non possum. Primum enim facit hac epistola pontificem summum, adu- latorem imperatoris imprudentissimum, dum ita loquitur. *O venerandi mundi principi, cum universa sancta Dei quam domino disponente & committente gubernasti, ecclesia.* Et infra, *propter adunandam, quam Dominus Deo ordinante regit, ecclesiam.* Quis scilicet adulator? Michael Balbus interfecto legitimo imperatore, cum esset ipse pro sceleribus suis iam morti adjudicatus, tyrannice invasit imperium, & pontifex maximus affirmavit, Deo disponente, committente, & ordinante, hunc ipsum Balbum gubernaculo suscepisse, non solum imperii, sed etiam ecclesie. Et si ecclesia Dei ab ipso Deo gubernanda imperatori tradita est, quid faciunt in ecclesia episcopi? Quid ipse summus pontifex? *Imperator* (inquit sanctus Ambrosius) *in ecclesia est, non supra ecclesiam; filius ecclesie, non rector, aut non pastor.* Et sanctus Joannes Chrysostomus dicto suo dixit: *Si is qui diademate coronatur indigne adus, aut in- tra mysteria percipienda, cobibe, & coercet, majorem tu il- lo habet potestatem.*

Deinde in eadem epistola non semel repetitur hoc argu- mentum: *Si nulla unquam picta vel ficta fuisset imago, nihil periret de fide, spe, & caritate, quibus ad regnum pervenitur aeternum.* Et tamen propter imagines orta est dissensio & divisio in ecclesia, turbata pax, caritas viola- ta: & non animadvertitur, qui eam epistolam nomine summi pontificis scribunt, eo argumento non solum efficit (si quid tamen efficitur quod mox videbimus) imagines om- nino de medio esse tollendas, quod ipsi nolunt. Nec tamen argumentum illud aliquid valet.

Quamvis enim nihil periret de fide, spe, & caritate, si nulla picta vel ficta esset imago, tamen quando picta vel ficta est, peccat in fidem, qui eam negat esse venerandam, quantum honor imaginis ad prototypum referatur, quod venerandum esse fides docet, & adversarius non negat. Et potest hoc ipsum similitudine illustrari. Si libellus aliquis divinæ scripturæ, ut epistola ad Philemonem, non extaret, nihil deperiret de fide, spe, & caritate, & tamen quia nunc extat, qui eam negaret esse cum veneratione suscipiendam, peccaret in fidem, & si propterea diffensiones orirentur, non esset epistola abicienda, sed imperitia diffi- dentium coarguenda, & instruenda.

Postremo in eadem illa epistola reprehenditur Constans- tinus, & mater ejus Irene, quod edito suo jussert sacras imagines juxta concilii generalis decretum, cum veneratione esse habendas. *Qua sane reprehensio a summo pontifice, nisi plane amente, scribi non potuit.* Quid enim? Hadrianus papa Constantinum & Irenam summis laudi- bus effert, quod sacrum imaginum religiose cultu fa- veant, & Hadrianus successor Eugenius eisdem imperato- res ob causam eandem reprehendit? & que major stultitia fingi potest, quam ut summus pontifex molestie terre se dicat, quod ab imperatore decreta conciliorum genera- lium a sede apostolica approbata serventur ac defen- dantur.

Sed si parum prudentes collectores fuerunt, non sui- isconstans apostolica sedis antistes: permansit enim in ea que predecessores non sine magna deliberatione maturate statuerant. Nam neque Eugenius eam epistolam misit, & paulo post Hadrianus II. synodum oecumenicam ocla- vam Constantiopolitana celebrandam curavit, in qua synodus septima de cultu imaginum iterum approbata est. Denique Anastasius bibliothecarius Romanus in praefatione VII. sy- nodi ad Joannem VIII. pontificem, qui Hadriano II. omne- xime successerat, scribit in eadem sententia sui. *Te omnes Romanos pontifices. Quæ, inquit, super venerabilium imagi- num adoracione praesentis synodus docet, hac & apostolica vestra sedes, sicut nonnulla scripta tenent, antiquitus tenuit, & universalis ecclesia semper venerata est, & admi- nus veneratur, quibusdam dumtaxat Gallorum exceptis, qui- bus usque nondum est veritas revelata.*

ANNO CHRISTI 824.

CAPUT SEXTUM.

ERat pars ultima, hoc est epistola Ludovici imperatoris ad Eugenium pontificem, & altera eiusdem Ludovici ad Jeremiam & Jonam episcopos: in quibus nihil observandum occurrit, nisi quod in eis quadam dicuntur, quae redolere videntur fraudes recentium haereticorum. Unde venit in mentem suspicari, ne forte vel totus hic libellus sit confictus, vel, quod est credibilius, depravatus, & adus ad invidiam Romanae ecclesiae conciliandam.

Sed sine sit verus liber, sine confictus, sine partim haereticus, partim adulterinus, illud unum constat non esse librum dignum in quo legendo tempus conteratur. Titulus falsus, dictio barbara, sententiae iniusta, ordo perverfus, eorumdem testimoniorum crebra repetitio, facile potuissent persuadere typographo, si is commune commodum, & non proprium lucrum spectasset, ut sibi ab edendo eiusmodi opere temperaret. De eadem pseudo-synodo Parisiensis supra scribit Baronus anni 824. & 825.

NOTA JAC. SIRMONDI S. J.

Cum ad Ludovicum Pium venissent hoc anno Michaelis & Theophili Graecorum imperatorum legati, atque inter cetera discidium exposuissent, quod in ecclesia orientali propter imagines versabatur, quas alii adorandas, alii non adorandas esse contenderent, sequae hac de causa Romam etiam ad pontificem ituros significassent, Ludovicus pacis componendae studio episcopos, pontificis permisso, Parisiis in palatio convenire, sanctorumque patrum de imaginibus sententias colligere iussit, quae pontifici ad rem dehaereticam adjumento, ut aiebat, futura viderentur. Hanc ill-

lorum collectionem, cum epistola, quam Eugenii papa ad eundem imperatorem nomine concinnarat, cum accepisset Ludovicus, utranque mox Romam misit ad Eugenium, cum altera privata epistola sua, quam nos solum hoc loco cum subito ad episcopos Romam missos communitario edendam censuimus, ceteris quae in hujus conventus actis continentur praetermissis, quod Gallorum ejus saeculi ab imaginum adoratione, ut alias dictum est, abhorrentium haereticum redolent. Nam ut de alijs nihil dicatur, in quibus Hadriano papa & synodo Nicena iniquiores sunt, in ista sua collectione Sanctorum patrum sententias eo detorque conantur, ut imagines indebito, ut videri volebant, cultu adorandas non esse statuunt: & Eugenium in epistola ita scribentem faciunt, ut de imaginibus, easne habere vel non habere, adorare vel non adorare placeat, liberum cuique in ecclesia permitti velit; quasi haec in mentem summo pontifici venire, aut illi persuaderi a se posse considerent. His igitur praetermissis, quae absurda sunt, ideoque a Bellarmino & Baronio maximis cardinalibus accurate refutata, atque a Gallis postea ipsis, mutato consilio, receptaque imaginum veneratione damnata, reliquum est ut Ludovici ad Eugenium epistolam audiamus.


ANNO CHRISTI 824.

EPIST. LUDOVICI PII IMPERATORIS

AD EUGENIUM II. PAPAM,

Per Jeremiam Senonensem & Jonam Aurelianensem episcopos missa cum actus conventus Parisiensis.

Extat. in Baluz. T. I. p. 643. ed. Par.



EX CONSTITUTIONIBUS CLOTHARII IMPERATORIS

Sub Eugenio II. papa gestis in atrio beati Petri apostoli, anno Christi DCCCXIV. \* (a)

Ex collectione canonum Card. Deusdedit lib. 1. cap. CCXLII. & seqq.

\* Ex editione Ro. an. Luca Holstii p. 108. tom. II.

COnstituimus ut omnes qui sub specialis defensione domni apostolici seu nostra fuerint suscepti, impetrata inviolabilitate utantur defensione. Quod si quis in quocunque violare praesumpserit, sciat se periculum vitae suae incursum. Nam & hoc decernimus ut domno apostolico in omnibus iusta servetur obedientia, seu iudicibus & iudicibus suis ad iustitiam faciendam.

II. Ut depravationes quae hactenus fieri solebant, nullo modo fiant, neque vivente pontifice, neque defuncto. Si quis vero ulterius hoc fecerit, sciat se legali sententia (b) condemnandum. Quae vero retro factae sunt, legaliter emendentur.

III. In electione autem Romani pontificis nullus sive liber, sive servus (c) praesumat aliquod impedimentum facere. Sed illi solummodo Romani, quibus antiquitus concessum est constitutio sanctorum patrum, sibi eligant pontificem. Quod si quis contra hanc nostram constitutionem facere praesumpserit, exilio tradatur.

(d) IV. Volumus etiam, ut missi constituantur a domno apostolico & a nobis, qui annuatim nobis renuntient, qualiter singuli duces & iudices iustitiam populo faciant, & quomodo nostra constitutio tervetur. Decernimus itaque, ut primum omnes clamores, qui negligentia ducum aut iudicum fuerint, ad notitiam domni apostolici referantur, ut statim aut ipse per suos nuntios eodem emendari faciat, aut nobis notificet, ut legatione a nobis directa emendentur.

V. Volumus etiam, ut (e) omnis senatus & populus Romanus interrogetur, quali vult lege vivere, ut sub ea vivat: (f) eisque denuntietur, quod procul dubio si offenderint contra eandem, (g) eidem legi, quam (h) profitebuntur, dispositione domni pontificis, & nostra omnimodis subiacent.

VI. De rebus autem ecclesiarum iniuste (i) retentis sub occasione quasi licentia accepta a pontifice (l), volumus ut a legatis nostris in potestatem pontificis & Romanae ecclesiae celeriter redigantur.

(m) VII. Praecipimus etiam, ut depravationes in confinio nostro non fiant; quae factae sunt, & ceterae iniustitiae, secundum legem ab utriusque partibus emendentur.

VIII. Placuit etiam nobis, ut cuncti duces, & iudices, sive alii, qui ceteris praesse debent, in nostram praesentiam dum Romae sumus conveniant: volumus enim & numerum, & nomina scire, & singulis de ministerio sibi credito administrationem facere.

IX. Novissime praecipimus & monemus, ut omnis homo, sicut Dei gratiam & nostram habere desiderat, ita praestet in omnibus obedientiam atque reverentiam Romano pontifici.

APUD

(a) Dantur variantes ex Muratorio Ret. Italic. t. I. p. II. pag. 140. Capitula facta a Clothario secus urbem Romanam. (b) esse damnandum. Quae vero retro factae factae sunt. (c) praesumat venire. .... qui aliquod impedimentum. (d) Totum hoc caput deest. (e) cunctus Populus Romanus. (f) vivat, illi quoque denuntietur ut hoc unum, utique tam iudices quam duces, vel reliquis Populus sciat, eisque &c. (g) deest eisdem. (h) profitebuntur vivere, per dispensationem Pontificis ac nostram subiacent. (i) iniuste. (l) Pontificis, & de his quae necdum reddita sunt & tamen fuerunt a potestate Pontificum iniuste inuolvi; volumus ut per missos nostros fiant emendata. (m) deest totum hoc caput.

ANNO  
CHRISTI874.  
Ex Baluz.  
Capitul.  
P. 120.

## APUD OLONAM.

Incipiunt Capitula Ecclesiastica, quae dominus Lotharius Imperator primo anno Imperii sui, quando in Italia accessit, in suum generale placitum curiae Olonae instituit.

Ad ecclesiasticas personas hac tantum spectant,

VI. De sanctimoniali femina statuimus, ut si adulterium fecerit, & inventum fuerit, res quas habet sisco socientur; persona vero ejus sit in potestate episcopi in cujus parochia est, ut in monasterium intromittatur.


VII. Volumus ut episcopi & abbates & abbatissae suos advocatos habeant, & plenam justitiam faciant ante Comitum suum.

A IX. Volumus ut episcopi una cum Comite suo advocatos eligant.

XVII. Volumus ut res quae a liberis personis locis Dedicatis conferuntur, liceat sibi utimfructum & ordinationem earundem rerum, si aliter sibi placuerit reservare. Si aliter eas non ordinarit, ita mancant sicut prius datae fuerint.

XVIII. Singulis episcopis, abbatibus, abbatissis duos concedimus habere advocatos, eosque, quamdiu advocacionem tenuerint, ab hoste relaxemus.

XXI. De precariis quoque quae a Rectoribus ecclesiarum irrationabiliter habentur, & se suosque successores poena gravi obligabant ut facta ipsius nequeant dissolvere, praecipimus ut nemo successor in antecessoris sui poena statuta sit obligatus; sed suae providentiae sit concessum ut si antecessor ejus res ecclesiae irrationabiliter distribuerit, ab eo ad jus ecclesiae tenendum revocetur.

ANNO  
CHRISTI  
874.

## JOANNIS DOMINICI MANSI

## P R A E M O N I T I O

## IN CAPITULARE LOTHARII I. IMPERATORIS CONDITUM AD OLONAM.

Ex Cod. Mutinensi Murator. Rer. Italic. tom. I. par. 2.

Capitulare istud Labbeus dedit; sed ut iterum hic ederetur non unica ratio fuisse; tum quod nonnulla exhibet quae in Labbeo desunt; alia etiam commutat quae sunt quidem in Capitularibus jam excusis, sed Ludovico Pio tribuuntur. Quin etiam nonnulla sunt Capita hic descripta a Labbeo quae Codex Muratorianus hic vulgatus sub hoc titulo non refert. Porro Muratorio in usu fuit codex quidam manuscriptorum Capitularium a plerisque alius plane diversus; nam alii fere omnes Capitula Caroli, Ludovici, Lotharii &c. sub diversis titulis distribuunt, & in unum locum seu titulum colligunt ea quae vario tempore data sunt; Muratorianus vero omnia ad Olonam data simul exhibeat, sicut & alia quae in diversis locis condita sunt. Hinc in digerendis Capitularibus Regum Francorum confusio inducenda est ut ad Capitularia ad Olonam redigerentur nonnulla quae alibi sancita sunt. Est autem Olona, notante Muratorio, in agro Ticinensi sita ad fluvium Olonam non longe a confluentem in Padum cui bodie pariter antiquae appellationis vestigia manent, vocatur enim Cortesona. Nam vero Capitula de Episcoporum causis, ad leges ibi datas pertineant nec declarat Muratorius, nec ipse scio

Capitula, quae Anno Primo Imperii domini Lotharii gloriosissimi Imperatoris Olona sunt constituta

## C A P. I.

De eo ut nullus Sacerdotum successorem suum aliqua poena multandum obliget.

SI quis Episcopus aut propinquitatis affectu, aut muneris ambitione, aut causa amicitiae Xenodochia, aut Monasteria, aut baptismales Ecclesias, sive Ecclesiae pertinentes cuilibet per emphyteos contractus dederit, se suosque successores poena multandos conscripserit, potestatem talia mutandi Rectoribus Ecclesiarum abique poenae conscriptae solutione concedimus.

## I I.

De Ecclesia in proprio constructa.

STATUTUM est, ut si quis liber homo per consensum Episcopi Ecclesiam in sua construxerit proprietate, fontemque ab Episcopo in ea fuerint consecrati, ideo non perdat suam proprietatem. Sed si Episcopus voluerit, officium sacri baptismatis in suam Ecclesiam transferat. Ipsa vero Ecclesia quae transfertur, in constructoris maneat jure.

Concil. General. Tom. XIV

## I I I.

De Adulteris.

SI adulter cum adultera comprehensus fuerit, & secundum Edictum Legis Longobardorum, marito adulteri ambo ad vindictam traditi fuerint, si eos quispiam emerit, eosque conjunctos in eodem scelere habere repertus fuerit, ipsos Fiscus acquirat.

## I V.

De libero homine, qui in servitium cadit.

SI quis liber homo uxorem habens liberam, & propter aliquod crimen aut debitum in servitio alterius se subdidit, & eadem conjux cum ipso manere voluerit, eorum procreatio, quae de tali conjugio fit, libertatis statum non amittat. Si vero ea defuncta, secunda uxor etiam libera tali se sciens junxit conjugio, liberi eorum servitium subdentur.

## V.

De femina veste mutata.

STATUIMUS ut femina, quae vestem habeat mutam, moecha deprehensa fuerit, non tradatur genitio, sicut usque modo, ne forte quae prius cum uno, postmodum cum pluribus locum ha-

H h

## V L

*De Testibus.*

**D**ecernimus enim ut si quis aliter testes ha-  
 bere non potuerit, ut per Comitum iustionem  
 testes, quos in suo testimonio necessarios quisque  
 habuerit, veritatem probaturus, in publico con-  
 ventu adducatur, & per ipsos rei veritas cum  
 juramento valeat inquiri. Quod si non per ipsos  
 rei veritas cognoscatur, & duabus partibus fuerit  
 inquisitio facta, idcirco quod nullus eorum possit  
 habere testes antequam jurent. Quod si omnes **B**  
 ad unam partem dixerint testimonium, jurent  
 verum dixisse testimonium. Quod si disenserint,  
 ut quaedam pars testimonium uni præbuerit testimo-  
 nium, alia alteri, tunc interrogentur si audent  
 per pugnam illorum probetur testimonium. Quod  
 si una pars se subtraxerit, tunc pars illa que au-  
 sa fuerit contendere recipiatur ad testimonium.  
*Cetera qua in editis sequuntur hic desiderantur.*

*Item Capitula de Episcoporum causis.*

## C A P. I.

*De excommunicatione Episcoporum si aliquis contempserit.*

**P**lacuit nobis ut si pro quibuslibet causis, cul-  
 pis, atque criminibus quacumque persona toties  
 fuerit contempserit, aut etiam excommunicatione  
 Episcopali pro contemptu digna habeatur, Comitem  
 suum Episcopus sibi societ, & per am-  
 borum consensum hujusmodi distringatur contem-  
 ptor ut iustioni Episcopi sui obediens existat. Si  
 vero assensum non dederit, bannum nostrum nobis  
 persolvat. Quod si adhuc contumax existerit,  
 tunc ab Episcopo excommunicetur. Si vero ex-  
 communicatus corrigi nequiverit, a Comite in  
 vinculis distringatur, quousque nostrum contem-  
 ptor suscipiat iudicium. Si vero Comes in talibus  
 requisitus fuerit noxius, per Episcopum ejus no-  
 bis nunciatur. Si autem Vassus noster in hac cul-  
 pa fuerit lapsus, sicut supra, a Comite distringatur.  
 Quod si eum non audierit, nobis nunciatur,  
 antequam in vinculis mittatur.

## I I.

*De Emunitate.*

**V**olumus ut omnibus modis immunitates Pro-  
 genitorum nostrorum præcepto seu nostro  
 pleniter juste emendetur.

## I I I.

*De rebus qua in Ecclesiis conservantur.*

**V**olumus ut si res a liberis personis locis de-  
 dicatis conferuntur, liceat sibi usufructum  
 & ordinationem rerum earundem, si aliter sibi  
 placuerit, reservare. Si aliter eas non ordina-  
 verit, ita remaneant, sicut prius datæ fuerunt.

## I V.

*De Advocatis.*

**S**ingulis Episcopis, Abbatibus, Abbatissis duos  
 concedimus Advocatos habere, eos quoque

## V.

*De Usuris.*

**P**rohibemus enim ut nemo usuram facere præ-  
 sumat post sui Episcopi contestationem. Quod  
 si quis post ejus contestationem facere præsum-  
 pserit, a Comitibus, sicut supra dictum est de con-  
 temporibus, præcipimus ut distringatur.

## V I.

*De Doctrina.*

**D**E Doctrina vero que ob nimiam incuriam,  
 atque ignaviam quorumque Præpositorum  
 cunctis in locis est funditus extincta, placuit, ut  
 sicut a nobis constitutum est, ita ab omnibus  
 observetur. Videlicet ut ab his qui nostra dispo-  
 sitione Artem docentes alios per loca denominata  
 sunt constituti, maximum dent studium, qualiter  
 sibi commissi Scholastici ita proficiant, atque do-  
 ctrinæ insistant, sicut præfens exposcit necessitas.  
 Propter opportunitatem tamen omnium apta lo-  
 ca distinde ad hoc exercitium providimus, ut  
 difficultas locorum longe positurorum, ac paupertas  
 nulli fieret excusatio. Id sunt.

Primum in Pavia convenient ad Dungalium  
 de Mediolano, de Brixia, de Laude, de Berga-  
 mo, de Novaria, de Vercellis, de Artona, de  
 Aquis, de Genova, de Halle, de Cuma. In Ebo-  
 reia ipse Episcopus hoc per se faciat. In Tauri-  
 nis convenient de Vighintimilio, de Albagano,  
 de Vadis, de Alba. In Cremona discant de Re-  
 gia, de Placentia, de Parma, de Mutina. In Flo-  
 rentia de Tuscia respiciant. In Firmo de Spole-  
 tinis Civitatibus convenient. In Verons de Man-  
 tus, de Tridento. In Vincencia de Patavi, de  
 Tarvilio, de Feltris, de Cœceta, de Aulo. Reli-  
 quæ Civitates Forum Julii ad Scholam concur-  
 rant.

## V I I.

*De Canonicis.*

**V**olumus ut singuli Episcopi conversationem  
 Canonicorum, eorumque habitationem ad  
 Kalendas Octobris futuri anni absque ulla negli-  
 gentia, sicut disposuimus, habeant præparatas.

## V I I I.

*De Plebibus restaurandis.*

**P**ræcipimus ut singula Plebes secundum anti-  
 quam consuetudinem fiant restauratæ. Quod  
 si filii ejusdem Ecclesiæ eas restaurare noluerint,  
 a Ministris Reipublicæ distringantur, ut volentes  
 potentesque nostram observent præceptionem.

## I X.

*De Decimis.*

**D**E Decimis vero dandis statuimus, ut sicut  
 in Capitulari continetur, quod in Mantua  
 factum est, observetur, ita quod qui eas dare no-  
 lunt, distringantur, atque per eos exsolvantur

## X. De



## X.

*De Rebus Ecclesiarum.*

**D**E precariis quoque, quæ a Reſtoribus Eccleſiarum irrationabiliter fiebant, & ſe ſuosque ſucceſſores gravi pœna obligabant, ut facta ejus nequirent diſſolvere, præcipimus, ut nemo ſucceſſorum antecceſſoris ſui pœna ſtatuta ſit obligatus, ſed ſuæ providentiæ conceſſum, ut ſi antecceſſor ejus res Eccleſiæ irrationabiliter diſtribuerit, ab eo eidem Eccleſiæ ad jus tenendum recocetur.

\* Deſcripſit ex veteri codice R. P. Sirmondus: nos annuam quæ edita ſunt, acſimus: ideoque illis ſubjecimus.

\* 1. *Hæc ſunt capitula quæ dominus Lotharius vix inſtituere juſſit.*

Extat in Baluz. to. II. pag. 328.

\* *In nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis anno Incarnationis Domini noſtri Jeſu Chriſti ..... imperii noſtri IV. indiſtione IV.*

## P R Æ F A T I O.

**D**um conventum fidelium noſtrorum palatio noſtro Ticinæ civitatis convocarem, & ſimul epiſcoporum & nobilium noſtrorum conſulta non ſolum eccleſiaſticam utilitatem, & populi pacem vel ſalvationem, ſed etiam totius regni ſtatum perquirere ſtuderemus, inter reliquos populus noſter nobis quaſdam petitiones obtulit, quas nos Dei amore, & eorum fidelitate ducti libenter ſuſcepimus, atque ideo ſubter annotata capitula ad eorum utilitatem conſcribi fecimus, quas in futurum pro lege tenenda firmamus.

I. De ſeminis quæ defunctis viris lex Longabardorum prohibet ante anni ſpatium veſtem religionis mutare, velumque ſuſcipere, petierunt noſtra licentia eis mox divina pietas inſpiraverat eas indemnes licere ſuſcipere. Nos autem conſiderantes, quia præterita pro ipſa dilatione, multæ etiam raptu intra eodem ſpatio ad aliam partem diſtrahæ fuerunt. Ideo & eorum petitionem, quam juſtam cenſuimus, ſuſcepimus & eis ita fieri concedimus.

II. Noſtræ majeſtatis reclamaverunt vel patris noſtri ſuper eos ſuperfluas factas fuiſſe inquiſitiones. Ideo eis concedimus abhinc in futurum nullas alias ſuper eos fieri inquiſitiones, niſi inde Karoli avi noſtri tempore factæ fuerunt.

III. De liberis hominibus qui ſuper alterius res reſident, & uſque nunc adminiſtri rei publicæ contra legem ad placita protrahebantur, & ideo pignerabantur; conſtituimus ſecundum legem patronos eorum ad placitum eos adducant, & ſi quis contra hanc noſtram auctoritatem & eorum legem eos pignerare aut diſtringere præſumpſerit, patroni omnia cum lege emendent, & inſuper pro incauta præſumptione bannum noſtrum componant.

IV. De homicidio inde lex pro ſimplicitate probationem trium teſtium quærit & teſtes habere non potuerit, concedimus, ut cum duodecim

A juratoribus juret & ab eadem ſimplicitate abſolutum proprium non emittat.

V. Conceſſas denique petitiones veſtras conſideravimus, etiam ea quæ ad nos jam pridem pervenerunt, & ad reſcandæ malorum inſidiationes iſdem adjugete capitulis id eſt. Si quis aliquem de aliquo mallaverit negotio, & ille qui mallatus fuerit dicat, ideo ei reſpondere nolle, quia ſervus eſt alterius, aut ſi teſtimonia produxerit, & ſimiliter dixerit quod eum recipere non debet, quia aliquis eorum ſervus ſit, nomet dominum ejus, & ſic det vuadia de eo adducendo, & poſito placito in quantum ire ubi eum invenire credit & reverti poſſe judices dixerint: Si in placito conſtituto dominum non adduxerit, niſi

B pro certo ita verum eſſe credat quod ſi jurare auſus non fuerit, quia pro occasione prolongandi juſtitiam hoc dixerit, componat ille bannum noſtrum, & juſtitiam pleniffimam faciat. Si vero aliquem adduxerit, qui ſe dominum ejus dicat, & illum quem de ſervitio appellavit applicare ad ſervitium non valuerit, tunc ipſe qui ſe dominum dixerit bannum noſtrum illico componat. Eo quod conculcandam juſtitiam in jejunium tale auſus fuerit facere. Crimina vero ſi ſuper eum pro dilatanda juſtitia imponere voluerit probare cogatur, & ſi probare non potuerit & juſtitiam faciat, & inſuper bannum noſtrum pro tanta calliditate componere cogatur.

VI. Si forte quiſpiam aliquem mallaverit, & ille qui mallatus fuerit dixerit eum ſuum ſervum eſſe, vel aliud in ipſa altercatione veniens ad ſervitium mallaverit, jubemus ut præſentialiter inter ſe vuadient ut ad primum & ſecundum vel tertium placitum cauſam ipſam definiat. Inter tertium vero & placitum ſint dies xv. Tertium autem quando comes placitum habuerit, ſi infra unum comitatum eſt. Si autem in alio ſint xx. ne pro tali occasione ei juſtitia prolongetur. Quod ſi his tribus placitis ille qui quærit neglexerit, excepto ſervitio regis aut inevitabili neceſſitate, & comes placitum habuerit, ille quoque alias ad ſuam probandam libertatem paratus fuerit. Tunc comes cauſam prodefiniat, veluti ſi ipſe qui quærit præſens fuiſſet, & ultra ille qui quæſerit ſacundiam de ſervitio illius dicendi non habeat, & inſuper ut bannum noſtrum illi componat, & juſtitiam pleniter faciat.

VII. Et ſunt aliqui dum alii in ſervitium mallant, & ipſi de ſua libertate ad probare vuadia dant in tantum eos mutandi placitum laterant ut jus pro ſua paupertate evadere poſſint. Unde tertium addere capitulum placuit. Si vero aliquis alium ad ſervitium mallaverit, & ille qui mallatus fuerit vuadia de ſua probanda libertate dederit, jubemus ut ſupra ad primum aut ſecundum vel tertium placitum cauſam deliberent. Inter placitum & placitum dies xv. Tertium vero quando comes placitum habuerit, ſi infra unum comitatum eſt. Si autem in alium ſint dies xx. & ſi in his tribus placitis, ipſe qui quærit venire contempſerit, antepoſito quæ ſuperius antepoſuimus, & comes placitum habuerit, ille namque alius cum ſuis teſtibus paratus fuerit, tunc comes ipſos teſtes recipiant & cauſas definiant, veluti ſi ipſe qui quærit præſens fuiſſet, & ultra ille qui quæſerit tacito illius de ſervitio permaneat.

ALIO

1 Sequentiæ Capitula cum inveniret Labbeus inter Schedas Sirmondæ, deſcriptaque illic eſſent poſt capitula Lotharii putavit iſe eſſe revera Lotharii, cum tamen ſint Ludovici II. ac pertineant ad an. 855. Quæ & ipſe Labbeus hac eadem infra ſeſceta ad an. 853. Ludovico adſcribit.

4 Pro, quæ, H.

5 Locus corruptus.

6 Forte, unde. H.

7 Repetit hic Ludovicus conſtitutiones Lotharii patris, quæ inter capitula eius ad Oloam edita n. 31. 32. 33. leguntur apud Baluz. Capitul. t. 2. p. 325.

8 Forte, quia non pro. H.

9 Forte, perjurium. H.

Concil. General. Tom. XIV.

## ALIO TEMPORE DICTUS SERENIS.

AUGUSTUS INSTITUERE PRÆVIDIT  
CAPITULA.

VIII. Si quislibet episcopus, abba, vel comes in propria sede vel domo aut villa residet, \* homines ipsius depredationes fecerint, messes vel prata, defensionis tempore devallaverint, & hoc cognitum absque iniusta dilacione non emenda-

\* Forte. &  
Nomen. H

Averit, & factori condignam castigationem non imposuerit, ipsum malum ut lex est emendare cogatur, & insuper xl. dies & noctes vino & carne abstineat.

IX. Per viam quoque ad palatium veniens aut rediens cuicumque homines rapinam fecerint, & cogito statim non emendaverit, & factori condignam castigationem non imposuerit, omniaque rapta sunt, ut lex est emendare cogatur, & insuper xxx. dies a carne & vino abstineat. *His plura reperimus in schedis Sarmondaniis.*

## CONCILIABULUM CLOVESHOÆ

ANNO  
CHRISTI  
824ANNO  
CHRISTI  
824

## CELEBRATUM III. KALENDAS NOVEMBRIS

Anno Domini DCCCXXIV. sub Beornulfo rege Merciorum, Wulfrido archiepiscopo Dorobernia, affidensibus episcopis, abbatibus, & principibus Merciorum universis, in quo consensiones & colloquia plura dirimuntur.

E manufre-  
p. codice  
ecclesie. V.  
golenia.\* Pro. res  
etiam. H  
Ea. tot.  
V. gor.  
episcopum  
& abbas  
Beornulfo.Iudice. res.  
in. p. r. f. f.  
formula.\* F. in. pro-  
prium. HIn. p. r. o. r. o.  
ta.

**R**egnante in perpetuum Domino nostro Jesu Christo, qui mundi monarchiam sua semper virtute gubernat in æternum, anno ab incarnatione Domini nostri Jesu Christi 824. indictione autem 2. regnante Beornulfo rege Merciorum, factum est pontificale & synodale conciliabulum in loco qui dicitur Cloweshoas, presidente ibi rege prefato, ac venerando viro Wulfrido archiepiscopo illo \* conventu regente ac moderante.

Illic cum omnes episcopi nostri, & abbates universi Mercensium principes, & multi sapientissimi viri congregati adessent, ubi inter alia plura colloquia aliqua conventio illata est inter Heaberthum episcopum, & illam familiam Bercleensem de hereditate Ethelrici filii Ethelmundi, hoc est monasterium quod nominatur *Weslburgh*. Haec est monasterium ante nominatum terram illam cum libris, sicut Ethelricus ante præcepit, ut ad *Veorgernensem* ecclesiam redderetur.

Statuta autem atque decreta ab archiepiscopo, & ab omni sancta synodo illa consentienti, ut episcopus qui monasterium & agellum cum libris haberet, cum juramento Dei terrorem, presbyterorum, diaconorum, & plurimorum monachorum sibi \* improprium possessionem terram illam cum adjuratione adjurasset. Et ibi finita & proscripta illa contentione coram episcopo post triginta noctes illum juramentum *to Westmynstre* deductum est.

Quapropter si quis hunc agrum ab illa ecclesia in *Ceastre* nititur evellere, contra decreta sanctorum canonum sciat se facere, quia sancti canones decernunt quidquid sancta synodus universalis cum catholico archiepiscopo suo adjudicaverit, nullo modo tractum vel irritum esse faciendum. Hæc autem gesta sunt. Hi sunt testes & confirmatores hujus rei, quorum nomina hic infra notantur a die III. Kalendarum Novembrium.

## SUBSCRIPTIONES.

Ego Beornulf rex Merciorum hanc chartulam synodali decreti signo sanctæ crucis Christi confirmavi.

Ego Wulfrid archiepiscopus hanc synodalem sententiam cum signo gloriolæ crucis corroboravi.

Ego Ethelwald episcopus consensit.

Hredhin episcopus consensit.

Eadvulf episcopus consensit.

Heaberht episcopus consensit.

Beonva episcopus consensit.

Wigthegn episcopus consensit.

Cioberht episcopus consensit.

Wermund episcopus consensit.

Cynred episcopus consensit.

Hunberht episcopus consensit.

Eadmund abbas consensit.

Cuthwulf abbas consensit.

Wihfred abbas consensit.

Wulfred abbas consensit.

Nothelm præco a domino Eugenio papa.

Bynna frater regis.

Bola.

Aldred thelonius consensit.

Pior presbyter.

Wighelm.

Beadheard.

Cyneberht.

Eadbald.

Beornoth dux.

Eadberht dux.

Sigered dux.

Egghberht dux.

Eadvulf dux.

Athheard dux.

Mucel dux.

Uhtred dux.

Ludica dux.

Ad præstationem istius iuramenti Westmonasterii adfuerunt missales quinquaginta presbyteri, & presbyteri alii centum & sexaginta.

Post hæc in calce synodi ita sequitur:

**E** hic sunt nomina missalium illorum presbyterorum, qui ad dictum juramentum aderant & extiterunt. Fromundus abbas, Ealbertus abbas, Wvigbertus presbyter, &c.

CON-

ANNO  
CHRISTI  
811

## CONCILIIUM CLOVESHUVIENSE

ANNO  
CHRISTI  
811

In quo de juribus rebusque a Coenulfo rege ecclesie Cantuariensi ablati a Cenobita abbatisse ejus  
sua satisfiit. Anno 825. celebratum.

## A D M O N I T I O.

Ex Suppl.  
Mack. t. 1.  
p. 279.

**H**Oc idem concilium ex Spelmano acceptum A  
omitti hic potuisset, nisi diligentia Cl. Vvil-  
kins alia ejus acta producta fuissent, in quibus  
præter nomina patrum, qui concilio adfuerunt  
in codice Spelmani relecta, plura leguntur, quæ  
frustra quæras in præcedentibus concilii hujus edi-  
tionibus. Mentio vero in ipsis, quæ hic dantur,

actis sit de concilio alio Londini habito ante an-  
nos tres, ex quo in cognitionem concilii anno  
forte 820. Londini celebrati deducimur. Hujus  
Londinensis acta ex ipso Cloveshoviensi innotescunt.  
En igitur acta illa Cloveshoviensia ex  
Vvilkins tom. I. pag. 173.

## CONCILIIUM CLOVESHUVIENSE

Anno 825. habitum.

Ibidem.

**A**Nno Dominicæ incarnationis DCCCXXV. B  
inditione 3. de diversis Saxoniz partibus  
congregatum est synodale concilium in loco præ-  
claro, qui nominatur ad Cloveshoum, præsi-  
dente autem huic venerabili concilio Vulfredo ar-  
chiepiscopo, anno vigesimo episcopatus sui, seu  
etiam Beornulfo, rege Merciorum, anno tertio  
regni ejus, ceterisque episcopis & abbatibus, nec-  
non & ducibus, omniumque dignitatum optima-  
tibus, ecclesiasticarum vel secularium personarum,  
ecclesiarum Dei utilitatem & necessitatem tractantes,  
atque scrutantes, monasterialisque vitæ regulam &  
observantiam, seu etiam generalitatem, stabilita-  
tionemque regni terrestris consilantes, ac quæren-  
tes; inter ea etiam ab omnibus illic in eadem  
synodo residentibus trutinatum ac quæsitum fue-  
rat, quis cum iustitia & æquitate conservatus  
fuisset, quis autem cum iniustitia & violentia  
fraudatus, dispoliatusque in sua persona fieret.  
Tantundem vero inter aliarum allocutionum ver-  
ba patensatum est, quod præfatus archiepiscopus  
Vulfredus per inimicitiam, & violentiam, avari-  
tiamque Coenulfi regis, sive quæ hic in nostra  
propria gente peracta sunt, seu etiam ultra mare,  
ad illam apostolicam sedem per ejus iussionem &  
immissionem adlata sunt. Hoc est vero, quod in  
testimonio totius populi omni donatione propria  
privatus est, vel in suis literis monasteriis omni-  
bus, rebus ac possessionibus, quæ ad illos perti-  
nebant, cum violentia ac rapacitate ejusdem præ-  
fati regis dispoliatus est; nec ille solus episcopus  
his aliisque rebus per plurimos inhonoratus fuisset,  
sed per eandem supradictas accusationes & discor-  
dias tota gens Anglorum sex ferme annorum cur-  
ricula sua primordiali auctoritate, sacrique bap-  
tismatis ministerio privata est. Postea etiam ille  
prædictus rex Coenulfus, cum suis sapientibus ad re-  
galem villam Londoniz perveniens, ad hoc idem  
que concilium illum archiepiscopus, cum suo se-  
dere fenoroque principum suorum invitabat. Tunc  
que in eodem concilio cum maxima districtione  
illi episcopo mandavit, quod omnibus rebus, quæ  
illius dominationis sunt, dispoliatus debuisset fie-  
ri, omnique de patria illa esse protugus, & nun-  
quam nec verbis domini Papæ, nec Cæsaris, seu  
alterius alicujus gradus huc in patriam iterum re-  
cepisse, nisi hoc consentire voluisset: Hoc est,  
quod illam terram CCC. manent. reddidisset, i-  
stamque pecuniam tradidisset CXX. librarum. Sed  
& ille episcopus hanc reconciliationem diu recu-  
sans, spontanea que voluntate omnino infons no-

lens consentire; sed tamen tantundem præ illa  
supradicta increpatione rapacitatis & fugæ coactus  
hac conditione, hanc reconciliationem, sic invi-  
tus consentit; ut omni potestate obedientia que  
quæ ad illius episcopalem sedem pertinebant, jux-  
ta auctoritatem gradus ejus dignus fuisset, sicut  
prædecessores ejus juxta justum ordinem in pri-  
stinis temporibus ante per omnia habuerant. Sed  
& hocque ille rex Coenulfus illi episcopo reconcili-  
avit, ut omnium supradictarum suggestionum  
discordiarumque infonem & securum contra do-  
minum papam fecisset. Aut si hoc facere non po-  
tuit, illam pecuniam, quæ ei dedisset, iterum  
episcopo omnia reddidisset. Sed nihil hujus con-  
ditionis impletum est; sed hæc continuis  
omnia fallata sunt, quia post eandem reconcilia-  
tionem tribus annis integris, tam in patu & pec-  
unia vestimentisque atque omni obedientia, quæ  
ad illam archiepiscopalem sedem pertinebat, sine  
omni honore fraudatus est, aliisque in locis per-  
plurimis illius parochiz inhonoratus est. Postea  
vero contigit, ut in temporibus prædicti Bernulfi  
regis ad illamque prænominatam synodum ad Clo-  
veshoum ille archiepiscopus Vulfredus abbatem, hæ-  
redem Coenulfi cum eadem hæreditate illius in-  
vitabat, emendationemque sibi omnium supradic-  
tarum molestiarum injuriarumque postulavit, quas  
ille idem rex Coenulfus, sibi & ecclesie Christi,  
ac parochiz ejus iniqua pravitate perpetrasset.  
Tunc vero omnis illa synodus ad æquitatem in-  
venerunt, hocque judicium unanimi consensu  
constituerunt, quod illi episcopo reddere omnia  
debuisset, quod violentia abstulerat in omnibus  
rebus, quibus cum aliqua injuria in omni spatio  
illa spoliata fuerat, & alteram similem partem ad  
hoc ipsum adjecisse, & omnem usum emendasse,  
quæ in ipso spatio contracta fuerat. Postea autem  
placuit Bernulfo regi, pro amicitia hæreditatis  
Coenulfi regis, hæredisque illius, cum suis sapien-  
tibus, illo prænominato archiepiscopo istarum su-  
pradictarum rerum reconciliationem & emendatio-  
nem diligentissime facere decrevisset, humilique  
prece deposcebat, ut huic reconciliationi pro a-  
more Dei, & amicitia illius adhaeret; quia hæ-  
reditas & hæres ejus ad intercessorem & patro-  
num eum expetivit. Hoc est ut terram C. manent.  
in quatuor locis suscipere debebat. In postremo  
autem ille prænominatus episcopus illius regis  
allegationibus accomodans, non tamen spontanea  
voluntate, sed pro amore Dei, & amabili  
amicitia illius regis hanc prædictam reconcilia-

CONCILIIUM CLOVESHOVIENSE.

493

ANNO  
CHRISTI  
893.

ANNO  
CHRISTI  
893.

493  
liationem consentiendo suscepisset, ut illa abba A hanc eandem reconciliationem cum signo sanctæ  
Cru-  
cifixi Christi rob. & sub.  
† Ego N. episc. conf. & sub.  
† Ego Rodbus episc. conf. & sub.  
† Ego Cadalf. episc. conf. & sub.  
† Ego Habert episc. conf. & sub.  
† Ego Beornmod episc. conf. & sub.  
† Ego Beonna episc. conf. & sub.  
† Ego N. episc. conf. & sub.  
† Ego Alhstan episc. conf. & sub.  
† Ego Humberht episc. conf. & sub.  
† Ego N. electus conf. & sub.  
† Ego Ceolberht episc. conf. & sub.  
† Ego Cynred episc. conf. & sub.  
† Ego Cudhvulf presb. abb. conf. & sub.  
† Ego VVilferd presb. abb. conf. & sub.  
† Ego Eanmund abb. conf. & sub.  
† Ego Eanmund presb. abb. conf. & sub.  
† Ego Torhthelin prior conf. & sub.  
† Ego VViohtred abb. conf. & sub.  
† Ego VVior presb. conf. & sub.  
† Ego Beornodh dux conf. & sub.  
† Ego Eadberht dux conf. & sub.  
† Ego Eadvulf dux conf. & sub.  
† Ego Ecgberht dux conf. & sub.  
† Ego Aichhard dux conf. & sub.  
† Ego Cyneberht dux conf. & sub.  
† Ego Sigered dux conf. & sub.  
† Ego Macel dux conf. & sub.  
† Ego Cutred dux conf. & sub.  
† Ego Eadvulf dux conf. & sub.  
† Ego VVulfred dux conf. & sub.  
† Ego Bynna frat. regis conf. & sub.  
† Ego Aldred conf. & sub.  
† Ego VVighelm conf. & sub.  
† Ego Aldred conf. & sub.  
† Ego Bola pedisecus conf. & sub.  
† Ego Alhstan conf. & sub.  
† Ego Eadbald conf. & sub.  
† Ego Peologeld presb. abb. conf. & sub.  
† Ego Ofsvulf presb. conf. & sub.  
† Ego Hunferd presb. conf. & sub.  
† Ego Coena presb. conf. & sub.  
† Ego Osmund presb. conf. & sub.  
† Ego Tudda presb. conf. & sub.  
† Ego Brunhard presb. conf. & sub.  
† Ego Deornodh presb. conf. & sub.  
† Ego Baegmund presb. conf. & sub.  
† Ego Hunred presb. conf. & sub.  
† Ego Cynehard diac. conf. & sub.  
† Ego VVigmund diac. conf. & sub.  
† Ego Daegmund diac. conf. & sub.  
† Ego VVintred presb. conf. & sub.  
† Ego VVaerhard conf. & sub.  
† Ego Eadvulf presb. conf. & sub.  
† Ego Duda conf. & sub.  
† Ego Coenhard conf. & sub.  
† Ego Alhhere conf. & sub.  
† Ego Aelsgyd conf. & sub.  
† Ego Beonne conf. & sub.  
† Ego Baegsvvidh conf. & sub.  
† Ego Aloburgh conf. & sub.  
† Ego Ergburg. conf. & sub.

liationem consentiendo suscepisset, ut illa abba A hanc eandem reconciliationem cum signo sanctæ  
Cru-  
cifixi Christi rob. & sub.  
† Ego N. episc. conf. & sub.  
† Ego Rodbus episc. conf. & sub.  
† Ego Cadalf. episc. conf. & sub.  
† Ego Habert episc. conf. & sub.  
† Ego Beornmod episc. conf. & sub.  
† Ego Beonna episc. conf. & sub.  
† Ego N. episc. conf. & sub.  
† Ego Alhstan episc. conf. & sub.  
† Ego Humberht episc. conf. & sub.  
† Ego N. electus conf. & sub.  
† Ego Ceolberht episc. conf. & sub.  
† Ego Cynred episc. conf. & sub.  
† Ego Cudhvulf presb. abb. conf. & sub.  
† Ego VVilferd presb. abb. conf. & sub.  
† Ego Eanmund abb. conf. & sub.  
† Ego Eanmund presb. abb. conf. & sub.  
† Ego Torhthelin prior conf. & sub.  
† Ego VViohtred abb. conf. & sub.  
† Ego VVior presb. conf. & sub.  
† Ego Beornodh dux conf. & sub.  
† Ego Eadberht dux conf. & sub.  
† Ego Eadvulf dux conf. & sub.  
† Ego Ecgberht dux conf. & sub.  
† Ego Aichhard dux conf. & sub.  
† Ego Cyneberht dux conf. & sub.  
† Ego Sigered dux conf. & sub.  
† Ego Macel dux conf. & sub.  
† Ego Cutred dux conf. & sub.  
† Ego Eadvulf dux conf. & sub.  
† Ego VVulfred dux conf. & sub.  
† Ego Bynna frat. regis conf. & sub.  
† Ego Aldred conf. & sub.  
† Ego VVighelm conf. & sub.  
† Ego Aldred conf. & sub.  
† Ego Bola pedisecus conf. & sub.  
† Ego Alhstan conf. & sub.  
† Ego Eadbald conf. & sub.  
† Ego Peologeld presb. abb. conf. & sub.  
† Ego Ofsvulf presb. conf. & sub.  
† Ego Hunferd presb. conf. & sub.  
† Ego Coena presb. conf. & sub.  
† Ego Osmund presb. conf. & sub.  
† Ego Tudda presb. conf. & sub.  
† Ego Brunhard presb. conf. & sub.  
† Ego Deornodh presb. conf. & sub.  
† Ego Baegmund presb. conf. & sub.  
† Ego Hunred presb. conf. & sub.  
† Ego Cynehard diac. conf. & sub.  
† Ego VVigmund diac. conf. & sub.  
† Ego Daegmund diac. conf. & sub.  
† Ego VVintred presb. conf. & sub.  
† Ego VVaerhard conf. & sub.  
† Ego Eadvulf presb. conf. & sub.  
† Ego Duda conf. & sub.  
† Ego Coenhard conf. & sub.  
† Ego Alhhere conf. & sub.  
† Ego Aelsgyd conf. & sub.  
† Ego Beonne conf. & sub.  
† Ego Baegsvvidh conf. & sub.  
† Ego Aloburgh conf. & sub.  
† Ego Ergburg. conf. & sub.

† Ego Cenedritha abbatissa hanc reconciliationem propriis manibus, cum signo sanctæ Crucis Christi robor. & subser.  
† Ego Bornulfus, rex Merc. signo sanctæ crucis Christi confirmabo & subser.  
† Ego Vulfredus, gratia Dei archiepiscopus,

hanc eandem reconciliationem cum signo sanctæ  
Cru-  
cifixi Christi rob. & sub.  
† Ego N. episc. conf. & sub.  
† Ego Rodbus episc. conf. & sub.  
† Ego Cadalf. episc. conf. & sub.  
† Ego Habert episc. conf. & sub.  
† Ego Beornmod episc. conf. & sub.  
† Ego Beonna episc. conf. & sub.  
† Ego N. episc. conf. & sub.  
† Ego Alhstan episc. conf. & sub.  
† Ego Humberht episc. conf. & sub.  
† Ego N. electus conf. & sub.  
† Ego Ceolberht episc. conf. & sub.  
† Ego Cynred episc. conf. & sub.  
† Ego Cudhvulf presb. abb. conf. & sub.  
† Ego VVilferd presb. abb. conf. & sub.  
† Ego Eanmund abb. conf. & sub.  
† Ego Eanmund presb. abb. conf. & sub.  
† Ego Torhthelin prior conf. & sub.  
† Ego VViohtred abb. conf. & sub.  
† Ego VVior presb. conf. & sub.  
† Ego Beornodh dux conf. & sub.  
† Ego Eadberht dux conf. & sub.  
† Ego Eadvulf dux conf. & sub.  
† Ego Ecgberht dux conf. & sub.  
† Ego Aichhard dux conf. & sub.  
† Ego Cyneberht dux conf. & sub.  
† Ego Sigered dux conf. & sub.  
† Ego Macel dux conf. & sub.  
† Ego Cutred dux conf. & sub.  
† Ego Eadvulf dux conf. & sub.  
† Ego VVulfred dux conf. & sub.  
† Ego Bynna frat. regis conf. & sub.  
† Ego Aldred conf. & sub.  
† Ego VVighelm conf. & sub.  
† Ego Aldred conf. & sub.  
† Ego Bola pedisecus conf. & sub.  
† Ego Alhstan conf. & sub.  
† Ego Eadbald conf. & sub.  
† Ego Peologeld presb. abb. conf. & sub.  
† Ego Ofsvulf presb. conf. & sub.  
† Ego Hunferd presb. conf. & sub.  
† Ego Coena presb. conf. & sub.  
† Ego Osmund presb. conf. & sub.  
† Ego Tudda presb. conf. & sub.  
† Ego Brunhard presb. conf. & sub.  
† Ego Deornodh presb. conf. & sub.  
† Ego Baegmund presb. conf. & sub.  
† Ego Hunred presb. conf. & sub.  
† Ego Cynehard diac. conf. & sub.  
† Ego VVigmund diac. conf. & sub.  
† Ego Daegmund diac. conf. & sub.  
† Ego VVintred presb. conf. & sub.  
† Ego VVaerhard conf. & sub.  
† Ego Eadvulf presb. conf. & sub.  
† Ego Duda conf. & sub.  
† Ego Coenhard conf. & sub.  
† Ego Alhhere conf. & sub.  
† Ego Aelsgyd conf. & sub.  
† Ego Beonne conf. & sub.  
† Ego Baegsvvidh conf. & sub.  
† Ego Aloburgh conf. & sub.  
† Ego Ergburg. conf. & sub.

AQUISGRANENSE CONCILIUM

Occasionem sollempnis translationis corporis S. Huberti Tongrensis episcopi.

Anno 825. habitum.

Suppl.  
M. A. C. I.  
P. 111.

Hoc anno Concilium in Aquisgranensi in ecclesia B. Martini celebratum perhibet auctor brevis chronici Leodiensis, vulgati in Anecd.

PP. Martene & Durand. to. III. col. 1403. quod sane chronicon in annum 1192. definit. Licet autem unus iste auctor, & quidem plusquam opus

ANNO  
CHRISTI  
817.

pus sit ad fidem adstruendam recentior, huius concilii mentionem inopert; probabile est tamen vera istum narrare, cum in sollempni corporis S. Hucherti translatione Leodio Andagium id factum commemoret. In his autem rerum circum-

stantiis episcopos provincie plures convenire consuevit, planum est. Facta est autem translatio illa pridie Kal. Octobris, ut ex Jona, a Pagio laudato, & ex auctore ejusdem chronici Leodienfis discimus.

ANNO  
CHRISTI  
817.ANNO  
CHRISTI  
816.

## CONCILIUM IN VILLA INGILENHEIM.

ANNO  
CHRISTI  
816.Ex edh. P.  
Simondi.

**D**E synodo, seu conventu publico, qui anno DCCCXVI. habitus est apud Ingilenheim, & de rebus in eo gestis, scribit auctor vita Ludovici Pii his verbis: Imperator vero, inquit, Kalendis Junii mensis ad Ingelheim venit, ibidemque illi conventus populi sui secundum quod praeceperat occurrit. In eodem placito, secundum morem suum multa quae ecclesiam essent utilia admonuit, statuit, ac definit, legationesque tam a sancta sede Romana, quam a monte Oliveti per dominicum abbatem perlatas suscepit, audivit, absolvit, &c. Exstat in collectione Benedicti Levita lib. vi. cap. xcvi. dictum Ludovici Pii de iis qui rapinas faciunt, quod cum in Ingilenheim decretum dicatur, ad hunc ipsum de quo agimus, conventum referendum videtur. Sic autem se habet:

De his qui rapinas infra regnum faciunt.

**EX CAPITULIS DOMNI LUDOVICI**  
in Ingilenheim apostolica auctoritate & synodali sanctione, omnium clericorum ac laicorum generaliter consensu atque hortatu decretis.

**S**I quis infra regnum rapinam fecerit, aut cuiquam nostro fideli, ejusque homini aliquid vi abstulerit, in triplo cui aliquid abstulit legibus componat, & insuper bannum nostrum, id est lx. solidos nobis persolvat: postmodum vero ante nos a comite adducatur, ut in bastonico retrusus, usque dum nobis placuerit, poenas luat. Nam si publice actum fuerit, publicam inde agat poenitentiam, juxta sanctorum canonum sanctionem. Si vero occulte, sacerdotum consilio ex hoc agat poenitentiam: quoniam raptores, ut ait apostolus, nisi veram egerint poenitentiam, regnum Dei non possidebunt. Qui vero de rebus ecclesiarum aliquid abstulerit, gravius inde judicetur: quia sacrarum rerum ablatio sacrilegium est, & sacrilegus vocatur, qui ex his aliquid aut abstulerit, aut rapuerit. Infames quoque tales personae, usque ad satisfactionem ecclesiae quam laeserunt, sunt habendae.



## CONCILIUM ROMANUM

## LXIII. EPISCOPORUM, IN CAUSSA

Disciplinae ecclesiae celebratum, anno Domini DCCCXVI. sub Eugenio papa II.

*Nomina episcoporum qui huic concilio interfuerunt, & triginta octo canonum tituli dumtaxat extant in edit. Biniana & regia. Nos integram synodum exhibimus infra ad an. 853. una cum synodo altera. Leonis IV. ex editione Romana V. C. Luca Holstenii.*

do vico a Deo coronato imperatore anno XIII & post consulatum ejus anno XIII. & Hlotario imperatore ejus filio anno. ... indictione quarta, mensis Novembris die xv. Eugenius sanctissimus ac perbeatissimus & universalis papa, coram universis episcopis, videlicet, Petronatio archiepiscopo Ravennate. \* Cetera leges loco supra indicato infra ad an. 853.

**I**N nomine Dei Salvatoris nostri Jesu Christi, imperante domino nostro piissimo Augusto Lu-

ANNO  
CHRISTI  
827.

## SYNODUS, QUAE ACTA EST IN CIVITATE MANTUA

ANNO  
CHRISTI  
827.

## PRO CAUSSA SANCTAE AQUILEJENSIS ECCLESIAE,

Nunc primum ex vetusto Codice Bibliothecae Vallicellanae in lucem edita.

**R**egnante Domino nostro Jesu Christo in perpetuum, anno Pontificatus sanctissimi & universalis Papae Eugenio quarto, & imperantibus piissimis, catholicis, & Dei cultoribus Chlodovico & Clotharo Imperatoribus anno septimo & decimo, per indictionem quintam, octavo idus Junii, secundum Dei gratiam & sanctionem eorum congregata synodus, in qua adfuerunt Vir venerabilis & sanctissimus Benedictus Episcopus, & Leo reverendissimus Diaconus Bibliothecarius, Legati videlicet sanctae Romanae Ecclesiae, habentes locum Beatissimi Papae Eugenii; Sichardus Palatinus Presbyter, & vir spectabilis Theoto a praefatis Augustis directi; Petronasque Ravennatis reverendissimus Archiepis-

copus, atque Angelpertus sanctissimus Mediolanensis Archiepiscopus: Provinciae Emiliae Andreas Ferrariensis Episcopus, Leo Faventinus Episcopus, Vitalis Comaclensis Episcopus, Christophorus Bononiensis Episcopus, Nordebertus Regiensis Episcopus, Lanpertus Parmensis Episcopus, Georgius Diaconus, Honestus Diaconus, Deusdedit Diaconus, Romanus Diaconus, alius Romanus Diaconus, Dominicus Diaconus: Liguriae Provinciae Austerius Vercellensis Episcopus, Rambertus Brixianus Episcopus, Erimpertus Laudensis, Sineptus Cremonensis Episcopi: Venetiae Provinciae Ratoldus Veronenfis Episcopus, Lajulphus Mantuanensis, Franco Vicentinus, Dominicus Patavensis, Adeodatus Tarvisanus, Ermo Gene-

495  
ANNO  
CHRISTI  
827.

ANNO  
CHRISTI  
827

Concentensis, Ochelbertus Bellunensis, Aufelmus A  
Concordienſis, Arratus Felrenſis, \* Arthemius  
Azolen. Andreas Archidiaconus agens vicem He-  
imberti Tridentini Episcopi. Residentibus igitur  
in hac synodo reverendiſſimis Episcopis, adſtan-  
tibus Diaconibus & cetero clero, veniens Vir  
ſanctiſſimus Maxentius Aquilejenſis Patriarcha,  
precum libellos pro diſperſione ſuæ Aquilejenſis  
Eccleſiæ obtulit, ut ſuæ Provinciæ Eccleſias, quas  
barbarorum incurſus a ſua Matrice ſegregaverat,  
auſtoritate canonum jam pacis tempore percipere  
mereretur ad propria.

Nos, \* veritate peſpecta invenimus, a B. E-  
vangelista Marco, qui ſpiritalis ex ſacro fontis  
utero ac cariffimus ſancti Petri Apoſtoli fuit fi-  
lius, necnon ab \*\* elegantiffimo Hermachora A. B  
quilejenſem Eccleſiam præ omnibus in Italia Chri-  
ſti fide prius fundatam eſſe, & paſtoralem ibi  
ſemper curam ſervatam, & ſanctorum Apoſtolo-  
rum ſanctæ Romanæ Eccleſiæ doctrinis imbutam,  
atque ipſam ejus ſemper fuiſſe diſcipulam, & pec-  
culiarem, ac Vicariam in omnibus, quemadmo-  
dum inſertum in ejuſdem Aquilejenſis Eccleſiæ  
comperimus ſacris litteris. Relatum \*\* igitur a  
nonnullis eſt, quod eo tempore \* quo Longo-  
bardi Italiam invaſerant, Romanam Eccleſiam  
Vir ſanctiſſimus Benedictus Papa regebat, Aquile-  
jenſi quoque civitati ejuſque populo Paulus Pa-  
triarcha præerat, qui Longobardorum barbariem  
& immanitatem metuens, ex Civitate Aquile-  
jenſi & de propria ſede ad Gradum inſulam ple-  
bem ſuam conſugiens, omnemque theſaurum &  
ſedem ſancti Marci & Hermachoræ ſecum ad  
eamdem inſulam detulit: idcirco non ut ſedem,  
aut primatum Eccleſiæ ſuæ, ſuæque Provinciæ  
conſtitueret ibi, ſed ut barbarorum rabiem poſſet  
evadere. Qui \*\* duodecim annis ſacerdotium ge-  
rens, ab hac luce ſubſtractus eſt, regendamque  
Eccleſiam Probrino reliquit. Iſto quoque Aquile-  
jæ deſunſto, præſatæ Aquilejenſis Eccleſiæ ſacer-  
dos Helias præſecutus: & hoc quoque mortuo,  
Severus huic ſuccedens regendam ſuſcepit Eccle-  
ſiam. Deſunſto itaque \* Severo, ordinatur loco  
ejus Joannes Patriarcha in Aquileja eo tempore,  
quo Agulphus Rex Longobardorum regnabat. D  
In Gradu quoque ordinatus eſt \*\* hæreticus Can-  
dianus. Hic enim Candianus nec per contentum  
comprovincialium Episcoporum, nec in civitate A-  
quileja, ſed in Diocæſi & plebem Aquilejenſem Gra-  
dus, quæ eſt perſarva inſula, contra canonum ſtatuta  
& ſanctorum Patrum decreta ordinatus eſt. Inter  
alia probat hoc hujus Aquilejenſis Eccleſiæ Joannes  
Antiquus epistoſa ad Agulphum Regem directæ,  
cujus textus inter cætera ad \* ſuccum talis eſt.

\* ad ſuccum  
Baron

„ qualis autem unitas dicitur facta, ubi ſpatha,  
„ ubi clauſtra carcerum, ubi flagella fuſſim, u-  
„ bi longa exilia, crudeliumque pœnarum diſcri-  
„ mina parabantur? Et miſeri ſuffraganei Eccle-  
„ ſiæ noſtræ, ſcilicet \* Episcopi Iſtriæ, cum  
„ ſumma vi ac neceſſitate \*\* a Curadenti caſtro  
„ Ravennam compulſione diſtrectiſſima ducebantur  
„ Græcorum; necnon & miſeri loquendi licen-  
„ tia negabatur. Atque Candianus inutilis, qui  
„ te ob ſui ſceleris immanitatem præſatæ ſanctæ  
„ recordationis a Domino Severo Deceſſore no-  
„ ſtro ſub anathematis interpoſitione obligatus eſt,  
„ ne ad portorem gradum unquam accederet,  
„ quoniam \* a te eique corde ſaventibus in præ-  
„ dicto Gradenſi caſtro adulterium matri Eccle-  
„ ſiæ improbe ingerens, ordinatur Episcopus. Et  
„ Petrus, Providentius, ſeu Agnellus, Episcopi  
„ Iſtriæ, qui adhuc fidem ſanctam tenebant, &  
„ Candiano nonnumquam contentiebant, de Eccle-  
„ ſiis ſuis a militibus tracti, & cum gravi injuria

„ & contumeliis ad eum venire \*\* compulſi ſunt:  
„ ſi enim ei recte contentientes eſſent, volunta-  
„ rie illi conſentire debuerant, non per vim. \*  
Et poſt pauca ſic: „ Laborate & agite, quatenus  
„ & fides catholica veſtris augeatur temporibus,  
„ & in Gradenſi caſtro, poſtquam infelix Candi-  
„ dianus de hoc ſæculo ad æterna ſupplicia tranſ-  
„ migravit, altera iniqua ordinatio ibi minime  
„ celebretur, nec populus \* in amplius tribuletur.  
„ Et vere ſi hoc Deo auxiliante egeritis, quod  
„ primum eſt, Chriſtus Deus pietati veſtræ erit  
„ bonorum omnium retributor. \* Et quia Gra-  
„ dus mari & fluviis cingitur, & Hiſtria, quæ  
„ prius Aquilejæ ſuæ Metropoli ſubjecta fuerat,  
„ Smaragdo Exarcho \* reſiſtente, tunc a Longo-  
„ bardis capi non potuit, ſed ad jura Græcorum  
„ tenebatur; quo factum eſt, quod Rex ei nul-  
„ lum potuit præſtare auxilium: ac per hoc, ipſo  
„ anniente Exarcho, Hiſtriæ Episcopi de Eccleſiis  
„ ſuis a militibus Græcorum tracti ſunt, & hunc  
„ Candianum ordinare compulſi.

\* ſiſte Baron

\* exiſtente  
Baron.

\* præſente  
Baron

Antiquorum igitur recitatis historiis, Aquile-  
jenſem matricem ſemper & metropolim fuiſſe re-  
perimus: Gradus autem plebem ejus eſſe, omni-  
no comperimus. Sed & populi Polenſis (quæ Ci-  
vitas caput eſt Hiſtriæ) decretum ab univerſo  
& cuncto populo miſſum ad Sigualdum Patriar-  
cham Aquilejenſem, ( qui \*\* uſque ad Franco-  
rum tempora vixit, ) verum & probatiſſimum in-  
venimus, ut electum ab eis Episcopum ordinaret.  
C Sed & id non omittendum, quod & Clerici &  
Nobiles ex laicis viris electi ab Hiſtrienſi populo  
ſanctam ſynodum ſupplicantes venerunt, ut eos a  
Græcorum nequiſſimo vinculo liberatos ad Aque-  
letam ſuam metropolim, cui antiquitus ſubditi  
fuerant, redire concedat; quia electi qui ordinan-  
di ſunt, prius piſſimis Imperatoribus noſtris &  
poſtmodum ad partem Græcorum idem per ſacra-  
menta promittunt: & ideo in hoc ſacto gravari  
ſe aſterunt, & ſervire duobus Dominis non poſſe  
conclamant. Auditis itaque horum precibus, ſanctiſ-  
ſimi & Domini Legati ſanctæ Romanæ Eccle-  
ſiæ, Benedictus videlicet Episcopus & Leo Dia-  
conus, univerſa quæ Maxentius Patriarcha Aque-  
lejenſis in libello obtulerat, auſtoritateſque vera-  
ciſſimas quæ in hac ſynodo prolatae ſunt, recita-  
tus etiam canonibus, recapitulando cuncta per or-  
dinem protulerunt. Interrogatiſque ſingulis Epif-  
copis, utrum juſta ſit, an injuſta Hiſtrianorum  
petitio; & ſi ſecundum has auſtoritates Aquileja  
ſemper metropolis fuerit; aut ſi Provincia, quæ  
contra canonum ſtatuta in duos Metropolitanos  
diviſa eſt, ad unam & primam reformari deberet;  
& ſi placet eorum petitio, clara voce proferrent:  
Univerſi reſpondentes dixerunt, juſta eſt Hiſtria-  
norum petitio: & quia Aquileja ſemper metropo-  
lis extitit, dominaque ſuit Gradenſium; quia con-  
tra Patrum decreta diviſa eſt, ideo auſtoritate  
Patrum ad priorem ſtatum reformetur, omnibus  
nobis placet. Et illi reſpondentes dixerunt, &  
E Nobis id placet. Statuit igitur ſanctæ ſynodus, ut  
Aquileja metropolis, quæ contra Patrum ſtatuta  
diviſa in duos metropolitanos fuerat, deinceps ſe-  
cundum quod & antiquitus erat, prima & metropo-  
lis habeatur, & Maxentius ſanctæ Aquilejenſis  
Eccleſiæ Patriarcha, ejuſque ſucceſſores in ſingulis  
Hiſtriæ Eccleſiis electos a clero & populo ordi-  
nare Episcopos licentiam, ſicut & in ceteris ci-  
vitatibus ſuæ metropoli ſubjectis, modo & futuris  
temporibus habeant. Deinde ergo hoc ſtatuenti-  
bus & loquentibus Legatis ſanctæ Romanæ Eccle-  
ſiæ, & præſati illuſtrium Imperatorum miſſi exor-  
ſi ſunt, palam omnibus dicentes: Notum ſit U-  
niverſis præſentibus & futuris, in hac ſynodo &  
no.

497  
ANNO  
CHRISTI  
617.

nostris definitionibus affectum animi & consensum Domini Papae esse Eugenii, atque piissimum Ludovici & Lotharii Imperatorum, quatenus Aquilejensis Ecclesia ad pristinum reformetur decus nunc & in perpetuum.

Sane & necessario id indicandum duximus, quod Sichardus Palatinus Presbyter, & Theoto vir spectabilis, sacrorum Imperatorum missi, cum essent prius in Civitate Tarvisio, ad Venerium Gradensem Episcopum suum missum miserunt, praecipientes ut ipse ad synodum, quae Mantuae futura est, cum auctoritatibus si haberet pro defensione suae Ecclesiae, paratus adesset, in qua eius praesolantes adventum diebus quinque resederunt: sed propter quorundam Episcoporum ad hostem pergentium impedimentum, jam cepto ipsorum itinere, plus expedire nequiverunt. Tamen adhuc eis stantibus hic, tandem venit Tiberius Diaconus & Oeconomus Ecclesiae Gradenensis, a Venerio ejusdem Castris Episcopo missus, obsecrans ut auctoritates, quas pro sua Ecclesia duxerat, in praesentia synodi legerentur. Relectis itaque omnibus, reperimus exemplaria nullius manu esse roborata; & quamvis ita sint seu essent firmata, magis Aquilejensi Ecclesiae, quam suae pertinerent. Cumque a synodo sciscitaretur, utrum horum exemplorum authentica in Archivo suae Ecclesiae tenerentur, nec ne? Respondit, nihil amplius habere, nisi synodum ab Helia Aquilejensi Patriarcha in Castro Gradenensi, quod plebs ejus erat, actam fuisse, cujus initium est: „Cum in Castro Gradenensi ac plebe sua Helias Patriarcha sanctae Aquilejensis Ecclesiae cum Marciano, Leoniano, Petro, Vindemio, Virgilio, Joanne, & reliquis sacerdotibus suis confedisset, & reliq. Item subscriptiones Episcoporum hujus synodi in plebe Gradenensi actae; videlicet. His gestis apud nos habitis subscripserunt. „ Marcianus „ Opitergiensis, Leonianus Tibornienensis, Petrus Altinatis, Helias sanctae Aquilejensis Ecclesiae Patriarcha, Vindemius Cenetenensis, Virgilius Patavienensis, Joannes Celajanensis, Clarissimus Concordienensis, Patricius Emonensis, Adrianus Polensis, Maxentius Julienensis, Severus Tergestinus, „ Joannes Parentinus, Aaron Avorienensis, „ Martinus Sabionensis, „ Flaminus Tridentinus, Virgilius Scaravariensis, Laurentius „ Feltrinus, Marcianus Petenatis. „ Item excerptum ex suggestione Histriensium Venetiarum ad Papam Gregorium missa, quam praefatus Tiberius synodo obtulit, cujus initium est. „ Suggestendo ter Beatissimo, atque Apostolico, totiusque orbis terrarum capiti, Domino Gregorio universali Papae cuncti Episcopi Histriensium & Venetiarum provinciae, seu cuncta generalitas populi Gradenensis oppidi & plebis, ultimi servuli vestri. „

Ad succum cuncta liquidius in veritate suggerere non omisimus. Tempore igitur Aquilejensis civitatis stantis in Hesperia, illuc „ sanctus Marcus Evangelista ad praedicandum ab urbe Roma, scilicet a beatissimo Petro principe apostolorum, directus est: per cujus vero praedicationem veracissimam orthodoxa fides Christi populo commoranti inibi ab eo tradita est, & usque nunc ibidem immutabilis manet: necnon ab ea exordium christianitatis non solum sumpsit Italia, verum etiam multae aliae provinciae. Beatissimus igitur Marcus Evangelista Aquilejensis residens, vultum beati Petri apostoli videre desiderans, Romam urbem regrediens, ac secum elegantem Virum, Hermachoram nomine, ab omni electum clero & populo deferens, & ab ipso beato Petro apostolo Aquilejensis urbis ordinatus & constitutus est Pontifex: deinde Hermachoram Proton Italiae Pontificem constituit. Pontifices adhuc Aquilejensis civitate stantes sexto milliario in loco, qui Gradus nuncupatur, munitionem quandam construxerunt, in qua etiam Dei Ecclesiam munifice fabricaverunt, quatenus aestivo tempore ibi degentes Aquilejensis Pontifices possent ardorem aestatis evadere. Et notandum, quod omnes Histriensium civitates, & reliquae, quas haec notat synodus, Aquilejensis civitati, quae caput & prima est totius Italiae, subiectae sunt.

Item in ultimo interrogatus est Tiberius diaconus & oconomus Gradenensis Ecclesiae, ut proprio ore proferret, qualis harum duarum divisionum sedes, quae contra canonum statuta partita est, prima & metropolis fuerit? Qui constanter, clara voce professus est: „ negare non possum, „ quia ego & pene omnes sciunt, Aquilejensem civitatem primam & metropolim esse, & a beato Marco & Hermachora in Christi fide fundatam: sed propter oppressionem Paganorum Helias Aquilejensis Patriarcha ad Gradum veniens, in Diocesi & plebe sua habitavit, & suorum episcoporum ibi synodum egit. „ Interim scimus, quod a beato Marco usque ad Paulum Patriarcham, qui in Gradum plebem suam confugit, sunt viginti Patriarchae qui venerabilem Sedem Aquilejensem tenuerunt, & Gradum judicaverunt ut unum proprium de titulo: a Paulo quoque Patriarcha usque ad Joannem Patriarcham, ubi inter Aquilejensem sedem & Gradum plebem ejus divisio facta est, sunt Patriarchae quinque, qui omnes ut esset judicaverunt, usque ad Candidianum haereticum, qui hanc divisionem cum Graecis, qui totam Histriam suo quoque jure tenebant, gessit.

*Definit Exemplar Privilegii Aquilejensis Ecclesiae.*

ADNOTATIONES

F. JO. FRAN. BERNARDI MAKIÆ DE RUBEIS Ord. Præd.

1 Synodi hujusce Mantuanae mentio habetur in Catalogo Patriarcharum Aquilejensium, quem typis vulgavit Ludovicus Antonius Muratorius Tom. III. Anecd. ubi de Maxentio Patriarcha agit, haec leguntur: *Adeus (Maxentii) praes. B. Augustinus (in MS. Eugenio) Papa, & Ludovicus Imperator ad infantiam Lotharii filii dicit Ludovici universalium Synodum Mantua celebraverunt, in qua eodem Maxentio reclamante (in MS. proclamante,) quod quidam Venetus falso sibi nomen Patriarchae in Grado insula plebis Aquilejensis (in MS. plebe Aquilejensi) usurpaverat, & retracta (in MS. retractata) hujusmodi causa per istam Synodum declaratum fuit, Gradum esse plebem synodali jure Ecclesiae Aquilejensis subiectam. Venetus ipse Gradenensis Patriarcha eandem memorat Synodum sibi adversam in epistola ad Gregorium IV. Eugenii successorem data, quam ex codice Bernardi Trivisani, Patricii Veneti, publici juris fecit Nicolaus Coletus in Patriarchis Gradenensibus Tom. V. Ital. Sacr. Hinc scilicet scribit Venetus: Sed quia minime a vestra saluberrima pietate iudicari maluit Maxentius, Mantua quoque suggesti causam firmandam. Partem non modicam eorum Synodi refert Baronius ad annum DCV. num. xv. ex vetusto codice, quo & Pauli Diaconi historia scripta habetur, in Bibliotheca Valliellana Urbis ad servato. Ad ea eadem integra nunc primum prodeunt ex eodem codice descripta a Nicolao Minuccio Bibliothecario.*

2 Eugenium II. intellige, non I. ut perperam scribit Agnellus Maphaeus in Annalibus Mantuanis.

3 Ludovico Pio scilicet, & Lothario ejus filio, qui jam anno DCCCXXVII. consors imperii in Conventu Aquilejensi dictus a Patre fuit. Vide Baluzium in notis ad Agobardum, & Pagium ad eundem ann. num. ix.

4 Indictio V. & quartus Eugenii Papae annus, ac dies octava ante idus Junii annum era christiana vulgaris designant DCCCXXVII. Hoc anno a die quinta ante Kal. Februarias annum imperii quartumdecimum numerabat Ludovicus: unde librorum officiantia error irrepit in annum, qui consignatus legitur, septimum & decimum.

5 Anno antecedente DCCCXXVI. in Concilio Romano sub

ANNO  
CHRISTI  
617.

ANNO CHRISTI 897.

ANNO CHRISTI 897.

499

sub Eugenio II. Adit Bonedictus Episcopus Abanoensis, & alius Bonedictus Episcopus Amovino. An ex his duobus alter, an alius profuerit legatus Synodo Mantuana nostris; ignotum.

6 Theodo Ludovici Missus forte idem ac Theodo, seu Thendo, Theodorus, qui missus Cassellensium fuit ab anno 897. eisdem Ludovici Augusti, Christi vero 897. Vide Mabillon. de Re Diplomat. lib. 21. cap. 222. tom. v. 7 Perronus, vel Pertinax, ac Petronacius. Rubens & Ughellius eundem numerant Ravennae Archiepiscopum ab anno 897. ad 899. Ordinationem ejus tribuit Bechinius anno 897. Sed hanc peractam fuisse solum anno 899. adnotat Ludovicus Antoninus Muratorius Tom. II. Rer. Ital. Script. in prefat. ad Agnellii librum pontifical. probaque ex Diplomate Paschalis Papa eidem Petronacio indictione XII. idem anno 899. concessit. Subscriptus legitur Petronacius in dicta Synodo Romana sub Eugenio II. anno 897. 8 Angelpertum, seu Angelbertum, hujus nominis II. Mediolani sedisse Archiepiscopum ab anno 897. ad 899. scribit Papebrochius in Tract. II. prelim. ad Tom. VII. Maji.

9 Si Petronacium Ravennatem, Angelpertum Mediolanensem, Ramperum Brixianum, Erimbertum, vel Erbertum Laudensem, Ratoldum Veronensem, Lamplum seu Ersulfum Mantuanum excipias, ceteri aliarum Ecclesiarum Episcopi ex hac Mantuana Synodo innotescunt. Ejus fide allegata, praesens numerat Ughellius inter Episcopos functionis Ecclesiarum. In Ersulpho Mantuano, ac propriis in locis paulo aliter nomina aliquorum exprimit; vocat enim Naderbertum Regiensem, Aulphum Austerum Vercellensem, Lambertum Brixianum, Staperum & Staperum Crenacensem, Ersulphum Mantuanum, Francorum & Francorum Vicentinum, Ermonium & Ermonium Genesensem, Odobertum & Odobertum Bellunensem. Praeterea vero loco primum citato in Ersulpho Arbenium Aemilianum, & Andream Archidiaconum vice agentum Helmerum vel Henricum Tridentinum.

10 An Arthemius Atoletensis dici debeat Episcopus Oppidii, quod vulgo dicitur Asola in Marchia Triviana? Numquid Paulus Diaconus lib. 21. hist. Langobard. cap. xxv. Agnellum de Astila inter Episcopos, qui Synodo Maranensi interfuerunt a Severo Schismatico Patriarcha Aquilejensi coactum anno DXC. Vocat eundem Agnellum de Astila Andream Dandulum in chron. lib. vi. cap. 3. Fertur Diploma Tom. V. Ital. Sacr. edit. Ven. ab Othone I. concessum Rocco, seu Rosoni Episcopo Triviano, signatumque anno Dominica incarnationis DCCCLXVIII. indictione XII. ipse Otho in anno 912. in quo dignitas Episcopalis, qua subiebat olim Ecclesiae Astilensium, mentioni habetur his verbis: Offerimus sanctae Trivitanensis Ecclesiae in honorem S. Petri Apostolorum Principis, adificata, in qua Rex Episcopus praesens videtur, Castrum de Astila cum Ecclesia in honorem S. Virginis Mariae constructa, qua olim caput Episcopatus ipsius loci & domus esse videbatur. Vide Tomum X. Italiam Sacra edit. Venet. in Actianensi Episcopatu.

11 Partem alicorum precedentem sectat Coletus, Venerus editor Ughellii, Tom. X. in Episcopatu Actianensi. Quae sequuntur, sunt verba Synodi Patrum nomine prolata, quibus rationes colliguntur a Maxentio Aquilejensi in suo pretum libello allegata.

12 Cur elegantissimus dicitur Hermagoras, aperit Aegidius apud Bollandi Continuatores Tom. III. Julii, ubi haec habentur. Beatus Marcus iudicavit populo, ut elegenter sibi quem voluissent solum scribantissimum. Turba autem populi elegenter sibi elegantem personam & condignam, nominavit Hermagoram.

13 Haec verba refert Baronius ad annum DCV. num. 19. & seqq. usque ad illa, & hunc Candidianum ordinatio compellit.

14 Verbis ipsis Pauli Diaconi hac narratur. Habet ille lib. 21. cap. X. Hic dicens, quibus Langobardi Italiam invaserunt... Romanam Ecclesiam Vir sanctissimus Nundinus Papa regerat, Aquilejensem quoque civitatem ejusque populum beatus Paulus Patriarcha praerat: qui Langobardorum barbarum metuens, ex Aquileja ad Gradum Insulam transfugit, locumque omnium sua thesaurum Ecclesia deportavit. Benedictus in Romanam Petri sedem concessit anno DLXXXIV; jam vero influxerant in Italiam Langobardi anno DLXXXVIII, cum nonum Pontificatus ageret annum Joannes I. Vide Baronium & Pagium. In editione Mediolanensi Pauli Diaconi Tom. I. Rer. Ital. Script. ad hunc eisdem Pauli locum adnotatur, non Paulum, sed Paulianum Aquilejensem dicendum esse. Verum Pauli nomen ubique habet Diaconus Historicus, eodemque nomine huic Patriarcham Aquilejensem appellant Catalogi MSS. Nullam praeterea hac de re movet item Henricus Norisius, ut perperam monet adnotator, licet eundem Episcopum male Paulianum appellare. Paulianum vocat, vel Paulum Ughellius.

15 Eandem verba & sequentia in Paulo Diacono Lib. 21. cap. xxv. Paulus quoque Patriarcha annis duodecim Sacerdotium gerens, ab hac luce subtrahitur est, regendamque Ecclesiam Probus reliquit. Lib. 21. cap. 25. Martine vero apud Aquilejam Patriarcha Probus, qui Ecclesiam suam regerat annum, eidem Ecclesiae Sacerdos Helias pra-

est. Cap. 25. Desualdo Helia... postquam quodammodo anno Saonatum gessit, Severus hunc sacerdos regendam suscepit Barham. Lib. 21. cap. 25. Desualdo Severo Patriarcha, ordinatus Joanni Abbat. Patriarcha in Aquileja videtur cum sancto Regi & Gislelphi Duce. In Gradis quoque ordinatus est Romanus (in aliis Cod. MSS. Romanis) Candidianus Antistes.

16 Severi obitum illigunt Baronius, & Norisius anno DCV. Eodem anno in duo Patriarchas distribuitur Aquilejensis Diocesis, Gradensibus Catholicum Episcopum, Aquilejensibus Schismaticum exprobatibus, utriusque partis accessit, Candidianus Catholicis, Joannes Schismaticis. Hanc reueratur Agilulphus Langobardorum Rex, & Grisulphus Dux Forojulianis: illum Ravenna Exarchus, quod nempse Gradus Graeco preerat Imperatori, Aquileja Langobardis. Partes etiam habuisse in electione Candidiani Romanum Pontificem, testatur Joannes Diaconus in Vita Gregorii M. lib. 21. cap. xxxv. his verbis: Etenim Severus, qui ad unitatem sanctae unicelesiae redire non curavit, ad sciendum quoque sua ipsius Diaconus unitatem Romanum Pontificem sua veneranda suscepit; adnotat ab ipse illius obitu tempore Aquilejensi Diaconi in duo Metropolim, Catholicorum videlicet Schismaticorumque divisa sit.

17 Apposite notat Baronius ad annum DCV. num. 5. consuevisse ab Schismaticis haereticos appellari damnatos tria capitula, qui taverat consentientes quibus Synodo ac Romano Pontifici catholici erant. Mirum, Aquilejensibus, curare licet schismate, injurias Candidiano ab Schismaticis olim illatas placuisse in libello huic Synodo Mantuanae oblati, casque suppressas, vindictasque non fuisse ab ipsis Patribus Mantuanis!

18 Hicria preerat Graeco Imperatori, & Exarcho, qui favebant Candidiano.

19 Rem narrat Paulus Diaconus lib. 21. cap. xxv. his verbis: Regem (Severum Aquilejensem) Smeragus Patriarcha veniens de Ravenna in Gradum, per semetipsum a Basilica extrahens, Ravennam cum injuria ducit, cum illis tribus ex Hicria Episcopis; idem Joanne Parentini, (textum a Norisio correctum sequor) & Severo Tergetino, atque Vindemio.

20 Laus est Candidiani, non culpa, qui hoc loco innotuit: quod nempse noluerit Severo Schismatico & complicitibus consentire.

21 Recte monet Norisius, hanc Joannis narrationem inter mendacia amandari posse; quod illi duo Episcopi Hicrim, Petrus, & Providentius, ad catholicam unitatem se velle venire per litteras Gregorio Magno Romano Pontifici significaverant. Res hac patet ex epistola eisdem Gregorio ad ipsos Petrum & Providentium Episcopos data, qua est Li. alias XLIX. libri quinti, indict. XIII. idem an. DLXXXV, ubi haec habentur: Remanitas autem Casarii Nostri mei relatione edocuit, sum, Praesentium vestram ad me habere desiderium venient. Huius Schismatico, & Ecclesiae sui divisionem agere fecerit nil facillius, quam mendacia fingere.

22 Sigisaldus, quem etiam Sigisaldum vocant, e Regia Langobardorum stirpe sedem tenuit Aquilejensem iuxta aliquorum calculum, referente Ughellio, usque ad annum DCCCLXXXIV, quo Carolus Francorum Rex, capto Desiderio Rege, regnum sibi subiecit Langobardorum.

23 Hinc Synodus coacta ab Helia fuit anno Christi DLXXXIX, ut patet ex initio alicorum auct. Andreae Dandulum lib. vi. cap. 1. parte x. Imperatoris Domino nostro Serenissimo Tiberto Constantino Augusto, anno Imperii ejus quinto, eodem Consule, sub die XII. novarum memorabilium, Indictione XIII. Quae sequuntur verba, paulo diversis sunt ab eis, qua in hac Synodo Mantuana recitantur: nempse, Cum in Civitate Gradens Helias Episcopus sanctae ejusdem nova Aquilejensis Ecclesiae, una cum Marciano, Leoniano, Petro, Vindemio, Virgilio, Joanne, Clotario, Pascale, & reliquis Episcopis, & Sacerdotibus, quorum nomina subscriptores propria manifestant, in Concilio convenissent &c.

24 Ordo subscriptionum perturbatus restitui debet ex alicis apud Lauterum Dandulum hoc modo: Helias sanctae Aquilejensis Ecclesiae Episcopus; (mitto Laurentium Presbyterum Sedis Apostolicae legatum) Marcianus Episcopus sanctae Ecclesiae Opuziensis, Leonianus Episcopus Tibertinus, Petrus Altinensis &c.

25 Inter Severum Tergetinum, & Joannem Parentinum subscribit Solarius Episcopus sanctae Ecclesiae Veronensis apud eundem Dandulum.

26 Loco Martini Sabionensis legitur apud Dandulum, Marcianus Presbyter locum faciens Viri beatissimi Ingenius Episcopi sanctae Ecclesiae secunda Rhetia. Hujusce portio Rhetia II. Sabio Metropolis erat. Sedes Episcopalis postea Brixinam translata est; atque jam Archiepiscopo Salisburgensi subiecta.

27 Eodem loco non Flaminius, sed Agnellus Tridentinus habetur.

28 Ibidem legitur Laurentius Presbyter superaddens in sanctae Synodo locum faciens Viri beatissimi Frontis, Episcopi sanctae Ecclesiae Feltrinae.

29 Hanc traditionem Aquilejensium non esse inverisimilem, censent Bollandi continuatores in Tractatu de Patriarchis Alexandrinis, qui praefigitur Tomo V. Junii. & in



in Commentario previo ad acta & Hormagora die 22. A  
 Julii Tom. III.  
 30 Viginti qui laudantur Patriarcha, sunt 1. Horma-  
 gora. 2. Hilarius. 3. Chrysoctus. 4. Theodorus. 5.  
 Chrysoctus II. 6. Agapetus. 7. Benedictus. 8. Fortu-  
 natus. 9. Valerianus. 10. Chromastus. 11. Augustinus.

12. Adolphus. 13. Maritus. 14. Januarius. 15. Soma-  
 dus. 16. Nicetas. 17. Marcellianus. 18. Marcellinus.  
 19. Socrates. 20. Maccedonius. Inde numerantur quia-  
 que Patriarcha ad Divisionem Diocesis in duas Metropo-  
 litanas; videlicet Paulus, Probinus, Helias, Severus, &  
 Joannes.

ANNO  
 CHRISTI  
 337.

ANNI  
 CHRI-  
 STI

V I T A V A L E N T I N I  
 P A P Æ.

**V**alentinus natione Romanus, ex patre Po-  
 tro, de regione Via lata, legit dies qua-  
 draginta, magnæ sanctitatis, magnæque beatitu-  
 dinis vir iste repletus, & Spiritus sancti perfusus  
 gratia mansit.

scandente caelestia, Eugenius tunc pontificali est  
 ab omnibus elevatus in honore, & positus in se-  
 de apostolica. Qui cum cunctis, quos diximus,  
 bonis decoratum luculenter agnoscente, omni vi-  
 ta sum tempore carissimorum vice retinuit, & ve-  
 lut pater proprio filio corde congaudebat alacri,  
 suisque aspectibus illum assidue consistere cupie-  
 bat. Peracto vero ac divinitus finito hujus præsi-  
 lis lucis transeuntis termino, ad sacra sedis cul-  
 mina omnis Romanorum cœtus, crebris Dominum  
 jejunii & orationibus deprecans, ut quis tantæ  
 sedis honore dignus foret eorum sensibus revelare  
 dignaretur. Sed divina placata majestas quem ex  
 sacerdotali eis catalogo eligendum arcano sum  
 potentis outu ostenderet, nisi eum, quem ab ipsi  
 matris uberibus tot supra didis virtutum copiis,  
 & pulcherrimo doctrinarum flore ornaverant, atque  
 constantem & fidelem in omnibus sibi alumnus  
 nutrierat, sacratissimæ sedis rectorem tribueret?

Roma regu-  
 lis excellen-  
 tis retinet  
 dignitatem.

Virtutes Va-  
 lentini.

Qui dum in hac Romana urbe, quæ, Deo au-  
 ctore, summi sacerdotii & regalis excellentiæ re-  
 tinet dignitatem, ab ingenio & piis parentibus  
 genitus, & ob studia elementorum solerti magi-  
 stro traditus esset, sacros divine legis apices ca-  
 paci ubertim sensu rimabat, & ingenii memoria  
 retinebat. Inanes ac turpes puerorum ludos more  
 nobilium evitabat. Nullas ex ore proprio incon-  
 gruas aut inhonestas fabulas proferebat. Nullisque  
 illicitis operum actionibus utebatur. Sed ab ipso  
 primævo infantis flore piæ modestiæ ac sobrietati  
 deditus, & pœclaro divinæ inspirationis spiritu  
 plenus, inter cunctas verborum atque prudentiæ  
 phaleras labia compta gerebat. Præcipuis quoque  
 dictionum copiis, & lucidius operum meritis pa-  
 refaciens elegantem sui corporis mentem. Præser-  
 tim cum, juxta eximiam doctoris gentium vocem,  
 sine offensione se omnibus ovanter, animoque præ-  
 bebatur benigno. Nemini quippe contrarietatis scan-  
 dalum ponens, debitum perfectæ dilectionis im-  
 pendere proximis animo strenuo procurabat. At-  
 que juxta dominicæ vocis præceptum lumbos cas-  
 titate præcinctos, & lucernas in manibus gesta-  
 bat ardentes, verbo scilicet luculenter resurgens,  
 & actu doctrine pariter munere cum magnifico  
 exemplo laudabilis judicio coruscabat.

Collectis igitur in unum venerabilibus episco-  
 pis, & gloriofis Romanorum proceribus, omni-  
 que amplæ urbis populo in palatio Lateranensi, ut  
 quod jam cordi caelitus revelatum æquiter omnes  
 tenebant, in uno multorum tonitu resonaret,  
 unius voluntatis consensu fortiter acclamatum est:  
 Valentinum sanctissimum archidiaconum sedis apo-  
 stolicæ dignum, Valentinum summi pontificatus  
 insula decorandum.

Hujusmodi  
 oratio

Superna quoque Dei auxiliante virtute, cum  
 jam perfectæ iustitiam sumpsisset ætatis, & ipsius  
 bonitatis atque sagacitatis favor longe lateque iu-  
 ris odoriferi instar flagraret, & aures beatissimi  
 præfulsi piæ memoriæ domni Paschalis ex fide-  
 lium relatu veridico enucleanter pulsasset, eum-  
 que, ut populus collaudabat, fore in omnibus  
 illustrem & inclytum veraciter didicisset, mox il-  
 lum per ecclesiasticos gradus ad subdiaconatus ho-  
 norem provexit ex Lateranensi palatio, & sibi de-  
 servire præcepit. Cujus conversationis & patienti-  
 æ vitam ac mores ipse agnoscente, valde illum  
 præ ceteris diligebat. Prædictus autem vir, gratia  
 desuper divina favente, cui se tota mentis devo-  
 tione integraque virtute devoverat, veritatis, &  
 sapientiæ plenus lumine coruscabat. Erat enim  
 sermone affabilis, doctrina clarus, vultu conspi-  
 cuus, & inter fratres pia devotione modestus,  
 proximisque fidelis. Nullis vero se, quibus aliquis  
 vel leviter contristaretur, sagaci pectore sultus,  
 negotiis implicabat: Cum præterea cum tot bo-  
 nis, tantisque operum meritis, præstantis corpo-  
 ris formam elegantem jam didus pontifex orna-  
 tumque inspiceret, Levitam sedis summi apostolicæ  
 consecravit. Cui, ob suæ vitæ meritum quo splen-  
 dide ratilabat, & ab omni ecclesiæ plebe, atque  
 inclyto Romanorum populo cœtu ingenti dilige-  
 batur amore, bona & beneficia multa largitus  
 contulit, eumque postmodum archidiaconum fecit.  
 Quo tunc præfule Christo jubente culmina  
 Cœcil. General. Tom. XIV.

His itaque mellissus didis, una mox omnes  
 pacis conjunctione manentes ad ecclesiam sanctam  
 Dei genitricis semperque virginis Mariæ domine  
 nostræ sacer clericorum, & Romanorum proce-  
 res pariter cum populo properantes multiplices eum  
 Domino grates ac laudes reddentem more solito  
 invenerunt. Quem illico multum ac diutius reni-  
 tentem, seque tanti regiminis fore incongruum  
 voce strenua proferentem, alms plebis & lætis  
 utriusque militiæ Romanorum electus est vocibus  
 in sede pontificum. Ac deinde condignis gloriæ  
 laudibus, & honoris amplitudine ad Lateranen-  
 se patriarchium ab ipsis deductus, & in pontifica-  
 li est positus throno. Cujus ovanter ab omni Ro-  
 manorum senatu pedibus osculatis, & omnibus  
 que explenda erant rite ac veneranter prædixis,  
 magna sobrietas, magna in totius sexus & ætatis  
 populo lætitia mansit. Ejusque consecrationis die  
 sereno jam illucescente, cum lumine jam didum  
 antistitem ad beati Petri apostolorum principis ec-  
 clesiam omnes pariter Romani a palatio deducen-  
 tes, eumque majestate divina auxiliante in alto thro-  
 no summum consecraverunt pontificem.

Romani  
 osculantes  
 pedes pon-  
 tificum.

Qui mox almificæ sedis culmina scandens beati  
 Petri apostoli & caelestis regni clavigeri, divinis  
 Deo laudibus & sacrificiis pie oblati, amplo &  
 magnifico Romanorum cœtu ad palatium cum in-  
 genti gaudio remeavit; atque lætissimus dapibus  
 sumptis amantissimorum multis & diversis mune-  
 rum donis sacram plebem & senatum populum-  
 que Romanum optime ditavit. Erat quippe da-  
 pilitate inclytus, actione præcipuus, sermone lu-  
 culentus, omnibus compassione proximis, & ino-  
 piam

Hujusmodi  
 consecratio

optima

piam sustentibus opportunum instantier solatium A  
præbens.

Quibus multiplicibus bonis ornatus ad cele-  
stia Christo vocante corporis oppressus molestia  
exitu pretioso transiit, atque cum desiderabili  
beatissimique operis fructu ad conspectum summe  
majestatis lætus ascendit, regnans & exultans cum  
Domino semper

NOTA SEVERINI BINII.

a Valentinus. ) Omnes fere annales Francorum, ut su-  
pra dixi, attestantur Eugenium anno 827. defunctum esse.  
Quo mense obierit, inter se variant. Nos igitur, An-  
nastadium secuti, initium Valentinii ad annum Christi 827.  
atque undecimum Augusti referendum esse putamus. Ob  
virtutum insignia eum a Paschale pontifice ex subdiacono  
creatum esse archidiaconum refert Anastasius. Aliis qua-  
draginta, aliis vix triginta diebus pontificatum tenuit.

Valentinus  
papa quem-  
dam fecerit.



VITA, EPISTOLÆ ET DECRETA

GREGORII PAPÆ IV.

ANNO  
CHRISTI  
827

ANNO  
CHRISTI  
827

Gregorius  
v. 1166.

**G**regorius IV. natione Romanus, ex patre  
Joanne, sedit annos sexdecim. Vir strenuus,  
ac benignissimus, sanctitate atque pietate reple-  
tus, ornatus scientia, verbo jucundus, modestus  
præ omnibus sermone, humilissimus fide catholica,  
iustus operibus, & literarum divinarum solertis-  
simus inquisitor. Ecclesiarum quoque sanctarum  
intangibilis visitator, pater pauperum, & alitor  
omnium viduarum. Terrenum nil appetens, mun-  
dana huius vite præterita lucra deterens, æterna  
præmia in celis digno sibi meritis acquisivit.

Gregorius  
v. 1166.

Hic a Deo beatissimus pontifex, genere clari-  
us, sed magis clarior sanctitate, forma pulcher,  
sede pulchrior. Quæ scilicet universa laudum præ-  
conia non solum pontificatus sui tempore clarue-  
runt, sed etiam cum adhuc juvenilibus annis pol-  
leret, talia peragere indeficiens satagebat. Quæ  
res Romanis omnibus non diu occulta perman-  
sit, sicut scriptum est. *Quis nemo accendit lucerna-  
m, & ponit eam sub moggio, sed super candelaba-  
rum ut luceat omnibus qui in domo sunt.* Cæpit  
sancta ejus operatio de die in diem per totam  
Romanam pleniter urbem resonare evangelico ser-  
mone docente: *Nihil operatum quod non reveletur,  
& occultum quod non sciatur.* Pro quibus denique  
innumerabilibus bonis a sanctissimo hujus sacre  
sedis domino Paschali papa, non solum subdiaconus,  
sed etiam sacerdos effectus est. Permansit  
vero in sacerdotii sui habitu constitutus caste, ac  
pudice recolens illud quod scriptura sacra com-  
memorat, dicens: *Sacerdotes Dei induantur iusti-  
tia*: id est, non in aliis vacent, nisi oratione,  
lectione & jejunio. Cumque in his intentus insi-  
steret, humano more jam dictus Paschalis ponti-  
fex ex hac luce subductus, & Eugenius a Deo  
electus antistes sacri apicis adeptus est dignitatem.  
Permanens autem in hac per modicum tempus  
vita, & ipse pariter defunctus est. Post hunc Va-  
lentinus alendorum gregum præfulatus culmen for-  
titus, submaxima celeritate ex hac præterita vi-  
ta subtrahus est.

Matth. 5.

Matth. 13.

Presbyter  
sacerdos casti-  
dolis.

Matth. 23.

Cæperunt denique Romani pariter omnes non  
solum de pontificibus tam subito perditis, verum  
etiam de futuro arctius cogitare, ut quem sancti  
Spiritus gratia perlustratum agnoscere potuissent,  
sub cujus doctrina atque imperio cuncta tenarum  
nobilitas rite degere potuisset. Quorum videlicet  
universorum procerum corda adiutor in opportu-  
nitatibus, in tribulatione, creator omnium Deus  
inextinguibili suo sancto lumine succendit, &  
mentes eorum ad beatissimum Gregorium IV. pia fa-  
cta convertit.

Gregorius  
v. 1166.

Consenseruntque omnes in eodem spiritu & ani-  
ma una, electus autem ab eis patriarcho Latera-  
nensi inductus est, abstrahentes quidem illum ex  
basilica beatorum martyrum Colmæ & Damiani  
per vim, dicebat enim se ad tale ministerium  
inutilem fore. Sed quoniam tam immanem multi-

tudini resistere non valuit, ad locum jam ante  
prædictum cum hymnis & canonicis spiritualibus de-  
duxerunt.

Verum quia investigare cuncta quæ gessit celeri  
sermone non possumus, ea, licet breviter, ad no-  
titiâ omnium perducamus, quæ sacris ac vener-  
abilibus mente integra & pia devotione obtulit  
locis. Præterea post electionem simul & consecra-  
tionem præfulatus sui cæpit permaximum studium  
habere de sanctis & de eorum ecclesiis, quatenus  
ad statum pristinum novo cultu eas, protegente  
Domino, citius revocaret, quod factum est, nam  
eo tempore ecclesiam beati Saturnini martyris for-  
tis portam Salariam constitutam, quæ vetustate  
nimia & longo iam senio a fundamentis cecide-  
rat, novis fabricis ædificari fecit, & picturis vari-  
is decoravit. Ubi etiam obtulit vestem de fun-  
dato unam. Perficiente vero illo hæc quæ supe-  
rius dicta sunt, ad alia tunc pontificalis ejus ani-  
mus sanctorum Opuscula summopere cæpit atten-  
dere. Et quoniam tunc divino ignis amore suc-  
census corpus beati Gregorii huius universalis ec-  
clesiæ præfulis, per quem sancti Spiritus gratia  
toto orbe terrarum inextinguibile sapientiæ mun-  
nus induxit, ex loco, sepultus quo prius fuerat,  
tulit, & non longe ab eo in alium noviter con-  
struatum infra ecclesiam beati Petri apostoli sum-  
mo honore perduxit. Ejusque sacrum altare ar-  
genteis tabulis undique petornavit, & oratorium  
suo sancto nomine titulavit. Absidamque ejusdem  
super aurato musivo depinxit. In quo scilicet o-  
ratorio sanctorum corpora beatorum martyrum  
Sebastiani, Gorgonii, ac Tiburtii ex cæmeteriis,  
in quibus ante jacebant, perduxit. Et unumquod-  
que eorum sepatatis altaribus collocavit, pro qui-  
bus denique pontificatus sui tempore decrevit, ut  
monachi, qui ad officium persolvendum in eccle-  
sia beati Petri apostoli sunt constituti, omnibus  
diebus ibidem laudes omnipotenti Domino canere  
non desistant. Obtulit autem in eodem orato-  
rio vela majora vel modica serica decem & octo.  
Vestis super altare sub quo sanctissimi Gregorii  
papæ corpus quiescit, tres. Unam cum chrysocta-  
vo, habentem historiam .... & super unumquod-  
que altare prædictorum martyrum vestem de fun-  
dato unam. Imagines denique desuper deargen-  
tatas, nec non auro perfusas tres habentes vul-  
tum Domini, & eorum depictos, quorum specia-  
lia ibidem corpora humata miraculis ac virtuti-  
bus pollent. His igitur perfectis operibus ad alia  
repente venerabilis pontifex animum & mentem  
convertit. Nam ecclesiam tunc B. Marci con-  
fessoris atque pontificis, quam tempore sacerdotii  
sui regendam susceperat, & usquequo ad pontifi-  
catus pervenit gratiam, in suo iure ac ditione  
permanit, quæ ob nimiam vetustatem crebro ca-  
tura esse videbitur, cum omnipotentis Dei opitu-  
latione a fundamentis prius eiecit, & postmodum  
novis

S. Gregorii  
corpus in au-  
stia

Sancti Marci  
confessoris  
basilica

novis fabricis totam ad meliorem cultum atque A  
decorem perduxit, absidamque ipsius prænomina-  
te basilicæ musivo aureis superinducto coloribus  
cum summa gratulatione depinxit. Fecit vero  
sarta tecta ejus omnia nova, & quidquid in ea  
ante vile cogoverat, pretiosum posse esse maluit.  
Igitur consummatis omnibus his pro remedio &  
futura retributione animæ suæ, obtulit in jam  
sepe nominata ecclesia futuris temporibus perma-  
nenda hæc. Regnum aureum unum, quod usque  
hodie super altare dependet cum gemmis valde opti-  
mis, habens in medio auream crucem cum gem-  
mis pariter pretiosis. Item gabathas ex auro pu-  
rissimo tres pendentes ante prænominatum altare.  
Et gabathas interrailes de argento 12. angelorum  
opere constructas. Et alias gabathas interrailes B  
quinque cum pedibus suis. Item ubi supra obtu-  
lit thymiamateria auro colore perfusa tria, ca-  
nistra de argento duodecim Coronas argenteas  
majores & minores 9. Cruces de argento tres, &  
unaqueque habet libram unam. Ceroollatas desu-  
per argentatas quatuor. Fecit & cyborium ad lau-  
dem atque decorem confessoris jam sæpius dicti  
ex argento purissimo pensans libras mille. Altare  
quoque ejusdem argenteis similiter tabulis exorna-  
vit, cupiens per rerum temporalium exercitia æ-  
terna cælo præmia adipisci. Prædictus etiam ve-  
nerabilis pontifex obtulit, ubi supra, vestem de  
fundato unam habentem mucrones per circuitum.  
Fecit & aliam vestem de olovero unam habentem  
in medio gemmas, & maia aurea, & per  
circuitum zonam de chrysoclavo. Immo vero obtu-  
lit sanctissimus præsul vestem de olovero cum  
gryphis & unicornibus. Vestem quoque aliam cum  
chrysoclavo per circuitum habentem in medio resur-  
rectionem Domini nostri Jesu Christi. Sæpe  
jam dictus venerabilis papa obtulit in prænomi-  
nata ecclesia vestem cum gryphis & chrysoclavo  
per circuitum, habentem in medio nativitatem  
Domini nostri Jesu Christi. Item vestem aliam  
cum chrysoclavo habentem per medium rotas de  
chrysoclavo quatuor, & nativitatem atque bap-  
tismum Domini nostri Jesu Christi. Obtulit vero  
prænominatus pontifex vestem aliam cum leoni-  
bus, habentem resurrectionem Domini de chryso-  
clavo. Vestes de fundato minores octo, quæ al-  
taribus superponuntur, quæ per circuitum ejusdem  
ecclesiæ esse noscuntur. Vela alba serica quatuor,  
unum habens undique Tyrium, & in medio cru-  
cem & gammadias de chrysoclavo. Aliud de stauraci  
habens in medio crucem de olovero, & gam-  
madias de olovero Tyrio, tertium & quartum si-  
militer. Vela de rodino quatuor, quæ sacrum al-  
tare circumdant: ex quibus unum habet crucem  
de chrysoclavo. Vela de fundato viginti sex, &  
linea similiter, quæ pendent per arcus ecclesiæ.  
Vela Alexandrina tria, ante portas majores pen-  
dencia, habentia homines & caballos. Cortinam  
Alexandrinam unam, vela alia habentia mucro-  
nes de fundato quatuor. Velum de ostapulo  
unum. Vela alia de fundato octo habentia per  
circuitum periclysin de blattin. Et alia vela sex  
cum aquilis habentia per circuitum periclysin de  
Tyrio. Vela simulque alia de fundato quinque  
habentia leones & periclysin de Tyrio. Vela alia  
Alexandrina, ex quibus unum habens rotas &  
rosas in medio, & aliud arbores & rotas, pen-  
dencia ante valvas ipsius ecclesiæ. Item velum  
modicum de olovero habens in medio hominem  
cum caballo. Vela cum argento spanisco quatuor-  
decim. Vela modica ubi supra de olovero, decem  
habens unumquodque eorum anates. Hic divina  
aspiratione proteclus obtulit in jam dicta basilica  
aquemanile de argento unum.

Verum etiam fecit in ecclesia beatorum Cos- S. Cosmæ  
mæ & Damiani martyrum vestem de fundato u-  
nam habentem in medio historiam depictam cum  
chrysoclavo. In ecclesia beati Abbacyri, atque  
Archangeli ad Alefantum. Hic a Deo electus &  
præclarus antistes obtulit in basilica beati Eusta-  
chii martyris vestem de fundato unam habentem  
in medio historiam de chrysoclavo.

Fecit jam sæpius nominatus præsul aliam ve-  
stem in ecclesia beatorum martyrum Sergii &  
Bacchi de fundato unam. Pari modo vero fecit  
& aliam vestem de fundato in ecclesia sancti Sil-  
vestri posita in monte Soradi.

Post completa vero hæc omnia, & diligenter S. Petri  
peracta fecit in ecclesia beati Petri apostoli vela  
cum chrysoclavo numero quatuordecim habentia  
diversas historias evangeliorum, & passionem bea-  
ti Petri ac Pauli, nec non Andreæ apostoli, quæ  
dependent inter imagines auro argentoque fufas  
in trabe desuper argentata, antequam adeas sa-  
ceram confessionem, speciosa valde visibus huma-  
nis, atque præcipua.

Fecit autem & in ecclesia beati Christi marty-  
ris Georgii magnificus præsul hinc inde porticus,  
quas etiam ad decessorem ipsius basilicæ variis or-  
navit pæduris. Absidam vero ejusdem diaconie a  
fundamentis auxiliante Domino cum summo stu-  
dio compfit. Hic adeo amabilis pontifex dum di-  
ligenter cernebat, quod ejusdem venerabilis dia-  
conie secretarium præ nimia temporum vetustate  
marcesceret, noviter pro ipsius amore, vel gratia  
aliorum ad meliorem erexit honorem. Obtulit  
itaque sanctissimus papa, ubi supra, hæc dona.

Vestem de fundato unam cum chrysoclavo ha- S. Georgii  
bentem imaginem Salvatoris, & martyris Seba-  
stiani, atque Georgii. Vela de fundato majora  
duo, minora decem & octo. Fecit autem in con-  
fessione ipsius basilicæ rugas de argento ex auro  
perfusas. Pari modo vero sarta tecta basilicæ bea-  
ti Hadriani martyris posita in Via sacra, quæ  
præ nimia vetustate marcerant, noviter restau-  
ravit. Verum etiam fecit in patriarchio Latera-  
nensi triclinium musivo magnitudinis decoratum  
cum absida de musivo. Sed & alias absidas duas  
dextra lævaque positas infra paracellarium variis  
historiis depictas. Fecit etiam sanctissimus papa &  
in ecclesia beati Clementis confessoris vestem de  
fundato cum leonibus, & periclysin de ostapulo.

Simili modo & in diaconia beati Theodori S. Theodori  
martyris vestem de fundato leones habentem cum  
periclysi de ostapulo. Fecit autem in ecclesia bea-  
ti Christi martyris Laurentii, quæ ponitur foris  
muros vestem chrysoclavam habentem historiam  
Zacchæi. Fecit & aliam vestem fundatam cum  
gryphis in honorem sanctæ Dei genitricis Ad mar-  
tyres. Nec non & in beati Stephani protomarty-  
ris in Cælio monte vestem de fundato cum gam-  
madiis. Verum etiam & in diaconia beate Dei  
genitricis in Via lata fecit vestem de stauraci cum  
periclysi de blattin.

Simili modo & in ecclesia beate Dei genitri- S. Mariæ  
cis semperque Virginis Mariæ domine nostræ Ad  
præsepe fecit vestem auro textilem habentem na-  
tivitatem, baptismum, præsentationem, & resur-  
rectionem. habentem in capite ipsius historie gem-  
mas albas trecentas & octuaginta, hyacinthinas  
quingenta, prasinas viginti duas, & in circuitu  
alvaviras legente de nomine domni Gregorii IV.  
papæ.

Item fecit & in diaconia beati Hadriani mar- S. Hadriani  
tyris in tribus satis vestem de fundato. Fecit au-  
tem præfatus præsul in ecclesia beatorum aposto-  
lorum Ad viacula vestem de fundato habentem  
leones cum gryphis. Fecit & aliam vestem de fun-  
dato

dato in ecclesia beati Martini confessoris, atque A

S. Rufini

Nec non & in basilica beati Eusebii martyris vestem de olovero habentem aquilas cum periclysi de quadrapulo. Obtulit etiam prædictus præsul in basilica beatæ Dei genitricis Mariæ trans Tiberim vestem de Tyrio habentem historiam dominicæ nativitatis atque resurrectionis Domini nostri Jesu Christi.

S. Marci

Immo & in diaconia, quæ vocatur Cyro, simili modo obtulit vestem de fundato. Immo & in diaconia beatæ Mariæ in Via lata eodem modo vestem de fundato obtulit. Hic præclarus & venerabilis pontifex divina inspiratione fretus seorsim in ecclesia beati Marci confessoris Christi atque pontificis paternam octogoni exauratam habentem in medio vultum Domini nostri, & a duobus lateribus vultum ipsius beati Marci, atque eiusdem præsulis pensantem libras sex. Simili modo & calicem octogoni fundatum cum foliis exauratam ibidem obtulit pensantem libras sex: scyphum quoque argenteum illic offerri curavit pensantem libras sex. Obtulit etiam ipse prænominatus pontifex canistra ennetodia duo, pensantia insimul libras quatuordecim. Verum enimvero in ecclesia doctoris gentium beati Pauli apostoli obtulit sæpeditus pontifex vestem de chrysoclavo habentem historiam Domini Dei nostri, & in ejus obsequio a dextris vel sinistris archangelorum, seu apostolorum laudabili numero miræ magnitudinis atque pulchritudinis diversis lapidibus, vel margaritis ornatam pulcherrimeque contextam.

S. Petri

Sabbatum fontem restituit.

Hic benignissimus & præclarus pontifex, dum bonus & verus pastor pro sanctæ Dei ecclesiæ statu maximam undique curam ac vigilantiam gereret, considerans Romanorum penuriam, quod ubi triticum ad edendum molerent nullo modo haberent, divino fretus auxilio formam quæ Sabbatina nuncupatur, quæ jam plurimos annos confracta atque dispersa esse videbatur, dato operis studio, sicut a præfatis fuerat ædificata temporibus, ita quoque eam præfatus antistes noviter ædificare atque constituere curavit: ita ut ad ecclesiam beati Petri apostoli, atque ad Janiculum, sicut prius, ita & nunc ininfluenter decurrat. Fecit etiam in diaconia beatæ temper virginis Mariæ in Colmedin vestem de Tyrio habentem historiam dominicæ nativitatis, atque resurrectionis Christi veri Dei nostri. Ad honorem & gloriam beatæ Dei virginis Sufannæ obtulit sanctissimus præsul in eisdem ecclesia vestem fundatam cum periclysi de Tyrio.

S. Cyriaci

Dona in ecclesia beati Martini.

Fecit autem in ecclesia beati Cyriaci martyris atque diaconi vestem de fundato habentem periclysin de stauraci. Pari modo, & in ecclesia beatæ Pudencianæ virginis vestem de fundato cum periclysi de quadrapulo. Obtulit beato Vitali martyri vestem de fundato habentem aquilas, & periclysin de quadrapulo.

S. Anastasia

Præfatus vero pontifex fecit in ecclesia beatæ Anastasiæ martyris vestem de fundato habentem aquilas & periclysin de olovero. Immo vero obtulit jam dictus præsul in basilica beatæ Lucie martyris quam vocant Orsea, vestem de fundato cum periclysi de ostapulo. Sanctissimus denique pontifex fecit in titulo beati Chrylogoni martyris vestem de Tyrio habentem historiam Danielis cum periclysi de stauraci. Obtulit vero beatissimus papa in titulo Pammachii vestem de stauraci cum periclysi de quadrapulo. Verum etiam fecit & in ecclesia beatæ Cecilie martyris vestem de fundato habentem aquilas & gryphos cum periclysi de olovero.

S. Chrylogoni

S. Emilie

Pari modo & titulo Emilianæ obtulit vestem de fundato habentem aquilas & periclysin de blatta Byzantia. Simulque & in ecclesia beati Sixti martyris atque pontificis fecit vestem de Tyrio habentem historiam Danielis cum periclysi de olovero.

Simulque & in ecclesia beati Sixti martyris atque pontificis fecit vestem de Tyrio habentem historiam Danielis cum periclysi de olovero.

S. Balbinæ

Fecit in basilica beatæ Balbinæ martyris vestem de fundato cum periclysi de olovero.

Fecit autem in titulo Damasi vestem de stauraci habentem periclysin de blatta Byzantia.

Fecit etiam in ecclesia apostolorum Jacobi & Philippi vestem de fundato. Item in ecclesia beati Marcelli confessoris atque pontificis vestem de fundato.

S. Laurentii

Pari modo in basilica beati Laurentii in Lucina fecit vestem de stauraci. Item in ecclesia sancti Valentini fecit vestem de fundato, & gemmas de ostapulo.

Cumque hæc omnia, quæ superius inserta leguntur, a quarto hujus intemeratæ sedis papa Gregorio Deo favente liberius consummata fuissent atque perfecta, piger esse nullatenus volens cepit indifferenter post curam gregum de cultura, sive meliorationibus venerabilium tractare locorum, ut suis temporibus novo culturæ formatu consolidata essent. Quod intercedente apostolorum principe Petro juxta votum sui desiderii factum est. Ideo cum talia præfulatus sui animo volveret, & hæsitans cogitaret, repente ad memoriam sui recurrunt, quod justum non esset, si amplius ecclesia sanctæ Dei genitricis, quæ more veterum nunc usque Callisti trans Tiberim dicitur, sine monachorum officio constitisset, maxime cum in ea signorum non minima frequenter fiant miracula, & virtutes diversæ, ac demum divinitus compunctus corde, & Dei omnipotentis roboratus ac fretus juvamine, juxta latus prænominatæ basilicæ monasterium a fundamentis statuit, & novis fabricis decoravit. In quo etiam monachos canonicos aggregavit, qui inibi officium facerent, & omnipotenti Domino grates & laudes diebus singulis & noctibus profectis intimo cordis spiramine decantarent, quæ sicut impræsentiarum certaminis, magno certamine magnoque studio pastor eximius hoc opus valde firmissimum ampliavit. Nam ubi ante nulla erat cultura præcipua, modo Deo dispensante pulcra sunt habitacula monachorum, & loca quæ nuper ab hominibus videbantur vepribus vel immunditiis plena, nunc in eis cellulæ constructæ sunt, quibus oves Christi cum suis simul utilitatibus post laudum officia largissime cohabitant & dormiunt. Eo igitur tempore sæpedita ecclesia quibusdam per circuitum locis longo senio erat prærupta, sed eam firmissimis undique munitionibus restauravit. Et in ea tandem fecit præsepium ad similitudinem præsepium sanctæ Dei genitricis, quæ appellatur Majoris, quod videlicet laminis aureis & argenteis adornavit. In quo pro remedio ac venia delictorum hæc obtulit dona: imaginem auream habentem historiam dominæ nostræ cum diversis & pretiosis gemmis, hyacinthos majores numero tredecim, prasinas decem, albas majores numero viginti & novem, almandinas majores numero viginti, albas modicas habentes circum capitis coronam diverso philopares.

Monachos canonicos in ecclesia Transiberina constituit. Anastasius ocula, ut ca. 112.

Maria major Dona obtulit.

Locus mendosissimus.

Cercelli paria duo habet gemmas pretiosissimas albas numero decem & octo, prasinas octo, hyacinthinas quatuor. Item in eadem imagine habet murenas prasinas pretiosissimas duas, ex quibus habet pendulas numero undecim. Item murenam triflem auream, quæ habet gemmas diversas albas numero septuaginta tres, & buticulas triginta tres. Murenam in quo pendent gemmæ hyacinthinæ tredecim, digitæ aureæ novem pendent in filo aureo. Item murenam filatam, ex qua gem-

ma

me pendent hyacinthine quatuordecim. Signum Christi habet navicellas duas, & murenas tres. Omnes murenas cum petuante eorum. Gabathas aureas purissimas interrasiles philopares. Signum Christi pendentem in catenulis tribus lilio, & unc. legente de donis Dei, & sanctæ Mariæ, quod vocatur Præsepe trans Tiberim, domni Gregorii papæ IV. qui puro corde obtulit tres gabathas taxificas. Signum Christi habet historiam in modum leonis incapillatam cum diversis operibus purissimis aureis pendentibus in catenulis quatuor & uncino uno. Item gabatham taxificam habet in modum Leonis IV. cum diversis historiis serpentium, & in medio stantem piceam, & quatuor leonculis exauratam, qui pendent in catenulis tribus & uncino uno. Item gabathas taxificas. Ex quibus habet singulis operibus exauratis pendentibus in catenulis tribus, & uncinos quatuor, ex quibus habet unam gemmis vitreis. Quæ dominus item Gregorius IV. pontifex libenti obtulit animo.

S. Pauli.

Immo vero obtulit jam dictus præsul in ecclesia doctoris gentium beati Pauli apostoli cortinam fundatam pendentem in arco triumphalem, habentem in medio annuntiationem & nativitatem Domini nostri Jesu Christi. Item velum oloverum unum pendens in regularem sub imaginem argenteam habens historiam imperatoris. Ibi ipse fecit & alia duo modica vela fundata, quæ pendent in circuitu altaris, habentque lora viginti quinque. Vela quæ pendent in presbyterio numero vigintiquatuor. Vela fundata, quæ pendent ad arcus majores, numero quadraginta. In cyborium ipsius ecclesiæ fecit vela quatuor. Pari modo & in ecclesia beati Christi martyris Georgii fecit vela de fundato sex habentia in circuitu gammadias de oðapulo.

S. Sabæ.

Ipse vero a Deo protectus & præclarus pontifex fecit in monasterio sancti Sabæ vestem de olovero cum leonibus habentem periclysin de oðapulo.

S. Anastasi.

Verum etiam & in monasterio sancti Anastasi martyris eodem modo fecit vestem de stauraci cum periclysi de quadrapulo: simulque & in monasterio sancti Andree, quod appellatur in clivo Scauri fecit vestem de stauraci cum periclysi de oðapulo unam, sed in monasterio sanctæ Agathæ martyris, quæ ponitur super Suburræ, fecit vestem de olovero cum periclysi de oðapulo unam. Ibi ipse fecit vestem de fundato cum gryphis habentem periclysin de blattin.

S. Erasmi.

Nec non & in monasterio sancti Erasmi fecit vestem de stauraci cum periclysi de oðapulo unam.

Enimvero & in diaconia sanctæ Lucie, quæ ponitur in septem vias, fecit vestem de olovero cum periclysi de oðapulo unam.

S. Lucie.

Fecit autem in oratorio sanctæ Lucie, quæ ponitur in monasterio de Serenati vestem de olovero cum leonibus, habentem periclysin de oðapulo. Simili modo & in monasterio sancti Sylvestri fecit vestem de olovero cum periclysi de oðapulo unam. Ibi ipse fecit vestem de fundato cum gryphis habentem periclysin de blattin.

S. Prædix.

Pari modo & in monasterio sanctæ Prædix fecit vestem de olovero cum periclysi de stauraci unam.

S. Pauli.

Ipse vero a Deo protectus & præclarus pontifex fecit in basilica doctoris mundi beati Pauli apostoli vela de chryoclavo per arcus presbyterii habentia historiam ipsius beati Pauli apostoli, & in circuitu listam cum auro, numero viginti & septem. Hic a Deo electus, & præclarus antistes obtulit in ecclesia beatæ Dei genitricis semperque virginis Mariæ dominæ nostræ, quam vocamus Callisti & Cornelii, coronas argenteas duas, per

unamquamque delphinos duodecim, pendants simul libras duodecim.

Simulque & in diaconia beati Christi martyris Gregorii fecit coronam de argenteo unam cum delphinis duodecim pendentem libras sex. Ipse vero a Deo protectus & præclarus pontifex fecit in basilica beatæ Dei genitricis semperque virginis Mariæ dominæ nostræ, quam dicimus Callisti & Cornelii, canistra argentea quatuor legente sancta Dei genitrice, Gregorii IV. papæ pensantia libras viginti & quatuor.

Et in altari quoque ejusdem tabulas de argento pendants libras centum & tredecim. Fecit idem venerabilis papa in eodem sancto loco infra ambitum ipsius ecclesiæ operosam decoramque resurrectionem. Nam prius altare in humili loco situm fuerat pene in media testudine, circa quod plebs utriusque sexus conveniens, pontifex cum clero plebi confuse immixto sacra mysteria celebrabat.

Sed & sancta corpora beatorum Callisti & Cornelii & Calepodii in mediana plaga ecclesiæ tumultata post tergum populi jacentia non condigne honorificabantur. Quod religiosissimus idem papa non leve tulit, sed solerti solitque studio cum intima industria operam adhibens, mirificum opus inchoans optime consummavit. Nam effosso clandestino antro summa cum reverentia præfata sancta corpora elevans in occidentali plaga ejusdem ecclesiæ, hoc est in ambitu absidæ honorifice collocando occuluit, circa quæque maximæ molis aggravans aggerem, comptum ministris lapidibus tribunal erigens decoravit. Supraque confessionem respicientem ad ortum solis miri odoris cælaturas ornata compagine coaptavit. Infra confurgentem siquidem basin altaris, miri metri & ornatus modulo ex argento perspicue in honorem sanctæ Dei genitricis semperque virginis Mariæ, e lata scilicet priori, crexit inter confurgentes pulcri operis gradus. Ante quam presbyterium amplum operosi operis funditus construxit. Cui ex septentrionali plaga lapidibus circa septem matroneum apposuit. Sed & decorem altari addens, & vultum Domini meritis honorans muneribus, fecit ibidem vestem chryoclavam cum blatta Byzantæ habentem historiam nativitatis & resurrectionis Domini nostri Jesu Christi. Et insuper imaginem beatæ Dei genitricis Mariæ resoventem imaginem oblatoris sui.

Cornora sanctorum reponit de centur.

Ipse vero a Deo protectus & præclarus pontifex fecit amas argenteas sex, quæ præcedunt per omnes stationes, pendants libras tredecim. Scyphos duos, pendants singulos libras decem. Gemmationes octo pendants singulos libras duas.

Dona

Hæc denique postquam omnia, Deo favente, a sæpe dicto pontifice decenter expleta sunt, ea quæ in ecclesia beati Petri apostoli foris muros longe jam senio cassata videbantur, ad pristinum statum cultumque perduxit.

Nam pene totam porticum super oratorium sanctæ Dei genitricis Mariæ, quæ Mediana dicitur, noviter ex trabibus ceterisque lignis ob decorem basilicæ decoravit. Immo & aliam similiter porticum ante valvas argenteas novo opere cultoque præcipuo perfecit. Nec non & in fronte paradisi jam satæ ecclesiæ principali multivo cuncta quæ a præcis temporibus in eodem pariete erant diruta velocitate nimia pingere ac restaurare decrevit.

S. Mariæ

Renovavit simul & porticum ejusdem basilicæ quæ super gradus ejus esse perspicitur, per quos populus orationis voto indifferenter habet ascensum. Fecit etiam juxta acolitum pro quiete pontificis, ubi post orationes matutinales, vel missarum

Extrait de l'histoire de Rome.

rum officia ejus valeant membra torporari, hospitium parvum; sed honeste constructum, & picturis decoravit eximius. Igitur inter cetera bonæ operationis exempla fecit & in patriarchio Lateranensi pro utilitate, sive usu pontificis, prope oratorium sancti Christi martyris Laurentii, habitaculum satis idoneum, ubi & quies est optima, & cum clericis suis pontifex inde egrediens omnipotenti Domino debitas potest laudes persolvere.

Igitur post hæc omnia quæ superius ædificata leguntur de ædificiis jam dirutis, & præ magnitudine temporum pene casuris, quæ infra palatium ab antiquis patribus videbantur esse constructa, beatissimus jam sæpius nominatus papa Gregorius novo cultu & opere a fundamentis erexit atque composuit. Nam descensum qui paracellarium respicit, per quem antea homines veluti in nocte ascendebant vel descendebant, ita noviter reformavit, ut nulla inde transeuntes deinceps, ut ante, obscuritas valeat præpedire, a quo videlicet loco usque ad oratorium sancti Laurentii cuncta quæ erant vetera restauravit. Et alia nova adjecit, in quibus tres cæminates fieri iussit.

Renovavit immo & balneum quod juxta paracellarium situm est a fundamentis per totum, & marmoribus ceterisque placabilibus operibus decoravit. Nam prius vetustatis longitudine casurum esse videbatur, nisi mens, vel optimum tanti pontificis studium illud ad priorem statum reducere decrevisset. Pari modo & in ecclesia Salvatoris, quæ appellatur Constantiniana, fecit vestem auritextilem habentem historiam palmarum, & cenam Domini.

Item in venerabili monasterio sanctæ Dei genitricis semperque virginis Mariæ, & sancti Cornelii & Callisti, quam vocant Trans Tiberim, fecit cænistrâ numero sex, quæ pensant insimul libras octo & uncias quatuor. Cænistrâ cum thymiamaterio pensantia libras tres. Siclonem unum pensantem libras tres.

Perfectis autem his omnibus atque examussim patris, quoniam jam, sicut sæpèdum est, ejus sancta, veneranda ac recolenda simplicitas, utque in Dei erat omnipotentis semper intenta servitio, ita quoque de populi futura salute & liberatione patriæ indifferenter erat sollicita, ne ab hostibus Deo non permittente quoquo modo caperentur.

Et quoniam hujus sacratissimi patris ac papæ temporibus impia atque nefaria, & Deo odibilis Agarenorum gens a finibus suis consurgens pene omnes insulas & omnium regiones terrarum circumiens, depraedationes hominum, & locorum desolationes atrociter faciebat, easque hæcenus facere nulla enus cessat. De quibus quoque insolitis atque cavendis periculis, misericordissimus præsul magnum habens timorem, ne populus a Deo sibi & beato Petro commissus apostolo, qui in Portuensi vel Ostiensi civitatibus habitavit, a Saracenis nefandissimis tribulationis ac depraedationis sentirent jaçuram, intimo trahens ex corde suspiria, cepit prudenter inquirere, quomodo civitatem Ostiensem adjuvare, ac liberare potuisset. In ejus statim omnipotens Deus hoc dedit corde consilium, ut civitatem ibidem qua populum salvare vellet, a fundamentis noviter construere debuisset, quoniam ea quæ priori tempore ædificata fuerat longo quassata senio nunc videretur esse diruta. Fecit autem juxta quod ei fuerat divinitus inspiratum: in prædicta enim civitate Ostiensi civitatem aliam a solo valde fortissimam, muris quoque altioribus, portis simul, ac feris, & cataractis eam undique permunivit, & desuper ad

inimicos, si venerint, expugnandos petarias nobili arte composuit, & a foris non longe ab eisdem muris ipsam civitatem altiori fossato præcinxit, ne facilius muros isti contingere valerent.

Quando autem sæpèdicta civitas novæ fabricæ initium meruit, ipse ibidem sanctissimus papa per se multis residens diebus partem quamdam murorum non modicam cum suis hominibus quasi in sortem percipiens a fundamentis erexit.

De qua donec, Deo prosperante, crebro dicta civitas ad legitimum totius fabricæ finem perducta est, multos exinde labores in suo sancto pectore, vel certamina indefinenter sustinuit. Cui etiam noviter civitati constructæ, hoc nomen in sempiternum statuit permanendum, scilicet ut ab omnibus sive Romanis, sive aliis nationibus a proprio quod ei erat nomine, id est Gregoriopolis, vocaretur. Et revera merito hoc a conditoris sui nomine vocabulum sumpsit, quia quod nullum legitimus fecisse pontificem, iste Dei omnipotentis auxilio, simulque virtute munitus, pro populo ac liberatione patriæ ante jam nominatum opus mirabili decore fabricæ construxit atque composuit.

His itaque in suis locis manentibus fecit idem coangelicus atque eximius præsul in basilica Salvatoris Domini nostri Jesu Christi juxta patriarchium Lateranense vestem cum chrysoclavo habentem in fronte altaris historiam beatissimorum Baptistæ atque evangelistæ Joannis. Et per altaris circuitum similiter uno corpore cohærentiam, quasi vela similiter de chrysoclavo, & quasdam picturas habentium in modum gryphorum cornua in frontibus picta. Fecit etiam in monasterio beatissimi martyris Christi Laurentii, quod dicitur Pallacinis, cænistrâ de argento sex, & cerostata duo indulta, Scyphum unum argenteum, & amam similiter de argento.

Fecit etiam in oratorio sanctissimi papæ Gregorii sito infra ecclesiam beati Petri apostoli columnellas argenteas quatuor habentes libras argenti numero quadraginta.

Post hæc autem omnia ipse venerabilis pontifex in curte quæ cognominatur Draconis, domum satis dignam undique porticibus ac solaris circumdatam a solo noviter fieri statuit, in quam ipse, quamque etiam futuri pontifices cum omnibus qui eis obsequuntur, quamdiu eis placuerit, ibidem statiose immorari valeant. Fecit autem similiter & in curte alia, quæ Galeria vocatur, domum aliam largam ac spatiosam, satisque præcipuam ad opus atque utilitatem pontificum, ubi obediens opportunum fuerit, ut cum omnibus qui eis famulantur amplissime hospitentur. Item sæpèdictus idem almus pontifex atque præclarus superno amore exardescens fecit in basilica sanctæ intactæque virginis Dei genitricis dominæ nostræ Mariæ, quæ cognominatur Ad martyres, cyborium ex argento purissimo, pensans simul libras quadringentas. Simul & coronam ex argento purissimo unam pensantem libras decem & semis.

Similiter autem fecit in basilica beati Marcelli confessoris atque pontificis coronas ex argento purissimo tres pensantes simul libras .... Immo vero & in diaconia beati Georgii martyris fecit velum Alexandrium, habens phasianos duodecim, & vela ante januas lineum plumatum unum. Qui beatissimus pontifex postquam sedem Romanam & apostolicam annos sexdecim gloriosissime rexit, ex hac luce subtrahus ad æternam migravit requiem. Fecit ordinationes quinque per mensem Martium & Decembrem, seu septem, presbyteros ..... diaconos ..... episcopos per diversa loca numero 185. Sepultus vero in basilica beati Petri apostoli.

Novam O-  
stiam papa-  
condidit

Donam in ec-  
clesia sancti  
Salvatoris

Sæpiam Lau-  
rentii

Extrait de  
Moss.

Donam eccle-  
siarum.

NOTÆ SEVERINI BINII.

Gregorius quando sedem cepit. Translatio corporis sancti Gregorii.

a Gregorius. Vigesima quarta Septembris anno 827. Gregorius omnium virtutum corona decoratus, in sanctu Spiritu sancti, unanimo consensu totius populi & universi ceteri electus est in pontificatu successor Valentini. A translatione sancti Gregorii pontificatum, quem frustra subterfugere conabatur, inchoavit, ut sanctissimi patris intercessione munitus, manus pontificale onerosissimum citra dispendium propriæ salutis, & damnum universi gregis dominici, ad finem usque humeris suis perferre posset. Michaelis ex morbo dysenteria defuncto, succedit in oriente Theophilus Iconoclasta crudelissimus.

Greg. IV. papa proficiscitur in Germaniam

Ad componendas seditiones inter Ludovicum imperatorem ejusque filios exortas, de quibus infra, venit in Germaniam pontifex pacis & concordie amantissimus: nihil vero apud secleratos filios effecit aliud, quam quod eisdem sibi & universa ecclesie Romane infensiores reddiderit, cum impiissimorum filiorum consiliis adversus patrem agritate consensum præbere recusaret. Quo occasione Ludovicus imperio exutus paulo post ejusdem seepera receperit, dicam infra in notis concilii apud Compendium habiti.

Fransiam omnium sanctorum Kalendis Novembris celebrari jubet. Obiit jam ab anno.

Ludovicum imperio restitutum, teste Sigeberto, monuit Gregorius, ut in Gallia atque Germania festivitas omnium sanctorum Kalendis Novembris celebraretur quem hactenus Romani ex instituto Bonifacii papa celebrare consueverant. Monuit Gregorii papa cum Ludovico omnes Francie Germanique episcopi mira consensione obtulerant. De quibus Alcuinus, hujus sæculi scriptor celeberrimus in commentariis de divinis officiis hæc ait: *Consuetum est, ut sibi universo per totum orbem in Kalendis Novembris, sicut in die natalis Domini, ad ecclesiam in hincem omnium sanctorum ad Missarum sollempnia convenire studeat, ut quicquid fragilitas humana per ignorantiam aut negligentiam in sollempniis sanctorum minus plene pergerit, in hac sancta observatio solveretur.*

Gallia Romanus quis?

Anno pontificatus Gregorii undecimo Pippinus rex Aquitanie moritur, cuius regnum a Ludovico inter Lotharium, quem in gratiam receperat, & Carolum posteriori matrimonii divinum, novas discordias genuit. Hujus enim gratia Ludovicus rex Bajoarum contra patrem arma, que semel deponere coactus fuerat, resumens, parenti hujusmodi incommoda peperit, que illi mortem conciliarunt, anno imperii vigesimo septimo. Successit patri in imperio Lotharius, qui cum monarchia cupidus esset, adversus fratres bella movit, non sine magna rerum suarum injuria. Quæ enim Ludovicus & Carolus crebrioribus legationibus ad pacem & concordiam ineamiam inducere non poterant, cruento tandem certamine, justitia comite viliusque fugatum, iusto iudicio episcoporum regno Francie exuerat, illudque, teste Nichardo nobilissimo Franco, & Caroli Magni nepote ex Berta filia, inter se dividerunt: postea vero quam supplex peteret sibi regnum restitui, consilio episcoporum ad partem regni capiendam ex gratia admittus fuit.

Iconoclastarum hæresis sublata.

Post obitum Theophili imperatoris opera Michaelis & Theodora Augustæ, hæresis Iconoclastarum in oriente penitus est dispersa & orthodoxa religio per Methodium Constantinopolitanum catholicum antistitem restituta.

Urbs Roma captiva.

b Sebastiani. Partem corporis sancti Sebastiani, opera Hilduini ab Urbe evectam, delatam esse in Gallias, reconductamque in monasterio sancti Medardi, testatur Ado Viennensis in chronico.

c Nam ecclesiam tunc beati confessoris. In hunc sancti Marci titulum Gregorius a se nobilissima structura exornatum intulit corpus sancti Hermæ martyris. Quibus vero miraculis ejusdem martyris articulus in Galliam translatus fuerit, refert Eginhardus lib. 4. cap. 24.

Quantum hujus sanctissimi papa temporibus. Eadem ex causa Gregorius, teste Sigeberto, alterius nove civitatis fundameta jecit, ut basilicam sancti Petri extra Urbem positam tutam redderet. Addit Leoninam esse dictam, ideo quod captam a Gregorio, Leo IV. perferret. Verba Sigeberti hæc sunt: *Gregorius papa dolens crebris sacratorum incursum beati Petri Apostolorum principis, curandis illis urbem novam adificare: ad quod consilio & auxilio imperatoris animatus, novam fabricam fecit, sed non perfectam. Leo enim ejus nominis quartus, captum opus abiecit.* Hæc Sigebertus.

EPISTOLA I. GREGORII PAPÆ IV. AD UNIVERSOS EPISCOPOS

De Aldrico Cenomanensi episcopo non alibi quam apud sedem apostolicam accusando, & de Romani pontificis potestate.

Lilicissimis fratribus universis coepiscopis per Galliam, Germaniam, Europam, & per universas provincias consiliatis, Gregorius servorum Dei.

edit. Rom. edit. episcopus.

Divinis præceptis & apostolicis saluberrimis incitatur monitis, ut pro omnium ecclesiarum Concil. General. Tom. XIV.

Arum statu impigro vigilemus affectu. Et quia cunctarum divina dispensatione ecclesiarum curam gerimus, omnibus nostra polcentibus suffragia apostolica auctoritate subvenire optamus. Quoniam divinæ virtutis ac infirmitatis humanæ sanctio est, ut omnium ecclesiarum negotia ad nostræ reparationis tendant affectum. Quapropter hæc ad vos litteras destinamus, quibus decreto nostro vestram rogantes caritatem in mandamus, ut si aliquis, quod non optamus, suorum æmulorum, Aldricum Cenomanicæ ecclesie episcopum accusare damnabiliter attentaverit, ut honoretur beati Petri apostolorum principis memoria, ecclesieque Romane cui præfedit privilegium, & nostri nominis auctoritas; liceat illi post auditionem primatum directeseos, si necesse fuerit, nos appellare, & nostra auctoritate, aut ante nos, aut ante legatos nostro ex latere missos, juxta patrum decreta suas exercere atque finire actiones: nullusque illum ante hæc judicet, aut judicare præsumat. Sed si quid, quod abest, grave intolerandumque ei obiectum fuerit, nostra erit expectanda censura, ut nihil prius de eo, qui ad finem sanctæ ecclesie Romane confugit, ejusque implorat auxilium, decernatur, quam ab ejusdem ecclesie auctoritate fuerit præceptum: quæ sic vices suas aliis imperavit ecclesiis, ut in partem sint vocatæ sollicitudinis, non in plenitudinem potestatis. Proinde dilectio vestra, quorum devotione gaudemus, jungat curam suam dispositionibus nostris, & det operam, ut non cujusquam præsumptione circa memoratum fratrem, vestra provisione, vel successorum vestrorum, si ipse superstes fuerit, aliter quam hic insertum est, ullo modo decernatur; sed hæc quæ ad ejus tuitionem atque defensionem prædicta hic auctoritate suggesta sunt, ac salubriter ordinata, absque ulla apologia pleniter impleantur. Si autem, quod non arbitramur, a quoquam secus præsumptum fuerit, & ab officio cleri submotus, & injuriatum reus ab omnibus judicetur; ne lupi, qui sob specie ovium subintrarunt, bestiali sævitiâ quosque audeant dilacera- re, & quod sibi fieri nolunt, aliis inferre præsumant. Nec quisquam trivulus aut contentiosus, sine contumax, hæc nos irrationabiliter præcipere contendat, cum & auctoritate canonum, & prædecessorum nostrorum decretis sancitum sit, ut episcopus accusatus, si voluerit, appellet Romanum pontificem, & ad eum, si liberit, confugi- at, aut ab eo ejus audiat causa, aut ipse a latere suo legatos qui eam audiant mittat, qui iuste cum omnibus episcopis provincialibus ejus auctoritate judicent. Quæ omnia hic necesse non est inferere, ne proditores magis quam præceptores esse videamur. Et sanctæ recordationis Innocentius antecessor noster inter cetera sic ait: Si majores causæ in medio fuerint devolutæ, ad sedem apostolicam, ut Nicæna synodus definivit, & inveterata consuetudo exegit, referant. Et multa alia, quæ in suis auctoribus pleniter inveniantur. Nec alicui fratri hæc gravia aut inutilia videri debent: quoniam sicut prædicto fratri sancti Petri & nostræ sedis auctoritate succurrimus, ita omnibus quibus necesse fuerit, & debemus subvenire, impigre volumus. Et sicut quisquam sibi subvenire cupit, ita & alium adjuvare debet, & non ejus auxilium moleste ferre, cum apostolus moneat omnes *Gaudere cum gaudentibus, flere cum flentibus.* Nos vero ad hunc finem omnem nostrum effectum curamque dirigimus, ut quod ad exaltationem sanctæ Dei ecclesie, & quod ad custodiam & profectum pertinet sacerdotum, nulla dissensionem violetur, nulla desidia negligatur. Super quibus si quis arguere voluerit, aut ex-

in d. Rom. cap. 109

quæ 6 Dec. nostro

ivo part. cap. 149

ivo part. cap. 11

C

libid 6 S. auctum

D

Rom. 11

quæ 7 S. edit. Rom. argue re no

tra auctoritatem facere contenderit, veniat ad se-  
dem apostolicam, quo omnia ecclesiastica nego-  
tia, de quibus questio habetur, consuere iusta  
sunt: ut ibi ante confessionem sancti Petri me-  
cum iuste decernat, quatenus inibi unus ex vobis  
sententiam suscipiat suam. Vos fratres hortamur  
& monemus, ut quæ a nobis pie vobis circa præ-  
dictum fratrem mandata sunt, ejusque pro sim-  
plicitatis defensione salubriter ordinata atque in-  
iuncta, nulla concertatione turbentur: quoniam  
non intervenit temeritas præsumptionis, ubi est  
diligentia. Nemo vestrum quod suum est querat,  
sed quod alterius est, & quod apostolus in-  
quit: *Unusquisque proximo suo placeat in bonum*, &  
reliqua. Præceptis ergo apostolicis non dura super-  
bia resistatur, sed per obedientiam, quæ a sancta  
Romana & apostolica auctoritate iusta sunt sa-  
lutifere impleantur, si ejusdem sanctæ Dei ec-  
clesiæ, quæ est caput vestrum, communionem  
habere desideratis. Qui autem se sciunt quibus-  
dam esse præpositos, non ferant moleste aliquem  
sibi esse prælatum, sed obedientiam quam exi-  
gunt etiam ipsi defendant. Unde liquet quod  
omni studio devotionis unanimes divinis & ap-  
ostolicis præceptionibus parere debeatis, & in nul-  
lo inobedientes, quod absit, effici. Nam licet ple-  
rumque accidant in sacerdotibus quæ sunt repre-  
hendenda, plus tamen erga corrigendos agat be-  
nvolentia quam severitas, plus cohortatio quam  
comminatio, plus caritas quam potestas; cum  
nemo nostrum sine reprehensione aut sine pecca-  
to vivat. Nam si Dominus statim post trinam ne-  
gationem beatum Petrum apostolum præceptorem  
nostrum judicasset, non tantum ex eo fructum,  
sicut fecit, recepisset. Expectandi ergo atque cor-  
rigendi magis sunt rectores ecclesiæ, quam statim  
& absque nostro consulto judicandi: cum majora  
negotia, & difficiliore causarum exitus, sancto-  
rum patrum canones spiritu Dei conditi, & totius  
mundi reverentia consecrati, jubeant sub nos-  
træ sententiæ expectatione suspendi, nostroque  
moderamine finiri. Unde necesse est hæc & alia  
ecclesiastica quæque negotia, post multarum ex-  
perimenta causarum, sollicitius prospici, & dili-  
gentius præcaveri: quatenus per spiritum carita-  
tis & pacis omnis materies scandalorum, & præ-  
sumptio invidiorum, atque oppressio simplicium  
de ecclesiis Domini auferantur. Et sicut non vult  
quisquam fratrum se aliorum judicio prægravari,  
ita non audeat alius inferre quod sibi non vult  
fieri, reminiscens præceptum Domini salvatoris,  
quo ait: *Nolite judicare, & non judicabimini; in  
quo enim judicio judicaveritis, judicabimini*; & re-  
liqua. Nihil ergo per nostram facilitatem tribu-  
nalis excelsi judicii derogare debemus, cum illa  
sint rata quæ pia, quæ vera, quæ iusta sunt; &  
aliter necessitatis, aliter tractanda est ratio vo-  
luntatis. Nullum enim intemperatum reliquit ini-  
micus, idcirco succurrendum est irretitis; conte-  
rendus ergo est venantis laqueus, ut fugatis la-  
mentationibus, tam in justo moderamine, quam  
compunctione pietatis, apostolica auctoritate sol-  
justitiæ in oculis splendeat corruptivum. Nec pi-  
geat forsitan aut pudeat nostris obedire mandatis,  
aut apostolicæ sedis observare præcepta, quia hu-  
milibus dat gratiam, non superbis: Nam nulli  
fas est vel velle vel posse transgredi apostolicæ  
sedis præcepta, nec nostræ dispositionis ministre-  
rium, quod vestram sequi oportet caritatem. Sit  
ergo ruinæ sum dolore prostratus quisquis aposto-  
licis voluerit contraire decretis, nec locum deinceps  
inter sacerdotes habeat, sed extorris a san-  
cto ministerio fiat, nec de ejus judicio quisquam  
postea curam habeat, quoniam jam damnatus a

sancta & apostolica ecclesia hac auctoritate, sua  
de inobedientia atque præsumptione, a quoquam  
esse non dubitatur: quia majoris excommunica-  
tionis dejectione est exigendus, cui sanctæ eccle-  
siæ commissa fuerit disciplina, qui non solum præ-  
fata sanctæ ecclesiæ jussionibus parere debuit, sed  
etiam aliis ne præterirent insinuare, sitque alie-  
nus a divinis & pontificalibus officiis qui noluit  
præceptis apostolicis obtemperare. Maneat itaque  
memoratus Aldricus hac apostolica auctoritate us-  
que ad præsentiam sedis apostolicæ semper epis-  
copus, nec, antequam huc veniat, talium aut a-  
liorum verbis intendat nocivis, neque eorum sus-  
cumbat iudicio, aut ullam sententiam suscipiat sen-  
tentiam, nec nobis sicut illi, quod minime arbi-  
tramur, inobediens existat. Prædictæ apostolicæ  
sedis sanctæ, si voluerit & necesse fuerit, appel-  
let antistitem, & ad eum libere absque ullius per-  
gat impedimento. Et cum nec colligari, nec ju-  
dicari, nec damnari a quibusdam possint episco-  
pis, qui apostolicis fuerint suli auctoritatibus;  
quanto minus ab illis si factum, quod fieri non  
credimus, fuerit, qui eorum inobedientia atque  
protervia facta jam sunt damnati auctoritate? Quia  
non aliter persecutores fratrum, quam sedis san-  
ctæ jussionibus, cui omnis orbis caput inclinatur,  
inobedientes corrigere, seu regere juxta præceden-  
tium patrum exempla possumus, nisi eos zelo fi-  
dei dominicæ persequamur, & a sanis mentibus,  
ne pestis hæc latius divulgetur, in severitate qua  
possumus abscindamus. Quisquis namque conatus  
fuerit tentare prohibita, sentiet censuram sedis ap-  
ostolicæ minime desuturam. Et qui monitis no-  
luerit obedire apostolicis, necesse est ut severita-  
tis regula vindicetur, ne aliquis hoc faciat, aut  
fieri sinat, unde alium vel capiendo decipiat, sibi-  
que causas generet, quibus reus constituitis decre-  
tibus fiat. Cavete, fratres, negligere præfata,  
cavele tentare prohibita, ne prædictis involvami-  
ni retinaculis. Nolite sæpeditum fratrem absque  
nostra, ut prædictum est, præsentia aut auctori-  
tate judicare, vel condemnare, aut gravare. Sed,  
sicut apostolicis est munitus prædictis, ita vestris  
fulciatur auxiliis, sitque ab omni sacerdotalis ca-  
talogi laqueo, aut oppressione, vel iudicio hu-  
mano, intactus & liber usque ad nostrum, ut  
præfatum est, iudicium, qui beati principis apo-  
stolorum Petri meruit adipisci auxilium. Contra  
caput ergo nolite vos extollere. Nolite beati cla-  
vigeri Petri, cujus vice legatione pro Christo fun-  
gimur, sedem, ejusque sedis auctoritatem spande-  
re, ne ejus patiamini offensionem, aut scandala  
ecclesiæ generetis, sed magis solliciti pro fra-  
trum salute & liberatione estote, & pro sanctæ  
Dei ecclesiæ salute summopere laborate. Arma  
mini caritate, non severitate, omnibus vobis ac  
figillatim occurrat caritas, & vinculis, quæ mille  
modis a Christo solvantur, vobiscum pariter in  
perpetuum connexa læteretur in Domino. Ceterum  
infectatores fratrum ecclesiastica disciplina compri-  
mere & erudire debetis, qui statum majorum  
non tenentes, Dei sacerdotes, atque sanctam ec-  
clesiam, quæ in sacerdotibus maxime constat,  
principum & populorum favorem sequentes, &  
Dei iudicium non timentes, sua violare perispe-  
nituntur præsumptione. His ergo nec factis, nec  
consiliis, nec manifestis, nec occultis, vos opor-  
tet præbere consensum, dicente Domino: *Videbas  
furem, & currabas cum eo*. Non tantum qui fa-  
ciunt, sed qui facientibus consentiunt, rei tenen-  
tur. Illud dumtaxat debet mentem vestram vehe-  
mentius excitare, ut ab omni labe sæculi istius  
immunes ante Dei conspectum & securi invenia-  
mini; ut caritatem non amittentes, & sustentato-

Rom. 11.  
Dist. 11. Præ-  
ceptis apo-  
stolicis.  
\* edit. Rom.  
ad. ecclesia.  
\* in edit. Rom.  
cap. 108.

\* edit. Rom.  
dependant.

Dist. 19. Li-  
ber. p. 108.  
Sue.

\* edit. Rom.  
com. 1010.

lib. part. 4.  
cap. 108.

\* edit. Rom.  
conclavit.

\* edit. Rom.  
simplicium  
statum.

Matth. 7.  
\* edit. Rom.  
ut non judi-  
cabitur.

lib. part. 6.  
cap. 11.

Dist. 19. Nol-  
li fas est.

\* edit. Rom.  
statum.

Videbas 7/ol. 61

7/ol. 61.  
res



res fratrum existatis, quatenus juxta apostolum, A

II. AD EPISCOPOS ET ORTHODOXOS

FIDELIS.

unanimes, unum sedentes, permanentes in Christo, nihil per contentionem, neque per inanem gloriam vendicantes, non hominibus, sed Deo salvatori nostro per omnia placentes. Hac ergo caritatis glutinatione compescite quæso a memorato fratre: si quorumcumque cognoveritis aut insidias, aut emulationem, eis dare quoquo modo nolite consensum, quod omnibus datus arbitramur. Si quo pacto conversationes non habet amabiles, habendus tamen pro reverentia sancti Petri, cujus est munitus auctoritate, dilectus.

\* edit. Rom. dicitur tebe datus.

Dicitur in principio apostoli. Non novam.

Non novam aliquid præsentis jussione præcipimus: sed illa quæ olim videntur indulta firmamus: cum nulli dubium sit, quod non solum pontificalis causatio, sed omnis sanctæ religionis relatio, ad sedem apostolicam, quasi ad caput ecclesiarum, debet referri, & inde normam sumere unde sumpsit exordium, ne caput institutionis videatur omitteri, cujus auctoritatis sanctionem omnes tenent sacerdotes, qui nolunt ab apostolicæ petræ, super quam Christus universalem fundavit ecclesiam, soliditate divelli. Si quis hæc apostolicæ sedis præcepta non observaverit, percepti honoris hostis esse non dubiteretur. Sed forte vos vestrique prædecessores in hodiernum non reluctati sunt. Et ne quando contingat ut reluctentur, idcirco denuo repetentes sæpius admonemus, ut vitentur qui hujusmodi fratres turbare nituntur, & prohibeantur aliud, quam ille nosse iussit agricola, seminare. Nam qualiter nos qui neminem volumus perire contristent, qui electorum percellunt animos, dominicus in evangelio sermo testatur: Ait enim Salvator ipse, quod expedit scandalizanti de pusillis aliquem in maris profundo demergi, & cetera quæ ad hunc sensum pertinent.

Matth. 18.

A quibus non sacerdotes, sed & omnes Christiani se cavere debent, quoniam sacerdotes, qui throni Dei vocantur, quieti ab omnibus perturbationibus esse debent. Nec ab re ipse Salvator vendentes columbas, & nummulariorum mensas proprio flagello evertit, & projecit e templo. Unde liquet summos sacerdotes ipsius expectare iudicium. Ad cuius rei confirmationem plurimum valet quod alibi inquit: Deus stetit in synagoga de-

Matth. 21.

orum, in medio autem deos discernit, & reliqua talia, quæ in suis inveniuntur auctoribus. Illos ergo qui non speculatores esse volunt, excusare non possumus, si fratres, quos tueri & adjuvare pro viribus debemus, improba sedari contagione permittamus. Unde hortamur dilectionem vestram, obtestamur, & monemus, ut qua debetis sollicitudine super his vigiletis: quia in specula esse debetis, ne qua insistentium prorumpat audacia.

7/4. 81: edit. Rom. Dominus.

\* edit. Rom. debetis a pollicari.

\* edit. Rom. predicare.

His ergo pro viribus resiltite, quia nefas est prægravari religiosos, pati fratres, quorum afflictione, quia membra sunt nostra, nos quoque convenit macerari, crucemque juxta Domini salvatoris vocem ferre, qui ait: Qui vult venire post me, abneget semetipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me.

Matth. 16.

Quamquam maneat his beatitudo promissa, quicumque probantur persecutionem propter justitiam sustinere. Quibus quid promittat ipse Salvator in futurum sequens sermo declarat. Intellegamus hæc ipsa vobis quæ nobis non placent displicere. Quod ita demum probare poterimus, si quibus manum porrigimus, vos nobiscum porrigatis, ut cui & vos manum porrigetis, vobiscum porrigamus: quia non aliter unus grex & unus pastor sumus, nisi quemadmodum apostolus docet, dicens: Idipsum dicamus omnes, simulque perfecti in eodem sensu & in eadem sententia. Deus vos incolumes memores nostri custodiat, fratres carissimi.

1. Cor. 1.

Concil. Gener. Tom. XIV.

Ebonem archiepiscopum Rhemensem depositum in pristinum gradum restituit.

Gregorius episcopus servus servorum Dei reverentissimis in Christo sanctissimisque fratribus coepiscopis, cunctis quoque principibus orthodoxis, & universis catholica ecclesia fidelibus.

Cum divina instigatione solliciti circa gregem dominicum diligentem cura semper invigilare debeamus in prosperis, quanto magis in adversis nimis quæ pro peccatis contigerunt nunc in diebus nostris? sicut dolendi sunt illi, qui inter flagella Dei maligna semper intentione perseverando pereunt, ita & congratulandi, non abjiciendi sunt, qui correpti tanta castigatione corde contrito & humiliato se corrigibiles reddunt; super omnia etiam magnificandi sunt, qui in pressuris corde perfecto & optimo probati, salutariis exemplis fructum vite inviti minoribus conferunt. Gratias igitur immentas Domino Dec nostro merito agimus, carissimi, pro tanto triumpho vestro, qui inter medias mundanas acies, & nimias tentationes diabolicas, vos examinando probavit, atque sibi servavit illi; ita ut neque in dexteram neque in sinistram declinantes, offensionem Dei vitando, cautissima subtilitate mundana pericula superastis: sicut & inter multa alia magna certamina vestra, non fuisse minima fratris nostri Ebonis archiepiscopi causa, ut & per multos

Forle. H.

relatores fideles sæpe comperimus, quod nec canonicè vocatus, sed violenter ab ecclesia raptus, diversaque exilia passus, arcta quoque custodia trusus, nullo certo crimine convictus, nec sponte confessus, quia absente ecclesia sua alterius sub potestate erat constructus, & sic a mundana potentia vobis adductus est discutiendus, vel deponendus. Quam ergo vulgo natam irrationabilem vim compatiendo mirabili circumspectione placastis, cum furores persecquentium humili satisfactione ejus sic mitigastis, quatenus divinam vel humanam offensionem pariter evaderetis: sicque fratrem illæsum aptiori tempore provida industria reparandum servastis, sicut & de veris Christi membris legitur: Cum patitur unum membrum, compatimur cetera membra.

1. Cor. 12.

Claruit etiam hæc benigna intentio vestra, dum quantulacumque vobis ecclesiastica pace, mox imperiali, episcopali quoque auctoritate in sede restitutus debita, cui facta fuerat direptio violenta, ibique publico ex consensu pontificale, ut debuit, recepit & gessit solitum officium, donec succensus iterum litibus principum, pro pacificanda dira seditione cum ceteris regni fidelibus se obtulit. Qua mitigata, protinus repentina imperiali jussione, pro concordia & unitate Christiani populi, partibus orientis directus, præceptoribus suis libenter pro viribus obediit. Quibus autem omnibus sic laudabiliter actis, votum visitationis, quod in angustiis suis Domino, vel beato Petro principi apostolorum vovit, multis laboribus sessus ad sedem apostolicam tendens promissa fideliter implevit. Qui & sancti principis apostolorum suffragiis fidus, cui ligandi solvendique divinitus erat data potestas, sicut eum a corporalibus eripuit periculis, ita & propitiis a cunctis peccatorum abolveret vinculis. Quapropter & nos hæc omnia diligenter considerata, ipsam confessionem, quam secreta vobiscum egit, nobiscum & per omnia contulit. Subscriptionem etiam, quam perterritus ut evaderet composuit, similiter & sanctæ Romanæ ecclesiam ostendendo

K k 2

fatis-

ta: iustificat. In quibus vero omnibus, quia certum A depositionis aut legitimæ abolitionis crimen nullo reperimus, ideo inviolabili caritati vestræ fidenter ipsum committimus; quia, si absque crudeli persecutione ejus possibile est, una vobiscum illum debetæ sedi restituendum cupimus, alioquin tamen non oportet episcopos divinitus sibi consortem negligere episcopum, cui non solum similiter, sed etiam per poenitentiam innovatum sanctum ipsius dignitatis cognovimus spiritum Davidica recuperatione; qui poenitens spiritu sancto recto, sive principali, innovatus atque confirmatus, summa cum fiducia etiam & impios postea docendos & revocandos pro Domino Deo suo spondit, perpetuisque benignitatis exemplis exolvere fideliter procuravit. Nam & summus apostolus B, cujus vicem indigni gerimus, si discipulatum in periculis negavit, non tamen abjectus, sed pie revocatus, pristinam dignitatem obtinuit, & quomodo aliis miserandum esset in semetipso dicit. Pater insuper ille evangelicus largi pietate prodigum filium non repulit, sed perditum gavius recepit, honoratumque statui pristino reparavit. Ipse etiam veris sectatoribus suis instituit, dicens: *Esote misericordes, sicut & Pater vester misericors est*. Quia & beatus esse misericordis in cunctis mundi partibus copiosus in misericordis idem Dominus dominantium declaravit. His etenim multiplicibusque veteris ac novi testamenti documentis instructi, evangelicam atque C ecclesiasticam dispositionem fideliter agimus, si persecutionem passis, & ad aliam civitatem confugientibus episcopis proficiendi in locis vacantibus liberam annuimus facultatem. Quanto magis huic pietati fratri nostro, qui quondam ex gloriosi Cæsaris totiusque imperii consensu nobis conjunctus, & apostolicis privilegiis insolubili caritatis vinculo sanctæ Romanæ ecclesiæ confirmatus? Ubi & evangelizandi legatione percepta, quocumque melius poterit proficere loco, pro viribus ita semper insistat, ut a divino crepto negotio lucrique talento nequaquam deficiat, quia sicut de neglecto tanto officio illi divinam offensionem, ita & impediens caelestem indicimus ultionem: & sicut adjuvatoribus ejus divinam imploramus gratiam, ita & nocentibus, quam non optamus, terribilem damnationis denuntiamus vindictam. Qua denique summa auctoritate undique munitum, more prædecessorum nostrorum, ipsum sacro ordini nostro merito adscribimus, vel omni pristino episcopali officio decoratum esse præfigimus, sive scriptis his publicis digne permanentium inviolabili confirmatione, sicut in privilegio ejus prioribus continetur, iure apostolico roboramus.

**CODEx LAUDOMENSIS.** *Hac compilata epistola ex parte Gregorii quum sit mendax, ipsa evidens ratio monstrat: quia tempore Gregorii, ex cuius nomine ista conscribitur, imperator Hludovicus ab imperio est depulsus, & Ebo post restitutionem ipsius imperatoris suo & episcopali iudicio est depositus, & E a Sergio successore Gregorii sub laica tantum communiione est condemnatus.*

### III. AD EPISCOPOS REGNI FRANCORUM.

Romano pontifici scribentes, contrariis eum in præfatione nominibus appellastis, fratrem videlicet, & papam: dum congruentius esset solam ei paternam reverentiam exhibere. Adventu quoque ejus comperto, lætari vos dicitis, credentes omnibus principi scilicet subiectis profuturum; & optasse occursum vestrum nobis non faciendum, nisi sacra iustio imperialis præveniret. Quæ verba reprehensibilia sunt: uno quidem modo,

quia iustio apostolicæ sedis non minus vobis sacra videri debuerat, quam illa quam dicitis imperialem, deinde, quia veritate caret, quod dicitis illam prævenisse. Non enim illa prævenit, sed nostra, id est pontificalis. Neque ignorare debueratis, majus esse regnum animarum, quod est pontificale; quam imperiale, quod est temporale. Beatus Gregorius Nazianzenus non hoc timuit coram imperatoribus in ecclesia prædicare. Sic enim ipsi imperatoribus loquitur, dicens: *Scipitisne libertatem verbi? libenter accipitis quod lex Christi sacerdotali vos nostræ subijcit potestati, atque istis tribunalibus subdit? Dedit enim & nobis potestatem, dedit principatum, multo perfectiorem principatibus vestris. Aut numquid iustum vobis videtur, si cedat spiritus carni, si a terrenis caelestia superentur, si Divinis præferantur humana? Quare igitur vos, sicut veri sacerdotes, Divini videlicet cultus ministri, non humani, non respondetis imperatori, cujus sacra vos dicitis iustione præventos, sicut isdem beatus Gregorius alloquitur imperatorem præsentem, dicens: Patienter, quæso, accipe libertatem nostram. Scio te ovem esse gregis mei a Christo mihi summo pastore annumeratam, & a sancto Spiritu consignatam: scio te inter sacra altaria cum veneratione subijci manibus sacerdotis: scio te beatæ Trinitatis cultum fidemque non tua, sed nostra prædicatione servare. Et post aliqua: Memento semper quod una tibi natura est eademque substantia cum omnibus qui tibi subiecti sunt. Tu tamen animo esto cum Deo, & non tam dominari te mundo, quam dominari tibi Christum, gloriare. Quare etiam nunc commemorantes cum imperatore, intermittentes multissimas adulationes, non ei prædicatis cum beato Augustino dicentes; Felices dicimus imperatores, si iuste imperant; si inter linguas sublimiter honorantium, & obsequia nimis humiliter salutantium, non extolluntur, & se homines esse meminerint; si suam potestatem ad Dei cultum maxime dilatandum majestati ejus famulam faciunt; si Deum timent, diligunt, colunt; si plus amant illud regnum, ubi non timent habere consortes; si tardius vindicant, & ignoscunt; si eandem vindictam pro necessitate regendæ tuendæque reipublicæ, non pro saturandis inimicitiarum odiis exerunt; si eandem veniam non ad impunitatem iniquitatis, sed ad spem correctionis in se iungunt; si quod alperere coguntur plerumque decernere, misericordiæ lenitate & beneficiorum largitate compensant; si luxuria tanto eis castigatior, quanto posset esse liberior; si malunt cupiditatibus, quam quibuslibet gentibus imperare, & si hæc omnia faciunt, non propter ardorem inanis gloriæ, sed propter caritatem felicitatis æternæ: si pro suis peccatis, humilitatis & miserationis & orationis sacrificium Deo suo vero immolare non negligunt: tales Christianos imperatores dicimus esse felices interim spe, posseare ipsa futuros, cum id quod expectamus advenerit. Vos autem e contrario quia non vultis esse veri edificatores, estis proculdubio veri deceptores, sicut scriptum est: *Popule meus, qui beatum te dicunt, spiritus tuum te decipiunt, & viam gressuum tuorum dissipant.**

Deinde postquam dixistis vos lætatos esse de adventu nostro, iterum intulistis quorundam relatione magno mœrore affectos: quod utique facit instabilitas mentis. Verum est omnino, quoniam qui basitas, similis est fluctu maris qui a vento movetur. Sed inter has habitationes nimis stolidi & districte moderatioris.

Deinde sicut scriptum est, *cum sit tanta nequitia, dat infimoniam condemnationis*: adjungitis quod omni verecundia dignum est, dicentes nos venire propter quamdam presumptuosam & omni ratione carentem excommunicationem faciendam: & admonetis nos nimis involutis & confusis sermonibus & sensibus, ut neque nostra voluntate, neque alterius hortatu, presumptione \* prorumpamus: eo quod, ut dicitis, pertineat ad injuriam ac debonellationem imperialis potestatis, & ad minoracionem & reprehensionem nostræ auctoritatis. Dicite, quaso, quæ sunt ista portenta verborum? & quid potius pertinet ad debonellationem imperialis potestatis, opera digna excommunicatione, an ipsa excommunicatio? Sed quia hæc verba vestra exaggerare laboriosum est, eo quod plena sint nausea: tantum illud flagito, ut dicatis quomodo potest fieri, ut manente apostolicæ sedis honore, mea tantum persona in causa reprehensionis, & vituperationis remaneat. Nullo modo enim fieri potest, ut si is qui locum B. Petri tenet, exonoratur, sine crimine dumtaxat, cathedra ejus honorata permaneat. In tantum autem honoranda est cathedra pontificalis, & propter cathedram sedens in illa: ut etiam de Caipha \* credulitate & incredulitate impio dicat evangelista: *Hoc autem a semetipso non dixit, sed cum esset pontifex anni illius, prophetavit, quia Iesus mortuus erat pro gente*. Unde constat, etiam impium Caipham propter cathedram honoratum esse prophetia. Vos autem fidelem & cultorem pietatis pontificem debonestandum prædicatis absque injuria sedis. Quod omnino falsum est. Bene autem subjungitis, memorem me esse debere jusjurandi causa fidei facti imperatori. Quod si feci, in hoc volo vitare perjurium, si annuicavero ei omnia quæ contra unitatem & pacem ecclesiæ & regni committit. Quod si non fecero, perjurus ero, sicut & vos, si tamen juravi. Vos tamen, qui procul dubio jurastis & rejurastis, promittentes ei erga illum omnia fideliter vos agere, & nunc videntes illum agere contra fidem, & precipitari in perniciem, non revocatis eum quantum ex vobis est, perjuri estis: quia pro ejus salute secundum fidem promissam non laboratis.

Deinde promittitis mihi venerabilem receptionem, si tamen ita ad illum venero, ut ejus voluntas est. Hæc non in libris Divinis, sed in vestris concientibus legitis, qui omnia facitis propter temporalem retributionem, eo quod litis arundines vento agitate, & omnes auræ vos fluctant. Pensate, pensate fratres, quam longe est mens vestra ab illa petitione, qua in celebrationibus missarum soletis dicere Deo, non voluntate, sed voce: *Da nobis pro amore tuo prospera mundi despicere, & nulla ejus adversa formidare*. Nam si ex corde hæc peteretis, jam dedisset ille qui dicit: *Petite, & dabitur vobis*.

Deinde dicitis illam primam divisionem regni, quam inter filios suos fecerat imperator, nunc juxta rerum opportunitatem esse mutatam. Quod omnino dupliciter falsum est: uno quidem modo, quia non est opportunitas, sed importunitas, eo quod sit causa & origo conturbationis & dissensionis, commotionis & deprædationis, & omnium malorum quæ per singula dicere longum est, extra perjuria innumera, & fidei ac pacis expulsiones: alio vero modo, quia necdum scitis, utrum sit commutata, an per verum regem & dominum maneat iulibata. Ista enim commutatio, quam vos dicitis juxta rerum opportunitatem factam, inde cognoscitur quia non fuerit per Deum, quia multorum peccatorum origo exiit. Illud namque quod per voluntatem Dei fit, plerumque causa est & pressuræ & persecutionis, sicut factum

est adversum sanctos apostolos, & martyres, qui non propter aliud passi sunt, nisi propter defensionem & confirmationem evangelicæ veritatis; causa autem peccatorum & scelerum esse non potuit, sicut vestra divisio est, quam dicitis fuisse opportunam. Deinde, quod grandi supercilio dicitis, quia si reverenter venerimus ad imperatorem, per ipsum cognoscemus omnem rei veritatem, quare opportune & utiliter mutata sit divisio, hoc loqui cogit vos magnitudo superbiæ, æstimantes solos vos posse rerum cognoscere causas. Vere dico vobis, quia non solum stultus, sed & infelix est, qui non intelligit quantos & quales fructus malorum protulit vestra commutatio, & de cujus thesauro maligni cordis proceffit, & pro qua re vos laudatores & defensores estis hujus malignitatis.

Deinde subjungitis, quia nisi secundum voluntatem vestram venero, non habeo ecclesias vestras consentaneas, sed in tantum contrarias, ut nihil mihi in vestris parochiis agere vel disponere liceat, nec quempiam excommunicare vobis obstitentibus. Vere verum est, quod veritas dicit: *Malus homo de malo thesauro cordis sui profert mala*. Quare mihi contrarii cum ecclesiis vestris esse debetis in legatione pacis, & unitatis, quod Christi donum & ministerium est? An ignoratis angelorum cantu promissam esse pacem in terra hominibus bonæ voluntatis? per apostolum autem, *tribulationem & angustiam in omnem animam*.

*Quam hominus operantis malum?* Hic apparet, quod congruat vobis illud quod scriptura dicit: *Arms & gladii in via perverbi*. Vos conamini obistere perveritatibus vestris nobis, qui legatione fungimur pacis. Nam quicumque inter vos membra Christi sunt, non eum potestis abscondere a corpore capitis, quod est Christus. Nam etsi vos datis operam separandi a corpore vos ipsos; tamen sicut semper fuit, est, & erit, ut unguentum illud ( Spiritus videlicet sanctus, qui descendit a capite Christi in barbam, quæ est apostolorum chorus, & de barba in oram vestimenti, quæ est capitium tunicæ, ecclesiæ scilicet Christi, quod capiti caput, ut inhabitet Christus per fidem in corde ejus ) in omnibus ubique fidelibus servet

unitatem spiritus in vinculo pacis. Hæc ideo dicimus, ut noveritis non vos posse dividere ecclesiam Gallicanam & Germanicam ab unitate tunice, quæ subjacet capiti, subimioribus videlicet membris ecclesiæ, qui proximiores sunt barbæ, apostolis scilicet, ac per hoc apostolicis sedibus: sicut barba non potest esse nisi in capite. Deinde dicitis, rem ridiculam subinrentes: *Et quod petius tacere quam dicere malimus; si autem non egeritis, assensum consilio nostro non præbueritis, bonis vestris periculo subiacetis*. Si potius maluistis, id est, magis voluistis tacere, quam dicere: quare non tacuistis? Consuetudo est in vobis ut id quod minus est, vincat quod majus est? Major voluntas exitit in vobis tacere, minor autem dicere: & tamen minor vicit majorem. Credendum est omnino, quoniam in discordiarum amatoribus vidrix est cupiditas, victa continentia. Illud vero quod minari vos cognoscimus periculum gradus, quis explicare poterit quantum sit absurdum: quantumque inconveniens & stultum? cum vestra comminatio non sit propter crimen, homicidium scilicet, sacrilegium, aut furtum, vel aliquid hujusmodi; sed nisi ita venerimus, sicut ipsi vultis. Cui rei in argumento adiungitis juramentum: & non recordamini erubescere, quia perjury pejeratum degradare non possunt, etiam si essent. Denique vos non me scitis esse pejeratum. De vobis autem nemo qui dubitet hoc esse. In hac re memor esse debuerat sollicitia vestra quia, qui-

\* In ista tam presumptuosam.

\* Al. domini rationem ad divinationem.

\* Forte, credulitate. H.

24. 21.

Matth. 23.

1. 1.

Rom. 7.

Prov. 21.

523  
cumque cloacam commover, quanto amplius com-  
moverit, tanto ampliorem fetorem exhalari facit.

Quod autem de sequentibus me fratribus &  
episcopis similiter promittitis agendum, & ad-  
ditis, *irretractabiliter*: miranda in hoc præsumptio  
vestra cognoscitur. Numquid quod in parte agi-  
tur, retractari apud universitatem non poterit?  
Numquid quod apud homines a rectitudine de-  
viantes agitur, apud meliores, recti videlicet te-  
naces, retractari non debet? aut quod in præsen-  
ti malitiose judicatur, Dei judicio retractandum  
non erit? Quod vestræ minz continent, num-  
quam adhuc ab initio ecclesiæ factum est. Nam  
etiam si ego fuissem perjurus: aptandum vobis  
erat illud evangelicum: *Neque tu times Deum,*  
*cum in eadem damnatione sis?*

¶ GREGORIUS PAPA IV.

*Servus Servorum Dei dilectissimo in Domino filio  
Rabano pio & venerabili abbat.*

Epist. 3.  
Cod. Uat.  
Vat. num. 11.  
Apud Euseb.  
Ann. Corp.  
Hilfonia.  
16. 11. pag.  
11.

Pontificii nostri cura nos urget, sanctarum om-  
nium Dei ecclesiarum utilitatibus favere, ac  
secundum quod unaquæque in proprio statu man-  
tura sit, congruum eis impertiri suffragium. Ex  
hoc enim lucri potissimum præmium a condito-  
re omnium Deo proculdubio promeremur, si ve-  
nerabilia loca opportune ordinata ad meliorem  
fuerint sine dubio statum perduda. Igitur quia  
postulatis a nobis, decernimus nostra apostolica  
præceptione reconcedere & reconfirmare perpetua-  
liter vobis vestrisque successoribus monasterium  
Fuldense, quod S. Bonifacii vocabulo viget, si-  
tum in loco, qui vocatur Bochonia juxta ripam  
Humini, quod dicitur Fulda, cum omnibus cel-  
lis, curtibus, distractionibus, seu omnibus rebus  
mobilibus sibi pertinentibus quas nunc habet, &  
in futuro, Deo auxiliante, habebit. Concedimus  
etiam, atque donamus vobis, carissime ac dile-  
ctissime fili, vestrisque successoribus abbatibus in  
perpetuum, pro magno nostro amore nimique  
dilectione, quam circa vos habemus, & deinceps  
habere cupimus, monasterium S. Andree aposto-  
licæ, quod vocatur Exajulum, situm Romæ juxta  
ecclesiam sanctæ Dei genitricis Mariæ semper Vir-  
ginis, quæ vocatur ad Prælepe, cum omnibus man-  
sionibus, campanis cellis, vineis & coquina, cum  
vineis hortis, diversisque generibus pomorum cum  
cuncte & puteo & introitu per portam majorem  
a via publica, & cum omnibus ad idem monaste-  
rium pertinentibus, tam intra, quam extra ur-  
beam sitis, quæ ei jure ac recte pertinere digno-  
scuntur. Nullus etiam episcoporum, archiepisco-  
porum, patriarcharum, vel quoquo modo in cle-  
ro constitutus temere aut proterve, nisi a vobis  
accepta licentia, super principale altare vestri mo-  
nasterii in statum solemnia celebrare præsumat,  
aut quamlibet dictionem vel auctoritatem habere  
in locum vestrum Fuldense monasterium, præter  
nostram apostolicam sedem specialiter episcopus,  
in cuius diocesi constitutum esse videtur, ita ut  
nisi ab abbate monasterii fuerit invitatus, nec ibi-  
dem missarum solemnia celebrare præsumat. Do-  
na vero & oblationes decimæque fidelium abique  
ulius penitentiæ contrarietate, firmitate perpetua  
ipsi monasterio vestro, secundum prædecessorum  
vestrorum privilegia confirmamus & corroboramus.  
Decernimus etiam, ne alicui personæ mag-  
næ vel parvæ liceat aliquam vim vel controver-  
siam inferre eidem monasterio in rebus & fami-  
liæ ejus, neque totum neque partem ipsius mor-  
taliū alicui ulla ratione subdere, vel sub benefi-  
cii nomine dare præsumat, sed omni tempore so-  
li nostræ sanctæ Romanæ ecclesiæ libera securaque  
deserviat. Eligendi quoque sibi abbatem,  
quando opus fuerit fratres inter se potestatem ha-  
beant, secundum regulam S. Benedicti, sine ul-

Alius personæ contradictione. Ceterum vero hæc  
deliberantes decernimus, ut congruis temporibus  
nostræ sollicitudini ecclesiasticæ imitemur, quali-  
ter religio monastica regulari habitu dirigatur,  
concordiaque convenienti ecclesiastico studio man-  
cipetur, ne forte, quod absit, sub hujus privile-  
gii obtentu animus gressusque rectitudinis nostræ  
a norma justitiæ aliquando retorqueatur. Concede-  
dimus etiam tibi quem bene eruditum & bene  
eloquentem virum esse novimus, dulcissime fili,  
prædicare verbum Dei, auctoritate S. Petri apo-  
stoli & nostra ejus indigni vicarii, & ut tam vos  
quam successores vestri ante omnes abbates totius  
Galliæ seu Germaniæ primatum sedendi in omni  
loco conventuque sive judiciali sententia, seu in  
omnibus conciliis ac ordinibus nostra apostolica  
auctoritate obtineatis. Abbas vero non nisi a no-  
stra apostolica sede benedicatur, a qua benedicti  
debet, nec unquam ab aliquo episcopo consecra-  
tionem expectat, nisi a Romano pontifice, nec  
consecratus ad aliud monasterium in Fuldensi in-  
troducatur, vel proponatur monasterium. Usum  
quoque dalmaticæ, caligarum & sandaliorum, se-  
cundum quod ab antecessoribus nostris conces-  
sum est, vobis concedimus. Ac ne femina un-  
quam illuc ingredi præsumat, nostra apostolica au-  
doritatem interdicimus, & ne quis unquam placi-  
tum ibi habeat vel in ceteris ejus locis, nec ser-  
vos nec colonos ad aliquod servitium constringat,  
nisi cui abbas ad utilitatem suæ necessitatis assen-  
sum præbuerit. Igitur generaliter addendum di-  
gnum duximus, ut quidquid auctoritate antecesso-  
rum quorumlibet nostrorum, regum & imperato-  
rum, ipsi Fuldensi monasterio constat fuisse con-  
cessum, sit & nostra apostolica auctoritate per hoc  
nostrum privilegium confirmatum atque corrobora-  
tum, statuentes apostolica censura, sub divini  
judicii obstinatione, ne quis unquam nostrorum  
postdecessorum pontificum Romanorum, regum,  
imperatorum, ducum, marchionum, comitum, &  
præterea archiepiscoporum, patriarcharum, aut  
cujuslibet dignitatis vel conditionis hominum con-  
tra hoc nostrum privilegium quidquam audeat at-  
tentare. Quicumque ergo hujus nostri privilegii  
observator extiterit, & pro intuitu custodient, &  
Dne in aliquo infringatur a se, observaverit, omni  
benedictione repleatur, & peccatorum suorum ab-  
solutione a retributore omnium bonorum Deo  
consequi mereatur ut in cælesti sede gloriatur.  
Qui autem, quod absit hanc nostram præceptio-  
nem violare præsumpserit, nisi respiciat, indivi-  
duz Trinitatis iram incurrat, & a cætu omnium  
sanctorum extorris existat, S. Petri apostolorum  
principis maledictione redundet, CCCXVIII. Pa-  
trum sacrosancto concilio damnetur, atque in ex-  
trema die iudicii amarantha anathemæ perditus,  
lucis claritudinem nesciat, sed exteriores te-  
nebras cum diabolo ac consentaneis ejus perpetua-  
liter gemat. Amen. Datum per manum Bene-  
dicti notarii ac scriptarii R. E. idibus Maii in-  
did. XIV.

• EPISTOLA LUDOVICI PII AUGUSTI  
AD HILDOINUM ABBATEM S. DIONYSII,  
De conscribenda vita sancti Dionysii episcopi  
Parisienfis.

*In nomine Domini Dei & salvatoris nostri Jesu Chri-  
sti, Ludovicus divina repropitiante clementia im-  
perator Augustus, Hilduino venerabili abbati mo-  
nasterii sanctissimorum martyrum, ac specialium  
protectorum, Dionysii presbiteri, sociorumque ejus,  
aternam in Christo salutem.*

Quantum muneris atque præsidii, non modo  
nobis, ac prædecessoribus, seu progenitori-  
bus nostris, verum etiam totius imperii nostri  
po-

populis, Domini providentia, per beatissimum Dionysium saepenumero, immo continue, in magnis gratiarum ubertatibus contulerit, cunctis per transacta tempora Gallias nationes lenserunt, quae ejus insigni spoliata fidei rudimenta sumplerunt. Praedecessores autem nostri gloriam hujus eximii testis & amici Dei non inaniter colerunt: qui dum ejus sacras exuvias in terris, ob amorem & honorem Domini nostri Jesu Christi, opibus quibus poterant honoraverunt, per ejus preces dignissimas honoris privilegio potiri & in terrenis & caelestibus meruerunt. Ut videlicet unus ex praefatis Francorum regibus Dagobertus, qui eundem pretiosissimum Christi martyrem veneratus non mediocriter fuerat, & immortalis est vita sublimatus, & per ejus adjutorium, sicut divina ac caelestis offensio perhibet, a poenis est liberatus, inque vita perenni desiderabiliter constitutus. Progenitores quoque nostri mellissimum nomen domini Dionysii (sic enim verbis ac scriptis suis cum appellare consueverit) non incongrue pia dilectione & dilectissima pietate amplexi sunt. Quis proavus noster Carolus, princeps Francorum inclytus, per orationes ipsius excellentissimi martyris indeptum se fuisse gratulatus est apicem principatus, eidemque, decurso mortalitatis tempore, quod carius potuit habere depositum, corpus scilicet proprium, in magni diei iudicii sulcitan-dum, & animam Domino praesentandam, fideliter commendavit, ac pro hoc maxime devotio-nem atque fiduciam cordis sui erga peculiarem patronum potenter ostendit. Sanctus nihilominus recordationis avus noster Pippinus, propter altare, quod ante sepulcrum saepe sati saepiusque dicendi domini Dionysii, per divinam & memorabilem revelationem, jussu ipsius sanctissimi martyris, in honorem Dei & apostolorum Petri & Pauli, qui praesentes ostendebantur, a beato & angelico viro Stephano summo pontifice dedica-tum est, intra sacra missarum sollemnia, una cum duobus filiis, Carolomanno videlicet, & divae memoriae domino ac genitore nostro Carolo, jure praenominato Magno, ab eodem apostolico papa in regem Francorum unctus, superni muneris benedictionem percepit. Quisque cum quanta se humilitate ante limina basilicæ sanctorum martyrum, defuncto ipsius vitae curriculo, sepeliri praeciperit, titulus etiam ipsius conditoris innotescit. Sed & nos multis ac frequentibus largitionibus beneficia ejus sumus experti: praecipue tamen in humanae varietatis eventu, quo Dei, ut semper fatendus est, iusto iudicio in virga eruditio-nis suae visitati, & baculo speciosae misericordiae ejus ante praecipuum altare, per merita & solatium domini ac patris nostri Dionysii, virtute divina crediti & restituti sumus, cuiusquamque militare iudicio atque auctoritate episcopali, resumpsumus, & usque ad praesens ipsius gratioso adju-torio sustentamur. Idcirco, venerabilis custos ac cultor ipsius provisoris & adjutoris nostri domini Dionysii, monere te volumus, ut quidquid de

tationem lamprum, vel quod ex libris ab eo patrio sermone conscriptis & auctoritatis nostrae iustione ac tuo sagaci studio interpretumque sudore in nostram linguam explicatis, huic negotio inferi fuerit congruum, quodque etiam Latinis codicibus jam inde habes inventum, adiunctis eis quae in libello ejus passionis continentur, nec non illis quae in tomis vel chartis vetustissimis armarii Parisiacae ecclesiae, sacrae videlicet sedis suae, prolatis inveneras, & obtutibus nostrae serenitatis ostenderas, secundum quod rerum, caussarum etiam, & temporum convenientiam noveris, in corpus unum redigas, atque uniformem textum exinde componas; quatenus devotis compe-diosius valeat innotesci, & fastidiosius minusve capacibus vel studiosis lectionis possit medium sublevari, pariterque omnibus edificationis utilitas provideri. His ita contextis, volumus ut revelationem ostensam beato papae Stephano in ecclesia ejusdem sanctissimi Dionysii, sicut ab eo dictata est, & gesta quae eidem subnexa sunt, una cum hymnis quos de gloriosissimo martyre atque pontifice habes, & officium nocturnale subjungas. Sed & differenter, ac cum integritate sua, quaecumque ex eo reperta sunt, in altero volumine colligas, nobisque distincte & correcte conscripta quantocius dirigas, aut praesentes, quoniam maximum valdeque dulcissimum pignus desiderabilis praesentiae illius domini & solatiatoris nostri, ubicumque simus, habere nos credimus, si cum eo, vel de eo, aut ab eo dictis, oratione, collatione, lectione colloquimur. Vale in Christo, vir Dei, in sacris orationibus jugiter mem-

## NOTA JAC. SIRMONDI S. J.

(*Ludovicus epistola ad Hilandum.*) Praemissi Coler Hil-duni abbatis sancti Dionysii areopagiti. Hujus epistola mandato Hilarii Areopagiti sui scripta, primusque omnium Dionysium episcopum Parisiensem eundem cum Dionysio Areopagita episcopo Atheniensium esse docuit, cum ab omnibus ante distinguerentur: adeo ut in antiquis nunc etiam omnium ecclesiarum Galliae martyrologis alius dies natali Dionysii Atheniensis assignetur quinto Nonas Octobris, alius na ali Dionysii Parisiensis septimo Idus ejusdem mensis: atque hoc ipsum utriusque natalis discrimen ob-tervet etiam in martyrologio suo Usuardus, qui paulo ante Hilandum, Carolo Magno regnante, in ipsa Parisiorum urbe scribebat in Monasterio sancti Germani, ubi & vetusta est avaria, quae res fidei faciunt, exemplaria servantur. Gallorum autem de Dionysio suo sententiam ignorasse vel dissimulasse Usuardum quis credat? Joannes denique Fitigena Scotus, ejusdem aevi scriptor, in epistola ad Carolum Calvum, quam Latinae Graecorum Dionysii operum versionum suae praefixit, ad haec Hilandi de unico Dionysio novam tam sententiam alludentem, non aeternam, sed moder-nam, hoc est sui temporis hominum assertionem fuisse ait. Tam multa porro, & tam aperta sunt, quae Dionysium Parisiensem ab Atheniensi distinguant, ut mirum sit reperiri aliquos qui in tanta luce nihil videant. Reclamant tamen, & ut duos Dionysios in unum redigant vehementer contendunt: nec contra rem discussi, aut in quaestione vocari patiuntur: quasi Parisiensem parum interit providere, ut quem apostolo suo gratiam debeat, eam alicui ne tribuant: aut in ecclesiam levis sit injuria, cum duos sanctitate praestantes episcopos habeat, alterum detrabere.

Haec vero quae tam veluti praeludia sunt, & quae in scriptis vix si cum eis comparas, quae idem eruditissimus aetate nostra scriptor Sirmondus in cultissimo libello de duobus Dionysii conscripsit, & post eum alii quamplurimi utraumque in partem magna animorum contentione depreciantes.

\* Kal. Mart.  
as. 374.

LUDOVICI PII IMPERATORIS  
CAPITULARE III.

ANNO  
CHRISTI  
811.

ANNO  
CHRISTI  
811.

De iis quae Aquigrani privato in placito sub finem anni dcccxxviii. constituit, quando & Concilia episcoporum quatuor in locis fieri iussit, & missos dominicos per univertum regnum delegavit.

## INDEX CAPITUM.

I. Qualiter conventus episcoporum fieri debeat.  
II. Capitula ab episcopis in eisdem conciliis tractanda.

III. Epistola quae generaliter populo est legenda.

IV. Capitula ad instructionem missorum.

V. Capitula quae volumus ut diligenter inquirent.

VI. Cap.

ANNO CHRISTI 818.

VI. Capitula propter interrogationem missorum constituta, & sub tribus distinctionibus ordinata.

- I. De eo qui sine consensu episcopi presbyterum de ecclesia eiecerit vel constituerit.
- II. De ecclesiis inter heredes divisis.
- III. De destructione ecclesiarum.
- IV. Ne de manjo ecclesie dato contra sancta servitium exigatur.
- V. De nominis ac decimis quas quidam dare negligerunt.
- VI. De eo qui decimam dare neglexerit ecclesie, cuius esse debet, alterique ecclesie eam dederit.
- VII. De decimis a populo dandis.
- VIII. De vestitura xxx. annorum sive de rebus ecclesie que per triginta annos possessa sunt.
- IX. De his qui ecclesias restaurare negligunt de rebus quas in beneficium habent.
- X. De his qui agros dominicales excolere negligunt, ne nonas ex eis persolvant.

VII. Item alia capitula.

- I. De eo qui beneficium desertum fecerit.
- II. De malis scabinis eligendis.
- III. De melioribus & veracioribus eligendis.
- IV. De scabinis qui propter munera & amicitiam injuria iudicant.
- V. De legitimis & rationabilibus commutationibus ecclesiarum Dei.
- VI. De eo qui probatus fuerit testis in perjurium scienter duxisse.
- VII. De discordibus hominibus.
- VIII. Ut nummos bonos nullus respuat.
- IX. De malis que a fiscalibus fiunt.
- X. De relictis malis omnimodo prohibendis.
- XI. Ut pontes publici, qui destrudi fuerint, iterum constructantur.
- XII. De examine aqua frigida.
- XIII. De reversione comitis & pagensium de hostis expeditione, ut ex eo die super xl. dies sit banus recusus.
- XIV. De audientia regis & ut comites & missi dominici maximam curam habeant pauperum.
- XV. De inferenda a vicariis, vel aliis missi comitum, exigenda.

VIII. Capitula que pro lege habenda sunt.

- I. De honore ecclesiarum, de homicidiis in ecclesiis vel in eorum atris commissis.
- II. De eo qui propter cupiditatem rerum quemcumque propinquorum suorum interfecerit.
- III. De uxorelibet propria uxore dimissa, vel sine culpa interfecta.
- IV. De eo qui res alienas cuiuslibet homini venderit.
- V. De placitis a liberis hominibus observandis.
- VI. De liberis hominibus ad testimonium recipiendis.
- VII. Ut inquisitio de his qui in exortitalem ire possunt capitationem, vel qui pacem necemque promiserunt.
- VIII. De furtis coercendis.
- IX. Capitula ad generalia placita reservata.
- X. Alia capitula ad instructionem missorum.

I. Quasi conventus episcoporum fieri debeat.

Anno sexto decimo &c. Extat in Baluz. to. I pag. 653. (4)

II. Hac capitula ab episcopis in eisdem conciliis tractanda sunt.

Extant Baluzii tom. I. pag. 653.

III. EPISTOLA QUÆ GENERALITER POPULO EST LEGENDA.

In nomine Domini Dei &c. Extat Baluzii t. I. pag. 657.

IV. Hac sunt capitula ad instructionem missorum.

Dicendum est &c. Extat Baluzii to. I. pag. 656.

V. Hac sunt capitula que volumus ut diligenter inquirant.

Primo de episcopis, &c. Extat Baluzii ibid.

VI. Hac sunt capitula, que propter interrogationem aliquorum missorum considerata & scripta vni ordinata sunt, sive de ecclesiasticis causis, sive de ceteris que ad correctionem majorum hominum, & que ad publicum honorem pertinent: que sub tribus distinctionibus ordinata sunt.

I. De his qui &c. Extat Baluzii to. I. pag. 661.

VII. Item alia capitula.

Ibid. pag. 665.

VIII. Hac sunt capitula que pro lege habenda sunt.

Ibid. pag. 669.

CONCILIUM MANTUANUM II.

Gregorio IV. pontifice celebratum, pro definiendis iuribus litigiosis inter Aquilejensem & Gradensem patriarchas

Ex Suppl. Mantuan.

In Mantuano concilio an. 827. habito presentibus S. R. E. legatus quæstio diu agitata de iure in episcopatus Illuz inter Aquilejensem & Gradensem patriarchas, pro Aquilejensibus definita est. Sed Gradenfibus iudicio synodi stare reculantibus, iterum in Mantuana altera synodo, eadem quæstio ad examen revocata fuit, & Aquilejensibus iterum assensu. Rem totam libobscuris verbis indicat diploma Ludovici II. Augusti vulgatum in novis additionibus ad Ughellium tom. V. col. 40. in Aquilejensibus. Postquam enim imperator narravit, quæstionem illam decem fuisse in iuribus conciliis; dein illorum conciliorum quædam designaturus, Mantuanum sub Eugenio com-

memorat, in quo, ait, controversia Aquilejensis & Gradenfis ecclesiarum, sententis episcoporum, penitus est soluta; tum subdit. Deinceps quoque temporibus papa Gregorius, interpellante etiam iterum contra Gradensem episcopum supradicto Massentio Foro-Julienfi pontifice, eadem est quæstio retractata, & eorum iudicio ad finem usque perducta. Quid est illud eorum iudicium, nisi eorum episcoporum in Mantuana synodo retidentium? Nisi forte quispiam contendent, id quidem in synodo episcoporum, sed alibi, quam Mantuæ collecta, discussum fuisse. Is enim per me, ut ita sentiat, licet, dummodo concilium quoddam agnoscat.

(1) Nomina & Episcopatus singulorum qui in hoc Concilio commemorantur in nota huic subiecta diligenter signantur in Editione Conciliorum Veneta. Sed cum in Appendice huius editionis danda sint nota Stephani Baluzii que extant Capitulari tom. I. pag. 1112. & ex eo illas acceperit Venetus Editor, ideo Lectores ad eum locum remitto. *Mant.*  
(2) Huiusmodi Capitula Wormaticis editum videlicet in synodo ac placito generali apud Wormatiam post habitas quæstiones de iure in notis Symonis Henricus in lib. de divorcio Lotharii & Terberge in respons. ad inquisitiones cap. 10. in 2. lib. Symonis dicit, caput tertium tituli 111. seq. Quædamque propria uoce de iuribus &c. sanctum fuisse in Concilio apud Wormatiam.



ANNO  
CHRISTI  
819

# CONCILIUM PARISIENSE VI.

ANNO  
CHRISTI  
819

AD EPISCOPOS QUATUOR PROVINCIARUM,

Rhemenſis, Senoniæ, Turonicæ, & Rothomagenſis, apud Parisios celebratum VIII.  
Idus Junias, b anno Chriſti DCCCXXIX. Gregorii IV. papæ II.  
Ludovici ejuſdem imperatoris XVI.

(4) **EPISTOLA GENERALIS, QUAM** Ludovicus Pius Imperator ex placito Aquilgravenſi miſit de conciliis epiſcoporum in quatuor imperii partibus congregandis

*In nomine Dei & ſalvatoris noſtri Jeſu Chriſti. Ludovicus & Helotarius Troina ordinante providentia imperatores Auguſti, omnibus fidelibus ſancta Dei eccleſia & noſtris*



Recordari vos credimus, qualiter hoc anno concilio ſacerdotum & aliorum fidelium noſtrorum generale jejunium per totum regnum noſtrum celebrare juſſimus. Deumque tota devotione deprecere, ut nobis propitiari, & in quibus illum maxime offenderimus nobis manifeſtare, & ad correctionem noſtram neceſſariam tranquillum tempus nobis tribuere dignaretur. Volueramus ſiquidem tempore congruo placitum noſtrum generale habere, & in eo de communi correctione agere: & ita Deo miſerante fieret, niſi commotio inimicorum, ſicut noſtis, præpediſſet. Sed quia tunc fieri non potuit juxta voluntatem noſtram, viſum nobis fuit præſens placitum cum aliquibus ex fidelibus noſtris habere, & in eo de his, quæ propter prædictum impedimentum remanſerunt, qualiter ad effectum pervenirent, Domino adjuvante conſiderare. Quapropter noſſe volumus ſollertiam veſtram, quod in iſto præſenti placito cum fidelibus noſtris conſideravimus, ut primo omnium archiepiſcopi cum ſuis ſuffraganeis, in locis con-

gruis tempore opportuno convenirent, & ibi tam de ſua, quam de omnium noſtrum correctione & emendatione, ſecundum divinam auctoritatem quaerendo invenirent, & nobis atque fidelibus noſtris ſecundum miniſterium ſibi commiſſum annuntiarent. Quis enim non ſentiat Deum noſtris praviffimis adibus eſſe offenſum, & ad iracundiam provocatum, cum videat tot annis multifariis flagellis iram illius in regno nobis ab eo commiſſo delævire? videlicet in fame continuo, in mortalitate animalium, in peſtilentia hominum, in ſterilitate pene omnium frugum, & ut ira dixerim, diverſiſſimis morborum cladibus, atque ingentibus penuriis populum iſtius regni miterabiliter vexatum & aſſidum, atque omni abundantia rerum quodammodo exinanitum. Nec illud etiam dubitamus ex juſta vindicta illius evenire, quod ſæpe ſcandala per tyrannos in hoc regno exurgunt, qui pacem populi Chriſtiani, & unitatem imperii, ſua pravitate nituntur ſcindere. Nam & illud nihilo minus peccatis noſtris deputandum eſt, quod inimici Chriſti nominis præterito anno in hoc regnum ingreſſi, deprædationes, incendia eccleſiarum, & captivationes Chriſtianorum, & interfectiones ſervorum Dei, audenter & impune, immo crudeliter, fecerunt. Agitur ſiquidem juſto judicio Dei, ut qui in cunctis delinquimus, interius ſimul & exterius flagellemur. Beneficium quippe Dei evidenter exiſtimus ingrati, quoniam his non ad voluntatem Dei, ſed ad libitum noſtrum carnalem, uti invenimur: & idcirco merito creaturæ Dei nobis divinitus conſeſſe pro Deo contra nos ingratos pugnant, juxta illud: *Pugnabis pro eo orbis terrarum contra inſenſatos.* Verum, quia tot modis vexamur atque per

(4) Concilium iſtud conſtitit Marſus cum Cod. Vat. 282; ex quo hic dantur variantes.  
Concil. General. Tom. XIV

ANNO  
CHRISTI  
819.  
17. Jul. 18.

percutimur, ad eam a quo percutimur toto cor-  
de dignum necessariumque est ut revertamur,  
quatenus illud propheticum in nobis impleatur,  
quo dicitur: *Sola vexatio intellectum dabit auditui.*  
Sed quia pius & clemens Dominus sic ipsum fla-  
gellum moderatur, ut non ad interitum, sed pot-  
tius ad correctionem nostram inferre videatur,  
debemus in conspectu eius veraciter humiliari, &  
faciem illius in confessione praevenire, ejusque  
pietatem pronis mentibus exorare, ut qui fecit  
nos justissima dispensatione flagella sentire, faci-  
at nobis peccata nostra, pro quibus iuste ab eo  
flagellamur, cognoscere, & in quibus maxime il-  
lum offendimus, & iram illius provocavimus,  
manifestius intelligere: ut post, eo miserante,  
prava deferendo & corrigendo, bona etiam se-  
stando, & tota cum devotione exequendo, va-  
leamus per spiritum humilitatis, & animam con-  
tritam, sacrificium Deo debitum offerre, iram-  
que illius indignationis evadere, & per dignam  
congruamque correctionem, & bonorum operum  
exhibitionem, gratiam ejus propitiationis, licet  
indigni, promereri. At quia nos magis in hoc  
peccasse cognoscimus, qui forma salutis omnibus  
esse debuimus, & omnium curam gerere, & per  
auctoritatem imperialem pravorum acta, (a) ne  
tantum adolescerent, corrigere, cupimus Domino  
nobis propitio, in conspectu pietatis illius, per  
dignam satisfactionem veniam adipisci, & per sa-  
luberrimam correctionem, vel per bonum stu-  
dium, quod nostra desidia & ignorantia haecenus  
neglectum est, consultu fidelium tempore oppor-  
tuno, quantum in nobis est, studiosissime emen-  
dare, & nostram in hoc voluntatem omnibus ma-  
nifestam facere. Quapropter statuimus atque de-  
crevimus, cum consultu sacerdotum, ceterorum-  
que fidelium nostrorum, hujus rei gratia, obla-  
candum scilicet contra nos nobisque subiectus Do-  
mini furorem, conventus eorumdem episcoporum  
in quatuor imperii nostri locis congruentissime  
fieri. Primo scilicet in Moguntiacensi urbe, ubi  
convenient metropolitani Autgarius, Hadabaldus,  
Herthi, Bernuinus, cum suffraganeis suis. Secun-  
do quoque in Parisiorum urbe, ubi futurus anti-  
stites Senonicus, & Ebbo, Rapnoardus, & Lan-  
dranus metropolitani cum suffraganeis suis con-  
venient. Tertio vero apud Lugdunum, ubi Ago-  
bardus, Bernardus, Andreas, Benedictus, Ageri-  
cus, cum suffraganeis suis similiter convenient.  
Quarto etiam apud Tolosam urbem, quo simul  
convenient Netho, Bartholomaeus, Adalelmus,  
Agiulfus, cum suffraganeis suis. In quibus con-  
ventibus tractare, querere, & cum Dei adjuto-  
rio invenire debent de causis ad religionem Chri-  
stianam & eorum curam pertinentibus, quid a  
principibus & reliquo populo, vel ita ut divina  
auctoritas docet aut aliter teneatur, vel quid inde  
ex parte vel ex toto dimissum sit ut non teneatur.  
Deinde quid in ipsorum, qui pastores populi  
constituti sunt, moribus, conversatione, & actibus  
inveniri possit, quod divinae regule atque auctoritati  
non concordet: simulque inveniant quae occasiones in utroque ordine id effecerint,  
ut a recto tramite deviatum sit. Et quid-  
quid de his causis inventum fuerit, tam solliciti  
cura custodiantur, ut nullatenus ad aliorum noti-  
tiam pervenire permittant ante tempus constitu-  
tum. Et ideo unus notarius inter omnes eligatur,  
qui quod ipsi invenerint describat, & ipse  
(b) sub juramento ea quae inventa & digesta fue-  
riat diligenter fideliterque conservet.

## CONCILII PARIISIENSIS VI.

## LIBER I.

## INDEX CAPITUM LIBRI I.

- I. Quid proprie ad religionem Christianam pertinet.
- II. Quod universalis sancta Dei ecclesia unum corpus, ejusque caput Christus sit.
- III. Quod ejusdem ecclesiae corpus in duas principaliter dividatur eximias personas.
- IV. Quod in successoribus apostolorum religio Christiana vigere & salvatio subditorum debeat consistere.
- V. De periculo quod sacerdotibus imminet, & quod unusquisque in parochiis suis populo specialiter denun-  
tiet, ut se corrigant, & ad Dominum ex toto corde convertant, & pro periculis merito nostrae ini-  
quitatis imminutibus, nec non & pro vita, conju-  
gibus, proleque imperatorum, populique eius subiecti,  
Domini misericordiam humiliter exorent.
- VI. Quod inter cetera ad curam episcoporum specialiter  
pertinet, ut hi qui fidem Christi expertunt, instru-  
antur & fidei baptismatis sacramento.
- VII. Quod tempus baptismatis a nonnullis non ita ut ca-  
nonicus ordo edocet observetur.
- VIII. Quod hi, qui extra statuta tempora canonum ba-  
ptizantur, ad gradus ecclesiasticos promovendi non  
sunt.
- IX. Quod summopere omnes fideles meminisse oportet  
partem quod in baptismo cum Deo fecerunt.
- X. Quid sit abrenunciare diabolo, operibus ejus, & pom-  
pis ejus.
- XI. Qualiter observandum sit de electione & promotione  
eorum, qui ad formam & exemplum aliorum profi-  
ciuntur.
- XII. De accessione ad pastorale magisterium, & persona  
sacerdotis, ejusque periculo.
- XIII. Ut avaritiam sacerdotes cavere studeant.
- XIV. Ut hospitalitatem, maxime ab his qui aliis praesunt,  
seculari oportet.
- XV. Qualiter tractanda, vel quid sint res ecclesiae.
- XVI. Ut in rebus ecclesiae circa propinquos suos expen-  
dendis modum episcopi teneant discretivus.
- XVII. Quod nulli episcoporum liceat res ecclesiae extra  
constituta canonum passim in alterius jura trans-  
ferre.
- XVIII. Quod res ecclesiae non sint sacerdotibus, sed eas  
strenue dispensaverint, causa peccati.
- XIX. Quod vitam conversationemque quorundam sacer-  
dotum nonnulli subiecti livore peius quam zelo ca-  
ritatis reprehendant.
- XX. XXI. Ut episcopi ceterique prelati, nisi id necessitas  
inevitabilis impederit, maxime cum clericis suis  
horas canonicas custodiant, & scripturas divinas quo-  
tidie in collatione tractent, eisque in convivio par-  
ticipes existant.
- XXII. De laicorum clericis, eorumque examinatione &  
promotione.
- XXIII. Ut pastores gregem sibi commissum, non ut pro-  
prium, sed ut dominicum tractare meminerint.
- XXIV. Ut prelati carnalem spiritalemque cibum subiectis  
impendere studeant.
- XXV. Ut episcopi non rapaces, sed avaritiam odientes,  
vice sua ministros per parochias suas constituant.
- XXVI. Quid debonorationis & detrimenti ecclesiastica ju-  
ra patiantur, pro eo quod secundum canonicam au-  
thoritatem episcoporum concilia bis in anno non ce-  
lebrantur.
- XXVII. Ut chorepiscopi modum mensurae suae, qui in  
sacris canonibus praefixus est, non excedant.
- XXVIII. Ut presbyteri nullo modo sint villici & con-  
ductores agrorum, vel negotiorum secularium seba-  
tores, atque per diversa vagantes: quod & de mo-  
nachis similiter convenit observari.
- XXIX. Ut presbyteri in ecclesiis constituti non sint passim,  
ut quibusdam prelatiis moris est, per diversa mis-  
tendi.
- XXX. Ut ab omnibus episcopis, propter honorem & uti-  
litatem ecclesiasticam, sollicitior circa habendas sebo-  
las cura adhibeatur.
- XXXI. Ut quando episcopi parochias suas circumveant, hoc  
summopere studeant, ne bis quibus prodesse debent  
oncri sint.

XXXII.

(a) ne tantum accrescerent.

(b) sub juramento cognitivus.



ANNO CHRISTI 809.

- XXXII. Ut codicilli, quos penitenciales vocant, quia canonica auctoritati refragantur, penitus abolerentur.
- XXXIII. Quod episcopis conveniat, ut jejuni per impositionem manuum tradant Spiritum sanctum.
- XXXIV. Quod peccatores diversarum pollutionum, quas cum masculis & pecoribus admittunt, iudicio canonico, quod in Ancyritano concilio sub titulo XVI. continetur, plebendi sunt.
- XXXV. De presbyteris gradum amittentibus.
- XXXVI. Quod in recipiendis alterius parochia clericis a quibusdam statuta canonum violentur.
- XXXVII. Quod abbates canonicorum forma & exemplum sanctae religionis debeant esse sibi subiectis.
- XXXVIII. De subtilitatis & scurrilitate cavenda.
- XXXIX. De feminis quas non contigit discipulas fuisse, sanctimonialibus ac repente matres spirituales praeficiantur.
- XL. Ut viduae inconsultis episcopis non velerentur.
- XLI. De puellis virginibus a presbyteris non consecrandis.
- XLII. De feminis qua sine consensu sacerdotum velum sibi indifferens imponunt.
- XLIII. Ut abbatissa & cetera sanctimoniales, neque viduas, neque puellas velare praesumant.
- XLIV. De nobilibus feminis, qua amissa viris velantur, & in propriis domibus repere debeantur.
- XLV. Ut illicitus accessus seminarum ad altare, sacraque vasa contrahantur, fieri prohibeatur.
- XLVI. Ut accessus canonicorum & monachorum ad monasteria sanctimonialium, nisi causa utilitatis, non fiat.
- XLVII. Quod missarum celebrationes in locis incongruentibus fieri non debeant.
- XLVIII. Quod nullas presbyterorum solas missam celebrare debeant.
- XLIX. De presbyteris duas aut eo amplius basilicas habitentibus.
- L. De observatione diei dominici.
- LI. De aquo mosio, iusque habendo sextario.
- LII. De interdicto quodam, quo apud plerasque provincias pauperes aggravantur, ab imperiali clementia prohibendo.
- LIII. De multimodis usurarum adinventionibus.
- LIV. Ut hi qui penitentia publica sunt multati, neque in baptismo, neque in percipiendo sancti Spiritus dono patroni existant pro aliis.

P R A E F A T I O  
 SYNODI APUD PARISIORUM  
 URBEM JUSSU GLORIOSISSIMORUM  
 IMPERATORUM HLUDOVICI

filiique ejus Hlotharii habitae.

Sicut humanae infirmitati in prosperis non convenit erigi, ita nec in adversis dejici. Cum igitur prospera mundi sibi succedunt, meminisse debet humanae conditionis, fovamque pertimescere elationis: ne scilicet intumescendo in barathrum incidat damnationis, perpendens illud apostoli ita dicentis: *Qui se putat stare, videat ne cadat*. Quando autem merito pondere malorum suorum premitur, frangi non debet, sed potius remota salutis suae desperatione illud Davidicum decantare: *De profundis clamaui ad te, Domine, Domine exaudi vocem meam*. Unde propheticum atque apostolico oraculo hinc inde animus armari jubetur Christianus, ut neque ad dexteram neque ad sinistram ei declinare fas sit. In tribulatione ergo, multifariisque adversitatibus & calamitatibus mundi, non dissimulante, sed humiliter veraciterque sunt expetenda suffragia divina. Legimus quippe Ninivitis divina ultione dignis humiliter in tribulatione ad Deum clamantibus divinitus subventum. Nam & Achab & Manasses, reges idololatrae, penitentiam satisfactione divini obviare ultioni. Meretrix porro illa evangelii. *General. Tom. XIV.*

Agelica, Maria nomine, profusione lacrymarum carere meruit enormitate multorum peccaminum. His & his similibus salutiferis documentis datur intelligi, quod Deus bona cuncta iubens, malaque omnia vetans, saepissime humanae fragilitatis peccatis offensus, & ad iracundiam provocatus, per penitentiam tamen dignam satisfactionem, ab humanis erratibus suae severitatis debitam suspenderit vindictam: adeo ut quem moles peccaminum provocaverit ad ultionem, aduum pravorum correctio flexerit ad misericordissimam propitiationem. Oportet ergo, immo necesse est, ut quia humanae fragilitati tot tantaque salutis recuperanda prorogantur exempla, flagella pro peccatis suis divinitus sibi illata equanimiter ferat, caveatque ne in his, aut ad murmuratorem, aut ad desperationem proruat: sed devote frequenterque in tribulationibus, quas merito suae pravitatis patitur, caelestem opem sibi humiliter subvenire flagitet. Quod autem Deus nolit mortem peccatoris, sed potius ut convertatur & vivat, prophetis satis abundeque instrumur oculis. Cum igitur haec ita fideliter se habeant, & liquido pateat ecclesiam, quam Christus, qui eam suo proprio sanguine redemit, suisque orthodoxis famulis Hludovico & Hlothario, gloriosus Augustus, regendam tuendamque committere occulta sua dispensatione voluit, diversorum morborum generibus affici, multifariis cladibus conterri, divinum contra se mucronem interius exterioraque meritis exigentibus grassari, plagasque, quas Dominus suis iustis obedire nolentibus, sed potius ad mala quam vetuit labentibus interminatus est, incessanter experiri; iidem Deo pleni principes caelitus inspirati, consulto ad Deum congruam dignamque conversionem judicaverunt esse faciendam, juxta illud regis Ninivitis quod legitur: *Convertatur vir a via sua mala, & ab iniquitate qua est in manibus eorum: quis scit si convertatur, & ignoscat Deus, & revertatur a furore ira sua, & non peribimus?* Per Joel quoque prophetam Dominus ait: *Convertimini ad me in toto corde vestro, in jejunio & fletu & planctu, & scindite corda vestra, & non vestimenta vestra*. Item per Isaiam: *Quarite Dominum, dum inveniri potest, invocato eum, dum prope est. Derelinquat impius viam suam, & vir iniquus cogitationes suas, & revertatur ad Dominum, & miserabitur ejus, & ad Deum nostrum, quoniam multus est ad ignoscendum*. Item per Jeremiam: *Date Domino Deo vestro gloriam, antequam contenebrascat, & antequam offendant pedes vestri ad montes caliginosos*. Et Dominus in evangelio: *Ambulate, inquit, dum lucem habetis, ne tenebra vos comprehendant*. Item: *Vigilate, quia nescitis diem neque horam*. Et apostolus: *Ecco, inquit, nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies salutis*; quatenus haec & hujuscemodi innumera salubria documenta sectando, mores scilicet & adus corrigendo, dignamque pro tot scelerum admissis penitentiam agendo, Deum, quem peccando constat esse iratum, sibi suoque populo mererentur facere placatum. Verum totius ecclesiae sibi commissa generalitati consulere cupientes, tantaeque necessitatis negotium iuxta discretionis trutinam praeponderantes, idque sui officii non esse humiliter diduciantes, consulto sacerdotum & optimatum, ceterorumque fidelium suorum, idem negotium super placando furore Dei his digne censuerunt esse committendum, per quos homines de infidelitatis tenebris liberantur, & in lucem fidei transferuntur, & de filiis irae filii adoptionis efficiuntur. Per quos etiam homines de his qui post baptismum committunt, penitentiam satisfactione peracta, Deo re-

PRÆFACTIO LIBRARI

Exib. 11

Jan. 2

Isa. 11

Jer. 13

Joan. 11

Matth. 11

1. Cor. 1

1. Cor. 10.

1. Cor. 109.

Joan. 11.

1. Reg. 11.

1. Paral. 16.

Luc. 7.

FRÆFA  
TIO  
LIBER I.  
CAP. I.  
Matth. 18.  
Joan. 10.

535  
conciliari merentur. Ad quorum imperium, secundum sanctæ legis decretum, qui lepræ immunditia fordebant, emaculabantur, ceteraque eorum judicio in legalibus institutis prorogabantur. Quibus & in evangelio a Domino tanta confertur potestas, ut quæ statuerint in terra, statuta sint & in cælo, & quæ solverint in terra, soluta sint & in cælis, & quorum remiserint peccata, remittantur eis. Hos quippe constat vicarios esse apostolorum, & luminaria mundi. Per hos igitur, eorumque doctrinam, tales tantique piissimi principes, sibi suisque fideliter crediderunt misericordiam propitiari posse divinam. Nec immerito, quippe qui agnovissent Dominum præcepisse per Aggæum prophetam, ut sacerdotes de lege Domini interrogarentur. Ait namque: *Interroga sacerdotes legem.* Quod beatus Hieronymus ita exponit: Simul, inquit, considera sacerdotum officium esse, de lege interrogatos respondere. Si sacerdos est, sciat legem Domini, si ignorat legem, ipse se arguit non esse Domini sacerdotem. Sacerdotis enim est scire legem, & ad interrogationem respondere de lege. Quod quidem & in Deuteronomio legimus, ut sicubi in urbibus Israel questio fuerit nata inter sanguinem & sanguinem, iudicium & iudicium, lepram & non lepram, contradictionem & non contradictionem, eant ad sacerdotes atque Levitas, & ad pontificem qui in diebus illis fuerit constitutus, & quaerant ab eo legem Domini, quibus respondentibus faciant quod jubetur. His igitur legalibus & prophetici institutis instructi, non ab re duxerunt, super suis populique sibi subiecti erratibus sacerdotes legem Domini scientes consulendos. Quapropter statuerunt in quatuor congruentissimis imperii sui locis conventus episcoporum uno eodemque tempore fieri debere. In quibus conventibus, Domino inspirante, diligenter studerent quaerere & investigare de causis ad religionem Christianam, eorumque curam pertinentibus, quid a principibus & reliquo populo, vel ita ut divina auctoritas docet aut aliter teneretur, vel quid inde ex parte aut ex toto dimissum sit ut non teneretur. Deinde quid in ipsorum, qui pastores populi constituti sunt, conversatione & actibus inveniri posset, quod divinæ regulæ atque auctoritati non concordaret: simulque invenirent, quæ occasione in utroque ordine id effecerint, ut a recto tramite deviasent. Et quicquid de his causis inventum fuisset, correctionis gratia, juxta ministerium sibi injunctum, patienter denuntiarent: attendentes illud quod per Malachiam prophetam Dominus ait: *Labia sacerdotis custodiunt scientiam, & legem requirunt ex ore ejus, quia angelus Domini exercituum est.* Quod beatus Hieronymus ita exponit: Angelus autem, inquit, id est nuntius, sacerdos Dei verissime dicitur, quia Dei & hominum sequester est, ejusque ad populos nuntiat voluntatem. Eorundem itaque gloriosorum & orthodoxorum principum iussionibus obediens, immo non solum nostræ, sed etiam ejus totiusque populi sibi commissi salutis, juxta ministerium nobis collatum, consulere cupientes, anno incarnationis Domini DCCCXXXIX. imperantibus eisdem præcellentissimis ac gloriosissimis Deoque dilectis Augustis, Hadovico videlicet, filioque ejus Hlothario, sub die viii. Iduum Juniarum, nos indigni episcopi. ex diocesi scilicet Durocortorum, nec non & diocesi Senonica & Turonica, atque Rothemagica, apud Parisiorum urbem con-

avenimus, & qualiter de paulo superius præmissis causis juxta admonitionem eorundem principum egerimus vel tractaverimus, atque statuerimus, in subiequentibus breviter capitulatim annotare curavimus; non ausu temerario sanctorum patrum terminos transgredientes, sed potius his diligenter perpenis atque perspectis, per eos nostram ceterorumque fidelium vitam corrigere, & in melius informare cupientes. Eadem porro capitula nequaquam proluxa aut superflua (a) judicanda sunt, quoniam ne ex nostro corde facta esse viderentur, divinorum eloquiorum oraculis, & sanctorum patrum dictis ea muniri non ab re judicavimus.

ANNO  
CHRISTI  
809

CAPUT I.

Causa ad religionem Christianam pertinentem sanctorum, credere in Patrem & Filium & Spiritum sanctum, Domino in evangelio Joannis dicente: *Hæc est vita æterna, ut cognoscant te unum & verum Deum, & quem misisti Jesum Christum.* Item discipulis ait: *Euntes in mundum universum prædicate evangelium omni creatura: qui crediderit & baptizatus fuerit, salvus erit.* Et in evangelio Matthæi: *Datus est mihi, inquit, omnis potestas in cælo & in terra. Itaque, docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti, docentes eos servare omnia quæcumque mandavi vobis.* Paulus, *sue fide enim, inquit, impossibile est placere Deo.* Itemque: *Credere enim oportet accedentem ad Deum, quia est, & inquirentibus se remunerator fit.* Extant & alia hujus rei innumera documenta, quibus perdoctetur qualiter fides Christi primum expetenda sit: deinde opera fidei exercenda, quoniam fides nisi opera habeat, mortua est in semetipsa, apostolo Jacobo testante: *Sicut enim, inquit, corpus sine spiritu mortuum est, ita & fides sine operibus mortua est.* Licet itaque, ita ut auctoritas divina docet, eadem percipiatur fides, a plerisque tamen, quia operibus non adimpletur, eidem auctoritati divinæ, immo apostolicis documentis superbiendo renuntiat: quorum exempla in promptu satis abundeque habentur. Quorundam etiam perverissimæ contumacitatis, propriæque voluntates, (b) multimoda adinventione contumaciter, quod valde periculolum est, efficiunt ut opera fidei magna ex parte negligantur. Qui dum legis divinæ transgressores existunt, eisdem contumacitatis sibi legem faciunt, & secundum eas se vivere abique sui discrimine & posse & debere contendent, sua quaerentes, non quæ Jesu Christi. Quod quantum divinæ auctoritati contrarium sit, aut non advertunt, aut certe animadvertere detrectant: quantum etiam (c) ob hoc religio Christiana in eis periclitetur, facile qui (d) sapit advertit. Quapropter unumquodque fidelis, si salvus esse vult, oportet ut remota perveris contumacitatis, quæ periculum animarum generant, fidem Christi, quam percepit, bonis operibus exornare non negligat. Constat ergo quod fundamentum Christianæ religionis fides sit catholica, hoc est credere in Patrem & Filium & Spiritum sanctum, unum Deum & verum Deum, trinum in personis, & unum in substantia. Credere etiam quod sola persona Filii pro salute nostra carnem assumpserit, in qua & passus est, & resurrexit, & in cælos ascendit, cum qua etiam ad iudicium venturus est. Et credere quod per Spiritum sanctum remissio

427

011

Malach. 1.

Joan. 17.

Matth. 28.

Matth. 28.

Matth. 28.

Joan. 1.

Lib. 1. c. 1.

(a) proluxa sunt: idcirco enim proluxa sunt: quoniam ne ex nostro corde facta &c.  
(b) multimoda adinventionis.  
(c) quæ cum sapit

ANNO CHRISTI 839. & ablu- tionem ma- nique im- positionem

Jan. 9.

L. b. 1. c. 167.

Lib. 1. c. 166.

7. de 19.

R. 10. 1.

C. 1. 1.

L. b. 1. c. 167.

Epi. 10.

io peccatorum in baptisate conferatur, & quod a fidelibus in ecclesia Christi, ejusdem sancti Spiritus dono per ministerium sacerdotale, & per penitentiam, remisso peccatorum iudubitanter attribuitur. Et quod generalis omnium in vera carne in adventu Christi resurrectio futura sit. Et quod nosse unumquemque fidelem oporteat, quia hanc fides vera & fructuosa esse non potest, nisi bonis operibus exornetur, id est fide, spe, caritate, humilitate, castitate, continentia, sobrietate, unanimitate, concordia, iustitia, pietate, misericordia, innocentia, & simplicitate, & ceteris his similibus, quae omnia in dilectione Dei & proximi consistunt. Sine his enim nemo potest Deo placere, nec salvus esse, quia, teste apostolo, fides sine operibus mortua est in semetipsa. Proinde necesse est ut unuquisque Christianus diligenter perpendat, utrum in eo fides viva sit bona opera agendo, an mortua bona opera negligendo. Et si, juxta documentum apostoli, ipsa fides sine operibus bonis mortua est, qua damnatione plerumque sunt illi, qui non solum eandem fidem bonis operibus non exornant, sed etiam diversis flagitiis eam commaculant? Inter cetera quippe mala, quae eandem fidem commaculant, quatuor nobis vitia spiritualia merito exaggeranda videntur, quae quanto occultiora sunt, tanto perniciosiora, id est, superbia, per quam angelus diabolus effectus de caelo eiecit; invidia, per quam item diabolus hominem de paradiso eiecit; odium & discordia, quae caritatem inter proximos extinguunt, & non sinunt proximos in mutua dilectione consistere, nec quietam tranquillamque, ut decuerat Christianos, vitam degere. Quae ideo periculosiora, immo mortifera diximus, quoniam sectatores illorum ea aut non intelligunt, aut certe intelligere dedignantur: & quia ea parvipendentes, pro his ad confessionem non veniunt, idcirco nec correctionem merentur.

II.

Primum igitur, quod universalis sancta Dei ecclesia unum corpus manifeste esse credatur, ejusque caput Christus, apostolicis oraculis approbamus. Unde Paulus: Vos autem estis, inquit, corpus Christi, & membra de membro. Itemque: Sicut enim in uno corpore multa membra habemus: omnia autem membra non eundem usum habent: ita multi unum corpus sumus in Christo. Item: Cujus caput Christus, ex quo totum corpus per nos & conjunctionem administratum, crescit in templum sanctum in Domino. Sunt & alia hujus rei innumera exempla quae hic ob prolixitatem vitandam praetermittuntur. Quisquis ergo per aliqua illicita ex membro Christi se fecit membrum diaboli, noverit se non in corpore Christi, sed in corpore esse diaboli. Proinde necesse est, ut corpori Christi, a quo actu diabolico separatus est, se incunctanter, dum tempus penitentiae in promptu habetur, restituere non negligat.

III.

Principaliter itaque totus sanctae Dei ecclesiae corpus in duas eximias personas, in sacerdotalem videlicet & regalem, sicut a sanctis patribus traditum accepimus, divisum esse noovimus. De qua re Gelasius Romanae sedis venerabilis episcopus ad Anastasium imperatorem ita scribit: Duo sunt quippe, inquit, imperator Auguste, quibus principaliter mundus hic regitur, auctoritas sacra pontificum, & regalis potestas in quibus tanto gravius pondus est sacerdotum, quanto etiam pro ipsis regibus hominum in divino reddituri sunt.

examine rationem. Fulgentius quoque in libro de veritate praedestinationis & gratiae, ita scribit: Quantum pertinet, inquit, ad hujus temporis vitam, in ecclesia nemo pontifice potior, & in saeculo Christiano imperatore nemo celsior invenitur. Cum haec quippe ita se habeant, primum de sacerdotali, post de regali persona dicendum statuimus.

IV.

Quia constat religionem Christianam per successores apostolorum salubriter administrari, populisque ad vitam aeternam ducatum exhiberi debere, primo necessarium judicavimus, ut quidquid in nobis reprehensibile sacrisque ministeriis, quibus indigni mancipamur, inconueniens & indecens contrariumque videbatur, toto annu, Domino opem ferente, corrigeremus, & per exempla sanctorum sacerdotum, quorum vice ecclesiae Christi sanguine redemptae praelati sumus, vitam & actus moreque nostros in melius componere satageremus. Quoniam praedicationis sacerdotalis contemnitur, quando quod verbis praedicat, operibus non adimplet. Proinde qui ceteris forma & exemplum debent esse, primo facere debent quod docent, & ea vitare quae fieri prohibent. Unde beatus Gregorius in libro pastoralis, cum per gallum boni praedicatoris speciem tractando exponeret, inter cetera sic ait: Gallus, cum jam edere cantus parat, prius alas excutit, & semetipsum terrens vigilantiorem reddit. Quia nimirum necesse est, ut hi, qui verba sanctae praedicationis movent, prius studio bonae actionis evigilent, ne in semetipsis torpentes opere, alios excitent voce. Prius se per sublimia facta excutiant, & tunc ad bene vivendum alios sollicitos reddant. Prius cogitationum alis semetipsum feriant, & quicquid in se inutiliter torpere sollicita investigatione deprehendunt, districta animadversione corrigan, & tunc demum aliorum vitam loquendo componant. Prius punire propria floribus curen, & tunc quae zliorum punienda sunt denuntient, & antequam verba exhortationis insonent, omne quod locuturi sunt operibus clament. Laudem autem verorum sacerdotum suorumque officium (a) Prosper, in libro quem de contemplativa & actuali vita scripsit, comprehendit. Ipsi enim, inquit, id est sacerdotibus, proprie animarum curandarum sollicitudo commissa est, qui pondus populi sibi committi vixiliter sustinentes, pro peccatis omnium, velut pro suis, insatigabiliter supplicant Deo: ac velut quidam Aaron, incensum contriti cordis & humilitati spiritus offerentes, quo placatur Deus, avertunt iram futurae animadversionis a populo, qui per Dei gratiam sunt divinae voluntatis indices, ecclesiarum Christi post apostolos fundatores, fidelis populi duces, veritatis assertores, pravae doctrinae hostes, omnibus bonis amabiles, & male sibi consciis etiam ipso visu terribiles, vindices oppressorum, patres in fide catholica regeneratores, praedicatores caelestium praemiorum, exempla bonorum operum, documenta virtutum, & forma fidelium. Ipsi sunt (b) ecclesiae decus, in quibus amplius fulget ecclesia ipsi columna firmissimae, quibus in Christo fundatis innititur omnis multitudo credentium ipsi januae civitatis aeternae, per quas omnes qui credunt ingrediuntur ad Christum: ipsi janitores, quibus claves datae sunt regni caelorum: ipsi etiam dispensatores regiae domus, quorum arbitrio in aula regis aeterni dividuntur gradus & officia singulorum. Hi sunt qui non ambiendo, sed ipiritua-

LIBER I. CAP. II. III & IV. Lib. 1.

Lib. 1. c. 11.

Lib. 1. c. 167.

Lib. 1. c. 1.

End 30. Lib. 1. c. 16. Num. 16.

(a) Pomerius, & sic ubique, quando liber de vita contemplativa continetur.

(b) ecclesiae ductus.

LIBER I.  
CAP. IV. V.

ANNO  
CHRISTI  
819.

339  
ritualiter vivendo, sacerdotium meruerunt: qui-  
que non favoris humani suffragio, sed divino mu-  
nere sublimati, nihil sibi de præstantia sui prin-  
cipatus (a) applaudunt. Quos non inflat honor  
acceptus, sed exercet labor impositus: quia non  
excellentiâ suam cogitant proveci, sed sarcina-  
nam: nec gloriantur de officii dignitate, sed su-  
dant potius constituti sub onere. Tales scriptura  
divina speculatores appellat, qui speculantur actus  
omnium, qualiter unusquisque cum suis in do-  
mo, qualiter in civitate cum civibus vivat, in-  
tentione religiosâ curiositatis explorant: quos bo-  
nos probaverint, honorando confirmant, quos  
deprehenderit vitiosos, arguentes emendant, aut,  
si emendare nequiverint, æquanimiter portant,  
habitu uberrimum fructum, aut de sua distri-  
bitione, si correcti profecerint, aut de sua patien-  
tia, etiamsi illi quos sustinent emendari nolue-  
rint. Ecce laus dignitate verorum sacerdotum,  
eorumque ministerium breviter est digestum. De-  
cet quippe sacerdotes Christi tanta dignitate do-  
natos, quos utique constat janitores cælestis aulae  
existere, exempla decessorum suorum qui Deo  
placuerunt infatigabiliter sectari, quatenus terre-  
na despiciendo, & cælestia amando, primum ipsi  
atria supernæ civitatis subire, deinde auditoribus  
suis dictis & exemplis ea studeant aperire, ne,  
quod absit, audiant a Domino: Habentes cla-  
vem scientiæ, vos ipsi non intratis, & alios in-  
trare non sinitis. Quando vero vita sacerdotum  
cum doctrina non concordat, & auditoribus in-  
firmis scandalum, & animarum provenire pericu-  
lum, non est dubium. Proinde summopere  
cavendum est sacerdotibus, ne offendiculum fiant  
his quibus præsent. Tunc enim offendiculum fiant  
illis, quando quod verbis prædicant, moribus im-  
pugnant. Unde fit ut, sicut in supra memorato  
libro beatus Gregorius scribit, cum pastor per  
abrupta graditur, ad præcipitium grex sequatur.  
Nemo quippe, ut idem ait, amplius in ecclesia  
nocet, quam qui perverse agens, nomen vel ordi-  
nem sanctitatis habet. Pertimescenda porro ni-  
hilo minus sacerdotibus sententia evangelica est,  
qua dicitur: *Qui scandalizaverit unum de pusillis  
istis qui in me credunt, expedit ei, ut suspendatur  
mola ænaris in collo eius, & demergatur in pro-  
fundum maris.* Quod quibuldam interpositis idem  
doctor ita exponit: Quia ergo ad sanctitatis spe-  
ciem deductus, vel verbo ceteris destruit vel e-  
xemplo, melius profecto fuerat ut hunc ad mor-  
tem sub exteriori habitu terrena acta constringe-  
rent, quam sacra officia in culpa, ceteris imita-  
bilem demonstrarent. Quia nimirum, si solus ca-  
deret, utcumque hunc tolerabilior inferni pena  
cruciatet. Quibus terribilibus verbis liquido datur  
intelligi, quod melius factusque fuerat sacerdoti-  
bus negligentibus non subsistere, quam acceptis  
divinis officiis, per reprobam vitam pravaque e-  
xempla, his quibus prodesse debuerunt, offendi-  
culum iniquitatis & laqueum perpetuæ damnatio-  
nis exillere.

V.

Statuimus pari voto, parique consensu, ut unus-  
quisque nostrum dictis & exemplis plebes paro-  
chiæ suæ attentius ad meliora incitare studeat,  
easque ut se a malis cohibeant, & ad Dominum  
ex toto corde convertant, sollicitè admoneat;  
Deumque quem peccando iratum sibi fecerant,  
digna penitentiae satisfactione & elemosynarum  
largitione sibi placabilem facere satagent. Nec non  
& pro vita piissimi Deoque amabilis Ludovici im-

peratoris, conjugis prolisque ejus incoluntate,  
imperique sibi committi stabilitate, Dei immen-  
sam misericordiam cernuis precibus implorent, Si-  
mulque eis ostendendum, quoniam quamdiu quis  
malis operibus deditus est, nec sibi, nec aliis  
Deum propitiari meretur. Et quod unusquisque  
elemosynam, & cetera bona opera, a semetipso  
incipere debeat. (b) Cum itaque predicare ne-  
cesse sit, juxta illud Isajæ: *Clama ne cesses, quasi  
tuba exalta vocem tuam, & annuntia populo meo  
scelera eorum, & domui Jacob peccata eorum:* tum  
maxime id eis facere necesse est, quando iram  
Domini contra populum Dei meritis exigentibus  
grassari perspexerint, juxta illud quod Dominus  
per Ezechielem prophetam loquitur: *Terra, cum  
Binduxero super eam gladium, & tulerit populus ter-  
ra virum unum de novissimis suis, & constituerit  
eum supra se speculatorem, & ille viderit gladium  
venientem super terram, & cecinerit buccina, & an-  
nuntiaverit populo: audiens autem quisquis ille est  
sonum buccinae, non observaverit, veneritque gladius,  
& tulerit eum, sanguis ipsius super caput ejus erit.  
Sonum buccinae audivit, & non se observavit, san-  
guis ejus in ipso erit: si autem se custodierit, ani-  
mam suam salvabit. Quod si speculator viderit gla-  
dium venientem, & non insonnerit tuba, & populus  
se non custodierit, veneritque gladius, & tulerit de  
bis animam, ille quidem in iniquitate sua captus est,  
sanguinem autem ejus de manu speculatoris requiram.*  
Item per eundem prophetam Dominus ait: *Fili  
dominis, speculatorem dedi te domui Israel, & audes  
de ore meo verbum, & annuntiabis eis ex me. Si  
dicente me ad impium: Morte morieris; non fueris  
locutus, neque annuntiaveris ei, ut convertatur a sua  
via impia, & vivat; ipse impius in iniquitate sua  
moriatur, sanguinem autem ejus de manu tua requi-  
ram.* Formidolosa valde, & tremenda hæc senten-  
tia sacerdotibus est, qua dicitur: *Sanguinem autem  
ejus de manu tua requiram.* Unde idem doctor  
Prosper in memorato libro scripsit: Ille, inquit,  
cui dispensatio verbi commissa est, etiam si san-  
ctæ vivat, & tamen perditæ viventes arguere aut  
erubescat aut metuat, cum omnibus qui eo ta-  
cente perierint perit: & quid ei proderit non pu-  
niri suo, qui puniendus est alieno peccato? Item  
idem post pauca prophetica sententiam expo-  
nens, qua dicitur: *Si me dicente ad impium: Im-  
pie, morte morieris; non fueris locutus ut se custo-  
dias impius a via sua, ipse impius in iniquitate sua  
moriatur, sanguinem vero ejus de manu tua requi-  
ram,* ait: *Quid potuit expressius, quid apertius  
dici? Si impio, inquit, non locutus fueris, ut se  
ab iniquitate sua custodias, & ille perierit, sangui-  
nem ejus de manu tua requiram; hoc est dicere:  
Si ei peccata sua non annuntiaveris, si eum non  
argueris, ut ab impietate sua convertatur, & vi-  
vat, & te qui non increpalli, & ipsum qui te ta-  
cente peccavit, flammis perennibus perdam. Sed  
ex eo quod idem propheta infert: *Si autem tu  
annuntiaveris impio, & ille non fueris conversus ab  
impietate sua, & a via sua mala, ipse quidem in  
impietate sua morietur, tu autem animam tuam li-  
berasti,* &c. liquido claret, quia si prædicator an-  
nuntiaverit impio, ut se convertat a via sua im-  
pia, & vivat, & impius se non correxit, ejusdem  
impii penæ particeps non erit. Unde idem Pros-  
per: *Quod si, inquit, corripientem, si iram su-  
turam, quæ contemptoribus jam imminet, nun-  
tiantem homines terreni despiciunt, sanguis eo-  
rum in ipsis erit, & sacerdos, qui eis peccata  
eorum non tacuit, penæ quæ eos expectat parti-  
ceps**

18.

10.

11.

12.

Lib. s. d.  
vita con-  
templativa  
cap. 10.

13.

14.

15.

Lib. s. c. 22.  
de vita con-  
templativa.

(a) atollunt. (b) Cum itaque prædicatoribus sine cessatione populo Dei prædicat &c.

ANNO CHRISTI 329

1/a 18.

Rom. 6.

Addit. s. c. 1.

Epistola ad episcopos Lucanar.

Epistola ad episcopos per Siciliam.

ceptus non erit. Ecce quale periculum predicatori-  
bus, nisi strenue utilliterque predicaverint, & au-  
ditoribus, nisi id quod sibi predicatum fuerit obedi-  
enter impleverint, instat. Quod autem per negli-  
gentiam & desidiam predicatorum, & per con-  
temptum quorundam auditorum transgressio sit  
divinorum preceptorum, periculumque anima-  
rum, manifestum est. Quapropter necesse est, ut  
hæc prophetica, immo celestis tuba, qua præci-  
pitur: *Clama, ne cesses, quas tuba exalta vocem  
tuam, & annuntia populo meo scelera eorum, & do-  
mini Jacob peccata eorum, & predicatores & audi-  
tores a somno torporis & negligentiam tandem exci-  
tet, ut hi de utili sua predicatione & illi de  
obedienti impletione, æterna a Domino donentur  
remuneratione.*

V I .

In primordio sanctæ Dei ecclesiæ nemo ad per-  
ceptionem sacrosancti baptismatis admittebatur, ni-  
si prius & fidei & baptismatis sacramento fuisset  
instruendus: quod verba beati Pauli apostoli probant,  
ita scribentis: *An ignoratis, inquit, fratres, in  
quia quicumque baptizati sumus in Christo Jesu, in  
morte ipsius baptizati sumus?* & cetera quæ aposto-  
licus sermo de baptismatis sacramento exequitur.  
Scribitur quoque in concilio Laodicensi titulo  
XLVI. quod oporteat eos qui ad baptisma veniunt  
fidem discere, & quinta feria septimanæ majoris  
episcopo aut presbyteris reddere. Item in eodem,  
capitulo XLVII. quod oportet eos qui in ægritudi-  
ne percipiunt baptisma, postquam convaluerint, fi-  
dem perdiscere, & scire cuius muneris participes  
facti sunt. Quibus verbis aperte datur intelligi,  
quod ad fidem Christi venientes, ejusdem fidei &  
baptismatis instruebantur sacramentis. Verum quo-  
niam fides Christi ubique pollet, & parvuli de  
Christianis parentibus nati, antequam ad intelli-  
gibilem ætatem veniant, baptismatis sacramenta  
percipiunt, necesse est ut quod imbecillis ætas ne-  
quirit, intelligibilis discere satagat. Quod quia ab  
usu Christianæ religionis propter quorundam in-  
curiam recessit, quantæ sit negligentia quantique  
discriminis, satis dici non potest.

V I I .

Sane quibusdam, quamvis fides Christi inhan-  
ter expetatur, aliter tamen agitur, quam divina  
auctoritas testetur. Præfixa tempora canonum su-  
per celebratione baptismatis a multis, partim igno-  
rantia, partim præsumptione violantur. Secundo,  
quia illi in sua (a) sponsione aliquos de sacro-  
sancto fonte suscipiunt, nec fidei nec baptismatis  
sacramento sunt instructi: & ideo eos quos sus-  
cipiunt, & secundum sanctorum patrum docu-  
menta docere debuerant, erudire nequeunt. Quod  
ad negligentiam sacerdotum, nec non & audito-  
rum pertinere, dubium non est. Quo itaque tem-  
pore baptismus celebrari debeat, Gelasius in de-  
cretalibus capite x. scribit. Baptizandi, inquit, si-  
bi quisquam passim (b) quocumque tempore nul-  
lam credat inesse fiduciam, præter paschale fe-  
stum, & pentecostes venerabile sacramentum: ex-  
cepto dumtaxat gravissimi languoris incurso, in  
quo verendum est, ne morbi crescente periculo  
sine remedio salutari fortassis ægrotans excidio præ-  
ventum abscedat. Item Leo in decretis suis titulo  
XI. Unde quia manifestissime patet baptizandis in  
ecclesia electis hæc duo tempora, de quibus lo-  
cuti sumus, esse legitima, dilectionem vestram  
monemus, ut nullos alios dies huic observantiam  
miscatis. Quisquis igitur hujus constitutionis su-

perbiendo transgressor existit, nequaquam sibi su-  
per hoc facto impunitatem, nisi se humiliter cor-  
rexit, promittat. Qualiter autem hi qui de sa-  
cro fonte alios suscipiunt instruere debeant, beatus  
Augustinus in sermone habito ad populum  
demonstrat, dicens: Quicumque igitur viri, quan-  
cumque mulieres de sacro fonte filios spiritualiter  
susceperunt, cognoscant se pro eis fidei iussos ex-  
stitisse apud Deum: (c) & in eo necesse est, ut  
semper illis sollicitudinem veræ caritatis impen-  
dant, admoneant, & castigent, atque corripiant,  
ut (d) castitatem custodiant, virginitatem usque  
ad nuptias servent, & ceteris bonis operibus de-  
diti sint. In hoc quippe facto, de quo agitur,  
quantum a religione Christiana digressum sit, igno-  
rari fas non est.

V I I I .

Sicut in plerisque, ita & in eo auctoritas non-  
nullis sæpe violatur canonica, quando scilicet hi  
qui in ægritudine baptismatis suscipiunt sacra-  
menta, ad gradus ecclesiasticos contra fas prove-  
huntur. Is ulus, quia auctoritati canonicæ resul-  
tat, oportet ut corrigatur, quoniam hujuscemodi  
baptizatos, quos vulgaris sermo grabatarios vocat,  
canonica auctoritas a gradibus ecclesiasticis paten-  
ter repellit. Unde in concilio Neocesariensi ca-  
pite XII. legitur. Si quis in ægritudine fuerit ba-  
ptizatus, ad honorem presbyterii non potest pro-  
moveri; quia non ex proposito fides ejus, sed ex  
necessitate, descendit: nisi forte propter sequens  
studium ejus, & fidem, atque hominum rarita-  
tem, talis possit admitti. Quod si hi, qui in ægritu-  
dine baptizantur, a gradibus arcentur ecclesia-  
sticis, multo magis illi arcenti sunt, qui aut per  
cupiditatem, aut per temeritatem, contempta ca-  
nonica auctoritate baptizantur, & postea similiter  
ad gradus ecclesiasticos provehuntur. Quia ergo  
hæc in hac re, sive propter negligentiam sa-  
cerdotum, sive propter incuriam laicorum, minus  
caute, immo aliter quam auctoritas ecclesiastica  
doceat actum est, decet ut abhinc observetur, nec  
amplius ad injuriam canonicæ institutionis, & de-  
honoratorem ecclesiasticorum graduum, hæc trans-  
gressio iteretur.

V I X .

Factum quod cum Deo in baptismo fit, a multis  
multis ex toto, a multis ex parte transgreditur.  
Ex toto quippe transgreditur, quando quis post  
acceptam baptismatis gratiam, aut ad infidelita-  
tem, aut ad hæresim, aut certe ad schisma prola-  
bitur. Ex parte vero, quando quis aut ad super-  
biam, aut ad invidiam, aut ad cetera vitia spiri-  
talia, quæ ex radice superbiæ prodeunt, labitur.  
Unde Dominus in evangelio: *Qui autem, inquit,  
super petrosam seminatus est, hic est qui verbum au-  
dit, & continuo cum gaudio accipit illud: non habet  
autem in se radicem, sed est temporalis: facta au-  
tem tribulatione & persecutione propter verbum, con-  
tinuo scandalizatur.* Constat igitur unumquemque  
fidelem Deo in baptismo duarum passionum ne-  
cessibus se obligare; altera, qua abrenunciare dia-  
bolo, & omnibus operibus ejus, & omnibus pom-  
pis ejus; altera vero, qua se in Patrem & Filium  
& Spiritum sanctum credere profitetur. Unde etiam  
sub ejusdem sanctæ Trinitatis invocatione bap-  
tismatis gratiam consequitur. Cum (e) ergo hujus-  
cemodi abrenuntiationem quibuslibet illecebris vi-  
tiorum illectus ad ea quibus renuntiavit redit, nec  
non & post tanta fidei perceptionem, in apostasi-  
am, aut hæreticam pravitatis, aut fratris schis-  
ma-

LIBER I. CAP. VI. VII VIII. & IX.

Addit. s. c. 1.

Matth. 13.

(a) Sponsione eos quos de-  
(d) castitatem ejus.

(b) alio tempore.  
(e) ergo post hujuscemodi.

(c) & ideo necesse est.

LIBER I.  
CAP. X.  
VI.

matris prolabitur procul dubio utriusque, patris transgressor efficitur. Quarum altera, quia baptismi iteratione nequit, penitentiae laments, elemosinarum largitionibus, ceterisque bonorum operum exhibitionibus dilui potest. Altera vero, quae praedictae contagionis lepra commaculata fuerit, nisi hac primum per Christi caruerit gratiam, & ad unitatem ecclesiae redierit, mundari, & pristinae fidei colorem, sanitatisque vigorem recuperare non poterit. Quia ergo flammeus ille gladius, qui propter peccatum primi hominis januam paradisi obice mortalibus immobili oppilaverat, in sacrosancto baptismatis fonte extinguitur, & eadem janua credentibus aperitur; omnibus fidelibus studendum est, ut passionis & sponsonis, quam cum Deo in baptismo fecerunt, semper memores existant, caveantque ne quibuslibet vitiorum sordibus se maculantes, non solum eundem sibi reaccendant ignem, verum etiam immundum spiritum, a se tempore baptismatis expulsum, cum septenario daemonum numero sibi addito, ad se quoquomodo redire faciant; sicutque illis, ut Dominus ait, novissima pejora prioribus: & impleatur in eis quod beatus Petrus apostolus ait: *Melius enim erat illis non cognoscere viam iustitiae, quam post agnitionem retrorsum converti ab eo, quod traditum est illis, sancto mandato;* aperturque eis illud quod idem ait: *Canis revertis ad vomitum suum. & sus iota in volutabro luti.* Nulli quippe dubium est, quin religio Christiana baptismum Christi fideliter expectat, & salubriter percipiat. Sed valde periculose est, & a religione Christiana alienum, quod post tanti doni perceptionem unusquisque fidelis, cum ad intelligibilem statum venit, mysterium baptismatis discernere & intelligere negligit, atque, eo intellecto, secundum illud vivere non satagit. Quod periculum & ad negligentiam pertinet sacerdotum, qui ad tollendas debent annuntiare, & ad auditorum incuriam, qui hoc & intelligere & adimplere pavpendunt, nulli dubium est.

X.

Sicut studendum est sacerdotibus ut auditores sui mysterium facti baptismatis intelligant, & Deo opem ferente operibus compliant, ita nihilominus procurare debent, ut abrenuntiationes, quas in diabolum suaque opera, ejusque pompas fecerunt, intelligant, & his intellectis, ne ad eas de novo redeant, sollicite invigilent. Quibus etiam admonendo sapientius inculcandum est, ne iugo satanae quod rejecerunt, ejusque dominationi, quam aspernati sunt, quoquomodo succumbant. Magna quippe ex parte Christianum decus vilescit, quando renati in Christo, ea, quibus in baptismo renuntiaverunt, nec intelligere curant, nec ab his se, ut Christo polliciti sunt, abstinere satagunt. Quae si intellexissent, procul dubio, adjuvante Christi gratia, se ab his vigilantius custodissent. Unde necesse est ut praedicatorum in admonendo, & auditorum in discendo, & opere complendo, abstinere, ut suum cavere periculum possint, majus adhibeant studium. Abrenuntiare igitur diabolo est penitus eum respuere, spernere, rejicere, eique contradicere, seque & unumquemque ab eo alienare, sive aliud quid, quod hoc verbo in hoc sensu exprimi potest. Opera eius sunt, quae utique operibus salvatoris contraria existunt. Primum superbia, cuius ille auctor est, & quae cum ex angelo demonem fecit, quae est etiam initium omnis peccati, & cetera vitia quae ex radice producant superbiam. Pompa diaboli, haec est quae pompa mundi, id est, ambitio, arrogantia, vana gloria, omnisque cuiuslibet rei superfluitas in humanis utibus. Unde crescit elatio, quae mul-

toties honestati solet adscribi, & cetera hujusmodi quae de fonte superbiae procedere noisuntur. Haec & his similia sunt, quae unusquisque faciens tempore baptismatis a se rejecit, Christoque se mancipavit, pactumque cum Deo fecit, ne penitus ad ea quibus abrenuntiavit rediret. Verum si jura humanae passionis fimiter conservantur, fixius tamen atque ferventius jura tanti patris, quae cum Deo facta sunt, inviolabiliter sunt observanda.

XI.

Providendum ac summopere cavendum est, ut hi per quos & religio Christiana constare, & ceteri ab offensione debent salvari, tales posthabita simoniacae peste eligantur, quales & apostolicus sermo, & canonicus ordo, & beati Gregorii pastoralis regula docet: scilicet ut nullius terrenae rei gratia, nisi Dei solius, eligantur. Quoniam si pro aliquo munere praesentis futuraeque retributionis, vel pro qualibet alia re, quae contraria esse possit veritati, divinaeque auctoritati, eligitur, liquet profecto quod ex toto aliter agitur, quam divina auctoritas testetur, & quod in hujusmodi facto Deus offendantur, & taliter electi, & his quibus praeficitur, quin scandalum generetur dubium non est. Proinde oportet ut in electione & ordinatione sacerdotis valde execranda simoniacae haereticis, quae propter quorumdam avaritiam & ambitionem modernis temporibus dignitatem sacerdotalem fulcare comprobatur, nihil sui detestandi juris habeat, quae in primordio sanctae Dei ecclesiae a beato Petro principe apostolorum cum auctore suo damnata est. Quae etiam Deo odibilis peccati primum necesse est ut imperiali auctoritate & potestate, cum consensu venerabilium sacerdotum, a Romana ecclesia amputetur: quoniam si caput languerit, membra incallum vigeant necesse est. Qualiter vero eadem haereticis a beato Petro damnata sit, liber Actuum apostolorum docet, ubi scribitur: *Cum vidisset autem, inquit, Simon, quia per impositionem manus apostolorum daretur Spiritus Sanctus, obtulit eis pecuniam, dicens: Dato est mihi haec potestatem, ut cuiuscumque impositione manus accipiat Spiritum Sanctum. Petrus autem dixit ad eum: Pecunia tua tecum sit in perditionem, quoniam donum Dei extimasti: pecunia possideri. Non enim est tibi pars, neque sortis in sermone isto. Cor enim tuum non est rectum coram Deo. Penitentiam statim age ab hac nequitia tua, & roga Deum, si forte remittatur tibi haec cogitatio cordis tui. In felix enim amaritudinis, & obligatione iniquitatis vides te esse.* Et in concilio Chalcedonensi capitulo 2. scribitur: *Si quis episcopus per pecuniam fecerit ordinationem, & sub pretio redegerit gratiam, quae non potest vendi, ordinaveritque per pecuniam episcopum, aut presbyterum, aut diaconum, vel quemlibet ex his qui connumerantur in clero, aut promoverit per pecuniam dispensatorem, aut defentorem, vel quemquam qui subiectus est regulae, pro sui turpissimi lucri commodo, is qui hoc attentare probatus fuerit proprii gradus periculo subiacet, & qui ordinatus est nihil ex hac ordinatione vel promotione, quae est per negotiationem facta, proficiat, sed sit alienus ea dignitate vel sollicitudine, quam pecunia acquisivit. Si quis vero mediator tam turpibus & nefandis datis vel acceptis extiterit, siquidem clericus fuerit, proprio gradu decidat, si vero laicus vel monachus, anathematizetur.* Gregorius in homilia evangeliorum xvi. Vobis enim, inquit, sacerdotibus lugens loquor: quia nonnullos vestrum cum praemis facere ordinationes agnovimus, spirituales gratias vendere, & de alienis iniquitatibus cum peccati damno temporalia luera

ANNO  
CHRISTI  
819Matth. 23.  
Matth. 23.

cu

ANNO  
CHRISTI  
619.  
Mare. 10.

cumulare. Cur ergo ad memoriam vestram non A  
redit, quod vox dominica præcipiens dicit: *Gratis  
accepistis, gratis date?* Cur non ante mentis o-  
culos revocatis, quod templum redemptor noster in-  
gressus cathedras vendentium columbas evertit,  
numulariorum effudit *as*? Qui namque sunt in  
templo Dei hodie qui columbas vendunt, nisi qui  
in ecclesia pretium de impositione manus accipi-  
unt, per quam impositionem Spiritus sanctus cæ-  
lestis datur? Columba ergo venditur, quia manus  
impositio, per quam Spiritus sanctus accipitur, ad  
pretium præbetur. Sed redemptor noster cathedras  
vendentium columbas evertit, quia talium  
negotiatorum sacerdotium (a) destruit. Hinc est  
quod sacri canones simoniacam hæresim damnant,  
& eos sacerdotio privati præcipiunt, qui de lar-  
gendis ordinibus pretium quaerunt. Cathedra ergo  
vendentium columbas evertitur, quando hi qui  
spiritalem gratiam vendunt, vel ante humanos,  
vel ante Dei oculos, sacerdotio privantur. Et in  
apologetico Gregorii Nazianzeni: Religioni, in-  
quit, ac doctrinæ nostræ opprobrium nascitur,  
quod sacerdotia vel ministeria ambitione potius  
& ad gratiam, quam meritorum iudicio defera-  
tur. Cujus rei vitium vel labem etiam si prohibe-  
re supra nos est, ac certe erubescere & averfari  
pars aliqua pietatis est. Si quis igitur copiosius  
pleniùsque de vitanda ac detestanda simoniaca hæ-  
resi scriptum nosse cupit, librum epistolarum beati  
Gregorii legat. In quibus manifeste apparet, quod  
eo tempore, quando eandem epistolam idem do-  
ctor ad Gallias mittebat, sedes beati Petri, cui  
prælatus erat, ab eadem lue immunis erat. Oran-  
dus est ergo Deus, ut eandem pestem, quæ ec-  
clesiam suam multifarie commaculat, ita abhinc  
& perditionem non subruat.

## XII.

Qualiter ad culmen regiminis veniendum, qua-  
liter in eo vivendum, qualiterque docendum, vel  
qualiter quotidie propriæ infirmitatis consideratio  
sacerdoti ante oculos sit ponenda, præfati beati  
Gregorii regula plenissime docet. A cuius doctrina,  
quod valde dolendum & contremiscendum  
est, multi nostrorum, qui pastorum nomine cen-  
semur, longe peccatis præpedientibus distare con-  
vincimur. Unde & nostrum, & eorum quibus pro-  
desse debemus, magnum periculum imminere co-  
gnoscimus. Quapropter sollicitè vigilantèque no-  
bis fatagendum est, ut per ejusdem doctoris & ce-  
terorum sanctorum dicta & exempla, vitam no-  
stram in melius componamus, quatenus nobis &  
illis, quibus ad vitam æternam ducatum præbere  
debemus, Domino auxiliante, saluiferum consultum  
ferre possimus. Persona quoque sacerdotis  
qualis esse debeat, in memorato pastorali libro,  
& in apologetico Gregorii Nazianzeni, copiose ta-  
xatum est. Sed & in libro Levitico tit. xxvii.  
ita personam sacerdotis Dominus describit, loquens  
ad Aaron: *Vinum & omne quod inebriare potest non  
bibetis tu & filii tui, quando intratis in tabernacu-  
lum testimonii, ne moriamini: quia præceptum sem-  
piternum est in generationes vestras. Et ut habeatis  
scientiam discernendi inter sanctum & profanum, in-  
ter pollutum & mundum: doceatisque filios Israel  
omnia legissima mea, quæ locutus sum ad eos per  
manum Moysi.* In Ezechiele: *Visionem igitur &  
pro peccato & pro delicto, fuit pro ignorantia, co-  
suedens sacerdotes* Hieronymus: (b) Nec tantam,

Evil. 10.

Evil. 10.

inquit, gaudendum est ad oblationem munerum.  
quantum timeodum ad honoris condemnationem.  
si eo abutatur indigne. Item post pauca: hoc au-  
tem facimus: ut reponat sacerdos benedictionem  
& oblationem nostram in domo sua, sive ut ad  
imprecationem ejus Dominus benedicat domibus  
nostris. Grandis dignitas sacerdotum, sed grandis  
ruina, si peccent. (c) Lætatur ad ascensum, sed  
timeamus ad lapsum. Non est tanti gaudii excel-  
sa tenuisse, quam meroris de sublimibus corruis-  
se. Nec enim solum pro delictis nostris redde-  
mus rationem, sed pro omnium quorum abuti-  
mur (d) donis, & nequaquam sumus de eorum  
salute solliciti. In Aggæo: *Interroga sacerdotes i-  
dem Hieronymus: Considera sacerdotum  
esse officii, de lege interrogatos respondere. Si  
sacerdos est, sciat legem Domini: si ignorat le-  
gem, ipse se arguit non esse Domini sacerdotem.  
Sacerdotis enim est scire legem, & ad interroga-  
tionem respondere de lege. Item in Malachia.  
Lex veritatis in ore ejus, hoc est doctrina populorum,  
quæ in sacerdote nullo debet mendacio de-  
turpari, sed tota de veritatis fonte procedere. Et  
post pauca: *Es multos avertit ab iniquitate.* Qui  
sacerdos est, & non corripit delinquentes, sacer-  
dotis officium præterit: *Labia sacerdotis custodient  
scientiam.* Non dixit, proterent, sed custodient. Et  
post non multa: *Sicut non servastis vias meas, &  
accepistis faciem in lege.* Inter omnia peccata Le-  
vi, sive eorum qui ex Levi sunt sacerdotum Dei,  
illud & ultimum & maximum ponitur, quare ac-  
cipiant faciem in lege, ut non causam, sed per-  
sonam considerent, justumque pauperem despicientem  
iniquos divites suscipiant & honorent. In evan-  
gelio: *Pastor bonus animam suam dat pro ovibus  
suis.* Hanc sententiam beatus Gregorius exponens  
ait: *Qui non dat pro ovibus substantiam suam,  
quando pro eis daturus est animam suam? Pri-  
mum itaque nostrum est, exteriora nostra ovibus  
ejus impendere: (e) postmodum vero, si necesse  
sit, pro iisdem ovibus animam ponere. Paulus  
ad Timotheum, nec non ad Titum, quid sit epis-  
copatum desiderare, & qualis persona episcopi esse  
debeat, regente ejus calamum sancto Spiritu,  
affatim salubriterque describit. Hæc igitur quæ  
prælibata sunt, quisquis ad pastorale magisterium  
aspirat, sobrie diligenterque perpendat, seque sa-  
gaciter metiri studeat, ne, quod ablit, terrenis  
desideriis succensus, propriisque reatibus adstric-  
tus, dum loco, ut beatus Gregorius ait, delectatur  
gloriæ, fiat subditis auctor ruinæ. Omnibus  
igitur sacerdotibus illa specialiter sententia beati  
Gregorii ante oculos constituenda est, in qua in-  
ter cetera: *Cum rerum, inquit, necessitas expo-  
scit, pensandum valde est ad culmen quisque re-  
giminis qualiter veniat, atque ad hoc rite perve-  
niens qualiter vivat, & bene vivens qualiter doceat,  
& recte docens, infirmitatem suam quoti-  
die quanta valet consideratione cognoscat.***

## XIII.

Quia vero nonnullos ordinis nostri socios avaritiam  
turpiter sectari, & merito a multis reprehendi,  
& ob id innoxios cum noxiis hac occasione  
infamari comperimus; abhinc in commune nos  
& socios nostros mutua exhortatione corrigendos  
esse dijudicamus. Ita videlicet, ut nec nos in hu-  
jusmodi peste avaritiæ coram Deo peccaremus,  
nec aliis per nostrum malum exemplum detrahen-  
di & in nobis peccandi locum daremus. Verum  
cum nullus Christianus thesauros in terra, sed  
po-

LIBER I  
CAP. XII  
& XIII.

Malach.

Levit. 10.

Levit. 10.

Levit. 10.

Levit. 10.

Levit. 10.

Levit. 10.

Levit. 10.

(a) destruxit.

(e) postremum vero.

(b) nec tantum

(c) lætamur.

(d) doctrinis





ANNO  
CHRISTI  
119

factis adimpleant: scilicet ut quod verbis prædicant, operibus ostendant.

XV.

Quod nulli sacerdotum liceat res Deo dicatas sibi committas, ut ipse proprias tractare, & ad multarios secundum libitum suum eas usus retorquere, sed potius secundum canonicam auctoritatem, sanctorumque patrum dicta & exempla administrare vel dispensare, ea quæ sequuntur perspicue manifestant. Quod autem ea quæ Domino sanctificabantur, ad jus pertinerent sacerdotum, legalia instituta sanciant. In novo quippe testamento, in initio videlicet sanctæ nascens ecclesiæ, vota fidelium ante pedes ponebantur apostolorum, eorumque iudicio unicuique, prout opus erat, distribuuntur. Et licet crescente fidelium devotione copiosissimis ac munificentissimorum liberalitatibus sancta donata sit ecclesia, eundem tamen usum apostolorum successores in tractandis & dispensandis ecclesiasticis rebus se servare debere meminerunt. Quoniam qui stipem ecclesiæ, juxta documentum beati Hieronymi, in vos convertit usus, scriba eum & Phariseus, simonisque Judæ perditio. Scribitur in concilio Antiocheno (a) cap. xxv. Episcopus ecclesiasticarum rerum habeat potestatem, ad dispensandum erga omnes qui indigent, cum summa reverentia & timore Dei. Participet autem & ipse quibus indiget, si tamen indiget, tam suis, quam fratrum, qui ab eo suscipiuntur, necessariis usibus profuturis, ita ut in nullo qualibet occasione fraudentur, juxta sanctum apostolum sic dicentem: *Habentes vitulum & segumentum his contenti sumus.* Quod si contentus istis minime fuerit, convertat autem res ecclesiæ in suos usus domesticos, & ejus commoda vel agrorum fructus, non cum presbyterorum conscientia diaconorumque pertractet, sed horum potestatem domesticis suis, aut propinquis, aut fratribus, filiisque committat, ut per hujusmodi personas occulte ceteræ lædantur ecclesiæ, synodo provinciarum pœnas iste persolvat. Si autem & aliter accusetur episcopus, aut presbyteri qui cum ipso sunt, quod ea quæ pertinent ad ecclesiæ, vel ex agris, vel ex alia qualibet ecclesiastica facultate, sibi met usurpent, ita ut ex hoc affligantur quidam pauperes, criminationi vero & blasphemis tam sermo prædicationis, quam hi qui dispensant taliter exponantur, & hos oportet corrigi, sancta synodo id quod concedit comprobante. In concilio Calchedonensi cap. xvi. Quoniam in quibusdam ecclesiis, ut rursus comperimus, præter œconomos episcopi facultates ecclesiasticas tractant, placuit omnem ecclesiæ habentem episcopum, habere œconomum de clero proprio, qui dispense res ecclesiasticas secundum sententiam episcopi proprii, ita ut ecclesiæ dispensatio præter testimonium non sit, & ex hoc dispergantur ecclesiasticæ facultates, & sacerdotio maledictionis derogatio procuretur. Quod si hoc minime fecerit, divinis constitutionibus subjacebit. In canonibus, qui apostolorum titulo prænotantur, capitulo xli. ita legitur: Præcipimus ut in potestate sua episcopus ecclesiæ res habeat. Si enim animæ hominum pretiosius illi sunt creditæ, multo magis oportet eum curam pecuniarum gerere, ita ut potestate eius indigentibus omnia dispensentur per presbyteros & diaconos, & cum timore omnique sollicitudine ministrentur. Gelasius in decretalibus (b) cap. xxxvii. Quatuor autem, inquit, tam de redditu, quam de oblatione

fidelium, prout cujuslibet ecclesiæ facultas permittit, sicut dudum rationabiliter est decretum, convenit fieri portione, quatum sit una portio clericorum, pauperum tertia, quarta fabricis applicanda ecclesiæ. De quibus sicut sacerdotis erit integram ministris ecclesiæ memoratam dependere quantitatem, ita clerici ultra delegatam sibi summam nihil intolenter noverint expetendum. Ea vero quæ ecclesiasticis ædificiis attributa sunt, huic operi veraciter prærogata, locorum doceat instauratio manifesta sanctorum, quia nefas est si sacris ædibus destitutis, in lucrum suum præful impendia his designata convertat. Ipsam nihilominus adscriptam pauperibus portionem, quamvis divinis rationibus se dispensasse monstraturus esse videatur, tamen juxta quod descriptum est: *Ut videant opera vestra bona, & glorificent Patrem vestrum qui in celis est,* oportet etiam præsentis testificatione prædicari, & bonæ famæ præconis non taceri. Prosper, cum de sanctis perferretque pontificibus tractaret, qui facultates ecclesiæ non ut proprias, sed ut commendatas tractaverunt, ait: Et idcirco scientes nihil aliud esse res ecclesiæ, nisi vota fidelium, pretia peccatorum, & patrimonia pauperum, non eas vindicaverunt in usus suos ut proprias, sed ut commendatas pauperibus diviserunt. Hoc est enim possidendo contemnere, non sibi, sed aliis possidere: nec habendi cupiditate ecclesiæ facultates ambire, sed eas pietate subveniendi suscipere. Hieronymus in expositione Sophoniæ prophetæ: *Judices quoque ejus, quasi lupi (d) Arabiæ, occidentes vespere, (e) & nil relinquentes in mane: non aspicientes ad ortum solis, sed morantes semper in tenebris, & possessiunculas ecclesiæ, & ea quæ in Dei donaria conferuntur, venientes in lucrum suum, ut non habeant pauperes quod mane comedant, qui quasi in nocte, & nullo vidente populantur, & cum luporum more cuncta diripiunt, ne parvos quidem cibos indigentibus detelinquant. Sicut igitur præmissa documenta declarant, non sunt res ecclesiæ ut propriæ, sed ut dominicæ & a Domino commendatæ tractandæ. Quicumque ergo eas ad suos proprios usus terrenosque honores & delectationes retorquet, quanti sit discriminis, quantæque transgressionis, aperte animadverti potest.*

XVI.

Quoniam multi episcoporum amore propinquorum suorum de rebus sibi commendatis, suo aut quorumlibet amicorum nomine, prædia aut mancipia emunt, & ut in suorum propinquorum jus cedant statuunt, & ob hoc, & jura ecclesiastica convelluntur, & ministerium sacerdotale fuscatur, immo a subditis detrahitur & contemnitur: Placuit omnibus, ut deinceps hoc avaritiæ genus caveatur, fixumque abhinc & perpetuo mansurum esse decrevimus, ut episcopus res sui juris, quas aut ante episcopatum, aut certe in episcopatu hæreditaria successione acquisivit secundum auctoritatem canonicam, quidquid vult faciat, & cui vult conferat. Postquam autem episcopus factus est, quascumque res de facultatibus ecclesiæ, aut suo, aut alterius nomine, qualibet conditione comparaverit, decrevimus ut non in propinquorum suorum, sed in ecclesiæ, cui præest, jura deveniant. Similiter & de presbyteris, qui de ecclesiæ rebus, quibus præsent, prædia ea modo emunt, faciendum statuimus: quoniam multos presbyterorum occasione taliter emptarum rerum ecclesiæ, qui-

(a) Cap. XV. (b) capite vigesimo septimo.  
(c) rabix. (d) deest & nihil relinquentes in mane.  
Concil. Gener. Tom. XIV

(e) altera Clericorum, tertia presbyterorum, quarta &

LIBER I  
CAP. XVII.  
XVIII. &  
XIX

ANNO  
CHRISTI  
622.

551 quibus præfunt, exspoliasse, & a suo ministerio A multus modis exorbitasse, & se diabolo mancipasse, multosque laicorum ex hoc factò in scandalum damnationis & perditionis protraxisse cognovimus.

XVII.

Canonica censura decernit, ut res ecclesiæ, nisi ob nimias necessitates quas describit, nemo distrahatur. Quod si quisquam imminente nimia necessitate, inconsulto primatè provincie, aut certe majori urgente necessitate, non adhibitis testibus vicinis episcopis, id facere attentaverit, ita canonico iudicio percellitur, scilicet ut, amisso honore, reus Deo & concilio teneatur. Et licet moderno tempore necessitas non compellat, ut aperte res distrahantur ecclesiæ, verendum est tamen, ne clanculo vendantur, & canonica interminatio subeat. Quando enim quisquam prælatorum aut muneris, aut moris, aut amicitie, aut certe timoris, vel cujuslibet alterius rei gratia, res ecclesiæ in commutationem dat, commoda scilicet & utilia dans, & incommoda & inutilia ecclesiæ suæ accipiens, venditorem temerarium ecclesiasticarum rerum se esse noverit, reumque Deo & concilio contremiscat. Quod quia in commutandis rebus id præsepe evenisse dubium non est, cavendum summopere abhinc prælatis est, ne in commutandis ecclesiasticis rebus incauti existant. De non alienandis vero rebus ecclesiasticis papa Symmachus in decretis suis inter cetera ita scribit: His ergo perpensis mansuro cum Dei nostri consideratione decreto sancimus, ut nulli apostolicæ sedis prælati a præsentis die, donec disponente Domino (a) catholicæ fidei manserit doctrina salutaria, liceat prædium rusticum, quantumque fuerit vel magnitudinis vel exiguitatis, sub perpetua alienatione, vel commutatione ad cujuslibet iura transferre. Nec cujusquam excusentur publicæ necessitatis obtentu: quippe cum non sit personale quod loquimur, nec aliquis clericorum vel laicorum sub hac occasione accepta tueatur. Sed nec in usufructuario (b) jure (c) aliquibus dare liceat, nec data retinere, præter clericos & captivos atque peregrinos. His verbis aperte monstratur, quia quod idem papa apostolicæ sedis præsul perpetuo observandum censuit, nihilominus præsulibus ecclesiarum observandum perducit.

XVIII.

Convenit pastoribus ecclesiarum res ecclesiæ possidere, non ab his possideri; & ut Prosper scribit, eas possidendo debent contemnere, & non sibi sed aliis possidere. Constat autem sanctissimos pontifices, qui cum Christo remuneratore suo regnant, quorum nos indigni locum tenemus, res ecclesiæ non sibi sed aliis possidisse, & non ad suam gloriam & delectationem, sed potius ad Dei honorem & fidelium commoditatem eos his usos fuisse. Unde liquet, quia nihil eis obsuerunt ad nanciscendam æternæ patriæ gloriam res ecclesiasticæ commodissimæ atque amplissimæ, quas fideliter administraverunt. Quicumque ergo, secundum eorumdem sanctorum exempla, res sibi creditas dispensaverit, seque ab illecebris munantibus & incentivis carnalibus custodierit, ad eorum consortium se pertinere dubitare non poterit. Si autem secus fecerit, eorum consortio se indignum fore pertimescat. Miserabiliores plane cunctis mortalibus nonnulli existunt pontifices, qui in brevissimo hujus mortalitatis intervallo, suæ miseræ

fragilitatis immemores, sacerdotalis honoris culmine ultra metas subvehi, amore mundi decepti, cupiditate terrenarum rerum illecti, pro caducis & cito præterlabentibus rebus, quas utiliter fideliter expendere negligunt, sanctorum sacerdotum consortio se privant. Cesset ergo ambitio, quæ dicere solet, nimis rerum habere ecclesias Christi; & perpensat quia quantumcumque sunt res ecclesiæ, si eo modo quo dispensandæ sunt dispensentur, nimis non sunt. Cupiditas quippe, immo negligentia quorundam dispensatorum, non ecclesiæ amplæ res, in vitio sunt. Mira namque res, ambitio mundialis satis non habet, & ecclesia Christi nimium habet.

XIX.

Sicut per Saul reprobis prælati, ita & per David subiecti sunt humiles significati. Quapropter unusquisque subiectus, non superbum Semei, qui convicia & maledictiones iniecit in David, sed magis eundem humilem imitari debet David, dicentem: *Propitius sit mihi Dominus, non mittam manum meam in Christum Domini*. Christos Domini sacerdotes appellari dubium non est, de quibus in psalmo divina voce canitur: *Nolite tangere Christos meos, & in prophetis meis nolite malignari*. Quamquam autem, quod valde dolendum est, multi prælatorum adinstar Saul sint reprobis effecti, non sunt tamen manu reprehensionis & detractionis tangendi. Quia, ut Isidorus in libro sententiarum scribit, rectores a Deo solummodo, non a subditis sunt iudicandi, & pro moribus reprobis tolerandi magis quam a plebe sunt distringendi. In ecclesiastica historia Constantinus imperator episcopis ait: Deus vos constituit sacerdotes, & potestatem vobis dedit de nobis quoque iudicandi; & ideo nos a vobis recte iudicamur, vos autem non potestis ab hominibus iudicari. Propter quod Dei solius inter vos expectate iudicium, & vestra iurgia, quantumcumque sunt, ad illud divinum reserventur examen. Vos etenim nobis a Deo dati estis dii, & conveniens non est ut homo iudicet deos, sed ille solus de quo scriptum est: *Deus stetit in synagoga deorum, in medio autem deos discernit*. Cum hæc ita se habeant, utrinque non mediocriter delinquitur, & animarum periculum generatur. Quia dum prælati exemplo suæ perverſitatis subditis detrahendi locum dant; se & illos procul dubio ad perditionem pertrahunt. Subditi vero, dum præpositorum prava facta non compassionis, sed insultationis ac livoris voto mordent, quantum animæ suæ periculum incurrant diligenter animadvertant, & abhinc suæ salutis prospicientes, ab huiusmodi detractionibus se cohibere non negligant. Irrepsit sane in nonnullis ecclesiarum præsulibus miserabilis temporis nostri inepta, immo corrigenda, consuetudo, quæ jam ita pro lege tenetur, ut sanctitatis & religionis nomen sibi adscribere non vereatur: scilicet super diversarum rerum inanumeris superfluitatibus & vanitatibus, quas dinumerare longum est, nec non in avaritia & tenacitate, improbaque intentione, & in turpi inonestaque conversatione, morumque improbitate, & vanæ gloriæ appetitu, & quod his periculosius est, sui officii cura posthabita, in divinorum præceptorum transgressione: ita ut (d) illud Salomonium impletum videatur, quo dicitur: *Lætantur cum malefecerint, & exultant in rebus pessimis*. Non igitur mirum est si propter hæc & his similia Deus offendatur, & inſermorum animis scan-

Lib. 1. de  
vite contem.  
plativa c. 9.

1. R. 1. 16.

1. R. 2. 16.

7. 1. 100.

Reliquis lib.  
10. c. 1.

7. 1. 101.

1. R. 1. 1.

(a) manserit doctrina Salvatoris.  
(d) illud apostolicum

(b) de jure.

(c) aliquid.

ANNO  
CHRISTI  
819.

scandalum generetur, statusque sanctæ Dei ecclesie periclitetur. Proinde omnibus studendum est sacerdotibus, ut ab his deinceps se caveant, & his rebus resistent, quibus sibi, & his quibus præfunt, Dominum propitium facere mereantur. Quam moderata autem discretio in vestrum cultu & mensa apparatus sacerdotibus tenenda sit, dicta beati Gregorii in expositione evangeliorum, nec non & vita sanctorum virorum Augustini & Ambrosii plenissime docent.

## XX.

Quod moderni pontifices sanctorum decedentium patrum exempla usquequaque sectari debeant, in præcedentibus jam dictum est. Sed quia nonnullos socios ordinis nostri sine his personis, quas sua religiosa conversatio testes habere, & quibus exemplum bonum debuit præbere, cubilia secreti sui didicimus incolere, id non sine magna turbidaque indignatione ferre potuimus. Et ne deinceps quispiam prælatorum id facere pertentet, patri consensu inhiuimus: quia in hoc facto conversatio sacerdotali commaculatur, & detrahentibus locus præbetur, & a limarum perditio generatur. Ut ergo sacerdos discipulis suis (\*) se seipso exemplum bonum debuit præbere, apostolus scribens ad Titum docet, dicens: *In omnibus teipsum præbe exemplum bonorum operum in doctrina, in integritate, in castitate, & reliqua.* Beatus quoque Gregorius in decretis suis ita ait, Verecundus mos torpore indiscretionis inolevit, ut hujus sedis pontificibus ad secreta cubiculi servitia laici pueri ac sæculares obsequantur, & cum pastoris vita esse discipulis semper debeat in exemplum, plerumque clerici qualis in secreto sit vita sui pontificis nesciunt, & ut dictum est, sæculares pueri sciunt. De qua re præsentis decreto constituo, ut quidam ex clericis, vel etiam ex monachis electi, ministerio cubiculi pontificalis obsequantur, ut is qui in loco est regiminis habeat testes tales, qui vitæ ejus in secreto conversationem videant, & ex visione sedula exemplum profectus sumant. Hæc igitur beatus Gregorius scripserit. Ceterum si qui de hac re copiosiora exempla querere voluerint, vitas beati Augustini & Ambrosii, & ceterorum aliorum sanctorum virorum legant, & perspicue inveniunt, quod vita & conversatio pontificis semper testes vitæ probabilis habere debeat.

## XXI.

Hoc quoque correctione congruaque emendatione dignum comperimus, eo quod nonnulli prælatorum, nulla interveniente necessitate, non cum clericis, sed potius seorsum cum laicis, & quibusdam familiaribus suis fermocinari & convivari delectentur: similiterque & a quibusdam abbatibus & abbatissis fieri didicimus. Quæ res quia valde a paterna sollicitudine abhorret, & subditos in contemptum magistrorum murmuracionemque, & in divinorum obsequiorum transgressionem pertrahit, prorsus resecandam esse censuimus, & ut abhinc prælati in his, quæ præmissa sunt, quantum facultas permiserit, sibi subditis participes existant, statuimus: de qua etiam re in Actibus apostolorum, & in vita beati Augustini, & in concilio Sardicensi capitulo XIV. copiosa habentur exempla. Socios vero ordinis nostri in gubernandis congregationibus sibi subiectis, canonicis videlicet, monachis & sanimonialibus, hæcenus valde negligentes extitisse, & ob id multos in sui detractionem & contemptum provocasse, ita ut nonnulli alii prælati in eorum parochiis con-

stituti, eorum prava exempla secuti, suas similiter congregationes neglexerint. Quos fraterno & synodali conventu admonendos esse necessario diximus, ut ab hac negligentia deinceps se contineant, & ceteris se imitabiles præbeant: ne forte propter illorum incuriam, & divinæ servitutis contemptus, & pericula proveniant animarum, & auribus excellentiæ vestræ molestia ingeratur, & nostræ mediocritati in sacris conventibus tadium & opprobrium inferatur. Comperimus etiam quosdam socios ordinis nostri, non causa necessitatis aut utilitatis, sed potius avaritiæ & propriæ delectationis, sæpissime, propria civitatis suæ sede relicta, cleroque neglecto, remotiora loca frequentare, de qua re & destitutio divini cultus, & prædicatio in plebibus, & cura subditorum postponitur, & hospitalitas negligitur. Quod ne ulterius a quoquam sine inevitabili necessitate, & certa utilitate fiat, pari consensu inhiuimus.

## XXII.

De clericis vero laicorum, unde nonnulli eorum conqueri videntur, eo quod quidam episcopi ad eorum preces nolint in ecclesiis suis eos, cum utiles sint, ordinare; vitium nobis fuit, ut in utriusque partibus pax & concordia fervetur, & cum caritate & ratione utiles & idonei eligantur. Et si laicus idoneum utilemque clericum obtulerit, nulla qualibet occasione ab episcopo, sine certa ratione repellatur: & si rejiciendus est, diligens examinatio, & evidens ratio, ne scandalum generetur, manifestum faciat.

## XXIII.

Quia sunt plerique, qui non paternum affectum circa gregem sibi commissum, sed quemdam exercere videntur dominatum, cumque non ut dominicum, sed statibus ventosæ arrogantis inflati, ut suum proprium tractare non verentur, quantum a paternitatis officio aberrant, subter collecta documenta declarant. Dominus in evangelio: *Si diligis me, pasce oves meas.* Matas, inquit, non tuas. Item: *Qui major est vestrum, erit minister vester.* Et non post multa: *Non ita eris, inquit, inter vos: sed qui voluerit inter vos major fieri, erit vester servus.* Petrus: *Neque dominantes in cle-* ro, *sed forma facti gregis ex animo.* Salomon: *Principem te constituerunt? noli extolli, sed esto in eis, quasi unus ex ipsis.* Fulgentius in libro de veritate prædestinationis & gratiæ: Non ideo, inquit, se solum quilibet episcopus vas misericordiarum putet in gloria præparatum, quia pontificali militia fungitur: sed si pro grege sibi credito sollicitus semper invigilet, & prædicet verbo, instet opportune, arguat, obsecret, increpet in omni patientia & doctrina: nec sibi dominatum superbus usurpare contendat, sed apostolicis informatus eloquiis & exemplis, servum se cunctis exhibeat: neque sedis illius altitudine collatum sibi gaudeat temporale fastigium, sed humili corde fidelibus præbeat bonæ conversationis exemplum. Quicumque igitur sacris officiis servituri sub quolibet ordine applicantur, dignum est ut illius dicantur, cujus servitio mancipantur. Quæ ergo temeritate, immo præsumptuosa vanitate, quilibet prælatorum dicere præsumit: Illa congregatiomea est, aut ille presbyter, vel clericus meus est, cum non illius sit, sed cui dicatus est? Proinde quia is inolitus usus ecclesiasticæ non concordat regulæ, corrigatur necesse est.

## XXIV.

Sunt quidam prælatorum, qui utramque annam, spiritalem videlicet & carnalem, sibi sub-

(\*) de se ipse.

BERI.  
AP. XXV.  
XVI.  
XVII.

lectis strenue administrant. Sunt e contrario, quod A emendatione operis habet, qui neutrum cibum utiliter eis administrant. Sunt etiam qui carnalem cibum sufficienter eis administrant, & spiritalem aut scienter eis subtrahunt, aut, quia nesciunt, non subministrant, pascentes solummodo carnem cito perituram, cibumque vermium futuram, animarumque salutem in æternum viduarum negligentes. Non igitur erunt prælati excusabiles & immunes a periculis apud Dominum, cui pro sibi commissis rationes sunt reddituri, si eis carnalia solummodo, & non spiritualia fideliter subministraverint, cum de manu eorum sanguinem eorum, si perierint, sit exactus, testante Ezechiele propheta, & expositione beati Augustini super eodem propheta, plurimum huic rei adimplulante. Grandis porro miseria, cæcæque cupiditas, dum huiusmodi prælati in locis sibi subiectis cupiditatem suam potius explere, quam animarum suarum periculum contendunt vitare.

## XXV.

Non solum rumore, sed etiam evidentibus factis competimus, quorumdam episcoporum ministros, non solum in presbyteris, sed etiam in plebibus parochiæ suæ, avaritiam potius exercere, quam utilitati ecclesiasticæ dignitatis inservire, populi que salutem consulere. Quam negligentiam, immo & execrabile ac damnable cupiditatis vitium, omnibus in commune deinceps vitandum statuimus. Pertimescenda porro & vigilanter cavenda est Domini sacerdotibus Heli sacerdotis ruina, qui filios suos indigne agentes, Dominumque in suis pravis actibus ad iracundiam provocantes, sacrificioque Domini in iram irrogantes, quia verbis tantum, & non verberibus corripuit, eis divina iustaque ultione reventibus ruit. At si forte, quod absit, ullus episcoporum deinceps sectatores avaritiæ ministros in parochia sua constituerit, & eorum cognitam pravitate auctoritate pastoralis acriter ferire detrectaverit, exemplum negligentis Heli sacerdotis imitari se cognoscat, sciatque quia quidquid pravitate negligenter, si eos corrigere juxta facti qualitatem neglexerit, in eum procul dubio, a quo constituti sunt, ea que admiserint redundabunt, & synodali correctioni. In omnibus subieciendum. Nam & in communi consensu statuimus, ut unusquisque episcoporum super archidiaconis suis deinceps vigilantiorum curam adhibeat, quoniam propter eorum avaritiam & morum improbitatem multi scandalizantur, & ministerium sacerdotale vituperatur, & in ecclesiis a sacerdotibus multa propter eos negliguntur.

## XXVI.

Officii est ecclesiasticæ auctoritatis, ut quidquid noxium in agro sanctæ Dei ecclesiæ excreverit, falce æquissimæ discretionis resecat: quatenus status ipsius inconcussus persistens, recte & inconcuse per tramitem ordinis sui incedere valeat. Quod cum ita sit, irrepsit inter cetera, que ecclesiasticæ auctoritati, immo divinæ, contrahunt, miserabilis ac periculosa temporis nostri consuetudo, que valde ab auctoritate canonica abhorret, eo quod episcoporum concilia bis in anno, sicut mos canonicus docet, per unamquamque provinciam non fiunt, & ob id ecclesiasticæ utilitati magnum dispendium, & principalibus auribus insolens impedimentum, & multorum impunitas nascitur flagitiorum. Proinde omnibus nobis pernecessarium visum est, ut ab imperiali celsitudine libertas temporis impleretur, quo hæc ad honorem Dei, & utilitatem sanctæ Dei ecclesiæ, multorumque correctionem congruenter decenterque

fieri possint. Et si hæc aliqua præpediente necessitate bis fieri nequeunt, saltem in anno semel fiant. Quoniam si hæc semel, ut dictum est, in anno per unamquamque provinciam celebrata fuerint, & honor ecclesiasticus vires ordinis sui obtinebit, & impudentia quorundam superbiorum clericorum, que passim auctoritate canonica calcata auribus imperialibus molestiam ingerit, cessabit, & impunitas diversorum flagitiorum locum delitescendi, quem nunc habet, non habebit, & alia multa, que hætenus secus quam ecclesiastica disciplina docet inceserunt, ordinem suum Domino auxiliante servabunt. Vitium siquidem nobis, & valde profuturum sanctæ Dei ecclesiæ fuit, ut quia ordo canonicus docet ut & in ipsis conciliis adsint presbyteri & diaconi, & omnes qui se laicos existimant, & synodi experiantur examen, ut adsint etiam uniuscuiusque episcopi eruditissimi viri, quos ad Christi militiam, ejusque ecclesiæ honorem, utilitatemque præparat, quatenus & ceteris ecclesiis noti sint, & studium ac providentia episcopi ad aliorum exempla manifesta fiant.

## XXVII.

Episcopos locum apostolorum, chorepiscopos Lib. c. 118 autem exemplum & formam tenere septuaginta discipulorum, & liber Actuum apostolorum, & canonica auctoritas aperte demonstrant. Cum hæc ita se habeant, emerit quidam reprehensibilis & valde jam inolitus usus, eo quod quidam chorepiscopi ultra modum suum progredientes, & donum sancti Spiritus per impositionem manuum tradant, & alia queque, que solis pontificibus debeantur, contra fas peragant: præsertim cum nullus ex septuaginta discipulis, quorum speciem in ecclesia gerunt, legatur donum sancti Spiritus per manus impositionem tradidisse. Quod autem solis apostolis eorumque successoribus proprii sit officii tradere Spiritum sanctum, liber Actuum apostolorum docet, in quo legitur; *Cum Apollo AN. 19. esset Corinthi, & Paulus peragratis superioribus partibus venisset Ephesum, & invenisset quosdam discipulos, dixit ad eos: Si Spiritum Sanctum accepistis credentes? At illi dixerunt ad eum: Sed neque si Spiritus sanctus est audivimus: ille vero ait: In quo ergo baptizati estis? Qui dixerunt: In Joannis baptizate. Dixit autem Paulus: Joannes baptizavit baptismum penitentiam populum dicens: In eum qui venturus esset post ipsum, ut crederent, hoc est in Jesum. His auditis baptizati sunt in nomine Jesu. Et cum imposuisset illis manus Paulus, venit Spiritus sanctus super eos, & loquebantur linguis, & prophetabant. Item in eodem: Cum audissent apostoli, qui erant AN. 9. Hierosolymis, quia recepit Samaria verbum Dei, miserunt ad eos Petrum & Joannem: Qui cum venissent, oraverunt pro ipsis, ut acciperent Spiritum sanctum: nondum enim in quemquam illorum venerat, sed baptizati tantum erant in nomine Domini Jesu. Tunc imponebant manus super illos, & accipiebant Spiritum sanctum. Ecce aperte demonstratur, quod non septuaginta discipuli, quorum formam tenent chorepiscopi, sed apostoli, quorum successores sunt episcopi, tradebant Spiritum sanctum. In concilio vero Cæsariensi, ita de chorepiscopis habetur scriptum: Chorepiscopi quoque ad exemplum quidem & formam septuaginta videntur esse: ut comministri autem propter studium, quod erga pauperes exhibent, honorantur. Item in concilio Antiocheno capite x. Qui in vicis vel possessionibus chorepiscopi nominantur, quamvis manus impositionem episcoporum perceperint, & ut episcopi consecrati sint, tamen sanctæ synodo placuit, ut modum proprium recognoscant, & gubernent subiectas sibi ecclesias,*

ANNO  
CHRISTI  
819.

Conc. Neocæsar. can. 13

ANNO  
CHRISTI  
899\* Forte, ut  
aliter . H.

H. 26.

Luo. 1.

1 Tim. 2.

caumque moderamine curaque contenti sint. Ordinatio porro chorepiscoporum qualiter fieri debeat, & qualiter qualisve ipsi ordinationes subentibus episcopis suis facere debeant, jura canonum liquido determinant. Unde quia hactenus quidam chorepiscopi, secus quam auctoritas canonica docet, in officiis ecclesiasticis minus caute egerunt, providendum summopere episcopis est, ut ulterius eorum chorepiscopi tale quid, quod nec eorum ministerio, nec auctoritati divinae concordat, facere pertentent: nec episcopi sui eis aliud agendum permittant, nisi quod ad eorum officium proprie pertinet, & in sacris canonibus praefixum habetur.

## XXVIII.

Qui sacris officiis ob meritorum prerogativam sunt applicati, dedecus & valde periculolum est terrenis actionibus turpibusque lucris eos implicari. Comperimus igitur nonnullos presbyteros & monachos desertores ordinis sui, quod non sine magno animi moerore prosequimur, adeo villicationes & negotiationes diversaeque turpia lucra sectari, ut illud videatur impletum quod dicitur: *Et erit sicut populus, sic sacerdos.* Quod & leges divinae, & jura canonica condemnant, quantumque etiam id religioni Christianae contrarium sit manifestum est. Quod vero ab hujusmodi illicito actu uterque ordo, & sacerdotalis & monasticus se cohibere debeat, subter breviter collecta testimonia declarant. Ait namque Dominus in evangelio: *Nemo mittens manum suam ad aratrum, & respiciens retro, aptus est regno Dei.* Et Paulus: *Nemo militans Deo implicat se negotiis secularibus, ut ei placeat cui se probavit.* Quamquam ergo haec evangelica & apostolica sententia generaliter de omnibus christianis sit dicta, & ab omnibus observanda; specialius tamen atque religiosius ab his observari convenit, qui se divinae militum devotius strictiusque manciparunt. In concilio quoque Chalcedonensi titulo III. ita legitur: *Pervenit ad sanctam Synodum, quod quidam, qui in clero videntur electi, propter lucra turpia conductores alicuarum possessionum fiunt, & secularia negotia sub cura sua suscipiant, Dei quidem ministerium parvipendentes, secularium vero domos discurrantes, & propter avaritiam partrimoniorum sollicitudines fumentes.* Decrevit itaque sanctum hoc magnumque concilium, nullum deinceps, non episcopum, non clericum, vel monachum, aut possessiones conducere, aut negotiis secularibus se miscere, praeter pupillorum, si forte leges imponant, inexcusabilem curam, aut civitatis episcopus ecclesiasticarum rerum sollicitudinem habere praecipiat, aut orphanorum, & viduarum, earumque quae sine ulla provisione sunt personarum, quae maxime ecclesiastico indigent adjutorio, propter timorem Domini causa deponat. Si quis autem transgredi de cetero statuta tentaverit, hujusmodi ecclesiasticis increpationibus subiacebit. Haec de sacerdotibus simul & monachis generaliter dicta sunt. Ceterum de monachis ita specialiter in eodem concilio titulo IV. inter cetera legitur: *Monachos vero per unamquamque civitatem, aut regionem, subiectos esse episcopo, quietem diligere & intentos esse tantummodo jejuniis & orationi, in locis quibus renuntiaverunt saeculo permanentes. Nec ecclesiasticis vero nec secularibus negotiis communicent, vel in aliquo sint molesti, propria monasteria deserentes, nisi forte eis praecipiat propter opus necessarium ab episcopo civitatis. His ita praemissis, oportet ut episcopi suis parochiae sacerdotes & monachos a memoratis illicitis actionibus sua auctoritate compescant: transgressores vero censu-*

ra canonica corripiant, quia dicitur: *Transgredientem vero hanc definitionem nostram excommunicatum esse decrevimus, ne nomen Dei blasphemetur.*

LIBER I  
C. XXVIII  
XXXIX. &  
XXX

## XXIX.

Inter cetera quae religioni Christianae adversa sunt, hoc nihilo minus contrarium & periculolum extat, quod quorundam praetorum temerario ausu, qui sibi licere putant quod non licet, & expedire quod non expedit, ecclesiae suis ad tempus viduantur sacerdotibus: quoniam si quid eis in forensibus negotiis agendum, si quid etiam in diversis aliis partibus nuntiandum occasio necessitatis opponit, id potius per sacerdotes Domini currentes & discurrentes, quam per alios effici praecipunt; non attendentes quod eorum absentia & loca Deo dicata sibi culta debito priventur, & homines sine confessione, & infantes sine baptismatis regeneratione plerumque moriantur. Quanti autem sit discriminis, & periculi mittentis, & ei quae mittitur, animarum pericula, quae subinde hujus rei causa sunt, liquido produnt. Proinde omnibus praetatis cavendum est, ne illicita sibi presbyterorum transmissione animarum suarum subeant damnationem. Presbyteri porro, qui non sui praetati imperio coacti, sed potius voluptatum suarum delectatione, immo avaritiae aestuatione succensi, id facere praesumunt, perpendant necesse est, quam luquosam descriptionem Jeremias propheta Dei, sub significatione auri, ejusque coloris optimi, lapidumque sanduarii, personam carnalium sacerdotum describat. Ait namque: *Quomodo obsecratum est aurum, multumque color optimus, dispersi sunt lapides sanctuarii in capite omnium platearum?* Quod beatus Gregorius in libro pastorali ita exponit: *Quid namque auro, quod metallis ceteris praeminet, nisi excellentia sanctitatis; quid colore optimo, nisi cunctis amabilis reverentia religionis exprimitur? quid sanctuarii lapidibus, nisi sacrorum ordinum personae signantur? quid platearum nomine, nisi praesentis vitae latitudo figuratur? Et non post multa: Aurum igitur obsecratur, cum terrenis actibus sanctitatis vita polluitur: color optimus commutatur, cum quorundam, qui degere religiose credebantur, estimatio ante aedam minuitur. Nam cum quilibet post sanctitatis habitum terrenis se actibus inserit; quasi colore permutato ante humanos oculos ejus reverentia despecta pallefcit. Sanduarii quoque lapides in platea disperguntur, cum caularum secularium foras lata itinera expetunt hi, qui ad ornamentum ecclesiae internis mysteriis, quasi in secretis sanctuarii, vacare debuerunt. Item paulo post: Sanduarii lapides dispersi per plateas jacent, cum personae sacrorum ordinum voluptatum suarum latitudini deditae terrenis negotiis inhaerent. Sunt & alia multa divinae legis praeccepta, & sanctorum patrum dicta, quae sacerdotes Domini a terrenis & secularibus negotiis expediri, caelestique militum Elibere sanctiunt servire. Quisquis igitur presbyterorum se ab his cohibere detrectaverit, dignum est ut ab episcopo suo rigida corripatur investigatione.*

## XXX.

Jamdudum a pio & orthodoxo principe domino Hludovico Deo amabili imperatore jussu & admonitu est, ut rectores ecclesiarum in ecclesiis sibi commissis strenuos milites Christi, quibus Deus placari posset, prepararent & educarent, attendentes illud Danielis prophetae: *Qui autem desisti fuerint, fulgebunt sicut splendor firmamenti, & qui ad justitiam eruduerint aios, sicut stella in perpetuas aeternitates.* Sed super hac ejusdem principis

Addita. 0

Dan. 12.

LIBER I.  
CAP. XXXI.  
XXXI. ac.

pis admonitione, immo iussione, a nonnullis re-  
storibus tepide & desidiose hactenus actum est.  
Unde omnibus nobis vitum est, ut abhinc post-  
posita totius corporis negligentia, ab omnibus di-  
ligentior in educandis & erudiendis militibus Chri-  
sti, & vigilantior adhibeatur diligentia; & quan-  
do ad provinciale episcoporum concilium ventum  
fuerit, unusquisque rectorum, sicut jam præce-  
dentibus memoratum est, scholasticos suos eidem  
concilio adesse faciat, ut suum solers studium cir-  
ca divinum cultum omnibus manifestum fiat.

## XXXI.

Si cupiditas, quæ radix est omnium malorum,  
in membris radicitus est amputanda, multo ma-  
gis a capite, ne in eo aliquid suum vindicet, lon-  
ge est propellenda. Quoniam valde turpe scdum  
que est, ut quod in membris reprehenditur, in  
capite quoquomodo inveniat. Evangelica nam-  
que prædicatio, & alia divina servitutis execu-  
tio, non terrenarum pecuniarum quæstu, nec cu-  
juslibet alterius turpis lucræ gratia, sed solius Chri-  
sti amore a discipulis ejus est peragenda. Quis-  
quis igitur sui quæstus, non Dei causa evangeli-  
cam prædicationem implet, longe se a discipula-  
tu Christi sejungit. Qualiter autem a discipulis  
Christi exequi debeat, & evangeliorum documen-  
ta, & sanctorum patrum monumenta testantur.  
Didicimus sane quorundam relatu nonnullos coe-  
piscoporum nostrorum in peragrandis parochiis  
suis, non solum confacerdotibus, verum etiam  
quibusdam aliis fidelibus, quibus consultum ferre  
debuerant, oneri existere, & ob hanc causam  
multos in sui detractionem detestationemque per-  
trahere. Idecirco in commune statuimus, ne ulte-  
rius a quoquam episcoporum tale quid fiat. Sta-  
tuimus etiam, ut tempore congruo unusquisque  
parochiam suam circumbeat. Et quamquam aucto-  
ritas canonica doceat, ut quarta pars decimarum  
& reddituum ex oblationibus fidelium in usus epi-  
scoporum cedat, ubicumque tamen episcopus sua  
habet, suis contentus sit: ubi autem nihil rerum  
ecclesiæ suæ habet, accipiat de memorata quarta  
parte sibi suisque, non quod avaritia, quod ab-  
sit, suaverit, sed potius quod necessitas compule-  
rit. Ceterum si accipiendi nulla necessitas urge-  
rit, nihil de memorata quarta parte accipiat: sed  
ulibus ecclesiæ suæ, & pauperibus Christi imperi-  
tandam secundum suam dispositionem relinquat.

## XXXII.

Quoniam multi sacerdotum partim incuria,  
partim ignorantia, modum penitentiarum reatum  
suum contentibus secus quam jura canonica de-  
cernant imponunt, utentes scilicet quibusdam co-  
dicillis contra canonicam auctoritatem scriptis,  
quos penitentiales vocant: & ob id non vulnera  
peccatorum curant, sed potius foventes palpant,  
incidentes in illud propheticum: *Va qui consumis  
puerillos sub omni cubito manus, & faciunt cervi-  
calia ad decipiendas animas*: omnibus nobis salu-  
briter in commune vitum est, ut unusquisque e-  
piscoporum in sua parochia eosdem erroneos co-  
dicillos diligenter perquirat, & inventos igni tra-  
dat, ne per eos ulterius sacerdotes imperiti homi-  
nes decipiant. Sacerdotes porro, qui aut mu-  
neris, aut amoris, aut timoris, aut certe favoris  
causa, tempora modumque penitentiarum ad libi-  
tum penitentium indicunt, audiant quid Domi-  
nus per Ezechielem prophetam terribiliter dicat:  
*Hæc dicit Dominus Deus. Quia locuti estis vana, &  
eruditis mendacium: ecce ego ad vos: ait Dominus  
Deus: Et erit manus mea super prophetas qui vi-*

Ezech. 13.

lent vana, & divinant mendacium: in concilio po-  
puli mei non erunt, & in scriptura domus Israel  
non scribentur, nec (a) in Israel ingredientur. &  
scietis quia ego Dominus Deus. Eo quod deceperim  
populum meum dicentes: Pax, pax, & non est pax.  
Et post non multa. Cum caperent animas populi  
mei, vivificabant animas eorum, & violabant me  
ac populum meum propter pugillum borderis & frag-  
mentum panis, ut interficerent animas que non mo-  
runtur, & vivificarent animas que non vivunt,  
mentientes populo meo credenti mendacium. Presbyteri  
etiam imperiti solerti studio ab episcopis suis in-  
struendi sunt, qualiter & contentium peccata  
discrete inquirere eisque congruum modum secu-  
dum canonicam auctoritatem penitentiarum noverint  
imponere. Quoniam hactenus eorum incuria &  
ignorantia multorum flagitia remanserunt impu-  
nita: & hoc ad animarum ruinam pertinere du-  
bium non est.

## XXXIII.

Perlatum est ad nos quod in quibusdam pro-  
vinciis plerique episcopi post perceptionem cibi &  
potus (b) soleant per impositionem manuum tra-  
dere Spiritum sanctum: quod tam excellenti mi-  
nistrio profus non convenit, & ita deinceps  
fieri non debere omnibus nobis vitum est. Quo-  
niam credibile est, & auctoritas ecclesiæ ita se  
habet, ut sicut apostoli unanimes existentes,  
Deumque collaudantes & benedictes, ita nimi-  
rum jejunantes accipere meruerim paraclatum Spi-  
ritum sanctum, eosque non nisi jeunos, sicut  
eorum acta docent, aliis eum tradidisse manife-  
stum est. Sicut enim baptimus, excepta infirmo-  
rum causa, non nisi a jejunis celebratur sacerdo-  
tibus, ita etiam traditio Spiritus sancti excepta  
præmissa causa infirmorum, non nisi a jejunis  
celebranda est pontificibus. Dignum quippe est  
ut pontifices Christi primum jejunando & oran-  
do in cordibus suis domum præparent Spiritui  
sancto, & sic per impositionem manuum ceteris  
fidelibus eum tradant orando. Sicut autem duo-  
bus temporibus, pascha videlicet & pentecoste,  
baptimus, ita etiam traditio sancti Spiritus per  
impositionem manuum fidelibus tradatur excep-  
tis videlicet, ut dictum est, infirmis & morte  
periclitantibus, quibus sicut baptismatis gratia suc-  
currendum, ita incunctanter donum Spiritus san-  
cti est tradendum.

## XXXIV.

Cum miseria humana multisariis fragilitatis sum  
excessibus creatoris sui incomparabilem dulcedinem  
sæpissime ad amaritudinem provocet, tunc gra-  
vius sceleratiusque in eum delinquit, quando con-  
tra naturam peccat. Hoc quippe peccatum tribus  
modis Dominum, ut res humanas curare videret-  
ur, terribiliter vindicasse legimus. Inter cetera  
namque peccata, quæ in exordio creationis mun-  
di genus humanum irretadabiliter admiserat,  
hoc maxime peccato, ut quidam tradunt docto-  
res, ad iracundiam provocatus dixisse creditur:  
*Parvitas me hominem fecisse super terram*. Nam & Gen. 6.  
ob id cataclysmo, exceptis octo (c) animabus,  
cunctam generis humani funditus deletit stirpem.  
Pro quo etiam scelere igni cælesti conflagratæ,  
inferni que hiatus absorptæ sunt civitates: nec non Gen. 19  
& quadraginta & amplius millia stirpis Beniami-  
næ mucrone fraterno confossa sunt. Hæc porro  
judicia, & evidentes vindictæ declarant, quam de-  
testabile & execrabile apud divinam majestatem  
hoc vitum extet. In lege quoque Dominus au-  
ctorem hujus sceleris & turpitudinis morte puni-  
ti.

ANNO  
CHRISTI  
1013

(a) in terram Israel &amp;c.

(b) sollempniter soleant per &amp;c.

(c) animalibus.

ANNO  
CHRISTI  
1199

C. 11.

7. Dec. 19.

ri jubet: & apostolus dignum morte adstruit. A Nottri vero temporis miserabilis dignaque emendatione inolevit consuetudo, eo quod multi ecclesiasticae regulæ subjecti, propofiti & ioci sui deserventes effecti, passim quocumque eis voluntas fuerit posthabita auctoritate canonica pergunt, & non solum ab aliis episcopis & abbatibus, verum etiam a comitibus & nonnullis aliis nobilibus viris recipiuntur. Quod quantum & a divina & a canonica auctoritate discordet, in promptu est. Quod ne ulterius fiat, & ab episcopis & a ceteris ecclesiasticis prælati omnine obervandum, & a celsitudine imperiali humiliter petendum, ut potestate regali prohibeatur, ne quispiam laicorum sollicitate aut recipere præsumat alterius clericum. Sed & hoc specialiter ab ejus magnitudine flagitandum necessitas exposcit, ut sua auctoritas inhibeat, ne italici episcopi, abbatesque & comites, ac ceteri nobiles viri, aliorum clericos ex Germania Galliaque illuc fugientes recipere præsumant, quia in hoc facto valde ecclesiasticus honor læditur & violatur, & regula canonica confunditur. Quantum autem hoc sacri canones prohibeant, omnibus legentibus manifestum est.

## XXXVII.

Decet, immo necesse est, ut abbates canonicorum attendant ut quid abbates vocentur. Si patres spiritales sunt, & filios spiritales Domino dignantur, juxta illud apostoli: *Secundum evangelium meum ego vos genui*, merito patres appellantur: si vero seculis inceserint, tanto nomine se indignos faciunt. Quapropter oportet ut memores sint illius apostolici, quo dicitur: *Nemini dantes ullam offensam, ut non vituperetur ministerium nostrum; sed in omnibus exhibeamus nosmetipsos, sicut Dei ministros*: & religiose, caste, ac pudice vivere satagant, venationibus turpibusque lucris, ceterisque vanitatibus paternitati suæ non convenientibus, nullatenus intersint, ne per suum malum exemplum subditos ad ruinam pertrahant: quia in hujuscemodi prælatorum illicitis factis, & magorum animarum periculum generatur, & religio clericalis a multis vituperatur. Unde etiam summo opere episcopis, ad quorum curam pertinent, providendum est, ut hujuscemodi abbates ab illicitis se abtineant, & dictis & exemplis sibi subditis ad vitam æternam ducatum præbere contententur. Quod si episcopo suo obedire superbiendo renuerint, synodali judicio aut corrigantur, aut certe principali auctoritate interveniente, honore prælationis priventur.

## XXXVIII.

Cum ab omnibus Christianis, juxta apostoli documentum, stultiloquium & scurrilitas sit cavenda, multo magis a sacerdotibus Domini, qui aliis exemplum & condimentum salutis esse debent, caveri oportet. Hæc quippe a sanctis viris penitus sunt propellenda, quibus magis convenit lugere, quam ad scurrilitates & stultiloquia, & histronum obscenas jocationes, & ceteras vanitates, quæ animum Christianum a rigore suæ re-  
E. ditudinis emollire solent, in cachinnos ora dissolvere. Neque enim decet, aut fas est, oculos sacerdotum Domini hujuscemodi speâculis fœdari, aut mentem quibuslibet scurrilitatibus aut turpiloquiis ad inania rapi. Ait quippe Dominus in evangelio: *Omne verbum otiosum, quod locuti fuerint homines, reddent de eo rationem in die judicii*. Paulus ad Ephesios: *Omnis, inquit, sermo malus ex ore vestro non procedat, (b) sed si quis bonus ad edificationem fidei, ut det gratiam audientibus: Et nolite contristare Spiritum sanctum Dei, in quo signa-*

## XXXVI.

Præcis temporibus, quando jura canonum suum servabant vigorem, nullus clericorum parochiam suam, in qua divinæ militiæ devinctus erat, relinquere, & ad aliam sine episcopi sui commendatibus litteris & epistolis, quas mos canonicus formatas appellat, audebat quoquomodo pergere.

(a) Concil. XV. (b) sed sit bonus  
Concil. General. Toin. XIV

LIBER I.  
CAP. XXXIX  
XL. ac.  
Ibid. c. 1.  
Vid. 1.

*is estis in die redemptionis. Et non post multa: A* Fornicatio autem, inquit, & omnis immunditia, *avaritia, nec nominetur in vobis, sicut decet sanctos, aut turpitude, aut stultiloquium, aut scurrilitas, qua ad rem non pertinent, sed magis gratiarum actio. Et Isaias: Cithara, & lra, & tympanum, & tibia, & vinum in conviviis vestris; & opus Domini non respicitis, nec opera manuum eius consideratis. Sunt & alia hujusce rei innumera exempla, quae perspecta & diligenter animadvertita, non solum sacerdotibus, verum etiam ceteris fidelibus magno terrori sunt necesse est, ne dum his contra fas se subdunt, animae suae salutem negligant. Proinde nobis omnibus in commune vitium fuit, ut si qui sacerdotum hactenus his vanitatibus usi fuerunt, ab his deinceps, Domino*

*te canonicae auctoritatis transgressor, irretractabiliter feriat.*

ANNO CHRISTI 819

XLII.

Invenimus quod quaedam feminae, maxime haec quae valde (a) sensu tenues sunt, sine consensu sacerdotum idcirco sibi metipsis velum imponant, ut sub praetextu hujus velaminis, ecclesiarum excubatrices & administratrices fieri possint. Haec igitur incauta velatio unumquisque episcopus provideat ne in parochia sua fiat. Et quis in plerisque locis hujusmodi velatas laqueum sacerdotibus exitisse cognovimus, prohibemus ne quisquam presbyterorum hujusmodi personas in basilicis sibi commissis pro hujusmodi obsequio admittere praesumat. Talis vero velatio ne ulterius indifere fiat inhibeat: & hujusmodi mulierculae examinentur, & instruantur qualiter, si propter Deum se sacrari volunt, velandae sint, qualiterque eadem velationem sub castitatis & humilitatis proposito conservent, diligenter admoveantur.

XLIII.

Inter cetera quae contra religionem Christianam in ecclesia Christi fieri cognovimus, non minus emendatione & congrua correctione dignum invenimus, quod quaedam abbatissae & ceterae sanctimonialiales, non solum viduas, sed etiam virgines puellas velare solent: quod quantum sexui femineo illicitum, & a religione Christiana sit alienum, omnis qui sanum sapit facile advertit. Pene igitur in omnibus monasteriis puellaribus hujusmodi velatas invenies. Idcirco etenim hujusmodi hoc modo potius quam a sacerdote velari volunt, quia dum clanculose corrumpunt, nihil sibi obesse ad peccandum tale velamentum putant. Ita ergo idem illicitum & temerarium factum habetur in usu, ut vix aut viduae velari a presbyteris, aut puellae virgines consecrari expectant a pontificibus. Nulli quippe dubium est, quin hoc factum ex toto a divina abhorreat auctoritate, & ad negligentiam quorundam pertineat sacerdotum. Verum ne deinceps fieri praesumatur, omnes in commune inhibendum decrevimus. Ac si forte aut abbatissa, aut alia quaelibet sanctimonialis, post hanc definitionem in tantam audaciam proruperit, ut viduam, aut puellam virginem velare praesumat, congrua ab episcopo suo correctione coerceatur, & poenitentiae canonicae utique ad satisfactionem subdatur.

XLIV.

Nobiles feminae, quae amissis viris velantur, & non in monasteriis sub spiritualis matris regimine, sed potius in domibus propriis, occasione liberorum rerumque suarum residere, delictique assidue delectantur, quia, juxta apostolum, viventes mortuae sunt, necesse est ut ab episcopis pastoralis sollicitudine admoveantur & instruantur, quatenus suae salutis consulant, ne sic indifere vivendo, & terrenis actionibus, sexui suo non convenientibus, se implicando, vitam perpetuam amittant. Et ab hinc ab omnibus observandum statumus, ut hujusmodi viduae amissis viris repente non velentur, sed cum conviventia episcopi sui triginta diebus, ut a glorioso principe domno Hindovico cum consensu venerabilium sacerdotum jam dudum constitutum est, (b) expediant, quibus peractis, aut nubant, aut, si potius Deo se sacrari exposuiverint, admoveantur & instruantur, ut non in domibus propriis, sed in monasteriis, sub spiritualis matris regimine Deo se servituras subdant: quoniam hujusmodi adolescentulas viros amittentes, & in sanctimoniali habitu in propriis domi-

In capitula post Concilium Aquiligranense c. 21.

Matth. 11.  
Olea. 8.  
Ibid. 16.  
Lib. 1. c. 1.

*XXIX.*  
Aliter quam divina auctoritas & religio Christiana docet agitur, quando feminae amissis viris, catenus carnaliter viventes, repente & sine probationis examine ad regimen animarum pertrahuntur, praeficiunturque sanctimonialibus, utpote matres spirituales, quas nunquam contigit ejusdem propositi discipulas extitisse. Fitque ut quae forte feliciter incedebant, earum pravis exemplis miserabiliter ruant. Dum his igitur, aut generositatis, aut honoris temporalis, aut certe mundanarum divitiarum causa, hujusmodi praelationis honor committitur, verendum est, ne animarum illarum sovea ruinae praeparatur, dicente Domino in evangelio: *Caecus autem si caeco ducatum praebet, ambo in fossam cadunt.* Et per prophetam: *Ipsi, inquit, regnaverunt, & non ex me: principes extiterunt, & non cognovi.* Itemque: *Ipsi pastores ignoraverunt intelligentiam.* Gregorius in libro pastoralis titulo primo: Nulla ars doceri praesumitur, nisi intentia prius meditatione dicatur. Ab imperitis ergo pastorale magisterium qua temeritate suscipitur, quando ars est altum regimen animarum? Sunt & alia multa prophetica & evangelica testimonia, & sanctorum patrum dicta, quae hujusmodi personas pastorale magisterium lubire non nisi ad suam ruinam manifestant. Quia ergo haec res divinae auctoritati non concordat, necesse est ut caveatur, ne forte & committenti, & his quibus committitur, laesura animarum proveniat.

XL.

Comperimus quod quidam presbyterorum incaute & extraordinarie velum viduarum, inconsultis episcopis suis, contererent, & ob id eidem religioni macula ingerebatur, quia eisdem velatis per diversa vagandi occasio praebatur. Ut autem nullus pontificum viduas velare attenter, canonica auctoritas inhibet. Quod vero presbyteri, inconsultis episcopis suis, velum viduarum consecrare non praesumat, prorsus interdiciamus. Quod si quisquam presbyterorum hujus constitutionis contumaciter transgressor extiterit, canonicae correctionis poenas luat.

XLI.

Quorundam relatu didicimus quosdam presbyteros tunc menturae immemores, imino canonicae auctoritati relutantes, in tantam audaciam prorupisse, ut sacrarum virginum consecratores existerent. Et hoc ad negligentiam episcoporum pertinere dubium non est. Quod quia canonicae auctoritati minime concordat, ne ulterius quisquam presbyterorum id facere praesumat, prorsus inhibemus. Quod si forte, quod non optamus, aliquis presbyterorum id facere praesumpserit, utpo-

(a) sensu. (b) expediantur.



ANNO  
CHRISTI  
159.  
Tom. 1.

mibus residentes, perſepe in laqueum diaboli lapſas eſſe didicimus. Quales autem vidus eligenda ſunt, apoſtolico inſtrumentum documento. Qualiter etiam Deo ſacris vivendum ſit, & apoſtolicus ſermo, & ſanctorum patrum, Cypriani videlicet, Hieronymi, Auguſtini, ceterorumque copioſa extant monumenta, & liquido demonſtrant, viduas & delictis & accuratone ſuperfluarum veſtium, & ceteris carnalibus delectationibus, ſi vitam æternam veraciter comprehendere voluerint, omnino carere debere.

## XLV

Quidam noſtrorum verorum virorum relatu, quidam etiam viſu didicimus, in quibſdam provinciis, contra legem divinam canonicamque inſtitutionem, feminas ſanctis altaribus ſe ultro ingerere, ſacrataque vaſa impudenter contingere, & ſindumenta ſacerdotalia preſbyteris adminiſtrare, & quod his majus, indecentius, ineptiusque eſt, corpus & ſanguinem Domini populis porrigere, & ſua queque, quæ ipſo dictu turpia ſunt, exercere. Miranda ſane res eſt, unde iſtilicite in Chriſtiana religione irreperit ulus, ut quod viris ſecularibus illicitum eſt, feminæ, quantum ſexui nullatenus competit, aliquando contra ſas ſibi licitum facere potuerint: quod quorundam episcoporum incuria & negligentia proveniſſe nulli dubium eſt. Unde vobis ſacerdotibus, ad quos illorum ſacerdotum vitia tranſierunt, que in Machabeorum libro ſecundo leguntur: quando ſcilicet ſacerdotes delegatum ſibi religionis officium poſtponentes, templo Dei ſacris officiis deſtituto, ipſi adeo carnalibus deſideriis & illicitis actionibus vacabant, ut mulieres ſacris ædibus ſe, nullo prohibente, ingererent. introferentes ea quæ non licebat. Quod autem mulieres ingredi ad altare non debeant, & in concilio Laodicenſi capitulo XLIV. & in decretis Gelafii papæ titulo XXVI. copioſe invenitur. Hoc ergo tam illicitum factum, quia ex toto a religione Chriſtiana abhorret, ne ulterius fiat inhibendum eſt. Proinde unuſquiſque episcoporum ſollicite ſagaciterque provideat, ne in ſua parochia tale quid fieri deinceps ſinat.

## XLVI.

Add. c. 16.

Comperimus etiam quosdam canonicos & monachos, poſthabito religionis ſuæ pudore, monaſteria ſanctimonialium, tam (a) monachorum, quam canonicorum, inconſulto episcopo ſuo, impudenter atque irreverenter adire. Qui obtendere ſolent ſe non ob aliud illuc accedere, niſi aut propinquitatis, aut familiaritatis, aut certe neſcio cuius colloctionis gratia. Quod factum, quia nec canonico nec monaſtico congruit propoſito, proſus interdiciamus: niſi forte cauſa prædicationis, aut certe inevitabilis neceſſitas id facere coegerit, & hoc nullatenus ſine licentia episcopi, aut illius, qui vice illius fungitur, fieri præſumatur. Quod ſi ſermo prædicationis faciendus eſt, congruo in loco coram omnibus fiat. Si vero colloquendum cum aliqua ſanctimonialium ratio expoſtulat, id non alicubi, niſi in conſtituto loco, id eſt in auditorio, ſub teſtimonio virorum religioſorum & religioſarum ſeminarum fiat. Quando vero ſacerdotibus in monaſteriis puellaribus miſſarum celebrationes faciendæ ſunt, cum miniſtris ſibi deputatis illuc ingrediantur, quibus rite peractis, non ad ſecretas colloctiones ſanctimonialium ſe ullo modo divertant, ſed cum miniſtris ſuis illico egrediantur. Porro ſi ſacerdotibus ſanctimoniales peccata ſua conſiteri voluerint, id non niſi in eccleſia coram ſancto altari, adſtantibus haud procul

teſtibus faciant. Si autem infirmitas præpedierit, ut in eccleſiis eadem conſilio fieri nequeat, in quacumque ſibi domo faciendæ eſt, non niſi teſtibus ſimiliter haud procul adſtantibus fiat. Nullo modo quippe videtur nobis convenire, ut monachus, relicto monaſterio ſuo, idcirco ſanctimonialium monaſteria adeat, ut conſitentibus peccata ſua modum pœnitentiæ imponat. Nec etiam illud videtur nobis congruum, ut clerici & laici episcoporum & preſbyterorum canonicorum iudicia declinantes, monaſteria monachorum expetant, ut ibi monachis ſacerdotibus conſeſſionem peccatorum ſuorum faciant: præſertim cum eiſdem ſacerdotibus monachis id facere ſas non ſit, exceptis hiſ duntaxat, qui ſub monaſtico ordine ſecum in monaſteriis degunt. Illis namque eſt conſeſſio peccatorum faciendæ, a quibus tubinde & modus pœnitentiæ, & conſilium ſalutis capiatur, & a quibus poſt tempora pœnitentiæ peracta, ſecundum canonicam inſtitutionem, ſi episcopus juſſerit, reconciliatio mereatur. Pœnitentiæ porro non in multitudine annorum, ſed potius in contritione cordis & corporis eſt æſtimanda. Episcopis ſane idcirco ſummopere providendum eſt, ne canonicorum aut monachorum acceſſus indiſcretus in monaſteriis puellaribus paſſim fiat, quia perſepe hac occasione multos utriuſque ordinis, canonicos videlicet & monaſtici, viros muſcipulam diaboli incurriſſe cognovimus. Cum igitur canonicis illicitum ſit ſupra memoratæ rei gratia monaſteria puellarum adire, unde tantæ tranſgreſſionis mos inolevit, ut monachi hanc ſibimet licentiam faciendi uſurpare tentaverint, cum canonica auctoritas doceat monachos quietem debere diligere, & intentos eſſe tantummodo jejunio & orationi, in locis, quibus renuntiaverunt ſæculo, permanentes, ut nec eccleſiaſticis, nec ſecularibus negotiis communiqueant; nec in aliquo ſint moleſti, propria monaſteria deſerentes, niſi forte eis præcipiatur propter opus neceſſarium ab episcopo civitati. His ita ex canonica auctoritate præmiſſis, oportet ut canonicos & monachi ſe ab hoc illicito ſæculo cohibeant, ne contingat eos canonica cenſura percelli, qua dicitur: Tranſgredientem vero hanc definitionem noſtram excommunicatum eſſe decrevimus, ne nomen Domini blaſphemetur. Qualiter autem colloctiones ſeminarum hiſ qui ſacris officiis mancipati ſunt vitandæ ſint, vita beati Auguſtini, & beati Ambroſii, & dicta ſanctorum Cypriani atque Hieronymi, & aliorum plurimorum aperte oſtendunt.

## XLVII.

Conſuetudines ad quorundam libitum repertæ, licet contra auctoritatem eccleſiaſticam exiſtant, non ſacilem tamen correptionem accipiunt. E quibus eſt illud quod plerique preſbyteri, neglectis baſilicis Deo dicatis, in domibus & hortis miſſarum celebrationes contra divinam auctoritatem & canonicam inſtitutionem facere præſumunt. Et hoc ſimiliter ad episcoporum culpam pertinere perſpicuum eſt. Proinde neceſſe eſt ut unuſquiſque episcoporum huiſcemodi temerariam conſuetudinem a parochia ſua penitus amoveat. Et ſi quis preſbyterorum abhinc, excepto quando in itinere pergitur, & locus baſilicæ procul eſt, & id in altaribus ab episcopo conſecratis fieri neceſſitas compellit, ne populus Dei ſine miſſarum celebratione, & corporis & ſanguinis dominici perceptio- ne, maneat, miſſarum celebrationes in huiſcemodi illicitis locis, poſt tot tantaſque prohibitiones facere attentaverit, dignum eſt ut gradus ſui per-

(a) monachorum.  
Concil. General. Tom. XIV.

LIBER I.  
CAP.  
XLVIII  
XLIX & L.  
Total 16.

viculum incurrat. Laicos namque plerisque mem-  
niste oportet pœnæ regis Oziz, qui pro eo quod  
contra fas sacerdotale ministerium arripuit, lepram  
immunditia illico muldari meruit. Et diligenter  
perpendant non esse sui officii, ut relictis basilicis  
Deo dicatis, & episcopali auctoritate contempta,  
ad libitum suum in hortis & domibus, vel certe  
œdiculis, quas juxta domos suas construunt, &  
pallis exornant, in quibus altaria erigi faciunt,  
missarum celebrationes presbyteros facere compellant.  
Satius igitur illis est missam non audire, quam  
eam ubi non licet, nec oportet, audire. Sed &  
presbyteri, si tamen presbyteri vocandi sunt, qui  
inconsultis episcopis suis altaria in talibus locis  
erigere præsumunt, juxta censuram canonicam gra-  
dus sui periculum incurrere merentur. Recenti  
quippe tempore de celebrandis in talibus locis mis-  
sis emerit contra auctoritatem ecclesiasticam hæc,  
ut quibusdam videtur, religiosa consuetudo: quæ  
quia aperte ecclesiasticæ antiquæ traditioni videtur  
reniti, non debet nova adinventione & qualibet  
pertinaci intentione defendi. Quando enim in iti-  
nere pergitur, non industria, sed necessitas aliubi,  
quam in ecclesia, missarum celebrationem fieri  
urget: quando vero in domibus & hortis absque  
præmissa necessitate fit, aperte humana præsumptio  
& præcepto divino & auctoritati canonicæ contrai-  
re comprobatur. Ubi autem Deo sacrificium offe-  
rendum sit lex divina docet, Domino dicente: *Non  
offerat holocaustum tuum in omni loco, sed in loco  
quem elegerit Dominus Deus tuus, ibi offeras holocau-  
stum tuum.* Et in concilio legitur: Non oportet,  
inquit, in domibus oblationes fieri. Quando ergo  
quod Dominus prohibet facere, humana præ-  
sumptio non metuit, procul dubio præceptum Dei  
transgredi non pertimescit. Quapropter necesse est  
ut consuetudines prævæ postponantur, & justioni-  
bus divinis obtemperando, ecclesiastica auctoritas  
impleatur.

XLVIII.

Irrepsit in plerisque locis, partim incuria, partim  
avaritia, reprehensibilis usus, & congrua emen-  
datione dignus, eo quod nonnulli presbyterorum  
sine immissis missarum solemnibus frequentent: quod  
nec verba Domini salvatoris, quibus mysteria corpo-  
ris & sanguinis sui discipulis celebranda tradi-  
dit; nec apostoli Pauli documenta declarant; nec  
etiam in ipsis Actis apostolorum, si enucleatim  
legantur, ita fieri debere ullo modo inveniuntur.  
Unde conveniendus, immo interrogandus nobis  
videtur hujusmodi corporis & sanguinis Domini  
solitarii consecrator, quibus dicit: *Domine vobiscum,*  
& a quo illi respondetur: *Et cum spiritu  
suo:* vel pro quibus supplicando Domino inter ce-  
tera: *Memento, Domine, & omnium circumstantium,*  
cum nullus circumstet, dicit. Quæ consuetudo  
quia apostolicæ & ecclesiasticæ auctoritati refraga-  
tur, & tanto mysterio quamdam dehonorationem  
irrogare videtur, omnibus nobis in commune vi-  
sum est, ut deinceps hujuscemodi usus inhibea-  
tur; provideatque unusquisque episcoporum, ne in  
sua parochia quisquam presbyterorum missam solus  
celebrare præsumat, & si hanc definitionem superbiendo  
transgressus fuerit, canonicæ correctioni subjaceat.

XLIX.

Sicut unicuique civitati convenit proprium ha-  
bere episcopum, ita & unamquamque basilicam  
Deo dicatam decet & oportet proprium habere  
presbyterum. Avaritia sane, quæ est idolorum  
servitus, quod non sine magno pudore prosequi-  
mur, quosdam invasit presbyteros, suisque retina-  
culis adeo vinxit, captivosque effecit, ut instar  
æcorum efferri, nesciant quo eant, nesciantque  
quid esse vel quid agere debeant. Hi namque

Add. c. 8.

Avaritia avaritia æstuant, sacerdotalisque dignita-  
tis immemores, curamque basilicarum, in quibus  
promoti sunt, postponentes, datis quibusdam xe-  
nis, aut pollicitis, non solum a clericis, verum  
etiam a laicis, alias basilicas contra fas ad Chri-  
sti famulatum peragendum suscipiunt: utrum con-  
sultis an inconsultis episcopis id faciant, necne,  
ignoratur. Si consultis id faciunt, eorum trans-  
gressioni iidem episcopi procul dubio communi-  
cant. Si vero eis inconsultis id facere præsumunt,  
nihilominus episcoporum negligentia id adieri-  
endum est. Vix enim quisquam presbyterorum in  
basilica, in qua divina servituti mancipatus est,  
digne atque strenue militare invenitur; quanto  
minus id in duabus aut tribus aut eo amplius ba-  
silicis digne exequi valet? In quo facto & religio  
Christiana fuscatur, & sacerdotalis ordo confun-  
ditur, immo avaritia sacerdotum a subditis deno-  
tatur, locaque Deo dicata cultu sibi debito pri-  
vantur, & ut in superioribus capitulis jam dictum  
est, animarum pericula generantur. Quod ne ul-  
terius unusquisque episcoporum in parochia sua  
fieri sinat, omnes in commune statuimus, decer-  
nentes ut singulæ basilicæ plebes & res, quibus  
consistere possint, habentes, singulos habeant pres-  
byteros. Si vero plebes habuerint, & rebus qui-  
bus consistere possint caruerint, in arbitrio epis-  
coporum pender, utrum ita consistere debeant,  
aut possint, necne. Hoc tamen specialiter eorum  
sollertia providendum est, ut hac occasione nul-  
lus presbyter duas aut tres avaritiæ causa, quibus  
sufficere secundum divinum cultum nullatenus po-  
test, habere audeat basilicas.

ANNO  
CHRISTI  
1099.

L.

Nulla modo divina auctoritati concordat, quod  
religio Christiana, sicut a sanctis patribus tradi-  
tum accepit, & ecclesiæ auctoritas se habet, diem  
dominicum, in quo auctor vitæ a mortuis resur-  
rexit, reverenter venerabiliterque non colit. Ut-  
cumque enim a quibusdam dominis venerando cus-  
todiri videtur, sed a conservis servitio eorum præ-  
satis peccato debito honore coli invenitur. Paganis  
autem moris fuit, ob memoriam & reverentiam  
deorum suorum dies colere, nam & Judæis car-  
nalibus moris est sabbatum carnaliter observare.  
Christianorum porro religiosæ devotionis, quæ  
ut creditur, ex apostolorum traditione, immo ec-  
clesiæ auctoritate descendit, mos inolevit, ut ob  
memoriam dominicæ resurrectionis diem domini-  
cum venerabiliter atque honorabiliter colat: quo-  
niam eo die Deus lucem mundi condidit, eo die,  
ut dictum est, Christus a mortuis resurrexit, eo  
die paraclitum Spiritum sanctum apostolis misit  
de cælis, eo die, ut a quibusdam doctoribus tradi-  
ditur, manna pluit de cælo. Hæc & his similia  
liquido demonstrant hunc diem ceteris diebus ce-  
lebriorem & venerabiliorem fore. Unde constat,  
quoniam sicut nonnulla alia religione Christiana,  
propter amorem & delectationem mundi, propri-  
asque humanas delectationes, & pravissimas, im-  
mo periculosissimas consuetudines, quæ jam pro  
lege habentur, recesserunt, ita quoque tanti diei  
veneratio ab usu Christianitatis magna ex parte  
recesserit. Multi namque nostrorum visu, multi  
etiam quorumdam relatu didicimus, quosdam in  
hac die ruralia opera exercentes fulmine interem-  
ptos, quosdam artuum contractione muldatos,  
quosdam etiam, visibili igne corporibus ossibus-  
que simul sub momento absumptis, in cinerem  
de subito resolutis, peccaliter occubuisse. Et multa  
alia terribilia judicia extiterunt, & hætenus  
existunt quibus declaratur, quod Deus in tanti  
diei dehonoratione offendatur. Proinde omnibus  
nobis visum est, ut primum sacerdotes, postea  
re-

Add. c. 9.

ANNO CHRISTI 619

LIBER I. CAP. LI. LII LIII

reges & principes, cunctique fideles summopere adhaerentem eas? A maxilla enim ascendunt usque ad oculos, & Dominus exauditor non detestabitur in illis. Multa quoque his similia de hujusmodi oppressione testimonia persacile proferri poterant, sed alibi proferenda reservantur. De modio autem aequo, iustoque sextario habendo, Dominus in libro Levitici ita loquitur: *Nolite facere sicut cum aliquo in iudicio, in regula, in pondere, in mensura: statera iusta, & aequa sint pondere, iustus modius, aequalisque sit vobis sextarius. Ego Dominus Deus vester, qui eduxi vos de terra Aegypti. Custodite praecepta mea, & universa iudicia, & facite ea, ego Dominus.* Salomon in Proverbiis: *Pondus & pondus, mensura & mensura, utrumque abominabile est apud Dominum.* Item in eodem: *Abominatio est apud Dominum pondus & pondus, statera dolosa non est bona.* In nou faciendo quippe quae Dominus iubet delinquimus: in faciendo autem quae vetuit procul dubio peccamus. Ergo quando ea quae vetat facimus, eius procul dubio sancti praecepti transgressores existimus. Quamquam ergo consuetudines perverae non facile corrigantur, haec tamen consuetudo inaequalium modiorum, & injustorum sextariorum, atque ponderum dolosorum, necesse est ut principali metu ocios corrigatur, & ad praeceptum divinum tanta fortitudo rethetur: quia verendum est, ne inter cetera mala hoc quoque non solum facientibus & consentientibus, sed etiam non corrigentibus, quod abest, proveniat in damnationem.

Illud quoque ex toto a divina auctoritate dissentit, & afflictionem atque oppressionem ingentem pauperibus irrogat, quod quidam non solum clerici, sed & laici, dominici praecepti transgressores effecti, minorein modium atque sextarium in vendendo atque commodando, majoremque in recipiendo habent; simulque stateras minores atque dolosas in matuando atque vendendo, majoresque in recipiendo habentes: & ob hoc dum suae intolerabili cupiditati satiscere astant, heu, proh dolor! miseros quosque paupertati addicunt, & mendicos efficiunt. Quoniam in inaequalibus mensuris & diversis fenerationibus adeo eos obligantes coarctant, ut ex vineolis suis ob mercedem laboris sui nihil residui sibi suaeque conjugii & liberis, nec cyathus, nec uva quidem remaneat: sed ut omnia in cellaria sua ex alle deveniant sagaciter elaborant. Quam crudelitatem quidam dominorum tam per se, quam per atroces ministrorum suos, in sibi subiectis exercere comprobantur, ita ut nihil sibi suaeque conjugii ac liberis de fructu messium vinearumque suarum usurpare audeant, sed omne, quidquid illud est, dominis suis ex integro custodire & reddere compellantur. Quod impietatis vitium beatus Job multum se cavere insinuat, cum ait: *Si adversum me terra mea clamat, & cum ipsa sulci eius desint: si fructus eius comedi absque pecunia, & animam agricolarum eius affixi; pro frumento oritur mihi tribulus, & pro bordeo spina; & clamor ipsorum in aures Domini sabaoth introibit.* Quae verba Beda ita exponit: Dominum sabaoth, id est Dominum exercituum, appellat, ad terrorem eorum qui pauperes conterunt & attingunt, eosque nullum putant habere tutorem. Huic enim loco congruit illud Psalmistae: *Tibi derelictus est pauper, pupillo tu eris adjutor.* Et alibi Psalmista in persona Domini loquitur: *Propter misericordiam tuam, & gemitum pauperum nunc exurgam, dicit Dominus.* Et illud quod in libro beati Job scriptum est: *Neque enim frustra audiet Deus, & omnipotens singulorum causas intuebitur.* Et illud Salomonis: *Non despiciat preces pupilli, nec viduam, & effundat loqueliam gemitus. Nonne lacryma viduae*

Job 31.

Job 31.

Psal. 9.

Psal. 10.

Job 31.

Eccl. 35.

Non solum rumore, sed etiam venerabilium virorum relatu comperimus, quod in quibusdam occidentalibus provinciis, luadente avaritia, episcopi & comites, & ceteri praetati pauperibus sibi subiectis soleant edictum imponere, ut nullus illorum tempore messis modium frumenti, nec tempore vindemiae modium vini majori pretio, nisi quod ab eis constituitur, vendere praesumat. Quod si quisquam illorum facere praesumpserit, & paupertati suae magnam iacturam patitur, insuper etiam acerbis verberibus flagellatur. Unde fit ut cum aliis modius frumenti duodecim denariis, & modius vini viginti denariis venundari possit, hujusmodi seniores modium frumenti ad quatuor, & modium vini ad sex sibi extorqueant denarios. Quae res quia impietatis injustitiaeque plena est, necesse est ut piissimi principis auctoritate inhibeatur: quoniam verendum est, ne dum his & his similibus gravaminibus pauperes atteruntur, ira interim iudicis non solum facientibus, sed etiam consentientibus, & corrigere nolentibus accumulatur; quatenus pauperibus libertas tribuatur, ut redditus senioribus suis quae iuste reddenda sunt, reliqua quae sibi supersunt liceat aliis, prout patrio vendentis & ementis grata fuerit, absque prohibitione seniorum suorum distrahere.

Cum multa & innumera sint mala, quibus & Deus offenditur, & regnum Christianorum periclitatur, extat inter cetera unum quoddam valde execrabile Deoque detestabile avaritiae genus, quo indubitanter & Deus ad iracundiam provocatur, quia eo praeceptis divina transgressi (a) argumenta damnationis preparantur, eo quod scilicet quidam clericorum & laicorum, oblitii perceptionis dominicae, qua dicitur: *Pecuniam tuam non dabis tui ad usum, & frugum superabundantiam non exiges: Ego Dominus Deus vester;* in tantam turpissimum lucri

(a) augmenta &c

LIBER I.  
CAP. LIII.

rabiam exarscint, ut multiplicibus atque innumeris usurarum generibus sua adinventione & cupiditate repertis adeo pauperes Christi affligant, ut, exceptis aliis oppressionibus, quibus ad injuriam Dei atrociter cruciantur, hoc speciali malo multi eorum fame & egestate confecti pereant; multi etiam hac oppressione compulsi, propriis derelictis, alienas incolatus gratia terras expetant. Famis præterea tempore, cum quispiam pauper omnium rerum penuria attenuatus ad aliquem tæneratorem venit, utpote frater ad fratrem, quos constat uno pretioso Christi sanguine redemptos, petens ab eo suas miserabiles necessitates sublevari, sibi que id quo indiget commodari; taliter sibi ab eo solet responderi: Non est mihi frumentum, aut aliud quid, quod in cibum tibi sumere vis, ad mutuandum, sed magis ad vendendum. Si vis emere, ser pretium, & tolle. Cui pauper: Non est mihi, inquit, quidquam pretii, quo emere id quo indigeo valeam. Sed peto abs te, ut miseraris mei, & quomodocumque vis, mihi quod peto, ne fame peream, mutuum porrige. Fœnerator e contra: Quot modo denarius possum modium frumenti mei vendere, aut tot denarios tempore fructus novi mihi redde, aut certe eorum pretium in frumento & vino, & ceteris quibuslibet aliis frugibus, ad plenum supple. Unde evenire solet, ut pro uno frumenti modio taliter mutuato, tres aut certe quatuor modii a pauperibus tempore messis violentier exigantur. Quod & de modio vini similiter fieri solet. Sunt etiam alii crudelissimi fœneratores, qui tempore necessitatis nihil commodare pauperibus volunt, nisi messillas suas & vineolas & pratella ea ratione in pignus dederint, ut quidquid frugum in hinc colligi poterat, pro pivo quod mutuum acceperunt ex alie amittant. Quæ res non minimam pauperibus generat afflictionem & penuriam. Sunt & alia multifarie calliditates quorundam fœneratorum, quibus pauperes exhauriuntur, & paupertati addicuntur, quas hic enumerare magni est tædii, magnæque prolixitatis. Dominus quippe & in legalibus & in propheticis oraculis usuram fieri minaciter atque terribiliter inhibet, & præsumptio humana a summo creatore prohibita superbiendo perpetrare ad sui discrimen non metuit. D

Exod. 22. Ait namque in libro Exodi: Si pecuniam mutuum dederis populo meo pauperi qui habitat tecum, non urgebis eum quasi exactor, nec usuris opprimes. In libro Levitici: Si attenuatus fuerit frater tuus, & infirmus manu, & suscepis eum quasi advenam & peregrinum, & vixerit tecum, ne accipias ab eo usuram, nec amplius quam dedisti. Time Deum tuum, ne vivere possis frater tuus apud te. In libro Deuteronom. Si unus de fratribus tuis, qui morantur intra portas civitatis tuæ, in terra quam Dominus Deus tuus daturus est tibi, ad paupertatem venerit, non obdurabis cor tuum, nec contrabes manum, sed aperis eam pauperi, & dabis ei mutuum quo eum indigere perspexeris. Item in eodem: Cave ne forte subrepat tibi impia cogitatio, & dicas in corde tuo, Appropinquat septimus annus remissionis; & avertas oculos tuos a paupere fratre tuo, nolens ei quod postulat mutuum commodare, ne clames contra te ad Dominum, & fiat tibi in peccatum: sed dabis ei, nec ages quidpiam callide in ejus necessitatibus sublevandis. ut benedicat tibi Dominus Deus tuus in omnino tempore, & in cunctis ad quæ manum miseris. Non deerant pauperes in terra habitationis tuæ. Idcirco præcipio tibi, ut aperias manum fratris tuo egeno & pauperi, qui tecum versatur in terra. Per

Exod. 22.

Levit. 25.

Deut. 23.

ibidem.

ad usuram dat, & amplius accipit, non vivere proestatur. Ait autem: Si genuerit quis filium latronem effundentem sanguinem, & fecerit unum de istis, & hac quidem omnia non facientem, sed in montibus comedentem, & uxorem proximi sui pollutentem, egenum & pauperem contristantem, rapientem rapinas, pignus non reddentem, & ad idola levantem oculos suos, abominationem facientem, ad usuram dantem, & amplius accipientem, numquid vivet? Non vivet, dicit Dominus. Item idem: Menera acceperunt apud te ad effundendum innoxium sanguinem, usuram & superabundantiam accepisti, & avare proximos tuos calumniata es. Amos propheta: Audite hoc qui conteritis pauperem, & deficere facitis egenos terra, dicentes: Quando transibis messis, & venandabimus merces, & sabbatum, & aperiemus frumentum; ut imminuamus mensuram, & augeamus sicium, & supponamus stateras dolosas, ut possideamus in argento egenos, & pauperes pro calcamentis, & quisquilias frumenti vendamus? Juravit Dominus in superbiam Jacob: Si oblitus fuero usque ad finem omnia opera eorum, numquid super isto non commovebitur terra, & lugerit omnis habitator ejus? Quis rogo tam ferrei pectoris exiit, cui tam terribilis sententia terrorem non incutiat, qua dicitur: Numquid super isto non commovebitur terra, & lugerit omnis habitator? Aperte ergo hac sententia manifestatur, quod propter usuras, & inæquales mensuras, staterasque dolosas, atque oppressiones pauperum, commotio terræ, immo periclitatio & infirmitas regni, ludusque omnium habitatorum ejus proveniat. Beatus quoque Hieronymus hunc locum ita exponit; O tu Israel, audite quæ scelera feceritis. De nocte (a) fumentes, pro oratione & hymnis ad Deum studium habetis conterendi sive opprimendi pauperes, ut fame & egestate confecti auferantur e terra: qui expectatis Kalendas, ut negotiemini, & usuras augeatis usuris: & sabbata, ut aperiat horrea, detisque frumentum, amplius recepturi: & Dei solemnitates turpis lucri gratia in vestra compendia vertitis: qui minorem in vendendis mercibus mensuram facitis, & majora pondera in accipientibus, stateramque iniquam, ut possideatis pecunia pauperem, & tam viles habeatis homines, ut impleatis illud quod supra de vobis dixeram, pro eo quod vendidistis argento justum, & pauperem pro calcamentis; & in tantam lucri rabiem proflisistis, ut non frumenta, quorum elu hominum corpora sustentantur, sed quisquilias & purgamenta frumenti vendatis pauperibus, pulverem & paleas tritico commiscentes. Item idem in expositione Ezechielis prophetæ: Putant quidam usuram tantum esse in pecunia. Quod previdens scriptura, omni rei aufert superabundantiam, ut plus non recipias quam dedisti. Solet in agris frumenti & milii, vini & olei, ceterarumque specierum usura exigi, sive, ut appellat sermo divinus, superabundantia: verbi gratia, ut hiemis tempore edemus decem modios, & in messe recipiamus quindecim, hoc est amplius quam partem mediam: qui justissimum se putaverit, quartam plus accipiet portionem. Et solent argumentari, & dicere: Dedi unum modium, qui satius fecit decem modios: nonne justum est ut medium modium de meo plus accipiam, cum ille mea liberalitate novem & semis de meo habeat? Nolite errare, inquit apostolus, Deus non irridetur. Respondet enim nobis breviter fœnerator misericors, utrum habenti dederit, an non habenti. Habenti utique dare

ANNO

CHRISTI

899.

Ezech. 18

Ezech. 22

Amos 8.

Amos

Ezech. 18

Galat. 6

(a) diligentes.

ANNO CHRISTI 1099

7/ul. 10.

7/ul. 10.

7/ul. 11.

7/ul. 10.

7/ul. 11.

1. 7/ul. 11.

dare non debuerat, sed dedit quasi non habenti: A ergo quare plus exigit, quasi ab habente? Alii pro pecunia fœnerata solent munuscula accipere diversi generis, & non intelligunt usuram appellari & superabundantiam, quidquid illud est, si ab eo quod dederint plus acceperint. In psalmo 114. *Qui pecuniam suam non dedit ad usuram.* Hieronymus. Primo dicendum juxta literam, quod lex indigenis tantum & civibus prohiberit fœnus imponi, & alienigenis jure fœnerari: David vero evangelicum describens virum, & cum qui habitaturus sit in monte sancto Dei, hoc est in ecclesia Dei, in cunctos generaliter fieri vetarit. Hanc etiam sententiam qua dicitur: *Qui pecuniam suam non dedit ad usuram*, Cassiodorus ita exponit: Duobus modis in scripturis sanctis pecunia probatur intelligi. Una est ista metallica, quæ ad usuram dari omnino prohibetur, quoniam vitium cupiditatis est exigere velle quod te nescias commodasse. Hanc quidem habuit Dominus Jesus Christus, quam Judæ tradidit erogandam, quam non dedit ad usuram, quando illam indigentibus ad informandos nos pia largitate concessit. Item idem: *Et non defecit de plateis ejus usura & dolus.* Intendamus quod non dixit occulte, sed in plateis talia fuisse commissa, que superna damnavit sententia. De usura enim dictum est: *Qui pecuniam suam non dedit usuram; de dolo autem: Et labia tua non loquantur dolum.* Hæc non occulte gessit, sed quodammodo libera commisit iniquitate. Omne enim malum execrabilius redditur, quando publica præsumptione tractatur. Joannes apostolus convivæ cœnæ dominicæ strenuus ac fidelissimus, *Qui habueris*, inquit, *facultates mundi, & videris fratrem suum esurientem, & clausis visceribus suis ab eo, quomodo caritas Dei manet in eo?* Augustinus: Ecce, inquit, unde incipit caritas. Si nondum es idoneus mori pro fratre, jam idoneus esto dare de tuis facultatibus fratri. Jam percussit viscera tua caritas, ut non de jactantia facias, sed de intimo adipe misericordiæ, ut consideres illum in egestate positum. Si enim superflua non potes dare fratri tuo, animam tuam potes ponere pro fratre? Item idem post pauca: *Vide si misereris, si habes facultates mundi. Quid ad me pertinet? forte dicis. Ego daturus sum pecuniam meam, ne ille molestiam patiatur? Si tibi hoc responderit cor tuum, dilectio patris non manet in te. Si dilectio patris non in te manet, non es natus ex Deo. Quomodo te gloriaris esse Christianum? Nomen habes, & facta non habes. Si autem nomen secretum fuerit opus, dicat te quisque paganum, tu autem factis ostende te Christianum. Nam si factis non ostendis te Christianum, & omnes te Christianum vocent, quid tibi prodest nomen, ubi res non invenitur? Miserabilis plane & valde desenda res est, quando quis pro facultatibus mundi, quarum momentaneus possessor existit, quia eas fratribus indigentibus caritate dicente non impertit, & gloriam Christiani nominis sibi adimit, & Deum qui caritas est amittit. De usuris porro non faciendis, & de misericordia fratribus impendenda, supersunt copiosiora utriusque instrumenti documenta, & sanctorum patrum eximia dicta, que sectatores usurarum non victuros, neque in monte sancto habituros, sed potius, quia immisericordes extiterunt, cum purpurato & avaro divite penas affirmant luituros.*

L.IV.

Quod hi qui fidem Christi expetunt, & pro vestra gratia existunt, priusquam ad baptismum accedant, instruendi sint & fidei & baptismatis sacramento: nec non & illi qui alios de sacro

fonte suscipiant, quæ ad percipiendum sancti Spiritus donum coram pontificibus pro aliis patroni existunt, intelligere debeant & vim tanti sacramenti: & quid pro aliis sponderint, jam in præcedentibus capitulis dictum est. Illos tamen in hoc capitulo specialiter ab his officiis removendos judicamus, qui propter reatum suum publica sunt penitentia multati. Videlicet ut nec alios de sacri fontis baptismate suscipiant, nec etiam ad percipiendum sancti Spiritus donum, aliorum patroni coram pontificibus existant, donec per dignam penitentiam satisfactionem reconciliationem mereantur. Nec immerito, quoniam quos & lex divina a castris militaribus, ne ruina sint populi, & auctoritas canonica ab ecclesiarum sequelantur liminibus, multo magis a memoratis peragendis officiis, usque ad tempus penitentiam perceptam, dignamque perceptam reconciliationem hujuscemodi, ut jam dictum est, merito sunt excludendi.

LIBER II. CAP.

Num. 1

CONCILII PARISIENSIS VI. LIBER II.

INDEX CAPITUM LIBRI II.

- I. Quid sit rex, quid esse, quidque cavere debeat.
- II. Quid sit proprie ministerium regis.
- III. De periculo regis, & quod bene agentes remunerare, male vero agentes sua auctoritate comprimere, causamque pauperum ad se ingredi debeat facere.
- IV. Quod equitas iudicii stabilitamentum regni, & injuria sit ejus everso.
- V. Quod regnum non ab hominibus, sed a Deo, in cujus manu omnia regna consistunt, datur.
- VI. Quod ubi caritas non est, nulla bona inesse possunt.
- VII. Quod multi professionem Christianam verbis tantum teneant, sed operibus negligant.
- VIII. Quod potestati regali, que non nisi a Deo ordinata est, humiliter atque fideliter parere debeant cuncti subjeti.
- IX. De transgressoribus præceptorum Dei.
- X. Quod graviter puniantur qui fidem Christi perceptorunt, & in malis vitam fuerunt, quam illi que sine fide mortui sunt, & tamen bona opera egerunt.
- XI. Quod ad ecclesiam orandi gratia frequenter conveniri debeat.
- XII. Quod in ecclesia Christi non sit otiosa turpibusque fabulis vacandum: & quod qui hæc faciunt, non solum sibi peccata non minuunt, sed etiam majora accumulunt.
- XIII. Quod in aliis competentibus locis, si locus basilicæ procur fuerit, oratio ad Deum, & confessio peccatorum fieri possit, & debeat.

P R Æ F A T I O.

HActenus de causis ad religionem Christianam curamque pastorum pertinentibus, vel de his que in persona eorum emendatione digna, vel etiam de his que ab ipsis usque nunc neglecta sunt, in præsentis libello breviter comprehensum est. In hoc quoque qui sequitur libello specialiter de regibus & principibus, & generaliter de omnibus fidelibus, & quod ubi avaritia, invidia, & odium, & cetera vitia caritati contraria regnant, quia eadem caritas, que Deus est, his inesse non potest, status ecclesiæ periclitetur; & quod religio Christiana sub apostolis devotius, quam nunc floreat, floruerit, & nostro sæculo circa multos marcescat, restat prosequendum.

C A P U T I.

Rex a recte agendo vocatur. Si enim pie, & juste, & misericorditer regit, merito rex appellatur: si his caruerit, non rex sed tyrannus est. Antiqui autem omnes reges tyrannos vocabant, sed postea pie, & juste, & misericorditer regentes

LIBER II. CAP.

addit. Vide et Reges ad Papp. R. A. Joas Ep. A. etiam

LXXXII.  
CAP. L

575  
tes, regis nomen sunt adepti: imple vero, inju-  
ste, crudeliterque principantibus, non regis, sed  
tyrannicum aptatum est nomen. Quia ergo rex a  
regendo dicitur, primo ei studendum est, ut se-  
metipsum, suamque domum, Christi adjuvante  
gratia, ab operibus nequam emaculet, bonisque  
operibus exuberare faciat, ut ab ea ceteri subie-  
cti bonum exemplum semper capiant: ipse etiam  
salutiferis Christi præceptis fideliter atque obe-  
dienter obsecundet, & recte agendo eos, quibus  
temporaliter imperat, in pace, & concordia, at-  
que caritate, ceterorumque bonorum operum ex-  
hibitione, quantum sibi divinitus datur, consilie-  
re faciat, & diâis atque exemplis ad opus pie-  
tatis, & justitiæ, & misericordiæ sollester excitet,  
attendens quod pro his Deo rationem redditurus  
sit: quatenus ita agendo, sanctorum regum, qui  
Deo sincere serviendo placuerunt, post hanc pere-  
grinationem consors efficiatur. De rege autem,  
qualis esse, vel quid cavere debeat, in Deutero-  
nomio legitur: *Cum ingressus fueris terram, quam  
Dominus Deus tuus dabit tibi, & possideris eam, habi-  
taverisque in illa, & dixeris: Constituam super me regem,  
factus habens omnes per circuitum nationes; cum consti-  
tues, quem Dominus Deus tuus elegerit de numero  
fratrum tuorum.* Et post pauca: *Non habebis ux-  
res plurimas, quæ alluciant animum ejus, neque ar-  
genti & auri immensa pondera. Postquam autem se-  
derit in solio regni sui, describet sibi Deuteronomium  
legis hujus in volumine, accipiens exemplar a sacer-  
dotibus Levitica tribus, & habebis secum, legesque  
illud omnibus diebus vitæ suæ, ut discat timere Do-  
minum Deum suum, & custodire verba, & ceremonias  
ejus, quæ lege præcepta sunt. Nec extollatur  
cor ejus in superbiam super fratres suos, neque de-  
clinet in partem dextram vel sinistram, ut longo  
tempore regnes isse & filii ejus super Israel.* Atten-  
de quod timor Dei, & custodia præceptorum e-  
jus, & humilitas quæ non patitur eum extollitū-  
per fratres suos, & justitiæ reductio, non solum  
regem, sed & filios ejus longo faciet regnare tem-  
pore. Ut ergo princeps extollentiam cavere de-  
beat, ecclesiasticus admonens ait: *Principem te  
constituerunt? noli extolli, sed esto in illis, quasi  
natus ex ipsis.* In Preverbiis: *Rex qui judicat in ve-  
ritate pauperes, thronus ejus in æternam firmabitur.* Item: *Misericordia & veritas custodiunt regem,  
& roboratur clementia thronus ejus.* Quæ igitur  
fidelitatis sit bonus rex, quantæ infelicitatis, si  
nequam fuerit, beatus Cyprianus eximius martyr  
Christi, de duodecim abusionibus abusionis gradus  
cetera ita ait: *Nonus iniquus abusionis gradus  
est rex iniquus; etenim regem non iniquum, sed  
correctorem iniquorum esse oportet. Unde in se-  
metipso nominis sui dignitatem custodire debet.  
Nomen regis intellectualiter hoc retinet, ut sub-  
jectis omnibus rectoris officium procuret. Sed qua-  
liter alios corrigere poterit, qui proprios mores,  
ne iniqui sint, non corrigit? Quoniam justitia  
regis exaltatur solium, & veritate solidantur gu-  
bernacula populorum. Justitia vero regis est, ne-  
minem injuste per potentiam opprimere, sine ac-  
ceptione personarum inter virum & proximum  
suum judicare, advenis & pupillis & viduis defen-  
sorem esse, furta cohibere, adulteria punire, ini-  
quos non exaltare, impudicos & hiltiones non  
nutrire, impios de terra perdere, parricidas &  
pejorantes vivere non sinere, ecclesias defendere,  
pauperes elemosinis alere, justos super regni ne-  
gotia constituere, senes & sapientes & sobrios  
consiliarios habere, magorum & hariolorum py-  
thonissarumque superstitionibus non intendere, i-  
racundiam disserre, patriam fortiter & juste con-  
tra advertarios defendere, per omnia in Deo vi-*

vere, prosperitatibus non elevare animum, cun-  
ctâ adversa patienter ferre, fidem catholicam in  
Deum habere, filios suos non sinere impie age-  
re, certis horis orationibus insistere, ante horas  
congruas non gustare cibum: *Va enim terra, cui  
rex est pauper, & cujus principes manus comedunt.* Hæc  
regni prosperitatem in præsentem faciunt, & regem  
ad cælestia regna meliora perducunt. Qui vero se-  
cundum hæc legem non dispensat, multas nimirum  
adversitates imperii tolerat. Ideo enim sæpe  
pax populorum rumpitur, & offendicula etiam  
de regno suscitantur, terrarum quoque fructus di-  
minuuntur, & servitia populorum præpediuntur,  
multi etiam dolores prosperitatem regni inhiunt,  
carorum & liberorum mortes tristitiam conferunt,  
hostium incurtus provincias undique vastant, be-  
stiarum armentorum & pecorum greges dilacerant,  
tempestates ventis & hiemis terrarum fecundita-  
tem, & maris ministeria prohibent; & aliquando  
fulminum ictus segetes, & arborum flores, & pam-  
pinos exurunt. Super omnia vero, regis injus-  
titiâ non solum præsentis imperii faciem sulcat,  
sed etiam filios suos & nepotes, ne post se regni  
hæreditatem teneant, obcurat. Propter piaculum  
enim Salomonis, regnum domus Israel Dominus  
de manibus filiorum ejus disperit, & propter me-  
ritum David regis, lucernam de semine ejus sem-  
per in Jerusalem reliquit. Ecce, quantum justitiâ  
regis sæculo valet, intuentibus perspicue patet.  
Pax populorum est, tutamentum patriæ, immu-  
nitas plebis, munimentum gentis, cura languo-  
rum, gaudium hominum, temperies aeris, serenitas  
maris, terræ fecunditas, solatium pauperum,  
hæreditas filiorum, & sibi metipsi spes futuræ bea-  
titudinis. Attamen sciat, quod sicut in throno  
hominum primus constitutus est, sic & in pœnis,  
si justitiâ non fecerit, primatum habiturus est.  
Omnes namque quoscumque peccatores sub se in  
præsentem habuit, supra se modo in illa futura  
pœna habebit. Fulgentius in libro de veritate  
prædestinationis & gratiæ: *Clementissimus quoque  
imperator non ideo est vas misericordiæ præpara-  
tum in gloriam, quia apicem terreni principatus  
accepit, sed si imperiali culmine recta fide vivat,  
& vera cordis humilitate præditus, culmen regni  
dignitatis sanctæ religioni se subiciat: si magis in  
timore servire Deo quam in timore dominari  
populo delectetur: si in eo lenitas iracundiam mi-  
tiget, ornet benignitas potestatem: si se magis  
diligendum quam metuendum cunctis exhibeat: si  
subiectis salubriter consulat, si justitiâ sic teneat,  
ut misericordiam non relinquat: si præ omnibus  
ita se sanctæ matris ecclesiæ catholicæ meminerit  
filium, ut ejus paci atque tranquillitati per uni-  
versum mundum prodesse suum faciat principa-  
tum. Magis enim Christianum regitur atque pro-  
pagatur imperium, dum ecclesiastico statui per  
omnem terram consulitur: quam cum in parte  
quacumque terrarum pro temporali securitate pu-  
gnatur. Isidorus: *Qui recte utitur regni potestate,  
ita præstare se omnibus debet, ut quanto magis  
honoris celsitudine claret, tanto semetipsum men-  
te humiliet, proponens sibi exemplum humilitatis  
David, qui de suis meritis non tumuit, sed  
humiliter se dejiciens dixit: *Vilis incedam, &  
vilis apparebo ante Dominum qui elegit me.* Item  
Isidorus: *Qui intra sæculum bene temporaliter  
imperat, sine fine in perpetuum regnat, & de  
gloria sæculi hujus ad æternam transeat gloriam:  
qui vero prave regnum exercent, post vestem ful-  
gentem, & lumina lapillarum, nudi & miseri ad  
inferna torquendi descendunt. Reges a recte agen-  
do vocati sunt, ideoque sicut recte agendo regis  
nomen tenetur, ita peccando amittitur.* Grego-  
rius**

ANNO  
CHRISTI  
529.

2. Reg. 10.

2. Reg. 11.

Lib. 1.

Lib. 1. sent.

cap. 49.

2. Reg. 4.

Cap. 45.

ANNO  
CHRISTI  
1719

rius in moralibus: Nam & viros sanctos proinde reges vocari in sacris eloquiis, eo quod recte agant, sensusque proprios bene regant, & motus resistentes sibi rationabili discretionem componant. Recte igitur illi reges vocantur, qui tam semetipsos, quam subiectos, bene regendo modificare novent. Quidam ipsum nomen regiminis ad immanitatem transvertunt crudelitatis, dumque ad culmen potestatis venerint, in apostasiam confestim labuntur: tantoque se tumore cordis extollunt, ut cunctos subditos in sui comparatione despiciant, eosque quibus præesse contigit non agnoscant. Et paulo post: Dum mundi reges sublimiores se ceteris sentiunt, mortales tamen se esse agnoscant, nec regni gloriam, qua in sæculo sublimantur, aspiciant, sed opus, quod secum deportant, intendant. Item non post multa: Reges quando boni sunt, muneris esse Dei: quando vero mali, sceleris esse populi. Secundum meritum enim plebium disponitur via rectorum, testante Job: *Qui regnare facit hypocritam propter peccata populi.* Irascente enim Deo, talem rectorem populi suscipiunt, qualem pro peccato merentur. Nonnunquam pro malitia plebis etiam reges mutantur, & qui ante videbantur esse boni, accepto regno fiunt iniqui. His ita præmissis, studendum est regi, ut non solum in se, verum etiam in sibi subiectis, pietate, pace, caritate, iustitia & misericordia, atque concordia & unanimitate, ceterisque bonis exuberet operibus, ut hæc habentes, Dominum secum habere mereantur, sciatque certissime, quod non solum de se, verum etiam de ipsis Dominus ab eo fructum bonæ operationis exacturus sit.

## II.

Addit. 1. cap.

Regale ministerium specialiter est populum Dei gubernare, & regere cum æquitate & iustitia, & ut pacem & concordiam habeant studere. Ipse enim debet primo defensor esse ecclesiarum & servorum Dei, viduarum, orphanorum, ceterorumque pauperum, nec non & omnium indigentium. Ipsi enim terror & studium huiusmodi, in quantum possibile est, esse debet primo ut nulla iniustitia fiat; deinde, si evenerit, ut nullo modo eam subsistere permittat, nec spem delitescendi, sive audaciam male agendi cuiquam relinquat, sed sciant omnes quoniam si ad ipsius notitiam pervenerit quidquam mali quod admiserint, nequaquam incorruptum aut inultum remanebit, sed iuxta facti qualitatem erit & modus iustæ correctionis. Quapropter in throno regiminis positus est ad judicia recta peragenda, ut ipse per se provideat & perquirat ne in iudicio aliquis a veritate & æquitate declinet. Scire etiam debet, quod causa, quam iuxta ministerium sibi commissum administrat, non hominum, sed Dei causa existit: cui pro ministerio, quod suscepit, in examinationis tremendi die rationem redditurus est. Et ideo oportet ut ipse, qui iudex est iudicium, causam pauperum ad se ingredi faciat, & diligenter inquirat, ne forte illi qui ab eo constituti sunt, & vicem eius agere debent in populo, iniuste aut negligenter pauperes oppressiones pati permittant. De ministerio autem regis ita Job loquitur: *Cumque sederem quasi rex, circumstante exercitu, eram tamen merentium consolator. Auris audiens beatificabas me, & oculus videns testimonium reddebat mihi, quod liberafsem pauperem vociferantem, & pupillum, cui non esset adjutor. Benedictio perituri super me veniebat, & cor vidua consolatus sum. Iustitia indutus sum, & vestivi me, sicut vestimento & diademate, iudicio meo. Oculus sui cæco, & pes claudo. Pater eram pauperum, & causam quam nesciebam, diligentissimè investigabam. Conterebam me-*

Job. 19.

Cœcil. General. Tom. XIV.

Alas iniqui, & de dentibus illius auferbam prædam. Salomon: *Rex, qui sedes in solo iudicis, dissipat omni malum intuitu suo.* Item: *Dissipat improbus rex CAP. II. UL. Sapiens, & curat super eos fornicem.* Item: *Juden Sapiens vindicabit populum suum, & principatus sensati stabilis est.* Item: *Rex iustus erigit terram, & vir aversus destruit eam.* In libro Sapientum: *Diligite iustitiam qui iudicatis terram: sentite de Domino in bonitate, & in simplicitate cordis quærite illum.* Item ibi: *Audite ergo reges & intelligite: te: discite iudices finium terræ. Præbete aures vos qui contemnit multitudines, & placetis vobis inurbis nationum, quoniam data est a Domino vobis potestas, & virtus ab Altissimo, qui interrogabit opera vestra & cogitationes scrutabitur: quoniam cum essetis ministri eius, non recte iudicastis, neque custodistis legem iustitiae, neque secundum Dei voluntatem ambulastis. Horrenda & cito apparebit vobis, quoniam iudicium durissimum in his qui præsumpti sunt. Exiguo enim conceditur misericordia: potentes autem potenter tormenta patientur. Non enim subtrahet personam cuiusquam Dominus, nec reveretur iniquam magnitudinem: quoniam pusillum & magnum ipse fecit, & equaliter pro omnibus cura est illi, fortioribus autem fortior instat cruciatus.* Isidorus: Principes sæculi nonnunquam intra ecclesiam potestatis adeptæ culmina tenent, ut per eandem potestatem disciplinam ecclesiasticam muniant. Ceterum intra ecclesiam potestates necessariæ non essent, nisi ut quod non prævalet sacerdos efficeret per doctrinæ sermonem, potestas hoc imperet per disciplinæ terrorem. Sæpe per regnum terrenum cælestis regnum proficit, ut qui intra ecclesiam positi contra fidem & disciplinam ecclesiasticam agunt, rigore principum conterantur, ipsamque disciplinam, quam ecclesiæ utilitas exercere non prævalet, cervicibus superborum potestas principalis imponat, & ut venerationem mereatur, virtutem potestas imperet. Cognoscant principes sæculi, Deo debere se reddere rationem propter ecclesiam, quam a Christo tuendam suscipiunt. Nam sive augeatur pax & disciplina ecclesiæ per fideles principes, sive solvatur, ille ab eis rationem exigat, qui eorum potestati suam ecclesiam credit. Sunt & alia utriusque testamenti oracula copiosa, quibus assatum adstruitur, quod rex ministerium sibi commissum secundum voluntatem Dei exercere & adimplere debet, quæ hic ob prolixitatem vitandam prætermittuntur.

## III.

Ad peccatum regis vertinet, quando iudicibus ministrisque iniqui ministerium suum adimplendum committit. Neque enim ministerium suum per alios tantum administrare, & se ab eo debet alienare. Non ergo dicimus, ut solus iurgia & querimonias populi audiat, & investiget, & definiat; quoniam nequaquam ad hæc solus sufficere potest: sed magis ut tales sub se timentes Deum & avaritiam odientes constituat, per quos regem regum non offendant. Quales autem constituendi sunt, liber Deuteronomii manifestat, in quo legitur: *Judices & magistros constitues in omnibus partibus tuis, quas Dominus Deus tuus dederit tibi per singulas tribus tuas, ut iudicent populum iusto iudicio, nec in alteram partem declinent.* Item ibi: *Dirigite vobis in illo tempore, non possum solus sustinere vos, quoniam Dominus Deus vester multiplicavit vos, & estis hodie sicut felle cali plurima. Dominus Deus patrum vestrorum addat ad hunc numerum multa millia, & faciat vobis sicut locutus est. Non valeo solus sustinere vestra negotia, & ponas iurgia. Dato e vobis viros sapientes & gnaros, & quorum conversatio sit probata in tribus vestris.* Job: *Quando procedebam ad portam cruentis*

Deut. 6.

Deut. 1.

Job. 11.

O O

& 10

LIBER II. CAP. III. IV. & V.

Exod. 18.

1. Tit. 2.

*in platea portabatis cathedram vobis, videbant me A*  
*juvenes, & abscondabantur. & senes affurgentes sta-*  
*bant: primum poscebant loqui, & digitum superpo-*  
*nebant ori suo. Cum quibus etiam rex pondus reg-*  
*iminis sui partiti debeat, liber Exodi demon-*  
*strat, in quo legitur: Provide autem de omni po-*  
*pulo viros potentes & timentes Deum, in quibus sit*  
*veritas, & qui odorem conscientiam & constanter ex*  
*ess tribunos, & centuriones. & quinquagenarios, qui*  
*judicent populum omni tempore; quidvis autem ma-*  
*jus fuerit, referant ad te, & ipsi memora tantum-*  
*modo judicent, leviusque tibi sit, partito in alios o-*  
*nerare. Si hoc feceris, implebit imperium Domini, &*  
*praecepta ejus poteris sustentare, & omnis hic popu-*  
*lus revertetur cum pace ad loca sua. Quibus audi-*  
*tis, Moyses fecit omnia quae Jehro illi suggererat, B*  
*& electis viris strenuis de cuncto Israel, constituit*  
*ess principes populi, tribunos, & centuriones, &*  
*quinquagenarios, & decanos, qui judicabant plebem*  
*omni tempore: quidvis autem gravior eras, refere-*  
*bant ad eum. Quod vero rex causam pauperum ad*  
*se ingredi facere, & diligenter debeat inquirere,*  
*dat intelligi illud quod legimus, antiquitus judi-*  
*ces idcirco in porta ad judicandum sedisse, ut*  
*nullus accedendi difficultatem, aut quispiam ci-*  
*vium vim, aut calumniam necesse haberet susti-*  
*nere. Ideo & Jerusalem civitas justitiae vocata est,*  
*quamvis in ea justa exercebantur judicia, quia*  
*non permittatur in ea a rectoribus iniquitas per-*  
*manere. Quod vero rex bonos sublimare, & ma-*  
*los debeat comprimere, apostolus Petrus docet di-*  
*cens: Subditi estote omni humanae creaturae propter*  
*Deum, sive regi, quasi praecipienti, sive ducibus,*  
*tamquam ab eo missi ad vindictam malefactorum,*  
*laudem vero honorum. Quae verba ita Beda expo-*  
*nit: Non quod omnes qui a regibus mittuntur*  
*duces vel male facientes punire, vel bonos lau-*  
*dare noverint: sed quae esse debeat actio boni du-*  
*cis simpliciter narrat, hoc est, ut male facientes*  
*coerreat, & bene agentes remuneret. Hinc in hi-*  
*storia gentili refertur, moris fuisse Romanis par-*  
*cere subiectis, & debellare superbos. Quod quan-*  
*do pravi iudices populo Dei praesentur, ad deli-*  
*ctum illius pertineat a quo constituuntur, dicta*  
*Isidori manifestant, quibus ait: Ad delictum per-*  
*tinet principum, qui prava iudices contra volun-*  
*tatem Dei populis fidelibus praesentur. Nam sicut*  
*populi delictum est, quando principes mali sunt,*  
*sic principis est peccatum, quando iudices iniqui*  
*existunt. Bonus iudex sicut nocere civibus nec-*  
*scit, ita prodesse omnibus novit. Aliis enim praes-*  
*stat censuram justitiae, alios bonitate iudicii sine*  
*personarum acceptatione suscipit. Non infirmat ju-*  
*stitiam avaritiae flamma, nec studet autem alicui*  
*quod cupiat sibi. Boni iudices justitiam ad solam*  
*obtinendam salutem aeternam suscipiunt, nec eam*  
*muneribus acceptus distribuunt, ut dum de iusto*  
*judicio temporalia lucra non appetunt, premio*  
*aeterno ditentur. His quae praemissa sunt declara-*  
*tur, quod hi qui post regem populum Dei rege-*  
*re debent, id est duces & comites, necesse est ut*  
*tales ad constituendum provideantur, qui sine pe-*  
*riculo eius a quo constituuntur constitui possint,*  
*scientes se ad hoc positos esse; ut plebem Christi*  
*sibi natura aequalem recognoscant, eamque cle-*  
*menter salvent, & iuste regant: non ut domi-*  
*nentur & affligant, neque ut populum Dei suum*  
*zestulent, aut ad suam gloriam sibi illum subji-*  
*cient, quod non pertinet ad justitiam, sed po-*  
*terius ad tyrannidem & iniquam potestatem. Val-*  
*de enim exigit necessitas, ut quia ipse procul du-*  
*bio rex aequissimo iudicio de commisso sibi mini-*  
*sterio rationem redditurus est, etiam singuli qui*  
*sub eo constituti sunt ministri diligentissime ad eo*

*inquirantur, ne ipse pro eis iudicium incurrat di-*  
*vinum. Ipsi etiam ministris dequantandum est,*  
*quod quidvis judicaverint, in eos redudabit,*  
*juxta illud quod in libro Paralipomenon legitur:*  
*Habitavit ergo Josaphat in Jerusalem, rursusque*  
*pressus est ad populum de Bersabee usque ad montem*  
*Ephraim, & revocavit eos ad Dominum Deum pa-*  
*trum suorum, constituitque iudices terra in cunctis*  
*civitatibus Juda manibus per singula loca, & prae-*  
*cipiens iudicibus: Videte, aut, quid faciatis: non enim*  
*hominis exercetis iudicium, sed Dei: & quodcumque*  
*iudicaveritis, in vos redudabit. Sit timor Domini*  
*vestrum, & cum diligentia cuncta facite. Non est*  
*enim apud Dominum Deum nostram iniquitas, nec*  
*personarum acceptio, nec cupido munerum. Haec &*  
*his similia, quae praebata sunt, rex eiusque mi-*  
*nistri, non desidiose, sed diligenter debeat per-*  
*pendere & studium de ministerio sibi commisso*  
*tale adhibere, ut non pro eo aeternaliter damna-*  
*ri, sed potius in Domino mereantur feliciter re-*  
*munerari.*

IV.

*Quod per justitiam stet regnum, Salomon in*  
*Proverbiis adstruit, ita inquit: Justitiae elevat*  
*gentem, & miseris facit populus peccatum. Item:*  
*Misericordia & veritas custodiant regem, & robo-*  
*ratur justitia thronus ejus. Item: Facere misericor-*  
*diam & iudicium magis placet Deo, quam victimae.*  
*Et infra: Rapina impiorum detrahent eos qui no-*  
*luerunt facere iudicium. Item ibi: Qui sequitur ju-*  
*stitiam & misericordiam, inveniet vitam & iusti-*  
*tiam & gloriam. Quod vero per injustitiam ca-*  
*dat, Ilias demonstrat: Tu enim, inquit, terram*  
*disperdidisti, in populum occidisti, non exaltabitur in*  
*aeternum semen pestiferorum. Preparate filios eius oc-*  
*clusioni in iniquitate patrum eorum: non consurgent,*  
*nec hereditabunt terram, neque implibunt faciem*  
*orbis civitatum. In Amos: Ecce oculi Domini su-*  
*per regnum peccans, & conteram illud a facie ter-*  
*rae, dicit Dominus. Daniel loquitur ad Baltassar:*  
*O rex, Deus altissimus regnum & magnificentiam &*  
*gloriam & honorem dedit Nabuchodonosor patri tuo,*  
*& propter magnificentiam, quam dederat ei, uni-*  
*versi populi, tribus, & lingua tremebant & metue-*  
*bant eum: quos volebat interficere, & quos vole-*  
*bat percutebat, quos volebat exaltabat, & quos vo-*  
*lebat humiliabat. Quando autem elevatum est cor*  
*eius, & spiritus illius obfirmatus est in superbiam,*  
*depositus est de solio regni sui, & gloria ejus ablata*  
*est, & a filiis hominum ejectus est, sed & cor ejus*  
*cum bestis positum est. In libro Sapientiae: Sedes*  
*ducum superbiorum detrahit Deus, & sedere fecit mi-*  
*seres pro eis. Item: Regnum a gente ingentem trans-*  
*fertur propter injustitias & injurias & consumelias,*  
*& diversos dolos. Quibus verbis liquido claret,*  
*quod pietas, justitia & misericordia stabiliant re-*  
*gnum, & laesiones viduarum & pupillorum, ca-*  
*lumniamque miserorum, violentaque iudicia, &*  
*perversio justitiae, evidentes illud evertant. Unde*  
*& multorum regnorum collapsio, quia pietatis,*  
*justitiae, & misericordiae non habuerunt stabili-*  
*mentum, his quae praemissa sunt patenter fidem*  
*attribuit.*

V.

*Nemo regum a progenitoribus regnum sibi ad-*  
*ministrari, sed a Deo veraciter atque humiliter*  
*credere debet dari, qui dicit: Meum est consilium*  
*& aquitas, mea est prudentia, mea est fortitudo:*  
*per me reges regnant, & legum conditores iusta de-*  
*cernunt: per me principes imperant, & potentes ju-*  
*stitiam decernunt. Quod autem non ad homini-*  
*bos, sed a Deo regnum terrenum tribuatur, Da-*  
*niel propheta testatur dicens: In sententia vigilum dan-*  
*creatum est, & sermo sanctorum, & positio, donec*

ANNO CHRISTI 125.

Paralip. 10

1. Tit. 2.

1. Tit. 2.

1. Tit. 2.

1. Tit. 2.

1. Tit. 2.

1. Tit. 2.

1. Tit. 2.

1. Tit. 2.

1. Tit. 2.



ANNO CHRISTI 1519

Jan. 1.

Jan. 17.

Oct. 8.

Oct. 14.

Jan. 16.

*cognoscant viventes, quod dominatur excelsus in re-  
 gno hominum, & cuiuscumque voluerit dabit illud, &  
 humillimum hominem constituit super illud. Item  
 idem loquens de Nabuchodonosor ad Baltasar:  
 Donec cognosceret, inquit, quod potestatem haberet  
 Altissimus in regno hominum, & quemcumque volue-  
 rit suscitabit super illud. Et per Jeremiam: Hac  
 dicit Dominus exercituum Deus Israel: Hac dicetis  
 ad dominos vestros: Ego feci terram, & hominem,  
 & jumenta qua sunt super faciem terra, in fortitu-  
 dine mea magna, & in brachio meo extenso, & de-  
 di caui ei qui placuit in oculis meis. His vero qui  
 a progenitoribus sibi succedere regnum terrenum,  
 & non potius a Deo dari putant, illis aperitur  
 quos Dominus per prophetam improbat, dicens:  
 Ipsi regnaverunt, & non ex me: principes extite-  
 runt, & non cognovi. Ignorare quippe Dei procul  
 dubio reprobare est. Quapropter quisquis ceteris  
 mortalibus temporaliter imperat, non ab homini-  
 bus, sed a Deo sibi regnum commissum credat.  
 Multi namque munere divino, multi etiam Dei  
 permisso regnant. Qui pie & iuste & misericor-  
 diter regnant, sine dubio per Deum regnant: qui  
 vero secus, non ejus munere, sed permisso tan-  
 tum regnant. De talibus Dominus per prophe-  
 tam: Dabo, inquit, tibi regem in furore meo: Et  
 Job: Qui regnare facit hypocritam propter peccatis  
 populi. Ut enim Isidorus exponit, irascente Deo  
 talem rectorem populi suscipiunt, qualem pro pec-  
 cato merentur. Constat ergo, quia non aliu, non  
 voto, neque brachio fortitudinis humanæ, sed vic-  
 tute, immo occulto iudicio dispensationis divinæ,  
 regnum confertur terrenum. Et ideo cuius-  
 que ab eo committitur, ita illud secundum ejus  
 voluntatem disponere & gubernare procuret, qua-  
 tenus cum eo a quo illud suscepit feliciter in per-  
 petuum regnare valeat: quoniam nihil prodest  
 cuiquam terreno regno principari, si, quod absit,  
 contigerit eum æterno extorrem fieri.*

VI.

Magnum in utroque ordine, clericali videlicet  
 & laicali, periculum esse cognoscimus, quod car-  
 itas, quæ Deus est, ad decus Christianitatis, &  
 in qua summa totius fidei nostræ consistit, in  
 multis utriusque ordinis, quod non sine magno  
 animi dolore dicimus, non regnare vincitur. D  
 Quæ virtus caritas sit, & evangelica & apostoli-  
 ca lectio, & sanctorum patrum expositiones plen-  
 issime docent. Expressissime namque apostolus  
 Joannes ait, quod Deus caritas est, & qui manet  
 in caritate, in Deo manet, & Deus in eo. Perpen-  
 dat quisque, si in caritate manet, Deum manere  
 in se: si caritatem non habet, non Deum sed  
 hostem animæ suæ habitare in se; cum caritate  
 quippe cuncta bona, sine caritate vero nulla ha-  
 beri possunt. Neque etenim digne angelicum hym-  
 num caritate carens Domino decantare valet. Sed  
 quaeritur quare? Attendatur quare: quia non est  
 bonæ voluntatis. Definitio quippe caritatis est,  
 ut doctores nostri tradunt, bona voluntas. Ergo  
 quicumque bonam voluntatem non habet, carita-  
 tem non habere comprobatur, & ideo pacem,  
 quæ Christus est, quia bonæ voluntatis non est,  
 habere non meretur. Gloria, inquit multitudo  
 cælestis exercitus, in excelsis Deo, & in terra pax  
 hominibus bonæ voluntatis. Miserabiliter plane de-  
 cipiuntur plerique, qui sine caritate, aut Deo in  
 hac mortalitate placere, aut ad illum sine illa se  
 putant pervenire. Verum si nobis caritas non est,  
 sed odium, & invidia, & avaritia, & discordia,  
 & simulatio, & luxuria, & cetera mala regnant;  
 quæ omnia a Christianitatis proposito abhorrent,  
 mirum non est, si animadversiones divinæ nos  
 interioris exteriorisque diversissimis modis feriant,  
 Concil. General. Tom. XIV.

1. Jan. 4.

Jan. 1.

& impetum inimicorum adversum nos commo-  
 vent. Quapropter si pacis tempora quiete & tran-  
 quille ducere volumus, pacis & caritatis amato-  
 rem diligamus & timeamus, ejusque præceptis hu-  
 militer colla submittamus. Hi autem qui palati-  
 nis honoribus fulciuntur, sive clerici sint, sive  
 laici, dignum est ut vinculo caritatis connechan-  
 tur, ne alterutrius injuriam aut dehonorationem  
 contra fas meditentur, ne desides & dolosi ad  
 invicem existant, ne forte qui dolosi sunt inci-  
 dant in illud Psalmistæ dicentis: Qui loquuntur  
 pacem cum proximo suo, mala autem in cordibus eo-  
 rum: da illis, Domine, secundum opera eorum, &  
 secundum nequitiam adinventorum ipsorum, &c. Qui  
 vero desides existunt, patenter ab unanimitate  
 Equam in Christo Paulus habitare educet, scin-  
 duntur; caveantque hypocritam Judæ proditoris  
 Domini. Sunt & alia huic rei convenientia, quæ  
 dinumerare longum est. Certe cum dignitatis pa-  
 latinæ hujusmodi homines honoribus lustuli, mor-  
 tibus invidiæ se vicissim lacerant, & in proximi  
 ruinam & dehonorationem æstant, & Deo, cu-  
 jus muneribus utuntur, in proximi adversitatibus  
 injuriam inferunt, & regi, cui familiariter inhæ-  
 rent, & adjuvatores secundum Deum esse debue-  
 runt, debitam fidem non servant, & honorem  
 palatinum, malum exemplum aliis dantes, com-  
 maculant, & quod his indecentius est, ad ini-  
 micos nominis Christi magnum tripudium trans-  
 mittunt.

VII.

Si mundanarum legum jura, ob jurgiorum fo-  
 rensium negotia dirimenda a mortalibus edita,  
 homines avidissime discere & intelligere acutissi-  
 me satagunt, ut his bene notis, quid verum,  
 quid falsum, quid justum, quidve injustum sit, in  
 hac terra morientium liquido discernere queant,  
 quanto magis jura cælestia, a summo opifice Deo  
 omnium creatore hominibus promulgata, salubri-  
 terque collata, quibus cavendum malum, facien-  
 dumque bonum perdocetur, quæ etiam sectatores  
 suos ad terram provehant viventium, cunctis fi-  
 delibus discere & intelligere intentioni esse debet.  
 Lex itaque Christi non specialiter clericis, sed  
 generaliter cunctis fidelibus est a Domino attribu-  
 ta. Licet in evangelio quædam sint præcepta specia-  
 lia, quæ solummodo contemptoribus mundi,  
 & apostolorum sectatoribus conveniant; cetera ta-  
 men cunctis fidelibus, unicuique scilicet in ordi-  
 ne quo se Deo servire devovit, indissimulante  
 observanda censentur. Quod vero fides sola ne-  
 minem ad regnum provehat cælorum, jam in su-  
 perioribus capitulis demonstratum est. Verum  
 professio Christiana a multis, & in multis pro-  
 pter delectationes carnales, & propter diversissi-  
 mas hujus sæculi vanitates, & perversissimas con-  
 suetudines, miserabiliter negligitur: quibus quan-  
 to plus inaniter intervium, tanto minus operibus  
 Christianæ professionis vacant. Quod si Acta apo-  
 stolorum relegamus, & devotionem Christianæ  
 plebis, quæ sub eisdem apostolis floruit, subtili-  
 ter animadvertamus, multum nostri sæculi Chri-  
 stiani populi devotionem ab illorum distare reperie-  
 mus: & quanto illi ardentius & devotius cam  
 sunt sectati, tanto nonnulli ab ejus operibus tor-  
 pentius sunt digressi. Perinde sicut tunc initio  
 nascentis ecclesiæ eadem fides operibus floruit, ita  
 nunc eisdem neglectis apud quosdam marcescit.  
 Ut enim verbis beati Augustini scribentis in li-  
 bro sermonum utamur, Christus in nobis idem  
 est, qui & in illis: sed non idem animus in no-  
 bis, qui fuit in illis: eadem fides in nobis, sed  
 non eadem devotio. In illis enim major erat fra-  
 ternitas Christi quam sanguinis: in illis sicut una  
 O o 2 fides,

LIBER II  
CAP. VI. &  
VII.

LIBER II  
CAP. VII.In append.  
term. p.

1. Cor. 11.

Matth. 14.

1. Tim. 4.

1. Cor. 6.

1. Cor. 11.

ides, ita erat & una substantia: ut quibus communis Christus, communis esset & sumptus. Nefas enim putabant, eum sibi participem non adfiscere in substantia, qui particeps esset in gratia. Non ergo verebantur ne esurirent, sed potius timebant, ne alius esuriret. Nunc autem, ut ideam beatus Augustinus ait, ita alter de alterius inopia non cogitat, ut illud sit quod dicit apostolus: *Alius quidem esuris, alius ebrius est*. Et paulo post: Nunc est, inquit, illud tempus, quod Dominus in evangelio ait: *Abundavit iniquitas, refrigescit caritas multorum*. Modo enim abundat avaritia & iniquitas, quæ ante bonitatis largitate cessabat: & refrigescit fraternitatis caritas, sub prius Christi amore servebat. Tunc enim quæ apostolis tanta fraternitatis dilectio fuit, ut in conventu suo nulla inveniretur indigentia: tanta autem modo Christianitatis dissimulatio est, ut in cætu nostro vix invenias locupletem. Locupletem autem vix inveniri dico, non facultatibus, sed operibus. Ait autem apostolus: *Dives sum in operibus bonis*. Locupletem eum in ecclesia intelligi voluit, qui dives in Christo est. Et idem post pauca: Raro igitur in hoc tempore in Christiano populo invenimus locupletem. Et si plerique in domibus auro sunt divites, in ecclesia tamen sunt mendici. Dum enim circa pauperes non pro eo quod prævalent operantur, nec hoc est gratum quod offerunt, nec illud est satiabile quod referant. Dixit autem Dominus ad Cain cum offerret munera: *Si recte offeras, recte autem non dividas, peccasti, quiesce*. Sic tu Christiane: non recte dividis, qui de tanto auro tuo majorem partem Mammonæ servas, quam Deo largiris. In primordio igitur sanctæ Dei ecclesiæ, circa credentes ardor fidei ita vigeat, ut perseverarent in doctrina apostolorum, & communicatione fractionis panis, & orationibus, & haberent omnia communia, & sumerent cibum cum exultatione & simplicitate cordis, collaudantes Deum: nunc autem devotio Christianitatis apud plerisque longe aliter se habet: quoniam a quibusdam doctrinæ apostolorum præponitur amor terrenorum negotiorum: communicationi fractionis panis, tenacitas, rigor caritatis, & cupiditas ambiendæ rei alienæ potius quam propriæ largiendæ: orationibus, delectatio carnalis, curiositas rerum, sollicitudo mundi, & multimoda mentis in diversa vagatio. Quæ autem illis erant communia, nunc quibusdam ita sunt propria, ut perraro in alterius ex his quidquam retorqueatur usum. Illi sumebant cibum cum exultatione & simplicitate cordis, collaudantes Deum: nunc autem vix a quibusdam sumitur cibum sine detractione, sine simulatione, sine insultatione, sine histrionum saltatione, & obscæna jocatione, & turpiloquiis & scurrilitatibus, & ceteris innumeris vanitatibus, quæ animum Christianum a vigore sui status emolliunt. Illi in simplicitate cordis, isti autem e contrario subdolo & duplici animo, cum scriptum sit: *Sentite de Domino in bonitate, & in simplicitate cordis quærite illum*. Illi sumentes cibum, Deum collaudabant; isti diversorum ciborum genera ad suum libitum exigentes, erga laurissimos sibi cibos præparatos artem collaudant coquorum. Est & aliud in Christiana religione magna admiratione dignum, eo quod leges humanæ, quæ plerumque peccare volentibus terrorem potius quam Christi præcepta incutiunt, majorem vim quam divinæ habere videantur, cum utique illæ sibi parentes a temporali, hæ quoque ab æterna liberent pena. Cum enim quispiam regis aut imperialis dignitatis apicem tenens, ceteris mortalibus temporaliter imperans, aliquod edictum proponit,

A quod a sibi subditis & audiri diligenter, & impleri fideiiter sagaciterque velit; quis rogo subditorum non inhumaniter id audit, illiusque iustionibus obtemperare satagit? Quis vero in tantam audaciam prorumpere audeat, qui id visum ad sui discrimen contempere præsumat? Unde satis mirari non potest, cur homines tanta cæcitate percussis existunt, ut creatoris sui legem temerario ausu postponant. Homines condunt leges, & a subditis custodiuntur: Deus creator omnium æternaliter imperans, qui nostro augmento non crescit, nec nostro detrimento decrevit, in cujus manu ita sumus sicut lutum in manu figuli, dedit legem ob salutem animarum capessendam, & audiri contemnitur: & si aure cordis auditur, aure cordis non percipitur; & si corde percipitur, opere non adimpletur. Quid autem excusationis Christiani Domino afferre poterunt, qui mundanæ legis censuram ob mundialem metum suscipiunt, & iugo Christi, quod suave & leve est, & ad vitam ducit æternam, colla submittere renuunt? Dominus dicit: *Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam vos*. Et idem continuo addit: *Discite a me quia mitis sum & humilis corde, & invenietis requiem animabus vestris; iugum enim meum suave est, & onus meum leve est*: & venire ad talem tantumque vocantem, & ab eo humilitatem & mansuetudinem discere, ejusque iugum suscipere recusatur? Hoc qui faciunt, quid aliud faciunt, nisi quod a salute propria deficiunt? Quod quam miserabile & exitiale sit, explicari non potest. Perspicue hinc sane animadverti potest, quod professio Christiana modernis temporibus a plerisque non sic devote ac religiose colitur, sicut a præcis colebatur Christianis. Hanc itaque fidei regulam, de qua superius breviter, & in memoratis Actis apostolorum plenissime dictum est, apostoli, immo Christus per apostolos fidelibus tenendam censuit. Si igitur hanc Christus docuit, ut quid tot tantisque pervertis consuetudinibus ad votum quorundam repertis contemnitur? Quæ quamvis, Deo annuente, veraciter percipiatur, operibus tamen a nonnullis diversis negligitur modis. Et hoc ideo accidisse conjicimus, quia irrepsit inter quosdam nimium descenda consuetudo, qui utique legibus divinis, quibus se per fidem subdiderunt, non ut oportet animadvertis, quod libet, & licitum non est, sed & id quod licet, non tamen expedit, legem sibi faciunt, & secundum id quod libitum fuerit vivere posse inculpabiliter credunt. His ita præmissis, necesse est ut unusquisque fidelis penetrata cordis sui rimetur, & si fidem Christi, quam percepit, operibus non exornet, præsti, quod cum Deo in baptisate fecit, se prævaricatorem esse cognoscat. Dum ergo tempus habet, Christi adjuvante gratia, viam salutis non verbis tantum sed operibus repetat. Non ergo mirum est, si mucro divinus grassetur, ubi fides Christi non veraciter sed simulatiter tenetur. Semper enim dicimus: nos Deum velle querere, & de præteritis admissis ab eo veniam postulare, & mentimur quia quod dicimus adimplere differimus. Quotidie etiam dicimus, viam Domini, a qua peccando exorbitavimus, nos querere velle, per quam ad Deum revertamur, & Deus eam stravit in conspectu oculorum nostrorum, & per eam ingredi contemnimus. Quis ratione utens ignorat, nos debere semper potiora eligere, & viliora contemnere? Diversis quippe divinæ ultionis cladibus merito nostræ iniquitatis atterimur, & ad eum, a quo percutimur, reverti contemnimus, adimplentes illud propheticum: *Et populus non est reversus ad percutientem se, & Dominam exercituum*.

ANNO  
CHRISTI  
1119  
LXXIIII

corpore

Matth. 11.

17/11. 19.

ANNO  
CHRIST.  
1719.

non acquiescent. Verendum porro satis est, ne nobis toties a Domino per legales & propheticas atque evangelicas & apostolicas denuntiationes sive comminationes admonitis & flagellatis, & ad Deum veraciter redire contemnentibus, illud tandem proveniat, quod Israelitico populo, prophetis Domini insultanti, & ad Deum reverti contemnenti, provenit, quorum iniquitates Dominus dia patienter pertulit, & ad extremum his propitiari nolens, eos in Assyriorum captivitatem migrare permisit. Assyrii namque demones significant, & interpretantur captivitates. Unde satis vigilantiter providendum est, ne sicut illi corporaliter, ita nos, quod absit, spiritualiter in eorum deveniamus captivitatem.

## VIII.

Constat potestatem regalem omnibus sibi subiectis secundum æquitatis ordinem consultum ferre debere, & ideo oportet, ut omnes subiecti fideliter & utiliter atque obedienter eidem pareant potestati: quoniam qui potestati a Deo ordinata resistit, Dei utique ordinationi, juxta apostoli documentum, resistit. Sicut enim subiecti a rege si volunt pie & juste optulari, ita specialiter ei primum ad salutem animæ suæ procurandam, deinde generaliter ad honestatem & utilitatem regni secundum Dei voluntatem disponendam, atque ministrandam, indissimulenter atque irretrahiliter solatium opportunum debent exhibere. Quod cum faciunt, & divinum præceptum adimplere, & fidem regi debitam obsequium a subiectis regie potestati impendi debere, & legalia præcepta aperte testantur, & Dominus in evangelio admonet dicens: *Reddite qua sunt Cesaris Cesaris; & qua sunt Dei Deo.* Petrus quoque ait: *Subiecti estote omni humana creatura propter Deum, sicut regi quasi præcellentis, sicut ducibus, tamquam ab eo missis, &c.* Et non post multa: *Deum time, regem honorificate.* Paulus etiam apostolus in idipsum concordans ait: *Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit. non est enim potestas nisi a Deo: qua autem sunt a Deo, ordinata sunt. Itaque qui resistit potestati, Dei ordinationi resistit: & cetera quæ de huiusmodi potestate apostolicis sermo latius exequitur.* Idem etiam scribens ad Titum: *Admone illos principibus & potestatibus subditos esse.* Item ad Timotheum, quanti pendat causam, immo salutem regis, demonstrat ita scribendo: *Obsecro, inquit, primo omnium fieri observationes, orationes, postulationes, gratiarum actiones, pro omnibus hominibus, pro regibus, & omnibus qui in sublimitate constituti sunt, ut quietam & tranquillam vitam agamus in omni pietate & castitate. Hoc enim bonum est & acceptum coram Salvatore nostro Deo, &c.* Sic enim Jeremias propheta Dei pro vita idololatæ regis Nabuchodonosor orare admonet: quanto magis pro salute Christianorum regum, ab omnibus ordinibus Deo est humiliter supplicandum? Qualiter igitur regie potestati parendum, qualiterque eius saluti consulendum est, breviter ex auctoritatibus divinis didicimus. Quapropter necesse est ut unusquisque fidelis tantæ potestati ad salutem & honorem regni, secundum Dei voluntatem, utpote membrum capiti opem congruam ferat, plusque in illo generalem profectum & utilitatem atque honorem regni, quam lucra quærat mundi, quatenus his saluberrimis opitiationibus sibi vicissim suffragantes, æterno regno pariter mereantur perfrui felices.

## IX.

Mala quibus Deus offenditur, vel periclitatur regnum, si quis liquido vult cognoscere, divinam,

id est legalem, propheticam, & evangelicam. atque apostolicam perspicat auctoritatem. Ibi plene inveniet omnia mandata atque præcepta, quibus Dei impletur voluntas. Ibi etiam inveniet quæ Deus fieri prohibuit, pro quibus ad omnem ordinem divinæ comminationes multæ sunt, & in quibusdam, qui audire contempserunt, ultio divina completa est. Primus quippe homo propter transgressionem divini præcepti, de paradiso ejectus, & exilio damnatus, & morte multatus est, quod malum adhuc hodie genus humanum, quasi natura sibi insertum experitur. Inde facta est alia generalis damnatio in diluvio, quæ multiplicatis vitiis, & diversis malis naturali lege corrupta, evenisse manifeste probatur. Quam sit etiam præsumptio gravis & periculosa, quæ ex contemptu præceptorum Dei nascitur, edificatio turris, & confusio linguarum prodit. Sodoma autem & Gomorrha, & finitimæ civitates, quibus flagitiis delectæ, & quomodo æterna damnatione in exemplum humani generis sunt perditæ, manifestum est: & tamen in comparatione earum Jerusalem duplum malum fecisse legitur, eo quod notitiam & præceptum Dei habuerit, & servare contempserit, secuta propriam voluntatem. Nam iniquitas Sodomitica, juxta prophetam, fuit superbia, saturitas & abundantia, & otium, & quia egeno & pauperi manum non porrigebant, unde accessit oblivio Dei, & operati sunt adhuc abominatibiles. Obduratio quoque Ægyptiorum, qui nullis signis nec prodigiis, sed neque flagellis corrigi potuerunt, ad quem finem pervenerit, notum est. Nam Dathan & Abiron atque Core, cum sociis eorum, qui cum eis perierunt, quam horribili terræ hiato propter contemptum & inobedientiam contra Dominum consumpti sunt, manifestum est. Quomodo etiam multitudo populi Dei perierit in deserto, propter concupiscentiam, & contemptum, & perversas consuetudines a Deo illis prohibitas, donec diversis cladibus confumerentur, ita ut nullus eorum ad terram pervenerit repromissionis, præter duos tantum obedientes voci Domini, omnibus perspicuum est. Quoties autem acciderit populum corruisse, vel regnum interisse propter unius peccatum vel inobedientiam, sive prælati, sive subiecti, longum est enumerare: sicuti contigit in Saul, pro cuius inobedientia regnum ab eo ablatum alterique datum legitur. Nam & filius ejus Jonathas, in cuius fidei fortitudine victoria data est de adversariis, postea sanctificationis votum transgressus, licet ignarus, concupivit, & victoriam totius populi perturbavit. Sed & Heli de ordine sacerdotali, quia filius lucis satis non correxit, decidit, immo filiis suis merito suæ iniquitatis corrudentibus corrui, sacerdotiumque de progenie ejus ablatum est. Quorum negligentia & iniquitate populus in bello fugatus ac cælus est, & gloria cum arca Dei Israel translata est, simul & locus sanctificationis eorum dissipatus est. Achan vero propter concupiscentiam inobediens factus totum populum perturbavit. Pauca quippe de multis persecuti sumus, ut diligenter animadvertatur, si tot divinis ultionibus, totque periculis, tot etiam damnationibus subjacerunt contemptores mandatorum Dei, quorum infinitus est numerus, & non solum illi qui præcepta susceperunt, verum etiam qui naturalem legem corruerunt; quanto putas reatui subjacebunt gratia Christi redempti, & ab eodem Domino in viam justitiæ edocti & instructi, si præceptis ejus obedire contempserint? Proinde necesse est, ut unusquisque in ordine suo viribus studeat, ut quantum Deus annuerit, quæ justitæ impleat, & quæ vetuit caveat: ut non cum con-

LIBER II.  
CAP. VIII.  
& IX.

C. 1.

C. 1.

C. 1.

C. 1.

C. 1.

C. 1.

C. 1.

C. 1.

C. 1.

C. 1.

C. 1.

C. 1.

BR II  
X  
XI

temporibus damnari, sed potius cum executori-  
bus divinatorum præceptorum valeat remunerari,  
quoniam non est dubium, quin propter inobe-  
dientiam & contemptum præceptorum Dei, regni  
periclitatio & animarum proveniat damnatio.

X.

Dici solet a nonnullis Christianis, quod hi qui  
in Christo renati sunt, quamquam scelerate vi-  
vant, & in malis operibus diem extremum clau-  
dant, diuturno atque purgatorio, non tamen per-  
petuo sint igne puniendi. Cum multi hoc asse-  
rant, & nullus id verum esse ex divinis oraculis  
adstruere valeat, cavendum est, ut hoc non so-  
lum non credant, verum etiam nec ore profes-  
sant; ne forte hoc dicendo, se & alios quodam-  
modo vana securitate deludant. Quod ergo nemi-  
nem sola fides Christi sine operibus ad regnum  
provehat æternum, in præcedentibus jam dictum  
est. Quod autem in flagitiis viventes, & hæc non  
penitentiae lamentis, nec elemosynarum largitio-  
nibus redimentes, sed in eis potius perseverantes  
diem obeunt, atrociora sint tormenta passuri,  
quam illi, qui licet lavacro Christi in ecclesia ne-  
quaquam sunt baptizati, bona tamen opera fecerunt,  
subter testimonio collecta declarant. Ait  
itaque Petrus: *Melius enim illis fuerat, non agnos-  
cere eam veritatem, quam post agnitionem veritatis  
retrosorsum converti ab eo, quod traditum est si-  
lis. Iam hæc mandata. Contigit enim illis illud veri-  
proverbis: Canis reversus ad suum vomitum, & sus-  
cibus in vomituro luti.* Et Dominus in evangelio:  
*Cum immundus, inquit, spiritus exierit ab homine,  
quid per loca arida quærens requiem, & non invenit.  
Tunc dicit: Revertar in domum meam unde exiit,  
& invenit eam vacantem, scopis mundatam  
& ornata. Tunc vadit, & assumit septem alios  
spiritus nequiores se, & intrant in domum illam,  
& habitant in ea. & erunt novissima hominis illius  
pejora prioribus.* Origenes quoque in homilia de  
initio decalogi: Habitavit enim in nobis immun-  
dus spiritus antequam crederemus, antequam ve-  
niremus ad Christum, cum adhuc fornicaretur  
anima nostra a Deo, & esset cum amatoribus  
suis demonibus: sed posteaquam dixit: Revertar  
ad virum in um priorem, venit ad Christum,  
qui eam ab initio ad imaginem suam creavit;  
necessario locum dedit adulter spiritus, ubi vadit  
ad legitimum virum. Suscepi ergo sumus a Chri-  
sto, & mundata est domus nostra a peccatis prio-  
ribus, & ornata est ornamentis sacramentorum fi-  
delium, quæ norunt qui initiati sunt. Item idem  
post pauca: Non enim domus tantum, sed tem-  
plum esse debet in quo habitet Deus. Si ergo  
acceptam gratiam negligat, & implicet se negotiis  
secularibus, continuo ille immundus spiritus red-  
dit, & vendicat sibi domum vacantem, & ne ite-  
rum possit expelli, alios secum septem spiritus  
adhibet nequiores, & sunt hujusmodi novissima  
hominis pejora prioribus. Et Beda in expositione  
evangelii Lucæ: Quemcumque enim post bap-  
tisma sive pravitas hæretica, seu mundana cupiditas  
arruperit, mox omnium prosterneat in ima vitio-  
rum. Unde recte nequiores tunc in eum spiritus  
dicuntur ingreffi, quia non solum habebit illa  
septem vitia, quæ septem spiritualibus sunt contra-  
ria virtutibus, sed & per hypocrisim ipsas se ha-  
bere virtutes simulabit, & sunt novissima homi-  
nis illius pejora prioribus. Melius quippe erat ei  
viam veritatis non cognoscere, quam post agni-  
tionem retrorsum converti. Quod in Juda tradi-  
tore vel Simone mago, ceterisque talibus specia-  
liter legimus impietum. Augustinus quoque in li-  
bro Enchiridion: Creduntur, inquit, a quibus-  
dam, etiam hi qui nomen Christi non relinquunt,

In Thabit  
24 04

& ejus lavacro in ecclesia baptizantur, nec ab es-  
ullo schismate, vel hæresi præciduntur, in quan-  
tibuslibet sceleribus vivant, quæ nec diluant peni-  
tendo, nec elemosynis redimant, sed in eis us-  
que ad hujus vitæ ultimum diem pertinacissime  
perseverent, salvi futuri per ignem: licet pro ma-  
gnitudine facinorum, flagitiorumque diuturno,  
non tamen æterno, igne puniri. Sed qui hoc  
credunt, & tamen catholici sunt, humana qua-  
dam benevolentia mihi falli videntur. Nam scri-  
ptura divina anud consulta respondet. Et paullo  
post: Porro autem si homo sceleratus propter so-  
lam fidem per ignem salvatur, & sic est accipien-  
dum quod ait beatus Paulus: *Ipse autem salvus  
erit, sed tamen quasi per ignem: poterit ergo sal-  
vare sine operibus fides, & factum erit quod dixit  
eius coapostolus Jacobus: factum erit & illud  
quod idem ipse Paulus dixit: Nolite errare; ne-  
que fornicatores, neque idolis servientes, neque adu-  
teri, neque molles, neque masculinorum concubitores,  
neque fures, neque avari, neque ebriosi. neque ma-  
ledicti, neque rapaces, regnum Dei possidebunt.* Si  
enim etiam in illis perseverantes criminibus, ta-  
men propter fidem Christi salvi erunt, quomodo  
in regno Dei non erunt? Si igitur, juxta evan-  
gelicam sententiam, post agnitionem Christi quis  
nequiter vivendo, spiritum immundum, qui a se  
tempore baptismatis expulsi est, cum demonum  
septenario sibi numero addito ad se redire facit,  
pristinamque domum in se quodammodo vindica-  
re sinit, sunt illi novissima pejora prioribus: pat-  
ret profecto, si in eisdem nequitias vitam finierit,  
gravius illum quam eos, qui licet fidem Chri-  
sti non perceperunt, bonis tamen operibus ope-  
ram dederunt, puniendum. Proinde necesse est  
ut unusquisque fidem Christi, quam percepit,  
bonis operibus exornet. Et sicut nulli de miseri-  
cordia Dei desperandum est, ita nemo post hanc  
vitam iudicium Dei, quod nisi justum esse non  
potest, sibi abique favorabiliter molliendo tem-  
peret, & propter hoc in hac vita bonis operibus  
deditus esse negligat. Quapropter procurandum  
est ut dum in hac vita vivitur, bonis operibus  
insistatur. Admonet quippe Dominus in evange-  
lio: *Vigilate & orate, quia nescitis diem neque ho-*  
*ram.* Item: *Dies Domini sicut fur in nocte ita ve-*  
*nit.* Item: *Ambulate dum lucem habetis, ne tene-*  
*bra vos comprehendant.* Et apostolus: *Ecce nunc  
tempus acceptabile, ecce nunc dies salutis.* His do-  
cumentis perdoceatur, quod indulta tempora pen-  
itentiae in vanum non sint deducenda, & quod  
fides Christi bonis semper sit operibus exornan-  
da.

ANNO  
CHRISTI

Vide ep.  
Urbanii pap.  
cap. 6.

Matth. 23.  
1. Tit. 1.  
Joan. 21.  
1. Cor. 6.

XI.

Quia moderno tempore Christiani populi devo-  
tio a devotione plebium fidelium, quæ sub a-  
postolis extitit, longe sit impar, in præcedenti-  
bus jam commemoratum est. Procul nempe quo-  
rædam Christianorum devotio, sicut in nonnul-  
lis aliis, ita & in eo quod ad ecclesiam tepide  
conveniunt, ab illius plebis religiosa devotione  
distat. Verum sicut sunt plerique, qui pio reli-  
giosoque studio orandi gratia ecclesiam sæpissime  
frequentant, ita e contrario existunt quidam qui,  
licet e vicino habeant basilicam, id tamen per-  
raro, quod emendatione dignum est, faciant.  
Ut ergo templa divinis cultibus mancipata fre-  
quenter adiri, ibique Deum constanter & devote  
oporteat invocari, divinæ scripturæ testimonia  
subter collecta testantur. Legitur itaque in libro  
Paralipomenon: *Apparuit Dominus Salomoni nocte,  
& ait: Audiavi orationem tuam, & elegi locum  
istum mihi in domum sacrificii, &c.* Et paullo post:  
*Oculi quoque mei erunt aperti, & aures meæ recte*  
*ad*

1. Paral. 6

389

ANNO CHRISTI 159. 1. Par. 7. 4m. 10.

AN. 2. 11m.

AN. 3.

7m. 14.

14. 1

AN. 8.

ad orationem ejus, qui in loco isto oraverit. *Elegi eam & sanctificavi locum istum, ut sit nomen meum ibi in sempiternum, & permanent oculi mei, & cor meum ibi cunctis diebus.* Et in evangelio Luca: *Et factum est, dum benediceret illis, recessit ab eis, & ferebatur in calum, & ipsi adorantes regressi sunt in Jerusalem cum gaudio magno; & erant semper in templo laudantes & benedicentes Deum.* Et in Actibus apostolorum: *Erant autem, inquit, perseverantes in doctrina apostolorum, & communicatione fractionis panis, & orationibus.* Et paulo post: *Quotidie quoque perseverantes unanimes in templo, & frangentes circa domos panem, sumebant cibum cum exultatione & simplicitate cordis, collaudantes Deum, & habentes gratiam ad omnem plebem.* Item ibi: *Petrus & Joannes ascenderunt in templum ad horam orationis novam.* Origenes quoque in homilia de Rebecca: *Vereor, inquit, ne sitis matri vestrae ecclesiae adhuc in tristitia & gemitu, cum non convenitis ad audiendum Dei verbum, & vix festis diebus ad ecclesiam proceditis, & hoc non tam desiderio verbi, quam studio sollempnitatis, & publicae quodammodo remissionis obtentu. Quid igitur ego faciam, cui dispensatio verbi credita est? Ubi, vel quando vestrum tempus inveniam? Plurimum ex hoc, immo pene totum, mundanis occupationibus teritis: in foro aliud, aliud in negotiatione consumitis: alius litibus vacat, & ad audiendum Dei verbum nemo, aut pauci admodum vacant. Sed quid vos de occupationibus culpo? quid de absentibus conqueror? Praesentes etiam in ecclesia positi non estis intenti, sed communes & ex usu fabulas teritis, & verbo Dei vel lectionibus divinis terga convertitis. Vereor ne & vobis dicatur a Domino: *Convertunt ad me dorsa, & non facies suae.* Et post aliqua in eadem: *Dicite mihi vos, qui tantummodo festis diebus ad ecclesiam convenitis, ceteri dies non sunt festi? non sunt dies Domini? Judaeorum est dies certus & ratos observare sollempnes, & ideo ad eos dicit Dominus: *Quia nomenias vestras, & sabata, & diem magnum non sustineo; jejunia, & ferias, & dies festos vestros odit anima mea.* Odit ergo Deus eos qui una die putant esse festum Domini. Quia ergo Christiani instar templi Hierosolymitani, ubi sanguis brutorum animalium effundebatur, basilicas in amore & honore Dei construunt; ubi non jam sanguis taurorum effunditur, sed corpus & sanguis Christi conficitur, & a fidelibus percipitur, & Deus tam evidentibus oraculis loca nomini suo dicata inhabitare, ibique supplicum preces se exaudire pollicere dignatur, & pontifices sub tanta invocatione eas Deo dedicant, ut omnes qui illuc deprecaturi veniunt, de quacumque tribulatione ad eum clamaverint, consolationis ejus beneficia consequatur, oportet ut remoto negligentiae torpore hujusmodi loca ad Deum exorandum sibi que propitium faciendum frequenter ac devote adeant, dignosque se aspectibus angelorum, quorum conventus minime ibi adesse dubitentur, exhibeant. Quod si etiam memoratum templum, in quo pecudes mactabantur, tantae venerationi habebatur, ut ad illud non solum Judaei divinae legis notitiam habentes, verum etiam nationes a testamento Dei longe remotae, orandi gratia concurrerent, sicut habes in Actibus apostolorum, de viro Aethiops eunucho, qui venerat adorare in Jerusalem, & revertebatur, & a Philippo catechizatus & baptizatus est, quanto magis templa Christi, ubi ejus caro & sanguis immolatur a fidelibus, sunt religiosis obsequiis veneranda, & assiduis precibus inexcutabiliter frequentanda? Non igitur, sicut se habet quorum-**

dam reprehendenda & emendanda consuetudo, propter ediculas, quas sibi ad votum suum construunt, ibique Deo sacrificium offerri posse & debere contendunt, templa per sacerdotum ministerium nomini divino dicata penitus sunt negligenda ac relinquenda, praesertim cum Dominus dicat in lege: *Ad locum quem elegerit Dominus dicat in lege: Ad locum quem elegerit Dominus Deus. 11.* *Deus de caelis tributus vestris, ut ponat nomen suum ibi, & habitet in eo, venietis & offeretis in illo loco holocausta ac victimas vestras.* Et post pauca: *Cave ne offeras holocausta tua in omni loco quem videris, sed in eo, quem elegerit Dominus in una tribuum tuarum.* Et in sacris canonibus, in concilio scilicet Laodicensi, est institutum: *Quod non oporteat in domibus oblationes ab episcopis & presbyteris fieri.*

LIBER II. CAP. XI. 12 XII.

Deus. 11.

Matth. 11.

Deut. 11.

XII.

Multi ecclesiam ingressi, non ad Deum puram simplicemque orationem dirigunt, quoniam quod ore precantur hoc etiam mente non meditantur. De talibus Beda in homilia evangelii xvii. Sicut, inquit, qui intrantes ecclesiam multis psalmodiis vel orationum sermonibus prolongant, sed alibi corde intendendo, nec ipsi quid dicant recolunt: ore quidem orantes, sed mentem foris vagantem omni orationis fructu privantes, putantes a Deo precem exaudiri, quam nec ipsi qui fundunt audiunt. Quod antiqui hostis instidua fieri, nemo est qui animadvertere nequeat: Sciens enim utilitatem orandi, & invidens hominibus gratiam impetrandi, immitit orantibus multimoda cogitationum levium & aliquando etiam turpium nocentiumque phantasmata, quibus orationem impediatur, adeo ut nonnunquam tales tantisque discurrentium cogitationum fluxus prostrati in oratione toleremus. Sunt itaque plerique quibus potius cordi est vanis & obscenis confabulationibus vacare, quam lectionibus divinis aurem accommodare, quibus etiam nunquam tam delectabile videtur esse susurratioes aliorum auribus ingerere, cachinnis ora dissolvere, quam in ecclesia Dei, ubi eum humiliter devoteque debuerant invocare, peccata sua deffere. Sed & hoc ejusdem hostis antiqui instidua fieri dubium non est. Quod autem domus Dei non sit hujuscemodi illicitarum actionum, sed potius orationum locus, Dominus docet in evangelio dicens: *Domus mea domus orationis est, vos autem fecistis eam spelancam latronum.* Origenes quoque, ubi de velamine Moisis scribit, ita dicit: *Dicendum nobis est prius quid sit homo averlus a Domino, ut scire possimus quid sit conversus.* Omnis qui, cum recitantur verba legis, communibus tabulis occupatur, averlus est. Omnis qui, cum legitur Moyses, de negotiis saeculi, de pecunia, de lucris sollicitudinem gerit, averlus est. Omnis qui possessionum curis stringitur, & divitiarum cupiditate distenditur, qui gloriatur saeculo & mundi honoribus studet, averlus est. Sed & alius qui ab his quidem videtur alienus, assistit autem, & audit verba legis, & vultu atque oculis intentus, corde tamen & cogitationibus evagatur, averlus est. Quid ergo est converti? Si his omnibus terga vertitis, & studio ac mentis sollicitudine verbo Dei operam detis, in lege ejus die ac nocte meditemini, hoc est conversum esse ad Deum. Aliqui vestram, ut recitari audierint quae leguntur, statim discedunt: nulla ex his quae lecta sunt inquisitio ad invicem, nulla collatio, nusquam memoria mandati illius, de quo te divina lex commonet: *Interroga patres tuos, & dicent tibi; presbyteros tuos, & annuntiabunt tibi.* Alii de hoc quidem patienter expectant, quod lectiones in ecclesia recitentur: alii vero, nec si recitentur sciunt, sed in se-

LIB. III. II  
CAP. XV. 2  
IIIForte, ut  
III

Z. m. a.

Cor. II

remotioribus dominiæ domus locis secularibus a  
fabulis occupantur. De quibus ego ausus sum di-  
cere, quia cum legitur Moyses, jam non velamen  
super cor eorum, sed paries quidam & murus est  
positus. Augustinus in homiliis ad populum:  
Quando conventus, inquit, ad ecclesiam pro pec-  
catis vestris orare, nolite sanctiua concitare, aut  
otiosas fabulas dicere: in ecclesia stantes nolite  
verbolare, sed sacras scripturas patienter audire.  
Qui enim in ecclesia verba vana locutus fuerit,  
& pro se, & pro aliis rationem redditurus est in  
die iudicii, quia verbum Dei nec ipse audit, nec  
alios audire permittit. Item idem: Plures sunt,  
de quorum perditione nimium contristor, illos dico,  
qui venientes ad ecclesiam magis litigare cupi-  
unt, quam orare, & quando debent lectiones  
divinas in ecclesia intentis auribus tota pietate  
suscipere, tunc sacras causas dicere, & diversis le-  
sionibus calumniis impugnare. Aliquando etiam,  
quod pejus est, aliqui nimia iracundia succenduntur,  
& amarissime rixantur, & turpiter sibi convitia  
& crimina, & calcibus & pugnis invicem colli-  
quantur. Melius enim fuerat talibus ad ecclesiam  
non venire, quam tot malis contra te divinam  
nam provocare. Isti enim, etsi cum minoribus  
peccatis ad ecclesiam veniunt, cum multis crimi-  
nibus de ecclesia revertuntur. Item idem: Sunt  
namque aliqui qui in natalibus sanctorum, aut in  
quolibet festivitate, causas aut dicere, aut audire  
volunt, & quod pejus est, non pro veritate, sed  
pro avaritia & cupiditate. Debent enim causas  
dicere, & cum iustitia deliberare: sed aliis die-  
bus, alio tempore, & non in sanctorum sollemp-  
nitate, quando omnes homines magis debent Deo  
vacare, quam se diversis libris impugnare. Item  
idem: Quando ad ecclesiam conventus, nolite vos  
talibus libris occupare, unde possitis peccata ac-  
quirere. Nolite vos occupare ad litigandum, sed  
potius ad orandum, non ut rixando Deum of-  
fendere, sed supplicando gratiam illius possitis ac-  
quirere. Beda in homilia evangelii xx. Cum se-  
quet Dominus quasi sigillum de iuramentis, omnes  
eje it de templo. Quid ergo, fratres mei, quid pu-  
tatis faceret Dominus, si rixis dissidentes, si fa-  
bulis vacantes, si risu dissolutos, vel alio quoli-  
bet scelere reperiunt irretitos, qui hostias quæ si-  
bi immolarentur ementes in templo invenit, &  
eliminare festinavit? Hæc propter illos diximus  
qui ecclesiam ingressi, non solum intentionem or-  
andi negligunt, verum etiam ea pro quibus ora-  
re debuerant augent. Insuper & arguentes se pro  
huiusmodi stultitia, convitiis, odiisque, vel detra-  
ctionibus insequuntur, addentes videlicet peccata  
peccatis, & quasi funem sibi longissimum incau-  
ta eorum augmentatione texentes, nec timentes,  
ex eo districti iudicis examinatione damnari. Et  
paucis post: Unde multum tremenda sunt hæc  
dilectissimi, & digno expavescenda timore: sedu-  
laque præcavendum industria, ne veniens impro-  
visus perverium quid in nobis, unde merito fla-  
gellari, ac de ecclesia ejici debeamus, inveniat;  
& maxime in illa, quæ specialiter domus oratio-  
nis vocatur, observandum ne quod ineptum gera-  
mus, ne cum Corinthiis ab apostolo audiamus:  
*Numquid domos non habetis ad agenda vel loquenda  
temporalia? aut ecclesiam Dei contemnitis?* Quapro-  
pter summopere omnibus fidelibus procurandum  
est, ut nihil in ecclesia inhonestum, aut cogita-  
tione, aut dicto, aut facto gerant; ne forte pec-  
catis, pro quibus absolventis conduxerant, pec-  
cata accumulantes, non absolutionem peccatorum  
acquirit, sed magis funes, quibus quodammodo  
ligantur, sibi accumulent.

Sicut sunt nonnulli, qui orandi gratia ecclesie  
limina frequentate negligunt, ita e contrario exi-  
stunt plerique, qui pro eo quod basilicas adire  
nequeant, & reliquias sanctorum præsto non ha-  
beant, idcirco vota precum suarum ad Dominum,  
ut oportet, supplici devotione non fundunt, non  
animadvertentes, quod Deus non sit minus in  
parte, quam in toto, sed ubique totus, ubique  
præsens, ubique mirabilis. Unde ait Psalmista:  
*Quo ibo a spiritu tuo? & a facie tua quo fugiam?*  
*Si ascendero in caelum, tu illic es: si descendero in  
infernum, ades. Et idem alibi: In omni loco domi-  
nationis ejus benedic anima mea Domino.* Legitur  
itaque in libris Regum: *Si egressus fueris populus,  
tuus ad bellum contra inimicos suos: per viam quam  
cumque miseris eos, orabunt te contra viam civita-  
tis quam elegisti, & contra domum quam edificasti  
nomini tuo, & exaudies in celo orationem eorum,  
& preces eorum & facies iudicium eorum. Quod si  
peccaverint tibi (non est enim homo, qui non peccet)  
& iratus tradideris eos inimicis suis, & captivi  
duelli fuerint in terram inimicorum suorum longe vel  
prope, & egerint penitentiam in corde suo in loco  
captivitatis, & conversi deprecati te fuerint in capti-  
vitate sua dicentes: Peccavimus, inique egimus, im-  
pie gessimus; & reversi fuerint ad te in universo  
corde suo, & tota anima sua, in terra inimicorum  
suorum, ad quam captivi duelli fuerint, & orave-  
rint te contra viam terra sue, quam dedisti patri-  
bus eorum, & civitatis quam elegisti, & tempus  
quod edificasti nomini tuo exaudies in celo, in fir-  
mamento solui tui, orationum eorum & preces, &  
facies iudicium eorum.* Et in libro Daniel: *Quod  
cum Daniel comperisset, id est constitutam legem,  
ingressus est domum suam, & fenestris apertis in ca-  
niculo suo contra Jerusalem, tribus temporibus in  
die steterat genua sua, & adorabat, confitebatur  
que coram Domino suis & ante facere confiteretur.*  
Apostolus quoque ait: *Volo igitur viros orare in  
omni loco, parvas levant manus, sine ira & disci-  
patione.* Hieronymus ad Eustochium: *Egreden-  
tes hospitium armet oratio, regredientibus de  
platea oratio occurrat ante, quam lesso, ne prius  
corpusculum requiescat, quam anima verbo Dei  
pascatur: ad omnem adum, ad omnem incellum,  
manus pingat crucem.*

ANNO  
CHRIST.  
819

## CONCILII PARISIENSIS VI.

## LIBER III.

## EPISTOLA EPISCOPORUM

AD LUDOVICUM IMPERATOREM.

De gestis in synodo, & de excerptis quibusdam  
in sequenti libello capitulis, quorum observa-  
tionem præcipue necessariam, & ab eo  
deposcendam ceniuerunt.

*Dominis præstantissimis, & pietatis gratia præditis,  
Hindowico, & Lothario orthodoxis atque  
invictissimis Augustis.*

**N**Os famuli vestri, quamvis indigni, tamen  
episcopi, Deo humiliter grates persolvimus,  
ejusque immensam pietatem & benignitatem col-  
laudamus & prædicamus, qui vos adeo in sui  
amorem devotissimos famulos suos flagrare facit,  
ut de profectu & exaltatione sanctæ suæ ecclesie  
indelineret cogitatis, eamque, utpote matrem  
spiritalem, sicut fideles & dilecti spirituales filii ad  
meliora & potiora semper provohere studeatis  
Nam

Nam cum macro divinus imperium vobis divini-  
 tus commissum interius exteriusque merito no-  
 stræ iniquitatis, multifariis attereret cladibus, pu-  
 denter animadvertentes quod hæc non nisi iusto  
 Dei judicio evenirent, illico scriptis serenitatis ves-  
 stræ anno præterito cunctos ecclesiarum pastores  
 admonuistis, ut quia constabat eos speculatores  
 Domini existere, & gladium divinum super ter-  
 ram, id est, super peccatores Deum grassari, me-  
 minerint speculationis suæ, & jejunio triduo ab  
 omnibus generaliter peracto, unusquisque in quo  
 libet ordine positus diligenter conscientiam suam  
 conveniret, & ubi se Deum offendisse cognosce-  
 bat, maturato per penitentiam satisfactionem cor-  
 rigere non differret. In quibus etiam apicibus in-  
 serere vobis placuit, ut si Deus pacem vobis  
 & otium vobis tribueret, in hoc placitum vestrum  
 generale consumere voluissetis, ut primum quid-  
 quid in vobis, id est, in persona & ministerio ves-  
 stro corrigendum inveniretur, Domino auxiliante  
 corrigeretis. Deinde quæcumque in omnibus or-  
 dinibus imperii vestri Deo displicerent inquirere-  
 tis, & secundum ejus voluntatem cum consensu  
 fidelium vestrorum ad tramitem rectitudinis revo-  
 caretis; scilicet ut eum vobis populoque vobis com-  
 misso propitium faceretis. Sed quia tempus opta-  
 tum exterioribus incursionibus præpedientibus,  
 secundum desiderium vestrum nacti non estis, li-  
 buit serenitati vestræ, cum quibusdam fidens  
 vestris præterita hinc placitum habere, & de his  
 quæ præmissa sunt diligenter tractare. Deique vo-  
 luntatem querere, & ecclesiarum vobis commissa uti-  
 litatem providere. Quapropter de omnibus, quæ  
 ad tempus emendatione digna visa sunt, congrua  
 capitula serenitas vestra digessit, legatoque ite-  
 rnuos delegavit, ut per eadem capitula & flagitia  
 malorum hominum punirent, & honorum laudem  
 vestræ celsitudinis uoluerent. Inter quæ etiam  
 statuiti in quatuor partibus imperii vestri conven-  
 tus episcoporum uno eodemque tempore fieri, in  
 quibus tractarent, quærent, atque cum Dei ad-  
 jutorio invenirent de causis religionem Christianam  
 eorumque curam pertinentibus: quid a prin-  
 cipibus, & reliquo populo, vel ita ut divina au-  
 thoritas doceret, aut aliter teneretur: vel quid inde  
 ex parte, aut ex toto dimissum esset, ut non  
 teneatur. Deinde quid in ipsorum, qui pastores  
 populi constituti sunt, moribus, conversationibus,  
 & actibus inveniri posset, quod divinæ regulæ at-  
 que auctoritati non concordaret, simulque inve-  
 niretur, quæ occasione in utroque ordine id effe-  
 cerint, ut a recto tramite deviasent; & quidquid  
 de his inventum fuisset, vestræ celsitudini notum  
 facerent. Quod ut Deus posse dedit, nos fidelissi-  
 mi ac devotissimi salutis vestræ procuratores, iux-  
 ta parvitatem sensus nostri, prout brevitatis tem-  
 poris permisit, secundum sanctam devotionem &  
 ordinationem vestram, de causis ad religionem  
 Christianam, nostrumque ministerium atque peri-  
 culum pertinentibus, nec non & de his quæ ad  
 nostram correctionem & emendationem pertinere  
 perspeximus, sive de his quæ populis generaliter  
 annuntianda & admonenda prævidimus, capitula-  
 tim in præcedentibus annotavimus libellis, vestræ  
 que serenitati legenda, immo probanda obtuli-  
 mus. Et quamquam de his quæ præmissa sunt  
 vestro ardentissimo desiderio prius satisfacere ele-  
 gerimus, nequaquam tamen hæc specialiter ad  
 vestram personam ministeriumque pertinere co-  
 gnovimus, oblivioni tradidimus: sed potius ves-  
 træ saluti prospicientes, nonnulla capitula neces-  
 saria in secundo hujus operis libello, ad nomen  
 ministeriumque vestrum pertinentia, periculumque  
 cavendum, solerti studio congestimus, & vobis  
 Concil. General. Tom. XIV.

Amantissime admonitionis gratia porrigenda devo-  
 vimus: ut ea diligenter inspiciendo, legendo, &  
 audiendo, aperte atque distincte vestra cognoscat  
 celsitudo, de quibus, & pro quibus, in memora-  
 tis conventionibus nostris, secundum virum vestra-  
 rum possibilitatem fideliter salubriterque egeri-  
 mus. Abhinc sequuntur quædam quæ ex capitulis  
 conventionis nostræ breviter decerpimus, quæ ad no-  
 stram fideliumque vestrorum laetorum oblationem  
 & salutem pertinentia, necessaria esse per-  
 speximus. Deinceps sequuntur alia quæ vestræ pie-  
 tati deprecanda valde salubria esse judicavimus.

INDEX CAPITUM

LIBRI III.

- I. De vita & officio episcoporum.
- II. De diversorum malorum peccatoribus.
- III. De iniustis inæqualibusque mensuris atque ponderibus.
- IV. De presbyteris non passim per diversa mittendis.
- V. De diei dominici observatione.
- VI. Ut miserarum celebrationes in locis incongruentibus non fiant.
- VII. De his quæ amissis vestris indiscrete sibi velum imponunt.
- VIII. Quanta sit potestas & dignitas episcoporum.
- IX. De non continendo episcoporum ministerio.
- X. Quod fideles propter ista offensa non debeant, quæ ab episcopis pro eorum salute suggeruntur.
- XI. Ut concilia semel saltem quotannis fiant per unamquamque provinciam.
- XII. Ut schola publica in tribus saltem imperii locis fiant.
- XIII. Ut revocentur ad ecclesias suas presbyteri & diaconi fuga lapsi.
- XIV. Ut deterrantur monachi & clerici, qui palatium perire audent.
- XV. Ut subvertantur sedes quædam episcopales rebus suis spoliate.
- XVI. De evellendo malo quod in duorum episcoporum peccatis perpetuatur.
- XVII. Ut sanguis iustus in regno, tam temere fieri non suatur.
- XVIII. In abbates & abbatissas, ac laici qui habent monasteria, religiose convertantur, & congregationes sibi commissas non negligant, episcoporumque admonitionibus pareant.
- XIX. De inhibendis presbyteris, & capellis palatinis, & de observatione diei dominici.
- XX. De receptione corporis & sanguinis Domini non omittenda.
- XXI. De honore ecclesiastico sentiendo.
- XXII. Ut boni ecclesiarum rectores constituantur.
- XXIII. De abbatibus, & de reipublica ministris, ut summa providentia eligantur.
- XXIV. Ut consilarii, ceterique domus sacre ministri, concordiam inter se habeant, & sama sancta opinio omni omnibus imitabile existant.
- XXV. Ut filii regis in timore Dei, mutuaque concordia evadantur.
- XXVI. Quod nec principes in causas ecclesiasticas proficiant, nec sacerdotes in secularibus negotiis occupari debeant.
- XXVII. De episcopali libertate concedenda.

CAPUT I.

Igitur quia constat religionem Christianam per  
 successores apostolorum salubriter administrari, po-  
 pulisque ad vitam æternam ducatum exhibere de-  
 bere, primo necessarium judicavimus, ut quidquid  
 in nobis reprehensibile, sacrisque ministeris indi-  
 gni mancipamus, inconveniens & indecens con-  
 trariumque videbatur, recto annisu, Domino opem  
 ferente, corrigeremus. Id est, in vita nostra, &  
 doctrina, & conversatione, & motum probitate  
 & studio prædicationis, & in veneratione &  
 ministrorum, subditorumque nostrorum correctio-  
 ne, diligentiore deinceps cum omni studio tu-  
 ram & providentiam adhiberemus. Et ut nos  
 P p non

LIBER III. CAP. II.  
 595 non tantum in cupiditatibus mundanis, & curis, sed sollicitudinibus, sed potius in divinis officiis implicaremus, & in scholis habendis, & educandis militibus sanctæ Dei ecclesiæ operam daremus. Quæ nos Deo miserante in omnibus pro viribus imitari, & exercere ad nostram & universorum salutem cupimus, in quantum nobis, divina favente gratia, sacerdotalis libertas & optatum otium attributum fuerit. Nam in statutis convenientibus primo omnium pari voto, parique consensu decrevimus, ut unusquisque plebes sibi subiectas ad meliora incitare studeret, easque ut se a malis cohiberent, & ad Deum ex toto corde converterent, sollicitè admoneret, Deumque quem peccando sibi iratum fecerant, digna poenitentia satisfactione & elemosinarum largitione sibi placabilem facere satagerent, nec non & pro vita vestra, conjugum, prolisque vestrae incoluntate, Dei immensam misericordiam cernuis precibus implorarent.

II.

• Sunt sane diversorum malorum patratores, quos & lex divina improbat & condemnat, pro quorum etiam diversis sceleribus & flagitiis populus fame & pestilentia flagellatur, & ecclesiæ status infirmatur, & regnum periclitatur. Contra quos nos eorum malitiam exaggerantes, quamquam in sacris eloquiis satis sunt execrati, necessarium prævidimus, iterum nostra admonitione & exhortatione præcaveri omnino oportere. Sicut sunt diversarum pollutionum patratores, quas cum pecoribus & masculis nonnulli diversissimis modis admittunt, quæ incomparabilem dukedinem pissimi creatoris ad amaritudinem provocantes, tanto gravius delinquant, quanto contra naturam peccant. Pro quo etiam scelere, igne caelesti conflagratæ, infernique hiatu quinque absorptæ sunt civitates, nec non & quadraginta & eo amplius millia stirpis Benjaminæ mucrone fraterno confossa sunt. Hæc porro judicia & evidentes vindictæ declarant, quam detestabile & execrabile apud divinam majestatem hoc vitium existet. Exant & alia perniciosissima mala, quæ ex ritu gentilium remansisse dubium non est, ut sunt magi, harioli, sortilegi, venefici, divini, incantatores, omniatorum conjectores, quos divina lex irremediabiliter puniri jubet: de quibus in lege dicitur: *Anima qua declinaverit ad magos & barolos, & veneficos terra, & fornicata fuerit cum eis, ponam faciem meam contra eam, & interficiam illam de medio populi sui. Sanctificamini & estote sancti, quia ego sanctus sum Dominus Deus vester. Custodite præcepta mea, & facite ea, quia ego Dominus, qui sanctifico vos.* Et alibi: *Magos & barolos, & maleficos servos. Et alibi: Magos & barolos, & maleficos servos vivere ne patiamini.* Dubium etenim non est, sicut multis est notum, quod a quibusdam præstigiis atque diabolicis illusionibus ita mentes quorundam inficiantur poculis amatoris, cibus, phylacteriis, ut in insaniam versi a plerisque judicentur, dum proprias non sentiunt contumelias. Ferunt enim suis maleficiis aera posse conturbare, & grandines immittere, futura prædicere, fructus & lac auferre, aliisque dare, & innumera a talibus fieri dicuntur. Qui ut fuerint hujusmodi comperti, viri seu feminae, in tantum disciplina & vigore principis acius corrigendi sunt, in quantum manifestius aut nefando & temerario servire diabolo non metuunt. De his quoque in concilio Ancyritano titulo XXXI. ita scriptum est: Qui divinationes expetunt, & more gentilium subsequuntur, aut in domos suas hujuscemodi homines introducunt exquirendi aliquid arte malefica, aut expiandi causa, sub regula quinquenii jaceant,

secundum gradus poenitentia definitos. Oportet enim hæc in omnibus, & maxime in his locis, ubi licite & impune multi se posse hoc perpetrare confidunt, ut studiosius & diligentius admo-  
 ANNO CHRISTI 597  
 Addit. 1. 19.  
 Galat. 1.  
 B dicitur: *Latentur cum malefecerint, & exultant in rebus pessimis.* Unde oportet ut omnes Christiani hæc & subtiliter intelligant, & studiosissime caveant, ne forte ea perpetrantes, & alia bona perdant quæ agunt, & propter hæc a regno Dei se alienos faciant. Similiter etiam de otioso sermone, pro quo, juxta Domini vocem, omnes red-  
 diti sumus in die judicii rationem; de scurrilitate, & stultiloquio, & maledictionibus, quæ, juxta apostolum, *Maledicentes regnum Dei non possidentur*, de mendacio, de periculo, noxio, al-  
 s. Co. 6  
 fidoque jutamento, & obscænis turpibusque can-  
 ticis, omnibus Christianis omnino intelligendum & observandum est, ut summo opere ab his se caveant, ne his studentes per negligentiam detrim-  
 mentum patiantur suarum animarum. Hæc igitur quæ breviter præmissa sunt, primum, adjuvante divina gratia, a nobismetipsis abdicando, formam & exemplum aliis præbere volumus, & fidelibus vestris humiliter innotescere, & fideliter denun-  
 tiare necessario judicavimus. Sed & parochias nostras omnes admonendo instruere cupimus, ne, quod absit, per suam ignorantiam, & nostram negligentiam, hujuscemodi mortiferis subjaceant periculis. Congessimus etiam in opere conventus nostri nonnulla alia capitula ad vestram fidelium-  
 que vestrorum observationem & salutem pertinen-  
 tia, quorum hic omnia prolixitate mentionem tantum facimus. Scilicet quod nosse eos oporteat, conjugium a Deo esse constitutum, & quod non sit causa luxuriæ, sed causa potius filiorum appetendum. Et ut virginitas, sicut doctores nostri tradunt, usque ad nuptias sit custodienda, & quod uxores habentes, neque pellicem, neque concubina-  
 nam habere debeant: quomodo etiam in castitate uxores suas diligere, eisque, utpote vasi infirmiori, honorem debitum debeant impendere. Et quod commixtio carnalis cum uxoris gratia fieri debeat proles, non voluptatis: & qualiter a coitu prægnantium uxorum viris abstinendum sit, & quod nisi causa fornicationis, ut Dominus ait, non sit uxor dimittenda, sed potius sustinenda. Et quod hi, qui causa fornicationis dimissis uxori-  
 bus suis alias ducunt, Domini sententia adulteri esse notentur: sive etiam qualiter incesta a Christianis cavenda sint, & quod loca Deo dicata frequentius devotiusque a fidelibus ad Deum exorandum sibi-  
 que propitiis faciendum sint adeunda: & quod in basilicis Deo dicatis, non sit fabulis otiosis, turpibusque & obscænis sermocinationibus vacandum, & negotia secularia, publica-  
 que placita habenda: & quod qui hæc in ecclesia Dei faciunt, majora sibi peccata accumulent: de justo judicio judicando, & munere acceptione cavenda, de falso testimonio vitando, & detractione cavenda, nec non de ceteris, quæ dinumerare longum est. Sunt etiam & alia plura flagitia per-  
 necessario corrigenda, quæ nos ideo hic inferere non necessarium duximus, quoniam satis eviden-  
 ter



ANNO  
CHRISTI  
119.

ter in vestris capitulis comprehensa esse scimus, a quibus beato Petro, cujus vicem indigni gerimus, ANNO  
CHRISTI  
119. ait: *Quodcumque ligaveris super terram, erit ligatum & in celo; & quodcumque solveris super terram, erit solvum & in celo.* Et alibi discipulis generaliter dicit: *Accipite Spiritum sanctum: quorum remiseritis peccata, remittantur eis; & quorum retinueritis, retenta sunt.* Illud etiam ad exemplum eis reducendum est, quod in ecclesiastica historia Constantinus imperator episcopis ait: *Deus, inquit, constituit vos sacerdotes, & potestatem vobis dedit de nobis quoque judicandi: & ideo nos a vobis recte judicamur; vos autem non potestis ab hominibus judicari.* Propter quod Dei solius inter vos expectate iudicium, & vestra iurgia, quaecumque sunt, ad illud divinum reserventur examen. Vos etiam nobis a Deo dati estis diti, & conveniens non est ut homo iudicet decem: sed ille solus, de quo scriptum est: *Deus stetit in synagoga deorum, in medio autem deos discernit.*

LIBER III.  
CAP. III.  
IV. c.  
Matth. 18  
Joan. 10.Rufin. lib.  
10. c. 2.

## III.

Lxxv. 19.

De mensurarum namque inaequalitate, & modis iniustis & sextariis, quae Domini lege haberi prohibentur, qualiter res ad certam correctionem perducatur, non satis perspicue nobis patet, eo quod in diversis provinciis diversae ab omnibus pene habeantur. Hoc tamen modis omnibus optamus & monemus, ut in unaquaque provincia imperii vestri, iussu atque terrore celsitudinis vestrae, nullus duplices mensuras in sua dominatione aut habeat, aut haberi permittat: quoniam hac occasione multos pauperes affigi in plerisque locis cognovimus, & ad paupertatem miseriamque devenisse.

## IV.

Ut presbyteri, sicuti hactenus factum est, indifere per diversa non mittantur, nec ab episcopis, nec ab aliis praelatis, nec etiam a laicis; ne forte, propter eorum absentiam, & animarum pericula, & ecclesiarum, in quibus constituti sunt, negligantur officia.

## V.

Salubriter admonemus cunctos fideles, ut dei dominico debitum honorem & reverentiam exhibeant, quoniam hujus dehonoriatio & a religione Christiana valde abhorret, & suis violatoribus animarum periculum procul dubio generat.

## VI.

In conventibus serenitatis vestrae jam admonitum est, quod consecratio corporis & sanguinis Domini nostri Jesu Christi per domos & aediculas quasdam, ad quorundam libitum preparatas, & per alia quaelibet incongrua loca fieri non debeat; excepto quando in itinere pergitur, & id in aliis locis, quam in basilicis Deo dicatis, vel etiam in altaribus ab episcopo consecratis, ne populus Dei sine missarum celebratione, & corporis & sanguinis dominici perceptione maneat, necessitas fieri compellit. Nunc iterum atque iterum admonemus, ut posthabitis aediculis, quas usus inolitus capellas appellat, basilicis Deo dicatis ad missarum celebrationem audiendam, & corporis & sanguinis dominici perceptionem sumendam, assidue devoteque adeantur.

## VII.

De nobilibus porro feminis, quae amissis viris repente velantur, & in propriis domibus, diversas necessitates opponentes, residere delectantur, jamdudum in aliis conventibus coram serenitate vestra ventilatum & definitum est, ut nulla illarum taliter se velari inconsulto episcopo suo attemptaret: quoniam per hujuscemodi velationem, noxiam sibi libertatem acquirere, & per diversa vagari cupiat: illudque apostolicum minimè praeculis habentes, quo dicitur: *Visua qua in delictis est, vivens mortua est*, animarum suarum salutem parvipendunt. Unde necesse est, ut quod hactenus erga eas admonendo sacerdotalis auctoritas expleri nequivit, id terror imperialis atque potestas ob earum salutem adimpleat.

Addit. c. 25.

Tim. 3.

*Hae sunt etiam capitula, quae a vestra pietate adimpleri flagitamus.*

## VIII.

Lib. 1. c. 16.

Petimus humiliter vestram excellentiam, ut per vos filii & proceres vestri nomen, potestatem, vigorem, & dignitatem sacerdotalem cognoscant. Quod ex verbis Domini facile intelligere possunt, Concil. Gener. Tom. XIV.

quibus beato Petro, cujus vicem indigni gerimus, ait: *Quodcumque ligaveris super terram, erit ligatum & in celo; & quodcumque solveris super terram, erit solvum & in celo.* Et alibi discipulis generaliter dicit: *Accipite Spiritum sanctum: quorum remiseritis peccata, remittantur eis; & quorum retinueritis, retenta sunt.* Illud etiam ad exemplum eis reducendum est, quod in ecclesiastica historia Constantinus imperator episcopis ait: *Deus, inquit, constituit vos sacerdotes, & potestatem vobis dedit de nobis quoque judicandi: & ideo nos a vobis recte judicamur; vos autem non potestis ab hominibus judicari.* Propter quod Dei solius inter vos expectate iudicium, & vestra iurgia, quaecumque sunt, ad illud divinum reserventur examen. Vos etiam nobis a Deo dati estis diti, & conveniens non est ut homo iudicet decem: sed ille solus, de quo scriptum est: *Deus stetit in synagoga deorum, in medio autem deos discernit.*

## IX.

Sed & hoc illis ad memoriam reducendum est, qualiter beatus Prosper in libro, quem de contemplativa & actuali vita scripsit, laudem sacerdotum comprehenderit. Ipsi enim, inquit, id est sacerdotibus, proprie animarum curandarum sollicitudo commissa est: qui pondus populi sibi commisso viriliter sustinentes, pro peccatis omnium, velut pro suis, infatigaliter supplicant Deo, ac velut quidam Aaron, incensum contriti cordis & humiliati spiritus offerentes, quo placatur Deus, avertunt iram futurae animadversionis a populo. Qui per Dei gratiam divinam voluntatis sunt indices, ecclesiarum Christi post apostolos fundatores, fidelis populi duces, veritatis assertores, pravae doctrinae hostes, omnibus bonis amabiles, & mala sibi consciis etiam ipso visu terribiles: vindices oppressorum, patres in fide catholica regeneratorum, praedicatores caelestium praemiorum, exempla bonorum, documenta virtutum, & forma fidelium. Ipsi sunt decus ecclesiae, in quibus amplius fulget ecclesia. Ipsi columnae firmissimae, quibus in Christo fundatis innititur omnis multitudo credentium. Ipsi januae civitatis aeternae, per quas omnes qui credunt ingrediuntur ad Christum. Ipsi janitores, quibus claves datae sunt regni caelorum. Ipsi etiam dispensatores regiae domus, quorum arbitrio in aula regis aeterni dividuntur gradus & officia singulorum. Licet enim sanctorum praecedentium sacerdotum vita & meritis longe inferiores simus, idem tamen sacrum ministerium quod indigni suscepimus, non minoris auctoritatis & dignitatis existit. Et quamquam tanto ministerio indigni simus, propter illum tamen, cujus ministerium gerimus, in nobis non est contemnendum.

## X.

Illud etiam specialiter necessarium vestrae suggerere pietati duximus, ut fideles vestri per vos admonerentur & instruantur, quando aliquid nobis vestra celsitudo de nostra correctione, vel vestra, nec non & illorum salute tractandum committit, ut non per inavem & fatiam suspensionem contra nos scandalum sumant, & sine causa in nos detrahendo Deum offendant, & unde sibi salutem sperare & acquirere debuerant, culpam incurrant. Quia nos nihil aliud quaerere aut tractare desideramus, nec nostri officii est ut faciamus, nisi quod ad nostrum debitum ministerium & illorum salutem pertinet. Et ideo non debemus ante tempus per suspensionem judicari, sed patienter expectari, donec ipsa veritas manifestum faciat, utrum magis audiendi, an improbandi simus. Nos enim, si forte evenerit ut aliquid sinistrae opinionis de nobis fama sparserit, Deo nobis opem sen-

LIBER III  
CAP. XI  
117. ac.

rem, id æquanimitèr tolerare & possumus & debemus. Ipsi vero a culpa immunes esse non possunt, dum patrum & fratrum intentionem sine causa reprehendere non metuunt. Quoniam hoc summopere elaborandum est nobis & vobis, ut semper inter pastores ecclesiarum & gregem Christi, pax & concordia unanimitalque seruetur: nisi enim caritatem & concordiam in invicem habuerint, Deum sicut oportet propitium habere non merebuntur. Quapropter, sicut præmissum est, cum Deo inspirante vestra pietas de ecclesiastica & communi utilitate nobis tractare præcipit, non est nobis fas mentiri: quia aliquando veritatem sine gravi periculo ad tempus reticere, nunquam tamen interrogati de ipsa veritate sine gravi discrimine possumus mentiri. Sed quia veritas sæpe odium generat, & sermo Dei adversarius a Domino nostris carnalibus voluptatibus describitur, tamen et in via, id est in præseuti vita, consentiendum est. Sic etiam erga nos agendum est, ut quotiescumque interrogati veritatem profitemur, quamquam nonnulli insinui sine causa scandalizentur, nobis tamen consentiendum est propter ipsam veritatem. Quorum saluti atque utilitati nullatenus, quod abut, obesse, sed potius iuxta injunctum nobis officium, consultum utiqueque cupimus exhibere. Quoniam non rerum, ut quidam arbitrantur, ambitione, sed animarum magis delectamur salvatione, attendentes illud apostoli: *Non enim vestra quæro, sed vos.*

## XI.

Cum sacri canones bis in anno concilia celebrari jubeant, illud obnixè a vestra pietate deposcimus, ut saltem vel semel in anno libertas opportuni temporis concedatur, quod hæc ad honorem Dei, & utilitatem sanctæ Dei ecclesiæ multorumque correctionem congruenter decenterque fieri possint. Quoniam si hæc semel, ut dictum est, in anno per unamquamque provinciam celebrata fuerint, & honor ecclesiasticus vires ordinis sui obtinebit, & impudentia quorundam superbiorum clericorum, quæ passim, auctoritate canonica calcata, auribus imperialibus molestiam ingerit, cessabit, & impunitas diversorum flagitiorum locum delitescendi, quem nunc habet, non habebit: & alia multa, quæ hætenus secus quam ecclesiastica disciplina docet incesserunt, ordinem suum Domino auxiliante servabunt.

## XII.

Similiter obnixè ac suppliciter vestræ celsitudini suggerimus, ut morem paternum sequentes, saltem in tribus congruentissimis imperii vestri locis, scholæ publicæ ex vestra auctoritate fiant: ut labor patris vestri & vester per incuriam, quod ablit, labefactando non deperat. Quoniam ex hoc factis & magna utilitas, & honor sanctæ Dei ecclesiæ, & vobis magnum mercedis emolumentum, & memoria sempiterna accrescet.

## XIII.

Similiter & hoc a vestra pietate necessario duximus expetendum, ut sacerdotes & Levitæ, & sequentis ordinis clerici, qui in diversis imperii vestri partes, maximeque in Italiæ regionem lapsi sunt, vestra auctoritate per missos vestros diligenter perquirantur, & in præsentiam vestram venire compellantur, & per vestram clementiam unicuique ecclesiæ, a qua per contumaciam defecerant, restituantur.

## XIV.

Illud quoque nihilo minus a vestra pietate suppliciter flagitamus, ut monachi & presbyteri, nec non & clerici, qui postposita canonica auctoritate passim palatium adeunt, & vestri sacris auribus importunissimam molestiam inserunt,

vestra auctoritate & potestate detreantur, ne hoc facere præsumant. Quoniam in hujuscemodi factis & vigor ecclesiasticus contemnitur, & religio sacerdotalis, & professio monastica vilior efficitur.

## XV.

Illud etiam obnixè vestram sanctam piissimamque devotionem suppliciter admonendo deposcimus, ut ob amorem & honorem Dei, & animæ vestræ salutem, morem paternum sequentes, quædam sedes episcopales, quæ rebus propriis viduata, immo annullata esse videntur, dum tempus habitis, & opportunitas se præbuerit, de earum sublevatione & consolatione cogitetis, memores semper quomodo progenitores vestri hujuscemodi piissimis studiis intenti fuerint.

## XVI.

Sed & illud a vestra pietate fieri deposcimus, ut in quadam parte parochiæ Alitgarii & Rangarii, ubi turpissimam & nefandissimam, & ipso die sæculissimam rem perpetrari audivimus, missi vestri fideles existant, qui per potestatem imperialem vestram, simul cum eorum auctoritate, quantum parochiæ sunt, idem malum ab illo loco quantocius radicitus evellant.

## XVII.

Iterum suppliciter admonendo vestræ serenitatis, ut vestro solertissimo studio, vestraque imperiali auctoritate, tam temeraria Christianorum sanguinis effusio in regno vestro fieri non sinatur: semper illud attendentes quod Dominus post diluvium dixit famulo suo Noe: *De manu hominis, & de manu viri & fratris ejus, requiram animam hominis. Quicumque effuderit humanum sanguinem, fundetur sanguis illius: ad imaginem quippe Dei factus est homo.* Et in lege: *Qui occiderit hominem, morte moriatur.* Et apostolus: *Nam principes non sumus timori boni operis, sed mali. Vis autem non timere potestatem? bonum fac, & habebis laudem ex illa: Dei enim minister est tibi in bonum. Si autem malum feceris, time: non enim sine causa gladium portat: Deus enim minister est, vindicæ in iram ei qui malum agit.* De illo enim specialiter divina auctoritas dicit: *Gladium Dei portat ad vindictam malorum, non de quolibet alio.* E contra vero nescimus qua pernoscia adinventione a nonnullis usurpatum est, ut hi qui nullo ministerio fulciuntur, propter sua odia, & diversissimas voluntates pessimas, indebitum sibi usurpant in vindicandis proximis & interficiendis hominibus vindictæ ministerium: & quod rex saltem in uno exercere debuerat propter terrorem multorum, ipsi impudenter in multis perpetrare non metuunt propter odium, & putant sibi licere ob inimicitiarum vindictas, quod noluat ut rex faciat propter Dei vindictam.

## XVIII.

De abbatibus vero canonicis & regularibus, & de abbatissis quæ sanctimonialibus præesse videntur, sive de laicis qui monasteria habent, illud tantummodo vestræ pietati deposcimus, ut nunc in præseuti placito a vestra serenitate expresse admoneantur, ut de seipsis ceteris bonum exemplum præbeant, & religiose, sicut decet, conversentur, & quod uniuscujusque professioni conveniens est, & in sacris voluminibus prohibetur, omnino caveant. Et loca sibi a vobis concessa depetere & destrui per negligentiam non dimittant. Et congregationes sibi commissas, sive spiritualiter, sive temporaliter, ex paterno affectu gubernare, eisque necessaria stipendia aliquam inopiam & divina officia negligantur, & ipsæ congregationes irreligiosius vivere compellantur. Et ut nostram admonitionem libenter audiant, benigne suscipiant, & obe-

ANNO  
CHRISTI  
729.

ANNO CHRISTI 1579

obedienter adimpleant. Quoniam si illi nostris ad-  
monitionibus paruerint, nos Deo auxiliante id per  
nostrum studium pro viribus efficere cupimus, ut  
ipsa religio semper in melius proficiat, & merces  
vobis exinde accretat, nec non & periculum,  
quantum fieri potest, caveatur animarum, & ab  
veribus vestris amoveatur pro hac causa indium  
querelaram.

XIX.

ib. r. c. 182.

Postulamus etiam ut celsitudo vestra missis  
vestris specialiter iungat, ut ad hanc peragenda  
studiosi & veri adjutores, ubicumque necessitas  
poposcerit, nobis existant. De presbyteris & ca-  
pellis palatinis, contra canonicam auctoritatem &  
ecclesiasticam honestatem inconsulte habitis, ve-  
stram monemus solertiam, ut a vestra potestate  
inhibeantur: quoniam propter hoc & honor eccle-  
siasticus vilior efficitur, & vestri proceres & pa-  
latini ministri in diebus solemnibus, sicut decet, vo-  
biscum ad missarum celebrationes non procedunt.  
Nam & obnoxie deprecamur, ut in observatione  
diei dominici, sicut jamdudum vos deprecati su-  
mus, debitam adhibeatis curam; quatenus, nisi  
magna compellente necessitate, in ipsa die a cur-  
ris & sollicitudinibus mundanis quantum potestis  
vos exuatis, & quod tanta diei venerationi com-  
petit, & vos faciatis, & vestros sacro vestro exem-  
plo & doceatis, & agere compellatis.

XX.

De perceptione vero sacri corporis & sanguinis  
Domini nostri Jesu Christi, nihilo minus mone-  
mus, ut quod Christiane religioni expedit, & si-  
cut vobis a patribus nostris admonitum est in a-  
liis conventibus, quando possibile fuerit, faciatis,  
& vestro exemplo vobis famulantes, ut hoc fa-  
ciant, instruat.

XXI.

De capitulo siquidem, quod propter honorem  
ecclesiasticum in generali conventu vestra celsitu-  
do se constituere velle decrevit, tantummodo ve-  
stram pietatem deposcimus, ut secundum Dei vo-  
luntatem, quod melius exinde vobis visum fue-  
rit, ad effectum incunctanter perducatis.

XXII.

Addit. r. c. 179.

Iterum monendo magnitudini vestre suppliciter  
sugerimus, ut deinceps in bonis pastoribus re-  
floribusque in ecclesiis Dei constituendis magnum  
studium atque solertissimam adhibeatis curam:  
quia, si aliter factum fuerit, & ordo ecclesiasticus  
suam non habebit dignitatem, & religio Christia-  
na in multis labefactanda detrimenti sui iacturam  
patietur, & anime vestre, quod non optamus,  
periculum generabitur.

XXIII.

Addit. r. c. 180. & 181.

Similiter deposcimus, ut in abbatibus consti-  
tuendis vestrum specialiter caveatis periculum,  
sicut vobis saepe est admonitum, & per divinam  
auctoritatem crebrius manifestatum. Sed & hoc  
obsecramus, ut in eligendis adjutoribus vestris, &  
reipublice ministris, qui vice vestra populum Dei  
regere & gubernare atque iudicare debent, soler-  
tissimam providentiam habeatis, semper illud at-  
tendentes, quod in libro Exodi ad Moysen dicitur:  
*Provide, inquit, de omni populo viros pruden-  
tes, & immanes Deum, in quibus sit veritas, &  
qui odierint avaritiam: & constitue ex eis tribunos,  
& centuriones, & quinquagenarios, qui iudicent po-  
pulum omni tempore. Quicquid autem majus fuerit,  
referant ad te, & ipse minora tantummodo iudicent,  
leviusque tibi sit partito in alios onere. Si hoc fece-  
ris, implebis imperium Dei, & precepta eius pote-  
ris sustinere.* Unde & in libro Deuteronomii:  
*Judices, inquit, & magistros constitues in omnibus  
partibus tuis, quas Dominus Deus dederit tibi per Sa-*

Emd. 18.

Drot. 16.

galas tribus tuas, ut iudicent populum juxta iudicio,  
nec in alteram partem declinent. Item ibi: *Disi-  
que vobis in illo tempore, non possum solus sustine-  
re vos; quoniam Dominus Deus vester multiplicavit  
vos, & estis hodie sicut cali stella pluvium.* (Do-  
minus Deus patrum vestrorum addat ad hanc unum-  
rum multa millia, & faciat vobis sicut locutus est.)  
Non valeo solus vestra negotia sustinere, & pondus  
& jurgia. Date ex vobis viros sapientes & graves,  
& quorum conversatio sit probata in tribubus vestris.  
Sed & in libro Paralipomenon ita legitur: *Con-  
statimque rex Josaphat iudicis terra in cunctis civi-  
tibus Juda munivit per singula loca, & precipiens  
iudicibus, Videte (ait) quid faciatis: non enim ho-  
minis exercetis iudicium, sed Domini, & quodcum-  
que iudicaveritis, in vos redundabit. Sit timor Do-  
mini vobiscum, & cum diligentia cuncta facite. Non  
enim est apud Dominum nostrum iniquitas, nec per-  
sonarum exceptio, nec cupido munerum.*

XXIV.

Rogamus etiam vestram pietatem, propter di-  
vinam misericordiam, vestramque salutem, actio-  
tius populi utilitatem, nec non & regni hono-  
rem atque stabilitatem, ut vestra pietas solertissi-  
mam vigilantiam adhibeat, quatenus consilarii &  
dignitatis vestre ministri, custodesque anime ve-  
strae & corporis, qui debent esse intra regnum a-  
liis decus & bonitatis exemplum, & in ceteris  
nationibus bonae opinionis condimentum, carita-  
tem, pacem atque concordiam, omni simulatione  
& calliditate postposita, adinvicem habeant, ut  
secundum Dei voluntatem, & vestram honesta-  
tem, atque totius regni profectum, communiter  
deceatent, & veri vobis adjutores in omnibus con-  
corditer existant: verique adjutores vestri & to-  
tius regni salubriter esse tunc poterunt, si unani-  
mes extiterint, & invicem dilectionem habuerint.  
Decet quippe, ut sacra domus vestra cunctis spe-  
tabilis appareat, & imitabilis existat, & fama  
sanctae opinionis, sive alios imperii vestri subje-  
ctos, sive exteras nationes, abundantissime per-  
fundat. Ubi igitur omnes dissensiones & discor-  
dia dirimenda, & omnis malitia imperiali au-  
thoritate est comprimenda, necesse est ut quod in  
aliis corrigere decrevit, in ea minime reperiat.

XXV.

Nam & hoc humiliter obsecrando admonemus,  
ut liberos vestros, quos vobis divina pietas largi-  
ri voluit, in timore Dei jugiter diligenterque e-  
radiatis, sicuti & faciatis. Et ut in mutuae dile-  
ctionis caritate, & fraternitatis amore atque una-  
nimitatis concordia vicissim consistant, sedula pa-  
ternaque admonitione insistatis. Et ne illicitis a-  
ctibus creatoris sui offensum incurrant, provida  
sollertique circumspectione nihilo minus invigila-  
tis: attendentes beatum Job, cujus studium, ut  
beatus Gregorius in moralibus libris scribit, cir-  
ca filios erudiendos, tale extitit, ut non solum  
eos exterius perfectos opere & sermone efficeret,  
verum etiam eorum corda sacrificii oblatione mun-  
daret. Attendite etiam David instructum Salo-  
monem filium suum, de quo in primo libro Mala-  
chiam legitur: *Ego, inquit, ingredior viam uni-  
versa terra: confortare & esto vir fortis, & obser-  
va custodias Domini Dei tui, ut ambules in viis  
eius, & custodias caeremonias eius, & iudicia eius,  
& precepta & testimonia, sicut scriptum est in lege  
Mosis.* Et in libro Paralipomenon: *Tu autem Sa-  
lomon, fili mi, scito Deum patris tui, & servi ei  
corde perfecto, & animo voluntario.* Attendite etiam  
Tobiam, de quo legitur, quod cum factus  
esset vir, accepit uxorem Annam ex tribu sua,  
& genuit ex ea filium, nomen suum imponens  
ei, quem ab infantia timere Deum docuit, &  
ab.

LINER III  
CAP. XIX.  
XX. AC.  
Drot. 1.

1. Paral. 19.

Addit. r. c. 180.

Addit. r. c. 180.

1. Reg. 1.

1. Paral. 1.

1. Paral. 1.

LIFER III  
CAP. XXVII  
Tab. 4.

ibidem.

ibidem.

Tab. 14.

Addit. c. 11.

ablinere ab omni peccato. Item idem alloquens eundem filium suum: *Omnibus, inquit, diebus vita tua habeto Deum in mente, & cave ne aliquando peccato consentias, & pratermittas precepta Dei nostri. Ex substantia tua fac eleemosynam, & noli avertere faciem tuam ab ullo paupere. Ita enim fiet, ut nec a te avertatur facies Domini. Quomodo poteris, ita esse misericors, &c.* Item paullo post: *Attende tibi ab omni fornicatione, & prater uxorem tuam nequaquam patiaris crimen scire. Superbiam nunquam in tuo sensu dominari permittas: in ipsa enim inittum sumpsit omnis perditio. Et idem non post multa: Consilium semper a sapientie perquire. Omnis tempore benedic Deo, & pete ab eo ut vias tuas dirigat, & omnia consilia tua in eo permanent. Item idem: Audite ergo, filii mei, patrem vestrum. Servite Domino in veritate, & inquirite ut faciatis quae sunt beneplacita illi, & filii vestri mandate, ut faciant iustitias & eleemosynas, ut & sint memores Dei, & benedicant eum in omni tempore, in veritate, & in tota virtute sua.*

His omnibus prelibatis, notescimus vobis, quod ea quae in capitulis vestris nobis tractanda commisit, scilicet quid a principibus & reliquo populo, vel ita ut divina auctoritas doceat aut aliter teneatur, vel quid inde ex parte aut ex toto dimissum sit ut non teneatur, fatemur quia in his capitulis quae superius continentur, nec non in his quae praesenti anno conscribi, & per missos vestros ob vitia comprimenda per imperium vestrum direxistis, multa demonstrata sunt, quae a pastoribus ecclesiarum, & a principibus, & a reliquo populo haecenus neglecta extiterunt, & aliter quam divina auctoritas se habeat, in his eos egisse & agere reprehendimus. Sed si haec nostra sacerdotalis admonitio effectum, Deo operante, per vestrum bonum studium abhinc obtinuerit, credimus quod multa, quae a multis aliter, quam divina auctoritas se habeat, dimissa sunt, quae non tenebantur, corrigentur. Nam & illud quod in eisdem capitulis continetur, ut manifestum fuerit, quae causae id effecerint, ut sacerdotes & principes a recto tramite deviasent, exceptis praemissis capitulis, in quibus, sicut diximus, multa negligebantur, specialiter tamen unum obitaculum ex multo tempore iam inolevisse cognovimus, id est, quia & principalis potestas, diversis occasionibus interventibus, secus quam auctoritas divina se habeat, in causis ecclesiasticis prosilierit, & sacerdotes, partim negligentia, partim ignorantia, partim cupiditate, in saecularibus negotiis, & sollicitudinibus mundi, ultra quam debuerant se occupaverint. Et hac occasione aliter quam divina auctoritas doceat in utraque parte adum extitisse dubium non est. Sed quia, Deo miserante, a progenitoribus & genitore vestro, & a vobis multa correcta gratulamur, si ea quae admonemus prosperum successum habuerint, credimus quod ad perfectionem statum vestra intentio nostraeque devotio Deo cooperante pervenire poterit. Verumtamen quia novimus statum huius regni sub tali conditione & tenore crevisse, atque dilatatum esse, & a prudentissimis sanctisque praedecessoribus nostris, sive scilicet ab episcopis, sive a principibus, hanc causam ex toto correctam non fuisse, propter haec quae suo tempore dici poterunt, & pondus tantae considerationis parvitas nostrae vires excessit, quoniam nec otium, nec spatium temporis, nec plenitudinem sacerdotum nostrorum, sicut ipsa necessitas exposcebat, habuimus. Et ideo haec congruentiori & aptiori tempore, vita comite, si Deus ita annuerit, tractanda ac consideranda distulimus: quoniam tantae considerationis perfectio indiget assensu & adiutorio prin-

cipum, & multitudine atque devotione nec non & studio sacerdotum, & obedientia vel concordia populi, & congruentia loci, temporisque spatii.

ANNO CHRISTI 809.

XXVII.

Porro de episcopali libertate, quam Deo annuente, vestroque adminiculo suffragante, adipisci ad Dei servitium peragendum cepimus, suo in tempore vobis dicenda atque vobiscum conferenda reservavimus; quatenus ita sit, ut & nosmetipsos salvare, populoque nobis subiecto utiliter salubriterque prodesse, atque pro vobis & stabilitate imperii vestri liberius valeamus Domini misericordiam exorare, & de vestris obsequiis & regni adiutorio solatium debitum minime subtrahatur, sed, si possibile fuerit, potius augeatur.

Addit. c. 11.

NOTA JACOBI SIRMONDI, S. J.

- 1. *Concilium Parisense.* ) Carolus Magnus ultimo imperii sui anno concilia per Galliam, ut dictum est, quinque in locis haberi iussit. Ludovicus Pius hoc anno, etiam quatuor tantum locis concilia imperavit, in his tamen omnes Galliae provincias, una excepta Novempopulana, comprehendit. Moguntiam enim, ut ex metropolitanis, quos recenset, nominibus intelligimus, convenire cum metropolitanis suis iussit sunt episcopi Germaniae prima & secunda, Belgicae prima, & Maxima Sequanorum. Parisius ex Belgica secunda, & Lugdunensi secunda, tertia, & quarta. Lugdunum ex Lugdunensi prima, Viennensi, Alpibus maritimis, & Narbonensi secunda. Tolosana denique ex Arelatensi, Narbonensi prima, Aquitanica prima & secunda. Reliqua erat Novempopulana, cuius, ut diximus, nulla hoc loco fit mentio. Ceterum cum Carolus quinque concilia integra superstit, ex quatuor Ludovicus iussu habitis, unicum hoc Parisense ad nos pervenit, caetera intermissa videntur.
- 2. *Quatuor praedictarum.* ) Quatuor nempe metropolitani ab imperatore fuerant in epistola designati. Ebo Rheimensi, Ragnardo Rothomagensi, Landrano Turonensi, & Senonis urbis futurus antistes, post Jeremiam scilicet, qui super obierat, is autem fuit Aldricus.
- 3. *Primum igitur.* ) Est caput 166. libri 3. capitulum, quem in librum & alia permulta ex hoc concilio transtulit Benedictus Levita, & additionem 11. capitularium ex eodem integram contexit, quibusdam interdum detrahit, aut leviter immutat.
- 4. *Sunt sane diversorum malorum.* ) Hinc orsa viderur Lib. 3. cap. 1. e usdem tituli constitutio Ludovici Pii, qui extat sub finem additionis 4. capitularium, *De paratoribus diversorum malorum.*
- 5. *Petimus humiliter.* ) Ex hac synodi petitione, & sequentibus, nam similiter ejusdem Ludovici constitutiones, qua leguntur in libro 3. capitularium cap. 363. Principimus atque subemus. *Et. Ut cum ea episcopos nullus agat.* & cap. 170. *De honore & obedientia episcoporum.*
- 6. *Unde quoque flagamus.* ) Hinc alia ejusdem Ludovici constitutio lib. 3. cap. 170. *Placuit ut monachi & presbyteri, &c. De monachi & clerici qui passim palatium adveniunt.*
- 7. *Item supplisset.* ) Extat etiam Ludovici de hoc capite constitutio lib. 3. cap. 180. *Volimus atque precipimus, &c. Ut non sit sanguinis Christianorum temeraria effusio.*
- 8. *De abbatibus vero.* ) De hoc rursus capite sanxit Ludovicus libro 3. cap. 181. *Abbatibus, canonicis, &c. omnimodo precipimus, &c.*
- 9. *Pesulamque etiam.* ) Hoc pertinet lib. 3. cap. 182. *Quo fecit Ludovicus, ut capella absque permisso episcopi non fieret.*

NOTA SEVERINI BINII.

1. *Concilium.* ) Egiohartus lib. 3. cap. 13. refert quod in translatione sanctorum martyrum Marcellini & Petri, post multa alia miracula, quae praecedentibus octo capitulis descripsit, praeter omnem expectationem puella quaedam arrepticia exorcizanti presbytero Latine loquenti Latine responderit. Quod cum ille miraretur, atque ipse interrogaret, unde illi Latine lingua notitia, & qua patria, qua gente nata esset, demon per puellam sic respondit: *Ego nati sum saeculis & discipulus Satanae, & multam remporis apud inferos janitor fui. Sed modo per annos aliquos cum socii, meo undecim regnum Francorum vastavi, frumentum & vinum & omnes alios fruges, quae ad usum hominum de terra nascuntur, juxta quod iussu eramus, & recando delivimus, pecora morbis interfecimus, & luam ac pestilentiam in ipsos homines immiximus, omnes quoque adorsivator & omnia mala, quae jamdiu pro meritis suis patiuntur, nobis facientibus, atque ingerentibus, ita accidere runt.*

Quo occasione, ne hac synodus celebraretur.

ANNO CHRISTI 119.

605. Cuiusque presbyter ab eo quatuor, quoniam de consilio...

concilia Parisiis, Magnania, Lugduni & Tolosa celebrata...

ANNO CHRISTI 119.

Et cum presbyter imperandi regere capisset, ut dicitur...

De rebus in concilio gestis scripserunt ad regem synodice...

Quo cum tunc omnium ore vulgata imperatoris etiam...



AD CONCILIUM PARISIENSE

Iussu Ludovici Pii Imperatoris Anno 829. celebratum

ADDITIO.

Ex Suppl. Mart. com. 1. pag. 84. Et Dubois Hist. eccl. Paris. tom. 1. pag. 349.

AD hoc Parisiense concilium pertinet ea, quam hic exhibeo charta Ynchadi Parisiensis episcopi...

Ego Ynchadus divina ordinatione Parisiensi civitatis episcopus &c.

Igitur cognoscat omnium secuta posteritas presulumque nobis succedentium pia paternitas, quia petierunt a nostra exiguitate fratres nostri Samaritanis ecclesie, cui miserante Deo deservimus...

universis que pertinent ad eas; insuper & fundos, quos fidelium liberalitas stipendiis eorumdem fratrum delegavit, videlicet Sulciacum, quem Stephanus illustris vir & pia recordationis Comes...

Quo tempore...

subsignavimus, manibusque spectabilium persona A Rhodomenis, ( seu potius Rotomagensis ecclesia )

AD CONCILIUM LUGDUNENSE


Archiepiscopus, id statutum roboravi; Landramanus Turonensis archiepiscopus huic constituto subscripsi; Amatheus episcopus id statutum subter roboravi; Autgarius episcopus indignus huic decreto subscripsi; Franco Episcopus hanc confessionem inferius roboravi. Bernoinus episcopus hoc statutum subscripsi.

CONCILIUM LUGDUNENSE

Iussu Ludovici & Lotharii Imp. anno DCCCXXIX. celebratum.

Decreverant Ludovicus & Lotharius Imp. encyclicam epistola Parisiensi mox allato Concilio praefixa, ut in quatuor Imperii locis Concilia celebrarentur. Parisiense, quod unum e quatuor solum nunc extat, jam supra exhibitum est. Ad Lugdunense vero Concilium cum suis suffraganeis vocati sunt, Agobardus Lugdunensis Archiepiscopus, ac Archiepiscopi Viennensis, Tarantasiensis, Aquisiensis, & Ebredunensis. Canones hujus Concilii desiderantur, sed extant inter ejus opera Agobardi ad Ludovicum Imperatorem litterae de insolentia Judaeorum, quae scripta videntur post collationem ea de re habitam in synodo, cuius mentionem Agobardus haud obscure fecisse creditur his verbis: quae omnia cum confratribus contulimus. Extant pariter inter Agobardi opera de Judaicis sus-

stitutionibus litterae, quas tunc ad eundem Augustinum direxerunt Agobardus, Bernardus, & Eaof, ex quibus prior Lugdunensis Archiepiscopus; secundus Archiepiscopus Viennensis; & tertius Cabilonensis Episcopus. Fieri potuit, inquit Coitinus hoc anno n. 113. ut hi tres Pontifices totius Concilii nomine litteras scripserint, & Agobardus, quo Synodalis illius Epistolae ad Imperatorem mittendae curam in se receperat, aliam quoque relationem consentiente synodo conjunxerit, qua privatim de Judaeorum insolentia querebatur. Praeter Lugdunensem autem synodum anno Christi 829 habitam, vix aliam reperias, cui Lugdunensis ac Viennensis Metropolitae cum Episcopo Cabilonensi praesentes interfuerint.



AD CONCILIUM LUGDUNENSE

Iussu Ludovici & Lotharii Imp. anno 829. celebratum.

A D D I T I O.

Venetus Labbei editor concilium hoc Lugdunense, a Pagio ad A. 829. 10. indicatum, in collectionem suam accipit; & optime ille quidem, qui & accurate designat, datam, ut credere pronum est, a concilio illo synodicam inter Agobardi opera legendam occurrere, quae in ipsa fronte nomen Agobardi Lugdunensis archiepiscopi, Bernardi archiepiscopi Viennensis, & Eaof Cabilonensis episcopi praefert. Unum tamen aliud optabant lectores, ut epistolam ipsam, tanquam aetorum hujus concilii deperditorum reliquias proferret. Huic eruditorum desiderio nos satisfaciendum rati, hanc ipsam synodicam damus, cui & praemisimus epistolam aliam ab uno Agobardo, sed ex assensu synodi, ut idem Pagijs opinatur, eiusdemque argumenti ad imperatorem directam.

diebus instabant tempora periculosa, & erant homines seiplos amantes, cupidi, elati &c. & habentes quidem speciem pietatis, virtutem autem ejus abnegantes: De quibus nihil est expectandum, quod jam non videatur nisi solutio Sathanae, & publica calcatio sanctae civitatis, mensibus quadraginta duobus, quae futura est per caput omnium iniquorum antichristum. Cum haec igitur ita se habeant; obsecro tranquillissimam longanimitatem vestram, ut praebentis patientissimam aurem vestram verbis, quibus ego infimus servorum vestrorum, nimis necessarium puto admonendam sanctissimam sollicitudinem vestram de re tam necessaria, quae aut sola, aut praecipua est, cui praeter ceteris succurrere debeat gubernatio vestra, cujus narrationem si prosequi potuissem, tacitis nominibus auctorum, vellem omnino. Sed quia fieri non potest, committo me bonitati & patientiae vestrae, dando me periculis, & innocentibus vobis, quae tacere perniciosum est. Veniant Gertycus & Fredericus, quos praecurrit Eurardus, mihi quidem vestri, non tamen per omnia vestra agentes, sed ex parte aliorum, & ostenderunt se Christianis terribiles, & Judaeis adversus ecclesiam depinxerunt, quam multis gemitibus, suspiriis & lacrimis stimularunt. Quae persecutio, quia praecipue adversum me acta est, tota a me prodenda non est, nisi forte clem-

Christianissimo, & vere piissimo, & in Christo vestro, ac triumphatori Ludovico imperatori felicissimo, semper augusto, Agobardus abjectissimus omnium servorum vestrorum.

Cum Deus omnipotens qui vos ante tempora praecipit, & praedestinavit rectorem pium futurum temporibus valde necessarius, sublimaverit prudentiam vestram & studium religionis supra ceteros vestri temporis mortales; dubium non est praeparari vos ad remedium temporibus periculosis, de quibus Apostolus loquitur: in novissimis

1 Praesentis interfuere omnes tres Synodo Lingonensi, sequenti anno celebratae.

ANNO  
CHRISTI  
819ANNO  
CHRISTI  
819

mentissima sollicitudo vestra scire voluerit; tamen in quantum ecclesiam Christi noxia est, (si vestra patitur mansuetudo) brevier intinmare exordiar. Venientes itaque primum Judæi dederunt mihi indiculum ex nomine vestro, & alterum ei qui pagum Lugdunensem Vice-Comitis regit, præcipientem illi ut auxilium ferret Judæis adversum me. Quos indiculos licet ex sacro nomine vestro recitarentur, & vestro anulo essent signati; nullatenus tamen credidimus ex judicio vestro tales prodidisse. Creperunt autem efferi quadam odibili insolentia Judæi, comminantes, omnibus injuriam nos afficiendo, per missos, quos adepti fuerant ad exolvendam vindictam de Christianis. Post eos venit Eurardus eadem iterans, & dicens majestatem vestram commotam esse valde adversum me propter Judæos: deinde venerunt & prædicti missi, habentes in manibus tractoriam stipendialem, & capitularia sanctionum, quæ non putamus vestra jussione existere talia. His causis lætificati sunt Judæi ultra modum, & contristati Christiani, non solum illi qui fugerunt, aut qui absconditi sunt, & qui districi; sed & ceteri qui hæc viderunt, vel audierunt. Maxime ideo quia sententia Judæorum ita confirmata est, ut audeant irreverenter prædicare Christianis, quid potius credendum esset ac tenendum; blasphemantes coram eis Dominum Deum, ac Salvatorem nostrum Jesum Christum. Roboratur quoque hæc perversitas ex verbis missorum, quibus susurrabant quorundam auribus, dicentes, quod Judæi non abominabiles, ut plerique putant, sed cari essent in oculis vestris, & hominibus eorum dicentibus, ex parte meliores eos habitos, quam Christianos. Et ego quidem indignus longe causa Natuadensium Monachorum, qui quadam dissimulata inter se laborabant. Tamen direxi missos nostros, & litterulas ad illos, ut perficerent quicquid vellent, aut eis injunctum esset, & nos obediremus. Sed nihil veniæ adepti sumus, ita ut etiam aliqui ex sacerdotibus nostris, quibus nominatim minabatur, non audeant præsentiam suam eis exhibere. Hæc passi sumus a fautoribus Judæorum, non ob aliud, nisi quia prædicavimus Christianis, ut mancipia eis Christiana non venderent; ut ipsos Judæos Christianos vendere ad Hispanias non permitterent, nec mercenarios domesticos haberent; ne feminae Christianæ cum eis sabbatizarent; & ne diebus dominicis operaremur; ne diebus quadragesimæ cum eis pranderent; & Mercenarii eorum iisdem diebus carnes manducarent; ne quilibet Christianus carnes a Judæis immolatas & delibatas emeret, & aliis Christianis venderet; ne vinum illorum biberent, & alia hujusmodi. Est enim Judæorum usus, ut quando quodlibet pecus ad esum mactant, & subactum idem pecus tribus incisionibus non fuerit jugulatum; si apertis interaneis jecur læsum apparuerit; si pulmo lateri adhæserit; vel eum insufflatio penetraverit; si fel inventum non fuerit, & alia hujusmodi; hæc tanquam immunda a Judæis repudiata, Christianis venduntur, & insultatorio vocabulo *Christiana pecora* appellantur. At de vino quod & ipsi immundum fatentur, & non eo utuntur, nisi ad vendendum Christianis, si contigerit, ut in terram defluat quolibet loco, licet fordido, festinantes hauriunt iterum de terra, & ad conservandum in vasa remittunt. Qualiter vero & alia improbanda circa illud agant, non solum de Christianis, sed & de Judæis multi sunt testes. Quod autem Dominum nostrum Jesum Christum, & Christianos in omnibus orationibus suis sub Nazæorum nomine quotidie maledicant, non so-

Alum beatas Hieronymus, qui se scribit novisse illos intrinsecus & in cute, testis est, sed & de ipsi Judæis plerique testantur. In hac re sumens exempli gratia, dixi Christianis hoc modo: Si aliquis homo seniori suo, vel domino fidelis & amator existat, & quempiam hominum senserit illi esse inimicum, detractorem, convitiatorem, & comminatorem, non vult ei esse amicus, nec socius mensæ, nec particeps ciborum; Quod si fuerit, & hoc senior ipsius, vel dominus deprehenderit, nec fidelem sibi eum esse existimat. Et ideo cum procul dubio noverimus blasphematores, & (ut ita dicam) maledictiores esse Judæos Domini Dei Christi & fidelium ejus Christianorum, non debemus eis conjungi participatione ciborum & potuum, juxta modum duntaxat a sanctis patribus & exemplis datum, & verbis præceptum. Ceterum quia inter vos vivunt, & maligni eis esse non debemus, nec vitæ, aut sanitati vel divitiis eorum contrarii: observemus modum ab ecclesia ordinatum, non utique obscuro, sed manifeste expositum, qualiter erga eos cauti, & humani esse debeamus. Hæc, piissime domine, de multis pauca dixi de perfidia Judæorum, de admonitione nostra, de læsione Christianitatis, quæ sit per factores Judæorum, nesciens utrum pervenire possit ad veram notitiam. Tamen summopere necesse est, ut sciat piissima sollicitudo vestra, quomodo nocetur fidei Christianæ a Judæis in aliquibus: dum enim gloriantur, mentientes simplicibus Christianis, quod cari sint vobis propter patriarchas, quod honorabiliter ingrediantur in conspectu vestro, & egrediantur, quod excellentissimæ personæ cupiant eorum orationes, & benedictiones, & fateantur talem se legis auctorem habere velle, qualem ipsi habent; dum dicunt consiliatores vestros commotos adventum nos eorum causa, eo quod prohibeamus Christianos vinum eorum bibere. Dum hoc affirmare nitentes, plurimas argenti libras ob emptionem vini se ab eis accepisse jactant, & recursum canonibus non juveniri; quare Christiani debeant abstinere a cibis eorum & potibus, dum ostendunt præcepta ex nomine vestro, aureis sigillis signata, & continentia verba (ut putamus) non vera: dum ostendunt vestes muliebres, quasi a consanguineis vestris, vel matronis Palatinorum uxoribus eorum directas, dum exponunt gloriam parentum tuorum, dum eis contra legem permittitur novas synagogas extruere; ad hoc pervenitur, ut dicant imperiti Christiani, melius eis prædicare Judæos quam presbyteros nostros; maxime cum & supradicti missi, ne Sabbatizemus eorum impediretur, mercata quæ in Sabbatis solebant fieri, transmutari præceperint, & quibus diebus deinceps frequentari debeant in illorum optatione posuerint, dicentes, hoc Christianorum utilitati propter diei dominici vacationem congruere; cum Judæis magis probetur inutile: quia & hi qui prope sunt, sabbato ementes victui necessaria, liberius die dominico Missarum solemnitatibus, & prædicationibus vacant: & si qui de longe veniunt ex occasione mercati, tam vespertinis, quam matutinis occurrentes officii, missarum solemnitate peracta cum adificatione revertuntur ad propria. Nunc igitur si placet benignissimæ mansuetudini vestræ audire, dicamus quid ecclesie Galliarum, & rectores earum, tam reges quam episcopi, de discretionem utriusque religionis, ecclesiasticæ videlicet, & Judaicæ, tenuerint, tenendumque tradiderint, & scriptum posteris reliquerint, & quomodo consonum sit auctoritati vel actibus apostolorum, & a veteri testamento originem habens. Ex quibus demonstratur quam

611  
 ANNO CHRISTI 359.

detestabiles habendi sint inimici veritatis, & quomodo peiores sint omnibus incredulis, (scripturis divinis hoc docentibus) & quam indigniora omnibus infidelibus de Deo sentiant, & rebus celestibus: quæ omnia cum confratribus conculimus, & simplicissimæ excellentiæ vestræ presentanda direximus. Et cum præcedens schedula dictata fuisset, supervenit quidam homo fugiens ab Hispaniis de Corduba, qui se dicebat furatum fuisse a quodam Judæo Lugduno ante annos viginti quatuor parvum adhuc puerum, & venditum. Fugisse autem anno præsentii cum alio qui similiter furatus fuerat Arelate ab alio Judæo ante annos sex. Cumque hujus, qui Lugdunensis fuerat, notos quæreremus, & inveniremus, dictum est a quibusdam & alios ab eodem Judæo furatos, alios vero emptos, ac venditos; ab alio quoque Judæo anno præsentii alium puerum furatum & venditum; præsentii alium inventum est plures Christianas a Christianis vendi & comparari a Judæis, perpetratæque ab eis multa infanda, quæ turpia sunt ad scribendum.

*Christianissimo & gloriofimo domino nostro Ludovico imperatori perpetuo augusto Agobardus, Bernardus, & Ebor indigni episcopi supplices servuli vestri.*

Sicut in præmissa schedula in brevi significatum est, insolentia & importunitate Judæorum in quorundam simplicium Christianorum pectoribus tranquillitas fidei propulsata, compulsi nos mansuetissimæ ac prudentissimæ sollicitudini vestræ scribere, de cautela Christianorum, qualis esse debeat erga Judæicam perfidiam & superstitiones, atque innumerabiles errores in quantum extremitas invenire potuit ex usu & institutione priorum Gallicanorum ecclesiarum rectorum. Et quidem si (sicut nunc multa necessitas poscit) ausi essemus, aut valuissemus auribus vestris ingerere damna animarum, quæ per vasa Diaboli, mentes videlicet Judæorum, fidelibus inferuntur, adhiberi omnino juberet pietas vestra remedium. Nunc autem quia periculosissimum nobis est dicere & innotescere; quod sicut tempore passionis suæ Dominus noster Jesus Christus, pacificaturus omnia per sanguinem crucis suæ, venditus est a falso discipulo, & comparatus a veris persecutoribus ad illudendum & crucifigendum; ita nunc comparatur ab impiis Judæis quodam modo ad vituperandum licentius & blasphemandum. Scribimus tantum pauca de exemplis & statutis patrum, ac deinde de actis apostolicis, sive de evangelii & veteris testamenti scripturis, ad confirmandam piam gubernationis vigilantiam bonorum pastorum. Beatus confessor Hilarius, de quo S. Hieronymus ita loquitur in epistola ad Lætiam de instructione, dicens: *Cypriani opuscula semper in manu teneat, Albanasi epistolæ, & Hilarii libros inoffenso currat pede; illorum tractatibus, illorum delectatur ingenio, in quorum libris pietas fidei non vacillat; ceteros sic legat, ut magis judices, quam sequatur: quæ cautela Judæorum semper, & hæreticorum devitaverit profana consortia, vita ejus scripta fatetur; quod ita scilicet hujusmodi hostes ecclesiæ fuerit execratus, ut non solum convivium, sed ne salutatio quidem ei extiterit cum his prætereanti communis. De sancto quoque Ambrosio vitæ ejus sacra narrat historia, quod & hic inferere dignum est, & Christianis mentibus scire religiosum: In partibus, inquit, orientis in quodam castello a Christianis viris synagoga Judæorum, & lucus Valentinianorum incendio com-*

*cremata sunt, propterea quod Judæi vel Valentiniani insultarent monachis Christianis: (Valentinianorum enim hæreses triginta Deos colunt) Sed de hujusmodi facto comes orientis ad imperatorem relationem direxit, quæ imperator præcepit, ut synagoga ab episcopo edificaretur. Sed hujus præcepti tenor, cum ad aures pervenisset venerabilis viri Ambrosii episcopi, direxit ad imperatorem epistolam, (quia ipse in tempore excurrere non poterat) quæ illum commonet, ut id quod ab eodem statutum fuerat, revocaretur, servarique sibi deberi ab eo audientiam: qui si dignus non esset, qui ab eo audiretur, dignus etiam non esset qui pro illo audiretur, vel cui preces suas aut cui sua vota committeret. Paratum etiam se esse pro tali negotio mortem subire, ne dissimulatione sua pravariatorem faceret imperatorem, qui tam injusta contra ecclesiam præcepta posset. Postea vero cum Mediolanum revertitur, passio imperatore in Ecclesia, de eadem causa tractavit in populo; in quo tractatu introduxit Domini personam loquentis: Ego te ex ultimo imperatorem feci; ego tibi exercitum inimici tui tradidi; ego copias quas ille adversum te exercitui suo præparaverat, dedi; ego inimicum tuum in potestatem tuam redigi; ego de semine tuo supra solium regni constitui; ego te triumphare suo labore feci: & tu de me inimicis meis donas triumphos. Cui descendenti ab exedra imperator ait: Contra nos proposisti hodie, episcopo. At ille respondens, ait: non se contra ipsum, sed pro ipso fuisse locutum. Tunc imperator: Reverta, inquit, datur præceptum contra episcopum de synagoga reparanda. In monachos vero vindicandum esse a comitibus, qui in tempore aderant, dicebatur, quibus episcopus: Ego quidem cum imperatore nunc ago, vobiscum vero nihil aliter agendum est. Atque ita obtinuit, ut illa quæ statuta fuerant revocarentur: nec prius ad altare accedere voluit, nisi fide sua imperator illum agere debere testaretur. Cui episcopus: Ergo ego fide tua: respondit imperator: Age fide mea. Quæ sponte iterata jam securus peregit sacerdos dicens mysteria. Ecce duo maximæ ecclesiarum Dei columnæ, Hilarius videlicet & Ambrosius; alter ex his, suo nos docet exemplo non a cibis solummodo, verum etiam a salutatione Judæorum (quæ ab omnibus in invicem communiter exhibetur) diligentius abstinere debere: alter vero pro eo quod exulta a Christianis synagoga Judæorum, labore episcopi ab imperatore iussa fuerat restaurari, morti se offerre non dubitat (& quod leve forsitan putaretur, si hodie contingeret) vir sanctus in tantum exhorruit, & abominatus est, ut mortem pro tali negotio susceptam martyrii loco non dubitaret sibi esse cesturam. Pravariatorem etiam indicavit, tam injusta contra ecclesiam præcipientem, & nisi sibi locum audientiam reservasset, solitam pro eo intercessionem se intermissurum testatus est. Quid hic igitur vir Dei credendus est fuisse facturus? Deus! si vidisset suo tempore Judæorum infidelium causa canonica statuta convelli? Nec sanctissimus Cyprianus & homo Dei Athanasius minore illos odio abominantur, quin potius, sicut eorum literæ testes sunt, infidelium eorum obstinatissimam impietatem supra omnem gentilium execrantur errorem, quorum religiosissimam fidem, & Christo deditam devotionem ecclesiarum Gallicanarum omnes reverentissimi gubernatores secuti, totam Judæorum ex integro pollutissimam societatem fugiendam penitus Christianis omnibus esse sanxerunt: quorum nos de hac re sententias ponere, & ex his quam sit execrabile ipsorum consortium, decrevimus, e vestigio demonstrare. Alchimus Avitus, ecclesiæ Viennensis episcopus, quam eximius do-*

ANNO CHRISTI 359. Epiph. L. a.

l. 14. 45.



ANNO CHRISTI 613.

ANNO CHRISTI 614.

613  
 hor orthodoxus & sanctus extiterit, pens tota A  
 novit ecclesiam Christi: Sanctus Apollinaris episcopus  
 ecclesiam Valenciam, quantum fuerit & sit, non  
 solum gesta de eo scripta, sed & crebra ejus mi-  
 racula usque hodie sublimiter testantur: sanctus  
 Gregorius Liogonem ecclesiam episcopus, quantum  
 sanctitatis & veritatis fuerit, vita ejus scripta,  
 & suis vitiis atque honor ei ab ecclesia delat-  
 tus, usque hodie testes sunt: Vivenotius eccle-  
 sia Lugdunensis episcopus, cujus doctrina fuerit,  
 non solum ipsa, sed & aliorum de eo scripta to-  
 stantur: Hi ergo cum aliis viginti reverendissimis  
 episcopis in nomine Domini congregati, pro de-  
 fensione & statu ecclesiam de re superius memora-  
 ta, ita inter cetera statuerunt: Si superioris loci  
 clericis heretici cujuscumque clerici convorsio inter-  
 fuerit, anni spatium pacem non habeat; quod jamores  
 clericis, si presumpserint, vapulabunt; a Judaeorum  
 vero convorsio etiam laicos constitutio nostra probi-  
 buit, nec cum illo clerico nostro panem comedat,  
 quisquis Judaeorum convorsio fuerit inquinatus. Et  
 in conclusione statutorum suorum consili de pre-  
 sentia Domini, sicut ipse ait: Ubi duo vel tres  
 congregati fuerint in nomine meo, ibi sum ego in  
 medio eorum, ita sanxerunt. Quocirca hoc qua su-  
 perna inspiratione communi consensu placuerunt: si  
 quis sanctorum antiquum, qui statuta presentia sub  
 scriptis propriis firmaverunt, nec non & eorum,  
 quos Deus esse voluerit successores, relecta integri-  
 te observationis, excefferit, remm se divinitatis, pa-  
 ritur & fraternitatis iudicio futurum esse cognoscat.  
 Sanctus Casarius ecclesiam Arelatensis episcopus,  
 cujus meriti & doctrina fuerit, multa ejus &  
 praeclara monimenta designant, hic cum triginta-  
 quinque episcopis & Vicariis episcoporum congre-  
 gatis in unum in nomine Domini pro defensione  
 & confirmatione Catholice veritatis inter ce-  
 tera statuit ita: Omnes deinceps clerici, sive laici  
 Judaeorum convorsio evitent, ut nec eos ad convorsum  
 quis excipiat; quia cum apud Christianos cibus com-  
 munitus non utatur, indignum est atque sacrilegum  
 eorum cibus a Christianis sumi; cum ea qua Aposto-  
 lo permittente nos sumimus, ab illis iudicentur im-  
 munda, ac se inferiores incipient esse Catholici,  
 quam Judaei, si nos his qua ab illis opponuntur, u-  
 samur; illi vero a nobis oblata contemnant. Priscus  
 ecclesiam Lugdunensis episcopus, Artemius Senoni-  
 cae, Remedius Bituricae, & sanctus Siagrius A-  
 duorum episcopus, cum ceteris pluribus, statuta  
 ecclesiastica renovantes, ita definiunt: Ne Judaei  
 Christianis populis iudicari deputentur, aut telonariis  
 esse permittantur, per quod illis (quod Deus aver-  
 tat) Christiani videantur esse subiecti. Ut Judaei a  
 Gana Domini usque prima pascha secundum edictum  
 bona recordationis Domini Chuldeberti regis per pla-  
 teas aut forum quae insultationis causa decumban-  
 di licentia denegentur; & ut reverentiam cunctis sa-  
 cerdotibus Domini, vel clericis imperitiam; nec ante  
 sacerdotes, confessum, nisi ordinati, habere presu-  
 mant. Quod si sacre fortasse presumpserint, a judi-  
 cibus locorum prout persona fuerit, distingantur.  
 Et ut nullus Christianus Judaeorum convorsio parti-  
 cipare presumat: quod si facere quicumque (quod ne-  
 fas est dici) clericus aut secularis presumpserit, ab  
 omnium Christianorum consortio se noverit coercen-  
 dum, quisquis eorum impietatis fuerit inquinatus.  
 Et licet, quod de Christianis, qui aut captivitatibus  
 incursum, aut quibuscumque fraudibus Judaeorum ser-  
 vitio implicentur debeat observari, non solum cano-  
 nicis, sed & legum beneficiis jampridem fuerit con-  
 sultum: Tamen quia nunc ita quorundam querela  
 exorta est, quosdam Judaeos per civitates aut man-  
 cipia consentientes in tantam insolentiam & proterviam  
 vel pmo. prorupisse, ut nec reclamantes Christianos licet ad  
 Concil. General. Tom. XIV.

precium de eorum parte servitute absolvi; idcirco  
 praesenti concilio (Deo auctore) sancimus, ut nullus  
 Christianus Judaei domo deinceps debeat deservire; sed datus  
 pro qualibet bono mancipio 12. solidis, ipsam man-  
 cipium quicumque Christianorum, seu ad ingenuita-  
 tem, seu ad servitum, licentiam habeat redimendi.  
 Quia nefas est, ut quos Christus Dominus sanguinis  
 sui effusione redemit, persecutorum vinculis perman-  
 neant irretiti: quod si adquirere his qua statuerunt,  
 quicumque Judaeus voluerit, quoad ad pecuniam con-  
 sultam venire distulerit, licet mancipio ipse cum  
 Christianis, ubicumque voluerit, habitare. Illud et-  
 iam specialiter sententes, quod si quis Judaeus  
 Christianum mancipium ad errorem Judaicum convi-  
 dit fuerit persuasit, ut ipso mancipio careret, &  
 legali damnatione plectatur. Sanctus Lupus cum  
 aliis viginti & quatuor episcopis, vel vicariis epi-  
 scoporum, similiter in nomine Domini nostri  
 Jesu Christi congregatis pro causa corporis ejus  
 (quod est ecclesia) inter multa haec etiam sta-  
 tuit: Quia Deo propitio, sub Catholicorum regum  
 dominatione constitutus, Judaei a die curae Domini  
 usque ad secunda sabbati in Pascha, hoc est ipso  
 quatuoriduo, procedere inter Christianos, neque catholi-  
 cis populis se illo loco, vel quacumque occasione,  
 misere praesument; Et concilio Laodiceno statu-  
 tum est: quod non oporteat a Judaeis, vel hereticis,  
 ea qua mittuntur munera festiva suscipere, nec cum  
 eis festa celebrare, & quod non oporteat azymum a  
 Ju eis accipere, & communicare impietatis eorum.  
 Et in alio concilio, ut si quis Judaica pravitati  
 jugali societate conjungitur, id est sive Christiano Ju-  
 daeo, sive Judaeo Christiano mulier, carnali consortio  
 miscetur, quicumque eorum tantum nefas admisisse  
 noscatur, a Christiano casto atque convorsio, & a  
 communione ecclesiae protinus segregentur. Et quia  
 ecclesiastica statuta per apostolica aeta firmata  
 sunt, & nova per vetera; videamus quid de bea-  
 to Joanne, quem diligebat Jesus plurimum, apo-  
 stolo & Evangelista, antiquissimus & apostolicus  
 doctor ac martyr Christi & ecclesiam Lugdunensis  
 episcopus Irenaeus dicat. Ait ergo: Et Polycarpus  
 non solum apostolorum in discipulatu erudi-  
 tus, & convorsatus cum multis qui Dominum no-  
 strum viderunt, sed & ab Apostolis collocatus in  
 D Asia apud Smyrnesem ecclesiam episcopus, quem &  
 nos videmus in prima nostra aeta, diu etiam man-  
 si, & valde senectute praeter ceteris longaevis gloriose,  
 & luculenter testatus obit vita. Hic docuit semper  
 qua ab Apostolis didicit, qua & ecclesiae tradidit,  
 qua & sola sunt vera, & sunt qui audierint eum  
 dicentem, quod Joannes Domini discipulus ad Ephe-  
 sum dum pergeret levatum, ut vidit intus Cerin-  
 thum, exilivit a balneo non lotus, dicens: quia ti-  
 meret ne balneum corrumpere, passio intus Cerinthe  
 veritatis inimico. Et ipse vero Polycarpus Marcioni  
 quondam in faciem ipse venienti & dicens: Cognosce  
 nos: Respondit: Cognosco, cognosco te primitivum  
 Satanae. Tantam Apostoli & discipuli eorum habue-  
 re reverentiam, ut ne verbo quidem communicarent  
 E cuquam incantanti veritatem. Ad haec si forte  
 aliquis dicit, Cerinthum haereticum fuisse, non  
 Judaeum: noverit temporibus apostolorum non  
 fuisse haereticos nisi ex Judaeis & Samaritanis, si-  
 cut fuerunt Simon & Menander, Hebion & Ni-  
 colaus. Sed ex erroribus supradicti Cerinthi cog-  
 noscat, quod omnia sint Judaica quae adstruc-  
 bat: Praedicabat Dominum nostrum Jesum Christum  
 purum fuisse hominem, & resurrexisse, & circumcidi  
 carnis oportere post resurrectionem: dicebat terrenum  
 futurum esse regnum Christi in Hierusalem, &  
 homines in carne iterum concupiscentis & vitis  
 subjectam conversationem habituros ad legales fe-  
 stivitates rursus celebrandas, & hostias carnales  
 Q 9 2 ite.

Emoa. can. 11.

Agatha. can. XL.

1. Matthe. can. 23. 11. & seq.

101. Auct. 112. can. 222.

Laodic. ca. 22. v. 11. & 22. v. 11.

Et scilicet 11. Auct. ca. 112. v. 11.

Adv. ha. L. 2. c. 1.

Vido E. har. 11. can. 1.

ANNO  
CHRISTI  
814.Augu. in  
Matth. l. 1.  
cap. 2.

iterum jugulandas. Sed ex superscriptis status ad  
adverat multo detestabilius execranda & vitanda  
consortia Judaeorum, quam ceterorum heretico-  
rum. Quia si omnes propterea detestandi sunt,  
quoniam inimici veritatis existunt, multo illi ma-  
gis, qui majores exercent inimicitias: Re etenim  
vera proprium est hereticorum in aliquibus commu-  
niter sentire cum ecclesia, in aliquibus dissentire ab  
ea, hoc est ex parte blasphemare, ex parte veri-  
tati consonare; Judaeorum autem ex toto me-  
tiri, ex toto blasphemare Dominum & Deum  
nostrum Jesum Christum & ecclesiam ejus, &  
nihil de eo verum credere, nisi mortem. Quam-  
quam nec in eo verum credant, eo quod mor-  
tem ejus ceterorum hominum mortibus similem  
dicant, hoc est ex necessitate natura, non ex vo-  
luntate misericordiam. Propter hoc maledicere eos  
Dominum & corpus ejus in omnibus orationibus  
suis: sicut & ante prophetatum est voce Domini  
dicentis, ad Patrem: *maledicent illi, & tu bne-  
dices*. Si ergo hostes Catholicæ fidei propterea  
execrandi sunt & cavendi, quia inimici sunt veri-  
tatis; super omnes infideles, incredulos, vel  
hereticos detestandi sunt Judæi: quia nullum ge-  
nus hominum invenitur, cui ita libeat maledice-  
re Dominum, quod nobis non minime notum  
est, qui quotidie pene cum eis loquentes myste-  
ria erroris ipsorum audimus. Dicunt denique  
Deum suum esse corporeum, & corporeis linea-  
mentis per membra distinctum, & alia quidem  
parte illum audire, ut nos, alia videre, alia ve-  
ro loqui, vel aliud quid agere; ac per hoc hu-  
manum corpus ad imaginem Dei factum, excep-  
to quod ille digitos manuum habeat inflexibiles  
ac rigentes, utpote qui nil manibus operetur; se-  
dere autem more terreni alicujus regis in solio,  
quod a quatuor circumferatur bestis, & magno  
quamvis palatio contineri: Cogitare etiam illum  
multa superflua & vana, quæ quia cuncta ad ef-  
fectum venire nequeant, vertantur in demones.  
Sed & innumera infanda de Deo (ut diximus)  
suo prædicant, ac tale colunt simulacrum, quod  
ipsi sibi in cordium suorum simulacra finxerunt  
& statuerunt; non verum, inconvertibilem atque  
immutabilem Deum, quem penitus ignorant.  
Lateras quoque alphabeti sui credunt existere sem-  
piternas, & ante mundi principium impetrasse di-  
versa ministeria, quibus eas oporteat in sæculo  
præsidere. Legem vero Mosaicam multis anno-  
rum curriculum ante mundum fuisse scriptam. Nec  
non affirmant plures esse terras, plura inferna  
pluresque cælos. Quorum unum, quod ipsi vo-  
cant, *Raccha*, idest, *Firmamentum*, molas Dei  
sustentare asserunt; quibus Manna, sumendum  
angelis, molatur in escam; alterum vero appel-  
lant *Araboth*, in quo Dominum asserunt reside-  
re, & hoc esse in psalmo secundum illos, *iter  
facite ei, qui calcas super Araboth*. Habere Deum  
præterea septem tubas, quarum una mille ei cu-  
bitis metiatur. Et quid plura? Nulla veteris tes-  
tamenti pagina, nulla sententia est, de qua vel a  
majoribus suis non habeant confida & conscripta  
mendacia: vel ipsi usque hodie nova semper su-  
perflitione confingant, & interrogati respondere  
presumant. Namque in doctrinis majorum suorum  
legunt Jesum juvenem quendam fuisse apud eos  
honorabilem, & magisterio Baptistæ Joannis eru-  
ditum, quamplures habuisse discipulos, quorum  
uni propter duritiam, & hebetudinem sensus *Ke-  
pha*, idest *Petra* nomen imposuerit. Et cum ex-  
pectaretur a populo ad diem festum, quosdam ei  
de schola sua pueros occurrisse; qui illi, ex ho-  
nore & reverentia magistri, cantaverint: *Osanna  
filio David*. Ad extremum vero propter plura men-

adacia accusatum, Tiberii judicio in carcerem re-  
trulatum, eo quod filia ipsius, cui sine viro maf-  
culi partum promiserat, lapidis conceptum intale-  
rit; inde etiam veluti magum detestabilem, fur-  
ca suspensum, atque hoc modo occisum, juxta  
quendam aquæductum sepultum, & Judæo cui-  
dam ad custodiam commendatum, noctu vero su-  
bita aquæductus inundatione sublatum, Pilati jus-  
su per duodecim lunas questum, nec usquam  
inventum, tunc Pilatum hujusmodi ad eos pro-  
mulgasse legem: *Manifestum est, inquit, resurre-  
xisse illum, sicut promiserat, qui a vobis per imo-  
diam peremptus est, & neque in tumulo, neque in  
nullo alio invenitur loco, & ob hanc causam præcipio  
ut adoretis eum, quod qui facere voluerit, partem  
suam in inferno futuram esse cognoscat*. Hæc autem  
omnia ideo & seniores eorum confixerunt, & ipsi  
stulta obstinatione læsitant, ut talibus commen-  
tis tota & virtutis & passionis Christi veritas e-  
vacuetur, & ut adoratio non ei, ut Deo veraci-  
ter exhiberi debeat, sed Pilati tantum lege illi  
delata sit. Sed & Petrum nequaquam per ange-  
lum (secundum fidem nostram) de carcere edu-  
ctum, sed Herodis misericordia, apud quem plu-  
rimum ejus sapientia fuerit collaudata. Denique  
& Christianos idola asserunt adorare, & virtutes  
quæ apud nos sanctorum intercessionibus obtinen-  
tur, a Diabolo fieri, dicere non exhorrescunt.  
Pro quibus omnibus summo eos odio dignissimos  
esse quis ambigat? sicuti & odiendos illos demon-  
strat scriptura, quæ dixit, juxta Hebraicam vide-  
licet veritatem, *Qui contradicunt tibi, scelerati sunt,  
elati sunt frustra adversarii tui. Nomen & odientes  
te Domine odii. Et contra adversarios tuos dista-  
bis? Perfetto odio oderam illos, inimici facti sunt  
mibi*. Quo Zelo Dei servens beatus Hieronymus  
in quodam loco, sic de ipsis ait: *Si expedit odisse  
homines, & gentem aliquam detestari: mirro odio a-  
versor concisionem. Usque hodie enim persecuntur  
Dominum nostrum Jesum Christum in Synagogis Sa-  
thana. Itemque alibi: Quanta, inquit, traditiones  
Pharisæorum, quas hodie deuteroseis vocant, & quam  
aniles sint fabula revolvere neque. Pleraque tam  
turpia sunt, ut erubescam dicere. Dicam autem  
unum, in ignominiam gentis inimicæ. Præposi-  
tos habent Synagogis sapientissimos quoque sedo  
operi delegatos, ut sanguinem virginis, sive men-  
struæ, mundum vel immundum, si oculis di-  
scernere non potuerint, gustu probent. Præterea  
quibus iustum est, ut diebus sabbatorum sedeat  
unusquisque in domo sua, & non egrediat, nec  
ambulet de loco in quo habitat. Si quando eos  
juxta litteram cœperimus arctare, ut non ambu-  
lent, non jaceant, non stent, sed tantum se-  
deant, si velint præcepta servare; solent respon-  
dere & dicere, Barachias, & Symeon, & Hillel  
magistri nostri tradiderunt nobis, ut duo millia  
pedes ambulemus in sabbato, & cetera; hujusmo-  
di doctrinas hominum præferentes doctrinæ Dei.  
Cum igitur tot tantisque immunditiis & sensuum  
& operum polluantur, impletur prorsus in eis  
sermo Aggæi prophætæ, quo præcipiente sibi Do-  
mino ita interrogat sacerdotes: *Si tetigeris pollu-  
tus in anima ex omnibus his, panem videlicet, aut  
pulmentum, aut vinum, aut oleum, aut omnem ci-  
bum; nunquid contaminabitur? Et responderunt sa-  
cerdotes & dixerunt: contaminabitur: & respon-  
dit Aggæus & dixit: sic populus iste, & sic gens  
ista ante faciem meam, dicit Dominus, & sic omne  
opus manuum eorum. Quod autem horum omnium  
caussa, inter carnales Israelitas, & spirituales Ju-  
dæos necessario divisionem fieri oportet, mystice  
Dominus per Zachariam prophetam designat di-  
cens. *Et præcidi virgam meam secundam, qua ap-  
pella-***

ANNO  
CHRISTI  
814.

Aggæi.

Zach. 1.  
pella-

617

ANNO CHRISTI 69

2. Cor. 6.

7. Mat. 26.

Matth. 3.

Matth. 11.

7. Rom. 6.

Luce. 1.

1. Reg. 3.

Isai. 5.

Matth. 30.

Matth. 26.

AN. 12.

Matth. 20.

Isai. 55.

AN. 11.

pollamur facinorosi, ut dissolueret germanitatem inter  
 Judam & Israel. Nam juxta Apollonem: Quae  
 pars fidei cum infidelibus? Quae societas luci ad ten-  
 bras? Quae convicatio Christi ad Belial? In quo ad-  
 vertendum est, quia sicut infideles sponte seque-  
 strantur ab ecclesiastica communione, ut in nul-  
 lis velint mysteriis participare cum fidelibus; ita  
 & fideles devote separare se debent a convicta,  
 & societate infidelium, & si locis nec dum va-  
 lent, donec tempore, ut & locis segregentur: Si-  
 cut iidem fideles, quod est ecclesia, ad Deum dam-  
 nantur, dicentes: Judica nos Deus, & disforme consuem  
 meam de gratia non sancta: quod tunc perfecte im-  
 plebitur, quando fiat illud quod Joannes Baptista  
 Dominum praedicit esse futurum, sic loquens:  
 Cujus ventilabrum in manu sua, & permundabit  
 aream suam, & congregabit triticum in horreum;  
 paleas autem comburet igni indelinguibili. Ante pas-  
 sionem enim suam Dominus, nolens adhuc sus-  
 tinere panem filiorum de mensa & mittere cani-  
 bus, ajebat discipulis: Non sum missus nisi ad o-  
 ves quae perierunt domus Israel: Et mulieri Cana-  
 uen loquebatur: Sine prius saturari filius. Ac si  
 diceret: afferatur primum panis, qui de caelo de-  
 descendit, filiis, qui nutriendi sunt ad vitam. Il-  
 liquique assumptis, ceteri qui remanserunt, fastidio-  
 si, cum dixerint: Durus est hic sermo, quis po-  
 test eum audire? quomodo potest hic dare nobis car-  
 nem suam ad manducandam? Transcant mini-  
 stri mensam Dominicam ad canes esurientes, id-  
 est Apostoli ad Gentes, sicut beata Maria Dei  
 genitrix repleta Spiritu Sancto praedixerat: Esu-  
 rientes impletes bonis, & divites dimisit inanes.  
 Et multo ante Anna genitrix Samuelis: Re-  
 pleti prius, pro panibus se locaverunt, & sa-  
 melici saturati sunt: Et inter has roedius pro-  
 pheta Isaias ait. Ecce dominator Dominus exerci-  
 tuum auferet ab Hierusalem & ab Juda omne robur  
 panis: Quod tali ordine coepit impleri. Dixit pri-  
 mum Dominus praedicatoribus suis: In vias Gen-  
 tium ne abieritis, & in civitate Samaritanorum ne  
 intraveritis. Ascensus vero ad caelos ait: Euntes  
 in mundum universum praedicate evangelium omni  
 creature. Ut scilicet prius a Judaea apostolorum  
 repulsa praedicatione, tunc nobis in adiutorium fie-  
 ret, cum hanc illa ad damnationis suae testimo-  
 nium superba repulisset. Cumque hoc impleri  
 coepisset, & jam tempus advenisset, ut imple-  
 rentur prophetiae de assumptione gentium, & repul-  
 sione Judaeorum, praedicatoribus Paulo & Barna-  
 ba, & concurrentibus audire verbum Domini  
 sicut scriptum est in Actibus Apostolorum. Vi-  
 dentes turbas Judaei repleti sunt zelo, & contradice-  
 bant his quae a Paulo dicebantur, blasphemantes.  
 Tunc constanter Paulus & Barnabas dixerunt: Vobis  
 oportebat primum loqui verbum Dei; sed quoniam  
 repellitis illud, & indignos vos iudicatis aeterna vi-  
 ta, ecce convertimur ad Gentes. Sic enim praecipit  
 nobis Dominus, dicens: posui te in lumen gentibus,  
 ut sis in salutem usque ad extremum terra. Au-  
 dientes autem gentes reversa sunt, & glorificabant ver-  
 bum Domini, & crediderunt quotquot erant praedica-  
 ti ad vitam aeternam. Disseminabatur autem verbum  
 Domini per universam regionem; Judaei autem concit-  
 averunt mulieres religiosas, & honestas, & primos  
 civitatis, & excitarunt persecutionem in Paulum &  
 Barnabam, & eiecerunt eos de finibus suis: At illi ex-  
 cussis pedibus in eos venerunt Iconium. Disci-  
 puli quoque replebantur gaudio & Spiritu Sancto.  
 Item in eodem libro: Instabas, inquit, verbo  
 Paulus, testificans Judaeis esse Christum Jesum.  
 Contradictantibus autem eis, & blasphemantibus,  
 excutiens vestimenta sua dixit ad eos: San-  
 guis vestester super caput vestrum, mundus ego:

En hoc ad Gentes vadam. Et migrans inde in-  
 travit in domum cujusdam nomine Judii. Item ibi,  
 Ingressus autem Synagoga Paulus, cum fiducia lo-  
 quebatur, per tres menses disputans. & Judaei de  
 regno Dei: cum autem quidam indurarentur, & non  
 crederent malodicitantes viam Domini coram multitu-  
 dine, discordans ab eis segregavit discipulos. In qui-  
 bus verbis subtilissime pensandum est, quia sicut  
 paulatim crescebat numerus fidelium in Gentibus,  
 eo duriores fiebant Judaei adversus verbum Do-  
 mini, desinebantque credere. Sic paulatim offen-  
 sa est & segregatio praedicatorum ab eis; nam &  
 vestimenta sua, & pedum pulverem excusserunt in  
 eos, adimplentes praecipitum Domini, qui discipulo-  
 rum ad praedicanandum mittens ait: Es quicumque  
 non accipietis vos, nec audierit sermone vestros, ex-  
 cutes foras de domo, vel civitate, excutite pulve-  
 rem de pedibus vestris. Amen dico vobis, tolerabilis  
 erit terra Sodomorum & Gommorrhoeorum in die Judi-  
 cii, quam illi civitati. Pulverem vero de pedibus  
 jubentur excutere in testimonium laboris sui;  
 quod ingressi sunt civitatem, & praedicatione apo-  
 stolica ad illos usque pervenerit: sive excutitur pul-  
 vis, ut nihil ab eis accipiant: ne ad viduum qui-  
 dem necessarium, qui evangelium spreverint. Sic  
 enim a doctoribus exponitur excussio pulveris, non  
 solum in evangelio ubi praecipitur, sed & in acti-  
 bus Apostolorum, ubi perficitur. Et inde est quod  
 in primis quidem, quando segregati sunt in opus  
 Paulus & Barnabas, per singulas civitates legun-  
 tur intrasse synagogas Judaeorum, & sabbathis dis-  
 putasse de regno Dei, id est, quando sollemniter fie-  
 bant Judaeorum. In secunda autem circumcissione  
 per singula iterum loca Paulus & Silas leguntur  
 suscepti esse a fratribus, & mansisse apud fratres.  
 Unde & ascendentibus Paulo & locis ejus Hieru-  
 salem, jerunt cum eis aliqui ex discipulis a Caesarea  
 deducentes secum, ut hospitarentur apud  
 Mnasonem quendam Cyprium, antiquum discipu-  
 lum: Et cum venissent Hierosolymam, excepe-  
 runt eos fratres. Atque istius regulae distinctio-  
 nem servat ubique vas electionis, & magister Gen-  
 tium Paulus, quod diligenti cuique lectori vel au-  
 ditori facile est ex ipsius gestis ejus agnoscere.  
 Denique & in Philippis cum praedicaret, nec in  
 domum Lydiae purpurariae, licet colentis Deum,  
 introisse legitur, aut mansisse, prius quam cum  
 omni domo sua in Christum credens baptizaretur,  
 nec in illius similiter domum, qui custos  
 erat carceris, ingressus est, aut humanitatis ejus  
 obsequius usus est, donec etiam ipse credens Do-  
 mino, cum omni domo sua baptizatus, dignus  
 fieret tantum apostolum habere convivam. Sed &  
 cum venisset Tyrum, non nisi cum discipulis, se-  
 ptem scribitur mansisse diebus, similiter autem  
 & apud Caesarem in domo Philippi Evangelistae,  
 cui quatuor erant filiae virgines prophetae, hospi-  
 titio fundus esse memoratur; ubi & prius ali-  
 quantum temporis, cum custodia detineretur, sui  
 illi tantummodo leguntur ministrasse. Apud Sy-  
 donem quoque humane tractatus a Julio Centu-  
 rione ad amicos tantummodo refertur ille, qui  
 erant utique fideles, & sui curam egisse. Itemque  
 cum venisset Puteolis, diebus septem apud fratres  
 mansisse perhibetur. In ipsa autem Roma bien-  
 nio in suo habitasse conductu, sed & semper tam  
 ipsi, quam his qui secum erant necessaria quaque  
 suis se fatetur manibus ministrare. Et cum apud  
 alios prima verbi Dei jaceret fundamenta, ab ec-  
 clesiis fidelium invenitur accepisse stipendia; ne-  
 cessaria vero quae ipsi, & suis a patre Publii ce-  
 terisque Mitilensis insule cultoribus imposta nar-  
 rantur. Quis non vident nequaquam ab infideli-  
 bus, sed a fidelibus fuisse suscepta? Nam & pa-  
 trem

ANNO CHRISTI 69

AN. 12.

Matth. 11.

AN. 11.

AN. 16.

AN. 11.

AN. 11.

AN. 26.

619  
 ANNO CHRISTI 319.  
 ANNO 10.  
 ANNO 11.  
 ANNO 12.  
 ANNO 13.  
 ANNO 14.  
 ANNO 15.  
 ANNO 16.  
 ANNO 17.  
 ANNO 18.  
 ANNO 19.  
 ANNO 20.  
 ANNO 21.  
 ANNO 22.  
 ANNO 23.  
 ANNO 24.  
 ANNO 25.  
 ANNO 26.  
 ANNO 27.  
 ANNO 28.  
 ANNO 29.  
 ANNO 30.  
 ANNO 31.  
 ANNO 32.  
 ANNO 33.  
 ANNO 34.  
 ANNO 35.  
 ANNO 36.  
 ANNO 37.  
 ANNO 38.  
 ANNO 39.  
 ANNO 40.  
 ANNO 41.  
 ANNO 42.  
 ANNO 43.  
 ANNO 44.  
 ANNO 45.  
 ANNO 46.  
 ANNO 47.  
 ANNO 48.  
 ANNO 49.  
 ANNO 50.  
 ANNO 51.  
 ANNO 52.  
 ANNO 53.  
 ANNO 54.  
 ANNO 55.  
 ANNO 56.  
 ANNO 57.  
 ANNO 58.  
 ANNO 59.  
 ANNO 60.  
 ANNO 61.  
 ANNO 62.  
 ANNO 63.  
 ANNO 64.  
 ANNO 65.  
 ANNO 66.  
 ANNO 67.  
 ANNO 68.  
 ANNO 69.  
 ANNO 70.  
 ANNO 71.  
 ANNO 72.  
 ANNO 73.  
 ANNO 74.  
 ANNO 75.  
 ANNO 76.  
 ANNO 77.  
 ANNO 78.  
 ANNO 79.  
 ANNO 80.  
 ANNO 81.  
 ANNO 82.  
 ANNO 83.  
 ANNO 84.  
 ANNO 85.  
 ANNO 86.  
 ANNO 87.  
 ANNO 88.  
 ANNO 89.  
 ANNO 90.  
 ANNO 91.  
 ANNO 92.  
 ANNO 93.  
 ANNO 94.  
 ANNO 95.  
 ANNO 96.  
 ANNO 97.  
 ANNO 98.  
 ANNO 99.  
 ANNO 100.

item Publii salvavit, & tantis apud eandem insulam infirmitatum curationes exercuit, ut dubium non sit plurimos ex loci illius incolis Christi fidei subjugatos, ac salutis suae nantium innumeris honoribus persecutos. Et haec quidem ab Apostolo Paulo ita constat esse servata. Si quis vero & principis apostolorum Petri gesta consideret, videbit etiam ingressum ipsam aliquando ad Cornelium, & eos qui cum ipso aderant, non prius apud illos mansisse, aut accepisse cibum, quam Sancto Spiritu repleti, & in Christi nomine baptizati, fidelium digni fierent convivio & societate. Sed & apud Joppem in domo fidelis cuiusdam Simonis Coriaris hospitatum, esurientem gustare voluisse, ubi & vas lintcum plenum diversis animalibus coctis delapsum, vidit, facta ad se voce: *Quod Deus mandavit, tu ne commone dixeris.* Hoc autem per ter factum esse narratur, ut per fidem Sanctae Trinitatis, cunctarum Gentium futura mundatio praesignaretur; sicut jampridem Apostolis a Domino praecipuum fuerat: *Ut cunctas docerent omnes Gentes, baptizantes eos in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti.* Tales ergo jam erant, & gentiles illi, idest baptizati credentes & mundati, cum quibus ne scandalizarentur, si qui ex circumcisione crediderant, illis absentibus edebat, praesentibus edere dissimulabat. Ubi & illud fideliter considerandum est, quod si talis, ac tantus Apostolus, ne Judaeos fideles scandalizaret (qui adhuc carnalibus legis observationibus utebantur) a gentiliis fidelium se convivio subtraheret, ne contra morem, scilicet Judaeorum, videretur agere, cum gentibus convivendo; quo studio Christiani nunc a convivio se debent subtrahere infidelium Judaeorum, ne exemplo hujus illicitae communionis scandalizent socios, & participes Christianae religionis, talique facto vel Judaicis videantur superstitionibus favere, vel ecclesiastica convincantur statuta dissolvere. Sed & in libris Clementis, ecclesiae Romanae pontificis, inveniuntur aliqua a supra memorato Apostolo, de hujus rei observatione dicta, quae in his inserere non incongruum existimavimus: Nam licet iisdem libri, judicentur Apocryphi, pleraque tamen ex his testimonia inveniuntur a doctoribus usurpata. Introducit ergo Clemens, cum nec dum esset baptisimus gratia purificatus, & ob hoc a mensa Petri cum ceteris similibus sequestratus, eundem Apostolum loquentem sibi, his verbis: *Non pro superbia, o Clemens, convivium non ago cum his qui modum purificati sunt; Nec vereor, ne forte mihi quidem nocent, ipsi autem nihil prosim.* Et paullo post: *Nemo ergo vestrum contristetur, ait, a convivio nostro separatus, parvo enim tempore sequestratur, qui cito voluerit baptizari, multo autem quis tardius; & ideo in vobis est quando velitis ad nostram convenire mensam, & non nobis quibus permixtum non est sumere cum aliquo cibum, nisi prius fuerit baptizatus.* Haec de scriptis Clementis necessario a nobis prolata sint; volentibus evidenter ostendere ab apostolis traditam hujus rei antiquissimam observationem; vera enim & ista ducenda sunt, & eo maxime quo ab Apostolicis Actibus in nullo videntur discrepare. An putandi sunt electi Christi Apostoli cum Judaeis infidelibus communem habere voluisse mensam? aut potuisse cum eis gratum convivium ducere, de quibus magister gentium Paulus Thessalonicensibus ita loquitur: *Vos enim imitatores facti estis, fratres, ecclesiarum Dei, quae sunt in Judaea in Christo Jesu, quia eadem passi estis & vos a contribulibus vestris, sicut & ipsi a Judaeis, qui & Dominum occiderunt Jesum, & prophetas, & nos persecuti sunt, & Deo non placent, & omnibus hominibus adversantur, prohibentes nos gentibus loqui*

*ne salva fiant, ut implerent peccata sua semper. Perennis autem ira Dei super illos usque in finem.* Cum talibus ergo quos occisores Jesu & prophetarum, persecutores apostolorum, Deo non placentes, omnibus hominibus adversantes, peccata sua semper implentes, & sub ira Dei usque in finem saeculi gementes vas electionis appellat; vel apostoli credendi sunt communicavisse convivium, vel fidelium quisque illud debet retinere consortium. Verum quoniam ecclesiarum quae in Judaea erant in Christo, idest, eorum, qui ex Judaeis crediderant, fecit Apostolus mentionem; videndum etiam de illis, utrum, & ipsi haec inter suos positi contribulibus observarent: & facile hoc ex verbis sancti Lucae possumus agnoscere, quibus ait: *Multi Judaeis autem crediturum erat cor, & anima una, nec quisquam horum aliud suum dicebat; sed erant illis omnia communia.* Et paullo post: *Quotquot, inquit, possessores domorum, aut agrorum vendentes offerbant pretia eorum, quae vendebant, & ponebant ante pedes Apostolorum; dividebatur autem singulis, prout cuique opus erat.* Et post aliqua rursum ait: *Et erant omnes unanimiter in portu Salomonis; ceterorum autem nemo audebat se conjungere illis, sed magnificabat eos populus.* Neque igitur communem cum eis ducebant victum, cum quibus non habebant ne commune quidem habitationis consortium: omnia vero quae ipsis erant communia, non undecumque quaesita, sed ex sola fidelium fuerant conlatione & oblatione suscepta. Sed & in maxima necessitate famis, quae sub Claudio facta esse memoratur, a Judaeis quidem incredulis inter quos morabantur, nec expetisse aliquid, nec accepisse referuntur; ab his vero qui ex gentibus ad fidem Christi venerant, ne eos ministri oblationes fidelium pertulerunt. Jam enim tempus instabat, ut diceretur fidelibus omnibus, de omnibus inimicis fidei Christianae: *Si quis venit ad vos, & hanc doctrinam non offert, nolite recipere eum in domum, & ave illi nolite dicere: qui enim dicit illi ave, communicat operibus ejus malignis.* Secundum quam sententiam, si is qui ave illi dicit, qui a doctrina apostolica existit alienus, communicat operibus ejus malignis: quanto amplius Judaicae communicant malignitati, qui cum his commune etiam convivium celebrant? Et adhuc ut ab inquinacionibus haereticorum, vel Judaeorum Christiani fierent, cautiore dicebatur, immo & semper dicitur eis: *Cherissimi, nolite omni spiritui credere, sed probate spiritus si ex Deo sint; quoniam multi pseudo-prophetae evadunt in mundum; in hoc cognoscitur spiritus Dei: omnis spiritus qui confitetur Jesum Christum in carne venisse, ex Deo est; & omnis spiritus qui solvit Jesum, ex Deo non est, & hic est antichristus.* Itemque ibi: *Quis enim est mendax nisi is qui negat quoniam Jesus non est Christus? hic est antichristus, qui negat Patrem & Filium. Omnis qui negat Filium, nec Patrem habet; qui confitetur Filium, & Patrem habet.* Ex quibus verbis evidenter declaratur non solum mendaces, sed & antichristos esse Judaeos, qui cum negent Filium, frustra confitentur Patrem; non autem confitentur Filium, nec Patrem habere merentur. Super omnia vero Jesum, qui ex Maria Virgine ortus est, Christum esse negantes, antichristi sibi & nomen pariter, & eloquium vindicarunt. Nam quid aliud antichristus dicitur est, nisi quidem *Jesum non fuisse Christum?* Se autem esse quod ille, veluti falso creditus fuerit: In hoc ergo solo blasphemiam Judaeorum superat antichristus, quod se praesumit nuncupare Christum. In hoc autem Judaei nequitiam aequiparant antichristi, quod Jesum negare audent fuisse Christum. In tantum igitur antichristi, in quantum blasphemiae ipsorum

ANNO CHRISTI 117.

Mat. 11.

1. Cor. 1.

Mat. 12.

1. Cor. 11.

rum blasphemis consonant antichristi. Quis autem cum antichristo mentem habeat communem, & Christo se offerat servare fidem? aut quis eorum non libenter fugiat necessitudinem, quos sanum vident blasphemare Salvatorem? & quibus ipsum terribiliter audiat denunciantem: *Vo tibi Corozaim. Vo tibi Bethsaida, quia si in Tyro & Sidone facta esset virtutes, que facta sunt in vobis, aliam in cinere & cilicio penitentiam egissent: Veruntamen dico vobis, Tyro & Sidone remissus erit, quam vobis in die Judicii; Et tu Capernaum, nunquid usque in caelum exaltaberis? usque in infernum descenderis: Quia si in Sodomis facta fuissent virtutes, que facta sunt in te, forte mansissent usque ad hanc diem. Veruntamen dico vobis, quia terra Sodomorum remissus erit in die Judicii quam tibi.* Corozaim namque, ut Bethsaida, & Capernaum urbes Galilee idcirco a Salvatore planguntur, quod post tanta signa, atque virtutes non egerint penitentiam. Præsertim autem eis Tyrus & Sydon, quod naturalem tantum legem calcaverint; ista vero post transgressionem naturalis legis urbes idololatricas & vitiosas deditæ. Et præsertim ideo, quod Tyrus & Sydon descripta etiam signa, que apud eas facta sunt, parvi duxerunt. Et quia revera, licet & non audire veritatem, & auditam contemnere perniciosum sit, multo tamen & incomparabiliter pejus est auditam & cognitam contemnere. Quod apertissime B. Petrus ostendit de talibus dicens: *Melius fuerat illis non cognoscere viam justitiae, quam post cognitionem retrosum reflecti.* Hoc autem multo adhuc evidentius demonstratur verbis Domini per parabolam sic loquentis: *Cum immundus spiritus exierit ab homine ambulat per loca arida quærens requiem, & non invenit. Tunc dicit: Revertar in domum meam, unde exiit; & veniens invenit vacuam, scopis mundatam, & ornatum; tunc vadit, & assumit septem alios spiritus nequiores se, & intrantes habitant ibi, & sunt novissima hominis illius pejora prioribus: sic erit & generatio huic pessima.* Ex quo perspicuum est immundum idololatricis spiritum de corde quondam populi Judaici, cum ei lex data est, recessisse & ambulasse tandiu per loca arida, corda videlicet gentilium, infructuosa, atque in his securam sibi voluisse facere mansionem. Sed & inde in adventu Christi, cunctis in eum credentibus nationibus, expulsum ad pristinam domum reversum, quam invenit Deo quidem plenam, carnalibus vero legis observationibus a Pharisæis sermonibus veluti mundatam: Et qui audit eam sui habitatione dignissimam, septem alios nequiores se spiritus assumpsit, & cum his intima ipsius penetrans, novissima ejus pejora fecit prioribus. Majori quippe nunc domus illa plebis Judaicæ Dæmonum numero possidetur, blasphemans in synagogis suis Christum; quam in Egypto possessa fuerat ante legis notitiam. Frustra igitur fautores Judæorum nos contristantes, & illos lætificantes, patriarcharum causa honorandos eos putant, & Christianis dicere audent meliores; cum legamus etiam Agarenos, qui nunc corrupto vocabulo *Sarraceni* vocantur, Amalachitas quoque, ac Madianitas, atque Afros, ex Abraham genus ducere. Ideoque nec eos quisquam, vel honorandos, vel meliores Christianis debeat existimare. Non solum autem Judæi meliores nobis esse nequeunt; sed & his (quas supra enumeravimus) nationibus pejores inveniuntur: quia illæ quidem nec legem acceperunt; isti vero post datam sibi legem, post missos ad se prophetas, etiam Dei Filium occiderunt. Si vero juxta Apostolum non *qui filii carnis, hi filii sunt Dei; sed qui filii pro-*

*missi, hi continentur in semine: Ergo Judæi* quantum a promisso Abraham semine, idest Christo, existunt alieni, tantum & filiorum Dei gloria probantur indigni; nec Hierusalem caelestem veraciter sortiti sunt, sed Hierusalem terrestria & Agar ancilla, que generat, filii remanserunt. Sed quid dicit Scriptura? *Ejice ancillam & filium ejus; non enim heres erit filius ancilla cum filio libera.* Expulsus ergo est de paterna domo Judæus populus, atque ab hereditate filiorum ecclesie, que per Christum libera effecta est, segregatus. Nam sicut Dominus ait: *servus non manet in domo in æternum; filius manet in æternum: omnis autem qui facit peccatum, servus est peccati.* Nec potest a iugo servitutis istius absolvi, nisi per Dei filium meruerit liberari. Judæi igitur qui dicente Domino: *Si filius vos liberaverit, vere liberi eritis,* ipsi quidem non credunt: *se autem semen Abraham esse, & nemini unquam servisse gloriantur.* Non solum a libertate spiritus efficiuntur extranei sed & carnali servituti inveniuntur obnoxii. Neque hoc solum, sed & filii perseverant Diaboli; sicut & Dominus ostendit, dicens eis: *Vos ex patre Diaboli estis; & desideria patris vestri vultis facere.* An non patris sui desideria quotidie satisfaciunt, contemnentes legem, spernentes prophetas, persequentes ecclesiam; atque ipsum Dei Filium blasphemantes? Cum hæc ergo ita se habeant, qua ratione servus Dei servi peccati; filii liberæ filii ancilla; hæredibus exheredati; Dei filii filii Diaboli præferantur? quos Deus per Esaiam prophetam tanta a servis suis divisione sejungit, ut & nomen pristinum eos amississe, & inter mortuos ostendat jam deputatos esse his verbis: *Ecce servi mei comedent, & vos esurietis; ecce servi mei bibent, & vos sitietis; ecce servi mei latabuntur, & vos confundemini; ecce servi mei clamabunt pro consultatione cordis, & vos alalabitur pro dolore cordis, & pro constrictione spiritus ululabit. & dimittetis nomen vestrum in juramentum electis meis, & interfecit vos Dominus Deus tuus, & servos suos vocabit nomine alio, in quo qui benedictus est super terram, benedictus in Deo. Amen. Et qui jurat in terra, jurabit in Domino. Amen.* Nomine itaque pristino populus Judaicus spoliatus, & incredulitatis sue gladio peremptus, electis Dei nomine alio vocatis, & Christiano vocabulo benedictis, atque in Christi sacramenta juratis, nec exequari potest, nec corporali saltem victu sociari debet, quibus ne ipsa quidem servitutis appellatione meruit copulari. Si vero & hoc consideremus, quibus virtutibus tabernaculi Dei habitatio, & sancti montis ejus ascensio valeat comparari; non minimum inter eas virtus illa obtinet locum, qua vir iustus ita dignus est conlaudari: *Ad nubelum deductus est in conspectu ejus malignas, sumentes autem glorificat fideles.* Itaque & timentes Deum glorificandi sunt in omnibus atque honorandi. Populus autem ille, qui totus est positus in maligno, quique Dei virtutem & Dei sapientiam non cognovit, ac per hoc in malignitatis & erroris vultate remansit, pro nihilo in conspectu omnium credentium est habendus, nec pecunie aut divitiarum suarum causa quicquam honorandus; sed ob earum potius cupiditatem lepra Naaman aspersus ab omni fidelium populo, per verum Eliseum aquis baptismatis expiato, ut vere sordidissimus, atque immundissimus exgerandus. Insuper vero & anathema ei semper, & ubique dicendum, voce Apostoli, qui ait, *Si quis non amat Dominum nostrum Jesum Christum, sit anathema, maranatha.* Nam si is qui non amat Dei Filium anathema est; ergo qui odit, qui persequitur, qui blasphemat; multo adhuc detestabilius anathematizandus.

ANNO CHRISTI 117.

Mat. 11.

1. Cor. 1.

1. Cor. 11.

1. Cor. 11.

ANNO  
CHRISTO  
811

ANNO  
CHRISTI  
811

701

702

703

704

705

706

707

708

623  
 dus est. Si quis porro amicitias libenter ipsius in A  
 duiget, nec terre impię societati auxilium erube-  
 scit, merito & ipse audiet, quod Josaphat rex  
 prophetam Domini increpatus audivit: *Impio præ-  
 bes auxilium, & bis qui oderunt Dominum, amicitia  
 iungentur; & idcirco iram Dominus mereris.* Et qui-  
 dem rex ille in ceteris omnibus testimonium ius-  
 titię accepit; sed in hoc solummodo ostendit,  
 Deique iram promeruit, quod impiis, & Deum  
 odientibus auxilium præbere & amicitias non ex-  
 horruerit copulare: quos unque non esse alios  
 quam eos, qui a domo dudum seipfos exciderant,  
 evidenter scriptura designat, sicut & hi impij, &  
 inimici semper Dei Filio Judę a veri David do-  
 mo, quę est ecclesia, seipfos segregant, & a re-  
 gno Christi abicilli, regnum expectant, & deside-  
 rant antichristi, quem Dominus Jesus interficiet spi-  
 ritu. *& destruet illustratione adventus sui.*  
 Non autem ipsum, sed & illos qui nolue-  
 runt seipsum super se; secundum evangelij parabola-  
 lam, se, cęlorum regno, regrediens jubebit  
 interficere se præzente. Erepti igitur de potestate te-  
 nebrarum Christiani, & translati in regnum filii  
 caritatis Dei, nullatenus debemus eorum convic-  
 tũ & societate pollui, a quorum erroribus omni  
 genere probamur absoluti. Meminisse etenim nos  
 oportet quomodo & propheta ille qui de Juda  
 missus fuerat in Bethel, ubi a Jeroboam rege Sa-  
 marę vitulus aureus colebatur, a Deo prohibi-  
 tus, ne illic comederet, vel biberet, etiam i vi-  
 tanti se regi responderit: *Si dederis mihi meatum  
 partem domus tuę, non manducabo panem, neque  
 bibam aquam in loco isto.* Insuper & munera obla-  
 ta sibi ab eodem rege suscipere recusavit, verum  
 quia postea redudus a plebeo propheta quodam  
 contra præceptum Domini in eodem loco com-  
 edidit & bibit, Dei iudicio leoni tractus, & ab eo  
 interemptus occubuit. Nam quod in veteri testa-  
 mento respiciendo videtur abstinuerunt a ci-  
 bo & potu in Bethel, ubi illis præceptum sit a  
 Domino non facile advertitur; documenta tamen  
 extant de exemplis sanctorum, sicut de Daniele  
 scriptum est: *Proposuit autem Daniel in corde suo  
 ne pollueretur de mensa regis, neque de vino potus  
 eius, & negavit Esauichorum præpositum, ne contra  
 ministerium concessum esset Danieli, Ananias, Aza-  
 rias & Misaeli, cum ceteri pueri Israelitę ve-  
 scerentur cibo regio. Quę observantia in tantum  
 molevit ad Iudęos, ut tempore adventus Do-  
 mini generalis esset omnium, ita ut dicerent im-  
 pio Iudę discipulis Dominus: *Quare cum publicanis  
 & peccatoribus manducatis & bibitis.* Et non so-  
 lum hi, sed etiam factes dicerent adventus  
 Petrum, qui erat ex circumcisione dicentes: *Qua-  
 re intrasti ad eos præputium habentes, & man-  
 ducasti cum illis?* Quibus redenta ratione subin-  
 xit, respondente sibi vocem de cęlo: *Quia deus  
 mundavit, tu ne commune dixeris.* Ex quo tempo-  
 re cepit declarari quod beatus Paulus scripsit,  
*omnia munda munda, conscientias autem & infide-  
 libus nobis mundum.* Quo testimonio licet plerique  
 in contrarium utantur, idest ut propter hoc pu-  
 tent sibi licitum, infidelium sumere cibum; tamen  
 nostram omnino confirmat observantiam, ut im-  
 mundorum immundas noverimus esse mentes,  
 quia inquinatę sunt eorum & mensę & conscien-  
 tia. Quomodo autem immundę non erunt men-  
 tę, quorum maledicta sunt homines, & apothecę?  
 Sed quia ad maledictiones infidelibus Judęis a  
 Deo compositas scribendo pervenimus, paulo di-  
 ligentius a superioribus eas repetamus. Ant itaque  
 Moytes omni populo Israelitico trans Jordanem in  
 solitudine campellii: *Proposui in conspectu vestro  
 bende benedictionem, & maledictionem, benedictionem**

624  
 si obedieritis mandatis Domini; maledictionem si non  
 audieritis mandata Dei vestri. Cum introduxerit te  
 Dominus Deus tuus in terram, ad quam pergis ba-  
 bitandam, pones benedictionem super montem Gari-  
 zim, maledictionem super montem Hebal, qui sunt  
 trans Jordanem. Quę verba cum permagnificis ten-  
 tibus plena sint, non ante potuerunt impleri nisi  
 in Jordane transitu, idest, baptismi sacramento;  
 corpore Christi, tactis aquis Jordanicis dedicato;  
 Garizim namque, qui interpretatur divisio, signifi-  
 cat apostolicam plebem divisa ab infidelium sy-  
 nagoga, sicut Paulus de seipso ait: *Cum autem  
 complacuit ei qui me segregavit de utero matris meę,  
 ut revelarem filium suum in me, non acquireret carnis  
 & sanguinis.* Hebal autem, qui interpretatur vora-  
 go vetus, significat carnalem & infidelium synago-  
 gam, quę non acquivit transire ad novitatem spi-  
 ritus vivificantis, sed maluit remanere in vetusta-  
 te literę occidentis. Ibi que eis peccatoribus lu-  
 pervenit immensus fluvius maledictionum, iuxta  
 quod scriptum est: *Facti sunt principes Juda, qua-  
 si assumentes terminum; super eos effundam, quasi  
 aquam, iram meam.* Et sicut omnes omnino pro-  
 muliones & benedictiones requieverunt super apo-  
 stolicam plebem, sic omnes condemnationes & ma-  
 ledictiones confirmatę sunt super synagogam Sata-  
 nę; ipso ordne rei quo Moytes prædixerat vobis  
 dicens: *Maledictus eris in caudate, (idest Hierusa-  
 lem) maledictus in agro mundi dispersus, maledi-  
 ctus in horreum tuum.* Quod alia translatio sic di-  
 citur: *Maledicta apotheca tua, & omnes reliquia tua; maledictus  
 fructus ventris tui, & fructus terrę tuę; maledictus eris  
 ingrediens nascendo in banc vitam, & maledictus  
 egrediens moriendo, videlicet, de hac vita. & post multa:  
 Advena, inquit, qui tecum  
 exaltatur in terra, idest populus gentium, ascen-  
 det super te, erisque sublimior effectus, videlicet,  
 finis patriarcharum, & locus radicis olivę, &  
 pinquedinis tactus: Tu autem descendes & eris in-  
 ferior, absissus ab olea, & ficus, in terra jacens,  
 igni destinatus; ipse eris in caput & tu eris in cau-  
 dam.* Et nunc veniunt quidam per se eos conan-  
 tes levare in caput, unde ceciderunt, quasi non  
 debeant esse in caudam, quod unque semper erunt,  
 donec plenitudo gentium introeat: *Et sic omnis  
 Israel salvus fiat.* Omnis videlicet salvandus. Nam  
 ulorum qui nunc sunt infidelium augebit Domi-  
 nus plagas: *Plagas magnas & perfecterantes, infir-  
 mitates pessimas & perpetuas,* quod alia translatio  
 dicit: *Plagas verissimas, & infirmitates veras.* Item  
 ibi: *& converteret in te omnes afflictiones Egypti,  
 quas timuisti; & adhibebunt tibi, insuper & univer-  
 sos languores & plagas, quę non sunt scripta in vo-  
 lumine legis hujus, inducet Dominus super te donec  
 te converteras.* Hoc profecto est quod supra de evan-  
 gelio posuimus; *Erunt novissima illius hominis:*  
 idest, ad quem spiritus immundus, cum aliis se-  
 ptem seipso nequioribus ingressus fuerit; *pejora  
 prioribus.* Et hæc quidem breviter diximus, ac  
 de multis pauca libavimus strictum scilicet, volen-  
 tes ostendere quantus benedictionum muneribus di-  
 gnam præparaverit Deus apostolicam plebem;  
 quantisque e contrario maledictionibus suis meritis  
 repletam infideli repulerit synagogam; quatenus  
 & in electis impleretur quod prædictum fuerat.  
 Etenim benedictiones dabit qui legem dedit, benedi-  
 cent, eos, videlicet juxta Apostolum, *in omni be-  
 nedictione spiritali in caelestibus in Christo.* Et illis  
 qui nec Moyti literis, nec verbis Christi credi-  
 derunt; ac per hoc iusto Dei iudicio reprobati  
 sunt, illa maledictio superveniret, quę ab ipso  
 Moyte ita fuerat præznunciata: *Maledictus omnis  
 qui non permanserit in verum legis hujus, ut faciat  
 ea.* Nolens audire quod in ea scriptum est: *Juxta carat,  
 16*

708

ANNO CHRISTI 1129. 10.

625
verbum valde in ore suo, & in corde tuo: Ut facias illud quod Apostolus sic exponit: Hoc est verbum fidei, quod predicamus; quoniam si confessus fueris in ore tuo Dominum Jesum, & credideris in corde, quod Deus cum suscitavit a mortuis, salvus eris; corde enim creditur ad justitiam, ore autem confessio fit ad salutem. Breviter ergo ista a nobis perstricta sunt: nam & credendum est majoribus, subtilioribus, ac facundioribus, quibus perfacile est altiora, & occultiora hujus rei pandere quod jam jamque fieri oportet, frigescente multorum chari-

626
tate, abundante ubique iniquitate, incredulorum convalescente improbitate, antichristi fallacia appropinquante. Atque utinam juberet religiofissimi imperatoris indulgentia alicui de suis, ut colligeret omnia, quae a magistris ecclesiarum, in scripturis sanctis de antichristo intelligenda, vel exposita, vel signata sunt; valeat profecto ad cautelam fidei, ad erectionem spei, ad roborandam, & commendandam dulcedinem dilectionis Christi. Amen.

ANNO CHRISTI 1129

(1) PSEUDOSYNODUS CP. IN BLACHERNIS. EX LIBELLO SYNODICO.

Cum autem Leo, quem Canem potius quis vere nominari, canis instar, gladio interemptus mortis viciniae commigrasset, & Theodotus ad infernum concessisset: illi quidem in imperio Michael Balbus, huic autem in solio Antonius monachus, monasterii Metropolitanum praetedit successit: cum quidem prius Petrus Pamphyliae episcopus factus locoque motus fuisset. Theophilus autem Michaelis filius, imperium adeptus, mortuo Antonio, Joannem, qui pelvi inspecta divinare solebat, solio praefecit, & maximam adversus pios persecutionem commovit: ac imperium in Blachernis synodum congregans, adoratores sacrum imaginum anathemati subjecit.

THEOPHΙΛΟΣ δὲ κνωτρόπως τὸ ἀληθῶς κνωζόντες τὸ θανάτῳ προσομιλήσαντος, ἡ Θεοδότης ἄλλω χωρήσαντος. Μιχαὴλ δὲ τραυλός, τὸ μὴ τὴν βασιλείαν· τὸ δὲ τὴν θεοῖον, Αἰώνιος μοχλὸς μόνῃς τῶν Μητροπολιτῶν ἡγεμόνος, διεδίξατο Πιρῆς τῆς Παμφυλίας ἐπισκοπίας καθρημῶν ἐπίσκοπος. Καὶ Θεόδωτος υἱὸς Μιχαὴλ ἀπέκρατο γειόμενος, πρὸς τῆσαντ' Ἀντωνίου τὸν λιχαρομάτην ποιεῖν: ἰωάννην ὁμοεπίσκοπον, μείζονος τοῖς ἀσπίσι τὸν διαγωγὸν ἀπρηπίσει· ἡ ἄθρον ἐν Βλαχέρναις κατασχεύασας συναδριον, τὸς προσκωνητοὺς τῶν εἰρησμίον εἰκότων ἀντιματίσει.

CONCILIUM WORMATIENSE, IN QUO SANCITA SUNT CAPITULA REGIA

De his quae episcopi in quatuor synodis nuper invenerant, mense Augusto praesente sedis apostolicae legato habitum, anno eodem MCCXXXIX.

Ex editione P. Simoadi.

Synodi hujus, sed paucis, meminere annales incertis MCCXXXIX. Auctor etiam vita Ludovici de his quidem quae visa sunt studiose in ea tractatum docet; quibus vero de rebus actum sit non declarat. Quare ab Hincmaro petenda est uberior narratio, cuius haec sunt verba de divortio Hlotbaris & Teitbergae, in resp. ad interrog. v. Nostri etiam regi Augustus pie memoriae Hludovicus in synodo ac placito generali apud VVormatiam, apostolice sedis & papae Gregorii commente legato, cum aliis plurimis, de his quae episcopi in synodis per quatuor loca sui imperii habitis necessario & utiliter nuper invenerant, de hac unde agitur causa, omnium tam episcoporum, quam & fidelium laicorum, votis convenientibus ita decernens: Quicumque, inquit, propria uxore derelicta, vel si-

ne culpa interfecta, aliam duxerit uxorem, armis depositis publicam agat poenitentiam: & si contumax fuerit, comprehendatur a comite, & ferro vinciatur, & in custodiam mittatur, donec res ad nostram notitiam deducatur. Quibus ex verbis ad liquet, quod jam superius est objectatum, sancita VVormatia in hac synodo fuisse a Hludovico tenentis illa capitula, quae in tertio ejus capitulari continentur. ubi & Capitulum ab Hincmaro laudatum videre est: De uxore propria dimissa vel interfecta. Possunt ergo & ad synodum istam pertinere videri capitula alia, quae post synodum Parisiensem a Ludovico edita, in Benedicli Leveia collectione, additionibusque annexis, non expresso ejus nomine occurrunt, quorum nonnulla suis in locis annotavimus.

SYNODUS LUGDUNENSIS PROVINCIAE LINGONIS HABITA.

ANNO CHRISTI 1130.

ANNO CHRISTI 1130

In qua Albericus Lingonenfis episcopus confirmanda curavit quae monasterio sancti Petri Bezuensis donaverat anno Christi MCCXXX. Ludovici imp. XVII. indictione VIII.

Quanto autem studio quaeritur. Ex chronico Bezuensi edito a D. Luca Dacherio O. B. P.

Quantaque cura, memor juramenti & promissionis hoc monasterium reparaverit, melius ipsa opera quam verba testantur, Monachos

Ex monasterio sumptos adunavit, abbatem praefecit, & non solum res ad ipsum monasterium pertinentes restituit, sed & alias res de episcopa-

106 1061. Spicilegi. Albericus episcopus Lingonenfis Bezuensis monasterium in Bezu.

Hae Pseudo-Synodus non ante an. 1122 habita, quo Joannes CP. Patriarcha creatus est. Concil. General. Tom. XIV.

617

ANNO  
CHRISTI  
810.

tu ecclesie sue, cum concilio synodi provincia-  
lis, & consensu ecclesie sue subiecit. Hic itaque  
Albericus episcopus timens quod experimento di-  
dicerat de eodem Beluensi monasterio, ne de re-  
bus quas ei donaverat per successorum pravam  
persuasionem iterum spolaretur, statuit non tan-  
tum sua, sed etiam regali auctoritate confirmare  
quorumque ad presens sua vel in posterum alio-  
rum fidelium munificentia possideret. Adit ita-  
que Ludovicum imperatorem & super hac re re-  
gale preceptum quaesivit. Annuit imperator, &  
sicut scriptum est infra sua auctoritate confirma-  
vit.

*Preceptum Hludovici imperatoris.*

In nomine Domini Dei & salvatoris nostri Je-  
su Christi, Hludovicus & Hlotarius divina ordi-  
nante providentia imperatores Augusti. Si peti-  
tionibus fervoribus Dei iustis & rationabilibus di-  
vini cultus amore favemus, superna nos gratia  
muniri non dubitamus. Proinde comperit om-  
nium fidelium nostrorum preteritum scilicet ac  
futurorum solertia, quia ingressit mansuetudini  
nostrae vir venerabilis Albericus Lingonensis ec-  
clesie presul, qualiter quandam abbatiam, cujus  
vocabulum est Ions Beluus, ex rebus videlicet epi-  
scopatus sui, ubi quondam monachi regulari-  
ter viventes fuerant, sed moderno tempore pe-  
nitentia erat destructa, a fundamentis reedificavit,  
abbatiam congrua construxit, monachos adunavit,  
abbatiam etiam nomine Seraphim presulit. Et ut  
monachi in eodem loco Domino adjuvante con-  
gregati melius & libere sub norma sancte regu-  
laris Deo militarent, non solum res quas ad pre-  
dictam abbatiam legatae pertinebant, ibi reddi-  
dit, sed etiam alias res de presulato episcopatu ibi-  
dem subiecit; sed & constitutionis chartulam,  
quam ipse una per consensum metropolitani sui  
Agobardi archiepiscopi, & cassaganeorum suo-  
rum, necnon & cleri sibi subiecit, nobis ostendit,  
in qua plenius contentum erat, non solum res  
ad iam dictam abbatiam legatim pertinentes ibi  
reddidisse, verum etiam ei quoddam res de me-  
morato episcopatu suo ibidem subiecit. Quarum  
hæc sunt nomina: Pauliacum cum appendiciis  
suis; Bellenavum vicum cum suis appendiciis. Ar-  
cionem cum appendiciis suis. Istas villas cum om-  
nibus adjacentibus, seu & omni re superposita,  
campis, pratis, silvis, pomariis, patens, arbori-  
bus, aquis, aquarumque decursibus. & omnes red-  
ditus, totum ad integrum, una cum mancipiis,  
libertis, cum omni periculo ipsorum, una cum as-  
colabus dedit ad servitium monachorum iure per-  
petuo ad possidendum. Ecclesiam etiam que est  
in ipsa Bellenavo villa, in honore sancti Step-  
hani, prorsus ab omni consuetudine exactone li-  
berissimam. Ecclesiam quoque de villa que dicitur  
Dambrium cum appendiciis suis, & villam  
Danbium cum ecclesia & omnibus appendiciis  
suis. Item ecclesiam de villa que dicitur S. Se-  
quani cum appendiciis suis: Et ecclesiam de vil-  
la Mornaco cum omnibus ad eam pertinentibus.  
Necnon ecclesiam, que est in valle Verona in  
honore sancti Mauricii. Ecclesiam de villa Beria  
in honore sancti Laurentii cum omnibus appen-  
diciis suis. Præterea in territorio Divionensi de-  
cimas illarum vinearum, quas donaverat huic Ec-  
clesie dominus Amalgarius dux & fundator hujus  
sacri cenobii. Apud villam que dicitur Filsicis  
vinearum non modicam quantitatem, cum pratis  
& campis & servis & ancillis ad ea excolenda.  
Et in villa Filsicaco vineas similiter: & in Mar-

cennaco similiter. Horum omnium facta donatio-  
ne, precibus quibus valuit exorans nostram cle-  
mentiam, ut super eandem constitutionem nos-  
tram auctoritatem firmitatis gratia mererentur ha-  
bere, qualiter predictus locus, quem pro divino  
amore, & nostra elemosyna restauravit, & mo-  
nachos ibi congregavit, qui pro nobis ex cuncto  
populo nobis subiecto perpetim Domini misericor-  
diam exorent, nostra auctoritate confirmatus es-  
set. Videlicet ut si cuilibet successorum ejus ani-  
mo sederit, ut alias res ibi superaddere velit, in  
suo jure & potestate, salva discretionis ratione,  
id faciendi permaneret. Sin autem, sua devotio,  
quæ per consilium tantorum bonorum virorum  
facta & confirmata est, nostro liberalitatis præ-  
cepto firma & stabilis permaneret. Cujus petiti-  
onem dignam ac rationabilem judicantes, hos no-  
stros imperiales apices fieri iussimus, per quos de-  
cernimus atque iubemus, ut memoratus ordina-  
tionis modus, quem predictus venerabilis Alberi-  
cus episcopus in presulato loco constituit, inviola-  
bilis permaneat, & nullus rector qui in eodem  
loco successerit, licentiam habeat prescriptum or-  
dinem permutare, aut res quas ibi reddidit, sine  
subiecit, ullo modo auferre. Sed ejus constitutio  
per hanc nostram confirmationem firma & stabilis  
permaneat. Et ut hæc aut hæc auctoritas confir-  
mationis nostræ per futura tempora inviolabilem  
atque inconvulsam obtineat firmitatem, de annu-  
lo nostro subter illam iussimus adsignari.

*Signum Hludovici imperatoris  
Signum Hlotari filii ejus.*

Actum anno ab incarnatione Domini octingen-  
tesimo xxx. indictione VIII. Epacta XV.  
Suscepta deinde regali auctoritate Albericus epi-  
scopus, confirmatisque, ut prædictimus, rebus, re-  
diens domum, ut præteritis notum atque futu-  
ri fieret, propriam inde conscriptionem fecit, in  
qua omnia quæ huic cenobio donaverat, quæque  
in posterum futurorum fidelium largitate donan-  
da sperabat, inferens, sic ait.

*Charta domini Alberici episcopi.*

In nomine Domini nostri Jesu Christi, notum  
sit omnibus fidelibus sanctæ Dei ecclesie, quod  
ego Albericus dono Dei episcopus Lingonensium  
reperi locum jam ditatum, quod dicitur Fons  
Beluus, in honore constructum sanctorum aposto-  
lorum Petri & Pauli, necnon & aliorum, ubi jam  
olim monachi regulariter Deo famulati fuerant,  
sub Amalgario Duce, permittente Clotario rege.  
Ideoque ob amorem Dei & veniam delictorum  
meorum, Deo inspirante, cogitavi reedificare su-  
pradictum locum, permittente gloriosissimo Au-  
gusto Ludovico, & consentiente piissimo filio ejus  
Lothario imperatore, congregavi ibi monachos  
sub abbate nomine Seraphim, qui regulariter de-  
gerent, & Deo in perpetuum fideliter deservi-  
rent. Concessi enim eis quicquid supradictus lo-  
cus per chartarum donationem assecutus est, &  
quicquid nostri prædecessores de hoc loco abitra-  
xerant, propter elemosynam supradicti principis,  
ejusque filiorum libenter restauravi. Ideoque per  
consilium archiepiscopi nostri Agobardi, & con-  
sentientibus coepiscopis nostris, necnon & piissi-  
mis nostris Principibus, seu omni clero, necnon  
& omnibus fidelibus ecclesie nostræ, addidimus  
de episcopatu nostro villas his nominibus; Pau-  
liacum cum appendiciis suis, Bellenavum vicum  
cum suis appendiciis; Arcionem cum appendiciis  
suis. Istas villas cum omnibus adjacentibus, seu &  
omni

ANNO  
CHRISTI  
810.



ANNO  
CHRISTI  
910.

omni re superposita, campis, pratis, sylvis, po-  
miferis, pascuis, accessibus, aquis, aquarumque  
decurribus, & omnes redditus, totum ad inte-  
grum una cum mancipiis, libertis, cum omni pe-  
culio ipsorum, una cum accolabus, dedi ad ser-  
vitium monachorum, jure perpetuo ad possiden-  
dum. Ecclesiam quæ est in ipsa Bellenavo villa  
in honore sancti Stephani, prorsus ab omni con-  
suetudinali exactione liberrimam. Ecclesiam quo-  
que de villa quæ dicitur Dambruo, cum appen-  
diciis suis; & villam Trescasas cum ecclesia &  
omnibus appendiciis suis. Item ecclesiam de vil-  
la quæ dicitur sancti Sequani cum appendiciis suis:  
Et ecclesiam de villa Morniaci cum omnibus ad  
eam pertinentibus, necnon etiam ecclesiam quæ  
est in valle Verona in honore sancti Mauricii, & B  
ecclesiam de villa Beria in honore sancti Laurentii,  
cum omnibus appendiciis suis. Præterea in ter-  
ritorio Divionensi decimas illarum vinearum,  
quas donaverat huic ecclesie Dominus Amalga-  
rius dux & fundator hujus sacri cœnobii. Apud  
villam quæ dicitur Fiscinis vinearum non modi-  
cam quantitatem, cum pratis & campis, & ser-  
vis, & ancillis ad ea excolenda. Et in villa Fi-  
sciaco vineas similiter. Et in Marcennaco simili-  
ter in substantiam monachorum, & alimoniam  
pauperum, & ut ibidem deleatur servis Dei Do-  
mino servire, & pro rege ejusque conjuge, & li-  
beris ipsius, & totius imperii ejus stabilitate, ju-  
giter Domini misericordiam implorare. Ea vide-  
licet ratione hoc constituimus, ut semper subje-  
ctus sit jamdictus locus ecclesie sancti Mammetis,  
& ut nec ego ipse, nec ullus de successoribus meis  
hanc consecrationem violare præsumat, domini im-  
peratoris confirmationem in ea fieri postulavi. A-  
dum Lingonis civitate publica.

In Christi nomine Agobardus Lugdunensis ec-  
clesie Archiepiscopus subscripsi.

Angericus episcopus subscripsi.

Albericus episcopus a me tacta subscripsi.

In Christi nomine Faova Cabilonensis subscripsi.

\* Forte, tran-  
sit a me facta.  
H. al. Fova.

Modoinus Augustodunensis subscripsi.  
VVinitarius indignus abbas Callicensis subscripsi.  
Audinus indignus chorepiscopus subscripsi.  
Morinus indignus presbyter subscripsi.  
Hiltibaldus Mariscensis episcopus subscripsi.  
Ragenardus presbyter subscripsi.  
Ego in Dei nomine Jacob licet indignus chor-  
episcopus subscripsi.

Sigoaldus, presbyter subscripsi.

VVoanilo presbyter subscripsi.

Adalbertus presbyter subscripsi.

Simeon presbyter subscripsi.

Utricus diaconus subscripsi.

Bajus diaconus subscripsi.

Beatus diaconus subscripsi.

Fridericus subscripsi.

Teuthmarus subscripsi.

Rogenaldus subscripsi.

Signum Humberti.

Signum Hiltanni.

Signum Bertardi.

Signum Fulcrini.

Signum Eruc.

Signum Radaldi.

Berto subscripsi.

Bernorogius subscripsi.

Ragnoardus subscripsi.

Bavo subscripsi.

Ragenardus subscripsi.

Hilpericus subscripsi.

Hildigisus presbyter subscripsi.

In Christi nomine Bernardus archiepiscopus  
subscripsi.

Godelladus abbas subscripsi.

Birico ac si indignus Levita subscripsi.

Adum anno ab incarnatione Domini octingen-  
tesimo xxx. indictione viii. epacta xv. xii. Ca-  
lend. Decemb. anno Christi propitio \* xiv. im-  
perii Domini Ludovici imperatoris, & Lotharii  
Augusti filii ejus vi.

ANNO  
CHRISTI  
910.

## CONVENTUS EPISCOPORUM APUD NOVIOMAGENSE PALATIUM

Ad Vahalin situm, in quo depositus fuit Jesse Ambianensis episcopus majestatis reus anno Christi  
DCCCXXXI. Ludovici Pii XVIII.

ANNO DCCCXXXI inquit auctor annalium Ful-  
denium ut vocant, pervenit Dominus impe-  
rator ad Noviomagum Castrum, quod situm est  
super fluvium, qui dicitur Vahalia, & multitudo  
hominum ex omnibus regnis suis venit ad eum,  
inter quos venerunt Hilduimus archiepiscopus &  
Jesse Ambianensis, Hugo & Matfridus. cum mul-  
tis aliis perfidis, qui voluerunt dominum impera-  
torem de regno expellere. quos imperator domi-  
nus imperator, & dimisit eos atque commendavit,  
& Lotbarius filius ejus cum juramento jactantem

\* Hæc verba  
innotuit esse  
spontaneum et  
Thegan. c. 37.

promisit, ut posthac nunquam talia committere de-  
bisset. Et ibi Jesse jussu judicio episcoporum deposi-  
tus est. Sed aliquanto post ipse Ludovicus iterum  
revocavit eum in gradum pristinum, nullumque  
ex reis majestatis permisit occidi: sed usus, ut  
multis visum est, leniori, quam debuit, pietate,  
sibi tamen consueto benignitatis & clementie mo-  
re, laicos quidem præcepit locis opportunis atton-  
deri, clericos vero in convenientibus itidem mo-  
nasteriis custodiri.

LUDO.

\* Hic conventus habitus anno 830. circa Kalendas Octobris, ut testatur Annalista Bertinianus. Annalista vero Ful-  
denius annum forte exorditur a Kalend. Septembris.  
Diploma hoc ex autographo exhibet Mabillon. Anasl. Ord. S. B. lib. XXX. num. 72. atque post abbatis. affert  
hic præpositus Episcopi ac metropolitani eorum etc.  
Concil. General. Tom. XIV

R r 2

ANNO  
CHRISTI  
831.

## LUDOVICI PII IMPERATORIS DIPLOMA.

ANNO  
CHRISTI  
831.

De ordine monastico in monasterio sancti Dionysii per Aldricum Senonensem & Ebbonem Remensem metropolitans eorumque suffraganeos episcopos ejus auctoritate restituito, anno, ut mihi quidem videtur, 829 quo Parisius celebratum est concilium ab iisdem una cum Ragnoardo, Lantranno, &c.

Ex editore In nomine Domini Dei & Salvatoris nostri Jesu Christi. A  
P. Simonis Hludovicus divina ordinante providen-  
tia imperator Augustus.

Divinis praeceptis &c. Extat in Baluz. tom. I.  
p. 675.

CONVENTUS AQUISGRANENSIS,  
INGELHEIMENSIS, ET IN THEODOTIONIS VILLA

Anno Christi DCCCXXXI. a Ludovico Imperatore celebrati.

**L**udovicus Augustus tres anno Christi 831. Con-  
ventus celebravit, unum Aquisgranensium, alterum  
Ingelheimensium, tertium in Theodotionis villa. De priori  
hoc habet Annalista Bertinianus: Dominus Imperator  
Aquis anno ab Incarnatione Domini 831. circa  
Kalendas Februarii, sicut conditum fuerat,  
Generale Placitum habuit, eosque, qui anno su-  
periori propter seditionem prius in Compendio,  
& postea in Niumago Dominum Imperatorem of-  
fenderant, venire iussit, ut illorum causa discus-  
teretur, & dijudicaretur. Primumque a filiis ejus,  
ac deinde a cunctis, qui aderat populo, judica-  
tum est, ut capitalem tubirent sententiam. Tunc  
Dominus Imperator solita pietate vitam, & memo-  
bra illis indulgit, ipsosque per diversa loca ad cus-  
todendum commendavit. Hlotharius, propter quod  
illis magis consenserat quam debuisset, genitoris  
placitum commovit animum. Ad quod Placitum Dom-  
na Imperatrix, sicut iustum fuerat, veniens, &  
in conspectu Domini Imperatoris ac filiorum ejus  
assistens, de cunctis se objicientibus purificare vel-  
le agebat. Percunctatusque est populus, si quisli-  
bet in eam aliquod crimen objicere vellet. Cum-  
que nullus inventus esset, qui quodlibet illi ma-  
lum inferret, purificavit se secundum iudicium  
Francorum de omnibus, quibus accusata fuerat.  
Addit Theganus cap. 37. Inde venit Dominus Im-  
perator Aquis ad sedem tuam, & supradicta con-

dux venit ibi obviam ei, quam honorifice susce-  
pit, jubente Gregorio Romano Pontifice cum a-  
liorum episcoporum iusto iudicio.

Peracto placito, subdit Annalista Bertinianus de  
Aquisgranensibus loquens, Hlotharium in Italiam, Pip-  
pinum in Aquitaniam, Hludofium in Bajoariam  
ire permisit: Ipse autem circa Kalendas Maji ad  
Ingulehem veniens, Hlotharium illic ad se venien-  
tem honorifice suscepit. Hi quoque, qui in exi-  
lium missi fuerant, adducti & absoluti, gratiam-  
que Domini Imperatoris adepti sunt.

Tertium vero generale Placitum in Theodotionis  
villa habuit (scilicet Imperator), ibique ad eum  
Legati Amiralmmmin inde perfide venientes, pa-  
cem petiverunt. Qui, mox impetrata, reversi  
sunt. Nec non missi Danorum eadem exorantes  
venerunt, & foedere firmato ad propria repeda-  
runt. Multaque legationes Sclavorum ad eum ve-  
nientes, audita, disposita, & absoluta sunt. Ber-  
nardus Comes adveniens, de quibus accusatus  
fuerat, Domino Imperatori filiisque suis iureju-  
rando satisfecit. Filii quoque ejus, qui adfue-  
rant, ad sua remearunt, Pippinum inibi diutius  
expectans, plures ad eum Legatos direxit, ut ve-  
niret. Qui se venturum promisit, & venire distu-  
lit. Ipse vero ad hyemandum &c. Haftenus An-  
nalista Bertinianus.

SYNODUS HAMBURGENSIS,  
IN QUAE ARCHIEPISCOPATUS

Hamburgensis instituitur, & S. Alcharius fit primus Archiepiscopus.

**C**oncilium Hamburgense anno Christi 831. a Lu-  
dovico Pio Imperatore hoc anno coactum, in  
quo institutus est Archiepiscopus Hamburgensis, ei-  
que datus Antistes S. Ansharus, uti ex ejus vita  
metrice concinnata a Guadone Monacho ceteris Cor-  
bica, quam ex inf. Parisiensis Monasterii S. Germani  
de Pratis exhibent Acta Sanctorum ad diem 3. Fe-  
bruarii p. 427. ubi cap. 28. ait:

Orbis Romani Rector, lux aurea Mundi,  
Victor magnificus, cultorque Dei Ludovicus,  
Ut coram multis consiliis ageret, inde  
Hamburgensis synodum collegit in urbe:  
Collegit Praeeres regni, venere Praeeres,  
Arbitrio quorum per Pontificum synodalem  
Censuram, thurium trans Albim in finibus ur-  
bem

Saxoniae positam, matrem, caput, atque tri-  
bunal

Nordalbingarum fore censuit ecclesiarum;  
Omnibus ut terris simul, & populis Aquilonis  
Et praelata foret .... & metropolis esset;  
Presbyter & mittendus episcopus omnis in illis  
Finibus egredieretur ab hujus Praesule sedis.  
Hanc igitur tota synodi plaudente corona  
Primus Antistitem reverente Ebone Remensis  
Assistentibus, Organique Moguntiacensi,  
Cum mediis testis fulcitet eos Treverensis,  
Archimandritam sacrari Caesar ad aram  
Anticharium fecit, quem circa iusta peregit  
Drogo Palatinus tum forte hierarcha capellae;  
Drogo vir illustris Metensis episcopus urbis;

Pa-

ANNO CHRISTI 811.

Patribus Imperii, quos culmen in urbe coegit, A Inter Helingandus fuit, & coepiscopus ejus Vulgericus, eam qui pridem parochiam Per dispersitum tenuerunt pontificatum, Rem confirmando, patris caput illiniendo Unguentis Hermon, queis barba fragravat Aarob.

Hac eadem habet S. Rambertus Archiep. in ejusdem vita cap. 5. apud Bollandianos pag. 413. his verbis. Cognito Patris sui ( nempe Caroli ) voto, ne quid ejus studii imperfectum remaneret, una cum consensu episcoporum, a plurimo synodi conventu in prefata ultima Saxonie regione trans Albim in civitate Hammaburg sedem constituit, ( nempe Ludovicus Imperator ) Archiepiscopalem, cui subiceret univ. Nurdatingorum ecclesia, B & ad quam pertineret omnium regionum Aquilonarium potestas ad constituendos episcopos, sive presbyteros in illas partes pro Christi nomine de-

stinandos. Ad hanc ergo sedem Dominum & patrem nostrum Ansharium predictus Imperator solemniter consecrari fecit Archiepiscopum per manus Drogonis Mettenis Præfulis, & summe sanctæque Patrinæ dignitatis tunc Archicapellani, adstantibus Archiepiscopis Ebbone Remensi, Hetti Trevirensi, & Otgaro Moguntiacensi una cum pluribus aliis in conventu imperii præfulibus congregatis, assistentibus quoque & consentientibus, ac pariter consecrantibus Helingardo & VVillerico episcopis, a quibus jam dictas parochias illius partes commendatas ceperat. Etas autem VVillericus Bremensis, & Helingandus Ferdensis episcopi. Cum autem obierit S. Ansharius anno Christi 865. die 3. Februarii, episcopatus vero ejus anno 34. gravis cepit corporis morbo laborare quatuor ante ejus mortem mensibus, ut tradit citatus Rambertus, apparet eum consecratum esse episcopum Hamburgensem anno Christi 831.

ANNO CHRISTI 811.

ANNO CHRISTI 811.

SYNODUS IN CELEBRI MONASTERIO S. DIONYSII IN GALLIA

ANNO CHRISTI 811.

Pro reparanda ejus cœnobii monastica disciplina Anno 832. habita.

COLLECTORIS PRÆMONITIO.

Ex Suppl. Monast. 179. pag. 83.

Collapsam Monastici ordinis disciplinam restituere aggressus Ludovicus Imperator, inter potissimas ejus res curas hanc posuit, ut celebre S. Dionysii monasterium prope Parisium in veterem sanctimoniam reformaret. Primum ejus consilium promovebat Hiltinus ejus cœnobii abbas religiosissimus cum aliis nonnullis ejusdem cœnobii Monachis, qui sodalium quorundam suorum mores minus religiosos serebant molestè. Cum vero res esset ardua, & plena discriminis, digna est visa ut in frequenti Episcoporum Synodo tractaretur. Hac causa fuit colligenda synodus, cujus acta in vetusta, mutila, & præ vetustate corrola membrana nactus Mabillonius dedit Rei Diplom. lib. VI. num. LXXIV. qua sane Charta lucem accipit a Diplomate Ludovici Pii, legendo apud Labbeum in Concilio anni 832. Monumentum hoc, utpote sæpe mutilatum, omittendum censuit Labbeus, sive qui in Labbei nova Editione Veneta adnotatio nem in calce pagellæ adjecit; sed ut hic ego producerem non una ratio suavit. Primo Mabillonius judicium, qui utcumque esset, dandum tamen, non negligendum censuit. Secundo mutila licet charta, aliquid tamen servat, unde acta Concilio non penitus ignoremus. En igitur silam.

sapissime successores Apostolorum Domini, cujus id officium esse noverat, admonuit, seque ex principali auctoritate adv..... exsequendam exhibuit: ut quidquid in sua persona aut in ordinibus Ecclesiasticis emendatione ( dignum ) invenirent, pastoralis auctoritate & principali ad min ..... S... negligentia, & personarum acceptione incunctanter corrigerent, & ad statutum rectitudinis ( revocarent ) verum cum ejus pia admonitione, suaque pastoralis aut ..... ordinibus sacris, ut his quæ emendatione digna videbantur tractarent; inter cætera vitum est, ut monasterium præclarissimi & eximii Martyris beati Dionysii ..... dicatum, & a Regibus Francorum progenitoribusque ejusdem gloriosissimi Imperatoris amplissimis rebus ditatum, ut in eo Monasticus ordo religiose Deo deserviret, magna emendati ..... idem ordo ad multorum discrimen nulla necessitate præpediente, nullius rei inopia obistente penitus avulsus erat, quam causam tam per se, quam per venerabilem ..... erii religiosum abbatem sacrique Palatii concipuum Archicappellanum, & non solum ejusdem monasterii strenuam prælationem, sed etiam totius Ecclesiæ illius Imperii ..... incipem gerentem memorati piissimi, Deoque amabilis Principis auribus intimaverunt, quatenus eorum auctoritate suaque piissima imperiali potestate cor ..... rum saluberrima admonitione communitus, & ejusdem venerabilis Abbatis HILDUINI humillimis precibus pulsatus, idem negotium gratanter benigneque suscipiens. .... rens ne tanti Ordinis conlapsio suæ salutis quomodo fieret damnatio; ad eisdem Præfules ecclesiarum idem referri censuit negotium, ut eorum judicio quibus..... periali auctoritate idem Ordo in eodem absque retractione restitueretur loco. Venientes ergo HALDRICUS Metropolitæ Senonicus cum suffraganeis suis ..... & EBO Metropolitæ Remorum cum Suffraganeis suis, ad memoratum monasterium Ordini Monastico constructum, dedicatum, & rebus ditatum ..... scepra Imperialia eidem suscepit Princeps, & ejusdem Hilduni Abbatis prælationem ibidem utcumque vigerit, manifestis iudiciis cunctis palam factum est. Dein ..... qui in eodem loco regularem promissionem fecerant; qui-

SYNODALE PRÆCEPTUM

Aliquot Gallie Episcoporum, qui Ludovici Pii Imperatoris sanctionem de Monachis in Dionysiano aeternè restitutis confirmant.

..... tia prudentium virorum in melius excrevit, ita & incuria plerumque decrevit, faciliusque in ea virtutes plantantur, & difficilius vitia eradicantur, Domino dicente per P..... ra ut evellat, & destruas, disperdas, & dissipet, & plantet. Ecce duo ultima in ædificatione virtutum, quatuor vero prima in evulsione ponuntur vitiorum ..... quam virtutes, ut dictum est, possunt plantari; qualiter autem christianissimus, ac Religiosissimus, Deoque plenus Princeps HLUDOVVICUS, invictissimus Augustus, Ecclesiam .... endam, tuendamque commissam, postquam, Deo disponente, regnum paternum successit, semper ad meliora provehere, & ab ea quidquid noxium erat eradicare, atque jutus rei evidentibus iudiciis prodit. Quapropter

ANNO  
CHRISTI  
911.

quidam, qui eandem promissionem fecerant, de-  
sertores ejusdem propositi effecti, rebus humanis  
jan ..... no animi ferri potuit mœore. Qui-  
dam etiam non eandem professionem se fecisse  
mentiti sunt, sed rebus patenter convicti pro  
sua contumacia cano ..... n vero, imo maxi-  
ma pars, qui adenus in apostasiam prolapsi fue-  
rant, coram venientes, soloque se prostrantes con-  
fessi sunt eandem professionem in ..... mi-  
fereri, & a Domino veniam pro tanto admisso  
dari humiliter flagitavere: qua confessione facta  
cucullis sui propositi coram cœtu Episcoporum,  
& cœte ..... us cleri, nobiliumque virorum  
non modica circumadstitente turba se induerunt.  
Ob memoriam vero & stabilitatem hujus ordinis,  
& ne deinceps passim ad q ..... oco moder-  
nis, futurisque temporibus qualibet occasione e-  
velleretur tam piissimi Principis devotissimum sa-  
ctum a tam religiosis, tanique auctorita .....  
.. religiosi viri scriptis non ab te decreverunt ro-  
borari. Idem porro fratres prolapsionis suæ diu-  
turnam calamitatem gementes, futurumque scan-  
dalum sua ..... vando sicuti aliisque jam in  
eodem loco contigerat, ab eodem diabolico in-  
stinctu propulsarentur proposito, polliciti sunt ul-  
tro se eandem professionem ..... ob moni-  
mentum facti breviculis regulariter adnotan. His  
ita præmissis visum est eidem venerabilibus viris  
ut super hoc negotio duæ conscripti .....  
rum altera in Archivo memorati Monasterii, al-  
tera vero in Archivo ob memoriam & stabilita-  
tem facti servaretur Palatino: ut his perspectis  
pacem suæ Eccl. .... Domni Imperatoris  
Hudovici suæque conjugis & prolis, eorumque  
salutem, quorum post tantum lapsum reparatio  
facta est, nec non & eorum, per quos Deus an-  
nuen ..... il & eorum informationem, qui  
post ad Monasticum ordinem Deo inspirante ad  
eundem confluerint locum, remota omni simu-  
latione semper in eodem mon ..... eat & fe-  
licibus successibus Deo opem ferentibus polleat  
qui interfuerunt, & hoc factum subter firmave-  
runt .....

ALDRICUS Metropolitanæ Ecclesiæ Senonicæ  
Archiepiscopus subscripti.

✠ INCHADUS Parisiæensis ecclesiæ Episcopus  
interfuit & quia ob amissionem luminum scribere  
nequivi, manu propria signo Graecis subterfir-  
mavi ✠.

..... subscripti  
..... indignus Episcopus subscripti  
..... his indignus Episcopus sub-  
scripti.

*Ita res composita permansura diutius videbantur;  
sed eventus spem frustravit. Nam ex his Monachis,  
qui in ordinem sponte sese remississe censebantur, qui-  
dam discipline termino iterum transgressi, turbas  
ciere cœperunt. Quare Ludovicus iterum cogi in Sy-  
nodum Episcopos, iterumque tentari aberrantium re-  
ductionem mandavit. Dnas hæc Synodos non obscu-  
re distinguit Ludovicus in celebri diplomate, cujus su-  
pra memini: Secunda constitutionis nostræ syno-  
do &c. Distinguit & charta altera, quam Mabillonius  
in eodem lib. VI. res Diplomatica ex autogra-  
pho producit. Quemadmodum vero prior illa charta  
ad concilium prius refertur; ita pariter & altera  
concilium alterum reddit. Est vero hæc non secus ac  
prior temporis injuria sæde lacerata; quanquam in  
subscriptiōibus Episcoporum sanior, quo nomine præ-  
sertim meretur.*

## PARTITIO BONORUM

*Monasterii Dionysiani facta ab Hilduino Abbate.*

..... dinis oculum mentis erigere, & pro per-  
cipienda spe felicitatis perpetuæ. ecclesiarum ac  
servorum Dei utilitatibus opem ferre debere mul-  
to magis vigilandum, & summo opere p .....  
.....  
..... futura utilitate ecclesiæ tibi commissæ, speciali cu-  
ra, & sollicita mente, quatenus postpositis ter-  
renarum rerum lucris, ita ad plene servorum Dei  
necessitates facultatibus ..... tentius eos in ser-  
vicio, & propositi sui observantia certare ac stu-  
derè delectet. Et illis qui Deo ad eorum susten-  
tationem res suas in eisdem locis obrulerunt, per-  
petua merces & retributio pro suis oblationibus  
..... HILDUINUS ..... Petri Apostolorum  
Principis gloriosorumque Christi martyrum Dio-  
nyssii, Rustici, & Eleutherii Abbas, cogitans ac  
pertractans superna Dei inspirante clementia, qua-  
liter ipsa congregatio prædictorum Sanctorum abs-  
que a .... observare potuisset; statui ac delibera-  
vi una cum consilio & licentia Domini mei Hlu-  
dovici videlicet serenissimi Imperatoris, ut pro  
futuro ejusdem congregationis cavendo periculo  
eorum stipendia ..... talibus deservendas  
tradideram, per hanc largitionis chartam nostram,  
aliorumque bonorum hominum manibus roborata  
tam eis confirmassem ac delegassem: qualiter in  
futuro nostra concessio, quam ob Dei amorem, &  
ip ..... s. nostræ scriptum humiliter primo  
omnium, ac suppliciter successores meos precor  
ed admonéo, ut hanc nostræ ordinationis consti-  
tutionem, quam Dei ( ut credo ) instinctu fieri  
desideravi, ita inviolabiliter suis temporibus .....  
..... a. successoribus conservari voluerint, scientes  
non ambitione vani nominis, sed sola futuræ retributionis mer-  
cede ob id me per consensum ( ut dixi ) Do-  
mini mei hanc constitutionem ..... mo-  
nasticus ordo potuisset, sicuti præsentis tempori-  
bus omnibus manifestum est contigisse, in tan-  
tum, ut pastorali negligentia diuturna, & incu-  
ria temporalis subsidii paulatim negligendo etiam  
exa ..... ant absque retractatione postposita a  
majore parte ipsum habitum amiserunt. Quidam  
vero Divina inspiratione admoniti, & amore de-  
vincti in sanctæ Religionis proposito & habitu e-  
legerunt viriliter permanere ..... rebus, qui-  
bus possent subsistere. Post hæc liquidem in al-  
tero loco hujuscemodi professioni aptiori, quædam  
villa eis est data, in quo nihilominus cella est il-  
lis a novo fundata: & ita per tempus aliquod ...  
..... nem regularem promiserant, sequenti man-  
serunt, donec respectu immensæ Dei clementiæ  
periculum mihi ex hoc imminens per sollicitam  
investigationem & quorundam fratrum ex eis ma-  
nifestationem ..... um reliquerant, sub Mo-  
nachi nomine monachi firmaverunt, evidentissime  
satis cognoscere potui, pique Augusti clemen-  
tiam humiliter & fiducialiter adii, ut amore di-  
vine justitiæ, & sanctorum istorum honore Epi-  
scoporum sententia ..... ejus incurrerent, si er-  
ratus nostros corrigere non student, unde merce-  
dem sine dubio adipisceretur, si in Dei vinea sol-  
licitus cultor laborare ad gratiam communis Do-  
mini & Creatoris nostri certaret. Qui pius .....  
..... privilegia perlecta seu confirmationes illius  
congregationis perspectas, maxime autem privile-  
gium LANDRICI religiosi Parisiorum Episcopi  
sollicite consideratum, quem ut huic regularis or-  
do inviolabiliter conse ..... successoris ejus  
CHLO.

ANNO  
CHRISTIANNO  
CHRISTI

CHLODOVEI, qui cum suo precepto firmavit, perfectum, & sanctorum, qui usque hodie miraculis coruscant, manibus roboratum, isti Ecclesiam tradidit, & libertatis eam privilegio honoravit. Tunc dominus ..... derum, qui se hoc vidisse & nosse, quod privilegia parentum & predecessorum suorum sonabant, protestabantur, libenter audivit. Unde hortatus, & deprecatione eorum quibus Dominus Jesus Christus ad pastorale re ..... finita est sicut synodalis ex hoc, quam habemus Charta, cujus exemplar in Archivo est Imperatorio, ordinatissime narrat: atque secundum divinas leges ecclesie predicti fratres habitum monasticum receperunt, ac Regula ..... hostis versutia satagente quidam ex fratribus suspensatis, quatenus de subjugo regule solverentur, imperatorem aggressi sunt. Quapropter ad hujusmodi nefandissimi inimici frustranda molimina ..... idum, & plenissime re ventilata, definita, & consopita est questio. Ad quod evitandum de cetero perditionis periculum studiosa, & necessaria sollicitudine tractans, per hanc confirmationis nostrae consuetudinem, qui post me futuri sunt in Dei servitio, & regulari observantia eis ingerere quivisset, per quod a via rectitudinis & regule Sancti Benedicti institutione qualibet cavillatione in futuro observare, aut deviare ..... jum venientium opus modis duo milia centum; ad prebendam famulorum eis servientium de sigale modis nongenta: de vino puro ad portiones, vel ad hospites superscriptos, seu ad omne ..... secundum consuetudinem per modis triginta inter Japha, Natalem Domini, & Sancti Dionysii missam: de legumine modis tricenta; de formatico pensiones trecente triginta; de adipis modis triginta quinque ..... centi; de butyro sepercia triginta: volatilibus autem inter Pascha, & Natalem Domini de superscriptis illis cum integritate, quae super annum, ex eis una cum centis, qui in volatilibus de molendinis, & cambis debet ..... one Tauriaco, Vitriaco, Puberido, VVasconealle, Saliz, Braogilo, Biansiaco, Fraxnido, quam Braningus habet, Alnido, Novavilla, Leudonecorte, Andrico-villare, quam Engilelmus habet, Arniaco, quam Hild ..... co, Milniaco, Ferranis, Mainu, Auriniaco, Rctnino, Campiniaco, Gaunissa, Gunfanevilla, Fontanido, Cormilliis, Latuero, Villero, Villare, Latiniaco, Massiaco, Linerolas, Piriciaco, Nirriaco, Colipiaco, qui est supersequane, quarum loco ad Saponem fratribus solvendum constitutus Campaniam, de qua sicut, & de predicto Anido ..... ep ..... lum Ulmicione. Has quidem ut necessitati servorum Dei sufficere possit, ad redditionem hujusmodi ordinavimus, ne forte occasione aliqua interdicente de his, & suprascriptis villis servitus operum ..... iaco in Cinnomanico dabuntur illis, aut acuz centum, aut de argento pro eis libra una solvetur: de lignis mensuris, quae midi appellantur, mille centum; de melle secundum consuetudinem; de tribillo carra du ..... die de porris ulaz viginti, aut de aliis herbis bonis, tantum quod hoc compensare possit, seu de herbarum pulveribus ad condienda legumina sestarius unus: de frugibus autem arborum duae partes de praefatis villis ..... operimenta vero tectorum in eorum officinis, & earum restauratio, distante necessitate, sicut a longo tempore consuetudo fuit, de jam dictis villis & Abbatia reliqua fiant. Ad vestimenta etiam, & calciamenta eorum ..... dixi villas, quarum vocabula sunt Marnum ( ut antiquitus vocabatur ) nunc autem Cella sancti Dionysii, Toloni-Vallem, cum Flaviaco, & om-

nibus appendiciis suis, excepto Temeriaco-curte, Cella sancti Martini ..... ad se pertinentibus, Nucitam superiorem cum appendiciis suis, Francorum-villam, Massere, medietatem de Ballyolo, Muscellam, Bidolium, Villare, VVasconem-villam cum integritate sua, & omnibus appendiciis ..... Villam piam cum integritate, ac omnibus appendiciis ad eas pertinentibus. Majorem-villam cum integritate, in ipso viro mansum unum ad Vaccariam, & alterum ad Fratrum infirmorum necessitates, nec non ma ..... similiter & mansos, seu vineas, quas Franci homines in Belaa ad usum fratrum delegaverunt, & mansos in Vanicoles, quos Aglardus per precariam habuit, & solitum censum de venna, quae best super fluvium Loch ..... ris Vallis, & mansa supra mare, quae appellantur Mares, cum integritate: super Sequanam vero Capellam sancti Audoeni, ad retia piscatoria emendanda, vel ordinanda, cum manso uno in Bonogilo & integr. .... quatuor, & in Bagalino Gahareium cum integritate, & appendiciis suis, quae coniacent in Pago Constantino, ad capiendum crastum Piscem: & de pago Pontiu censum de plateis. & anguillis somensibus vel hanc ..... & appendiciis suis vel mancipiis, sive cum omnibus, quae per precarias aut per beneficia exinde homines retinent: ut post eorum quoque discessum ad usum fratrum revertantur fratribus ipsius congregationis. .... vel omnium necessitatum suarum indigentias: qualiter omnes servi Dei ibidem omni tempore degentes, absque ulla penuria, vel aliqua occasione Abbatis omnipotentis Deo cum omni observatione regulari p ..... in omnibus observatione, tam villa supra memorata quam redditus earum ad fratrum usum perpetim cedantur: & quidquid exinde pro opportunitate Fratrum vel utilitate communi eis visum fuerit, faciant ..... Ser exoramus, ut quod salubri consilio egimus, nihil subtrahere, aut minuire faciant, aut aliquid de his villis ad usum suos retorqueant, vel alicui in beneficium tribuant: sed neque servitia ex eis exa ..... eis, aut mansionaticos inde exigant absque inevitabili necessitate, praeter consuetudinarias operationes ex his villis, sicut hic subjungemus, idest de Murno in insula arpenno quatuor, in vineis ad Mona ..... nte Alvernis perticam unam, de prataria, in insula arpenno duos, in ponte Alvernis perticam unam, ad Monast. de Tunino perticas duas, & in mundando Crodaldo ut supra, de Toloni-Valle ad Monasterium ..... monasterium de Tunino perticam unam, de Sichadi-curte in ponte Alvernis dimidiam perticam, de Britnivalle in ipso ponte perticam unam, de Trimlido in insula arpenno quatuor, in Brogilo similiter, in Gajaco a ..... intra monasterium in ponte perticas quinque, in mundatione Crodaldi ut supra, & ad Abbatia cellarium per vindemias de circulis carra decem, & dum colliguntur vindemiae carpentarios duos & manoperarios octo ..... arpenno quinque in vinea arpenno quatuor, ad Ulmicionem perticas quinque, de Tunico ad Tricinam in ponte perticam unam, in ponte Parisius perticam 1. de omnibus ..... siquidem quae in speciales usus fratrum ceduntur, quod ..... stitimus, ex quo nil cuiquam Abbatum licebit unquam subtrahere; augere vero qui forte voluerit, multiplicatis ad utum eorum opibus, multiplicentur & servitii Divini cultores ..... necessaria devotione ob Dei amorem, & istorum sanctorum honorem, ac animarum salvationem egimus, inviolabiliter perpetim observare procurent. Et si aliter ( quod ab sit ) iniqua saeculi cupiditate se ..... ejus in con-

ANNO CHRISTI 833.

conspetu sanctorum, & intemeratam, ac semper Virginis genitricis eiusdem Dei omnipotentis, omniumque virtutum caelestium, sanctique Apostolorum Principis, seu istorum gloriosissimum ..... pisci. Actum in monasterio sancti Apostolorum Principis excellentissimorumque martyrum Dionysii, Rustici, & Eleutherii, Anno XIX. Hlodovici serenissimi Imperatoris, Indictione X. data XI. Kal. Februar. in Dei nomine feliciter.

✠ ALDRICUS Archiepiscopus ✠  
✠ EBO indignus Remensis Archiepiscopus ✠

✠ OTGARIUS Archiepiscopus ✠  
✠ DROGO Episcopus subscripti.  
VVITGARIUS peccator sanctae Taurinensis Ecclesiae Episcopus subscripti  
ERCHANRADUS indignus Parisiacensis Ecclesiae Episcopus subscripti  
JONAS indignus Aurelianensis Ecclesiae Episcopus subscripti.  
HERIBALDUS indignus Episcopus subscripti.  
TRACTARIUS Episcopus subscripti.

ANNO CHRISTI 833.

ANNO CHRISTI 833.

ANNO CHRISTI 833.

ANNO CHRISTI DCCCXXXIII.

Ludovici Pii Imperatoris xx. in quo abbatiae S. Remigii Senonensis ad Varellicas transferendae ab Aldrico archiepiscopo concessum privilegium, & a Jacobo Tavello, Luca Dacherio, aliisque relatam, perhibetur confirmatum fuisse a pluribus episcopis atque abbatibus.

OBSERVATIO PHILIPPI LABBE, S. I.

Anonymus vitam Ludovici auctor, eumque secuti annales Fuldenfes a P. Pithaeo primus editi testantur anno Christi 833. Vormatiam venisse Ludovicum imperatorem initio quadragesimo (mense Martio non Maio legendum esse censeo in vita ab eodem Pithaeo, Duchesnio, aliisque publicata ut omnia sibi exanimum respondeant) ibique uxore reversione atque exercitu congregato contra filios suos (cum diu quid agendum foret deliberasset) in Alifaniam profectum fuisse. Adfuisse quoque complures episcopos certum est cum Bernardo, quibus Alifricus privilegium suum obtulit, nonnullisque subscriptionibus munendum curavit. Neque tamen velim existimes, omnes qui modo subscripti privilegio repertur Episcopus, praesentes tum Vormaciae exitisse: quod enim in aliis factum esse observavimus, idem huic quoque charac. contigit, ut & alius successu temporis ac veluti per vias succedentes obignanda traderetur. Certe qui hic excharac. numeratur, atque indignus domaxat episcopus dicitur Stephanus Bituricensium Metropolitanus Ajulfo Theodulfi Aurelianensis amico & Ebonis Remensis confessoris, anno demum 836. certe post 833. successit; neque, quod plures nos hactenus sceltit, ante illum annum Bituricenses infulas gessavit. Illud denique quod iam in synopsi nostra Historiae ante aliquot annos monueram, verissimum esse nunc quoque censeo, characteres additos diplomati Ludovici imperatoris delignare diem 16. Novembris anni 834. indictione xxii. iam o. mense Septembri inchoata.

*Domini sanctissimi & reverendissimi fratribus & Bpita: & ob hanc negligentiam monachi, qui ibidem Deo degere videbantur, propter inopiam & importunitatem loci regulam beati Benedicti, ut debuissent penitus observare non poterant. Idcirco una cum consilio fratrum nostrorum; canonicorum videlicet & monachorum, nec non & fidelium laicorum, visum est nobis propter importunitatem loci, & monachorum ibidem Deo degentium, praesatam cellam ad Valliculas transmutare, & a fundamento aedificare, quam Rothlaus ob amorem Dei & remedium animae viri sui Meginarii, sive pro seipsa, suorumque liberorum, ac parentum, ad supradictam cellam beati Remigii per donationis titulum delegavit, vel tradidit: ea videlicet ratione, ut divinus ibi ageretur cultus, & illis pro quorum salute traditum fuerat, augetur merces. Volumus etiam ut loca, super quae aedificatum fuit supradictum monasterium, id est, agros, vineas, prata, areas, vel omnia quae infra muros civitatis habuit, vel extra, abique alicuius diminutione ac impedimento habeant rectores & monachi, ad eorum usum qui ibidem Deo sub norma beati Benedicti degerint.*

Olime venerabilis & Deo devota sanctitas vestra, quanta sit cura & sollicitudine commissum nobis pastorale regimen tuendum atque tractandum. Cum simus igitur in specula ecclesiae constituti, & viam ceteris per quam ingredi ad vitam debeant, debeamus ostendere, quantum posse & intelligere divina clementia dederit, satagendum est ea quae nobis commissa sunt secundum Dei voluntatem provide prudenterque tractare, ut non solum tantum quae dum advivimus in praesenti tempore nostris valeant prodesse subiectis, verum etiam & in perpetuum illis prospecta proficiant: qui locis divino cultui mancipatis, nostraeque solertiae ad regendum pro temporis necessitatibus, victus dico ac vestimentis solliciti non fuerint, animum libere in divina contemplationis specie figere valeant. Cui summo ac salutari bono inherentes, eo semper suspirant tota spei libertate suspensis, quo se pervenire divina duce gratia aeternae vitae premium iam consecuti gaudebunt. Et tamen cum sciamus ecclesiae esse oblationes fidelium, pretia peccatorum, & patrimonium pauperum, easque nobis administrandas, procurandas, atque ordinandas suscepisse: Harum rerum administratores nos esse meminisse debemus, & redditus, expensasque earum eis ipsis applicare, quorum gratia divinis altaribus allegatae noscuntur.

\* Leget, cum...

Huius itaque rei causa hanc seriem libelli degestam sanctissimo cœtui vestro relegendam, atque vestris subscriptionibus roborandam obtuli, qua statuere per vestram unanimam decrevi, ut nullus deinceps episcoporum, quicumque per tempora divina praesente successerint gratia, quicquam de his rebus, quas praesenti tempore memorata cella usibus monachorum attributas possidet, minuere, vel abstrahere, vel aliis usibus applicare, vel beneficii quicquam, vel suorum, vel extraneorum dare praesumat; sed, ut intantum est, quaecumque nunc temporis retinet per diversa loca, & territoria, usibus monachorum deputata, & quae a timentibus Deum eodem postmodum fuerint loco collata, abique ulla diminutione vel subtractione cellae & monachis ibidem conversantibus maneat inconcussa.

ANNO  
CHRISTI  
811ANNO  
CHRISTI  
811

Hæc autem sunt infrascripta loca monachorum A  
stipendiis in memorata cella degentium destinata.  
Primitus Valliculus, ubi edificare præfatum volu-  
mus monasterium: Staticus cum adjacentiis suis:  
id est, vetus Ferrarias; & Petra Urfana cum ter-  
ritoriis & sylvis: Chryniacus cum adjacente sibi  
Hermentaria, cum territoriis & sylvis: Pontani-  
cula cum territoriis: Lausa cum adjacentiis suis,  
hoc est vico S. Sidronii, cum territoriis & syl-  
vis, & simul latrone: Bracciacus cum territoriis:  
Columbarius cum adjacentiis suis, hoc est, Esthi-  
niacus, Silviacus, & territoria eorum cum syl-  
vis: Villa mansca cum adjacente sibi ponte &  
territorio: Misericicus cum adjacente sibi Ter-  
nanta; Villa nova cum adjacentiis suis, hoc est  
Cavanarias, & Capotenus: Noerollis cum adja-  
cente sibi: Capenciis cum territoriis & sylvis,  
& simul Puteolis. In summa sunt mansa centum  
nonaginta, & hospitia decem, & novem. Quid-  
quid itaque in supradictis locis, vel circa eandem  
cellulam præfenti tempore monachi in eadem di-  
vina gratia famulantes, possidere noscuntur, vel  
si qua sunt alia quæ forte meam fugerunt me-  
moriam, & tamen ea suis stipendiis assignata re-  
tinent cum territoriis, vineis, pratis, sylvis, a-  
quis, aquarumque decursibus, & ceteris adja-  
centiis, ipsis tantum ex integro, ut præmissum est,  
eorumque usibus jure perpetuo absque ulla dimi-  
nutione sub præfato memorati episcopi nostri ju-  
re debito cedant.

At vero episcopus qui pro tempore auctore C  
Deo præfuerit, abbatem de eodem monasterio,  
cum videlicet quem omnis congregatio sibi ordi-  
nandum poposcerit, & sinceritas morum, & bo-  
norum actuum probitas commendaverit, si inter  
eos talis inveniri quiverit, eis ordinandum pro-  
curetur. Quod si talis inter eos minime inveniri  
potuerit de eadem parochia vel diocesi Senoni-  
ca, consentientibus sanctis coepiscopis ejusdem  
diocesis, & circumpositis venerabilibus abbatibus,  
eis præficiendum atque ordinandum provideat.  
In aggregandis quoque monachis hunc modum  
abbas qui præfuerit, teneat, ut tricenarium nu-  
merum quantitatis summa non excedat, donec  
rerum copia major succrescat. Episcopus quoque  
in exigendis muneribus abbatem ejusdem loci non D  
graver, sed sufficiat ei ad annua dona equus unus,  
& scutum cum lancea.

Quod si in expeditionem publicam ire jussus  
fuerit, addantur ei de eodem loco carra duo, u-  
num vini, alterum farinæ, verveces decem: su-  
pra quæ in exigendis muneribus, cupiditatis, a-  
varitiæque causa gravare eos nullatenus præsumat,  
ne & monachi ejusdem cellulæ hujuscemo-  
di negotio a suo proposito exorbitare, & episco-  
pus causa eorum perditionis addidit sempiternas  
cogatur luere pœnas.

Corpora etiam sanctorum, quæ in nostra pa-  
rochia jamdicta expectant sui beatam immutationem,  
a pravis & desidiolis custodibus permaxime ne-  
gliguntur, ita ut officio, luminariis, ac debita  
careant custodia. Idcirco ob amorem Dei, cui  
vivi in carne servierunt, & emolumentum  
animæ nostræ, per voluntatem & licentiam do-  
mini ac piissimi Ludovici ac Caroli regum, quia  
congruum ad hoc locum invenimus illo depor-  
tanda volumus. Sed quia sacra auctoritas vetat,  
ne in talibus & similibus ecclesiis Christi per ali-  
cujus incuriam scandalum inferatur, multorum  
episcoporum exposcit consensum, ad vestram pater-  
nitatis notitiam hæc omnia perferri volumus,  
quatenus vestra deinceps censura & locus ipse,  
quod favente Deo ordinandum stabilimus, & me-  
moratis sanctorum pignoribus a Dei servis ibi-  
Concil. General. Tom. XIV.

dem Deo famulantibus digne & laudabiliter ser-  
viatur; & pro Domini nostri ac totius sanctæ  
Dei ecclesiæ statu indefesse vota debita persolvantur.  
Quod opus Deo dicatum, ut per tempora  
labentia, omnibus sanctissimis patribus & fratri-  
bus in Dei nomine consentientibus, firmiorem  
obtineat rectitudinis statum, & intactum perma-  
neat, manu nostræ parvitatibus subter relegenda firmamus.  
Et ut rata deinceps manere possint quæ  
scripta sunt, manibus vestræ sanctitatis roboranda  
expostulamus.

In Christi nomine Aldricus ecclesiæ Senonicæ  
indignus archiepiscopus hoc privilegium fieri de-  
crevi, & subscripsi.

In Christi nomine Landramnus Turonicæ ec-  
clesiæ archiepiscopus recognovi & subscripsi.

In Christi nomine Bartholomæus Narbonensis  
ecclesiæ archiepiscopus feci & subscripsi.

Jonas Aurelianensis ecclesiæ indignus episcopus  
huic facto adstipulator subscripsi.

Ego Raynardus Rothomagensis episcopus sub-  
scripsi.

Rotuoldus Sueslionensis episcopus huic facto  
subscripsi.

Aldricus Cenomanicæ urbis episcopus.

Careviltus Bajocensis episcopus subscripsi.

In Dei nomine Radulfus Lexoviensis episcopus  
adstipulator huic facto subscripsi.

Acamradus Parisiorum indignus episcopus sub-  
scripsi.

Stephanus Bituricensium indignus episcopus sub-  
scripsi.

Altadus Genevensis episcopus subscripsi.

Adahelinus Cathalaunensis episcopus subscripsi.

Ragnerius Ambianensis episcopus subscripsi.

Helias Tricassinensis episcopus subscripsi.

Hubertus Meldensium episcopus subscripsi.

Alduinus Virdunensium episcopus subscripsi.

Delricus Basiliensis episcopus subscripsi.

Ego Fulconius Vormaniensis episcopus indi-  
gnus.

In Dei nomine Teugrinus Albenis episcopus.

Atto Nannetensis civitatis episcopus.

Gerfredus Niveinensis civitatis episcopus.

Facona episcopus.

Boso abbas ex monasterio sancti Benedicti sub-  
scripsi.

Adrevaldus abbas ex monasterio Noviacensi

Deidonus ex Remensi cenobio abbas.

Christianus abbas monasterii sancti Germani.

In Dei nomine ego Bernoinus Carnotensis e-  
piscopus subscripsi.

Raguemundus abbas de monasterio sancti Ca-  
rilelphi.

Ingelnonus Saniensis episcopus subscripsi.

Fova Cavilonensis episcopus subscripsi.

*Diploma Ludovici Pii imperatoris, ratum habentis  
præfatum Aldrici Archiepiscopi privilegium,  
datum anno DCCCXXXIV.*

**I**N nomine Dei nostri & salvatoris nostri Jesu  
Christi, Ludovicus divina repropitiante cle-  
mencia imperator Augustus. Si enim quod ad  
servorum Dei quietem pertinet devotissima solli-  
citudine, & imperiali providentia, procuramus  
ad emolumentum animæ nostræ vel æternam bea-  
titudinem capessendam, hoc proculdubio pertine-  
re non dubitamus. Idcirco notum fieri volumus  
omnibus sanctæ Dei ecclesiæ fidelibus, nostrisque  
præsentibus scilicet & futuris, quia Aldricus ve-  
nerabilis Senonicæ urbis archiepiscopus nostræ sug-  
gestit mansuetudini, de quodam monasterio me-  
morati episcopi sui, quod juxta muros ejusdem  
S f civi-

643

ANNO CHRISTI 1111

civitates in honorem beati Remigii confessoris Christi positum fuerat, & propter impedimenta quaedam quae ex propinquitate atque assiduitate praefatae urbis monachi illi Domino famulantes perpetui videbantur, ipse in alterum locum, cuius vocabulum est Vallibus, octavo scilicet urbe miliario, eum fecerit transferrari. Quem etiam locum Rothiam, quondam Magnerii comitis uxorem supradicto sancti Remigii monasterio obtinuit, utique sui requiem atque remedium, donationis titulo delegavisse testatus est. Sed ne quamlibet contrarietatem aut inquietudinem a praesulibus per tempora labentia in eadem sede sibi succedentibus monachi, quos a memorato loco transmigrari fecerat, quolibet tempore perpetui cogentur, privilegium eis ecclesiastica auctoritate in urbe supradicta una cum venerabilibus coepiscopis fidelibus nostris diversarum ecclesiarum constituto fecisse professus est, sicut etiam pro perspecto atque relecto manifestissime claruit. In quo firmissime consensu omnium sanxerunt, ut nullis pontificum succedentium quidpiam de rebus, quas in priori loco degentes possederant, imminuere, aut maiora illi servitia, quae sub eo pertulerant, inferre praesumeret, sed necerit illis res ad memoratum monasterium religiosissima devotione fidelium delegatas quieto ordine possidere, nihilque ei oneris amplius imponere, quam in memorato privilegio cum eisdem venerabilibus coepiscopis confirmato constitutum esse constabat.

Verum licet ecclesiastica atque pontificalis constitutio sua, imoque divina auctoritate esse praevideat, tamen non indecens atque incongruum iudicavit, si nostra imperiali auctoritate sua con-

stitutio firma esse perpetuo sanciretur. Proinde hos nostrae auctoritatis imperiales apices supradicto monasterio fieri decrevimus, per quos decernentes praecipimus atque sancimus, ut a memorato venerabili Aldrico archiepiscopo, consentientibus dignissimo honore coepiscopis suis constitutum, ac privilegio eorundem, aliorumque complurium sacerdotum Christi, atque abbatum manibus roborato confirmatum est: ita deinceps per hanc nostram auctoritatem fixum, atque inconcussum inviolabiliter permaneat. Nec quisquam episcoporum in memorata urbe per tempora labentia Christo propitio succedentium quicquam minuere, immutare, aut quippiam servitii amplius, quam in supradicto privilegio insertum est, augere praesumat, sed licite monachis per tempora Domino inibi militantibus sub conditionibus in iam dicto privilegio taxatis, quiete, regulariterque vivere, & pro nobis, conjugum, proleque nostra, ac stabilitate imperii a Deo nobis commissi atque conservandi jugiter Domini misericordiam propensius exorare. Et ut haec nostrae confirmationis auctoritas tam nostris quam successorum nostrorum temporibus, inviolabilem atque inconcussam obtineat firmitatem, de annullo nostro subter eam iussimus assignari.

Signum Ludovici serenissimi Augusti.

Data sexdecimo Kalendas Decembris, anno Christo propitio vigesimo secundo imperii domini Ludovici Piusissimi Augusti, indictione decima tertia. Adum Aquilgrani Palatio regio in Dei nomine feliciter. Amen.

Hirminmarus Notarius ad vicem Hugonis recognovi.



ANNO CHRISTI 1111

CONCILIUM LONDONIENSE

HABITUM IN FESTO SANCTI AUGUSTINI

Anglofaxonum apostoli, id est vigesimo sexto die Maii, anno Domini MCCXXXIII. presentibus Egberto rege Westsaxoniz, & Vvithlasio rege Merciorum, utroque archiepiscopo, ceterisque Angliz episcopis & magnatibus, in quo de cohibendis Danorum irruptionibus agitur, confirmanturque privilegium & concessionem Vvithlasii regis monasterio Croylandiz facta prout sequitur.

Vvithlasius dispositione divina rex Merciorum omnibus Christianis universam Merciam inhabitantibus salutem sempiternam.

bus, disciplinis & afflictionibus, lacrymis & singultibus, eleemosynis & innumeris aliis devotionibus pietatisque operibus, pro saeculo peccatore fortissimam violentiam regni caelorum ingerit die ac nocte.

Inquisit. S. 109. hist. Cro. 1.

Magnalia Dei publicare & praedicare minime mihi verecundum; sed vere videtur honorificum & gloriosum: unde aperte confiteor Domino, qui in altis habitat, humilia respiciens in caelo & in terra, quoniam ad tempus iratus est mihi, conversus est furor suus, & consolatus est me, humiliavit in ira sua peccatorem usque ad terram, detrahens usque ad pulverem, & iterum in misericordia sua suscitans de pulvere egenum, & de stercore erigens pauperem, ut sedeam cum principibus & solium gloriae teneam. In die igitur bonorum ne immemor sim malorum, memor ero *Rabah* & *Babylonis* scientium me, non *Rabah* meretricis, sed *Esbeldrita* sanctissimae virginis, cognatae meae, pro sponsi sui agni immaculati amore Croylandiae reclusae, & in tempore tribulationis meae me in cella sua quatuor mensium spatio diligentissime abscondentis a facie inimici & persecutis: memor etiam ero *Babylonis*, non turris confusionis, sed sanctissimae ecclesiae Croylandensis, quae a terra turris ad caelum ascendens vigiliis & orationibus, psalmis & lectio-

Itaque quoniam venerabilis pater dominus *Sivwardus* abbas Croylandiae protexit me in tabernaculo suo in die malorum, celans ac salvans a facie tribulantis; ultra privilegia meorum antecessorum regum Merciorum, qui praedictum monasterium variis libertatibus & donariis nobiliter illustrarunt, offero & ego magno altari praedicti monasterii de paupertate mea calicem aureum, crucem auream, & tabulam capellae propriae laminis aureis deauratam, me profitens dictae ecclesiae perpetuum pro viribus defensorem. Insuper praecipio omnibus ministris meis per universam Merciam constitutis, quod abbati Croylandiae, monachis, & omnibus fratribus illius sanctissimi monasterii, cum ad civitates & castella regia pro quocumque negotio accesserint, tanquam *Vvimmundo* filio meo, vel mihi, obediant in omnibus & ministrent, nihil pro expensis, quas ipsi vel sui fecerint ibidem, ab iis accipientes; sed cum littera vel signo dictorum monachorum arcarius meus omnes expensas huiusmodi, cum dicti ministri mei annu-

Dono d. Vvithlasii regis

Dei gratia. S. 109. hist. Cro. 1.



645  
 meraverint, pro fisco integre acceptabit. Volo etiam & precipio, quod quicumque in regno meo pro quocumque delicto reus inventus & legibus obnoxius fuerit, si fugerit ad dictum monasterium, & coram abbate dicti monasterii, qui pro tempore fuerit, gratiam sanctissimi confessoris *Gabrielis* ibidem corporaliter quiescentis invocans, si delictum ei & servitium juraverit sempiternum, salvus & securus protectione abbatis & monachorum suorum, in quocumque servitio per totam insulam *Croylandie* ipsum posuerint, sicut in asylo, vel in camera mea propria, pace mea & impunitate gaudeat, nullusque ministrorum meorum ultra illum insequi audeat, nec in aliquo molestare, sub pena perditionis dextri sui pedis quicumque in meo regno illud meum privilegium tentaverit in aliquo violare, licetbitque dicto fugitivo in quibusque aquis, quae dictam insulam ambiunt, navigare & piscari, ac aliter, quocumque modo a dominis suis assignatus fuerit, laborare absque ministrorum meorum, vel elicius alterius calumnia vel gravamine. Quod si extra dictas aquas vel metas dicti monasterii captus aliquando fuerit, poenam, quam quondam meruit, sive mortem, sive membrorum suorum mutilationem, si ministri mei, vel quicumque sui adversarii per juramentum sex hominum fide dignorum probare poterunt quod extra metas suas inventus fuerit, absque ulla gratia sustinebit. Dictas vero metas monasterii *Croyland* in quinque ejus aquas praedictas tam ministris meis, quam abbati & monachis suis, pro suis dictis fugitivis describi feci & notari.

Ayli term-  
 111.

Eiafec.

Alyto ex-  
 111.

Si extra istas quinque aquas & metas praenotatas fugitivus inventus fuerit, tanquam *Senni* extra *Jerusalem* publicis legibus subjiciendus poenam quam meruit patietur. Quod si intra praedictas metas, & praedictarum aquarum ripas exteriores

*Council. General. Tom. XIV.*

homicidium, furtum, vel aliam forisfacturam fecerit, pro balivis dicti monasterii capiendus, iuxta demerita in ipsa insula, cujus immunitatem perdidit, patietur, & ibidem judicandus in carcere abbatis condemnabitur. Et ut istud privilegium firmiter & fortius ad posterum perleveret, per dominum meum *Egbertum regem VVestlaxonie*, & *Aethelwolphem* filium ejus illud obtinui confirmari. Offero etiam secretario dicti monasterii in ministerium sanctissimi altaris chlamydem coccineam, qua indutus eram in coronatione mea, ad capiam inde sive calulam faciendam, & in ecclesiam sanctissimum ornamentum, velum meum aureum, quo insuitur exidium *Trojae*, in meo anniversario, si placuerit, in parietibus suspendendum. Offero etiam refectorio dicti monasterii ad utrumque praesidentis quotidie in refectorio scyphum meum deauratum, & per totam partem exteriorem barbaris vinitoribus ad drachones pugnantibus calatum, quem crucibolum meum scyphus sum vocare, quia signum crucis per transverium scyphi imprimitur interius, cum quatuor angulis simili impressione protuberantibus; & cornu mensae meae, ut senes monasterii bibant inde in festis sanctorum, & in suis benedictionibus meminerint aliquando animae donatoris *Vithilafis*. Confirmo etiam dicto monasterio omnes terras & tenementa, possessiones, & earum peculia, & omnia alia donata, quae praedecessores mei reges *Merciorum*, & eorum proceres, vel alii fideles *Christiani*, sive *Judaei* dictis monachis dederunt, vendiderunt, vel invadaverunt, aut aliquo alio modo in perpetuam possessionem tradiderunt: & specialiter donum *Thoroldi* quondam vicecomitis *Lincoln*, &c.

ANNO  
 CHRISTI  
 811

Alia obli-  
 1088.

Itas terras & tenementa praedicto monasterio *Croylandie*, & monachis ibidem Deo servientibus, in pacificam & perpetuam possessionem concedo, trado, & confirmo, habenda de me & heredibus meis quibuscumque regibus *Merciorum* post me successuris, in perpetuam & puram elemosinam libere, quiete, & solute ab omnibus oneribus secularibus, exactoribus, & vestigalibus universis, quocumque nomine censentur. Quod si quis adversarius, instigante diabolo, in quibuscumque praedictis terris, aut tenementis, tot regum spatium pacifice possessis, & eorum auctoritate confirmatis, calumniam ponere voluerit in futurum, me & successores meos reges *Merciorum* profiteor praesentis chirographo & polliceor, dicti monasterii futuros in perpetuum defensores.

Tenendum  
 in puram  
 elemosinam.

Istud chirographum domino *Sigvardo* abbati patri meo, & *Etheldrithae* sanctissimae virgini, pro Christi amore ibidem reclusae, carne quidem cognatae meae, sed, quod magis est, in Christo carissimae sorori, quondam promissum, in praesentia dominorum meorum *Egberti* regis *Vestlaxonie*, & *Aethelwulphi* filii ejus coram pontificibus & proceribus majoribus totius Angliae in civitate *Londonia* (ubi omnes congregati sumus pro consilio capiendo contra Danicos piratas litora Angliae assidue infestantes) signo sanctae crucis confirmavit.

SUBSCRIPTIONES.

Ego *Celnothus* archiepiscopus *Dorobernensis* consului.

Ego *Eobaldus* archiepiscopus *Eboracensis* consului.

Ego *Osmundus* *Londoniensis* episcopus collaudavi.

Ego *Helmstannus* *Vintoniensis* episcopus assensum praebui.

S i s

Ego

ANNO  
CHRISTI  
833

Ego Herevvinus episcopus Lichteldensis con-  
fenti.  
Ego Cedda Herefordensis episcopus aspiravi.  
Ego Adelstanus Shireburnensis episcopus pro-  
curavi.  
Ego Humbritus Helmati episcopus approbavi.  
Ego VVileredus Dommocensis episcopus au-  
nui.  
Ego Herferdus VVigornensis episcopus gratum  
habui.  
Ego Goduvinus Roffensis episcopus favi.  
Ego Hedda abbas de Medeshamsted ratificavi.  
Ego Ambertus abbas Ripadii interfui.  
Ego Kenevius abbas de Bardeney assisti.  
Ego Ecbertus rex VVestfaxonie concessi.  
Ego Adelvvulphus filius regis VVestfaxonie B  
contentum dedi  
Ego VVulhardus dux adfui.

Ego Arhelmus dux sudvi.  
Ego Herenbrithus dux acceptavi.  
Ego Svwithius presbyter regis Egberti prae-  
sens fui.  
Ego Bofa scriba regis VVithlasi manu mea  
chirographum istud scripsi.  
Ego VVithlasius Domini nostri Jesu Christi  
gratia rex Merciorum ad sanctam matris ecclesie  
honorem & divini cultus exaltationem, anno in-  
carnationis ejusdem nostri Salvatoris octingente-  
simo tricesimo tertio, in festo sancti Augustini  
confessoris, doctoris & apostoli nostrae gentis,  
haec pauca offero, pluraque offerrem, qui corpus  
meum tam sancto monasterio promitterem, nisi  
ante sepulturam meam Ripadio devovissem, ve-  
rumtamen spiritus meus permanebit vobiscum in  
aeternum.

ANNO  
CHRISTI  
833

C O N V E N T U S C O M P E N D I E N S I S ,  
I N Q U O L U D O V I C U S P I U S

Imperio privatur.

In antea  
Petrus Pictus,  
qui in  
die, 10. mensis  
de Octobris  
1833.  
Ego Carolus  
Lucovic P.

*Quae sequuntur gesta sunt apud Compendium pala-  
tium contra Christianissimum imperatorem Ludov-  
icum, postquam regno ad tempus privatus est. Haec  
sunt autem studio non imitanda dejectionis  
eius, ab Ebbone auctore ejusdem mali. Et ceteris  
episcopis, vel errore annucentibus, vel consentien-  
tibus. Non sunt autem haec ut salubris concilii  
decreta amplectenda, sed ut exitialis commentis mo-  
lissima respuenda.*

833.

Omnibus in Christiana religione constitutis sci-  
re convenit quale sit ministerium episcopo-  
rum, qualive vigilantia atque sollicitudo eis ci-  
ta salutem cunctorum adhibenda sit, quos constat  
esse vicarios Christi, & clavigeros regni caelorum,  
quibus a Christo tanta collata est potestas, ut  
quodcumque ligaverint super terram sit ligatum  
& in caelo, & quodcumque solverint super terram  
sit solutum & in caelo. Et in quanto sint ipsi  
periculo constituti, si ovis Christi pabulum vi-  
vaz ministrare neglexerint, & errantes ad viam  
veritatis arguendo, obsecrando, reducere pro vi-  
ribus non studuerint, juxta illud propheticum:  
*Si non annuntiaveris, inquit, iniquitatem  
suam, & ipse in impietate sua mortuus fuerit, san-  
guinem ejus de manu tua requiram, & multa his  
similia ad magisterium pastorale pertinentia, quae  
in divinis scriptis continentur. Quapropter eisdem  
pastoribus Christi summopere studendum est, ut  
erga errata delinquentium moderationem discre-  
tissimam teneant, ut sint, juxta beati Gregorii  
doctrinae documentum, bene agentibus per humi-  
litem socii, contra delinquentium vero vitia per  
zelum justitiae credi; quatenus posthabito torpo-  
re, atque segnitie, vel humano favore, aut mun-  
diali timore, sic exerceant ministerium suum, ut  
& praesentibus salubriter consulant, & futuris sint  
exemplum salutis. Verum quia in agro Dei, qui  
est ecclesia Christi, noxia quaeque instinctu hostis  
antiqui pullulare non cessant, quae necesse est ut  
adhibito sarculo pastorali radicitus extirpentur; &  
propter malevolos quosque, qui bene acta aut in-  
telligere nolunt, aut malevola intentione potius  
intelligere, quam ipsam veritatem delectantur am-  
plecti, oportet eosdem pastores, ut quodcumque  
de generali utilitate, vel publica correctione,  
quidpiam in conventibus suis decreverint, id jux-*

ta morem ecclesiasticum scriptis committant: vi-  
delicet ut posteris omnem ambiguitatem & occa-  
sionem iuste detrahendi vel reprehendendi peni-  
tus amputent. Proinde notum esse necessarium  
duximus omnibus filiis sanctae Dei ecclesiae, praesentibus scilicet & futuris, qualiter nos episcopi  
super imperio domini & gloriosissimi Lotharii  
imperatoris constituti, anno incarnationis Domini  
Jesu Christi DCCCXXXIII. indictione 12.  
anno siquidem ejusdem principis primo, in men-  
se videlicet Octobri, apud Compendium palatium  
generaliter convenimus, & memoratum principem  
humiliter audivimus. Et hoc quidem illi, sive  
optimatibus illius, seu omni generalitati populi,  
quae undique illuc confluxerat, manifestare juxta  
injunctum nobis ministerium curavimus, qualis sit  
vigor & potestas sive ministerium sacerdotale, &  
quali mereatur damnari sententia qui monitis sa-  
cerdotalibus obedire noluerit. Deinde tam me-  
morato principi, quam cuncto ejus populo de-  
nuntiare studuimus, ut Domino devotissime pla-  
cere studerent, & in quibus eum offenderant pla-  
care non differrent. Examinate quippe sunt mul-  
ta, quae per negligentiam in hoc imperio conti-  
gerunt, quae ad scandalum ecclesiae, & ruinam  
populi, vel regni interitum manifestis indicibus per-  
tinebant, quae necesse erat ut cito corrigerentur,  
& in tuturo omnibus modis vitarentur. Inter ce-  
tera etiam commemoratum est a nobis, & om-  
nibus ad memoriam reducum, qualiter a Deo  
regnum istud per administrationem bonae memo-  
riae Caroli praestantissimi imperatoris, & per praede-  
cessorum suorum laborem, pacificum & unitum  
atque nobiliter dilatatum fuerit, & domino Lu-  
dovico imperatori a Deo ad regendum sub ma-  
gna pace commissum, Dominoque protegente,  
sub eadem pace, quamdiu idem princeps Deo stu-  
duit, & paternis exemplis uti, ac bonorum ho-  
minum consiliis acquiescere curavit, conservatum  
manserit. Et quomodo in processu temporis, si-  
cut omnibus manifestum erat, per ejus improvi-  
dentiam, vel negligentiam, in tantam venerit  
ignominiam & vilitatem, in non solum amicis in-  
mestitiam, sed etiam inimicis venit in derisio-  
nem. Sed quia idem princeps ministerium sibi  
commissum negligenter tractaverit, & multa quae  
Deo & hominibus displicebant & fecerit & face-

re compulerit, vel fieri permiserit, & in multis nefandis consiliis Deum irritaverit, & sanctam ecclesiam scandalizaverit, & ut cetera quae innumera sunt omittamus, novissime omnem populum sibi subiectum ad generalem interitum contraxerit, & ab eo divino iustoque iudicio subito imperialis sit subtrahenda potestas; nos tamen memores praeceptorum Dei, ministeriique nostri atque beneficiorum ejus, dignum duximus, ut per licentiam memorati principis Lotharii legationem ad illum ex auctoritate sacri conventus mitteremus, quae eum de suis reatibus admoneret; quatenus certum consilium suae salutis caperet, ut quia potestate privatus erat terrena, juxta divinum consilium & ecclesiasticam auctoritatem, ne secundam animam perderet, elaborare in extremis potius totis viribus studeret. Quorum legatorum consiliis & saluberrimis admonitionibus libenter assensum praebuit, spatium poposcit, diemque constituit, qua de salubribus eorum monitis certum eis responsum redderet. Cum autem supra scriptus instaret dies, sacer idem conventus unanimiter ad eumdem venerabilem virum perrexit, eumque diligenter de quibus Deum offenderat, & sanctam ecclesiam scandalizaverat, ac populum sibi commissum perturbaverat, admonere, & cuncta illi ad memoriam reducere curavit. Illi vero eorum salutiferam admonitionem, & dignam congruaque exaggerationem libenter amplectens, promissit se illis in omnibus acquieturum salutari consilio, & subituro remediale iudicium. Porro de tanta salubri admonitione hilaris, illico dilectum filium suum Lotharium Augustum sibi festinato assuturum supplicavit, ut ille raptis quibuslibet morulis cum suis primatibus veniret: quatenus primum inter eos mutua reconciliatio secundum Christianam doctrinam fieret, ut si quid in cordibus eorum naevi aut discordiae inerat, pura humilisque postulatione veniae expiaret; ac deinde coram omni multitudine iudicium sacerdotale more poenitentis susciperet: quod & non multo post factum est. Veniens igitur idem dominus Ludovicus in basilicam sanctae Dei genitricis Mariae, ubi sanctorum corpora requiescunt, Medardi videlicet confessoris Christi atque pontificis, nec non Sebastiani praestantissimi martyris, adstantibus presbyteris, diaconibus, & non parva multitudine clericorum; praesente etiam praefato domino Lothario filio ejus, ejusque proceribus, atque totius populi generalitate, quotquot videlicet intra sui septem eadem continere potuit ecclesia; & prostratus in terram super cilicium ante sacrosanctum altare confessus est coram omnibus, ministerium sibi commissum satis indigne tractasse, & in eo multis modis Deum offendisse, & ecclesiam Christi scandalizasse, populumque per suam negligentiam multifarie in perturbationem induxisse: & ideo ob tantorum reatum expiationem publicam & ecclesiasticam se expetere velle dixit poenitentiam: quo miserante Domino, per eorum ministerium & adiutorium percipere mereretur absolutionem tantorum criminum, quibus Deus ligandi ac solvendi intulerat potestatem. Quem etiam iidem pontifices, utpote medici spirituales, salubriter admonuerunt, asserentes ei quod puram & simplicem confessionem sequeretur vera remissio peccatorum, ut aperte confiteretur errata sua, in quibus maxime se Deum offendisse protestabatur, ne forte interius aliquid tegetet, aut in conspectu Dei quidpiam dolose ageret, sicut jam pridem in Compendio palatio ab alio sacro conventu correptus coram omni ecclesia eum fecisse omnibus notum erat. Ne sicut tunc, ita & nunc, per simulationem & calliditatem duplici ad Deum cor-

de accedendo, ad iram potius quam ad veniam suorum peccatorum provocaret: quoniam, scriptura testante, *simulatores & callidi provocant iram Dei*. Verum post hujusmodi admonitionem professus est se in omnibus iis praecipue deliquisse, unde a memoratis sacerdotibus fuerat familiariter, sive verbis, sive scriptis admonitus, & digna increpatione correptus: super quibus chartulam summam reatum suorum, unde illum specialiter redarguerent, continentem ei dederunt, quam ille in manibus gestabat.

## CAPUT I.

Videlicet, sicut in eadem chartula plenius continetur, reatum sacrilegii incurtendo, & homicidii, eo quod paternam admonitionem, & terribilem contestationem sub divina invocatione, ante sanctum altare, in praesentia sacerdotum, & maxima populi multitudine, sibi factam secundum suam promissionem non conservaverit, eo quod fratribus & propinquis violentiam intulerit, & nepotem suum, quem ipse liberare poterat, interficere permiserit: & quod immemor voti sui, signum sanctae religionis propter vindictam suae indignationis fieri postea iusserit.

## II.

Quod auctor scandali, & perturbator pacis, ac violator sacramentorum existendo, pactum quod propter pacem & unanimitatem imperii, ecclesiaeque tranquillitatem, communi consilio & consensu cunctorum fidelium suorum fuerat inter filios suos factum, & per sacramentum confirmatum, super illicita potestate corruperit: & in eo quod fideles suos, in contrarietatem ejusdem primi patris & juramenti, aliud sacramentum jurare compulerit, in perjurii reatum praestitorum violatione sacramentorum inciderit; & quantum hoc Deo displicuerit, liquido claret: quia postea nec ipse, nec populus sibi subiectus pacem habere meruit, sed omnes in perturbationem, poenam peccati sustinendo, iusto Dei iudicio postea induci sunt.

## III.

Quia contra Christianam religionem, & contra votum suum, sine ulla utilitate publica, aut certa necessitate, pravorum consilio delusus, in diebus quadragesimae expeditionem generalem fieri iussit, & in extremis imperii sui finibus incensa Domini, quando paschalia sacramenta ab omnibus Christianis rite sunt celebranda, placitum generale se habiturum constituit. In qua expeditione, quantum in ipso fuit, & populum in magnam murmurationem protraxit, & sacerdotes Domini a suis officiis contra fas amovit, & pauperibus gravissimam oppressionem irrogavit.

## IV.

Quod nonnullis ex suis fidelibus, qui pro ejus suorumque filiorum fidelitate & salvatione, regni-que nutantis recuperatione, humiliter eum adierant, & de infidelis inimicorum sibi praeparatis certum reddiderant, violentiam intulerit: & quod contra omnem legem, divinam videlicet ac humanam, eos & rebus propriis privaverit, & in exilio tradi iusserit, atque absentes morti adjudicari fecerit, & judicantes procul dubio ad falsum iudicium induxerit, & sacerdotibus Domini ac monachis contra divinam & canonicam auctoritatem praedictum irrogavit, & absentes damnavit, & in hoc reatum homicidii incurtendo divinarum seu humanarum legum violator extitisset.

## V.

De diversis sacramentis, sibi-que contrariis atque perniciosis, a filiis sive a populo eo praecipiente & compellente irrationabiliter saepe factis, pro

ANNUS  
CHRISTI  
922

pro quibus non modicam in populo sibi commisso peccati maculam induxit, reatum perjurii nihilo minus incurrit: quoniam hæc procul dubio in auctorem, per quem fieri compulsæ sunt, iure retorquentur. Sed in mulierum purgatione, in injustis judiciis, in falsis testimoniis atque perjuriis, quæ eo permittente coram se perpetrata sunt; quantum Deum offenderit ipse novit.

VI.

De diversis expeditionibus, quas in regno sibi commisso non solum inutiliter, sed etiam noxie sine consilio ac utilitate fecit, in quibus nimirum multa & innumerabilia sunt in populo Christiano flagitia perpetrata in homicidiis & perjuriis, in sacrilegiis, in adulteriis, in rapinis, in incendiis, sive in ecclesiis Dei, sive in aliis diversis locis factis, in direptionibus & oppressionibus pauperum miserabili & pæne apud Christianos inaudito patrato; quæ omnia ad auctorem, sicut præmissum est, reflectuntur.

VII.

In divisionibus imperii ab eo contra communem pacem & totius imperii salutem ad libitum suam temere factis, & in sacramento etiam quod iurare compulsi omnem populum, ut contra filios suos, sicut contra inimicos suos agerent, cum ipse eos paterna auctoritate consultuque fidelium suorum pacificare potuisset.

VIII.

Quod non suffecerint ei tot mala & flagitia per suam negligentiam & improvidentiam in regno sibi commisso perpetrata, quæ enumerari non possent, pro quibus & regni periclitatio, & regis dehonestatio evidenter provenerat. Sed insuper ad cumulum miseriarum novissime omnem populum suæ potestatis ad communem interitum traxerit, cum debuisset esse eidem populo dux salutis & pacis, cum divina pietas inaudito & invisibili modo, ac nostris sæculis prædicando, populo suo misereri decrevisset.

Igitur pro his vel in his omnibus quæ supra memorata sunt reum se coram Deo & coram sacerdotibus vel omni populo cum lacrymis confessus, & in cunctis se deliquisse protestatus est, & penitentiam publicam expetiit, quatenus ecclesiæ quam peccando scandalizaverat, veniendo satisfaceret, & sicut fuerant scandalum multa negligendo, ita nimirum se velle professus est esse exemplum dignam penitentiam subeundo. Post hanc vero confessionem chartulam suorum reatum & confessionis, ob futuram memoriam, sacerdotibus tradidit, quam ipsi super altare posuerunt: ac deinde cingulum militiæ deposuit, & super altare collocavit, & habitu sæculi se exuens habitum penitentis per impositionem manuum episcoporum suscepit; ut post tantam talemque penitentiam nemo ultra ad militiam sæcularem redeat. His itaque gestis, placuit ut unusquisque episcoporum, qualiter hæc res acta fuerit, in propriis chartulis intuleret, eamque sua scriptione roboraret, & roboratam memorato principi Lothario ob memoriam hujus facti offerret. Ad extremum omnibus nobis qui interfuimus visum est, omnium chartularum, immo tanti negotii summam in unum breviter stridimque congregare, & congestam propriis manuum nostrarum subscriptionibus roborare, sicut sequentia factum esse demonstrent.....

AGOBARDI EPISCOPI LUGDUNENSIS  
LIBELLUS.

ANNO  
CHRISTI  
922

De eodem apud Compendium conventu, & publica Ludovici imperatoris penitentia.

\* Primus edidit Papius Masurius una cum aliis Agobardi operibus pag. 277. editionis Parisiensis an. 1609.

**I**N nomine Dei ac domini nostri Jesu Christi, anno incarnationis ejus MCCCXXXIII. ego Agobardus Lugdunensis ecclesie indignus episcopus, interfui venerabili conventui apud palatium quod nuncupatur Compendium. Qui utique conventus extitit ex reverentissimis episcopis, & magnificentissimis viris illustribus, collegio quoque abbatum & comitum, promiscuæque ætatis & dignitatis populo, præsidente serenissimo & gloriosissimo Chlothario imperatore, & Christi domini amatore, quo protegente & adjuvante subter annexa disposita sunt, anno imperii primo, mense quarto. Quibus omnibus vehementer incumbat vera necessitas, ut solcite tractarent de periculo regni, in præsentem, & statu in futuro; quod regnum quia jamdiu outabat, & impellebatur ad ruinam per negligentiam, & ut verius dicam, per ignaviam domini Ludovici venerandi quondam imperatoris, in quibus, ille irretitus est per corruptas mentes & corrumpentes, & secundum apostolicum dictum, quia erant ipsi errantes, & alios in errorem mittentes. A quo conventu quidquid utiliter & laudabiliter tractando & conferendo inventum est & necessario statuendum, & judicantibus consensit, & consentiens ipse judicavi. In primis videlicet, quæ ad commoditatem & soliditatem regni & regis pertinere videbantur, deinde quæ ad creptionem & purgationem animæ domini Ludovici manifestissime noscebantur. Quæ in prædicto conventu fideliter quæsitæ, & veraciter inventa, & admirabiliter executæ sunt. In eo scilicet quod prædictus conventus deliberavit ut per legatos & missos admoneretur domnus Ludovicus de suis erratibus, & exhortaretur, ut secundum propheticum dictum rediret ad cor, & recognosceret acta sua, quæ adversus Deum currens per vias pravitatis & injustitiæ exegerat: ac deinceps susciperet consilium viæ & salutis suæ; quatenus apud omnipotentem judicem & dominum, qui clementissimus indultor est criminum, indulgentiam & remissionem iniquitatum impetrare posset: ut qui per multiplicatas negligentias regnum terrenum amiserat, per impensas supplices confessiones regnum cæleste adipisceretur per eum apud quem est misericordia & copiosa redemptio. Propter quod & libellus editus est a viris diligentioribus, & ei oblatas, de manifestatione criminum suorum; in quo velut in speculo perspicue conspiceret scditatem actuum suorum, & fieret in illo quod per penitentem perfectum dictum est: *Iniquitatem meam ego cognosco, peccatum meum coram me est semper*. Pro qua re accesserunt ad eum denuo omnes qui in prædicto conventu aderant episcopi, condolentes & compatiētes infirmitatibus & miseriis ejus, exhortantes, atque exoptantes, & postulantes, ut omnipotens Deus manu pietatis suæ educeret eum de lacu miseriæ & de luto cœni. Quod clementissimus Dominus non solum non abstulit, sed neque distulit: sed mox resuscitata in mente ejus contritione humiliati cordis, prostratus coram eis, non semel vel iterum, sed tertio aut amplius crimina cognoscit, veniam poscit, auxilium orationum precatur, consilium recipit, penitentiam postulat, injunctam sibi humilitatem libentissime impleturum promittit. Innotescitur ei lex & ordo publicæ penitentis: quam non renuit, sed ad omnia

1. Tim. 2

\* Hæc. ba. h. ordi. ab. l. i. c.

1. Sai. 46.

1. Gal. 1.

ANNO CHRISTI 833

omnia annuit, ac demum pervenit in ecclesiam A coram cœtu fidelium, ante altare & sepulcra sanctorum, & prostratus super cilicium, bis terque quaterque confessus in omnibus clara voce cum abundantia effusione lacrymarum, depositis armis, manu propria, & ad crepidinem altaris projectis, suscepit mente compuncta pœnitentiam publicam per manuum episcopaliū impositionem, cum psalmis & orationibus. Sicque deposito habitu pristino, & assumpto habitu pœnitentis, congratulans & confidens postulat piissimi pastoris humiliter reduci se ad inventæ & \* reducæ ovis unitatem. His gestis ego Agobardus indignus episcopus interfui, & melioribus consentiens judicavi, & manu propria signans subscripsi.

NOTA JAC. SIRMONDI S. J.

Quæ sequuntur gesta episcopalia de suscepta iterum a Ludovico Pio pœnitentia publica, callido, ut Eguhartus in chronico scribit, consilio a conspiratoribus instituta sunt; ut quod ipsi per vim & inauditam contumeliam in mississimum principum egerant, ea ille sua sponte, ut ecclesiæ satisfaceret, expetente aut subiisse videretur. Omnes, inquit, hanc rem, exceptis auctoribus, miserabantur, & talem rem permutatorem agere ferrebant, unde videntur inauditi sceleris conspiratores, ne versa vice retro lapsa ferrentur qua se ipsa erant, callido, ut sibi visum est, cum aliquibus episcoporum utantur consilio, ut pro his de quibus jam pœnitentiam egerat imperator, iterum publica pœnitentia armis depositis, irrevocabiliter quodammodo ecclesiæ satisfacere judicarentur: cum tamen & leges ferentes non contra unam culpam semel commissam bis inuocant, & nostra lex habeat bis non judicari delictum. Cui iudicio pauci contradicere, plures assensum præbere, maxima pars, ut assolere, in salubris, ne sententia offenderent, verbo tenus consentire. Damnamus tamen & absentem & inaudium, neque consistentem neque in quibus, ante corpus sancti Medardi confessoris, & sancti Sebastiani martyris, arma deponere cogunt, pullaque indutum vestire, adhibita magna custodia, sub testam quoddam detinendum. Expleto hoc negotio in festiuitate sancti Martini, postquam licentia accepta missus de salibus gressus ad propria revertitur. Dirum facinus ac faculis omnibus detestandum, quodque non iniuria Francorum dedecus cum veterem illius sui chronico appellare liceat, nisi paucorum errorum saniora mox, ut sequentia ostendant, & sapientiorum consilia cortexissent.

Agobardus libellus. Inter episcopos Lothariæ factionis, post Ebbonem Rheimensem, principum memorantur Agobardus Lugdunensis, Bernardus Viennensis, Bartholomæus Narbonensis, Jesse Ambianensis, Helias Triassinus, Heriboldus Antiodorensis, & alii.

NOTA SEVERINI BINII.

Compertus. Ludovicus Imperator Bernardum quemdam natione Hispanum suæ defensionis causa cubiculi præ-

fectum constituerat. Quod cum optimate regi egerime ferret, sparserunt, haud dubie ex invidia, eundem Bernardum Judith imperatrici per adulterium admiserunt, idque ad filios imperatoris deferri curarunt. Qua occasione Pippinus, qui novercam pia ceteris maxime odiat, contra patrem arma sumpsit. Imperator vero timore illius perculsus, principum iugiorum causam tollere conatus, Bernardum a se dimisit, Judith vero imperatricem in monasterio ad tempus morari præcepit. Quæ re cum pater tolli Pippino imperium affectanti non satisfacisset, horratu Lotharii habitus est Neomagi conventus publicus, ad quem sine armis utrimque veniretur. Verum cum eodem conventu optimate parentis imperium legitime protogissent, Pippinus arma semel deposita contra patrem non sine magno rerum suarum detrimento resumpsit. Nam dum capto & incar erato filio parens iuste regnum ademisset, vitam quoque non iniuste fortasse eripisset, si non a suis noctu liberatus & eductus fuisset. Post hæc dum Ludovicus parens eceptum Pippino Italæ regem inter Carolum & Rudolphum posterioris matrimonii filios dividisset, eoque facto Lotharium etiam sibi inensum reddidisset, solliciti sunt ad defectioem episcopi eo consilio, ut quem filii armis imperio deponere non possent, horum saltem nundinarum antistitum suffragio & iudicio honore ac potestate imperiali privarent. Succellit impiis conatus impiissimus.

Nam auctore Ebbone Rheimensi episcopo, quem Theganus ex originalium servorum stirpe fuisse scribit, plures alii eiusdem conditionis olim antistites conveniunt, institutaque hoc concilio contra iuræ ordinem imperatorem semel ante confessum iterato iudicio absentem condemnarunt, eaque omnia egerunt quæ auctor vitæ Ludovici his verbis describit: Verentes sceleris conspiratores inauditi, ne versa vice retro lapsa ferrentur qua gesta erant, callido, ut sibi visum est, cum aliquibus episcoporum utuntur argumento: ut pro his de quibus jam pœnitentiam egerat imperator (nempe de rege Bernardi) iterum publica pœnitentia armis depositis irrevocabiliter quodammodo ecclesiæ satisfacere judicarentur. Cum ne forentis quidem leges contra unam culpam semel commissam bis inuocant, & nostra lex habeat non judicare Deum bis in idipsum. Cui iudicio pauci contradicere, plures assensum præbere, maxima pars, ut assolere, in salubris, ne priores offenderent, verbo tenus consentire. Ad iudicium ergo eum absentem & inaudium, nec consistentem, neque convictum, ante corpus sancti Medardi confessoris, & sancti Sebastiani martyris arma deponere, & ante altare ponere cogunt, pullaque indutum vestire, adhibita magna custodia, sub testam quoddam detinendum. Quo testimonio verissimum esse comprobatur, quod tota hæc res per vim & metum facta, falsaque religionis pigmento colorata sit. Non enim oportebat imperatorem iterato iudicio condemnari ad agendam pœnitentiam delicti illius, propter quod penam ab ecclesiæ sibi impunitam sustinisset. Quare non immerito Theganus hæc de causa in Ebbonem Rheimensem episcopum horum omnium architectum declaravit, dum eum impudicum & crudelissimum episcopum nominat, qui ex originalium servorum stirpe procreatus, inaudita fecit, & inaudita locutus fuit. Cumque ista ratio Ludovicus imperio spoliatu fuisset, Gregorius papa recessu abrogationis decreto, eundem imperio restituit, eaque omnia in restitutione imperatoris peregit, quæ ab auctore vitæ Ludovici prolixius enarrantur. Vide Bæronium anno 833. & 834.

ANNO CHRISTI 833

Causa diffidit inter Ludovicum imperatorem & eumque filios.

CONVENTUS APUD SANCTUM DIONYSIUM, IN QUO LUDOVICUS PIUS

ANNO CHRISTI 834

Ecclesiasticæ communioni per episcopos restitutus, imperii quoque ornamenta recepit, dominica secunda quadragesimæ, anno Christi dcccxxxiv. Gregorii IV. papæ vii. Ludovici ipsius imperatoris Augusti XXI.

ANNO CHRISTI 834. Ex P. Sirmondo.

Ex florato, ut dictum est, impio Lotharii filii facinore Ludovico, multis mox quibus sanior mens erat, ad illius restitutionem consilia operamque contulerunt. Itaque collectis copiis Lotharium in sancti Dionysii monasterio ubi tunc erat, propius aggressi, eo adgerant, ut restituo ibidem patre tacita fuga exiret. Quæ porro deinceps eo in loco gesta sunt, auctor vitæ Ludovici narrat his verbis: At vero ii qui cum imperatore remanserant, eum ad recipiendas imperatorias infulas hortabantur. Sed imperator, quamquam modo quo predictum est ecclesiæ eiminatus communionem, nequaquam tamen præproperæ voluit acquiescere sententiæ: sed dominica, quæ in crastinum advenit, in ecclesia sancti Dionysii episcopali ministerio voluit reconci-

liari, & per manus episcoporum armis accingi consensit. In qua re tanta exultatio populi excrevit, ut etiam ipsa elementa viderentur injuriam patienti compati, & relevato congratulari: Etiam utque ad illud tempus tanta incubuerat procellarum vis, pluviarumque vehementia, ut extra solitum aquarum superabundantia excreveret, statutisque ventorum imperviables fluminum alveos redderet. Sed in illius abiolutione ita quodammodo visa sunt conjurasse elementa, ut mox & venti sævientes mitescerent, & cæli facies in antiquam & multo tempore invisam serenitatem redderet. Narrat & Nithardus libro primo historia sua. Occurrebat, inquit, insuper etiam filiis verecundia & pœnitudo, quod patrem bis honore privaverant;

Decretum concilii Gregorii IV. papa 826. p. 104. dicitur.

**C O N C I L I U M**

656

655 ANNO CHRISTI 850

rant; universæ plebi, quod bis imperatorem di-  
miserant, ac per hoc hinc inde in restitutione  
ejus consentiunt, & undique ad S. Dionysium,  
ubi tunc Lotharius patrem & Carolum servabat,  
affluere contendunt. Cernens Lotharius prædictam  
animositatem vires suas excedere, antequam con-  
veniant arma sumit, patrem ac Carolum dimit-  
tit, itinereque arrepto Viennam petit. Plebs au-  
tem non modica quæ præsens aderat, & jam  
jamque Lothario pro patre vim inferre volebat,  
rege recepto, basilica sancti Dionysii una cum  
episcopis & omni clero confluent, laudes Deo de-  
vote conferunt, coronam & arma regi suo impo-  
nunt, & ad cetera deliberaturi contendunt. Sed  
& Ludovicus ipse imperator in epistola, quam de  
conscriptenda vita sancti Dionysii ad Hilduinum abba-  
tem scripsit, hæc suam restitutionem inter cetera il-  
lius beneficia commemorat.

ANNO  
CHRISTI  
850.

**NOTA JACOBI SIRMONDI, S. J.**

1. *Conventus apud sanctum Dionysium.* Reconciliatum fuisse Ludovicum dominica secunda quadragesimæ docet in chronico Eginhartus, cujus vestigiis hæret de morte auctoris vite Ludovici. Incidit autem illo anno hæc dominica in Kalendas Martias.



**C O N C I L I U M A T T I N I A C E N S E I I .**  
**S I V E S Y N O D U S U N I V E R S A L I S**

Ac Generale placitum mense Novembri celebratum anno dcccxxxiv. Ludovici Pii imp. xxi. cujus A&a perierunt.

**L**udovicus imperator habuit, inquit anonymus B  
auctor vita ejus ad annum dcccxxxiv. eo tem-  
pore circa missam sancti Martini conventum ge-  
neralem in Attiniaco palatio, ubi quum multa  
perperam molita purgare devenisset, tam in eccle-  
siasticis quam publicis rebus, tunc præcipue fue-  
runt ista:

I. Mandavit filio Pipino per Ermoldum abba-  
tem res ecclesiasticas, quæ in regno ejus erant,  
quas vel ipse suis attribuerat, vel ipsi sibi subri-  
puerant, absque cunctatione ecclesiis restituit.

II. Missos etiam per civitates & monasteria  
transmisit, statumque ecclesiasticum pæne collap-  
sum in antiquum statum erigi jussit.

III. Itemque præcepit, ut missi per singulos  
comitatus irent, qui immunitatem prædonum at-  
que latronum, quæ inaudita emerferant, cohibe-  
rent, & ubi eorum major vis incubuerat etiam  
comites vicinos & episcoporum homines ad tales  
etiendos & proterendos sibi adiscerent & de  
his singulis sibi in proximo placito generali VVorm-  
atiam renunciarent, quod tutum transacta hie-  
me & suadente vernali gratia indixit.

Ad eundem quoque generalem conventum Attiniaci  
hoc anno celebratum non dubito quin ea pertineant qua

Hincmarus senior refert in opere de divorcio Lotha-  
rii & Teutberga responsione ad quintam interrogatio-  
nem hisce verbis: Quidam nostrum tempore san-  
ctæ memorie domini Ludovici Pii Augusti in At-  
tiniaco palatio tunc fuerunt, quando in univer-  
sali synodo totius imperii etiam cum sedis Ro-  
manæ legatis & in generali placito femina quæ-  
dam non ignobilis genere, nomine Northildis, de  
quibusdam inhonestis inter se & virum suum vo-  
cabulo Agembertum ad imperatorem publice pro-  
clamavit. Quam imperator ad synodum destinavit,  
ut inde episcopalis auctoritas quid agendum esset  
decerneret. Sed episcoporum generalitas ad laico-  
rum ac conjugatorum eam remisit judicium, ut  
illi inter illam & suum conjugem judicarent, qui  
de talibus negotiis erant cogniti & legibus sæculi  
sufficientissime præditi, eorumque legalibus judi-  
ciis eadem femina se subjeceret, & quod de quæ-  
stione sua decrevisset, sine repetitione teneret:  
Si vero crimen aliquod esset, inde penitentiam  
modum post illorum judicium, ab episcopali au-  
thoritate deposceret, secundum quod sacri cano-  
nes præfixerunt, ei imponere non negarent. Hæc  
ille Remensis Archiepiscopus, nec nos de ea synodo  
plura.

**C O N C I L I U M M E T E N S E ,**

**QUO IMPERATOR AB EBBONE RHEMENSIS**

ANNO  
CHRISTI  
851.

ANNO  
CHRISTI  
851.

Archiepiscopo injuste excommunicatus, & ingressu ecclesiis interdictus absolvitur,  
anno dcccxxxv. sub Gregorio IV.

\* Concilium. Congregata synodo ( ait chronicum D  
Cameracense libro 1. cap. 41. ) in Metensi eccle-  
sia sancti Stephani imperator præ cunctis Ebbonem  
accusat, quod eum falso fuerat criminatus, & isdem  
falsis criminibus appetitum a regno dejecerat, armis-  
que ablati nec confessum, nec convictum. contra re-  
gulas ecclesiasticas ab ecclesia aditu eliminaverat. Qui  
objecta erubescens, seque male fecisse recognoscens, ut  
in synodo omnia legaliter adimplerentur, secundum  
Africanos canones sibi iudices episcopos delegit, inter  
quos etiam Theodoricum episcopum convocavit. Can. 63  
al. 70



**C O N C I L I U M L U G D U N E N S E D I O E C E S A N U M**

Anno 835. circiter habitum.

**A** Malarius Lugdunensis Ecclesiæ Chorepiscopus Equam Magister summus assumpserit. Hanc se pe-  
pus tanta se rerum Liturgicarum præstare rittiam adeptum jactabat consultis SS. Patrum,  
scientia arbitrabatur, ut docendum populum tan- ac præsertim S. Augustini voluminibus, atque ex-  
plo.

Ex Mans  
Suppl. pag.  
667.

ANNO  
CHRISTI  
835.

ANNO  
CHRISTI  
835.

plorata insignium per Europam Ecclesiarum sententia, & consuetudine. Copiosam hanc eruditionis suæ suppellectilem divisit per tria diversi artificii, sed ejusdem argumenti opera, quorum prius *Officialem* nuncupavit; idest de sacris officiis, seu ritualibus precibus traditionem; alterum *Antiphonarium*, quod sacras, ut vocant antiphonas, a se correctas & digestas exhibebat; tertium tandem *Embolium opusculorum suorum* inscripsit. Erat autem *Embolis* apud veteres illos additamentum. Hos libros, vel saltem traditam in his doctrinam suam *vir falsiloquus*, ut phrasi utar ejus insectatoris, toto triduo expandit in plena Diocesana synodo Lugdunensi, plaudente turba. Sed inter multos assentatores unum nactus est castigatorem severissimum Florum magistrum Lugdunensis Ecclesie subdiaconum, virum in sacra doctrina exercitissimum, qui tunc contra advertarium viva voce declamavit; dein intelligens Amalarii libros per totam provinciam, imo & per Galliam, ac Germaniam evulgatos legi; arrepto calamo ad Patres synodi ad Theodonis Villam prius directa epistola illos denunciavit; quibus literis alias junxit, quas ad nonnullos ejus Concilii Patres inscripsit, in quibus latius scriptoris vani & suspecti errores exponit, & confutat. Nihil forte tunc in ea synodo quantum ad causam illam adum est; nam idem Florus in altero opusculo narrat acta Concilii Carisiaci, in quo censura in opuscula illa Amalarii signata, & promulgata est. Hactenus de causa synodi hujus Lugdunensis; nunc de tempore quo convenit, differendum est.

Quotquot Amalarii hujus meminerunt scriptores, sub Carolo Calvo vitam egisse affirmant; ex quo illud consequeretur, Concilium hoc nonnisi post annum 840. haberi potuisse. Ego tamen, cum lego per hæc ipsa Amalarii tempora coacta

A concilia ad Theodonis villam, & Carisiacum; utraque vero hæc sub Lodovico Pio in tabulis Conciliorum signentur; (illud enim anno 835. convenit, hoc vero ex mea Chronologia anno 838.) cum insuper unum ex opusculis Flori directum sit ad Rabanum, quem *Abbatem* nominat; eandemque præfecturam abdicasse illum anno 838. compertum sit; his convictus argumentis anno circiter 835. Lugdunense hoc Concilium assignare cogor, Ludovico pio adhuc superstitite, & imperante. Nec plura de Lugdunensi concilio dicenda succurrunt. De aliis duobus Conciliis, nempe ad Theodonis Villam, & Carisiaco inferius.

An vero Amalarius iste alius sit a scriptore ejus nominis, cujus de divinis Officiis & de ordine Antiphonarii commentarii pervulgati sunt, res est investigatione dignissima. Distinctos Scriptores indicare videtur patria utriusque diversa; nam noster hic Lugdunensem chorepiscopum, ille vero Diaconum Metensem egit. Cum tamen res diligenter pensatur, in unum eundemque Amalarium animus inclinatur. Idem est utriusque nomen, idem operis argumentum, idem operis titulus, eodem ambo tempore floruerunt. Cur igitur inter se distinguantur? Profecto Mabillonius apud Pagium ad A. 830. XI. Amalarium illum contra quem Florus Lugdunensis scripsit, ab Amalario, cujus nota sunt Opera, non distinguit. Forte igitur Amalarius Metensem clericum primum agens Libros illos digessit, quos dein in Lugdunensem chorepiscopum assumptus vulgavit, seu jam antea vulgatos ului ecclesie destinandos curavit. Hæc omnia suppeditant opuscula Flori magistri a Martene Vet. Monum. tom. IX. vulgata, quæ hic ad singula concilia exhibebo.

CONCILIUM APUD THEODONIS VILLAM,  
IN QUO LUDOVICUS PIUS

Ab episcopis iterum reconciliatus, Ebbo Rhemorum antistes, quod in illum conspirarat, damnatus, graduque suo dejectus est, in Theodonis villa palatio regio proximis ante quadragesimam diebus celebratum anno Christi DCCCXXXV. Gregorii IV. papæ VIII. Ludovici ipsius imperatoris XIII.

Ex P. Sir-  
moude.

Uns qui ab hoc concilio Metense concilium sejun-  
gant: sed non tam diversa synodi fuerunt, quam  
synodi ejusdem actiones distincta. Synodus enim apud  
Theodonis villam indicta, ibique primum congregata  
est. Ubi cum ab episcopis qui convenierant, atque inter  
ceteros ab Ebbo, datis libellis approbata fuisset  
imperatoris restitutio, in Metensium urbem omnes  
cum imperatore regniq; primoribus profecti sunt,  
atque in sancti Stephani basilica, relictis a Drogone  
episcopo qua de restitutione imperatoris acta fuerant,  
& Ebbo iterum Augustum eundem injuste deposi-  
tum, meritoque imperii solio restitutum publice pro-  
fesso, inter missarum sacra, die, ut Ludovici vita  
auctor scribit, dominica, qua quadragesima initium  
præcedebat, septem archiepiscopi septem reconciliationis  
ecclesiasticæ orationes super eum cecinerunt, Drogoque  
universi qui aderant pro cumulata imperatoris resti-  
tutione multas gratias reddiderunt. Post hæc ad Theo-  
donis villam denuo regressi synodum instaurarunt,  
Ebbonemque, Lotbariana factionis incentorem, accu-  
savit imperator, quod falsis ab in criminibus appeti-  
tus, regno dejectus, atque ecclesie aditu exclusus  
fuisset. Postulabat Ebbo, ut sibi absente imperatoris  
causam in synodo agere liceret. Quod cum impetra-  
set, vi conscientia oppressus, episcoporumque quos ad-  
vocarat consilio usus, libellam synodo in abdicationem  
Concil. Gener. Tom. XIV.

Dsus sponte obtulit. Quo lecto, & episcoporum, quibus  
confessus fuerat, denuntiatione audita omnium senten-  
tias a pontificali ministerio cessare jussus est. Ita syn-  
odus dominica inuentis quadragesima dimissa. Cu-  
jus est acta non extant, eorum tamen, præter vi-  
tam Ludovici, quam commemoravimus, apud alios  
etiam crebra est mentio, ut apud Fligloardum libro  
secundo historie Rbemenfis capite vigesimo, & in sy-  
nodo Suesionensi apud sanctum Medardum, & in Tri-  
castina, anno DCCCLXVII. Ebbonians vero judicii  
seriem omnium aberrime persecutus est Hincmarus  
archiepiscopus in posteriori opere adversus Gotbeical-  
cum capite trigesimo sexto; unde & episcoporum qui  
synodo interfuerunt nomina didicimus. Nunc viden-  
dum, inquit, de quo ordine adjudicatorum vel  
Econdemnatorum Ebbo fuerit, quem manifestum  
est fuisse depositum. Qui postquam in ecclesia  
sancti Stephani apud Mediomatricum civitatem  
ambonem conscendit, & se publice denotavit cor-  
ram episcopis & imperatore, & clero ac populo  
qui adfuerunt, quoniam eundem imperatorem  
Hludovicum falso criminatum, & injuste ab im-  
periali sede depositum publicæ poenitentia subdi-  
dit. De quibus & libellum manu sua subscriptum  
eidem imperatori porrexit: quem qui quaesierit,  
in archivo ipsius Metensis ecclesie invenire valebit.

T1 Un.

ANNO  
CHRISTI  
811

Unde etiam accusatus ab ipso Augusto in generali synodo habita in palatio Theodoni villa inducias petiit, & secundum canonicam institutionem elegit sibi per consensum synodi episcopos iudices peccatorum suorum, quos canones electos appellant. De quibus scriptum est in concilio Africano cap. LXIII. ut ab electis iudicibus provocari non liceat. Et dedit libellum synodo manu sua firmatum hæc eadem continentem.

\* In codice MS. hinc hinc præfixæ exempli libelli quæ iusta decreta S. R. H. Ebo in synodo se deponebat & ab episcopis reddendum suam confessionem & testimonium ad iudicium adhibuit. Bertram

Ego Ebbo \* indignus episcopus recognoscens fragilitatem meam, & pondera peccatorum meorum, testes confessores meos, Ajulsum videlicet archiepiscopum, & Badaradum \* episcopum, nec non & Modomum Episcopum, constitui mihi iudices delictorum meorum: & puram ipsis confessionem dedi, quærens remedium penitendi, & salutem animæ meæ, ut recederem ab officio & ministerio pontificali, quo me recognosco esse indignum; & alienum me reddens pro reatibus meis, in quibus peccasse secreto ipsis confessus sum. Eo scilicet modo, ut ipsi sint testes alio succedendi & consecrandi subrogandique in loco meo, qui digne præesse & prodesse possit ecclesiæ cui hæc indignus indignus prætui. Et ut inde ultra nullam repetitionem, aut interpellationem auctoritate canonica tacere valeam, manu mea propria subscribens firmavi, *Ebbo quondam episcopus subscripsit.*

Hæc scriptura coram synodo prolata atque confirmata, confessus est ipse viva voce, & dedit testes alios exceptis iudicibus, Nothonem archiepiscopum, Theodericum episcopum, & Achardum episcopum. Et sic ab omnibus qui in eodem concilio fuerunt episcopis, accepit sententiam, dicens per ordinem omnibus: Secundum tuam confessionem cessa a ministerio. Et sic coram ipso, iubente ac audiente synodo, dictatum est a Jona Autelhanense episcopo Heliz presbytero, postea Carnorensi episcopo, & præscriptæ paginæ confessionis ejusdem in ipsa synodo subscriptum atque subijunctum hoc modo: Acta est hæc Ebbonis confessio, ejusque propriæ manus subscriptione roborata, in conventu synodali generaliter habito apud Theodoni villam, anno incarnationis domini nostri Jesu Christi DCCCXXXV. anno etiam imperii gloriosi Cæsaris Hludouici XXIII. indictione \* XII. sub die Kalendarum IV. Nonarum Martii. Hi sunt episcopi qui confessionem manu sua propria firmatam audierunt: in qua continebatur quod ipse Ebbo pro quibusdam criminibus, quæ confessoribus suis Ajulso archiepiscopo, Badarado episcopo, Modoino episcopo, Achardo episcopo, Theoderico episcopo, & Nothoni archiepiscopo contestus est, nullatenus officium pontificale agere deberet. Nam & ipsi testes eodem Ebbone poscente, & coram adstante, in conspectu omnium qui adfuerunt, tam episcoporum, quam & ceterorum sacerdotum, viva voce testificati sunt, quia tale peccatum eis confessus fuerat, pro quo dignus non erat episcopale ministerium ultra jam agere. Sed & hoc ipsi testes & confessores subintulerunt, quia si idem peccatum ante ordinationem admisisset, nullomodo episcopus ordinari debuisset. Pro qua re ad eorum consilium dixit se idem Ebbo coram omnibus ad ministerium episcopale, indignum, & ab eo recedere debere, & sub penitentia modo dominum sibi propitium facere velle. Nam & episcopi secundum confessionem ipsius manu sua propria roboratam, & testimonium confessorum suorum, decreverunt ut a ministerio recederet pontificali, & aliis orationum officii excubiis domino serviendo eum sibi propitium faceret. Hæc sunt nomina eorundem episcoporum.

Drogo archiepiscopus.  
Hetti archiepiscopus.  
Oigarius archiepiscopus.  
Ragnoardus archiepiscopus.  
Landrannus archiepiscopus.  
Aldricus archiepiscopus.  
Notho archiepiscopus.  
Ajulsum archiepiscopus.  
\* Rotoldus episcopus.  
Jonas episcopus.  
Frotarius episcopus.  
Eschanradus episcopus.  
Raganarius episcopus.  
Vvifinus episcopus.  
Theodericus episcopus.  
Achardus episcopus.  
Rothadus episcopus.  
Adaradus episcopus.  
Modoinus episcopus.  
Item Theodericus episcopus.  
Vvalocharius episcopus.  
\* Goldoricus episcopus.  
Godofridus episcopus.  
Teutmundus episcopus.  
Ermbertus episcopus.  
Hubertus episcopus.  
\* Erardus Episcopus.  
Albericus episcopus.  
Freculfus episcopus.  
Joannes episcopus.  
Hildemannus episcopus.  
Hildi episcopus.  
Christianus episcopus.  
Sitagutus episcopus.  
Item Raganarius episcopus.  
Ipsio episcopus.  
Teutgaudus episcopus.  
Bonus episcopus.  
Favo episcopus.  
Ado episcopus.  
Teutbertus episcopus.  
Vviladus episcopus.  
Merbetus episcopus.

ANNO  
CHRISTI  
811

\* Rotholdus

\* Goldericus

\* Herardus

Et hæc scriptura, judicante synodo, post hæc omnia patrata, data est a \* Drogone, qui synodo præsidebat una cum Hetti episcopo Trevirensi, Fulconi, qui successor in sede Rhemenis Ebbonis fuerat designatus.

\* Ecce illa scriptura, que?

In ms. Palatino Vaticana Bibliotheca hæc sequuntur: Nam de hujusmodi unius subscriptione pro omnibus sicut hic Jonas episcopus, rogatu omnium coram omnibus, & pro omnibus manu notarii synodaliter egit: qui legerit in concilio Africano cap. 52. inveniet. Sed & in eodem concilio cap. 60. in commentario legatorum concilii ejusdem sufficienter reperiet. Qui autem hujusmodi libellari confessione quam sequi debet propriæ manus subscriptio \* episcopis a sede episcopali & sacerdotio debeat removeri, & in loco ejus alius subrogari & ordinari; ut de multis paucis perstringam, ita in decretalibus epistolis apostolica sedis pontificum habetur: *Dilectissimis fratribus universis episcopis per Galliam constitutis Joannes. Innotuit nobis a fraternitate vestra missa relatio, in quibus Contumeliosus multis legitur criminibus involutus. Et ad locum. Prædictum autem Contumeliosum episcopum ut habet penitendi licentiam petitorium dare vobis censemus ab errore suo aliter. Et item. Joannes presbyteris, diaconibus & cuncto clero ecclesie in qua fuit Contumeliosus episcopus: Pervenit ad nos a fratribus & coepiscopis vestris missa relatio: Et item ad locum. Et ideo in ecclesia ejus existatorem dari nostra decrevit auctoritas, donec proprium sacerdotium possit habere. Omnem*

\* Forte, ab episcopis. H.



ANNO CHRISTI 835

ANNO CHRISTI 835

vero hanc sollicitudinem Casario fratri & coepiscopo nostro injungimus, & reliqua. Et beatus Gregorius in decretis suis ex hoc scribit ad Marianum episcopum Ravennatum: sed & ad clerum & ad plebem Ariminensem: necnon ad Anatolium diaconum, sed & ad Etherium episcopum. Indeque in epistola ad Brunichildem reginam quia non expresse genus peccatorum in conscriptione libellari debeat denudari, sed ita ut Ebo egit & confiteri & libellari professione & subscriptione debeat honore peccans & poenitens se privare, ita ut in decretis habetur. *Leo universis episcopis per Campaniam, Samnium & Picenum salutem cap. 11. De poenitentia*, inquit, *qua a fidelibus postulatur*, ne de singulorum peccatorum genere libelli scripta professio publicetur, conscientia peccatorum sufficiat solis sacerdotibus indicari confessione secreta. Quamvis enim plenitudo fidei videatur esse laudabilis, quae propter Dei timorem apud homines erubescere non veretur. Tamen quia non omnium hujusmodi sunt peccata ut ea quae poenitentiam potest non timeant publicare; removeatur improbabilis consuetudo, ne multi a poenitentiae remediis arceantur; dum aut erubescunt, aut metuunt inimicis suis sua facta referari, quibus possint legum constitutione percelli, &c.

Sententia ex libro episcopali qui gesta pontificum Romanorum titulatur excerpta digestis Sergii papae, quae superius in secunda actione commemoratur. Post haec vero Ebo quidam & Bartholomaeus archiepiscopi, qui pro criminibus suis privati honore ab ecclesia fuerant expulsi, sanctissimo pontifici postulabant, ut eos reconciliare ac pallium eis tribuere dignaretur: quos etiam idem praesul nec communionem inter clericos dignos esse suscipere dicebat: sed inter communicantem populum communicandi licentiam tantummodo haberent. Exemplar confirmationis synodi apud Suesionensem civitatem habitae Domini papae & gratia & nomine Benedicti. Benedictus episcopus servus servorum Dei reverendissimo & sanctissimo confratri nostro Hincmaro episcopo sanctae Remensis ecclesiae. Probabilium sacrorumque definitiones gestorum, &c. *Deinde sequitur haec apostolica manus subscriptio.* Optamus fraternitatem tuam in Christo nunc & semper bene valere. His ita praemissis & multis aliis brevitate gratia praetermissis attendendum summopere est his qui synodum subscriperunt quod in concilio Carthaginensi dicitur: Si quis contra suam professionem & subscriptionem aliquo modo venerit ipse se honorare privabit, & omnibus quos sacerdotalis ordo compleditur, & de alienis clericis, & de aliis episcopis excommunicatis ab aliis inconsulte non recipiendis: & de subalternis manu episcopi positis poenitentibus, & de aliis quibuscumque sacris ca-

nonibus obviantibus providendum est, ne contra sententias sacrorum canonum & decreta Romanorum pontificum agent, quas in brevi Leo magnus urbis Romae archiepiscopus ad universos episcopos per Campaniam, Picenum, Tusciam, & per universas provincias constitutos comprehendens cap. 5. ita decernit. Hoc itaque inquit admonitio nostra denunciatur, ut si quis fratrum contra haec constituta venire tentaverit & prohibita fuerit ausus admittere, a suo se noverit officio submovendum, nec communionis nostrae futurum esse consortem qui esse locus noluit disciplinae. Ne quid vero sit quod praetermissum a nobis forte credatur, omnia decretalia constituta tam beatae recordationis Innocentii, quam omnium praedecessorum nostrorum quae de ecclesiasticis ordinibus & canonum promulgata sunt disciplinae, ita vestra dilectione custodiri debere mandamus, ut si quis in illa commiserit, veniam sibi deinceps noverit denegari. Quapropter nemo sacerdotum se fallat, nemo decipiat, nullius infirmae firmitati consentiat, quia istae & aliae sacrorum canonum sententiae a sancto sunt spiritu promulgatae & Christi sanguine confirmatae, & per eorum ora prolatae qui cum Christo regnant in caelis & miraculis conrulsant in terris, & ideo omnes securi simus quia si contra tam validas auctoritates fecerimus, nec contra saeculi potestates prompti & securi esse poterimus, etiam coram Deo ab illis iudicati sumus pro quibus patribus qui constituti sunt principes super omnem terram filii nati sumus, nec soluta erunt in caelo quae solvimus super terram, si ligata non sunt in caelis quae ipsi ligaverunt in terris.

NOTA JACOBI SIRMONDI, S. J.


*Concilium apud Theodonis villam.* Hujus synodi alterum postea exemplum nati sumus ex bibliotheca sanctae Mariae Laudunensis, in quo episcoporum, qui Ebbonen damarunt, idem numerus, eademque sunt nomina, nisi quod pro Godolrico, Godelricum legit.

NOTE SEVERINI BINII.

*Conventus.* Hoc conventu suavis coepiscoporum Ebo Rhemenis archiepiscopo, eo quod denunciati Ludovici imperatoris ab imperio a Ebo fuisset, seipsum episcopatu abdicavit. Reliqui autem qui ei consentientes fuerant, ob necessitatem qua consti fuerant ut exautorationi imperatoris interissent, seipsum excusant, veniamque impetrant. *Ensa sunt ista*, inquit auctor vita Ludovici, *ante tempus quadagesima: sequente vero dominica, qua sacra quadagesima initium praecedunt, in Massis civitatem Dominus imperator venit, & inter missarum celebrationem septem archiepiscopi septem reconciliantem ecclesiasticam orationem super eundem imperatorem coequebant, atque omnes populi, hoc visis, pro plenaria restitutione imperatoris, multas Deo gratias reddiderunt.* Vide Baronium anno 835. num. primo.

\* vide postea epistolam primam Eboen. pag. III.

\* Parte, sub alterius. H. poenitentibus, & de aliis quibuscumque sacris ca-



AD CONCILIUM apud THEODONIS VILLAM

In quo Ebo Remensis crimina sua confessus damnatur, Anno 835. habitum.

A D D I T I O.

Ex Suppl. Mansi t. 1. pag. 866. 67

AD hoc concilium Florus magister Lugdunensis ecclesiae diaconus literas suas binas dedit, denunciatis patribus opus quoddam Amalarii Lugdunensis ecclesiae coepiscopi, de quo superius ad Lugdunense concilium actum est. Quos libros pluribus erroribus infartos asserens, damnandos patribus offerebat. Epistolam utramque, quod ad synodi hujus acta utcumque pertineat, huc trans-

ferendam ex volumine nono collectionis veterum monumentorum Martenii censui. Et priorem quidem ad concilium hoc datam vel ipsa ejus inscriptio demonstrat. Altera vero licet ad designatos quosdam episcopos dirigatur, ad illos tamen in concilium coeuntes scriptam ex ipsa epistola discimus: *una cum sancto concilio expugnetis errorem &c.* Nec aliud concilium quam illud, cui episto-

la prior inferibitur, pronum est judicare. Cuni Atera ad patres ejus concilii data id plenius ex-  
 ANNO CHRISTI 611. ANNO CHRISTI 611.

ANNO  
CHRISTI  
611.

ANNO  
CHRISTI  
611.

## EPISTOLA FLORI LUGDUNENSIS DIACONI

*Ad Theodonii Villa concilium adversus libros Amalarii.*

*Sancto & venerabili concilio apud Theodonii  
 villam habito.*

164m  
 Ex Martini  
 vel mox  
 mento 10. 12.  
 col. 466. M.  
 Ex 6000. M.  
 Velle 200. M.  
 No. 1550. 2h.  
 no. un. 800.  
 aut. Mabli  
 ad. 10. 11.

**A**udite patres beatissimi, & reverendissimi a Deo convocati & in Deum uniti, propter Deum, auxiliante ipso, laborantes & laboraturi, atque in illo, & cum illo post beatum laborem requieturi, audite ita ut audiat vos Deus, ac me-  
 mentote Apolloli, rectores ecclesie exhortantis, & dicentis: *Attendite vobis, & universo gregi, in quo vos Spiritus Sanctus posuit episcopos regere ecclesiam Domini, quam acquisistis sanguine suo.* Sermo de fide agitur, & catholica veritate, quam prelati ecclesie Lugdunensis, depravare & subvertere lingua & calamo non desistit, errorisque ac mendaciorum suorum vos ipsos, venerabiles ecclesie Christi oculos, in tantum locios, & complices esse confirmat, ut in publico ecclesie nostrae conventu jactare ausus sit, ad hoc vos suis perorationibus in generali synodo fuisse perductos, ut omnes manu propria suis ineptissimis libris subscribere, & sic unanimiter sentire atque obtemperare velletis. Cui ego per majores natu respondi, non solum me de tantis viris id credere nullatenus posse; sed etiam mihi indigno, qui sum canis mortuus, & pulex exiguus, tres prius digitos, quibus scribimus, radicitus amputari vellem, quam errores hujusmodi manus propria subscriptione firmarem. Addidi etiam quod si libri illi in bono concilio fuerint discussi & dyjudicati, erunt procul dubio anathematizati: quos etiam corepiscopo ecclesie nostrae, velut valde utiles omnibus, jussit transcribere; quos cum ego ex parte aliqua relegissem, & mendacis plenos deliramentisque vidissem, dehortatus sum, ne hoc penitus fieret, librosque suo quantocius auctori restituendos admonui, metuens videlicet, ne oves Christi, id est simplices quotique, ex eorum lectione quaedam vanissima curiositatis scabies atpergeret, & ardentes papule diti erroris exurent. Collegi autem ipse ac digessi in ordinem, propriisque sermonibus explicavi nonnulla, que in generali presbyterorum concilio proposuit, dile-

ruit, commendavit, ex quibus ejus vanitas contentui, immo execrationi pateat; sed ne quis me falsa putet asserere veniat liber illius in medium, & sceditatem sui publice legentibus atque audientibus denudabit, ex quo & ista, quae sincerissimo examini vestro dijudicanda offero, verissima ab illo prolata probabitur, cum illic multa insania legeretis: testes sunt horum corepiscopi, testes archidiaconi, testes omnes qui aderant presbyteri Lugdunenses, a quibus haec continuo irrita ac repudiata, immo plancta & plorata cognovi, cum divinis assueti fluentis, de lacuna lutulenta bibere cogerebantur, murmurantes in nequissimo pane doctrinae, de quo Ecclesiasticus loquitur liber: *In nequissimo pane murmurabit civitas.* Et testimonium nequitiae illius verum est; nec vero ille divina docet, sed sua concinnat, & fabricat, & juxta Salomonem: *in similitudinem arboris, & conjecloris a-*  
*stimat quod ignorat.* Succurrite igitur, patres piissimi, succurrite animabus nostris; *Modicus enim a-*  
*fermentum totam massam corrumpit,* & juxta quendam patrem antiquum, si quid in tade falsi admittitur, intrat putredo, de veneno serpentis nascuntur vermes corruptionis, & nihil integrum remanebit. Testis est mihi omnipotens Deus, quia haec non impulsu iracundiae, tanquam laetus exag-gero, quae ab ipso statim exordio, dum adhuc te mihi utcumque blandulum exhiberet, dolere ac detestari cepi, nec divinae ordinationi teu imperiali pie provisioni, quod ille fortan jactat, velut rebellis existens; cum id mea exiguitas, nec cogitare unquam poterit; sed erroris odio, & amore veritatis, ecclesie quoque matris meae vulneribus condolens, cujus uberibus ab infantia alitus sum, in qua & administrationis locum, & doctrinae ac praedicationis officium indignus exerceo. Certe vivam ego egentissimus, vel etiam moriar si Dplacet, tantum pateat vulnus putridum, pateat sanies putrida; & omnes qui hoc tabescunt contagio, vobis, opitulante Christo, medicantibus, gravi veterno depulso, optata gaudeant sanitate (2)

## INCIPIT EPISTOLA FLORI,

*Totius veritatis plena, contra falsioquas adinventiones Amalarii quondam Lugdunensis corepiscopi, de Corpore Domini tripartito.*

*Domini beatissimi, reverentissimi, & piissimi patribus gregis Christi, rectoribus ecclesie Dei, praedicatoribus, ac propugnatoribus catholicae fidei, Dionysii sacri consilii magistro & pontifici clarissimo, Hetti Treverorum antistiti, Adriano reverentissimo Cenmannorum episcopo, Raaban abbati venerabilis, & ex provincia Lugdunensi prima, Albarico Lingonum reverentissimis episcopis, ecclesie catholicae indignus filius, & pietatis ac paternitatis vestrae exiguus servulus, Florus.*

164m  
 Ex eodem  
 o. 10. 11.

**O**blecto, mansuetissimi & benignissimi servi Christi, ut extremitatem meam periculis ecclesie Dei condolentem, & compatientem, ac pro

hoc necessitates ejus humiliter & fidenter ad vos reterentem; in ipsius Christi, & Dei ecclesie, pie matris, amore, pio ac benigno suscipiatis affectu. Exigua quidem & indigna est persona quae loquitur; sed Domini est res, Domini est causa, quam loquitur: digna certe, quae a melioribus suggereretur, & idonea quae ad vestrum jam olim judicium examinanda perferretur: sed quoniam fortius clamare solent, qui atrocius vapulant, & qui maxima cogente indigentia importunius postulant, miseratione potius quam indignatione digni habentur: sit & mihi minimo sub vestra pietate tutum ac liberum inter flagella vapulantis ecclesie tristius vociferari, de cladibus ejus ac miseris con-

(2) Hanc epistolam post alteram Flori datam ad Concilium Caritharum collocandam esse judicant Scriptores Historiae veteris Galliae Tom. V. pag. 223. adeoque statim arbitrantur ad postremum aliud Concilium apud Theodonii Villam habitum post Caritharum anno 618. & Collectibus adhuc ignotum. Argumentum huius opinionis trahunt e verbis epistolae Caritharum ante ipsam ad digessi in ordinem, propriisque sermonibus explicavi quae in generali Praedicatione.

ANNO  
CHRISTI  
911.

conqueri, & a vobis paternam opis auxilium de-  
precari.

Idcirco enim ad vos, o Domini & patres beati-  
ssimi, qui & dignitatis culmine & fidei sinceritate,  
& Dei timore, & scientiam probitate præcellitis,  
& Lugdunensi ecclesie quidem familiaris obstridi estis,  
querelam hanc potissimum credidi deferendam,  
ut quanto plures divini muneris largitate præsitis,  
tanto instantius & religiosius pro divine fidei & veritatis tuitione certetis, memores  
Spiritus Sancti per Salomonem talibus, quales  
Christi estis gratia, proclamantis: *Erue eos qui ducuntur ad mortem, & qui trahuntur ad infernum liberare necesse est.* Si dixeris, vires non suppetunt,  
qui inspector est cordis, ipse intelligit, & servatorem  
animæ tuæ nihil fallit, reddetque homini juxta opera sua.  
Præcessit enim in præfata nuper ecclesia per prælatum ejus Amalarium error insanus  
& vanus, fidei & veritatis inimicus, religioni & salutem  
contrarius, quem primum quidem aggregata presbyterorum synodo,  
circumflectentibus omnibus, & velut præceptorem audientibus,  
viva voce conatus est serere; imo tota intentione & studio  
per totum triduum proponendo, exponendo, exigendo,  
omnibus inculcavit & tradidit, quasi novi testamenti minister,  
tribulis cordis carnalibus cuncta quæ asserbat, indelebiter vellet  
imprimere. Deinde etiam magnum quendam codicem  
quatuor voluminibus diffusum, a se compositum atque  
digestum, legendum transcribendumque tradidit;  
asserens eum *Officiale* nuncupari, tanquam de sacris  
officiis prudentissime & sufficientissime disputantem.  
Qui tantis vesaniis & erroribus confertus est, ut quibuslibet,  
etiam imperitis, palam ridendus conspuendusque videatur.  
Protulit quoque *Antiphonarium*, velut a se digestum  
atque correptum; cui talia ex suo sensu inseruit,  
ut pro ejus impudenti audacia frons legentis pudore  
ac rubore feriat. Novissime vero novum digessit  
volumen, & apud Lugdunum ornate indui, ac vittis  
sericeis distingui fecit: quod ad palatium ferens,  
vel principi vel magistro consilii dicitur oblaturus.  
In quo vere tam inepto eloquio, tam absurdis sensibus,  
tam exquisitis & inauditis fantasiis involvitur,  
ut putes eum limphatico more bacchari, vocat hujus  
inultissime garrulitatis librum, *Embolium opusculorum suorum*,  
& rectissime omnino. Est enim multiplicium errorum  
ejus, velut cameli gibbus, procreascens ac redundans  
argumentum.

De singulis autem pauca proponere, & vestræ  
gravitati fastidiosum, & meæ supplicationis sermone  
videtur incongruum, quem metuo rebus frivolis  
facere prolixior, ne in seriis ac necessariis  
onerosior videatur. Certe libri ipsi fere ubique  
dispersi, fere omnibus noti sunt, neque ullatenus  
ambigo, quin gravium ac prudentium virorum  
judicio severius reprehendantur: quam exiguitatis  
meæ aut comprehendi ingenio, aut exaggerari  
possit eloquio. Attamen ne frustra operam  
sanitatis videar implorare, si dissimulo, aut  
formido vulnus detegere, nonnulla vel breviter  
replicabo. Vos ut cælestis cooperatores medici,  
sive antidoto fidei, sive scalpello, aut cauterio  
sincerissimæ veritatis curate languida, refecate  
putrida, & salutem corporis Christi in commune  
prosperitate. Absit, absit a vestræ gravitatis  
censura, ut in ejusmodi erroribus & ineptiis con-

spiciatis, aut personæ respectu, aut adulationis  
furore, aut humanæ offensionis seu discriminis metu  
cujusquam pii & fidelis animus retardetur: cum  
res fidei, cum causa ecclesie, cum negotium  
Christi agitur, sola fides, sola mater ecclesia,  
solus amator veritatis, immo veritas Christus præ  
oculis habeatur.

Docet præceptor ipse Amalarius egregius, ita  
corpus Christi esse triforme & tripartitum, ut tria  
Christi corpora: primum quod ipse suscepit;  
secundum in nobis qui super terram ambulamus,  
tertium in illis qui sepulti jacent. Asserit in  
mysterio sacrificii hæc de causa tres debere serip-  
tes; unam calicis pro Christo; alteram in patena  
pro vivis, tertiam in altari pro mortuis. Dicit  
panem illum esse carnem Christi, sanguinem ani-  
mam, ut sit totus Christus. Hæsitandum dicit,  
utrum corpus Christi de altari sumtum in corpore  
nostro maneat usque in diem sepulture, an  
recipiat invisibiliter in cælum, an quando ve-  
nam incidimus cum sanguine profluat, an cum  
ceteris quæ in os intant, in secessum labatur.  
Epitola ejus est in suo Officiali libro, ad juvenem  
nescio quem, episcopum, scripta, quæ hoc con-  
tinet. Ubi etiam de spiritibus & dematibus spurcissime  
disputat; & cum sit tam sordidæ mentis putidæque  
doctrinæ, se spiritalem jactat, qui omnia  
dijudicet, & alios carnales & animales vocat.  
Calicem Domini vocat sepulcrum, presbyterum  
Joseph ab Arimathia, archidiaconum Nirodemum,  
tamquam sepultores Christi; diaconos retro acclie-  
nates apostolos, se in passione Domini velut con-  
trahentes & occultare volentes; subdiaconos ad  
faciem erectos, mulieres libere adstantes. Aliam  
partem mysticæ orationis, qua corpus Domini  
consecratur, Christo tribuit oranti in monte Oli-  
veti, aliam in cruce pendenti; & post, nescio quas,  
fatuas divisiones, aliam morienti. Cum vero pres-  
byter inclinatur, hoc esse: *Et inclinato capite tra-*

In anno legitima jejunia ad quatuor humores  
refert, quibus corpus vegetatur humanum, & pro  
his fieri assertit in eisdem jejuniis. Duae lectiones  
quarta feria ad missam legi, propter duo tytera  
ipso die condita, ut pagani ejus verbis utar,  
Phœbum & sororem ejus Phœbam. Nam & san-  
ctum David semper in Domino fortem & belli-  
cosum, more ethnico arsisse dicit in marte, quem  
dæmonem esse pessimum, inventorem tumultuum  
atque bellorum proclamavit etiam poeta gentilis di-  
cens: *Savit toto mari impius orbe.* In evangelio  
majoris litanie, per nancem intelligit fruges terræ:  
in pisce genita ex aquis: in ovo animalia quæ ex  
utroque sexu gignuntur in terris: talemque fan-  
tasiam sensus sui, evangelico præterens sensu, as-  
serit, pro talium rerum conservatione tunc a fi-  
delibus celebrari litanias. Nam & messes tunc in  
profectum sunt, inquit, & pisces tunc veniunt,  
& pulli campos tundunt. Addit insuper, & quas-  
dam significationes monstruosas, & instar Antipo-  
darum capite deorsum, pedibus sursum versis, ita  
ut in his præcedat res ipsa, & sequatur figura;  
cum e contrario umbræ legis, juxta Apostolum,  
res designent futurorum bonorum. Cum ab altari  
sumitur evangelium, ipsum altare significat Jeru-  
salem, unde evangelium processit. Locus altaris,  
locum illum significat, ubi Jacob dormiens ange-  
los vidit. Romanus pontifex, cum sabbato ante  
pal-

*hystere in Concilio proposuit, discussit, commendavit, ex quibus ejus vanitas contemptus et in se execrabilis patet. Culla-  
tiones hæc eadem arbitrantur quæ ad Synodum Carthacensem anni 818. ab ipso Floro transfusa sunt. Verum quid ve-  
rat verbis hæc designari epistolam ejusdem Flori quæ ad Patres nonnulli Synodi apud Theodonis Villam habita-  
anno 830. destinavit? Cum præsertim Concilium eisdem nominis anni 833. notum sit, alterum post annum 838. o-  
nes lateat? Merito.*

ANNO  
CHRISTI  
811ANNO  
CHRISTI  
811

palmas elemosynam dat, mulierem significat, A  
que Dominum uoxit.

Jam de sacerdotum & ministrorum sacris vesti-  
bus, de vasis divini ministerii, de cantorum tabu-  
lis, de signis aereis, de ipsis etiam indumentorum  
& calcamentorum fimbriis, coloribus, & specie-  
bus, de officiis quoque sacris, & psalmodum di-  
stributionibus, quam inepta & fatua & omni ri-  
su digna contingit; quali ei soli licuerit post le-  
gem & prophetas, post evangelia & apostolos, res  
typicas & mysticas in ecclesia statuere; ita ut my-  
steriorum ejus prævaricator habeatur qui usu &  
consuetudine simplici aliud quid celebrare præsum-  
ferit. Dicit se in talium fantasmatum adinventio-  
nibus S. Augustini auctoritatem sequi, eo quod  
obscura quæque & ambigua tandiu ille tradari ju-  
beat atque versari, donec ad dilectionem Dei vel  
proximi intelligentia perducatur: in quibus duo-  
bus mandatis tota lex pendet & prophetæ. Nec  
considerat nimia novitatum cupiditate cæcatus, hæc  
illum de sacrarum scripturarum indagandis  
sensibus tradidisse: nempe libri in quibus hæc lo-  
quuntur, de doctrina Christiana titulatur, de sola  
in his scripturæ sacræ intelligentia regulæ tradun-  
tur; multa ibi de rebus, multa de signis disse-  
runtur; & tamen de hujusmodi significationibus,  
quas ille perquirat, nihil penitus dicitur: Immo  
in libro ad Januarium, omnem ecclesiasticarum  
observationum varietatem triplici genere distinguit;  
veritas videlicet aut ex scripturæ sacræ auctori-  
tate, aut ex generali ecclesiæ traditione, aut ex  
diversorum locorum multiformi consuetudine eas  
asserens propagatas. Et primas quidem ostendit  
numero esse paucissimas, sed observatione facilli-  
mas, significatione præstantissimas: secundas quo-  
que pari religione asserit venerandas: in tertiis  
vero nullam omnino significationem, nullum re-  
quirens mysterium, sincerissimam atque gravissi-  
mam B. Ambrosii sententiam sequitur, ac velut  
cælesse oraculum sequendam proponit, quam ei-  
dem respondet de talibus consulenti: *Ad quamcum-  
que, inquit, ecclesiam veneris, ejus morem ser-  
via, si non eis aliter esse scandalum, nec quemquam  
sciri.* In eisdem ad Januarium libris: Quidquid hu-  
mana auctoritate statuitur, ac veluti sacramentum  
& mysterium tenetur, nullatenus approbandum, D  
immo & indubie asserit resecandum.

Quid igitur novellus iste præceptor de mysteriis  
suis faciet? qua ratione tot vanitatum suarum  
commenta defendet? scripturæ sacræ auctoritas  
deest, ecclesiæ in talibus generalis traditio & re-  
gula nulla est, doctrina patrum repugnat, libel-  
lum Romani ordinis tantæ auctoritatis habet, ut  
eum vix ad verbum nitatur exponere; & tamen,  
statim sibi ipse contrarius, asserit, hunc Romano  
archidiacono, cujus traditionibus gloriatur igno-  
tum. Quod si scripturarum sensus ad suas fabulas  
trahit, & commenta erroris sui ex his fulcire co-  
natur; quis hanc nesciat hæreticorum propriam  
esse insaniam, ut sua semper mendacia veritatis  
specie palliant, vertentes, juxta Italiam, argentum  
in sciam, & cælestis vigorem vini terrenæ fa-  
tuitatis aquæ miscentes? Ignoscat mihi indigno &  
exiguo vestra paternitas, si rem necessariam fidei  
& salubrem ecclesiæ devota supplicatione sugges-  
sero. Claudendus est plane juxta legis præceptum  
bus cornipeta, & os ejus sempiterni fræno silentii  
constringendum; immo quia jam aut virum aut  
mulierem fortassis invasit, id est vel qui sibi fortis  
videtur, vel qui vere infirmus in fide est, scan-  
dalizavit, divinarum sententiarum cupidibus ob-  
ruendus, nec carnes ejus, id est doctrina & sen-  
sus, ullatenus comedendæ. Nam quotiens de his  
arguitur vel monetur, nequaquam, ut priorum mo-

et spidibus  
et spidibus

ris est, libenter & humiliter acquiescit; sed tunc  
jactantius & insolentius cornua erigens, multipli-  
cat velaniam suam sic sentire clamans omnem  
Germaniam, sic totam Italiam, sic ipsam Romam,  
se fuisse Constantinopoli, se apud Histriam sive  
Lucaniam, & idcirco in talibus singularis auctori-  
tatis existere. Nec ei sat est, quod ipse tantis im-  
plicatur erroribus atque fantasiis, nisi & totum  
pene orbem sui complicem infamet. Persistit nam-  
que sub multorum pontificum fida auctoritate,  
suum de sacrosanctæ eucharistiæ divisione ineptis-  
simum, immo blasphemum confirmare sensum.  
Neque enim nos cujusquam morem ecclesiæ re-  
prehendimus, nec alteram alteri superbi præferi-  
mus, quas omnes in Christo constat vinculo pa-  
tris unitas, & sancti Spiritus distributione distin-  
das; sed sensum profanum redarguimus, quem  
manifestissime & scripturæ sacræ, & fidei catho-  
licæ, & unitati ecclesiæ inimicissimum constat. Ve-  
re nulli unquam licuit corpus Christi dicere tri-  
forme, vel tripartitum, quod Apostolus unum  
semper & unicum proclamat dicens: *Unus panis  
unum corpus multi sumus.* Et iterum: *Multi unum  
corpus sumus in Christo.* Et alibi: *unum corpus, &  
unus spiritus, sicut vocati estis in una spe vocatio-  
nis vestre.* Vere unius capitis Christi unum est  
omnium electorum corpus; uno spiritu vegetatum,  
suo capiti inseparabiliter unitum, suorum mem-  
brorum indissolubili connexionione solidatum atque  
compactum, sola gratiarum varietate distinctum,  
nec mortalitate divisum, nec ipsa morte solven-  
dum. Neque enim quia talium figmentorum do-  
ctor cum adhuc mortaliter vivit, pater autem for-  
san mortuus, & pulveri redditus est, idcirco vel  
a Christo, si ejus membra meruerunt, vel a se  
invicem, quantum ad gratiam unitatis corporis  
Christi attinet, mortalitatis aut mortis obstaculo  
divisi sunt, quoniam conditio mortalitatis & mor-  
tis ad pœnam pertinet prævaricationis antiquæ,  
non ad spiritualis innovationis ineffabilem unitatem.  
Unitatem illam sola caritas compaginat, sola ini-  
quitas dissecat, testante Apostolo: *qui adheret Do-  
mino unus spiritus est;* & Propheta e contrario  
inclamante: *iniquitates vestre dividerunt inter vos, &  
Deum vestrum.*

1. Cor. 10.  
Rom. 8.  
2b. 12.1. Cor. 6.  
11a. 19.

Reprehendit sanctus Augustinus Thichonium,  
quod in libro regularum, unam de septem de cor-  
pore Domini bipartito nominaverit, mutatoque  
nomine inreligioso potius eam de corpore Domini  
vero atque simulato, vel de corpore Domini  
permixto asserit nuncupandam, ita sanctus pater  
edocuit esse nunc propter unam bonorum & ma-  
lorum piscium captionem in Christi corpore per-  
mixtionem.

Divisionem vero repudiavit, quoniam indissolu-  
bilis sacramenti unitas nullam penitus recipit se-  
ctionem. Quam misera autem anxietate ventila-  
tur, & coardatur, cum corpus Christi humanæ  
corruptionis sordibus inquinari formidat, & id-  
circo vel in cælum recipi invisibiliter, vel in cor-  
poris nostri velut conditorio reponi mira vanita-  
te delirat: addit quoque usque in diem sepulturæ,  
metuens, videlicet ne vel tunc, nisi nescio quo  
invisibili modo, a nobis discretum fuerit corpus  
Christi, nostri corporis conditione in pulverem  
dissolvatur. Quid autem honoris ei confert, si ex  
venæ incisione, mirum cur non & narium fluxu  
simul fluere opinatur? an non videmus quibus  
& quam sordidis animalibus, sive locis sulus pa-  
teat sanguis humanus? absint ab animo fideli de  
mysterio salutari atque cælesti tam ineptæ & sor-  
didæ cogitationes, prorsus panis ille sacrosanctæ  
oblationis corpus est Christi, non materie vel spe-  
cie visibili, sed virtute & potentia spirituali. Ne-  
que

ANNO  
CHRISTI  
811.

que enim in agro nobis corpus Christi gignitur, aut in vinea sanguis eius exoritur, vel torculari exprimitur. Simplex e frugibus panis conficitur, simplex e botris vinum liquatur, accedit ad hæc offerentis ecclesie fides, accedit mysticæ precis consecratio, accedit divinæ virtutis infusio; licque miro & ineffabili modo, quod est naturaliter ex germine terreno panis & vinum, efficitur spiritualiter corpus Christi, id est vitæ, & salutis nostræ mysterium, in quo aliud oculis corporis, aliud fidei videmus obtentu, nec id tantum quod ore percipimus, sed quod mente credimus, libamus. Unde & fideliter petimus, ut quod ore contingimus, pura mente capiamus. Mentis ergo est cibus iste, non ventris; non corrumpitur, sed permanet in vitam æternam, quoniam pie sumentibus confert vitam æternam, pie autem sumit, qui spiritu fidei illuminatus, in illo cibo & potu visibili, virtutem intelligibilis gratiæ exurit ac sicit: & minus indulgentiæ, & salutis spiritaliter percipit . . . nullatenus cogitanda vel metuenda est in hoc mysterio ulla pollutio. Christus enim Dei virtus, & Dei sapientia in eo sumitur, quæ sapientia, ut scriptura testatur, candorem lucis æternæ & emanatio quædam claritatis Dei sinceris, & ideo nihil inquinatum in illam incurrit, attingit autem ubique suam munditiam. Corpus igitur Christi, ut prædictum est, non est in specie visibili, sed in virtute spiritali, nec inquinari potest fece corporea, quod & animarum & corporum vitia mundare consuevit.

Obsecro patres beatissimi, ut reminiscantur piissima corda vestra, & cum omni timore ac tremore cogitent, quanta extiterit in antiquis patribus cautela fidei, & cura veritatis, & quanto zelo perfidie semina, & impietatis scandala extirpaverint, quatenus ecclesia Christi sponsa, Agni sponsi ac Domini sui sanguine redempta & ornata sine macula inveniretur, & ruga. Taceo Sabellium & Arium, qui in summa ac individua & coeternæ Trinitatis fide peccaverunt, prætermitto Nestorium, & Eutichem, quos in fide incarnationis Unigeniti impia sensisse vulgatum est, nec illos contingo, qui licet eandem fidem Trinitatis tenentes, sed hinc oblationis spiritu ab ecclesia recesserunt. Ad eos venio quos in cultu, & celebratione sanctorum sanctorum, seu in superstitionis quibusdam observantiis evanescentes, antiqua sinceritas fors misit. Sunt Catafriges funesta. & Manichæi quædam celebrantes mysteria, iure damnata. Habentur etiam Adamitæ ob impudentiam iure ab ecclesia pulsæ; nudi enim viri, & femine, ad imitationem Adæ, mysteria exercebant, ecclesiamque suam paradisum vocabant, & tamen a superstitionis cultus observantia quantum differt superstitio nudatatis. Artonitæ qui Græco eloquio ex pane nunciantur & caseo, merito iudicentur extranei, quoniam pro pane & vino evangelico in mysteriis suis, velut Cain & Abel imitatores, panem & caseum offerebant. Aquarii quoque similiter, utpote aquam solam contra præceptum evangelicum offerebant; & tamen pie considerandum quod & hi, & illi ob hoc solummodo abjecti sunt, quia in mysterio sacrificii contra evangelicum & apostolicum constitutum, vel mutare quippiam, vel addere, aut subtrahere præsumserunt. Hæc igitur in sacris rite improbatæ iure videntur esse puniende, utpote quibus tantum mysterium impie violatur. Oro, quid commoverunt Eucharistiæ Græco vocabu-

lo ab orando occupati? quid Dactylicæ a digito? quid Ascetiæ ab utre vocitati deliquerunt, ut ecclesia excluderetur? bona est oratio, & tamen primi ob nimium orationis excessum repulsi; bonum est & silentium, sed ob nimiam silentii superstitionem, ita ut digitum labiis opponerent, secundi abjecti sunt. Jam vero Ascetiæ quid agebant, quam leve nunc, quam non curandum, quam etiam ludicrum putaretur? utrem inflatum, & opertum ebrui circumvenientes se utres novos evangelico vino repletos dicebant. Cavendum ergo patres beatissimi, & paterna vigilantia providendum, ne forte & nunc hostis antiquus, qui tanquam leo rugiens circuit quærens quem devoret, qui magnum de modico sæpe malum excitat, & de scintillis conflât incendia nova, per Las novas fantasias in simplicium & ignorantium cordibus errorum semina nutriat. Curandum etiam ne per earum imperitissimum adorem divina volumina violentur; confert enim ea assidue cum hebræis; & quia nullam linguæ eorum, nullam literarum familiaritatem habet, frequenter, ut audio, quæ sunt recta pervertit. Nam & in hac parte tantam patres abhibere cautelam, ut evangelia quæ beatus Hieronymus ab Eustio, sive Luciano falsata esse commemorat, inter libros non recipiendos abiecerunt. Quanto etenim magis istius emendatio debet esse suscipienda, qui in tantis, ut res ipsæ demonstrant, præceptum calcant scripturæ dicentis: *Ne transgrediaris terminos antiquos, quos*

*Conferunt patres tui.*

Hæc sunt, o sanctissimi patres, quæ pro timore Dei, pro honore fidei, pro amore vestro, immo totius ecclesie, mansuetudini vestræ credida intimanda. Nunc precor indignus, & obsecro per Dominum nostrum Jesum Christum, qui dilexit ecclesiam suam & seipsum credidit pro ea, mundans eam lavacro aquæ in verbo, ut exhiberet ipse sibi gloriosam ecclesiam, non habentem maculam aut rugam aut aliquid huiusmodi, ut inflammemini veritatis zelo, & una cum sancto concilio expugnetis errorem insulsum, neque de hac solum nostra, quæ prædæ, & direptioni, & conculationi patet, sed & ex aliis Christi ecclesie huius superstitionis pestilentiam exterminetis. Credite etiam, Domini omni mihi veneratione dignissimi, quia nihil ita hæc misera & miserabilis plangit ecclesia, sicut veritatis, quam non audit, dispendum, & multiplicium errorum, quos tolerare compellitur, incrementum. Videtis, sanctissimi, pro qua & adversus quem supplicem pro ecclesia videlicet Christi, cui fidem & caritatem usque ad mortem debeo; adversus fabricatorem mendacii, & cultorem perversorum dogmatum, qui temporibus prudentissimorum antistitum, temporibus religiosissimi principis, contra veritatem scripturarum, contra auctoritatem ecclesiasticorum patrum, contra omnem rationis ordinem, ecclesie Dei vivi, qui est columna & firmamentum veritatis, ausu temerario atque sacrilego, tanta errorum & superstitionum scandala inferre coratus est; quæ procul dubio habent initium, truncum, & medium patridum, & finem ruinofum. Nam aut humiliter confitebitur errorem, ut possit dignam præbere satisfactionem; aut si insaniarum suarum commenta pertinaciter atque impudenter asserere maluerit, quod ei non expedit, nec optamus, habet præcedentiam in talibus rebus, ut supra ostendimus, exempla, quorum exitus pertimetcat.

## CONCILIIUM AQUISGRANENSE II.

## LUDOVICI PII AUGUSTI JUSSU

Et evocatione, Aquisgrani in secretario basilicæ sanctæ Mariæ, quod Lateranis dicitur, celebratum, VIII. Idus Februarias, indictione XIV. anno Christi DCCCXXVI. Gregorii papæ IX. Ludovici ejusdem imperatoris XXIII.

## TITULI CANONUM.

## CAPUT I.

## De vita episcoporum.

- I. Ut episcopatum nemo ambias maneribus, & quales esse oporteat eos qui ad episcopatum assumuntur.
- II. Ut episcopus ministerio suo juxta regulam apostoli fungatur.
- III. Quod hospitalitas episcopo ubique secunda sit.
- IV. Ut episcopus litigijs non se immisceat contentionsibus, nec irreligijs locutionibus indulgeat.
- V. Ut nullus episcoporum, ministrorumve ipsorum, pro sacris ministeriis quidquam exigere presumat.
- VI. Ut episcopus ebrietati deditus, nisi se correxerit, deponatur.
- VII. Quod in vita sacerdotum pensandum sit qualiter quique doceat.
- VIII. Quod cum doctrina sacerdotis convenire ipsius vita debeat.
- IX. Quod actio episcopi populi actionem transcendere debeat.
- X. Quod cavendum sit episcopo ne hominibus placere cupiat.
- XI. Ut episcopi congregationes canonicorum monachorumque sibi subjectas diligentius gubernent.
- XII. Ut episcopi extra necessitatem remotiora loca retibus sedibus non frequentent.

## CAPUT II.

## De doctrina episcoporum.

- I. Quod episcopus ante omnia rectam fidem scire ac docere debeat.
- II. Quod veteris novique testamenti scripta nosse debeat.
- III. Quod spiritalem animarum medicinam ignorare non debeat.
- IV. Quod evangelicam & apostolicam doctrinam, canonicamque cum pastoralis sancti Gregorii scire debeat.
- V. Quod episcopum sacræ legis meditationi intentum esse oporteat.
- VI. Quod nosse debeat qua personarum discretione prædicandum sit.
- VII. Quomodo res ecclesiasticas dispensare debeat.
- VIII. Ut semel in anno in cæna Domini sancti olei unctionem non negligat.
- IX. De venerealibus in vigilia paschæ celebrandis.
- X. Ut litania major more Romano celebretur.
- XI. Ut singuli episcopi ministros suos recte instruant.
- XII. Ut qui detinuit ab imperatore defecerit, aut fidelitatem violaverit, si clericus est, gradum amittat, si laicus, anathematizetur.

## De vita &amp; doctrina inferiorum ordinum.

- I. De abbatibus canonicorum, ut congregationes suas verilo atque exemplo regant, & episcopi subditi sint.
- II. De abbatibus monachorum, ut gregis sibi commissi curam gerant, & de monachis, ut secularibus negotiis non implicentur.
- III. Ut monachi episcopos in quorum sunt parochia non parvipendant.
- IV. De ministris episcoporum, chorepiscopis, archiepiscopis, & archidiaconis, ne avari constituentur.
- V. De officio presbyterorum erga eos qui ad ipsorum ecclesias pertinent.
- VI. De quadruplici negligentia presbyterorum: Cuiusque relictis concessa sunt, a presbyteris, vel ab episcopo ministris non diripiuntur.
- VII. Ut presbyteri qui feminas domi vestitas habent ab episcopo corrigantur.

- VIII. Ut ab episcopis coerceantur presbyteri, qui contra canones aliquid indecenter agunt.
- IX. Ut clerici ad majorem disciplinam revocentur, suspendiisque amplioribus foveantur.
- X. De clericis qui ridiculo habentur, ut ad debitum statum reducantur, & laici congruum illis honorem impendant.
- XI. Ut cum presbyteris nulla cobabites femina: qui contra fecerit, gradum amittat.
- XII. Ut monasteria puellarum, in quibus disciplina est collapsa, per religiosos viros emendentur.
- XIII. Ut prelate monasteriorum sibi subditas probis moribus præcedant, & necessarium illis vitium vestitumque suppeditent.
- XIV. Ut prelate provideant ne in monasteriis sint loca in quibus Deus offendi possit.
- XV. Ut in omnibus congregationibus claustra & congrua habitacula fiant, atque ut singule secundum præscriptam sibi regulam vitam constituent.
- XVI. Ut unicuique ecclesiæ, si fieri potest, suas imponatur presbyter.

## CAPUT III.

## De persona regis, filiorumque ejus, &amp; ministrorum.

- I. Quod regis nomen ei qui recte regis conveniat.
- II. Quod imperator tuenda ecclesiæ causa sit consultus.
- III. Quod regale ministerium sit populum Dei cum justitia & pace regere.
- IV. Quibus verbis regis officium a Job & Salomone describatur.
- V. Ut imperator filiis suis, & proceribus, dignitatem sacerdotalem notam faciat.
- VI. Ut moneat fideles suos, ne de ecclesiasticis finibus opiniones sine causa sumant.
- VII. Ut accusationes episcoporum sine causa non admittantur, & ut secundum veritatem examinentur.
- VIII. De facultatibus ecclesiæ per laicos non distrahendis sed ab episcopo dispensandis.
- IX. X. Ut in constituendis pastoribus ecclesiarum & rectoribus monasteriorum curam adhibeat.
- XI. De republica ministris, & adiutoribus regis, quales eligendi sint.
- XII. Ut regis consilarii & ministri pacem & concordiam inter se habeant.
- XIII. Ut filios suos in Dei timore diligenter erudiat.
- XIV. Quod in his capitulis multa qua corrigi debent contineantur.
- XV. Quod contra divinam auctoritatem principes in causas ecclesiasticas proflerunt, & sacerdotes secularibus negotiis se occupant.
- XVI. De episcopali libertate concedenda.
- XVII. Ut ecclesiasticis quadagesima tempus sub quiete agere liceat.
- XVIII. Ut placida & nuptia diebus dominicis non fiant.
- XIX. De monasteriis qua propter republica necessitatem secularibus dantur.
- XX. Ut laici sacerdotes contempti non habeant.
- XXI. Ut familia ecclesiastica iniuste non graventur.
- XXII. Ut communicatio corporis Domini omni die dominica celebretur.
- XXIII. Ut presbyteri aliarum parochiarum sine episcopi sui consensu in palatio non recipiantur.
- XXIV. Ut monachi in publicis locis sine causa disturrere prohibeantur.
- XXV. Ut raptores viduarum aut virginum investigentur, & imperiali auctoritate castigentur.

## P R Æ F A T I O

IN nomine sanctæ Trinitatis, cum convenissemus episcopi, quorum nomina subter annexentur, synodali evocatione convocante nos gloriosissimo & or.

ANNO  
CHRISTI  
1179ANNO  
CHRISTI  
1179Epist. re.  
Famuli ve.  
suz

Lib. 1.

\* Forte, H.  
jam. H.

& orthodoxo imperatore Ludovico, invidiosissimo A stri magnificentiam, eandemque devotionem valde necessariam laudat Dei ecclesie duximus, atque benigno affectu commissa consideranda suscepimus: non aliquid novum querentes, nec contra veritatis religionem quid statuentes, sed statuta antiquorum patrum innovantes, quae per desidiam quorundam labefactari visa sunt in quocumque ordine, ac propter inusitatum vel inveteratum usum oblivioni tradita, ut ad pristinum, Domino adjuvante, gradum releventur, capitulis strictim annexendum censuimus. De duabus siquidem personis, quas principales in hoc mundo esse non dubium est, sacerdotalem prout sub tanto temporis spatio posse non denegat, nonnulla quae ad hoc pertinere visa sunt sub brevitate Bannexuimus.

## C A N O N E S.

## CAPUT I. De vita episcoporum.

## I.

Initium enim episcopalis culminis post divinam praedestinationem esse videtur, quomodo quisque ad culmen hujus honoris pervenit. Ideoque placitum conventui humilitatis nostrae, ut sicut saepe auctoritate divinarum scripturarum, scilicet beati Petri apostoli in Simonem magum damnatione, nec non & canonum sanctione, sed & beati Gregorii adhortatione sancitum est, nullus episcopale ministerium per ambitionem munerum attentare praesumat, sed is ad episcopale officium perveniat, si secundum apostolum vivat, id est irreprehensibiliter, sobrie, prudenter, pudice, ornate, cum hospitalitate, cum doctrina, non vinolenter, non injuriose, modeste, non litigiose, non cupide. Oportet etiam pontificem propriae domui esse bene praepositum, & testimonium habere bonum ab his qui foris sunt, ut doctrina Dei nostri exornetur in omnibus. Nos autem etiam adjungentes, & ab his qui intus sunt conversantes cum episcopo, habere testimonium omnem episcopum oportere.

## II.

Post vero, ut episcopus juxta regulam a beato Paulo apostolo decretam ministerium peragat episcopale: & qui secus gesserit, canonum coerceatur auctoritate.

## III.

Decernit etiam apostolus hospitalitatem esse sectandam ab episcopo, quam in pluribus reperimus locis neglectam. Ideoque placet, ut deinceps in singulis civitatibus & monasteriis, juxta modum rerum, hospitalitas ordinetur advenientium. Et placuit omnibus episcopis, ut quocumque sit loco episcopus, coram se aggreget pauperes semper ad refectonem.

## IV.

Interdicit praeterea apostolica auctoritas litigium omni episcopo; quam & non auctoritatem benigno amplectentes animo constituimus, ut nullus episcoporum se litigio-

Council. General. Tom. XIV.

ANNO  
CHRISTII  
116.

rigiosis immisceat contentionibus: sed ne-  
que irreligiosis vel indisciplinatis locutio-  
nibus, tam in domibus, quam in forinse-  
cis conventiculis, omnino indulgeat.

V.

Cupiditatem porro, tanquam radicem  
omnium malorum, & apostolica damnat  
sententia, & ab omni ordine ecclesiastico  
canonica proturbat interdictio, ita ut sta-  
tuerit nullum clericorum de qualibet re  
tenus accipere. Quorum auctoritatem &  
nos secuti decrevimus, immo illorum au-  
thoritati assensum præbuimus, ut nullus  
episcoporum, vel ministrorum ipsorum,  
deinceps pro distributione sacrorum ordi-  
num, pro dedicatione sanctæ ecclesiæ, seu  
pro acceptione sacri chris-matis, vel pro im-  
mutatione titulorum aliquid exigere præ-  
sumat; & qui fecerit, convictus canonicæ  
subiaceat disciplinæ.

VI.

Sobrietatem vero, quam apostolus epi-  
scopo habendam docet, adeo nos eam no-  
bis sectandam statuimus, ut nullus sacer-  
dotum ebrietatis depravatione se aut mi-  
nisterium suum vilescere faciat, quo me-  
rito reprehensibilis videatur, quia legimus  
ebrietatem dedecus esse cuique Christiano  
sectari, quanto magis sacerdotibus? Unde  
apostolus inquit: *Nolite inebriari vino, in  
quo est luxuria.* Legitur & alibi, sic opor-  
tere episcopum bibere, ut quasi non bi-  
bisse videatur. Quapropter deinceps qui-  
cumque hujus ordinis huic noxio vitio  
inserviens deprehensus fuerit, censuimus  
ut secundum statutum canonicum quicum-  
que ebrietati deservit, aut desinat, aut  
deponatur.

VII.

In ipsa autem vita sacerdotum pensan-  
dum est qualiter quisque doceat, sicut ait  
egregius doctor beatus Gregorius, ut re-  
cte docens infirmitatem suam quotidie om-  
ni consideratione cognoscat, ne aut humi-  
litas accessum fugiat, aut perversioni vi-  
ta contradicat, aut vitam doctrina desti-  
tuat, aut doctrinam præsumptio extollat.  
Prius ergo appetitum timor temperet, post  
autem magisterium quod suscipitur, vi-  
tam commendat: ac deinde necesse est ut  
pastoralis vitæ bonum quod vivendo osten-  
ditur, etiam loquendo propagetur.

VIII.

Doctrina autem sacerdotalis secundum  
cujusque qualitatem omnibus sufficiens esse  
debet, modesta, prudens, discreta, hone-  
sta, atque utilis: nec minus exemplum  
boni operis doctrinæ conveniens in sacer-  
dotibus esse debet, ut quod ore doctrina  
profert, vitæ meritum justæ operationis,  
verba sacerdotis omnibus delectabilia fa-  
ciat exequenda, vitamque probabilem com-  
mendet.

ANNO  
CHRISTII  
116.  
Lib. 1. c. 1.

In libro pastorali beatus Gregorius in-  
quit: Tantum debet actionem populi tran-  
scendere actio præfulis, quantum distare  
solet a grege vita pastoris. Oportet nam-  
que ut metiri se sollicitè studeat, quanta  
tenendæ rectitudinis necessitate constringi-  
tur, sub cujus æstimatione populus grex  
vocatur. Sit ergo necesse est cogitatione  
mundus, actione præcipuus, discretus in  
silentio, utilis in verbo, singulis compas-  
sione proximus, præ cunctis contempla-  
tione suspensus, bene agentibus per hu-  
militatem socius, contra delinquentium  
vitia per zelum justitiæ erectus: interno-  
rum curam in exteriorum occupatione non  
minuens, exteriorum providentiam inter-  
norum sollicitudine non relinquens.

X.

Ejusdem papæ ex eodem libro: Inter  
hæc necesse est ut rector solleter invigi-  
let, ne hunc cupido placendi hominibus  
pulsat: ne cum studiose interiora penetret,  
cum provide exteriora subministrat, se ma-  
gis a subditis diligi quam veritatem quæ-  
rat: ne cum bonis actibus fultus a mun-  
do videtur alienus, hunc auctori reddat  
extraneum amor suus.

XI.

Didicimus sane nonnullos episcopos in  
gubernandis congregationibus sibi subjectis,  
canonicis videlicet, & monachis, & san-  
ctimonialibus, hæcenus valde negligentes  
extitisse, & ob id multos in sui detra-  
ctionem & contemptum provocasse; ita ut  
nonnulli alii prælati in eorum parochiis  
constituti eorum prava exempla secuti,  
suas similiter congregationes neglexerint.  
Quos & fraterno & synodali conventu ad-  
monendos esse necessario duximus, ut ab  
hac negligentia deinceps se cohibeant, &  
ceteris se imitabiles præbeant: ne forte  
propter illorum incuriam, & divinæ ser-  
vitutis contemptus, & pericula promove-  
antur animarum, & auribus excellentiæ  
vestræ molestia ingeratur, & nostræ me-  
diocritati in sacris conventibus tædium &  
opprobrium inferatur.

XII.

Comperimus etiam quosdam socios or-  
dinis nostri, non causa necessitatis aut u-  
tilitatis, sed potius avaritiæ, & propriæ  
delectationis, sæpissime propria civitatis  
suz sede relicta, cleroque neglecto, remo-  
tiora loca frequentare: de qua re & de-  
stitutio divini cultus, & prædicatio in ple-  
bibus, & cura subditorum postponitur,  
& hospitalitas negligitur. Quod ne ulte-  
rius a quoquam, sine inevitabili necessita-  
te, & certa utilitate fiat, pari consensu  
inhibuimus.

1. Tim. 6.

Nic. synodus  
cap. 18.

Epist. 1.

In prælat.  
lib. 1. pasto-  
rali.

\* Forte,  
vita. H.

Lib. 1. c. 116.

Lib. 1. c. 117.



ANNO  
CHRISTI  
816.

## CAPUT II. De doctrina episcoporum.

A ritualis patriæ compunctionis aspiratione re-  
novetur.ANNO  
CHRISTI  
816.

Consultum etiam est in propositione secundi capituli, commissumque ventilandum, quid unumquemque episcoporum scire oporteret atque implere, nec omnino ignorare absque periculo liceret.

## I.

Primo visum est in omnibus, unumquemque pontificum scire oportere fidem sinceram, ut a principio sumamus exordium, omnium bonorum ponentes fundamentum, id est qualiter illum fidem ac credulitatem sanctæ Trinitatis in unitate deitatis sibi tenere atque credere conveniat, ac ceteros perfecte instruere, qualiter & ipsi credendo salvi fieri possint.

## II.

Summos itaque sacerdotes inexcusabiliter nosse oportet, ut ex veteris novique testamenti scriptis, quæ vera sunt salutique omnium proficua proferre doctè sciant, videlicet quantum divina gratia cælitus aspirare cuique dignatur: quia neminem in hac incertitudine positum assequi omnia posse certum est, quousque illo perveniat, ubi erit Deus omnia in omnibus.

## III.

Nec minus medicinam spiritualem, consiliumque salubre animarum pastores populi scire oportet, ut medicos spirituales, asserente sanctissimo pontifice Gregorio, atque dicente, Quia artium ars est regimen animarum. Quis autem interiora vulnera occultiora esse nesciat vulneribus viscerum? Et ideo metuendum est cordis se esse medicos profiteri sacerdotes ministerii sui ignaros.

## IV.

Convenit insuper sacerdotali ministerio scire formam evangelicam, documenta apostolica, canonum instituta, normam regulæ pastoralis a sanctissimo pontifice Gregorio editæ, ne juxta eundem sanctissimum virum ab imperitis, quod absit, pastorale magisterium aliqua temeritate usurpetur, aut vilescat.

## V.

Sed & hoc scire convenit, quantum rector sacræ legis meditationibus esse debeat intentus, juxta quod in libro pastorali habetur, id est quod omne bonum rite a rectore agitur, si supernæ formidinis & dilectionis spiritu afflatus, studiose quotidie sacri eloquii præcepta meditetur; ut in eo vim sollicitudinis, & erga cælestem vitam providæ circumspeditionis, quam humanæ conversationis usus indefinenter destruit, divinæ admonitionis verba restaurent; & qui ad vetustatem vitæ per societatem secularium ducitur, ad amorem semper spiritalium ducatur, ad amorem semper spiritalium ducatur, ad amorem semper spiritalium ducatur.

Concil. General. Tom. XIV.

## VI.

Sic denique ignorari non licet, quanta debet esse divertitis atque discretio in arte prædicationis, prout in libro pastoralis digestum habetur, ita inquirente sancto Gregorio: Ut enim ante nos longe reverendæ memoriæ Gregorius Nazianzenus edocuit, non una eademque cunctis exhortatio congruit, quia nec cunctos parvorum qualitas adstringit. Sæpe namque aliis officium, quæ aliis profunt. Ideoque rector scire debet discretiones personarum, quæ in eodem libro a plenius scire volentibus inveniri possunt.

## VII.

Similiter scire convenit præsulibus, res ecclesiasticas non ut proprias, sed a Domino sibi pro aliorum necessitatibus commissas: atque, juxta Prosperi documentum, nihil aliud esse res ecclesiæ, quam vota fidelium, pretia peccatorum, & patrimonium pauperum. Idcirco summopere est decertandum, ne aliquis pontificum ea quæ ecclesiasticis tradita sunt ministeriis pro remissione peccatorum, aut aliis aptanda officiis, aut pauperibus eroganda, ne aliquis ea propria cupiditate, aut potentum terrore, parentumque procuracione, ad alios usus retorqueat: ne forte, quod aliis extat remissio peccatorum, ipsis sit damnationis augmentum: sed potius solerti meditatione indigentibus eas & ecclesiasticis ministeriis distribuat, ne exinde a Domino velut inutilis dispensator damnetur; verum, quod beatius est, desiderabili voce laudetur, juxta evangelicæ parabolæ exemplum: *Euge serve bone & fidelis, intra in gaudium Domini Dei tui.*

## VIII.

Statutum etiam est, ut vel semel in anno, id est in quinta feria, quæ est in cæna Domini, unctio sancti olei, in quo salvatio infirmorum creditur, per omnes civitates ab episcopis non negligatur, sicut nunc usque neglecta est; sed omni devotione juxta traditionem apostolicam, ac statuta decretalium, in quo de eadem re præcipitur, peragatur.

## IX.

Vespertinales quoque in vigilia paschæ melius celebrandæ sunt, propter lætitiæ resurrectionis Domini, quam dimittendæ.

## X.

De litania quoque majore atque de rogationibus ventilatum est: sed communi consensu ab omnibus electum atque decretum, juxta morem Romanum, vii. Kalendas Maii illam celebrationem, secundum consuetudinem nostræ ecclesiæ, non omittendam.

ANNO  
CHRISTI  
616ANNO  
CHRISTI  
616

## XI.

Dignum etiam duximus, ut unusquisque episcoporum studeat ministros suos pro modulo possibilitatis bene instruere; ut si forte contigerit aliquem episcoporum tardiloquentem esse, aut infirmitate aliqua impeditum, habeat tamen ministrum doctum, qui ejus vice pabula verbi divini populo administrare possit: vel etiam si episcopus de hac mortalitatis luce tranferat, ut ecclesia, si a Domino factum fuerit, doctore futuro non indigeat.

## XII.

Constat igitur, quia quicumque potestati a Domino datæ resistit, juxta apostolicum documentum, Dei ordinationi resistit. Et ideo in commune statuimus, ut si quisquam episcoporum, aut quilibet sequentis ordinis ecclesiastici, deinceps timore, aut cupiditate, aut qualibet suasionem, a domino & orthodoxo Ludovico imperatore defecerit, aut etiam sacramentum fidelitatis illi promissum violaverit, & ejus contrariis malevola intentione quolibet modo se copulaverit, gradum proprium canonica atque synodali sententia amittat. Quod si quisquam laicus superius comprehensa facere tentaverit, sciat se ab universis gradu anathematizandum.

*De vita & doctrina inferiorum ordinum.*

Quia vero de vita atque doctrina episcoporum, quæ in posterum servanda, nec non tenenda, de pluribus perpauca divinæ auctoritatis documentis prædiximus, necesse est etiam ut de sequentibus ordinibus aliqua adjungamus.

## I.

Ut abbates canonici gregibus sibi commissis instanter invigilent, & geminam eis passionem impendant, id est cibi & verbi, quatenus absque murmurationis vitio Domino servire valeant: simul etiam ut prædicti abbates ecclesiastica jura intemerata custodiant, videlicet ut cognoscant, cujus prænomine notentur in eo quod abbates vocati sunt, quod & intelligitur in typo Christi, nomen spiritalis patris. Ideoque semetipsos nomini quod accipiunt conforment, ut subditis & spiritalibus filiis exemplum præeundo & informando religiose exhibeant. Ideoque non convenit ministerio ipsorum aliqua turpia aut secularia, vel etiam inania quæque sectari, quæ contra religionem esse noscuntur: sed potius canonice, religiose, caste, sobrie, atque pie & juste vita eorum omnibus sibi commissis æternæ felicitatis ducatum præbeat: & in quantum ipsi abbates, abbatumque subjecti, episcopis propriis pro se suisque omnibus rationem reddituros noverint, tanto eorum consilio atque auctoritate modis omnibus mancipentur.

## II.

Abbates vero monachorum oportet per vigili studio gregis sibi commissi curam gerere; videlicet ut sine quibus esse non possunt, temporalia subsidia administrent, tantoque id studiosius decertent agere, quanto sciunt exterius nihil contingere licere. Simul etiam divinæ lectionis studio jugiter eos informant, ne aut temporali auxilio divinum opus explere nequeant, aut torpentes otio in laqueum tentationis incidant. Ipsos etiam monachos passim, & quasi absque canonicæ auctoritatis jugo, effraznatos per secularia negotia minime oportet discurrere, & villicis atque secularibus curis intervire; sed secundum institutionem canonicam in quibus renuntiaverunt contentos esse, & neque secularibus, neque ecclesiasticis negotiis, nisi in causa necessitatis, accepta tamen propriæ civitatis episcopi licentia, interesse.

## III.

Monachi interea non debent parvipendere pastores suos, in cujusque parochia consistentes, sicut aliqui faciunt.

## IV.

Episcopi ministros non sectantes avaritiam per parochias suas constituant. Comperimus quorundam episcoporum ministros, id est chorepiscopos, archipresbyteros, & archidiaconos, non solum in presbyteris, sed etiam in plebibus parochiæ suæ avaritiam potius exercere, quam utilitati ecclesiasticæ dignitatis inservire, populique saluti consulere. Quam negligentiam, immo eorum execrabile ac damnable cupiditatis vitium omnes in commune deinceps vitandum statuimus. Pertimescenda porro & vigilanter cavenda est sacerdotibus Domini Heli sacerdotis ruina, qui filios suos indigne agentes, Deumque pravis suis actibus ad iracundiam provocantes, sacrificioque Domini injuriam irrogantes, quia verbis tantum & non verberibus corripuit, eis divina justaque ultione ruentibus ruit. At si forte, quod absit, ullus episcoporum deinceps sectatores avaritiæ ministros in parochiâ sua constituerit, & eorum cognitam pravitatem auctoritate pastoralis acriter ferire detrectaverit, exemplum negligentis Heli sacerdotis imitari se cognoscat, & synodali correctioni modis omnibus subjiendum. Nam & in consensu communi statuimus, ut unusquisque episcoporum super archidiaconos suos deinceps vigilantiorum curam adhibeat, quoniam propter eorum avaritiam & morum improbitatem multi scandalizantur, ministerium sacerdotale vituperatur, & in ecclesiis a sacerdotibus multa propter eos negliguntur.

## V.

Presbyterorum vero qui præsent ecclesiæ Christi, & in confectione divini corporis,

ANNO  
CHRISTI  
636

poris, & sanguinis consortes cum episcopis sunt, ministerium esse videtur, ut in doctrina præsent populis, & in officio prædicandi, nec in aliquo desides inventi appareant. Item ut de omnibus hominibus, qui ad eorum ecclesiam pertinent, per omnia curam gerant, scientes se pro certo reddituros rationem pro ipsis in die iudicii, quia cooperatores oneris nostri esse procul dubio noscuntur. Quapropter ab ortu nativitatis cujusque ad se pertinentis prædictam curam habeat, ne aliquis eorum absque renatione sacri baptismatis moriatur. Post acceptum autem sacrum baptismum, sine manus impositione episcopi non remaneat: ac deinde imbuatur scire orationem dominicam atque symbolum. Postea vero qualiter vivere debeat doceatur. Si forte vitiosus vel criminofus apparuerit, qualiter corrigatur provideat. Si autem infirmitate depressus fuerit, ne confessione atque oratione sacerdotali, nec non unctioe sacrificati olei per ejus negligentiam careat. Denique si finem urgentem perspexerit, commendet animam Christianam Domino Deo suo more sacerdotali cum acceptione sacrae communionis, corpusque sepulturæ, non ut mos est gentilium, sed sicut Christianorum.

## VI.

De presbyteris, & eorum ecclesiis, unde multa negliguntur, & scandala generantur, in nostra discussione quatuor nobis pericula apparuerunt. Primo quia nonnulli eorum ab ipsis sacerdotibus quadam securitate accepta, nec ea quæ ad cultum divinum pertinent faciunt, neque in restauratione & luminaribus ecclesiæ studium habent, nec etiam senioribus suis debitam reverentiam exhibent, & insuper ecclesias suas exspoliant, & in prædola sua propria transferunt: Quæ omnia ad negligentiam eorum pertinere deprehendimus. Ob id vero quadam occasione accepta seniores eorum permoti in tantam audaciam prorumpunt, ut eos etiam illicite, & inhoneste, atque irreverenter tractare præsumant. Unde summopere omnibus modis abhinc providendum judicavimus, ut ea quæ a domino imperatore, consensu episcoporum, ob honorem & amorem Dei ecclesiis concessa sunt, non in avaritiam presbyterorum, aut in rapacitatem episcoporum ministrorum, sed in utilitatem ecclesiæ, & in usus clericorum & pauperum deveniant.

## VII.

Illud quoque non minus periculofum esse didicimus, quod in quorundam episcoporum parochiis quosdam presbyteros, contra interdicta sanctorum canonum, feminas in domibus suis non solum habitare, sed etiam ministrare sibi faciunt, quas & laqueum sacerdotibus sæpe extitisse,

& multos hac occasione in scandalum, & in detraktionem corruisse cognovimus. Quæ transgressio & tempore genitoris vestri, & vestro in conventibus episcoporum secundum auctoritatem canonicam prohibita, sed necdum ad correctionem plene est perducta. Unde in commune censuimus, ut hi qui tantæ transgressionis incorrectores hæctenus extiterint, si abhinc hujus rei correctores esse neglexerint, juxta apostoli sententiam, quasi consentientes malorum coerceantur.

## VIII.

Similiter de illis presbyteris, qui contra statuta canonum villici fiunt, tabernas ingrediuntur, turpia lucra sectantur, & diversissimis modis usuris inserviunt, & aliorum domos inhoneste & impudice frequentant, & comestationibus & ebrietatibus deservire non erubescunt, & per diversos mercatus indiscrete discurrunt, observandum judicavimus, ut abhinc districte severiterque coerceantur; ne per eorum illicitam & indecentem actionem, & ministerium sacerdotale vituperetur, & quibus debuerant esse in eorum exemplum, deveniant in scandalum.

## IX.

Necessarium etiam in quibusdam reperimus ecclesiis, ut clericorum ordo majori adstringatur disciplina & custodia, ampliorique soveatur stipendiorum copia, ut occasione temporalium subsidiorum sanctorum non depereat institutio rerum.

## X.

De eorundem presbyterorum vita, quæ, ut vos vere fateamini, ridicula habetur, quantum nobis posse est, curabimus ut minus perfecti eorum actus ad debitum revocentur statum. Vestrum autem erit præcipere laicis, ut ipsi congruum eis & debitum impendant honorem, & in eos qui contra eos perperam gesserunt congrua procedat castigatio, quatenus & illi corrigantur, & reliqui terreantur.

## XI.

Decernimus etiam, ut presbyteris nulla omnino cohabitent feminarum: contemnentes autem hanc constitutionem periculum proprii sustinere gradus.

## XII.

Illud namque necessarium visum est de monasteriis puellarum, quæ in quibusdam locis lupanaria potius videntur esse, quam monasteria, propter negligentiam stipendiorum, aut certe insolentiam prælatarum. Unde postulandum est, ut religiosi viri ad hoc dirigantur, ut talia inquirent, & secundum religionem Deo placibilem emendare studeant, sicut superius de clericis decrevimus.

## XIII.

Admonendæ etiam sunt prælatæ monasteriorum, ut subditas moribus probis at-

ANNO  
CHRISTI  
636

Lib. 1. c. 17.

que

ANNO  
CHRISTI  
116

que exemplis præcedant, & de necessariis A  
subditarum victualibus ad proprios usus  
subditis subtrahere non præsumant: ne &  
illæ inde, occasione videlicet minorationis  
victus atque vestimentorum, in laqueum  
incidant diaboli. Sed deinceps illæ ovibus  
Christi præferendæ sunt, quas contagio  
vitiatorum non coinquinet, sed religionis  
devotio commendet. Nam illud perspi-  
cuum est, quæ necdum noverant esse filiz  
in disciplina religionis, nec in sese reli-  
gionis normam habentes, matres religio-  
sarum fieri non posse.

## XIV.

Admonendæ prælatæ sunt, ut prævide-  
ant ne in ipsis monasteriis multimodi sint  
anguli, vel talia loca, quæ sint tenebro-  
sa, aut certe visui prælatorum occulta, in  
quibus Deus pro sceleribus inibi commis-  
sis ad iracundiam provocetur.

## XV.

In custodiis vero congregationum, tam  
canonicorum, quamque monachorum, nec  
non sanctimonialium, summo opere studen-  
dum centumus, ut in omnibus locis clau-  
stra eis prævideantur religioni eorum con-  
gruentia: sed & habitacula domorum, in  
quibus religio Deum sequi volentibus per-  
fici atque augeri possit potius quam vitia  
nutriri. Hoc tamen ut non negligatur a  
prælatis congregationum missis dominicis  
committatur. Modus autem erga ipsarum  
congregationum disciplinam hic esse debet,  
id est ut canonici, secundum id quod con-  
tinetur in libro qui de eorum vita \* col-  
lectus, religiose convertentur: monachi  
vero secundum traditam a beato Benedic-  
to regulam unanimiter, quantumcumque  
posse est, cujusque religionis regularem  
vitam in omnibus sectentur. Sanctimonia-  
les denique, secundum id quod earum-  
dem texus fragilitati congruit, religioni  
cum omni diligentia subdantur.

Hæc nos fideles & devotissimi famuli &  
oratores vestri, juxta parvitatem sentus  
nostri, prout brevis temporis permisit,  
secundum sanctam ordinationem vestram,  
de his quæ ad nostram, & confacerdotum  
subjectorumque nostrorum correctionem &  
emendationem pertinere perspeximus, pau-  
ca de multis sanctarum scripturarum ex-  
cerptis exempla, licet per plura inibi ad  
hæc pertinentia non ignorentur, quæ si  
per singula annotarentur, nec etiam anni  
volutionem ad hoc posse credimus suffice-  
re; ideoque, ut diximus, pauca succincte  
ordinatimque, ut videtur, annotavimus.

## XVI.

Communi consensu insuper censuimus,  
ubicumque possibile fuerit, unicuique ec-  
clesiæ suæ provideatur ab episcopis pres-  
byter, ut per se eam tenere possit, aut  
etiam priori presbytero subjugatus mini-  
sterium sacerdotale perficere possit. Quia

in multis locis pericula presbyterorum im-  
minentia perspeximus. Videlicet in officiis  
divinis, quamquam missarum celebratio-  
nes per omnes ecclesias sibi commissas a-  
gere possent, cetera officia, quæ ad divi-  
num cultum pertinent, propter impossibi-  
litate & multitudinem ecclesiarum, quo-  
dammodo neglectu elapsa. Similiter &  
prævidentiæ in baptisate infirmorum, &  
in confessione querentium, atque in com-  
munionem periclitantium, per plura reman-  
sisse. Ideoque congruentius, ut supra di-  
ctum est, omnibus videtur, cuique con-  
gruere ecclesiæ proprium habere presbyte-  
rum.

His itaque sic se habentibus, nunc quia  
communium salutem perspicendam atque  
considerandam dignum duximus, petimus  
insuper jam, quia labor ad ea quæ pro-  
posita sunt inquirenda additus est, ut non  
in tædium auditui vertatur, sed potius ad  
audiendum aures accommodentur, suppli-  
ci devotione rogamus.

## CAPUT III.

De persona regis, filiarumque ejus, &  
ministeriorum.

Tertium quoque capitulum duobus superioribus  
capitulis ex parte convenire videtur, in vita scilicet  
atque doctrina sacerdotum; in quibusdam ve-  
ro, pariter cum sacerdotibus principes & omnem  
populum Christianorum tangere non dubitatur,  
sed & in utroque ordine partim defecisse. In sa-  
cerdotibus enim defecit, auctoritate sacerdotalis  
ordinis labente, quantum in ipsorum studio ali-  
quid minus fuit quam conveniret; in principibus,  
scilicet in illis quos vos benevola intentione enu-  
trite studuistis atque sublimastis, non permanente  
dilectione, sed abundante iniquitate, & refrige-  
scente multorum caritate. Sed nunc quia de his  
quæ præmissa sunt vestro ardentissimo desiderio  
prius satisfacere studuimus; illud tamen, quod ad  
vestram specialiter personam ministeriorumque per-  
tinere cognoscimus, nullatenus oblivioni tradidi-  
mus: sed potius vestræ salutis prospicientes, non-  
nulla capitula necessaria fideliter collegimus, &  
vobis familiariter admonitionis gratia devoteque  
porrigenda devovimus. Similiter quedam ad filios  
vestros pertinentia, quedam vero ad commilitones  
vestros non minus pertinentia. Nec prætereundum  
dignum judicavimus, ut aperte atque distincte  
inspicendo, legendo, & audiendo, vestra cogno-  
scere possit solertia, filiorumque vestrorum, ac  
ceterorum omnium industria, de quibus, & pro  
quibus convenienter humilitati nostræ secundum  
virtutum possibilitatem nostrarum fideliter tradavi-  
mus pro communi omnium perpetua salute.

## I.

Ut quid rex dictus sit, Isidorus in libro  
sententiarum scribit: Rex enim, inquit,  
a regendo vocatur. Si enim pie, & juste,  
& misericorditer regit, merito rex appel-  
latur: si his caruerit, non rex, sed tyran-  
nus est. Antiqui autem, ut idem Isidorus  
libro etymologiarum scribit, omnes reges

Isidorus in  
libro 2. sent.  
c. 46.

ANNO  
CHRISTI  
816.ANNO  
CHRISTI  
816.

tyrannos vocabant: sed postea pie, & misericorditer regentes nomen sunt adepti; impie vero, injuste, crudeliterque principantibus non regis, sed tyrannicum aptatum est nomen. Unde & beatus Gregorius ait in moralibus. Viros namque sanctos proinde vocari reges in sacris eloquiis didicimus, eo quod recte agant, sensusque proprios bene regant, & motus resistentes sibi rationabili discretionem componant. Recte igitur illi vocantur reges, qui tam semetipsos, quamque subiectos bene regendo, pacificare noverunt.

## II.

Ad quid etiam constitutus sit imperator Fulgentius in libro de veritate predestinationis & gratiae scribit: Clementissimus quoque imperator non ideo est misericordiae vas praeparatum in gloriam, quia apicem terreni principatus accepit, sed si in imperiali culmine recta fide vivat, & vera cordis humilitate praeditus culmen regiae dignitatis sanctae religioni subiciat: si magis in timore servire Deo, quam in tumore dominari populo delectetur: si in eo lenitas iracundiam mitiget, ornet benignitas potestatem: si se magis diligendum quam metuendum cunctis exhibeat: si subiectis salubriter consulat, si iustitiam sic teneat, ut misericordiam non relinquat: si praeter omnibus ita se sanctae matris ecclesiae catholicae meminerit filium, ut eius paci atque tranquillitati per universum mundum prodesse suum faciat principatum. Magis enim Christianum regitur ac propagatur imperium, dum ecclesiastico statui per omnem terram consulitur, quam cum in parte quacumque terrarum pro temporali securitate pugnatur. Unde & Isidorus dicit: Principes namque saeculi nonnunquam intra ecclesiam potestatis adeptae culmina tenent, ut per eandem potestatem disciplinam ecclesiasticam muniant. Ceterum intra ecclesiam potestates necessariae non essent, nisi ut quod non praevalet sacerdos efficere per doctrinae sermonem, potestas hoc imperet per disciplinae terrorem. Saepe per regnum terrenum caeleste regnum proficit, ut qui intra ecclesiam positi contra fidem & disciplinam ecclesiae agunt, rigore principum contendantur, ipsamque disciplinam, quam ecclesiae utilitas exercere non praevalet, certibus superbiorum potestas principalis imponat. Salomon in proverbis: *Misericordia & veritas custodiunt regem, & roborat clementiam sbronum eius.*

## III.

Regale namque ministerium specialiter est, populum Dei gubernare & regere cum aequitate & iustitia, & ut pacem & concordiam habeant studere. Ipse enim debet primo defensor esse ecclesiarum & servorum Dei, viduarum, orphanorum, ce-

terorumque pauperum, nec non & omnium indigentium. Ipsi enim terror & studium huiusmodi, in quantum possibile est, esse debet: primo ut nulla iniustitia fiat; deinde, si evenerit, ut nullo modo eam subsistere permittat, nec spem delitescendi, siue audaciam male agendi cuiquam relinquat: sed sciant omnes, quoniam si ad ipsius notitiam pervenerit quidpiam mali quod admiserint, nequaquam incorrectum aut inultum remanebit, sed iuxta facti qualitatem erit & modus iustae correctionis. Unde oportet, ut ipse iudex est, iudicium causamque pauperum ad se ingredi faciat, & diligenter inquirat, ne forte illi qui ab eo constituti sunt, & vicem eius agere debent in populo, injuste aut negligenter pauperes oppressiones pati permittant. Scire autem unumquemque, cuiuslibet sit ordinis, oportet, quia si de otioso sermone Deo rationem redditurus est, multo magis de ministerio divinitus sibi commissio.

## IV.

De ministerio autem regis ita Job loquitur: *Cumque sederem quasi rex circumstante exercitu, eram tamen merentium consolator. Auris audiens benedicebas me, & oculus videns testimonium reddebas mihi, quod liberassem pauperem vociferantem, & pupillum cui non esses adiutor. Benedictio peristuri super me veniebas, & cor viduae consolatus sum. Iustitia indutus sum, & vestivi me sicut vestimento & diademate iudicio auro. Oculus sui caeco. & pes claudo: pauper eram pauperum, & causam quam nesciebam diligentissime investigabam. Conterebam molis iniqui, & de dentibus illius auferebam praedam. Salomon: Rex qui sedes in solio iudicii dissipat omne malum intuitu suo. Item idem in libro Sapientiae: *Diligite iustitiam, qui iudicatis terram: sentite de Domino in bonitate, & in simplicitate cordis quatinus illum.* Item ibi: *Audite ergo reges & in colligite, discite iudices finium terra: praecite aures vos qui consistitis multitudines, & placeatis vobis in turbis nationum: quoniam data est vobis a Domino potestas, & virtus ab altissimo, qui interrogabit opera vestra, & cogitationes scrutabitur: quoniam cum essetis ministri eius, non recte iudicatis, neque custoditis legem iustitiae, neque secundum voluntatem Dei ambulatis. Horrende & cito apparecbit vobis, quoniam iudicium durissimum in his qui praesunt fiet. Exiguo enim conceditur misericordia: potentes autem potenter tormenta patientur. Non enim subtrahit personam cuiusquam Dominus, nec reverebitur cuiusquam magnitudinem: quoniam pupillum & magnum ipse fecit, & aequaliter pro omnibus cura est illi. Extant & alia innumera sacramenta scripturarum testimonia regio nomini & officio convenientia, super quibus colligendis vestra sancta devotio idcirco magnum nobis ademit laborem, eo quod divina gratia adeo**

ANNO  
CHRISTI  
836.

tor virtutum prerogativis vestrum reple-  
verit animum, & exornaverit dignitatem,  
ut non sit necesse sacerdotibus Domini co-  
piosioribus exemplis qualibet exaggeratio-  
ne vestrum animum onerare. Quare Deo  
omnipotenti gratias uberrimas ac multi-  
plices referimus, qui ita vos pia religio-  
ne, sancta devotione, benigna humilitate,  
amore justitiae, operibus misericordiae,  
ceterarumque sanctarum virtutum perfe-  
ctione sua gratuita pietate diravit, ut  
merito ab omnibus amandi & imitandi  
sitis.

## V.

Petimus humiliter vestram excellentiam,  
ut per vos filii, & proceres vestri, no-  
men, potestatem, vigorem, & dignitatem  
sacerdotalem cognoscant: quod ex verbis  
Domini facile intelligere possunt, quibus  
beato Petro, cujus vicem indigni gerimus,  
ait: *Quaecumque ligaveris super terram, erunt  
ligata & in caelo.* Et alibi discipulis generali-  
ter dicit: *Accipite Spiritum sanctum: quorum  
remiseritis peccata, remittuntur eis, & quorum  
retinueritis retenta sunt.* Illud etiam ad exem-  
plum reducendum est, quod in ecclesiasti-  
ca historia Constantinus imperator episco-  
pis ait: Deus, inquit, constituit vos sa-  
cerdotes, & potestatem vobis dedit de no-  
bis quoque iudicandi: & ideo nos recte a  
vobis iudicamur; vos autem non potestis  
ab hominibus iudicari. Propter quod Dei  
soli inter vos expectate iudicium, & ves-  
tra iurgia, quaecumque sunt, ad illud di-  
vinum referentur examen. Vos enim no-  
bis a Deo dati estis dii, & conveniens  
non est ut homo iudicet deos, sed ille so-  
lus de quo scriptum est: *Deus sedit in sy-  
nagoga deorum, in medio autem deos discernit.*  
Sed & hoc illis ad memoriam reducen-  
dum est, qualiter beatus Prosper, in libro  
quem de contemplativa & actuali vita  
scripsit, laudem sacerdotum comprehende-  
rit: *Ipsis enim, inquit, sacerdotibus pro-  
prie animarum curandarum sollicitudo com-  
missa est, qui pondus populi sibi commissi  
viriliter sustinentes, pro peccatis omnium,  
veluti pro suis, infatigabiliter supplicant  
Deo, ac velut quidam Aaron incensum  
contriti cordis & humiliati spiritus oste-  
rentes, quo placatur Deus, avertunt iram  
futuræ animadversionis a populo: qui per  
Dei gratiam sunt divinæ voluntatis indi-  
ces, ecclesiarum Christi post apostolos fun-  
datores, fideles populi duces, veritatis as-  
sertores, pravæ doctrinæ hostes, omnibus  
bonis amabiles, & male sibi concisus etiam  
ipso visu terribiles, vindices oppressorum,  
patres in fide catholica regeneratorum,  
prædicatores cælestium præmiorum, exem-  
pla bonorum operum, documenta virtu-  
tum, & forma fidelium. Ipsi sunt eccle-  
siæ decus, quibus amplius fulget ecclesia.  
Ipsi columnæ firmissimæ, quibus in Chri-*

Lib. 1. con-  
cil. Paris.  
cap. 1. & 9.

Matth. 18.

Matth. 28.

Ruth. 1. 13.

2. Tim. 1. 17.

Lib. 1. c. 2.

Asto fundatis innititur omnis multitudo cre-  
dentium. Ipsi januz civitatis æternæ, per  
quas omnes qui credunt ingrediuntur ad  
Christum. Ipsi janitores, quibus claves  
datæ sunt regni cælorum. Ipsi etiam dis-  
pensatores regis domus, quorum arbitrio  
in aula regis æterni dividuntur gradus &  
officia singulorum. Licet enim sanctis præ-  
cedentibus sacerdotibus vita & meritis lon-  
ge inferiores simus, idem tamen sacrum  
ministerium, quod indigni suscepimus, non  
minoris auctoritatis & dignitatis existit.  
Et quamquam ministerio tanto indigni si-  
mus, propter illum tamen, cujus ministe-  
rium gerimus, in nobis non est contem-  
nendum.

## VI.

Illud etiam specialiter necessarium ve-  
stræ suggerere pietati duximus, ut fideles  
vestri per vos admoneantur & instruantur,  
quatenus quando aliquid nobis vestra celsi-  
tudo de nostra correctione, vel vestra, nec  
non & illorum salute tractandum commit-  
tit, ut non per inanem & falsam suspi-  
cionem contra nos scandalum sumant, &  
sine causa in nos detrahendo Deum offen-  
dant, & unde sibi salutem sperare & ac-  
quirere debuerant, culpam incurrant. Quia  
nos nihil aliud querere aut tractare desi-  
deramus, nec nostri officii est ut facia-  
mus, nisi quod ad nostrum debitum mi-  
nisterium, & ad illorum salutem perti-  
net. Et ideo non debemus ante tempus  
per suspicionem iudicari, sed patienter ex-  
pectari, donec ipsa veritas manifestum fa-  
ciat, utrum magis audiendi an improban-  
di simus. Nos enim, si forte evenerit, ut  
aliquid sinistra opinionis de nobis fama  
spargerit, Deo nobis opem ferente, æqua-  
nimiter tolerare & possumus & debemus.  
Ipsi vero culpa immunes esse non possunt,  
dum patrum & fratrum intentionem sine  
causa reprehendere non metuunt. Quo-  
niam hoc summopere elaborandum est no-  
bis & vobis, ut semper inter pastores ec-  
clesiarum & gregem Christi pax & con-  
cordia unanimitalque servetur. Nisi enim  
caritatem & concordiam invicem habue-  
rint, Deum sicut oportet propitium ha-  
bere non merentur. Quapropter, sicut præ-  
missum est, cum Deo inspirante vestra pie-  
tas de ecclesiastica & communi utilitate  
aliquid nobis tractare præcipit, non est  
nobis fas mentiri: quia aliquando verita-  
tem sine gravi periculo ad tempus retice-  
re, nunquam tamen interrogati de ipsa  
veritate sine gravi discrimine possumus  
mentiri. Sed quia veritas sæpe odium ge-  
nerat, & sermo Dei adversarius a Domi-  
no nostris carnalibus voluptatibus describi-  
tur, tamen ei in via, id est in præfenti  
vita consentiendum est. Sic etiam erga  
nos agendum est, ut quotiescumque inter-  
rogati veritatem proferimus, quamquam

ANNO  
CHRISTI  
836.

non-

ANNO  
CHRISTI  
116.

nonnulli infirmi sine causa scandalizentur, nobis tamen consentiendum est propter ipsam veritatem. Nam sæpe, quando vobis suggerimus, ut fideles quique res ecclesiarum pie & cum reverentia & timore Dei tractent, & cognoscant illas Deo esse dicatas, quatenus sic habeant de illis temporalem profectum, ut non propter ignorantiam & negligentiam æternum patiantur detrimentum: suspicantur nonnulli, quod nos causa cupiditatis potius hoc admoneamus, quam causa salutis, cum nos veraciter nullis rebus sibi collatis optemus eos exspoliari, sed magis eorum communi salutis consultum præbere: quia non rerum, ut multi arbitrantur, ambitione, sed animarum potius delectamur salvatione.

## VII.

Didicimus sane nonnullos episcoporum a quibusdam personis clam temeraria detractioe accusatos atque detractos, sine approbatione tamen, in causis reprehensibilibus, quæ pontificatus ordini non congruere vitæ sunt, si approbatæ fuerint. Idcirco obnixè precamur, ut si aliquis deinceps accusator annis fuerit aliquem excessum in episcopali ordine rite reprehendere, & ad aures imperiales perducere, ut non facile per cuiuscumque personam officium tanti ministerii in aliquo vilescere videatur. Accusator itaque uti, sicut hætenus, delitescendo se subtrahere locum non habeat, sed neque accusatus: huius rei veritas synodali conventui pateat, ibidemque omni occasione remota utrorum examinatio secundum veritatem examineatur, ut quod quisque meretur, accusatus videlicet, sive accusator, pro merito canonice disciplinæ subiaceat: ne forte quicumque sacerdotum se reprehensibilem exhibere audeat, aut etiam quisque leviter inaniterque propriæ intemperantiæ assensum præbens, tanti ordinis viros sine causa atque probatione vituperare præsumat. Licet enim sacerdotes moderno tempore, propter imminentes perturbationes, in multis sint negligentes, non sunt tamen vituperandi nec despiciendi; sed propter illum, cuius ministerium gerunt, audiendi & congruo honore venerandi. Post apostolos enim ad ipsos hæc Domini sententia dirigitur: *Qui vos audit me audit, & qui vos spernit me spernit.* Quapropter attendendum est, quod sacerdotum Christi spretio ad injuriam Christi pertinet, cuius vicem & ministerium gerunt.

## VIII.

De conservandis rebus quæ a fidelibus conferuntur, in canonibus Nicæni concilii ita roboratum esse constat: Quæ sunt ecclesiæ sub omni sollicitudine, & conscientia bona, & fide quæ in Deum est, quæ cuncta considerat judicat. serventur,

Concil. General. Tom. XIV.

quæ etiam dispensanda sunt iudicio & potestate pontificis, cui commissus est populus, & animæ quæ intra ecclesiam congregantur. Item in decretalibus papæ Symmachi: Synodali igitur conventu provida sententia modis omnibus enervari placuit, & in irritum deduci, ne in exemplum remaneret præsumendi quibuslibet laicis, quamvis religiosi vel potentibus, in quacumque civitate quolibet modo de ecclesiasticis facultatibus aliquid distrahendo decernere, quarum solis sacerdotibus disponendi indiscussa a Deo cura commissa docetur. Quoniam, ut beatus Prosper ait, res ecclesiæ non sunt propriæ, sed communes; vota videlicet fidelium, pretia peccatorum, & patrimonia pauperum. Ergo quæ a religiosi viris ad substantiam pauperum ac servorum Dei, & sustentationem ac reparationem ecclesiarum sunt derelicta, nulli contra fas sine aliqua pietatis consideratione licet dispergi. Item unde supra in concilio Toletano: Quia ecclesiarum omnium dotes ad episcoporum ordinationem & potestatem pertineant, nec a quoquam aliqua præsumptione distrahantur. Item post pauca: Omnis itaque rei ecclesiasticæ quantitas, sicut remedium veniæ tribui conferenti, ita damnum rite præparat abstrahenti.

## IX.

Iterum monendo magnitudini vestræ suppliciter suggerimus, ut deinceps in bonis pastoribus rectoribusque in ecclesiis Dei constituendis magnum studium atque solertissimam adhibeatis curam: quia, si aliter factum fuerit, & ordo ecclesiasticus suam non habeat dignitatem, & religio Christiana in multis labefactanda damna detrimenti sui patietur, & animæ vestræ, quod non optamus, periculum generabitur.

## X.

Similiter poscimus, ut in abbatibus constituendis, & rectoribus monasteriorum, vestrum specialiter caveatis periculum, sicut vobis sæpe est dictum, & per divinam auctoritatem crebrius manifestatum.

## XI.

Sed & hoc obsecramus, ut in eligendis adiutoribus vestris, & reipublicæ ministris, qui vice vestra populum Dei regere & gubernare atque judicare debent, solertissimam providentiam habeatis, semper illud attendentes quod in libro Exodi ad Moysen dicitur: *Provide, inquit, de omni populo viros prudentes & simplices Deum, in quibus sit veritas, & qui oderint avaritiam: & constitue ex eis tribunos, & centuriones, & quinquagenarios, qui judicent populum omni tempore: quidquid autem majus fuerit, referant ad te, & ipsi minora tantummodo judicent, leviusque sibi sit partitio in alios onere. Si hoc feceris, implebis imperium Domini, & præcepta*

Xx

ejus

ANNO  
CHRISTI  
116.

Syn. III. c. 4.

De vitæ con-  
templativa  
lib. 2. cap. 4.Concil. To-  
letano III  
cap. 19.

L. 1. 16.

Syn. Antio-  
ch. 111. c. 24.

Ejus 11

ANNO CHRISTI 816  
Deus 16

Deus 1

1 Paral 19

Lib. 1. Conc. 19

eius poteris sustentare. Unde & in libro Deu-  
reiononii: *Judices, inquit, & magistros con-*  
*stitues in omnibus partibus tuis, quas Dominus*  
*Deus tuus dederit tibi per singulas tribus tuas,*  
*ut iuacens populum iusto iudicio, nec in ali-*  
*quam partem declinens. Item ibi: Dixique vo-*  
*bis in illo tempore: Non possum solus sustinere*  
*vos, quia Dominus Deus vester multiplicauit*  
*vos, & estis bodie sicut stella cali plurimi.*  
*Dominus Deus patrum vestrorum addat ad hunc*  
*numerum multa millia, & facias vobis sicut*  
*locutus est. Non valto solus sustinere vestra ne-*  
*gotia, & pondus, & iurgia. Date ex vobis*  
*viros sapientes & gnaros, & quorum conversa-*  
*siso sit probata in tribubus vestris. Sed & in*  
*libro Paralipomenon ita legitur: Consiui-*  
*que rex Josaphat iudices terra in cunctis civi-*  
*tatibus Juda munitis per singula loca, & pra-*  
*capiens iudicibus, Videte, ait, quid faciatis.*  
*Non enim hominis exercetis iudicium, sed Dei,*  
*& quodcumque iudicaueritis, in vos redundabit.*  
*Sit timor Domini vobiscum, & cum diligentia*  
*cuncta facite. Non enim est apud Dominum*  
*Deum vestrum iniquitas, nec personarum acce-*  
*ptio, nec cupido munerum.*

XII.

Rogamus etiam vestram pietatem pro-  
pter divinam misericordiam, vestramque  
salutem, ac totius populi utilitatem, nec  
non & regni honorem atque stabilitatem,  
ut vestra pietas solertissimam vigilantiam  
adhibeat, quatenus consiliiarii & dignitatis  
vestre ministri, custodesque animæ vestre  
& corporis, qui debent esse intra regnum  
aliis decus, & bonitatis exemplum, & in  
ceteris nationibus bonæ opinionis condi-  
mentum, caritatem, pacem, atque con-  
cordiam, omni simulatione & calliditate  
postposita, adinvicem habeant, ut secun-  
dum Dei voluntatem, & vestram honesta-  
tem, atque totius populi profectum, com-  
muniter decerent, & veri vobis adju-  
tores in omnibus concorditer existant. Tunc et-  
enim veri consiliiarii, verique adju-  
tores vestri, & totius regni salubriter esse pote-  
runt, si unanimes extiterint, & invicem  
dilectionem habuerint. Decet quippe, ut  
sacra domus vestra cunctis spectabilis ap-  
pareat, & imitabilis existat, & fama suæ  
bonæ opinionis, siue alios imperii vestri  
subjectos, siue exterarum nationes abundan-  
tissime perfundat. Ubi igitur omnes dissen-  
siones & discordiæ dirimendæ, & omnis  
malicia imperiali auctoritate est compr-  
menda, necesse est ut quod in aliis corri-  
gere decernit, in ea minime reperiat.

XIII.

Nam & hoc humiliter admonemus, ut  
liberos vestros, quos vobis divina pietas  
largiri voluit, in timore Dei jugiter dili-  
genterque erudiatis, sicuti & facitis. Et ut  
in mutua dilectionis caritate & fraternita-  
tis amore, atque unanimitatis concordia  
vicissim consistant, sedula paternaque ad-

Amoitione inquitatis. Et ne illicitis actibus  
creatoris sui offensam incurrant, provida  
solertique circumspectione nihilominus in-  
vigiletis; attendentes beatorum Job, cujus  
studium, ut B. Gregorius in moralibus li-  
bris scribit, circa filios erudiendos tale ex-  
stitit, ut non solum eos exterius perfectos  
opere & sermone perficeret, verum etiam  
eorum corda sacrificii oblatione mundaret.  
Attendite etiam David instruentem Salo-  
monem filium suum, de quo in primo li-  
bro Malachiam legitur: *Ego, inquit, ingre-*  
*dior usam uniuersa terra: confortare, & esto*  
*uir fortis, & observa custodias Domini Dei tui,*  
*ut ambules in viis eius, & custodias caremo-*  
*niis eius, & precepta. Fili mi, cognosce Deum*  
*patris tui, & seruias ei corde perfecto, & ani-*  
*mo voluntario. Attendite etiam Tobiam,*  
*de quo legitur, quod cum factus esset vir,*  
*accepit uxorem Annam de tribu sua, &*  
*genuit ex ea filium, nomen suum impon-*  
*ens ei, quem ab infantia timere Deum*  
*docuit, & abstinere ab omni peccato. Item*  
*idem alloquens eumdem filium suum: Om-*  
*nibus, inquit, diebus vita tua in mente habe-*  
*to Deum, & cave ne aliquando peccato conscen-*  
*das, & pratermittas precepta Domini Dei no-*  
*stri. Ex substantia tua fac elemosynam, & noli*  
*avertere faciem tuam ab ullo paupere. Ita enim*  
*fiat, ut nec a te evertatur facies Domini. Quo-*  
*modo poteris, ita sis misericors, &c. Item*  
*paulo post: Attende tibi, fili mi, ab omni*  
*fornicatione, & prater uxorem tuam nequaquam*  
*patiens crimen scire. Superbiam nunquam in*  
*two sensu, aut in corde dominari permittas: ex*  
*ipsa enim initium sumpsit omnis perditio. Et*  
*idem non post multa: Consilium semper a*  
*sapiente perquire. Omni tempore benedic Deum,*  
*& pese ab eo ut vias suas dirigat, & omnia*  
*consilia tua in ipso permancant. Item idem:*  
*Audite ergo filii mei: Seruite Domino in veri-*  
*tate, & inquirete ut faciatis qua sunt placita*  
*illi: & filii vestris mandate ut faciant iustitias*  
*& elemosynas, ut sint memores Dei, & ben-*  
*dicant eum in omni tempore in veritate, & in*  
*tota virtute sua.*

XIV.

His omnibus prælibatis, innotescimus  
vobis, quod ea, quæ in capitulis vestris  
nobis tractanda commisit, scilicet quid  
a principibus & reliquo populo, vel ita ut  
divina auctoritas doceat, aut aliter tenea-  
tur, vel quid inde ex parte, aut ex toto  
dimissum sit, ut non teneatur; nec non &  
in his quæ præsentis anno conscribitur, & per  
missos vestros ob vitia comprimenda per  
imperium vestrum direxistis: faremur quod  
in his capitulis, quæ superius continen-  
tur, multa demonstrata sunt, quæ a pas-  
toribus ecclesiarum, & a principibus &  
reliquo populo hætenus neglecta extite-  
runt, & aliter quam divina auctoritas se  
habeat in his eos egisse & agere novimus.  
Sed si hæc nostra sacerdotalis admonitio  
effe-

ANNO CHRISTI 816

1. Paral. 18

Tob 1

Tob 4

Tob 14

Ibid. c. 16



effectum, Deo operante, per vestrum bonum studium abhinc obtinuerit, credimus quod multa, quæ a multis aliter, quam divina auctoritas se habeat, dimissa sunt, quæ non tenebantur, corrigentur.

XV.

Ibid. c. 1.

Nam & illud, quod in eisdem capitulis continetur, ut manifestum fuerit, quæ causæ id fecerint, ut sacerdotes & principes a recto tramite deviasent, exceptis præmissis capitulis, in quibus, sicut diximus, multa negligebantur; specialiter tamen unum obstaculum ex multo tempore jam inolevisse cognovimus, id est, quia & principalis potestas, diversis occasionibus intervenientibus, secus quam auctoritas divina se habeat, in causas ecclesiasticas profilierit, & sacerdotes partim negligentia, partim ignorantia, partim cupiditate, in sæcularibus negotiis & sollicitudinibus ultra quam debuerant se occupaverint. Ex hac occasione aliter quam divina auctoritas doceat in utraque parte actum extitisse dubium non est. Sed quia, Deo miserante, a progenitoribus, & genitore vestro, & a vobis multa correctæ gratulamur, si ea quæ admonemus prosperum successum habuerint, credimus quod ad perfectionis statum vestra intentio nostræque devotio Deo cooperante pervenire possit. Verumtamen quia novimus statum huius regni sub tali conditione & tenore crevisse atque dilatatum esse, & a prudentissimis sanctisque prædecessoribus nostris, sive scilicet ab episcopis, sive a principibus hanc causam ex toto correctam non fuisse, propter hæc quæ suo tempore dici possunt, & pondus tantæ considerationis, parvitas nostræ vires excessit, quoniam nec otium, nec spatium temporis, nec plenitudinem consecratorum nostrorum, sicut ipsa necessitas exposcebat, habuimus.

XVI.

Ibid. c. 27.

Porro de episcopali libertate, quam Deo annuente, vestroque adminiculo suffragante, adipisci ad Dei servitium peragendum cupimus, suo in tempore vobis dicenda atque vobiscum conferenda reservavimus. Quatenus ita sit, ut & nosmetipsos salvare, populoque nobis subiecto utiliter prodesse, atque pro vobis & stabilitate imperii vestri liberius valeamus exorare, & de vestris obsequiis, & regni adiutorio, solatium debitum minime subtrahatur, sed, si possibile fuerit, potius augeatur.

XVII.

Vestram interea, Deo amabilis Auguste, petimus clementiam, uti absque inevitabili necessitate sanctum tempus quadragesimæ liceat ecclesiasticis viris sub quiete agere, quatenus tempus illud, quod purificatio esse debet aliorum temporum, non inquietur inquietudine perturbationum.

Jejunium diebus dominicis tenere, & canonica interdicit auctoritas, & resurrectionis dominicæ tanta sollempnitas. Et ideo placita illis diebus, neque nuptias, pro reverentia tantæ sollempnitatis celebrari visum est.

XIX.

Monasteria divinis solummodo cultibus dicata non debere sæcularibus dari, & canonica prodit auctoritas, & ipsorum destructio locorum. Sed quia id exigit rei publicæ necessitas, saltem collapsa loca erigi debent, & clerici locis, in quibus fuerant, restitui, quousque opportunitas id permittat emendari plenius.

XX.

Laici sane monendi sunt, ne sacerdotes contemptui habeant, neve eorum monita despiciant, & tam turpiter tractent, uti hætenus; ne superveniat quod dicit propheta: *Populus tuus sicut hi qui contradicunt officio sacerdoti: & corrumpit hodie: corrumpit etiam propheta secum.*

XXI.

Meminisse etiam debent qui res ecclesiæ atque familiam sub manu sua habent, non eos debere severe & crudeliter cum eis agere, sed cogitare, quia utrorumque Dominus est in cælis: & consuetum atque antiquum ab eis servitium exigant, nihil superaddentes.

XXII.

Sane communicatio corporis Domini omni die dominica debuit celebrari. Ideoque necesse est, quantum ratio permittit, ut moderna corrigatur consuetudo, ne forte qui longe est a sacramentis, quibus est redemptus, longe sit a salute, quam fuerat consecuturus.

XXIII.

Similiter est postulandum de presbyteris, qui hinc inde de diversis parochiis veniunt, & in palatio morantur, ut sine proprii episcopi consensu ibi locum consistendi non habeant, nec recipiantur: quia fieri potest, ut intra parochiam metu perpetrati criminis, ne id palam juxta canonum sanctiones ulciscatur, palatinas ædes frequenten: aut certe, licet non sit ordinatus, ipse tamen absque litteris ordinatum se attestetur.

XXIV.

Nec minus de monachis postulandum est, ut & ipsi in publicis locis sine ratione decenti discurrere prohibeantur, quia hoc a proposito ipsorum procul abest. Fieri etiam potest, ut quidam illorum, sicut superius dictum est de presbyteris, perpetrato scelere in monasterio, causam vagandi potius eligant, quam regularibus disciplinis subiacere.

ANNO  
CHRISTI  
756.

De raptoribus etenim viduarum ac virginum dignum duximus, ut ab universis comitibus omni nisu investigentur, & inventi condigna invectione ex auctoritate imperiali castigentur, ut a tam illicita presumptionis audacia ipsi coerceantur, & ceteri hoc admittere volentes terreatur.

Si hæc omnia debito dignoque ordine implentur, opitulante superna gratia, honestatem ornatumque ecclesie adimplere credimus. Qui enim ecclesie in una atque indiscreta Christi fide ac dilectione concorditer ad cælestia tendens populus dicitur, necesse est ut predicatorum bene vivendi ac docendi instantia, & auditorum obediendi atque existendi insistentia perornetur. Hic vero ornatus fieri ullatenus nequit, nisi uniuscujusque officium proprie conservetur, immo peragatur. Constat autem eam peregrinantem duabus, ut dictum est, presentialiter personis gubernari, sacerdotali scilicet, ac regali: quatenus auctoritate episcopali, atque imperiali censura, intrinsicus & extrinsecus circumscripta, liberius modum proprium valeat conservare. Proinde cum liqueat nos plurimum ac multitudine exorbitasse, in hoc summo opere integritatem sinceritatemque cernimus esse concussam, quod filiorum vestrorum defectio atque improbitas, sed & quorundam procerum perversitas atque infidelitas in inauditum a sæculis facinus excrevisse cognoscitur. Quæ omnia nullo modo integra, & ad necessarium dignumque finem perducere posse nobis videntur, nisi miserante Domino, imperiali potestate, paterna hereditate immo vigore sinceriter restituta, honor sanctæ Dei ecclesie integerrime reparetur, & episcopalis auctoritas proprio, immo a Christo Domino tibi commisso officio denuo solvatur. Meminimus enim, in præteritis conventibus nonnulla capitula ab episcopis vestra admonitione fuisse tractata atque statuta pro necessitate & communi salute utrorumque ordinum, ecclesiasticorum videlicet atque secularium: sed nescimus quibus impediens obiaculis, quasi oblivioni tradita. Ideoque affectu devoto, supplici admonitione admonemus, & admonendo precamur, ne ista, quæ nunc licet perpauca prælibavimus, ad statum sanctæ Dei ecclesie, simili modo oblivioni tradantur, sed pro sperulo ab omnibus inconvulsa habeantur atque conserventur. Verum quod nos, si hæc vobis cælitus attributa non fuissent, cum temporali periculo, propter auctoritatem ministerii nostri, vos ad ea peragenda admonere, immo admonendo exigere a vobis quoquo modo debueramus vos contra propter divinum amorem & honorem & admonendo nos ad potiora provocatis, & piam opportunamque nobis terre devotissime curatis. Proinde humilibus precibus specialiter pietati vestre suggerimus, ut bonum quod cepistis Deo opitulante indefinenter perficere ne gravemini, & in adimplendis operibus justitiae ac pietatis & misericordie nullatenus periciatis: quoniam non inchoantibus, sed perseverantibus premium æternæ vitæ datur, & juxta veritatis vocem, qui perseveraverit usque in finem, hic salvus erit.

opem  
deservit.

Matth. 10.

LIBRI III.

In quibus ea, quæ per commonitorium regi antea suggererant, manifestis sacræ scripturæ auctoritatibus confirmantur.

TITULI CAPITUM LIBRI I.

- I. Quod Deus nullum peccatum inultum dimittit.
- II. Cur Deus quædam peccata in hoc sæculo judicat, quædam in futuro judicanda reservat.
- III. Contra eos qui dicunt nullum esse discrimen, si rebus Deo oblati in suis utantur necessitatibus.
- IV. Quod omnia terrarum regna, & omnia bona terræ Domini sunt, & ex suis sibi sua offerantur.
- V. Qualiter David rex de edificanda domo Domini Salomonem filium suum instruxerit.
- VI. De imperiis quas David ad domum Domini construendam preparavit.
- VII. De diversis donariis quæ in templo Domini consecravit.
- VIII. Quod juxta verba David peregrini suntu: & advenæ in hac peregrinatione.
- IX. Quod nemo quidquam offerre valet, nisi quod de manu Dei accepit.
- X. Quod nemo de injuste acquisitis Deo gratum quid offerre valeat.
- XI. Qualiter origo & religio Deo offerendarum rerum inchoaverit.
- XII. Qualiter apostoli post resurrectionem Christi tam in oriente, quam in occidente ecclesias fundaverint.
- XIII. Quod memorata origo & religio primum hæc altari ab Abel caperit iusto.
- XIV. Quod Nec & altare Domino edificaverit, & holocausta super illud obtulerit.
- XV. Quid benedictionis Noe pro eo quod altare Domino edificavit, & desuper holocausta obtulit, consecutus sit.
- XVI. Quid promissionis, quidve benedictionis Abraham pro eo quod Deo credidit, & quæ diversa altaria erexit, consequi meruerit.
- XVII. Quod facta Abraham non imitantur hi, qui eaude Deo in altariis suis famulandam esse asserunt.
- XVIII. Quod Abraham propheta Melchisedech sacerdoti Dei altissimi decimas dedit ex omnibus.
- XIX. Quod fides & devotio Abraham circa divinum cultum in tantum excrevit, ut ad filium suum Domino immolandum paratus fuerit.
- XX. Quod imitatores Abraham, id est amatores & exaltatores, ac ditatores, sive etiam veneratores divini cultus, a Domino, & in præsentis sæculi iure & exaltari, & etiam in futuro mercede æterna mereantur donari.
- XXI. Qualiter Isaac altare Deo edificaverit, tabernaculumque extenderit.
- XXII. Quod in Jacob cultus sanctæ religionis amplius augmentatus sit.
- XXIII. Quod Jacob non solum altaria erexit, sed & desuper juderit, victimasque obtulerit, sed & de omnibus quæ Deus illi dedisset decimas & hostias se datum promiserit.
- XXIV. Quod Christiana religio adinstar Jacob domos in honorem Dei edificat, & altaria erigit, esane oleum superfundis, ac sacrosancto christumate perungit.
- XXV. Quod post interuentionem Amalec Moyses altare Domino edificaverit.
- XXVI. Quod post altaria a Mose Domino edificata, & cetera quæ ei a Domino signata sunt peracta religio divini cultus excreverit.
- XXVII. De diversis donariis quæ Dominus ad construendum sanctorum & tabernaculum suum dari præcipit.
- XXVIII. Quam expiationem principi in lege pro reatu suo Domino offerri præcipitur.
- XXIX. Qualiter igitur in altari nutririi jubetur.
- XXX. Quid ad sanctorum Domini parentibus promittatur.
- XXXI. Quid autem ad sanctorum Domini non parentibus Dominus committatur.
- XXXII. De domibus & agris & hominibus Domino sanctificatis, & quod ea quæ Domino sanctificantur, ad jus pertinent sacerdotum.
- XXXIII. Quid conclusio libri Levitici innuat. Abiicez libro Numerorum & Deuteronomis.

LIBER I.  
CAP. I. &c.

- XXXIV. De omnibus primitiis, & de his que ad sanctuarium Domini offeruntur, quod ad jus pertineant sacerdotum: nec non & de erectione & dedicatione tabernaculi & altaris, & de his que in eadem dedicatione a principibus Domino oblata sunt.
- XXXV. Quod non sit Dominus in ministris suis detrahendus.
- XXXVI. De portibus prede, quam filii Israel ceperant, sacerdotibus & Levitis, & tabernaculo Domini exhibitis: & quod Dominus in tabernaculo suo proprium ararium habere voluerit.
- XXXVII. Quod urbes Dominus & suburbana carum Levitis dari preceperit.
- XXXVIII. De votis Deo reddendis.

## P R Æ F A T I O,

S I V E  
E P I S T O L A S Y N O D I

A D P I P P I N U M.

Ad Pippin.  
Præfatio.

In christo celestique gratia regio munere insigniter sublimato domino Pippino regi nobilissimo, & per immensam a Deo conservando, cætus venerabilium præsumis, & sequentis ordinis religiosorum sacerdotum, apud Aquisgranum iussu sanctissimo & ordine providentissimo piissimi & orthodoxi genitoris vestri domini nostri Ludovici Cæsaris eximii, ob bonorem & decorem sanctæ Dei ecclesiæ procurandam, & quasdam dignitates ecclesiasticas, magna ex parte collapsas atque susceatas, ad pristinum statum nitoremque Domino opem ferente revocandas synodaliter congregatus æterna beatitudinis optus felicitatem.

**N**os igitur fidelissimi oratores vestri, salutiferaque vestre amatores devotissimi, miseramus nuper celsitudini vestre per venerabiles fratres, Aldricum videlicet Cenomanicæ urbis, & Herchiradum Parisiorum coepiscopus nostros, quamdam schedulam, quædam ex auctoritate ministerii nostri salutaria monita continentem. Cui quia de negotiis, unde vestram magnitudinem admonuimus, testimonia sanctarum scripturarum, vitantes illius prolixitatem, annexere nequivimus, utile necessariumque judicavimus, ut in hoc opusculo ea breviter annotarem, vestreque prudentissimæ solertis legenda mitteremus: ut si forte quispiam objicere voluerit hæc que vobis scripsimus, non ex auctoritate divina constare, sed potius arbitrio cordis nostri, immo cupiditate & quadam ad inventionem commentata esse, his lætis atque perpenfis evidenter agnoscat, nos que Dei sunt, & ad vestram salutem hic & in æternum, & ad regni vobis commissi stabilimentum, se autem ea que mundi sunt, ejusque amatores diligunt, & Dei voluntati utiqueque contraria existunt, & ad animarum interitum pertinent, absque dubio loqui.

## C A P U T I.

Sunt enim nonnulli, qui propterea hæc tam temere loquuntur, & in barathrum cupiditatum suarum miserabiliter labuntur: eo quod divinatorum præceptorum transgressores, sanctæque Dei ecclesiæ dehonores atque expoliatores non continuo puniantur: non animadvertentes, neque animadvertere volentes, quod Deus nullum peccatum inultum dimissurus sit. Tribus itaque modis peccata mortalium vindicantur, duobus in hac vita, tertio vero in futura vita. De duobus ita apostolus inquit: *Si nosmetipsos judicaverimus, a Domino non judicabimur.* Hæc est vindicta quam inspirante Deo omnis peccator pro suis admisisse peccatis in seipso vindicat. Quod autem profle-

Aquatus idem apostolus infert: *Cum judicamur autem, a Domino corripimur; ut non cum hoc mundo damnemur:* Hæc est vindicta quam omnipotens Deus misericorditer peccatori irrogat, juxta illud: *Deus quem amat corripit: flagellat autem omnem filium quem recipit.* Tertia autem extat valde pertimescenda atque terribilis, que non in hoc, sed in futuro justissimo Dei judicio fiet sæculo, quando justus judex dicturus est: *Discedite a me mali: dissi in ignem æternam, qui paratus est diabolo & angelis ejus.*

## II.

Si enim, ut verbis beati Augustini utamur, omnipotens Deus omnia mala mortalium in hoc sæculo judicasset, nequaquam homines male agentes diem futuri judicii pertimescerent. Rursus si nulla mortalium mala in hoc sæculo judicasset, non putaretur res curare humanas. Idcirco quædam judicat in hoc sæculo, ut videatur ejus piissima providentia & misericordia gratuita rebus consulere humanis: idcirco quædam non judicat, sed futuro reservat judicio, ut homines de futuro terreantur examine.

## III.

Sunt etiam quidam dignitatem ecclesiasticam non curantes, immo suam cupiditatem explere volentes, sibi que in Deo oblati sacrati que rebus auferendis impunitatem inaniter promittentes, qui contra salutem suam hæc temerario, immo perniciosissimo solent dicere ausu: *Quid mali, quidve discriminis est, si rebus ecclesiasticis in nostris pro libitu nostro utimur necessitatibus?* *Quid curæ est inde Deo sanctisque ejus, ob quorum amorem Deo dicantur oblatæ, cum utique in eorumdem sanctorum usus nihil ex his cedat?* Et ubi Deus hæc, que ecclesiarum rectores opponunt, iussit sibi offerri, præsertim cum omnia que in terris sunt sua sint, & ille ea ad usus hominum creaverit? Quorum argumentationi insanosque injuriæ plenissimæ, prout Dominus annuerit, ex utriusque testamenti paginis, & sanctorum patrum dictis eximii tentabimus respondere.

## IV.

Primum quidem, quod omnia terrarum regna, & omnia bona terræ, Domini sint, & ex suis sua sibi offerantur, & verbis David regum sanctissimi, & prophetarum eximii: post autem, quod Deus sua, sive ante legem, sive in lege, & ad sanctorum, & ad templum sanctum suum iussit offerri, conabimur demonstrare.

## V.

Legimus itaque in libro Paralipomenon. *Dixit quoque David Salomoni filio suo: Viriliter age, & confortare, & fac: ne timeas, neque paveas. Dominus enim Deus meus eris tecum, & non dimittet te, neque derelinquet, donec perficias omne opus ministerii domus Domini. Ecce divisiones Sacerdotum & Levitarum assistunt tibi, & parati sunt, tam principes quam populus facere omnia præcepta tua. Locutusque est David rex ad omnem ecclesiam: Salomonem filium meum unum elegit Deus, adhuc puerum & tennellum: opus autem grande est, neque enim homini preparatur habitatio, sed Deo.*

## VI.

*Ego autem totis viribus meis preparavi impensas domus Domini Dei mei. Aurum in vasa aurea, & argentum in argentea, as in anea, ferrum in ferrea, lignum in lignea, & lapides onychinos, & quasi stibinos & diversorum colorum, omnem pretiosum lapidem & marmor Parium abundantissime.*

## VII.

*Et super hæc que obtuli in domum Dei mei, & peculio meo aurum & argentum, do in templum Dei mei,*

AHNO  
CHRISTI  
896.  
M. C. C.

ANNO  
CHRISTI  
1234

*mei, exceptis his qua parvi in aem sanctorum: tria A*  
millia talenta auri de auro Ophir: & septem millia  
talentorum argenti probatissimi, ad decorandos pa-  
vutes templi. Et ubicumque opus est aurum de an-  
ro, & argentum de argento, opera fiant per manus  
artificum. Et si quis sponte offerat, impleat manum  
suam hodie, & offerat quod voluerit Domino. Polli-  
citi sunt itaque principes familiarum, & proceres  
tribuum Israel, tribuni quoque & centuriones, &  
principes possessionum regis. Dederuntque in operibus  
domus Domini auri talenta quinque millia, & aris  
decem millia, argenti talenta decem millia, & aris  
talenta decem & octo millia, ferri quoque centum  
millia talentorum. Et apud quemcumque inventi sunt  
lapides, dederunt in thesauros domus Domini per ma-  
num Jabel Gersonitis. Latatusque est populus, cum  
vota sponte promitterent, quia corde toto offerebant  
ea Domino. Sed & David rex latatus est gaudiuma-  
gno, & benedixit Domino coram universa multitudine,  
& ait: Benedixtus es Domine Deus Israel patris  
nostri ab aeterno in aeternum. Tua est Domine magni-  
ficentia & potentia, & gloria atque victoria: & ti-  
bi laus: cuncta enim qua in caelo sunt, & qua in  
terra, tua sunt. Tuum Domine regnum, & tu es  
super omnes principes: tua divitia & tua est gloria:  
tu dominaris omnium, in manu tua virtus & poten-  
tia, in manu tua magnitudo & imperium omnium.  
Nunc igitur Deus noster, confitemur tibi, & lauda-  
mus nomen tuum in cunctis. Quis ego, & quis popu-  
lus meus, ut possimus haec tibi universa promittere?  
Tua sunt omnia; & qua de manu tua accepimus,  
reddimus tibi.

## VIII.

Peregrini enim sumus coram te & advena, sicut  
omnes patres nostri. Dies nostri quasi umbra super  
terram, & nulla est mora. Domine Deus noster, om-  
nis haec copia quam paravimus, ut edificaretur do-  
mus nomini tuo sancto, de manu tua est, & tua  
sunt omnia. Scio, Deus meus, quod probes corda, &  
simplicitatem diligas. Unde & ego in simplicitate cor-  
dis mei latens obtuli universa haec: & populum tuum,  
qui hic reperiuntur, vidi cum ingenti gaudio tibi of-  
ferre donaria. Domine Deus Abraham, & Isaac, &  
Israel, patrum nostrorum, custodi in aeternum hanc  
voluntatem cordis eorum, & semper in veneratio-  
nem tuam mens ista permaneat. Ecce quibus docu-  
mentis tanti regis, Deo videlicet pleni, de quo  
Dominus ait: Inveni David virum secundum cor  
meum, oleo sancto meo unxi eum; liquido demon-  
stratur, quod omnia quae in caelis & in terris  
sunt, Domini sunt.

## IX.

Et quod Deo nemo quidquam offerre valet,  
nisi ea quae de manu eius accipit, & quod Do-  
minus de his quae dedit, sibi pretiosa quaeque,  
suoque nomini sancto sacratis locis offerri non ab-  
nuit, immo oblatis delectatur, & oblata auferri  
non patitur. Nam his & alijs divinarum scriptu-  
rarum testimonius luce clarius extat manifestum,  
quod ea quae Dominus sibi offerri iussit ad cul-  
tum sanctuarii, templique sui, & ad usum Sacer-  
dotum Levitarumque omnino credere voluit. Et  
sicut in votis sponte offerentium laetatur, ita in  
non offerentium, vel etiam quoquomodo auferre  
tentantium transgressionibus periculum intermina-  
tur mortis, sicut in sequentibus demonstrabitur.

## X.

Nemo porro putet ea quae injuste acquisivit de  
manu Dei se accepisse, aut quidquam ex his Deo  
gratum offerre posse, cum scriptum sit: Qui offert  
Deo ex rapina pauperum, quasi qui victimas filium  
in conspectu patris sui. Qui ergo ordinate vult  
aliquid Deo offerre, primum seipsum offerat, vi-  
delicet, juxta apostolum, hostiam vivam, sanctam,

Ecd. 24.

Philip. 4.

Deo placentem: inde ex his quae iuste acquisivit,  
id est, quae de manu Domini Dei accepit, sibi LIBER I.  
profuturum feliciter spiritus Domino accommodet. CAP. VIIIA.

## XI.

Aggrediamur igitur tandem seriem veteris testa-  
menti, & rimando inspiciamus, & inspiciendo ri-  
memur, qualiter origo & religio Deo offerenda-  
rum rerum inchoaverit, & qualiter usque ad se-  
culum nostrum per mediatorem Dei & homi-  
num, Dominum videlicet Jesum Christum redem-  
ptorem nostrum, & per ejus apostolos, nominis  
sancti sui strenuos praedicatores, suaeque fidei ru-  
dimenta in omnem terram propagantes, eorum-  
que successores, dilatata & incrementata fuerit.

## XII.

Per beatum videlicet Petrum apostolorum prin-  
cipem in occidentis, per beatum vero Joannem  
apostolum & evangelistam in orientis, id est in  
Asia partibus, per beatum etiam Paulum in tota  
generaliter mundi latitudine fundata, & ex obla-  
tionibus fidelium constat ditata atque honorata.  
Qualiter autem ceteri coapostoli illorum in regio-  
nibus sibi a Christo Domino ad praedicandum  
commissis, ecclesiam Christi fundaverint, & fide-  
lium donis constare fecerint, gesta illorum, quae  
in promptu habentur, evidenter testantur; quae hic  
pocere magna esset prolixitatis.

## XIII.

Memorata igitur origo & religio primum cepit  
sive altari ab Abel iusto, de quo in libro Gene-  
seos ita legitur: Abel quoque obtulit de primoge-  
nitis gregis sui, & de adipibus eorum. Et respexit  
Dominus ad Abel, & ad munera eius: ad Cain vero  
& ad munera eius non respexit. Quibus verbis non  
inconvenienter accipi possunt in persona Abel hi  
qui sua sponte, id est ea quae de manu Dei ac-  
ceperunt, Deo creatori suo gratanter offerunt: in  
persona vero Cain hi qui malevolo & invidio ani-  
mo ex male acquisitis quidquam Deo offerre gra-  
tum putant. Quapropter necesse est ut factum A-  
bel imitetur, & factum Cain profus detestetur.

## XIV.

Noe quoque ingentis cataclysmi periculo Do-  
mino se protegente liberatus, eoque jubente de  
arca egressus, non extra altare, sed jam supra al-  
tare, ob liberationem sui holocausta Deo obtu-  
lit, sicut in eodem libro Geneseos legitur: Edi-  
ficavit autem Noe altare Domino, & tollens de cun-  
ctis pecudibus, & volucribus mundis, obtulit holo-  
causta super altare, odoratusque est Dominus odorem  
suavitatis.

## XV.

Perpendenda sunt haec verba quibus dicitur:  
Odoratusque est Dominus odorem suavitatis. Manife-  
stum quippe est, & offerentis animum, & eadem  
holocausta Deo usquequaque grata extitisse: quon-  
iam nec in offerente, nec in his quae oblata sunt,  
quidquam Deo odibile ac detestabile creditur ex-  
tuisse: & propter donum suae oblationis, continuo  
benedictionem a Domino eundem Noe percepit.  
E se. Benedixit, inquit, Deus Noe & filiis eius, & dicitur  
dixit ad eos: Crescite & multiplicamini, & replete  
terram, & terror vester ac tremor sit super cuncta  
animalia terra; & cetera quae sequuntur. Si enim  
oblationem Noe Dominus in odorem suavitatis  
odoratus est: procul dubio oblationem sibi obla-  
tarum rerum & detestatur & detestatus est. Et si  
pro sua oblatione benedictionem a Deo idem Noe  
promeruit, patet profecto, quod qui Deo oblata  
sibi subripit, aut alijs distribuit, pro benedictione  
maledictionem incurrit.

## XVI.

Abraham autem cujus non natura, sed gratia  
filius sumus, & in cujus semine, id est in Christo,  
be-

LIBER I.  
CAP. XVII.  
XVIII. etc.

Gen. 12.

idem.

Gen. 13.

701  
benedicimur, qui credidit Deo, & reputatum est ei ad iustitiam, & qui Domino imperante egres- sus est de terra sua, & de cognatione sua, & de domo patris sui, & venit in terram quam Deus ei demonstravit, cui & Dominus dixit: *Faci- am te in gentem magnam, & magnificabo nomen tuum, etique benedictus: benedicam benedicientibus tibi, & maledicam maledicentibus tibi, atque in te benedicen- tur universa cognationes terra.* Cui etiam rursus apparens dixit: *Semini tuo dabo terram hanc.* Qui edificavit altare Domino, qui apparuit ei. Et ipse, ut in libro Geneleos legitur, *idem transgrediens ad montem, qui erat contra orientem Bethel, tendit ibi tabernaculum suum, ab occidente habens Bethel, & ab oriente Hai. Edificavit quoque ibi altare Do- mino, & invocavit nomen eius.* Item post pauca in eodem libro: *Dixit Dominus ad Abraham, postquam divisus est Loth ab eo: Leva oculos tuos, & vide a loco in quo nunc es, ad Aquilonem & meridiam, ad orientem & occidentem; omnem terram, quam vides, tibi dabo & semini tuo in sempiternum: faciamque semen tuum sicut pulverem terra. Si quis potest hominum numerare pulverem, & semen quoque tuum numerare poterit. Surge & perambula terram in lon- gitudine & latitudine sua, quia tibi daturus sum eam. Movens igitur Abraham tabernaculum suum, venit & habitavit juxta convallem Mambre, qua est in Hebron: edificavit quoque ibi altare Domino.* Perpendendum itaque est, quantæ fidei, quantæ devotionis vir iste sanctus fuerit, qui pro eo quod Deo credidit, eique altaria erexit, cultumque ejus venerando dilexit, & a Deo benedici, semenque suum propagari ac multiplicari, eique amplissima regna terræ dari, & de hostibus suis triumphum sibi præberi, nec non & in suo semine, quod est Christus, gentes, quæ nos sumus, benedici, & alia, quæ enumerare longum est, beneficia pro- meruit nancisci.

XVII.

Quod si Abraham pro eo quod Dei altaria ere- xit, cultumque ejus veneratus est, tot a Deo me- ritorum prærogativis donatur, dubium non est, quin altarum sanctorum evertores & sacrarum re- rum, quibus in eisdem altaribus Deo famulandum est, subreptores damnentur. Reverso igitur eodem Abraham a cæde regum, quos Deo secum pu- gnapte superaverat, & egresso sibi obviam rege Sodomorum, ita de illo in eodem sequitur libro: *At vero Melchisedech rex Salem proferens panem & vinum, (erat enim sacerdos Dei altissimi) benedi- xit ei, & ait: Benedictus Abram Deo excelsio, qui creavit calum & terram; & benedictus Deus excel- sus, quo protegente hostes in manibus tuis sunt. Et dedit ei decimas ex omnibus.*

XVIII.

Quod Melchisedech sacerdos Dei altissimi ty- pum gesserit Christi, catholica sentit ecclesia. Quod ei Abraham decimas ex omnibus dedit, ip- sius Abraham ingentia commendantur præconia. Quem imitantur qui sacerdotibus Christi ob il- lius amorem & honorem decimas dant: & ab il- lius merito sequestrantur, qui Deo oblatas deci- mas auferunt.

XIX.

Videamus itaque sequentia, quibus fides & de- votio Abraham quodam admirabili modo incremen- tatur: qui adeo erga divinum cultum timoremque Dei flagrando excrevit, & excrecendo flagravit, ut jubente Domino non solum jam altare in ho- norem Dei construxerit, sed etiam in eo unige- nitum filium suum immolare paratus fuerit. Et quod ne filium immolare paratus fuerit, a- rrietem tamen in holocaustum Deo pro filio obru- lit: & propterea audire meruit, sicut in suspensato

libro legitur: *Vocavit autem angelus Domini Abra- ham secundo de caelo, dicens: Per memetipsum jura- vi, dicit Dominus, quia fecisti rem hanc, & non pepercasti unigenito filio tuo propter me; benedicam tibi, & multiplicabo semen tuum sicut stellas cali, & cetera quæ sequuntur.* Perficuum quippe est, & valde mirandum, quia quanto ferventior circa Dei cultum mens Abraham fuit, tanto amplius u- beriusque divina beneficia, & præsentia & futura, sibi polliceri audivit.

XX.

Unde datur intelligi quod amatores, & exalta- tores, ac ditatores, sive etiam veneratores divini cultus, a Domino & in presenti sæculo defendi & exaltari, & in futuro mercede æterna meren- tur donari: & qui secus agunt, aut egerint, in- formalibus claustris mancipari. Deus itaque, sicut jam supra dictum est, si ea quæ dedit, sibi suisque sacratis locis jubet offerri, & ea quidam auferre non pertimescunt: quid facerent, rogo, si Deus illis aut semetipsum, aut filios eorum sibi in ho- locaustum juberet offerri? Certe credendum est, quod sicut in auferendis sacratis rebus Deo ino- bedientes existunt; ita nihilominus in semetipsis offerendis, aut filiis, inobedientes existerent.

XXI.

Audiamus etiam quid Isaac patriarcha fecerit, de quo ita in memorato habetur libro: *Ascendit enim illo loco in Bersabee, ubi apparuit ei Deus in ip- sa nocte dicens: Ego sum Deus Abraham patris tui. Noli metuere, quia tecum sum, & benedicam tibi, & multiplicabo semen tuum propter servum meum Abraham. Itaque edificavit altare, & invocato no- mine Domini extendit tabernaculum.* Attende quod Isaac Deus apparere, & ne metuere debeat, ad- monere, eique benedicere, ac semen suum se mul- tiplicaturum polliceri dignatus sit; eique Isaac al- tare edificaverit, tabernaculumque extenderit. Et perpende, quod pro Dei beneficiis, quibus, lar- gente ejus clementia, immeriti & ingrati uber- tim in hac mortalitate utimur, potius debeamus divinum cultum adinstar Isaac, & ceterorum san- ctorum patriarcharum, in altaribus erigendis & ob- lationibus aliisque muneribus offerendis honorare, quam his abstractis, nostroque libitu utentes quo- dammodo dehonore.

XXII.

Videamus præterea quomodo religio, de qua agitur, in Jacob patriarcha amplius exuberaverit, de quo ita in eodem libro legitur: *Igitur egressus Jacob de Bersabee pergebat Haran. Cumque venisset ad quemdam locum, & vellet in eo requiescere post solis occubitum, tulit de lapidibus qui jacebant, & supponens capiti suo, dormivit in eodem loco. Vidit- que in somnis scalam stantem super terram, & cacumen illius tangens calum, angelos quoque Dei ascen- dentes & descendentes per eam, & Dominum inni- xum scala dicentem sibi: Ego sum Dominus Deus Abraham patris tui, & Deus Isaac: terram in qua dormis, tibi dabo, & semini tuo, eritque semen tuum quasi pulvis terra. Dilataberis ad occidentem, & orientem, & septentrionem, & meridiem: & benedi- centur in te & in semine tuo cuncta tribus terra: & ero custos tuus, quocumque perrexeris, & redu- cam te in terram hanc, nec dimittam, nisi comple- vero universa qua dixi. Cumque vigilasset Jacob de somno, ait: Vere Dominus est in loco isto, & ego nesciebam. Pavensque, Quam terribilis, inquit, est locus iste! Non est hic aliud nisi domus Dei, & por- ta cali. Surgens vero mane, tulit lapidem quem sup- puserat capiti suo, & erexit in titulum, fundens oleum desuper. Appellavitque nomen urbis Bethel, qua prius Luzza vocabatur. Vocit etiam votum, di- cens: Si fuerit Deus mecum, & custodierit me in via*

ANNO CHRISTI 1166.

Gen. 22.

Gen. 26.

Gen. 28.

LIBER I  
CAPITULUM  
XXV. 26

611 11

611 11

111111

111111

611 11

ita per quam dederit ambulo, & mihi panem ad uterum ascendum, & vestimentum ad induendum, reverfusque fuero prospere ad domum patris mei, erit mihi Dominus in Deum, & lapis iste quem erexi in titulum, vocabitur domus Dei: candelorumque que dederis mihi decimas offeram tibi. Item post pauca: Transiitque in Salem urbem Sichimorum, qua est in terra Chanaan, postquam egressus est Jacob de Mesopotamia Syria, & habitavit juxta oppidum, emittitque partem agris, in qua fixerat tabernaculum, a filiis Emor patris Sichem, centumque agnis: & erecto ibi altari, invocavit super illud Jersuam Deum Israel. Item paullo post: Interea exiit deus ad Jacob: Surge & ascende Betbel, & habita ibi, facque altare Deo, qui apparuit tibi quando fugiebas Ejan fratrem tuum. Jacob vero convocata omni domo sua ait: Abjicite deos alienos, qui in medio vestri sunt, & mandamina, ac mutate vestimenta vestra. Surgite, & ascendamus in Betbel, ut faciamus ibi altare Deo, qui exaudivit me in die tribulationis meae, & fuit socius itineris mei. Et intra: Venit Jacob Luzam, qua est in terra Chanaan, cognomento Betbel: ipse & omnis populus cum eo. Edificavitque ibi altare, & appellavit nomen loci silus, domus Dei. Ibi enim apparuit ei Deus, cum suggerit fratrem suum. Item intra: Apparuit autem iterum Deus Jacob, postquam reversus est de Mesopotamia Syria, benedixitque ei, dicens: Non vocaberis ultra Jacob, sed Israel erit nomen tuum: & appellavit eum Israel, dixitque ei: Ego Deus omnipotens, cresce & multiplica, gentes & populi nationum erunt ex te, reges de lambis tuis egredientur. Terramque quam dedit Abraham & Isaac, dabo tibi & semini tuo, & recessit ab eo. Ille vero erexit titulum lapideum in loco, quo locutus est fuerat Deus, ubi nix super eum incubavit, & effundens oleum, vocavit nomen loci silus Betbel. Item post multa: Profectus est Israel cum omnibus que habebat, & venit ad Patrem juramenti. Et mactatis ibi victimis Deo patri sui Isaac, audivit eum per visionem noctis vocantem se, ac dicentem sibi: Jacob, Jacob. Cui respondit: Ecce adjum. Ait tui Deus: Ego sum Jersuam Deus patris tui, noli timere descende in Aegyptum, quia in gentem magnam faciam te ibi. Ego descendam tecum silus, & ego adducam te inde revertentem.

## XXIII.

Ecce quomodo major iam in Jacob divini cultus amplificatio facta est, qui non solum altaria erexit, oleum desuper fudit, victimas obtulit, & Deo, si prospere ad propria illum redire tecisset, de omnibus que illi dedisset decimas & hostias illi daturum promisit, locumque, ubi in hominis scalam pertingentem usque ad caelos, angeloque per eam descendentes & ascendentes, & Dominum innixum scalae vidit terribilem, & vere domum Dei ac portam caeli esse dixit.

## XXIV.

Unde hodie quoque Christiana religio, exemplum sumens ex antiqua patrum traditione, domos in honorem Dei edificat ac dedicat, & altaria erigit, eisque oleum superfundit, ac sacrosancto chrismate perungit ea, & de factis dictisque ejusdem Jacob melodiam Christo canit, & a fidelibus oblationes & vota, & pretiosarum diversarumque rerum, ad decorem & honorem divini cultus, sacerdotum, ceterorumque ministrorum Christi usus, pauperumque receptionem ac recreationem, suscipit donaria. Qui autem hujuscemodi donaria ad injuriam Dei omnipotentis, templorumque sanctorum suorum dehonorationem & humiliationem, sacerdotumque Dei vituperationem auferre praesumat, cuius sit discriminis & damnationis, ut perpenderit salubriter admonemus. Quotiam, sicut verbis ejusdem patriarchae Jacob aper-

te demonstratur, cuncta Deo dicata templa, & terribilia sunt, & Dei habitacula, & vere domus Dei sunt, & portae caeli. Paveat ergo adinstar Jacob humana praesumptio, ne quoquomodo de tam terribilibus & sacratissimis locis violandis sibi prove-niat damnatio.

## XXV.

Liberato quoque populo Israelitico de Aegyptia servitute, quid Dominus per famulum suum Moysen, sicut in libro Exodi legitur, praeciperit, videamus. Locutus est Dominus ad Moysen dicens: Sanctifica mihi omne primogenitum quod aperit vulvam in filiis Israel, tam de hominibus quam de jumentis: mea sunt enim omnia. Si quareat aliquis, quid sit sanctificare, & ex hoc loco, & ex aliis divinarum scripturarum locis diligenter animadvertat, quod nomen sanctificationis, dominicae sit oblationis atque consecrationis. Sequitur in eodem libro: Cumque introduxerit te Dominus in terram Chanaan, sicut juravit tibi, & patribus tuis, & dederit eam tibi, separabis omne quod aperit vulvam Domino, & quod primitivum est in pecoribus tuis, quidquid habueris masculini sexus, consecrabis Domino. Notandum quia quod supra dixit sanctificare Domino, hic modo dicit consecrare Domino. Sequitur in eodem libro: Dixit autem Dominus ad Moysen: Scribe hoc ob monumentum in libro, & trade auribus Josue. Delebo enim memoriam Amalec sub calo. Edificavit Moyses altare: & vocavit nomen ejus, Dominus exaltatio mea, dicens: Quia manus solii Domini, & bellum Dei erit contra Amalec a generatione in generationem. Perpende quod famulus Dei Moyses ob gratiarum actionem, tunc ac populi Dei liberationem, hostiumque suorum internecionem, altare Domino erexit. Et si Moyses propter haec que praemissa sunt Domino altare erexit, cavendum illis est, qui altaria Domini obruendo dehonorent, & dehonorando obruunt, ne si quando te adversus hostes tuos propitius, se ipsos eisdem triumphum exhibeant. Sequitur in eodem: Dixit praeterea Dominus ad Moysen: Hac dices filiis Israel: altare de terra facietis mihi, & offeretis super illud holocausta, & pacifica vestra, oves vestras & boves; in omni loco, in quo fuerit memoria nominis mei, veniam ad te, & benedicam tibi. Nota quod altare Domino erigentibus, & holocausta immolantibus, adventus Dei & benedictio promittatur. Potest & huic loco aptari illud evangelicum, quo dicitur: Si quis diligit me, & pater meus diliget eum, & ad eum veniemus, & mansionem apud eum faciemus. Felix porro, & valde felix illa mens est, quae tanto habitatore letatur. Quapropter noverint his, quae paullo supra memorata sunt, contraria agentes, & adventu & benedictione Dei se indignos utiqueque fore. Sequitur in eodem post multa: Primitias frugum terrae tuae deferes in domum Domini Dei. Et intra: Quod si audieris vocem Domini Dei tui, & feceris ea quae loquor, inimicus ero inimicis tuis, & affligam affligentes te, & praecedetque te angelus meus. Item intra: Si servieris Domino Deo vestro, benedicam panibus tuis & aquis, & auferam infirmitatem de medio tui. Vide quae quot quantave pro primitiis frugum terrae Deo oblati, & aliis quae cominus junguntur, beneficia offerentibus promittantur, & quanta non deserentibus poena & maledictio interminetur, sicut in subsequentibus multis in locis perfacile inveniri potest. Sequitur in eodem: Scripsit autem Moyses universos sermones Domini: & mane con-surgens edificavit altare ad radices montis, & duodecim titulos per duodecim tribus Israel. Misitque juvenes de filiis Israel, & obtulerunt holocausta, immolaveruntque victimas pacificas Domino: assumen-

que

705

ANNO  
CHRISTII  
1511

que volumina fœderis legit audiente populo, qui dice-  
runt omnia que locutus est Dominus faciemus, &  
erimus obedientes. Quod si quaerit aliquis, quid  
mercedis, quidve remunerationis pro altari ædifi-  
cato, & oblatis holocaustis & victimis, filii Israel  
nati sunt, audiat sequentia: *Ascenderunt Moyses  
& Aaron, Nadab & Abiu, & septuaginta de senio-  
ribus Israel, & viderunt Deum Israel. Quæ mer-  
ces, quæ remuneratio cultum Dei venerantibus  
potest esse major, quam Deum suum videre, qua  
se videri voluit, & loqui concedit, & esse cum  
Deo suo?*

XXVI.

Haecenus de altaribus Deo crectis & ædificatis,  
& quibusdam oleo perundis, de holocaustis, &  
victimis, & hostiis pacificis Deo oblati, & pri-  
mitiis frugum terræ offerendis, & ceteris quæ enu-  
merare longum est, paucis collectum est: nunc  
autem subtiliter perpendendum est, qualiter reli-  
gio divini cultus ad majora & eminentiora Do-  
mino jubente succrescat. Sequitur enim in e-  
odem libro. *Dixit autem Dominus ad Moysen: A-  
scende ad me in montem, & esto tibi daboque tibi  
tabulas lapideas, & mandata que scripsi, ut doceas  
filios Israel. Et intra. Ingressusque Moyses medium  
nebulæ ascendit in montem, & fuit ibi quadraginta  
diebus & quadraginta noctibus.*

XXVII.

Locutusque est Dominus ad Moysen dicens: Lo-  
quere filiis Israel, ut tollant mihi primitias ab om-  
ni: homine qui offeret ultionem, accipietis eas. *Hæc  
sunt autem que accipere debetis; aurum, argentum,  
& as, hyacinthum & purpuram, corcumque bis tin-  
ctum, & byssum, pilos caprarum, & ligna setim:  
oleum ad luminaria concinnanda, aromata in unguen-  
tum, & thymiamata non odoris: lapides onychinos,  
& gemmas ad ornandum ephod, & rationale; sac-  
centique mihi sanctuarium & habitabo in medio eo-  
rum, iuxta omnem similitudinem tabernaculi, quod  
censendam tibi. & omnium vasorum in cultum eius.  
Qualiter vero equidem sanctuarium & tabernaculi,  
omniumque ad cultum & honorem eius pertinens  
constructio Domino præcipiente celebrata sit,  
quæve sanctificata pretiosa sacerdotum indumenta,  
nec non & Levitarum, & cetera ad usus eorum  
pertinentia, & diversarum rerum, non aliarum  
nisi pretiosarum, ingenitæ ac multiplicia dona Do-  
mini oblata & sanctificata seu sacrata sint, quia  
hic longum est commemorare, si quis plenius ea  
nosse vult, sequentia legat, & inquirendo inve-  
niet, quod ea quæ Deo offeruntur & sanctifican-  
tur, in jus sacerdotum cedere jubeantur, & non  
sit externorum officii ad ea accedere, aut quem-  
quam ex his aliquid contingere aut offerre: &  
qui hoc tacere tentaverit, mors ei a Domino  
comminetur, sicut habes in libro Levitici. *Si quis  
externorum accesserit, morte moriantur. Plenum sa-  
cramenti est, quod non alibi nisi in monte  
& lex datur, & sanctuarium Domini fieri præcipi-  
tur. Quid autem & lex & sanctuarium, & arca,  
& tabula, & cetera quæ ibi fieri jubentur signifi-  
cant, sanctorum patrum explanationibus legere  
& nosse volentibus copiosissime panditur.**

XXVIII.

Sequitur in libro Levitico: *Si peccaverit prin-  
ceps, & fecerit unum e pluribus per ignorantiam,  
quod Domini lege prohibetur, & postea intellexerit  
peccatum suum, offeret hostiam Domino. Et intra:  
Rogabitque pro eo sacerdos & pro peccato ejus, &  
dimittetur ei. Observa quod quilibet reatus prin-  
cipis non nisi oblatione Domino facta, & oratione  
solvatur sacerdotis. Item in eodem: *Anima si præ-  
varicans ceremonias per errorem in his quæ Domino  
sunt sanctificata peccaverit, offeret pro delicto suo*  
Concil. Generali. Tom. XIV*

hostiam. Et intra: *Ipsumque quod intulit damni re-  
sistet, & quintam partem adus supra, tradens sa-  
cerdoti, qui rogabit pro eo, & dimittetur ei. Si a  
nima ceremonias Domini prævaricans per errorem  
in his quæ Domino sanctificata sunt peccaverit,  
expiatione holocausti, & oratione indiget sacerdo-  
tis, quid putas de anima illa, quæ non per erro-  
rem, sed scienter, & per cupiditatem, & peri-  
ciosam præsumptionem in his quæ Domino san-  
ctificata sunt peccat, promittitque sibi impunita-  
tem, & jactanter dicit, si ea quæ sunt Domino  
sanctificata abstulerit, hisque ad suum libitumula  
fuerit, se nullo modo peccare.*

XXIX.

Item in eodem: *Ignis autem in altari semper ar-  
debit: quem nutrit sacerdos succensens ligna mane per  
singulos dies, & imposito holocausto de super adiecit  
adipes pacificorum. Ignis est iste perpetuus, qui nun-  
quam deficiet de altari. Multum igitur hæc verba  
legis ponderanda & pertimescenda sunt his, qui  
unde ignis perpetuus, id est luminaria in basilicis  
Deo dicatis concinnari ex fidelium oblationi-  
bus debent, auferre præsumunt. Quoniam si filii  
Aaron, Nadab, & Abiu, qui pro eo quod per  
suam negligentiam ignis, qui jubebatur in altari  
esse perpetuus, extinctus est, & propterea ignem  
alienum coram Domino offerre præsumperunt,  
ob id igne egresso a Domino devorati sunt me-  
rito, quod non sine magno animi dolore prole-  
quimur, horribili morte devorandi sunt hi qui  
ignem Domini in basilicis tibi dicatis & consecra-  
tis audacter extinguunt. Et si quaeritur quando il-  
lum extinguant, manifestum est quod quando il-  
lud auferunt unde idem ignis Domino nutrit de-  
bet, tunc illum extinguunt.*

XXX.

Quod vero basilicæ Deo dicatz & consecratæ  
loca sint divina, sint etiam Dei habitacula, &  
omnibus in Christiana religione confidentibus pa-  
venda & veneranda, & in superioribus jam dictum  
est, & hic non abs te repetendum est, quia se-  
quitur in eodem libro: *Ego enim sum Dominus Deus  
vestre, custodite sabbata mea, & pavete ad  
sanctuarium meum, ego Dominus. His verbis apertè  
demonstratur, quod ad sanctuarium Domini  
potius sit pavendum, quam illud dehonorandum  
sit & extipoliandum. Quid autem paventibus ad  
sanctuarium Domini, & præcepta ejus servantibus  
Dominus promittat, sequens sermo demonstrat,  
ita inquit: *Si in præceptis meis ambulaveritis, &  
mandata mea custodieritis, & feceritis ea, dabo vo-  
bis pacem in temporibus suis, & terra quæ germen  
suum, & pomis arbores repudunt. Apprehensum  
messium trituram vindemiam, & vindemiam occupabit  
sementem: & comedetis panem vestrum in saturitate,  
& absque pavore habitabitis in terra vestra. Dabo  
pacem in finibus vestris: dormietis, & non erit qui  
exterreat. Auferam malas bestias, & gladius non  
transibit terminos vestros. Persequemini inimicos ve-  
stros, & corruent coram vobis. Persequemini quoque  
de vestris census alienos, & census ex vobis decem  
millia. Cadent inimici vestri in conspectu vestro gla-  
dio. Respiciam vos, & crescere faciam. Multiplica-  
binini & firmabo pactum meum vobiscum, & come-  
detis vetustissima vestrum: vetera novis supervenien-  
tibus projicietis. Poni tabernaculum meum in me-  
dio vestri, & non abiciet vos anima mea. Et am-  
bulabo inter vos, & ero vester Deus, & vos eritis  
populus meus. Ego Dominus Deus vestre, qui educa-  
vos de terra Ægyptiorum, ne serviretis eis: & qui  
confregi catenas cervicium vestrarum, ut incederetis  
erecti.**

XXXI.

Quid autem sanctuarium Domini non paventi-  
bus, sed potius illud contemnentibus & dehono-  
ran

Y y

ran

LIBER I  
CAPITULUM  
XXXIII

rantibus, & non facientibus, quæ ab illo consti-  
tuta sunt, Dominus comminatur, sequentia ma-  
nifestant, quæ ita se habent: *Quod si non audieritis  
me, nec feceritis omnia præcepta mea, si spre-  
veritis leges meas, & iudicia mea contempseritis,  
ut non faciatis ea quæ a me constituta sunt, ut ad  
irritum perducatis pactum meum, ego quoque hæc fa-  
ciam vobis. Visitabo eos quoque velociter in egestate  
& ardore qui conficiat oculos vestros, & consumat  
animas vestras. Frustra seretis sementem, quæ ab  
hostibus devorabitur. Ponam faciem meam contra  
eos, & corructis coram hostibus vestris, & subjec-  
turi sunt eis qui oderunt vos, fugietis nempe persequen-  
te, & cetera, quæ latius stylus legalis exequitur.  
Evidens namque est; quod ille populus carnalis,  
pro eo quod legem Domini non custodivit, &  
legis auctorem, Dominum videlicet nostrum Je-  
sum Christum, sibi a patriarchis & prophetis pro-  
missam, non solum non recepit, quin immo cru-  
ci addixit, hæc quæ a Domino sibi comminata  
sunt perpessus sit. Licet enim eidem populo car-  
nalia & terrena, si ea quæ a Domino constituta  
sunt observaverint, promittantur; & si ea obser-  
vare contempserint, auferri comminatur; tu ta-  
men, o Christiane, jam per Christi gratiam spi-  
ritualis effectus, cui non terrena & caduca, sed  
cælestia & perpetuo mansura promittuntur, nisi ad  
sanctuarium Dei avidus fueris, illudque venera-  
tionis & honoris habueris, & sua offerre non omi-  
tis, quoniam ea quæ idem populus carnalis in  
temporalibus perpessus est, corpore temporaliter,  
spiritu vero in æternis cruciatibus æternaliter te-  
pulum nullo modo dubites.*

XXXII.

Item in eodem: *Homo si venerit domum suam,  
& sanctificaverit Domino, considerabit eam sacerdos,  
utrum bona an mala sit: & juxta præsum quod ab  
eo fuerit constitutum vendidabitur. Si autem ille  
qui voverat voluerit redimere eam, dabit quintam  
partem æstimationis supra, & habebit domum. Quod  
si agrum possessionis sue voverit & consecraverit Do-  
mino, juxta mensuram sementis æstimabitur pretium.  
Et infra: Si voluerit redimere agrum ille qui vo-  
verat, addet quintam partem æstimata pecunia, &  
possidebit eum. Si autem voluerit redimere, sed al-  
terius cuiuslibet fuerit vendidatus, ultra eum qui vo-  
verat redimere non poterit: quia cum iubilis venerit  
novus, sanctificatus erit Domino, & possessio consecra-  
ta ad jus pertinet sacerdotum. Considera prudens  
auditor, & diligens lector, qualiter augeatur cul-  
tus divinus. Superius namque pretiosa quæque in  
pecudiibus, in auro & argento & gemmis & serico,  
& ceteris diversis speciebus, sibi Dominus  
suoque sancto tabernaculo iusserat offerri: hic au-  
tem jam inchoantur & domus & agri Domino  
consecrari, & ea quæ Domino consecrantur ad  
ius pertinent sacerdotum. Item in eodem: *Omne  
quod Domino consecratur, sive homo fuerit, sive ani-  
mal, sive ager, non veniet, nec redimi poterit. Quid-  
quid semel fuerit consecratum, sanctum sanctorum  
erit Domino. Vide etiam in hoc loco quid de ho-  
mine sibi consecrato Dominus præcipiat, & per-  
pende quod homines consecrari præcipiantur Do-  
mino. Item paulo post in eodem: *Omnes decime  
terra, de frugibus, sive de pomis arborum, Domini  
sunt, & illis sanctificantur. Et infra: Bovis & ovis  
& capre, quæ sub pastoris virga transiunt, quidquid  
ad decimum venerit, sanctificabitur Domino. Non  
dicitur nec bonum, nec malum: nec altero commu-  
tatur. Si quis mutaverit, & quod minus, & quod  
mutatum est, & pro quo mutatum est, sanctificabi-  
tur Domino, & non redimetur.***

XXXIII.

*Hæc sunt præcepta quæ mandavit Dominus Moysi  
ad filios Israel in Monte Sinai. Observa quod &  
paulo superius de omnibus decimis terræ, tam de  
frugibus, quam de pomis arborum: hic autem  
de decimis pecorum Domino offerendis præcepta  
dantur. Sed & hoc nihilo minus vigilantè obser-  
va, quid conclusio libri Levitici contineat, quæ  
ita se habet: *Hæc sunt, inquit, præcepta, quæ man-  
davit Dominus Moysi ad filios Israel in monte Sinai.*  
Videtur itaque parvitati nostræ eadem conclusio,  
præcedentium divinatorum præceptorum quasi quod-  
dam firmitatis esse signaculum. Et, si parva ra-  
tionis comparari possint, sicut quidam aut regum,  
aut imperatorum, ut sua statuta vigorem perpe-  
tuum obtineant, suo sigillo ea subter firmant, ita  
& Dominus sua præcepta a se constituta & pro-  
mulgata vera & minime violanda esse demon-  
strat.*

XXXIV.

Sequitur in libro Numerorum: *Locutus est Do-  
minus ad Moysen, dicens: Loquere filiis Israel: om-  
nes primitiæ, quas offerunt filii Israel, ad sacerdo-  
tem pertinent: Et quidquid in sanctuarium offeratur a  
singulis, & traditur manibus sacerdoti, ipsius erit.  
Attende diligenter, lector, quod & omnes primiti-  
æ, & quidquid ad sanctuarium Domini a singu-  
lis aut offeratur, aut oblatum est, sacerdotis sint,  
& ad jus ejus pertineant. Item in eodem: *Fa-  
ctum est autem in die, quæ completis Moyses taber-  
naculum, & erexit illud, unxitque & sanctificavit  
cum omnibus vasis suis altare, similiter & vasa  
ejus, obtulerunt principes Israel, & capita sanctua-  
rii, qui erant per singulos tribus præfissi, coram  
qui numerati fuerant, munera coram Domino. Quid  
autem in dedicatione altaris præcipiente Domino  
principes obtulerint, sequentia ipsius libri demon-  
strant. Item in eodem: *Locutus est Dominus ad  
Moysen, dicens: Mea sunt omnia primogenita filio-  
rum Israel, tam ex hominibus, quam ex jumentis:  
ex die quo percussit omne primogenitum in terra Æ-  
gypti, sanctificavi eos mihi. Et tuli Levitas procu-  
ras primogenitis filiorum Israel, tradidique eos dono  
Aaron, & filiis ejus, de medio populi, ut ser-  
viarent mihi pro Israel in tabernaculo sacerdotis, & erent pro  
eis, ne sit in populo plaga, si autem sint accedere ad  
sanctuarium. In his Domini verbis duo nobis vi-  
dentur præcipue necessarioque consideranda. Un-  
um, quod idcirco Dominus jubet Levitas sibi in  
tabernaculo pro Israel servire, ut erent pro eis:  
ad quorum exemplum constituti esse videntur sa-  
cerdotes Christi in ecclesia, ut contenti oblationi-  
bus fidelium erent ad Dominum pro eis: Alter-  
um quidem, quo dicitur, *ne sit in populo plaga,  
si autem fuerint accedere ad sanctuarium*, dat non in-  
convenienter posse intelligi eandem accessionem,  
aliquam circa sanctuarium temerariam præsum-  
ptionem, aut quamlibet subreptionem.***

XXXV.

Item in eodem: *Et dixit Dominus ad Moysen: Us-  
quequo detrahet mihi populus iste? Quoniam non cre-  
det mihi in omnibus signis quæ feci coram eis? Fe-  
riam igitur eos pestilentia, atque consumam. Et post  
pauca: Vivo ego, dicit Dominus, implebitur gloria  
Domini universa terra: attamen omnes homines qui  
viderunt manifestatam meam, & signa quæ feci in Æ-  
gypto & in solitudine, & tentaverunt me jam per  
decem vice, nec obedierunt voci mee, non viderunt  
terram, pro qua juravi patribus coram. Hæc ver-  
ba congruunt his qui in ministris Domini Domino  
detrahunt, juxta illud quod Dominus discipulis  
suis ait: *Qui vos audit, me audit; & qui vos sper-  
nit, me spernit. Congruunt etiam & ea quæ se-  
quantur his qui creta tua corrigere promittunt.*  
& quod*

1100

1100

1100

1100

1100

ANNO  
CHRISTI  
130

1100

1100

1100

1100

1100

1100



709

ANNO CHRISTI 1710

& quod promittunt adimplere negligunt. Unde A  
 verendum est, ne sicut ille populus carnalis pro-  
 pter detractiones & tentationes ac murmuraciones,  
 & pro eo quod imperio Domini inobediens exti-  
 tit, in terram repromissionis nupime intravit, sed  
 potius in eremi vastitate occubuit: ita populus  
 Christi nomine insignitus, imperio Domini inobe-  
 diens factus, a terra viventium sit seclusus. Item  
 in eodem ait Moses ad populum Israel: *Cur trans-  
 gredimini verbum Domini, quod vobis non cedit in  
 prosperum? Nolite ascendere. Non enim est Dominus  
 vobiscum, ne corruatis coram inimicis vestris.* His  
 verbis deterrendi sunt hi qui, cum Dominum te-  
 cum non habeant, jure adversus inimicos suos  
 arma convertere posse putant. Pius enim eni-  
 tendum & diligenter procurandum est, ut Chri-  
 stiani Dominum tecum habeant, quatenus postea  
 secutius identiusque, immo fortius hostes suos  
 superare pravealeant. Item in eodem: *Dimittite Ps.  
 superare pravealeant. Item in eodem: Recedite de medio hujus  
 multitudinis, & jam nunc delebo eos. Cumque jace-  
 rent in terra, dixit Moses ad Aaron: Tollite thuribu-  
 lum, & bastis igne de altari mitte incensum de super,  
 pargens cito ad populum, ut oves pro eis: jam enim  
 egressa est ira a Domino, & plaga desecit. Quod  
 cum fecisset Aaron, & cucurrisset ad medium multitu-  
 dinem, quam jam vastabat incendium, obtulit thy-  
 burum, & stans inter mortuos ac viventes, pro po-  
 pulo deprecatus est, & plaga cessavit. His verbis  
 declaratur, quantum Dei sacerdotum deprecatio  
 valeat apud altissimum. Patet quippe quod hi,  
 per quorum orationem furor Domini placari, &  
 a populo plaga Dei potest cessare, sed potius propter  
 eum cuius ministerium gerunt honorandi & vene-  
 randi. Item in eodem: *Locusus est Dominus ad Aa-  
 ron: Omnia que sanctificantur a filio Israel, tradidi  
 tibi & filio tuo pro officio sacerdotis legitima sem-  
 piterna.* Et infra: *Omnis oblatio & sacrificium, &  
 quicquid pro peccato atque delicto redditur tibi, &  
 credit in sanctis sacerdotum, tuum erit & filiorum  
 tuorum.* Item infra: *Primitias autem, quas voceris  
 & obtulerint filii Israel, tibi dedit & filius ac filius  
 tuus iure perpetuo.* Item infra: *Omnem medul-  
 lam olei & vini ac frumenti, quicquid offerunt pri-  
 mitiarum Domino, tibi dedit. Universa frugum primitia,  
 que genuit vobis, & deportantur Domino, cedent in  
 usum tuum.* Item infra: *Omne quod ex voto reddere  
 voluerit filius Israel, tuum erit: quicquid primitiam eru-  
 perit e ventera carnis, quam offerunt Domino,  
 sive ex hominibus, sive de pecoribus suis, tui juris  
 erit. Item non post multa: Omnes primitias san-  
 ctuarii, que offerunt filii Israel Domino, tibi dedit,  
 ac filius & filii tui. Pactum salis est sempiter-  
 num coram Domino, tibi ac filio tuo. Hec verba  
 Domini contra illos agunt, qui ea que Domino  
 aut offeruntur, aut oblata sunt, ad sacce-  
 dotum Christi non pertinere contendunt. Verum si ea  
 diligenter consideraverint, se non mediocriter er-  
 rare, immo contra Deum agere, reperient.**

XXXVI.

In precedentibus satis abunde dictum est  
 de diversis sacrificiis, & diversorum munerum spe-  
 cibus: sive de his que Dominus sibi offerri ius-  
 sit, sive de his que populus sponte obtulit ad ta-  
 bernaculum Domini, quod typum gerebat futuræ  
 ecclesie Christi. Nunc autem, quia jubente Do-  
 mino populus Israeliticus contemptum Dei in Ma-  
 dianis ultus est, ita ut ne unus quidem ex his  
 in bello occubuerit, quid pro gratiarum actione  
 suaque liberatione Deo pro se pugnantibus & vin-  
 centibus, suoque sacerdoti donatorum ad suum san-  
 ctum contulerint tabernaculum videamus. Dixit  
 inquit, Dominus ad Moysen: *Tollite summam eorum*  
 Concil. General. Tom. XIV

qua capta sunt, ab homine usque ad pecora, tu &  
 Eleazar sacerdos, & omnes principes vulge: dir de-  
 que ex aquo pradum inter eos qui pugnaverunt &  
 aggressi sunt ad bellum, & inter omnem reliquam mul-  
 titudinem, & separatis partem Domino ab his qui  
 pugnaverunt & fuerunt in bello, unam animam de  
 quingentis, tam ex hominibus, quam ex bobus & as-  
 nis & ovibus, & dabis eam Eleazaro sacerdoti, que  
 primitia Domini sunt. Quod ita ad iustum Domini  
 Moyses fecerit, sequentia demonstrant. Ecce pars,  
 que Domino ad usum sacerdotum de his que ca-  
 pta sunt oblata est. Videamus etiam quid in par-  
 tem Levitarum de eadem pradum jubente Domino  
 cesserit. Sequitur autem: *De medio ergo parte, tam  
 qua contigerat reliqua multitudini, id est de ovibus  
 & de trecentis triginta septem millibus quingentis, & de  
 bobus triginta sex millibus, & de asinis triginta mil-  
 libus quingentis, & de hominibus selectis milibus,  
 tulit Moses quinquagesimum caput, & dedit Levitis  
 qui excubabant in tabernaculo Domini, sicut preceperat  
 Dominus. Videamus etiam  
 partem Domini, quam populus ob suam liberatio-  
 nem de pradum, quam ceperat, ei sponte obtulit:  
 & perpendamus quod Dominus in tabernaculo san-  
 cto suo thesaurum, sive aurum (utrumque le-  
 gimus) habere voluerit, & opponamus eis, qui  
 aurum & argentum, & ceteras species pretiosas  
 Deo sacratas in thesauro sancte Dei ecclesie re-  
 prehendendo asserunt inutilia inerte. Hi ergo vi-  
 deant quid sequatur. Cumque accessissent principes  
 exercitus ad Moysen, tribuni & centuriones dixerunt:  
 Nos fuimus in recessu: numerum pugnantium, que  
 habuimus sub manu nostra, & ne unus quidem de-  
 fuit. Ob hanc causam offerimus in donariis domus  
 Domini singuli, quod in pradum aurum invenimus:  
 & armillas, annulos & dextralia,  
 ac manillas, ut deprecemur pro nobis Dominum. Su-  
 sciperuntque Moses & Eleazar sacerdos omne aurum  
 in diversis speciebus, pondus sanctuaris selectum milia  
 septingenta quinquaginta scelas a tribunibus & centurio-  
 nibus. Unusquisque enim quod in pradum rapuerat,  
 suum erat. Et susceptum intulerunt in tabernaculum  
 testimonium, & monumentum filiorum Israel coram Do-  
 mino. Si populus carnalis de pradum hostium suo-  
 rum, quam cepit, donaria gratis Deo obtulit, &  
 his datus ut pro se eraretur postulavit, Deumque  
 sibi placabilem fecit; cavendum omnino, immo  
 exprobandum illis est, qui pretiosas Christi lan-  
 guine sunt redempti, & ab aliis fidelibus Deo  
 oblata & consecrata, immo sanctificata, contra  
 factas auferunt, & in suos illicitos usus retorquent.  
 ne forte, sicut memoratus populus de donariis que  
 Deo contulit, cum sibi propitium fecit, ita e con-  
 trario, quod absit, illi de aliorum Deo ecclesie  
 que sancte sue oblati rebus cum sibi iratum sa-  
 que suumque immensum furorem in se provo-  
 cent, & quod plurimum pertimescendum est,  
 ejus iusto iudicio in pradum hostium suorum,  
 non solum visibilibus, verum etiam invisibilibus  
 incurrant.*

XXXVII.

Quod ergo Dominus ad sanctuarium suum in-  
 ter ceteras species, quas dinumerare longum est,  
 domos & agros & servos sibi offerri precepit,  
 in superioribus jam dictum est: nunc majora &  
 copiosiora que in tabernaculo sancto suo famulan-  
 tibus Dominus dari jubet, intueamur. Hec quoque  
 locutus est Dominus ad Moysen in campis Moab  
 super Jordanem contra Jerico: *Præcipe filiis Israel  
 ut dent Levitis de possessionibus suis urbes ad habi-  
 tandum, & suburbana earum per circuitum, ut ipsi  
 in opidis maneant, & suburbana sint pecoribus ar-  
 mentis. Et infra: Ipsa autem urbes, que dantur  
 ex possessionibus filiorum Israel, ab his qui plus ba-  
 berent.*

711

LIBER I  
CXXXVII  
LXXXVIII

bent plures auferentur; & qui minus, pauciores: sicut in pasta menturam bareditatis sua dabunt opida Leviticus. Quod ita Joie in terra reprobationis fecerit, textus libri illius liquido depromit. Peripicuum sane tunc est, & nosse volentibus apertissimum, quod Deus idcirco populo suo de hereditate possessionum suarum domos, & agros, & mancipia, insuper etiam, quod majus est, civitates & suburbana sanuario suo famulantibus dari precepit, ut ministri sanuarum sui instantius honoremque, atque inexcusabilis sacrum suum cultum exercere, suumque famulatum potuissent liberius explorare. Quibus verbis liquido colligi potest, quod quisquis, quæ alii fideles de hereditate possessionum suarum, ob remedium animarum suarum, Deo ad honorem & decorem ecclesiarum autemque ministrorum usus contulerunt, aut abstergeat, aut auter præsumit, procul dubio abominanda in suarum animarum convertit pernicula. Sequitur enim in eodem: *Hec sunt mandata atque precepta, quæ præcepit Dominus per manum Moysi ad filios Israel in campibus Moab super Jordanem contra Jisro.* Non est prætereundum, nec negligenter considerandum, quid clausula vel conclusio libri hujus, id est Numerorum, continet. Innuit autem quod ea quæ præcepta sunt Dominus præcepit, & facienda decreverit, & ea adimplentibus præmia, non autem adimplentibus diversa supplicia interminatus sit. Sequitur in libro Deuteronomii, in quo, inter cetera multa mandata quæ Moyses locutus est ad filios Israel, ita legitur: *En, inquit, propono in conspectu vestro hanc benedictionem & maledictionem: benedictionem, si obedieritis mandatis Domini Dei vestri, quæ ego hodie præcipio vobis; maledictionem, si non obedieritis mandatis Dei vestri, sed recesseritis de via quam ego nunc ostendo vobis.* Notandum diligenter est, quod obedientes divinis præceptis benedictionem, inobedientes vero maledictionem mereantur. Luce enim clarius constat, quod subreptores ecclesiasticarum rerum injuriam & inobedientiam Deo irrogant, suorumque præceptorum transgressores existant. Unde providendum est, ne hujuscemodi maledictionem, quam legifer proponit, pro benedictione subeant. Qui autem nosse vult quæ sit eadem maledictio, scrupulosissime diligenterque præcedentia & subsequenta divinæ legis legat eloquia, & pro certo inveniet quantum sit terribilis & horribilis, atque perimiscenda sit eadem maledictio. Porro quod ad locum quem Dominus elegit veniendum sit, & quæ offerenda & ibi offerri decernantur, paulo post subsequenta innunt: *Ad vocem, inquit Moyses, quem elegerit Dominus Deus vester de cunctis tribubus vestris, ut ponat nomen suum ibi, & habitet in eo, conveniatis, & offeretis in illo holocausta & victimas vestras, decimas & primitias manuum vestrarum, & vos atque donatis.* Et infra: *Transibitis Jordanem, & habitabitis in terra, quam Dominus Deus vester daturus est vobis, ut requiescatis a cunctis hostibus per circumstantem, & absque ullo timore habitetis in loco quem elegerit Dominus Deus vester, ut sit nomen ejus in eo. Tunc omnia quæ præcipio offeretis, holocausta & victimas ac decimas & primitias manuum vestrarum, & quicquid præcipuum est in muneribus quæ vocatis Domino.* Et post pauca: *Cave ne offeras holocausta tua in omni loco quem videris, sed in eo quem elegerit Dominus.* His verbis patenter intelligi datur, quod omnia quæ ex muneribus præcipua & pretiosa sunt, sibi Dominus voluerit offerri: & quod si ea, sive quæ Dominus præcepit, sive ea quæ ejus populus sua sponte offerre voluisset, non alibi, nisi in loco quem Dominus elegerit, ut esset nomen ejus in eo, offerri jubebantur; procul

adubio ea quæ ecclesiæ sanctæ sunt collata, non alienis, sed ejusdem ecclesiæ sunt usibus applicanda.

ANNO  
CHRISTI  
816

XXXVIII.

Item in eodem: *Cum voteris votum Domino Deo tuo, non tardaveris reddere, quia requiescitur illud Dominus Deus tuus: & si moratus fueris, reputabitur tibi in peccatum. Si nolueris polliceri, absque peccato eris. Quod autem semel egressum est de labiis tuis, observabis, & facies sicut promisisti Domino Deo tuo, & propria voluntate & ore locutus es.* Si illi qui propria voluntate Deo votum vorit, & non reddidit, Dominus in peccatum reputat; quod putas peccatum Domino sibi imputante incurrit, qui aliorum vota voluntarie Domino exhibita auferre præsumit, & tantæ comminationis penam non formidat? Quia ergo qui votum vorit, & non reddidit, Dominus sibi in peccatum reputat, & quisquis ea quæ Domino vorit reddidit ei, nullo modo postea auter licet: multo minus ea quæ alii voterunt & reddiderunt ei, tas est auferre. Quoniam si illi qui vorit & non reddidit in peccatum reputatur, multo magis ille qui aliorum vota tollit, majus sibi peccatum acquirit. Hæc de quinque libris Moysi congestisse sufficiat. Ceterum quicunque plenius latiusque de his quæ Dominus sibi suoque tabernaculo, sacerdotibus & ministris suis offerri & dari præcepit, scire voluerit, Pentateuchum ejusdem Moysi enucleatum legat: & de his quæ in hoc opusculo non continentur, quæ tamen plena sunt auctoritate, ad negotium de quo agitur adstruendum & adimplendum, patienter reperire valet, quæ huic opusculo ob sui prolixitatem vitandam non inferuntur.

SYNODI AQUISGRANENSIS II.

AD PIPPINUM REGEM QUITANIE

LIBRI II.

TITULI CAPITUM LIBRI II.

- I. De Jerisbuntina urbis subversione, & populi Dei propter furtum Achas peremptione. & ipsius Achas iussu Dei iudicio horribili intereptione.
- II. Quod paniso iussu Dei iudicio Achas, populus Israeliticus de hostibus suis triumphare meruerit. & pro eodem triumpho soles altare Domino Deo Israel edificaverit.
- III. De Gabonitis, quos Joies tabernaculo Domini mancipavit.
- IV. Quod tempore iudicium cultus divinus propter peccata populi neglectus, & a quibusdam iudicibus Deo presentibus creatus, & ob id perisepi de hostium domino populus Dei sit liberatus.
- V. Quis benedictionis Anna, pro eo quod filium suum Domino obtulit, promeruit.
- VI. Quomodo peccatum, quo in Deum peccatur, sit accipiendum.
- VII. Quod ruina Heit sacerdotis, filiorumque ejus, non solum sacerdotibus, verum etiam patribus & filiis debitam sibi reverentiam non exhibentibus, sit perimiscenda.
- VIII. Quod sapse ulpa sacerdotum populi, & populi culpa ruina caeteris sacerdotum.
- IX. Quis captivitas arca Dei, Deique populi caloribus provenient.
- X. Quomodo tempore Samuelis cultus divinus per negligentiam ministrorum collapsus, & per eius studium Domino se adjuvante fuerit erectus, & populus ab idolorum cultura ad divinum cultum revocatus.
- XI. Quod obedientia secundum verba ejusdem Samuelis præteratur victimis Saul & holocaustis.
- XII. De reprobatione Saul regis, & electione atque unitione David regis.
- XIII. Quanta in veneratione idem David arcam Dei habuerit, & cum quanto honore eam in medio tabernaculi posuerit, ibique coram Domino holocausta & pacifica obtulerit.

XIV.

ANNO  
LXXXII

- 213  
XIV. Quod in numeratione populi idem David Domino peccaverit, & monente Gad propheta altare Domino construxerit, & oblatis holocaustis & pacificis, non solum reatus sui oblationem, verum etiam divinam reprobationem, ac populi naufragii meruerit liberationem.
- XV. Quod David voluerit edificare domum Domino, & cur eam edificare non possit, per Nathan prophetam instructus est iubente Domino.
- XVI. Qualiter Salomon filius David domum Domini edificaverit: & ius atque paternis donavit subinvenit.
- XVII. Quod eadem domus edificata a Salomone typum gesserit sanctae Dei ecclesiae. & quod multa bona ejusdem domus dehonores sunt adversa perpessi.
- XVIII. Quod eadem sacra domus ab externis gentibus & regibus sit venerata, & multiplicibus donis honorata.
- XIX. Quod idem templum Dei propter peccata sacerdotum, & regum, totiusque populi, a Chaldeis primum fuerit destructum & dirutum.
- XX. De abiectione & humilitatione, & cum se in habitatione Nabuchodonosor regis, quam propter sacrilegionem, quod circa templum Dei commisit, & elationem, qua contra Deum sumit, perpeti promeruit.
- XXI. De recognitione ejusdem Nabuchodonosor, & Dei in sempiternum reverentis laudatione & glorificatione.
- XXII. De Balthasar, qui pro eo quod Deo sacra vasa sibi offerri iussit, ut in eis ipse & optimites ejus, & uxores & concubinae biberent, eadem nocte regno & vita caruit.
- XXIII. De septuagesimo captivitate Israelitici populi anno peracto, populo Dei ad propria reverso, & ab eis civitate & templo constructo.
- XXIV. De eodem templo consecrato, propter peccata sacerdotum, & regum, totiusque populi, ab Antiocho profanissimo rege Graecorum capto, & idolorum sortibus polluto, & de sacris rebus, quas ab eodem abstrahit templo.
- XXV. Quod idem templum, expugnatis Antiochi ductibus, Judas Machabeus purificaverit, & diversis numeribus diruerit, Deoque consecraverit.
- XXVI. De horrenda & invisibili plaga, quam Antiochus, pro eo quod templum Domini cepit & polluit, & vasa sancta inde abstrahit, tormentaque diversa populo Dei infixit, perpessus est.
- XXVII. Quae Meneleum, pro eo quod Antiochi regis, ad capiendum & expoliandum templum Domini, duxerit & consiliator extitit, pena consecuta est.
- XXVIII. Quod Heliodorus, comitesque ejus, ararium, id est templum Domini, pecunias Deo oblatas, & ab aliis depositas, expoliare tentantes perpessi sint.
- XXIX. Quod in locis Deo sacratis vere sit Dei virtus, eorumque visitator & adiutor Deus, & venientes ad maleficientium percussus & perdat.
- XXX. Quod Deo oblata, quae usque sanctificata vocantur secundum verba Judaeis, ab his, quorum officii non est, nullo modo auferri aut contingi fas sit.
- XXXI. Quod Ozias rex, pro eo quod sacerdotale ministerium sibi indebitè usurpavit, lepra multari meruit.

LIBER II.  
CAP. I. II.

tis praevagationis rei, & omnia castra Israel sub peccato sint atque turbentur. Quidquid autem auri & argenti fuerit, & vasorum aeneorum ac ferri, Domino consecrabitur repositum in thesauris ejus. Nulli quippe dubium est, quin de Jericho civitate subvertenda haec dicantur, quapropter observa, diligens lector, & curiose auditor, quod duo in his verbis quae praemissa sunt jubeantur, ne de his, quae Domino consecrata sunt, quidpiam contingatur: alterum quo jubetur, quidquid auri, vel argenti, ac ferri, omniumque vasorum aeneorum fuerit, Domino consecrari, & in thesauris ejus recondi. Vitandumque tibi est, ne contingendo ea quae Domino consecrata sunt, si praevagationis reus, & alii propter te sub peccato sint atque turbentur: & sagaciter intende, qualiter thesauri Domini eo iubente incremententur. Sed & hoc diligenter observa, ne tuo aestu vel cupiditate ea quae in thesauris Domini ei consecrata sunt auferantur. Quod autem, sicut Josue Domino imperante facienda praecipit, postea sunt completa, sequentia testantur. Urbem autem, & omnia quae in ea erant, succenderunt, absque argento & auro, & vasis aeneis ac ferro, quae in arario Domini consecrantur. Qui autem ausu quodam temerario illeceus, de his quae Domino consecrata sunt, palam atque occulte surripere posse arbitratur, exemplo Achan deterreatur, qui aestu avaritiae succensus de his quae Domino consecrata erant furtim sibi surripuit, pallium scilicet coccineum valde bonum, & ducentos siclos argenti, regulamque auream quinquaginta siclorum, & ne deprehenderetur, in tabernaculo suo subfossa humo, confusus liberis ac domesticis suis, occuluit, quae utique Domino consecrata erant. Ob cuius immane facinus quaedam pars populi Israelitici coram hostibus suis caesa extitit, & Josue consulto Domino haec audivit: Surge, cur jaces pronus in terra? Peccavit Israel, & praevagationis est pactum meum: tuleruntque de anathemate, & furati sunt atque mentiti, & absconderunt inter vasa sua. Nec poterit Israel stare ante hostes suos, eosque fugiet, quia pollutus est anathemate. Non ero ultra vobiscum, donec dixeratis eum qui huius sceleris reus est. Nota quod unius illicitum factum totus Israeliticus populus generaliter fecisse narretur, & quod propter unius facinus in populum Dei Domini ingens comminatio fiat, videlicet ut nec Deum secum habere, nec coram inimicis suis stare possit, donec ille interiret qui huiusmodi scelere contaminatus erat. Qualiter vero ipse Achan a Josue, applicato sibi Israel per tribus suas, solertissime examinatus ac deprehensus, sive reatum suum confessus fuerit, qualiter etiam lapidum grandine occubuerit, & omnia quae illius erant igne consumpta sint, sequentia pandunt. Verumtamen valde pavenda sunt haec, & omnibus fide Christi insignitis cavenda, ne propter aliorum illicitum, immo sacrilegum factum, nec secum, quod absit, Dominum habeant, nec coram inimicis suis stare praevalent. Patratores autem tam immanis, immo sacrilegi facti, magnopere cavere oportet, ne propter suam cupiditatem, quam erga res Deo sacratas aut exercent, aut exercere cupiunt, sibi adinstar Achan mortem aeternam, aliisque Dei offensam, & coram hostibus suis acquirant miserabilem ruinam.

P R A E F A T I O .

Præfens opusculum, quod hædenus ex libris Moosaicæ legis, de religione oblatarum Deo, sive offerendarum rerum, quantum Dominus donare dignatus est, breviter congestimus, & ab hinc tam de veteri quod restat, quam etiam de novo testamento, & sanctorum patrum documentis, congerere adjuvante Christi gratia cupimus, ob utilitatem legere volentium, & fastidiosum tedium auferendum, in tribus libellis distinguendum judicavimus. Exactus sit ergo primus: & exordium a libro Jesu Nave sumat secundus.

C A P U T I .

Dixit autem Josue ad omnem Israel: Vocaveramini: tradidit enim vobis Dominus civitatem: sique essetis hoc anathema: & omnia quae in ea sunt, Domino. Et infra: Vos autem cavete ne de his quae praecepta sunt quidpiam contingatis, & s-

II.  
Punitio itaque iusto Dei iudicio eodem Achan, continuo praecipiente Domino populus Israeliticus de hostibus suis triumphare, quia Dominum jam secum habebat, promeruit, sicut sequentia libri e-

715  
 eisdem Josue manifestant: & ob id ædificatum A  
 est altare Domino Deo Israel. Habes igitur ita  
 in eodem libro: *Tunc ædificavit Josue altare Do-*  
*mino Deo Israel in monte Hebal, sicut præceperat*  
*Moses famulus Domini filius Israel, & scriptum est*  
*in volumine legis Moysi: Altare de lapidibus impo-*  
*litis, quos ferrum non tetigit: & obtulit super il-*  
*lud holocausta Domino, immolavitque pacificas vi-*  
*ctimas.*

III.

Quia igitur sunt plerique diversissimis modis ar-  
 gumentantes, & callide percontantes, unde ulus  
 de mancipiis Deo suoque tabernaculo, quod ty-  
 pum gerit sanctæ ecclesiæ, delegandis inoleverit:  
 si præcedentia, in quibus satis abunde hominibus  
 sanctuario Domini mancipandis & mancipatis tra-  
 datum est, illis non sufficiunt, attendant quali-  
 ter Josue Gabaonitas tabernaculo Domini servi-  
 tuter delegaverit. Ait enim illis, sicut in eodem  
 libro legitur: *Non deficiet de stirpe vestra ligna ca-*  
*dens, aquasque comportans in domum Dei mei.* Et  
 infra: *Decrevitque in illo die esse eos in ministerio*  
*cuncti populi, & altaris Domini, cadentes ligna,*  
*aquasque comportantes, usque in præsens tempus,*  
*in loco quem Dominus elegerit.* Hi namque Ga-  
 baonites, eorumque posteritas, quod in taberna-  
 culo Domini secundum constitutionem Josue de-  
 servierint, necnon & in templo, quod postea a  
 Salomone Domino ædificatum & dedicatum est,  
 habes plenissime in libro Regum. Quod vero sa-  
 cerdotibus cum populo in captivitatem ductis, &  
 in eadem captivitate per septuaginta annos de-  
 tentis memorati Gabaonites eorumdem sacerdo-  
 tum obsequio fuerint mancipati, habes in libro  
 Eisdæ, ubi seorsum sacerdotes, seorsum vero nu-  
 merantur Levitæ, ad extremum numerantur Na-  
 thinæ, numerantur etiam & filii servorum Salo-  
 monis. Nathan quippe Hebraice, Latine donatus,  
 Nathinæ Hebraice, Latine quoque donati  
 vel donatim appellantur. Hi sunt præfecto acci-  
 piendi memorati Gabaonites, quos Josue taberna-  
 culo Domini servituros donavit. Porro quos vo-  
 cat in eodem libro Eisdæ filios servorum Salo-  
 monis, hi sunt absque dubio intelligendi, quos  
 Salomon ob honorem divini cultus templo Do-  
 mini delegavit.

IV.

Tempore igitur Judicium manifestum est popu-  
 lum Israeliticum a cultu divino recessisse, & ab  
 offerendis Deo sacrificiis & hostiis pacificis, &  
 ceteris quæ in lege præcepta sunt, divertarum  
 specierum muneribus torpuisse, & ad ritum gen-  
 tium defecisse. Quoniam, ut in libro Judicium  
 legitur: *In diebus illis non erat rex in Israel, sed*  
*unusquisque quod sibi rectum videbatur hoc faciebat.*  
 Et ideo ob meritum scelerum suorum, earum-  
 dem gentium dominio subjugatum, & diversis  
 tribulationibus & angustiis afflictum fuisse. Qui  
 sæpe reatum suum agnoscentes, & luctuosos pœ-  
 nitentiæ gemitibus descentes, per sacrificia Deo  
 oblata, a quibus diu vacaverant, de inimicis suis  
 exitere victores, sicut legitur de Gedeon & Ma-  
 nue. Hæc ideo protulimus, ut magnopere per-  
 pendatur, quanti sit discriminis, cultum divinum  
 Deoque sacrificia debita aut negligi, aut dehono-  
 rari, & quanti sit solatii contra hostes visibiles  
 & invisibiles, magnique muniminis, ea rite &  
 honeste Deo exhiberi. Veremurque nimium, ne  
 hoc quod dicitur, *Faciebat unusquisque quod sibi*  
*rectum videbatur*, quoquomodo illis valeat aptari  
 qui res ecclesiæ aut dant aut accipiunt, & in suos  
 ulus contra fas retorquent, & hoc sibi rectum  
 justumque videri putant.

Legimus itaque in libro Samuelis primo, quia  
 pro eo quod Anna filium suum Samuelem addu-  
 xit in domum Domini, quæ erat in Silo, eum-  
 que cum holocaustis per officium Heli sacerdotis  
 obtulit Domino, ita ut cunctis diebus vitæ suæ  
 serviret Domino, idcirco benedictionem meruit  
 accipere a Domino. Nota, prudens lector, quod  
 tabernaculum vocetur hic domus Domini, sicut  
 habes in eodem libro: *Et adduxit eum, id est Sa-*  
*muelem, in domum Domini in Silo.* At si forte  
 quis quærat, quam benedictionem eadem Anna  
 consecuta sit, vident sequentia: *Ascendit itaque*  
*Anna cum viro suo Elcana, ut immolaret hostiam*  
*Sollemnem, & benedixit Heli Elcana & uxori ejus,*  
*Et dixitque: Reddas Dominus tibi semen de muliere hæc*  
*pro favore quod commodasti Domino, & abierunt in*  
*locum suum. Visitavit ergo Dominus Annam, &*  
*concepit, & peperit tres filios & duas filias, &*  
*magnificatus est puer Samuel apud Dominam.* Si  
 pro filio & hostiis Deo oblati Anna benedici  
 & spiritum prophetiæ, & sobolem meruit adipi-  
 sci; cavendum illis est, qui hostias ab aliis Deo  
 oblatas auferunt, ut non solum maledictionem,  
 sed etiam extinctionem filiorum suorum incurrant,  
 sicuti quosdam incurrisse non ambigimus.

VI.

Quod autem sequitur in eodem libro nimium  
 est terribile: *Si, inquit, peccaverit vir in virum,*  
*placari ei potest Deus: si autem in Dominum pecca-*  
*verit vir, quis orabit pro eo?* Inter cetera nam-  
 que peccata, quibus in Deum peccatur, non mi-  
 nimium peccatum extat illud, quo cultus Dei con-  
 temnitur, aut diminuitur, vel dehonellatur: &  
 idcirco tam ingens peccatum modis omnibus est  
 cavendum. Quicumque ergo ea, quæ divino no-  
 mini consecrata sunt, auferit, in Deum se pecca-  
 re nullo modo debet. Sed & hoc valde est ter-  
 ribile, quod Dominus loquens ad Heli sacerdo-  
 tem ita inter cetera inquit: *Quicumque glorifica-*  
*verit me, glorificabo eum: qui autem contemnit me,*  
*erunt ignobiles.* Cum multis modis Deus in ope-  
 ribus nostris glorificetur, juxta illud evangelicum:  
*Videant opera vestra bona, & glorificent Patrem ve-*  
*strum qui in caelis est: specialiter tamen glorifica-*  
*tur Deus in cultu suo, & in his quæ ei conse-*  
*crantur, & sanctificantur: contemnitur autem ab*  
*his qui in tantam vesaniam prorumpunt, ut illi*  
*consecrata auferre non formident. Quibus valde*  
*perterritendum est illud quod sequitur: Qui au-*  
*tem contemnit me, erunt ignobiles.* Magna porro  
 ignobilitas est, aliquam Deo in suis sacratis re-  
 bus injuriam inferre, & a voluntate & servitio  
 illius se disjungere, & hostis sui voluntati & ob-  
 sequio mancipare.

VII.

Ruina quoque Heli sacerdotis, filiorumque eius  
 quæ in eodem libro Samuelis sequitur facta, non  
 solum patribus, sed etiam filiis est perterriten-  
 da. Quapropter patribus studendum est ut filios  
 suos indigne atque illicite agentes congrua inve-  
 stitione corripiant: filiis autem providendum est,  
 ne circa ea quæ Domino aut consecrata sunt,  
 aut consecrantur, illicitum quid gerant. Illicitum  
 dicimus factum, quando ea quæ illis fas non est  
 a cultu divino abstrahunt, & sine dubio furorem  
 Domini in se concitant. Timendumque valde est,  
 ne tandem in auterendis rebus Deo oblati, tale  
 signatur peccatum, quod non expietur nec victi-  
 mis nec muneribus, sicuti pro iniquitate Heli fi-  
 liorumque ejus a Domino dictum esse legimus.  
 Unde in eodem libro per Samuelem prophetam  
 in Heli Dominus loquitur: *In die illo suscitabo*  
*adversus Heli omnia quæ locutus sum super domum*  
*ejus,*

ANNO  
 CHRISTI  
 1716.

ibidem.

1. Reg. 1.

1. Reg. 1.

ibidem.

Natib. 1.

1. Reg. 1.

1. Reg. 1.

L. BR. II.  
 CAP. III. c. 10.

2. Reg. 1.

1. Reg. 1.

Jud. 17.

1. Reg. 1.

*ejus, incipiam & complebo. Prædixi enim ei, quod A*  
*judicaturus esset domum ejus in æternum propter*  
*iniquitatem ejus, eo quod noverat indigne agere filios*  
*suos, & non corripuerit eos. Idcirco juravi domui*  
*Heli, quod non expiatur iniquitas domus ejus victi-*  
*mis & muneribus usque in æternum. Attendendum*  
*& pertimescendum valde est, quale sit facinus vel*  
*flagitium, quod nec victimis, nec muneribus ex-*  
*piari possit: & agnoscendum liquido est, quod*  
*tam terribilis divina interminatio, quæ non mo-*  
*do victimis, verum etiam quibuslibet muneribus*  
*expiari interdicitur, ex duobus contemptibus na-*  
*sci nullo modo dubitatur. Uno quidem, quo pa-*  
*terna disciplina erga filios delinquentes, & Deum*  
*in suis actibus ad iracundiam provocantes, ex quo-*  
*dam vano carnalis affectus amore segnior remis-*  
*siorque efficitur, & filiorum admitta in semetip-*  
*sos redundare comprobantur. Altero, quo erga*  
*sanctuarium Dei, Deoque diversa consecrata ac*  
*sanctificata donaria, temerario ausu delinquitur,*  
*& idem delictum non solum in prælatis, verum*  
*etiam in subiectis divina ultione peræpe vindica-*  
*tur. Hæc de Heli, filiiisque ejus transgredientibus*  
*præceptum Domini dicta sint. Ceterum obervan-*  
*dum est, & summopere vigilanterque cavendum,*  
*ne factum Heli, filiorumque ejus, filii sanctæ Dei*  
*ecclesiæ imitentur: ne forte, quod absit, per eo-*  
*rum imitationem, & ipsi animarum suarum peri-*  
*clitacionem incurrant, & per eos totus populus*  
*deveniat ad temporalem & æternam damnationem.*  
*Captio denique arcæ Dei, in qua erant*  
*tabulæ testamenti, & cetera quæ divino præcepto*  
*inæsse memorantur, propter peccata memorati Heli*  
*sacerdotis filiorumque ejus accidisse minime dubi-*  
*tatur.*

VIII.

Populi quoque Dei tam flebilis interemptio, non solum propter sacerdotum, verum etiam propter sua innumera delicta, quibus cultum Dei nihili ducebant, accidisse manifestum est. Sæpe quippe accidisse legitimus culpam sacerdotum ruinam extitisse populi, & rursus populi culpam ruinam extitisse sacerdotum, sicut aperte liquet, culpam Heli filiorumque ejus populi extitisse ruinam; & rursus culpam populi captivitatem extitisse sanctorum prophetarum, Ezechielis videlicet, Danielis, & Jeremæ, & aliorum multorum servorum Dei, secundum legis præceptum Deo sincere ac religiose servire volentium, sicut in eorumdem prophetarum libris facillime animadverti potest. Capturam porro arcæ Dei, quæ tyrum gemitu captivitatis nostri Christi corporisque ejus, sanctæ videlicet ecclesiæ, populi que ruinam, propter Heli sacerdotis negligentiam, filiorumque ejus transgressionem, provenisse, nulli qui sanum sapit dubium est.

IX.

Verumtamen quid ejusdem arcæ Dei captoribus, Deique populi caëtoribus provenerit, manifestum est. Si ergo alienigenis propter peccata sacerdotis, suorumque filiorum præcepta Dei transgredientium, facta est arcæ divini testamenti captio, & populi Dei flebilis collapsio; cavendum omnibus qui Christi nomine censentur summopere est, ne spreto sacerdotum Christi ministerio, & cultu ejus parvipenso, propter suam cupiditatem, & illicitam præsumptionem, arcam Dei, quam utique cum capite suo Christo unam constat esse personam, eandem arcam in hostium suorum, quod Deus longe faciat, corrumpere faciant prædationem.

X.

Qualiter denique Dei electus propheta Samuel in cultibus sacris, & in altaribus erigendis, & in holocaustis offerendis, & in populis ab idolorum

cultura ad divinum cultum revocandis, Deo placuerit, ipsius libri historia legentibus aperte demonstrat. Cujus verbis & actibus evidenter patet, quod licet cultus divinus per ministrorum insolentiam, & vitiorum enormitatem quodammodo sæpe provenisset collapsus, tamen per clementiam divinam; & ineffabilem misericordiam, servorum prophetarum vaticiniis ostensam, fuerit erectus. Unde colligi datur, quod quamquam cultus divinus impugnatores non solum indignas, verum etiam externos habeat, nunquam tamen Domino gubernante perpetuam desolationem & dehonorationem habebit: quoniam adest & aderit cultus sui fautoribus & administratoribus ille, qui dixit: *Ecce ego vobiscum sum omnibus die-*

*bus usque ad consummationem sæculi.*

XI.

Quantum autem obedientia præferatur victimis & holocaustis, ejusdem Samuelis prophætæ verbis aperte demonstratur: *Numquid vult, inquit, Dominus holocausta aut victimas, & non potius ut obediat voci Domini? Melior est enim obedientia, quam victima: & auscultare magis quam offerre adipem arietum: quoniam quasi peccatum ariolandi est, repugnare; & quasi scelus idololatriæ, nolle acquiescere.* Jussit enim Dominus sibi suoque tabernaculo diversa donaria, & non alia nisi pretiosa offerri, & ea penitus non est passus auferri. Ergo offerentes sunt Domino obedientes, auferentes vero procul dubio extant ei inobedientes atque repugnantes. Cavendumque est illis, ne propter suam inobedientiam, immo cupiditatem, peccatum & scelus, quod ipse Samuel commemorat, incurrant.

XII.

Abjæcto itaque atque reprobato propter inobedientiam Saul rege, David electione divina a Samuele Domino præcipiente ungitur in regem. Qui quantæ fuerit fortitudinis, quantæque erga cultum divinum amplificandum & exaltandum devotionis, jam & in præcedentibus commemoratum est, & hic succinctim commemorandum.

XIII.

Inter cetera quippe circa divinum cultum religiosa facta sua, quantæ venerationi arcam Dei habuerit, intueamur. Habes siquidem secundo ejusdem Samuelis libro: *Cumque transcendissent, inquit, qui portabant arcam Domini sex passus, im-*  
*mostrabant bovem & arietem, & David percutiebat in organo armizatis, & saltabat totis viribus ante Dominum. Porro David accinctus erat ephod lineo. Et David, & omnis populus Israel ducebant arcam testamenti Domini in júbilo & clangore buccinæ. Et intra: Et introduxerunt arcam Domini, & posuerunt eam in loco suo, in medio tabernaculi, quod tetenderat David ei. Et obtulit David holocausta coram Domino, & pacifica. Cumque complisset offerens holocaustum & pacifica, benedixit populo in nomine Domini exercituum.*

XIV.

Eundem porro David in numeratione populi Domini peccasse, iramque illius in populo sibi subiecto expertum fuisse, perspicuum est. Qui cum vidisset angelum cadentem populum, memor transgressionis & fragilitatis suæ, dixit ad Dominum: *Ego sum qui peccavi, ego inique egi: isti qui oves sunt quid fecerunt? Vertatur, obsecro, manus tua contra me, & contra domum patris mei.* Et monente Gad propheta, emit arcam ab Areuna Jebusæ. Et constructo ibi altari Domino, & oblatis holocaustis & pacificis, & reatus sui obliterationem, & divinam repropitiationem, ac populi promeruit nancisci liberationem, sicut ibi legitur: *Et repropitatus est Dominus terra, & co-*

PL. HER. II  
CAP. XV  
NVI. CC.

*bibita est piaga ab Israhel.* Hæc idcirco posuimus, ut amiradveratur quantum apud divinam majestatem valeat & veneratio divini cultus, & erectio sacrorum altarium, & holocaustorum & sacrificiorum, & ceterorum quæ Domino offeruntur oblatio, & quantum Deo displiceat eorum ablatio.

XV.

Ferventissima namque ejusdem David erga templum Domini, ejusque cultum, in tantum excrevit devotio, ut diceret ad Nathan prophetam: *Videsne quod ego habitem in domo cedrina, & arca Dei, posita sit in medio pellium?* & cetera quæ sequuntur. Voluit enim, sicut sequentia docent, ardentissime ac devotissime domum Deo Israelitice magnitudinis & ammirandæ pulchritudinis ædificare: sed quia ab eadem ædificatione a Domino est prohibitus, & quod filius ejus, qui egrederetur de utero ejus, Domino sibi revelante ac pollicente, eandem domum foret ædificaturus didicit, omnes expensas ejusdem ædificandæ domus, quas dinumerare longum est, præparavit: nec non & donaria innumera, in diversissimis ac pretiosissimis speciebus, læto & alacri animo sanctificavit, & in thesauris illius recondenda consecravit; sicut in Regnorum præcipue Paralipomenon libris habetur.

XVI.

Qualiter autem Salomon filius David potentissimus ac ditissimus regum domum Domino eximpenis paternis & copiosissimis sumptibus suis ædificaverit, & cum ingenti gloria dedicaverit, & ea quæ pater suus sive ipse Domino obtulerat, & in thesauris ejus recondenda sanctificaverat & consecraverat, & quid a Domino sibi apparente ac pollicente audivit, hic per singula commemorandum subjecimus, præsertim cum legitibus omnia in memoratis libris in promptu habeantur.

XVII.

Quod vero eadem domus typum gesserit sanctæ Dei ecclesiæ, nullus sanum sapiens ignorat. Quisquis enim ex aïse nosse cupit, quibus muneribus ceteri reges eandem honoraverint & exaltraverint atque multiplicaverint domum, & ejus cultui debitum exhibuerint famularum, & quibus præconius veneratores & amatores eius a Domino sint laudati, & de hostium tuorum insidus tuti ac liberati, dehonaratores vero ejusdem templi, & divinorum præceptorum transgressores, quantum a Domino sint reprobati, & ab hostibus suis trucidati, seriem eorundem librorum diligenter leget, & profecto reperiet quod nulli dominicæ domus dehonarati, & eorum quæ Domino oblata sunt torrepatori impune cesserit. Hæc de Israhelitis iustis regibus, divini templi honoratoribus, & divita donata Domino offerentibus, nec non & de iniustis secus agentibus, & ejusdem sacratissimi templi dehonaratoribus, & a cultu divino seiplos populumque Dei alienantibus, & ad idola gentium convertentibus, breviter congestisse sufficiat.

XVIII.

Idem igitur Deo sacratum templum ab externis gentibus constat esse veneratum, & multiplicibus donis honoratum, sicut habes de Hiram rege Tyri, & de Seleuco rege Asiæ, de quo in secundo libro Machabæorum legitur: *Igitur cum sancta civitas habitaretur in omni pace, reges etiam adhuc optime custodirentur, propter Onæ pontificis pietatem, & animas odio habentes mala, fiebat ut ipsi reges & principes locum summo bonore dignum dicerent, & templum maximis muneribus illustrarent: ita ut Seleucus Asia rex de redditibus suis*

Reg. 1.  
Mach. 2.

*præstaret omnes sumptus in ministerium sacrificiorum pertinentes.* Observa, diligens lector, quantum memoratum venerabile templum, non solum a principibus & regibus divinam legem tenentibus, sed etiam a diversis nationum regibus, eandem Dei legem ignorantibus, propter amorem & honorem Dei, inaximis muneribus sit illustratum & honoratum. Nam & idem templum ad adorandum Dominum, & diversis muneribus honorandum, multos gentilium adisse, adventus illius Æthiopis, quem a Philippo legitimus baptizatum, nec non & reginæ Saba, evidentissime illustrant.

XIX.

Propter peccata quoque sacerdotum & regum, totiusque populi, idem templum, quod in magna gloria a Salomone Domino fuerat conditum, & per quadringentos & triginta annos manserat intactum, immo valde gloriosum, a Chaldæis fuit incensum atque dirutum, & Hierosolymorum urbs destructa, populisque in Babylonicam captivitatem deductus, & vana domus Domini, & quæque in thesauris domus Domini Domino fuerant consecrata & sanctificata, in Babylonem sunt deportata. Non tamen eadem vana Domino sacra Nabuchodonosor rex profanus in suos præsumpsit retorquere usus, sed ea in locis præcipuis, in delubris videlicet deorum suorum, quæ apud illum magnæ habebantur venerationi & religioni, servanda reposuit. Sciendum vero est, quod pro eo quod templum Domini incendit, vana Domini in Babylonem transtulit, populo Dei captivitatem inflixit, ei ullo modo impune non cessit. Quoniam & propter hoc factum, & pro eo quod gloriam & potestatem & honorem regni sui non Deo, sed sibi tribuit, cælicam vocem audivit, quæ ita facta est: *Tibi dicitur Nabuchodonosor rex: Regnum transibit a te, & ab hominibus ejicient te, & cum bestis ferisque erit habitatio tua: fenum quasi bos comedes, & septem tempora mutabuntur super te, donec scias quod dominetur excelsus in regno hominum, & cuiuscumque voluerit det illud. Eadem hora sermo completus est super Nabuchodonosor, & cuncta quæ dicta ei fuerant præverunt, sicut sequentia testantur.*

XX.

Sed quia propter sacrilegium, quod circa templum Domini patratum, & suam magnam elationem, quæ contra Dominum superbiendo tumuerat, & Danielis prophetæ consilium, lux salutis commodum, audire contempserat, quibus ei orsus est: *Quamobrem rex consilium meum placeat illi tibi, & peccata tua elemosinis redime, & iniquitates tuas misericordissis pauperum; forte ignoscet Deus delictis tuis; tantam promeruit abjectionem, ut etiam cum bellis & feris esset habitatio ejus, & lenum ut bos comederet. Videamus quid post transfatum abjectionis lux tempus idem Nabuchodonosor humiliatus dixerit:*

XXI.

*Igitur post finem dierum, ego Nabuchodonosor oculos meos ad calum levavi, & sensus meus redditus est mihi, & altissimo benedixi, & viventem in sempiternum laudavi & glorificavi, quia potestas ejus potestas sempiterna, & regnum ejus in generationem & generationem. Et omnes habitatores terræ apud eum in nihilum reputati sunt: juxta excellentiam enim suam facit, tam in virtutibus cæli, quam in habitatoribus terræ, & non est qui resistat manus ejus, & dicat ei: Quare fecisti? In ipso tempore sensus meus reversus est ad me, & ad honorem regni mei decoremque perveni: & figura mea reversa est ad me, & optimates mei, & magistratus mei requisierunt me. & in regno meo restitutus sum: &*

ma-

ANNO  
CHRISTI  
110.

AR. 1.  
R. 2.

Daniel.

110.

721

ANNO  
CHRISTI  
216.

*magnificentia mea amplior addita est mihi. Nunc A est illis, ne, quod ablit, adinstar Baltassar & præsentis & futuræ vitæ habeant mortem.*  
igitur ego Nabuchodonosor laudo & magnifico, & glorifico regem cali, quia omnia opera ejus vera, & via ejus judicia, & gradientes in superbia potens est humiliare. Calicem prætera furoris Domini, qui secundum vaticinium Jeremix propheta propinatus est gentibus, adversantibus videlicet Israelitico populo, & a testamento Dei procul secretis, eundem Nabuchodonosor in memorata abjectione plerique bibisse arbitrantur. Unde legitur in Jeremia propheta: *Et post eos bibes Sefach.* Sefach enim Nabuchodonosor fuisse doctores nostri intelligunt. Quod si Nabuchodonosor tanti sacrilegii, tantæque arrogantiae, tantæ etiam impietatis rex, propter suam humilem recognitionem, ad honorem decoremque regni sui pervenire, suoque regno restitui, & magnificentiam Domino tribuente ampliolem sibi addidit promeruit: liquet profecto, & indubitanter accipi potest, quod hi qui res Deo sacratas in suis audacter abutuntur usibus, si ad tempus sibi prospexerint, & dignam Deo recognitionem illicitorum factorum suorum humiliter fecerint, veniam delictorum suorum possint promereri, & non solum in hoc sæculo temporaliter a Domino exaltari, verum etiam in futuro æternaliter remunerari. Si autem hoc facere præpropere detrectaverint, verendum est illis, ne adinstar Nabuchodonosor cum feris bestiis, id est cum immundis spiritibus, de quibus psalmographus ait: *Ne tradas Domino bestias animas consentium tibi, sit eorum sine fine habitatio.*

XXII.

Porro Baltassar, qui filius Nabuchodonosor fuisse describitur, vino deditus in tantam prorumpere ausus est superbiam, suæque salutis inimicam, immo sacrilegam præsumptionem, ut in convivio suo Deo sacrata vasa ad libitum suum juberet auferri, ut biberet in eis ipse & optimates ejus, uxores & concubinæ ejus, & collaudaret deos suos: & ob id ad suum interitum, articulum scribentis protexit in pariete, & eadem nocte Medis & Persis sese obdidentibus regno cum vita caruit, sicut verba Danielis propheta de eo, & adversus eum testantur, quæ ita habent: *O rex, Deus altissimus regnum, & magnificentiam, & gloriam, & bonorem dedit Nabuchodonosor patri tuo. Et propter magnificentiam quam dederat ei, unversi populi, tribus, & lingua tremebant & meluebant eum. Quos volebas interficere, & quos volebas percussis, & quos volebas exaltabas, & quos volebas humiliabas. Quando autem elevatum est cor ejus, & spiritus illius obfirmatus est ad superbiam, depositus est de solio regni sui, & gloria ejus ablata est. Et infra: Tu quoque filius ejus Baltassar, non humiliasti cor tuum, cum scires hæc omnia: sed adversus dominatorem cali elevatus es, & vasa domus ejus ablata sunt coram te: & tu, & optimates tui, & uxores tuæ, & concubina tuæ, vinum in eis bibistis: deos quoque argenteos, & aureos, & æneos, ferreos, ligneosque, & lapideos, qui non vident, neque audiunt, neque sentiunt, laudasti: porro Deum qui habet situm tuum in manu sua, & omnes vias tuas, non glorificasti. Ideo ab eo missus est articulus manuum, quæ scriptis hoc quod exarsum est. Et paulo post: Eadem nocte interfectus est Baltassar rex Chaldaus: Et Darius Medus successit in regnum. Si Baltassar, pro eo quod vasa Domini sibi afferri jusserit, ut in eis biberet, quæ utique postea ad imperium Cyri regis Persiarum templo Domini sunt restituta, & regno privati, & morte meruit multari: quid putas de illis erit, qui non solum sancta vasa, verum etiam alias Deo sanctificatas res suis applicant usibus? Quapropter observandum*

Concil. General. Tom. XIV.

est illis, ne, quod ablit, adinstar Baltassar & præsentis & futuræ vitæ habeant mortem.

XXIII.

Septuagesimo itaque captivitatis Israelitici populi anno peracto, orantibus Daniele & aliis prophetis, idem populus, sicut Dominus per Jeremiam prophetam prædixerat, permittente eodem Cyro rege Persiarum, ad propria est reversus, & omnia vasa templi Domini, quæ Nabuchodonosor asportaverat, ad idem templum sunt relata, & ab his idem templum & civitas ad pristinum sunt restaurata statum, adjuvantibus illis & hortantibus, ut idem templum & civitatem restaurarent, Aggeo & Zacharia prophetis eximus, & præfuerunt eidem operi Zorobabel de regio, & Jesus de sacerdotali semine.

XXIV.

Hoc igitur templum stabile permansit per trecentos quadraginta sex annos. Quod rursus propter peccata sacerdotum & regum atque populi, Antiochus profanissimus & impurissimus rex Græcorum, fraude capta Jerusalem, sordibus idolorum polluit, auferens inde altare Domini aureum, mensam propositionis, candelabrum luminis, & cetera vasa templi aurea, quæ invenire potuit, & alia plura in eodem templo polluendo & exspoliando, populumque Dei acriter affligendo, & interficiendo patravit, sicuti in secundo Machabzorum libro legitur. Non tamen prætereundum est quod de eodem Antiocho in eodem libro legitur. Sequitur enim ibi: *Nec ista eidem sufficientia Antiocho. Ausus est enim intrare templum universa terra sanctius, Menelan ductore, qui legum & patriæ fuit proditor: & scelestis manibus sumens sancta vasa, quæ ab aliis regibus & civitatibus erant posita ad ornatum loci & gloriam, contrectabat indignè. Ita alienatus mente Antiochus non considerabat, quod propter peccata habitantium civitatem modicum Dominus fuerat iratus, propter quod & accidit circa locum despectio. Alioquin nisi contigisset eius multis peccatis esse involutos, sicut Heliodorus, qui missus est a Seleuco rege ad exspoliandum ararium, etiam hic statim adveniens flagellatus & repulsus utique fuisset ab audacia. Verum non propter locum gentem, sed propter gentem Dominus locum elegit. Ideoque & ipse locus particeps factus est populis malorum, postea autem fiet socius & bonorum. Et qui derelictus est in ira Dei omnipotentis, iterum in misericordia Domini reconciliatione cum summa gloria exaltabitur.*

XXV.

Qualiter namque Judas Machabzus idem templum purificaverit & ditaverit, Deoque consecraverit, habes in eodem libro.

XXVI.

Quid vero idem profanissimus rex Antiochus, pro contaminatione ejusdem sacratissimi templi sacrorumque valorum asportatione, & ceteris malis, quæ sive erga memoratum templum, sive erga populum Dei exercuit, perpessus sit videamus. Qui universa conspexit Dominus Deus Israel, percussit eum insanabili & invisibili plaga. Ut enim finivit hunc sermonem, apprehendit eum dolor dirus viscerum, & amara interiorum tormenta. Et post pauca: *Isque, qui sibi videbatur etiam stultibus magnis imperare, supra humanum modum superbia repletus, & montium altitudines in statera appendere, nunc humiliatus ad terram in gestatorio portabatur, manifestam Dei virtutem in semetipso contestans, ita ut de corpore impij vermes scaturirent, ac viventes in doloribus carnes ejus estherent, odore etiam illius & fetore exercitus gravaretur, & qui paulo ante sidera cali contingere se arbitrabatur, eum nempe poterat propter intemperantiam factoris portare.*

Z z

Et

LIBER II.  
CAP. XXII  
XXIII. &c.

723

LIBER II  
CA XXVII  
XXVII. h. c.

ibidem.

ibidem.

Et infra: Et cum nec ipse sacrorum suorum iam ser-  
re possit, ita ait: Iustum est subditum esse Deo, &  
mortalium non paria Deo sentire. Et post pauca:  
Templum etiam sanctum quod prius expoliaverat,  
aptissimi domi jam ornatum, & sancta vasa mul-  
tiplicata, & pertinentes ad sacrificia sumptus de-  
redditis suis se praestitutum pollicitus est. Iterum  
non post multa: Igitur homicida & blasphemus  
peccatis percussus, & ut ipse alios tractaverat, pere-  
git in montibus miserabilis obitu sanctus est. Hor-  
renda plane cunctisque mortalibus est pertimescen-  
da mors tam terribilis scelestissimi regis Antio-  
chi, qui pro eo quod ansos est templum intrare  
& contaminare, & vasa Dei sacrata iade aufer-  
re, atque scelestis manibus sancta vasa, quae ab  
aliis regibus ad ornatum loci & gloriam Deo  
fuerant oblata, indigne contrectare, & in suos  
nefandissimos usus convertere, iusto Dei iudicio  
tam horribili morte meruit occumbere. In cuius  
interitu sagaciter ahmadventendum, quod Deus  
omnipotens irrationem vel ablationem sibi obla-  
tarum rerum inultam tunc dimisit, nec dimissurus  
sit. Quaedam tamen, ut in superioribus iam di-  
ctum est, in praesenti ulciscitur saculo; quaedam  
vero ulciscenda in futuro reservat saeculo.

XXVII.

ibidem.

ibidem.

Qua igitur Menelaum ductorem & hortatorem  
memorati regis Antiochi ad expoliandum tem-  
plum Domini, & vasa Deo sacrata auferenda,  
(qui utique proditor legum & patriae scribitur  
exiisse) digna congruaque sit poena subsecuta,  
sequentia pandunt, quae ita se habent: Anno ce-  
tesimo quadragesimo nono cognovit Judas Antiochum  
Eupatorem venire cum multitudine aduersus Ju-  
dæam, & cum eo Lyfiam procuratorem & praepo-  
situm magistorum. Et post pauca: Commisit autem  
se illis & Menelaus, & cum multa fallacia depre-  
cabatur Antiochum, non pro patriae salute, sed spe-  
rari se constitit in principatum. Sed rex regum su-  
scitavit animo Antiochi in peccatorem, & iugiter  
Lyfia hanc esse causam omnium malorum, iussit  
(ut eis est consuetudo) comprehensum in eodem loco  
necari. Erat autem in eodem loco turris quinquagin-  
ta cubitorum, aggregatum unaque habens cineris. Hac  
prospellum habebat in praecipiti. Inde in cenerem eici  
iussit sacrilegum, omnibus cum propellentibus ad ru-  
tium. Et tali lege praearicatorum legis ontigit  
mori, nec terra dari Menelaum. Et quidem satis  
iusto, nam quia multa erga aram Dei deserta com-  
misit, cuius ignis & cinis erat sanctus: ipse in ci-  
neris morte damnatus est. Notandum quod Mene-  
laus ideo sacrilegus dicitur, pro eo quod Antio-  
cho ductor exiit, & ut sacra vasa templi aufer-  
ret consilium dedit. Nam & pro eo quod circa  
aram Domini in multis deliquerat, tam exitabi-  
li morte perierat. Cuius exemplo deterrendi sunt,  
non solum hi, qui circa aram Dei ad seruien-  
dum Domino, eique ministrandum; verum etiam  
hi qui aliis propter suam explendam cupidi-  
tatem, in auferendis Deo sacratis rebus consilium  
dant, & exhortatores sunt, & facientibus impu-  
nitatem promittunt, ut se modis omnibus com-  
pescant, ne tam mortis atrocissimae Menelai,  
quod ablit, participes existant.

XXVIII.

Qui autem ararium Domini, id est templum  
ejus, pecuniis aut Deo colatis, aut ab aliis de-  
positis, expoliari impune posse & debere arbitran-  
tur, perpendant quid Heliodorus, sui que comi-  
tes, eique parentes, Hierosolimam advenientes  
ut ararium Domini pecuniis expoliarent, ab equo  
caelesti, ejusque terribili fessore, nec non & ce-  
lestiali juvenibus duobus perpeffus sit: de quo ita  
habes in eodem libro Machabeorum secundo:

Cum venisset Heliodorus Hierosolimam. & benigne a  
summo sacerdote in civitate ejus exceptus, narravit  
de dato iudicio pecuniarum; & cujus res gratis ad-  
esset, aperuit. Interrogabat autem, si vere hoc ita  
esset. Tunc summus sacerdos ostendit deponda esse  
hoc, & essentialia viduarum & pupillarum. Et in-  
fra: Decipi vero eos, qui credidissent loco & tem-  
plo, quod per unumquemque nomen honoratur pro sui  
veneratione & sanctitate, omnino impossibile esse.  
Et infra: Heliodorus autem quod decreverat persequi  
eodem loco ipse cum satellitibus circa ararium  
praesens. Sed spiritus omnipotentis Dei magnam se-  
cit sua ostensionis evidentiam, ita ut omnes, qui ausi  
fuerant ei parere, timores Dei virtute, in dissolutio-  
nem & formidinem converterentur. Apparuit enim  
illis quidam equus terribilem habens fessorem, opti-  
mus operimentis adornatus. Isque cum impetu Helio-  
doro priores calces elisit. Qui autem ei sedebat, vi-  
debatur arma habere aurea. Alii etiam apparuerunt  
duo juvenes virtute decori, optimi gloriae, speciosaque  
amictu: qui circumsteterunt eum, & ex utraque par-  
te flagellabant, sine intermissione multis plagis cer-  
berantes. Subito autem Heliodorus concidit in terram,  
cumque multa caligine circumfusum vaporant, atque  
in sella gestatoria positum eiecerunt. Et ei qui cum  
multis cursoribus & satellitibus praedictum ingressus  
est ararium, portabatur nullo sibi auxilium ferente,  
manifesta cognita Dei virtute. Et ille quidem per  
divinam virtutem jacebat mutus atque omni spe &  
salute privatus. Hi autem Dominum benedicabant,  
quia magnificavit locum suum, & templum, quod  
paullo ante timore ac tumultu erat plenum, appa-  
rente omnipotente Domino, gaudio & letitia imple-  
tum est. Tunc vero ex amicis Heliodori quidam ro-  
gabatur confestim Oniam, ut invocaret altissimum,  
& vitam donaret ei, quae in supremo spiritu erat  
constituta. Considerans autem summus sacerdos, ne  
forte rex suspicaretur malitiam aliquam ex Judaeis  
circa Heliodorum consummatam, obtulit pro salute  
viri hostiam salutarem. Cumque summus sacerdos en-  
toraret, idem juvenes eisdem vestibus amictu, ad-  
stantes Heliodoro, dixerunt Onia sacerdoti: Gratias  
age, nam propter eum tibi Dominus vitam donavit.  
Tu autem a Deo flagellatus, nuntia omnibus magna-  
lia Dei & potestatem. Et his dictis non comparce-  
drunt. Heliodorus autem hostia Deo oblata, & votis  
magnis promissis ei qui vivere illi concessit, & Onia  
gratias agens, recepto curritu, repedabat ad regem.  
Testabatur autem omnibus ea quae sub oculis suis vi-  
derat, opera magni Dei. Cum autem rex interro-  
gasset Heliodorum, quis esset aptus adhuc semel mit-  
ti Hierosolimam, ait: Si quem habes hostem, aut  
regni tui infidatorem, mitte illum, & flagellatum  
eum recipies, si tamen evaserit: eo quod in loco ve-  
re sit Dei quadam virtus. Nam ipse qui habet in  
caelis habitationem, visitator & adiutor est loci il-  
lius, & venientes ad male faciendum percussit ac  
perdit.

XXIX.

De his itaque, quae erga Heliodorum, Domi-  
no in suo arario suam injuriam suamque deho-  
norationem ulciscente, gesta sunt, multa posui-  
mus: quoniam ea ad eorum audaciam & pestife-  
ram praesumptionem reprimendam, qui loca Deo  
dicata expoliare non metuunt, valde necessaria  
praevidimus. Quibus terre & summo opere discere  
convenit, quod in lucis Deo dicatis vere virtus  
Dei sit, eorumque visitatio: & adiutor Deus sit,  
& venientes ad male faciendum percussit ac per-  
dat.

XXX.

Quod vero Deo oblata, quae utique sancta vo-  
cantur, ab his, quibus officium non est, auferri,  
immo contingi, fas non sit, verba Judith loquen-



725  
ANNO  
CHRISTI  
725  
7. Jul. 11.

AQUISGRANENSE II.

LIBER III.  
PRÆFATIO.

725  
tis ad Holophernem patenter innuunt, quæ ita A  
inquit: Denique hoc ordinant, ut interficiant pecora  
sua, & sanguinem eorum bibant, & sanæa Domini  
Dei sui, quæ præcepit non contingi: in frumento,  
vino, & oleo, hæc cogitaverunt impendere, & vo-  
lunt consumere quæ nec manibus debent contingere.  
Ergo quoniam hæc faciunt, certum est quod in perdi-  
tionem dabantur. At si forte quispiam querat, ex  
qua auctoritate Judith hæc verba protulerit, le-  
get diligenter Leviticum, & ceteros veteris testa-  
menti libros, in quibus Domino consecrata ab  
exterioribus contingi prohibentur, & manifeste inve-  
niet, unde eadem verba sumpserit.

XXXI.

1. Paral. 13. Ozias interea rex, pro eo quod officium sacer-  
dotale, quod solummodo ad jus pertinebat sacer-  
dotum, arripere præsumpsit, illico lepra multatius  
est, & terræ motus tam illicitum tamque sacrile-  
gum ejus factum subsēcutus est: qui etiam ul-  
que ad diem mortis suæ leprosus permansit.  
Hanc igitur lepram, quam Ozias propter suam  
temerariam præsumptionem, & alterius officii il-  
licitam arriptionem in corpore ulque ad diem  
obitus sui sustinuit, cavere oportet eos qui ea  
quæ ad suum ministerium non pertinent auferre  
non pertimescunt, ne forte, quod absit, in ani-  
ma eandem lepram miserabiliter sustineant.

Plura quidem de sanctorum prophetarum dictis  
& hagiographorum libris testimonia huic opuscu-  
lo subnectenda fuerant, quæ evidentem negotio  
de quo agitur multiserie adstipulantur: sed ob  
prolixitatem vitandam præmittenda nobis visa  
sunt, quæ tamen de veteri testamento brevitatis  
studio posuimus, vestra sapientie sufficientia fore  
credimus. Sed quia, juxta Apostolum, ea quæ  
carnali populo in figura contingebant, & scripta  
sunt propter correctionem nostram, in quos fines  
seculorum devenerunt: nos, qui jam per Christi  
gratiam spirituales effecti sumus, debemus ea spiri-  
tuali ratione discutere; & qualiter illud templum  
Judaicum illum gesserit ecclesie catholice, &  
conditor illius Salomon, qui interpretatur pacifi-  
cus, personam redemptoris nostri Christi veri &  
summi regis pacifici designaverit, in sequenti  
opusculo ex sanctorum patrum eloquiis demon-  
strare.

SYNODI AQUISGRANENSIS II.

AD PIPPINUM REGEM AQUITANIE

LIBER III.

TITULI CAPITUM LIBRI III.

- I. Quod Salomon, edificator Judæici templi Redemptoris nostri, & templum quod edificavit, typum gesserit catholice ecclesie.
- II. Quod idem rex noster pacificus Christus ecclesiam in hoc seculo, quod per septem dies evoluit, construat, & in futuro, id est in octavo die, eam dedicaturus sit.
- III. Quod due sint confusiones, una in presenti, altera in futuro seculo: una qua per penitentiam remedium capis, altera qua æternam penam stabiliter incurris.
- IV. Qualiter ecclesia Christi ab exordio nativitate sua cepit crescere, dilatari, ac propagari, & fidelium oblationibus manerari.
- V. Quod caput nostrum Christus oblata fidelium suscepisse non ambigitur.
- VI. Quod qui aliquid de ecclesia furatur, Juda peccato comparatur.
- VII. Quod idcirco Dominus & redemptor noster loculos habere voluerit, eo quod ecclesia ipsius loculos habitura esset.
- VIII. Quod juxta beati Hieronymi documentum, qui si-  
pe templi, & his que consueverunt in usus ecclesie,  
Concil. General. Tom. XIV.

- abutantur in aliis rebus, quibus expleant suam voluntatem, similes sint scribarum & sacerdotum mendacium & sanguinem salvatoris.
- IX. De unguento, quo mulier corpus Domini unxit.
- X. De vidua in gazophylacium sipes mittente, & quid sit gazophylacium.
- XI. Quid respectio Domini in gazophylacium significet.
- XII. Quod Dominus & redemptor noster de honorarium scripti sui fieri non velit, factum ejus demonstrat, quando sigello adhibito vendentes & ementes de templo eiecit.
- XIII. Quod expositio beati Hieronymi valde sit terribilis, quæm digressi de expulsiõne ejusdem templi quomodo Dominus & redemptor noster intravit fecit.
- XIV. Quod licet ecclesia Christi propter peccata nostra diversis temporibus, diversisque modis sæpe expugnata, nunquam tamen a Christo sit deserta.
- XV. Quid beatus Hieronymus, de his qui possessum ecclesie, & ea que in donaria collata sunt, verunt in lucrum suum, in expositione Sophonia propheta dicat.
- XVI. Quid idem in expositione ejusdem propheta sentiat de his, qui de rapinis & nudatione miserorum offerunt sacrificia, & elemosinis ex iniquitate putant se redimere peccata.
- XVII. Quid idem doctor in expositione Isaia propheta, de his, qui plebem sibi subjertam uterunt, & rapina pauperum in domibus eorum est, quando ecclesia opibus abutantur in deliciis, & publicas sipes, quæ ad sustentationem pauperum datae sunt, vel sibi referunt, vel filijs distribuunt.
- XVIII. Quid significet, quod Dominus & redemptor noster templum Hierosolymitanum statuis temporibus adierit, ibique docerit, fura multa fecerit, & cetera que sacra testantur evangelia.
- XIX. Quomodo ecclesia Christi, post ejus passionem & resurrectionem, & ad calos ascensionem, per apostolos roborata & propagata, atque fidelibus oblationibus sit ditata & exornata.
- XX. Quod ad predicationem beati Petri, per apostolos ecclesia in Christum capis credere, & crescere ac multiplicari, & in exordio sui inchoaverit vota fidelium suscipere.
- XXI. Quod Ananias, suaque & uxor, pro eo quod de propriis rebus quas Deo voverant, aliquod abstraxerunt vel defraudaverunt, horribili morte multati sunt.
- XXII. Quod Herodes parricida & sceleratissimus rex, ut cetera ejus mala omittantur, pro eo quod sacerdotis Domini interemit, coramque ministerium, & ea que ad cultum Domini consecrata erant surripuit, credatur meruisse, & ab angelo percussus, & a verminibus depesit.
- XXIII. Quod ecclesia Christi per successores apostolorum, sub orthodoxis imperatoribus & regibus ac principibus, ceterisque fidelibus sua vota Deo offerentibus, inaltata sit, ditata, ac sublimata.
- XXIV. Quod multa sanctorum patrum Latinorum atque Græcorum documenta præmittentur, quæ res Deo dicatas atque sacratas impune auferri non posse testantur.
- XXV. Quod aperte canones sacri auferendarum rerum ecclesiasticarum inibent auctantem.
- XXVI. De duobus capitulis Gangrensis concilii, quibus Deo oblata accipi & dari prohibentur.
- XXVII. In calce hujus operis fit ad Dominum regem allocutio sacerdotum humilis atque fidelis.

PRÆFATIO.

IN fine præcedentis libelli nos promississe meminimus, quod in hujus exordio, prout Deus postea dedisset, ex sanctorum patrum oreculis breviter ostenderemus, quod templum Domini, quod a Salomone ædificatum & dedicatum Domino est, figura fuerit catholice ecclesie per univrsam orbem diffusæ, & conditor illius Salomon rex personam gesserit Christi, quod quidem nos, Domino favente, adimplere conamur. Salva quippe super hac re ceterorum sanctorum eximiorum patrum expositione, quorum dicta in subsequentibus ponenda sunt qui venerabilis & modernis temporibus doctor admirabilis Beda presbyter de sæpe memorato templo in expositione evangelii Joannis sentiat videamus.

Z z 2 C A.

## CAPUT I.

LIBER III  
CAP. I. II

116

Ait enim inter cetera: Salomon rex, qui interpretatur pacificus, ipsum Redemptorem nostrum typice designat. De quo Ilias ait: *Multiplicabitur ejus imperium, & pacis non erit finis*. Templum quod ædificavit, catholica ejus ecclesia est: quam de universis per orbem credentibus, quasi de vivis lapidibus, unam suæ fidei & caritatis compagem aggregat. Hæc idem Beda dixit.

## II.

Ceterum sciendum est, quod rex noster pacificus Christus, qui per crucem passionis suæ pacificavit omnia quæ in cælis & quæ in terris sunt, & qui est vera pax nostra, faciens utraque unum, & qui est vera pax nostra, id est eandem ecclesiam suam per septem annos, id est per septem dies, quibus omne sæculum evolvitur, in hac mortalitate ædificat: quam octavo anno, id est resurrectionis tempore dedicaturus est, quando scilicet mortale nostrum induerit immortalitatem, quando electis suis dicturus est: *Venite benedicti Patris mei, percipite regnum quod vobis paratum est ab origine mundi: quia esurivi, & dedistis mihi manducare; sitivi & dedistis mihi bibere; nactus sum me, & collegistis me; nudus, & operuistis me; infirmus & in carcere, & venistis ad me*. Hanc pro certo benedictionem audituri sunt, qui in membris Christi sua largiti sunt Christo. Quid ergo putas audituri sunt hi qui aliorum largita, & ad honorem ecclesiæ decoremque, & ad usum ministrorum Christi, pauperumque receptionem ac recreationem collata, auferre non erubescunt? Quia ergo valde terribile est quod audituri sunt, caveant, dum sibi vivere conceditur, ne pro tam felici benedictione percipiant maledictionem, & illam æternam confusionem, de qua David propheta se liberandum Dominum deprecabatur, dicens: *In te Domine speravi, non confundar in æternum*, &c.

## III.

Confusiones namque duas esse legimus unam temporalem, per quam omnis peccator poenitendo & lugendo Domino peccasse confunditur: alteram æternalem, & sine fine mansuram: quam hi qui a sinistris erunt audituri sunt, quibus dicitur: *Discedite a me maledicti in ignem æternum, qui preparatus est diabolo, & angelis ejus*. Qui hanc maledictionem & æternam confessionem non pertimescit, nimis ferrei pectoris existit. Quamobrem filius ecclesiæ vigilanter satagendum est, ut eandem benedictionem a Christo audire, & ab amicis, id est pauperibus Christi, in æterna tabernacula recipi, & æternæ beatitudinis felicitate valeant sine fine perfrui.

## IV.

Qualiter porro ecclesia Christi ab exordio natiuitatis suæ cepit crescere, dilatari, ac propagari, & fidelium oblationibus munerari, in ipso capite nostro Christo intueamur.

## V.

Idem namque caput nostrum Dominus ac redemptor noster Jesus Christus, qui cum sit cæli & terræ creator, omniumque bonorum largitor, oblationes tamen fidelium suscepisse non ambigitur, unde erant nummi, quos miser Judas, & non miserabilis, furabatur: & idcirco non qualicumque fur, sed fur sacrilegus dicitur, qui adeo nummos avare dilexit, ut pro nummis Dominum & magistrum suum proderet. De quo beatus Augustinus in homilia quadragésima octava evangelii Joannis ita dicit: Ecce inter sanctos est Judas; ecce est fur Judas, & ne contemnas, fur sacrilegus, non qualicumque fur: fur loculorum,

A sed dominicorum: loculorum, sed sacrorum. Si crimina discernuntur in foro qualicumque furti, & peculatus, (peculatus enim dicitur furtum de re publica) & non sic judicatur furtum rei privatæ, quomodo publicæ; quanto vehementius judicandus est sacrilegus fur, non undecumque tollens, sed de ecclesia tollens.

## VI.

Qui aliquid de ecclesia furatur, Judæ perditio comparatur. Nota quod aliquid de ecclesia tollere, furtum esse beatus Augustinus asseveret, & patratorem tanti furti sacrilegum appellet, nec non & Judæ perditio æquiparet.

## VII.

Et post pauca: Quare, inquit, loculos habuit cuius angeli ministraverunt, nisi quod ecclesia ejus loculos suos habitura erat? Ecce quibus tanti doctoris documentis instruemur, quia quod in expite præcessit, in corpore ejus, quod est ecclesia, videtur impletum. Porro Christum & ecclesiam unam personam esse non nescimus, & ideo quæ ecclesiæ sunt, Christi sunt: & quæ ecclesiæ offeruntur, Christo offeruntur: & quæ ab ecclesia ejus tolluntur, procul dubio Christo tolluntur. Esto, erat futurum ut ecclesia Christi nummos haberet: si nummos, utique & prædia, & mancipia, & diversarum specierum innumera ornamenta: & quod illicitum sit ea quæ conferuntur ecclesiæ auferri, beati Hieronymi scribentis in expositione Matthæi evangelistæ verba ita testantur.

## VIII.

Omnes, inquit, qui stipe templi, & his quæ conferuntur in usus ecclesiæ, abutuntur in aliis rebus quibus suam expleant voluntatem, similes sunt scribarum & sacerdotum, redimentium mendacium & sanguinem salvatoris. Subtiliter plane sagaciterque pertrahenda sunt ac perpendenda verba tanti doctoris, & cunctis fidelibus cavendum est, ne in his rebus quæ ecclesiæ collatae sunt auferendis similes efficiantur Pharisæis & pseudo sacerdotibus, mendacium sanguinemque Christi redimentibus.

## IX.

Scribit etiam idem beatus Hieronymus in expositione evangelii Matthæi ita: *Mittens enim hoc unguentum hoc in corpus meum, ad sepeliendum me fecit*. Quod vos putatis perditionem esse unguenti, officium sepulturæ est. Nec mirum si mihi bonum odorem fidei suæ dederit, cum ego pro ea fufurus sim sanguinem meum. Multi sane sunt hodie qui Christiano censentur nomine, qui ad instar Judæ dicere solent super his, quæ aut Domino consecrata sunt, aut consecrantur, aut consecrari decernuntur: Ut quid perditio hæc? putantes perditionem esse, quæ ecclesiæ ministrisque ejus ac pauperibus ob amorem Dei sunt commodata. Animadverti namque non inconvenienter potest, quod sicut unguentum Mariæ Christus ad officium suæ suscepit sepulturæ; ita nimirum vota fidelium suscipiat ad officium sanctæ suæ ecclesiæ.

## X.

Legimus itaque secundum Marcum Dominum Jesum Christum contra gazophylacium sedisse, & quomodo turba jectaret eis in gazophylacium accepisse, & viduam duos nummos in gazophylacium mittentem ideo laudasse, eo quod omnes ex eo quod illis abundabat miserunt, illa autem de penuria sua miserit totum victum suum. Quid gazophylacium sit Beda exponente didicimus: scribit enim in expositione ejusdem Marci ita: Quia sermone Græco *κολακας* servare dicitur, & gara lingua Persica divitiæ vocantur: gazophylacium locus appellari solet, quo divitiæ servantur; quo nomi-

ANNO  
CHRISTI  
516.

Matth. 21.

Matth. 20.

Matth. 21.

Matth. 21.

ANNI CHRISTI 916

178

nomine & arcam, in qua donaria populi congregabantur ad usus templi necessarios, & porticus in quibus servabantur, appellant. Habes etiam exemplum de porticibus in evangelio: Hec, inquit, verba locutus est Jesus in gazophylacio docens in templo. Habes de arca in libro Regum: Et tulit Jouda pontifex gazophylacium unum, aperuitque foramen desuper, & posuit illud juxta altare, ad dextram ingredientium domum Domini: mittebantque in eo sacerdotes, qui custodebant ostia, omnem pecuniam que deferrebat in templum Domini. Hec de gazophylacio Beda dixit.

XI.

Ceterum superius diximus Dominum nostrum Jesum Christum nummos habuisse, suamque ecclesiam suo exemplo nummos habituram, & unguentum Mariæ, quæ typum gestavit ecclesie. Hic autem vota offerentium respexisse, & viduam duo minuta, id est omnia quæ habebat, in gazophylacium mittentem laudasse. Respectio namque Domini in gazophylacium, & quo animo quis quid mitteret, ineffabilis discretio, ut nobis videtur, significabat jam ecclesiam suam, quæ est corpus ejus, a fidelibus multiplices oblationes accepturam. Et si tunc respiciendo vota offerentium certo examine discrevit atque approbavit, dubitandum non est, quin factum ea de ecclesia sua auferre volentium vituperet ac damnet.

XII.

Quod autem Dominus & redemptor noster, violationem ac dehonorationem templi sui fieri nullatenus patitur, monstrat factum ejus valde admirabile, eo quod flagello adhibito vendentes & ementes eiecit de templo ita dicens: Scriptum est: Domus mea, domus orationis vocabitur: vos autem fecistis eam speluncam latronum.

XIII.

Hæc illum juxta historiam fecisse non ambigimus: sed super hac re, ut oportet, quid beatus Hieronymus sentiat vigilantè attendamus, & expositionem quam describit pariter expavescamus, & Domino adjuvante caveamus. Quotidie, inquit, Dominus ingreditur templum Patris, & eiecit omnes tam episcopos, & presbyteros, & diaconos, quam laicos, & universam turbam de ecclesia sua, & unius criminis habet vendentes pariter & ementes. Item idem in eodem post pauca: Non sit in domo pectoris nostri negotiatio, non vendentium ementiumque commercia, non domorum cupiditas, ne ingrediatur Jesus iratus & rigidus, & non aliter mundet templum suum, nisi flagello adhibito, ut de spelunca latronum, & domo negotiationis, domum faciat orationis. Terribilia valde sunt quæ a tanto auctore dicuntur: & idcirco omnibus ordinibus in religione Christiana consistentibus præcavendum est, ne quidpiam illicitum in templo Dei agendo, a Jesu irato toras ejiciamur, & templum suum, quod propter avaritiam nostram factum est spelunca latronum, faciat orationis domum.

XIV.

Quoniam licet ecclesia Christi, propter multa peccata diversis temporibus, diversisque modis, a multis sæpe sit expugnata, quæ gratulabunda canit: Sæpe expugnaverunt me a juventute mea: etenim non potuerunt mihi: hæc tamen, qui eam suo pretioso sanguine redemit, nunquam deserturus est, ita ei pollicens: Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus usque ad consummationem sæculi.

XV.

Scribit etiam idem B. Hieronymus in expositione Sophoniæ prophetæ: Va provocatrix, & redempta civitas, columba. Non audivit vocem, & non excepit disciplinam. Principes ejus in medio ejus quasi

leones vagantes: judices lupi vespere, non relinquunt in mane. Illustris & redempta civitas, juxta superiora, perspicue ecclesia intelligitur, quæ vocatur columba, propter simplicitatem multitudinis in ea creditissimam. Hæc non audivit vocem Domini, neque suscipere voluit disciplinam: hæc consula est, quia noluit appropinquare Domino Deo suo. Frustra enim quis vocem Domini sui audire se dicit, & confidere in Domino, quando operibus fidem destruit. Hujus principes sicut leones rugientes. Non ambigimus de rugitu leonum, quando viderimus principes ejus ita in subiectos populos detonare, & voce tyrannica rabidisque conviciis plebem contere, ut non pastorem interregem, sed leonem inter oviculas putes fremere. Judices quoque ejus quasi lupi rabidi, occidentes vespere, & nil relinquentes in mane, non aspicientes ad ortum solis, sed morantes semper in tenebris, & possessiunculas ecclesie, & ea quæ in Dei donaria conferuntur, vertentes in lucrum suum, ut non habeant pauperes quod mane comedant. Qui quasi in nocte, & nullo vidente omnia populantur: & cum luporum more cuncta rapiant, ne parvos quidem cibos indigentibus derelinquat.

XVI.

Item idem in Jeremiam prophetam: Ut quid mihi ibus de Saba offeritis, & calamum suaveolentem de terra longinqua? Hincostomata autem vestra non sunt accepta, & vestimenta vestra non placent mihi. Hoc autem proprie convenit his qui de rapinis & nudatione miserorum offerunt sacrificia, & elemosynis ex iniquitate se putant redimere peccata, dicente scriptura: Redemptio viri propria divitiis, quæ non de iniquitate, sed de labore & justitia congregantur. Item in Jeremia propheta: Hæc dicit Dominus: Judicate mane judicium, & eruite vi oppressum de manu calumniantis, ne forte egrediatur quasi ignis indignatio mea, & succendatur, & non sit qui extinguat. Proprie autem sermo fit ad domum regiam, ut emendet errorem penitentie, ut clementiam Domini consequatur. Judicate, inquit, mane judicium, non in tenebris iniquitatis, sed in luce justitiæ, & eruite vi oppressum de manu calumniantis ut non decipiatis personam in judicio, sed, divitibus pauperes opprimentibus, magis apud vos Dei imperium valeat, quam potentia persequentis. Et si, inquit, hoc feceritis, nequaquam succendetur in vobis ignis furoris mei, nec inveniet materiam quam consumat.

XVII.

Item in Isaja propheta: Vos enim depastis ostia vineam meam: rapina pauperis in domo vestra. Quare asseritis populum meum? Manifeste ad principes dicitur Judæorum. Sed & ad nostros principes referri potest, qui atterunt subiectam sibi plebem, & rapina pauperum in domibus eorum est, quando replent thesauros suos, & ecclesie opibus abutuntur in deliciis: publicasque stipes, quæ ad sustentationem pauperum datæ sunt, vel sibi reservant, vel filiis suis distribuunt. Cum ergo multa eximiorum doctorum nostrorum exempla proferri potuissent, propter tædium tamen legentium, pauca prolata atque congesta sunt.

XVIII.

Quod autem Dominus Jesus Christus templum Hierosolymitanum statuis temporibus adiecit, ibique docuerit, signa multa fecerit, illudque venerandum atque honorandum docuerit, sacra testantur evangelia: qui factis discipulis suis atque exemplis manifeste demonstravit ecclesiam suam (quæ utique templum illud existit unde ait apostolus. Templum Dei: sanctum, quod estis vos) a fidelibus suis

LIBER III  
CAP. XI  
XII ac

Lib. 3. c. 6  
Jer. 6.

Tim. 13.

Jerem. 22.

Isa. 1.

Mat. 118.

Mat. 18.

178

LINER DE  
CAP. XIX  
XX etc.

731  
luis fore sancta religionis voto frequentandam ac A  
venerandam, & nihil in ea, vel de ea, nisi quod  
cultum honorumque ejus pertinet, agendum.

de fraudati sunt, tam horribili morte mulcati sunt,  
quid putandum est de his, qui ea que alii obiu-  
lerunt Deo auferre presumunt? Hi procul dubio  
secundum verba beati Petri apostoli, non homini-  
bus sed Deo mentiri convincuntur.

ANNO  
CHRISTI  
911

XIX.

Quomodo igitur ecclesia Christi post ejus pas-  
sionem, resurrectionem, & ad caelos ascensionem,  
& Spiritus sancti super apostolos missionem, paul-  
latim creverit, & per apostolos roborata & pro-  
pagata, atque fidelium oblationibus ditata & exor-  
nata fuerit, & actus eorumdem apostolorum, &  
eorum gesta, que uouitque in provinciis ad  
predicandum a Christo sibi commissis gestis, ple-  
nissime adimplatur.

XX.

Sed quia in precedentibus de hac re satis di-  
ctum est, superest nunc, ut de actibus eorumdem  
apostolorum succincte commemoremus. Petrus ve-  
ro ait ad illos: *Penitentiam agite, & baptizetur  
unusquisque vestrum in nomine Christi, in remissionem  
peccatorum vestrorum, & accipietis donum Spi-  
ritus sancti.* Et post pauca: *Quis ergo susceperunt  
sermone ejus, baptizati sunt: & apposta sunt in  
illa die anime circiter tria milia.* Erant autem  
perleverantes in doctrina apostolorum, & communi-  
catione fractionis panis, & orationibus. *Fiebat autem  
omni anime timor, multa quoque prodigia & signa  
per apostolos fiebant in Jerusalem, & metus erat ma-  
gnus in universis. Omnes enim qui credebant, erant  
pariter, & habebant omnia communia. Possessiones &  
substantias vendebant & dividebant illas omnibus, prout  
unicuique opus erat. Quotidie quoque perdurantes unani-  
miter in templo, & frangentes circa domos panem, su-  
mebant cibum cum exultatione & simplicitate cordis,  
laudantes Deum, & habentes gratiam ad omnem  
plebem. Dominus autem auget, qui facti fuerunt,  
quotidie in idipsum. Et post pauca: *Multitudinis  
autem credentium erat cor unum, & anima una.  
Nec quisquam eorum, que possidebat, aliquid suum  
esse dicebat, sed erant illis omnia communia. Et cir-  
citate magna reddebant apostolis testimonium resurrexerunt  
Jesu Christi Domini nostri, & gratia magnificata  
in omnibus illis: neque enim quisquam egens erat in-  
ter illos. Quotquot enim possessores agrorum ac domo-  
rum erant inter illos, offerentes pretia eorum que  
vendebant, & ponebant ante pedes apostolorum. Di-  
videbatur autem singulis, prout cuique opus erat. Jo-  
seph autem, qui cognominatus erat Barnabas ab apo-  
stolis (quod est interpretatum filius consolationis)  
Levites, Cyprius genere, cum haberet agrum, ven-  
didit illum, & attulit pretium, & posuit ante pe-  
des apostolorum. Ecce habes, quomodo per predi-  
cationem sancti Petri & apostolorum, ecclesia in  
Christum cepit credere, & crescere, ac multipli-  
cari.**

XXI.

Ecce etiam habes initium & originem in Deo  
offerendis rebus, & indubitanter crede, quod in  
primordio nascentis ecclesie cepit eadem ecclesia  
vota fidelium suscipere. Quorum exemplo laudan-  
di sunt votorum ac donorum suorum ultronei ob-  
latores. Facto vero Ananiz & Sapphiraz deterren-  
di sunt hi, qui aut suorum aut aliorum votorum  
ex sunt ablatores vel defraudatores. Ipse quoque  
Ananias cum Sapphira uxore sua agrum proprium  
vendidit, ut ejus pretium, sicut & ceteri fideles  
faciebant, ante pedes apostolorum poneret sed  
quia de eodem pretio, conscia eadem uxore sua,  
quidam dedit, quidam vero retinendo occultavit,  
uterque apostolica auctoritate percussus est: Pro  
qua re, sicut in eisdem Actibus apostolorum legi-  
tur, factus est timor magnus in universa ecclesia,  
& in omnibus qui audiverunt hæc. Si enim de  
propriis suis rebus, quas ad integrum Deo vove-  
rant, pro eis quod inde aliquid abtraxerunt, vel

XXII.  
Herodes vero parricida & sceleratissimus rex,  
de quo & in eisdem Actibus Apostolorum legitur,  
& plenius in libro Egesippi invenitur, quo re-  
gnante natus est Christus, cujus etiam servissimus  
ingentem parvulorum \* catervam pro Christo tru-  
cidavit gladius, quia quosdam sacerdotes necavit,  
eorumque ministerium sibi subripuit, & quia que  
Deo oblata erant, sicut in eodem Egesippi libro  
legitur, in suos usus convertit, ut cetera ejus ma-  
la omittamus, pro tam temerario, & ut ira di-  
xerim, crudeli factio, creditur quod meruerit & ab  
angelo percussus, & a vermibus deperit, & infeli-  
cem miseramque vitam digna morte finire.

XXIII.

Qualiter denique ecclesia Christi per successores  
apostolorum, pastores videlicet ejusdem ecclesie,  
sub orthodoxis imperatoribus, & ut de multis u-  
num ponamus, Constantino, nec non regibus aliis  
ac principibus, ceterisque fidelibus sua vota Deo  
offerentibus, eamque ecclesiam diversis donariis in-  
crementantibus, atque ad alta sublimantibus, ex-  
creverit, hic enumerare & prolixum est & labo-  
riofum, & huic opusculo incapabile. Gestatamen  
singulorum manifestant eorum studium, & impe-  
ratorum ac regum, principumque, erga cultum  
divinum amplificandum, & ceterorum Christiano-  
rum serventissimam devotionem, qualiter memo-  
ratam ecclesiam usque in præsens tempus hono-  
rando exaltaverint, & exaltando honoraverint,  
atque multitaris donans divitem effecerint.

XXIV.

Multa siquidem sanctorum patrum, qui non so-  
lum Latine, verum etiam Græce scripserunt, do-  
cumenta profertur poterant, que ob prolixitatem  
vitandam omittuntur, qui res Deo dicatas atque  
sacratas nullatenus impune auferri posse testantur.

XXV.

Sacri quoque canones toto orbe venerandi, &  
sancto Spiritu inspirante digesti, immo calamum  
sanctorum patrum, qui eos de ordine & statu  
sanctæ Dei ecclesie conscripserunt, regente, cum  
in multis auferendarum rerum ecclesiarum tem-  
erariam inhibeant presumptionem, & tantæ rei  
temeratores per eam, que a Christo illis collata  
est, percellant potestatem; libet de multis brevi-  
tatis gratia duo huic subnectere opusculo, & non  
solum hæc duo, verum etiam unum illorum, ad  
eorum audaciam, qui hæc que præmissa sunt fe-  
cerunt, aut faciunt, aut facere presumunt, vel fa-  
cientibus impunitatem promittunt, reprimendam  
satis abundeque sufficere potest.

XXVI.

Quorum alterum sub duobus capitulis, videli-  
cet septimo & octavo in concilio Gangrensi ita  
legitur. Si quis oblationes ecclesie extra ecclesiam  
accipere vel dare voluerit præter conscientiam e-  
piscopi, vel ejus cui hujusmodi officia commis-  
sa sunt, nec cum ejus voluerit agere consilio,  
anathema sit. Item. Si quis dederit, vel accepe-  
rit oblata præter episcopum, vel eum qui consti-  
tutus est ab eo ad dispensandum misericordiam  
pauperibus, & qui dat, & qui accipit, anathema  
sit. Alterum etiam in decretis Symmachi papæ  
ita habetur. quod licet quibusdam aliter videat  
& canonice evidenter adimplatur, quod ita se  
habet: Iniquum est enim & sacrilegium iustar, que  
vel pro salute, vel requie animarum suarum unius-  
quis-

40.

ibidem.

40.

40.

ANNO  
CHRISTI  
911

\* Herodes  
duos in u-  
num consti-  
tuit.

Cap. 1.

Cap. 1.

In synodo  
III. cap. 1.

quique venerabili ecclesiam pauperum causa contulerit, aut certe reliquerit, ab his a quibus maxime convenit servari, auferri, & in aliud transferri. Arbitramur interea, quod his, de quibus, & contra quos agitur, hæc que panis congesta sunt, possint sufficere. Quod si hæc parva eis non sufficiant, neque si majora, que utique uberiori & proluxiori opere indigent, & perfacile in divinis oraculis inveniri possunt, eis sufficiant.

XXVII.

Te quoque, nobilissime & gloriosissime, totoque orbe famosissime, optime rex, humiles ac fidelissimi oratores vestri, vestraque salutis amatores certissimi ac devotissimi, suppliciter exoramus, & flexis poplitibus vestram excellentiam flagitamus, ut hoc opusculum, quod propter honorem communis redemptoris Domini nostri Jesu Christi, vestraque animæ salvationem, & regni vobis commissi tuitionem, atque in longinquum felicem ejus protelationem, vestrorumque hostium superationem digessimus, vestræ celsitudinis obtutibus sit gratum atque acceptum, vobisque, proliquo, ac populo vobis subiecto, Domino opem ferente, profuturum; quod non ex cœnoso fonte emanavit, vel cujuslibet præsumptionis elatione emanasse, sed potius ex verissimæ sincerissimæque fidei integritate, & sacerdotali curam animæ vestræ incomparabiliter gerente auctoritate, collectum atque conscriptum esse non dubitatis. Monemusque salubriter magnitudinem culminis vestri, ut hæc perpendatis, qualiter progenitores vestri, & ditando & exaltando sanctam Dei ecclesiam, regnum hoc longe lateque dilataverunt, gloriosumque ac cunctis in circuitu nationibus terribile, atque Domino se protegente insuperabile fecerint. Quapropter fideliter & humiliter vestram hortando persuadamus, & persuadendo hortamur a Deo sublimatam potestatem, ut eorum, qui ecclesiam Christi dehonorerunt & humiliaverunt, rebusque propriis exspoliaverunt, nullatenus imitatores, sed magis progenitorum vestrorum, qui eam ditatam atque exaltatam, & diversis muneribus exornatam ad vos transmiserunt, existatis sectatores, & jure cum illis, & cum ceteris fidelibus Deo sincere ac devote sua offerentibus, salvari, & hæredes perpetuæ felicitatis mereamini effici. Sancta & indivisa Trinitas te, bone rex, ad profectum & exaltationem atque defensionem sanctæ suæ ecclesiæ per immensum conferret, & post hujus vitæ lacrymabilem convallem sanctorum regum confortem efficiat. Amen.

NOTA JACOBI SIRMONDI, S. J.

Concilium Aquigranense. De hac synodo Eginhartus in chronico: Mense, inquit, Februario magnum, episcopi

coporum præsertim, convenimus Aquigranensi: in quo cum de aliis ecclesiæ necessitatibus, tum præcipue de his rebus, quas Pippinus & sui molis ecclesiæ abstulerant, agebatur. Publico autem & imperatoris & episcoporum decreto & consensu monemus Pippinum, ejusque primos, cum quanto ipsorum periculo res ecclesiæ transierint, atque restitui jubere præcipimus. Quæ res prosperum exitum habuit. Nam Pippinus monita patris sui sanctorumque vicorum libenter suscipiens, obedienter paravit, & omnia in causa etiam per annuæ sui impressionem restituit jussit. Duo adorum synodi sunt partes. Prior tripartitos canones complectitur, de tribus capitulis a Ludovico imperatore ad tractandum proposita. Ad posteriorem pertinent libri tres ab eadem synodo ad Pippinum Ludovici filium Aquitaniam regem scripti, quibus ea sacra scriptura testimonio, & exemplis illustrant, que Pippino eidem per episcopum, seu commonitorum, antea suggererant. Commonitorum quod desideratur, argumentum quod fuerit, tum ex libris ipsi, tum ex superioribus Eginharti verbis competuit est.

NOTA SEVERINI BINII.

Concilium. In præfatione concilii fatentur episcopi, se monitu imperatoris ad hanc synodum convenisse, eo sine, ut de tribus agerent capitulis hisce: Primo de vita, doctrina, moribus & officio episcoporum; secundo de moribus & officio abbatum, aliorumque inferioris ordinis ecclesiasticorum; tertio de imperatore ejusque filiis ac ministris recte disponendis. Opusculum quod immediato ad hanc concilii subjungitur, in anterioribus editionibus concilii fœret, quisgrancensis inscriptum, quasi diversum concilium fœret, conjugendum, ad hunc hujus concilii apponendum esse judicavit, ideo maxime, quod capitula ad Pippinum transmissa auctoritate sancta scriptura confirmet, ut expresso videre est initio hujus opusculi.

Annus Christi DCCCXXXI. cum quo indicio XIV. & tempora Ludovici imperatoris, qui hic signantur, coincidunt. Unde patet in numerum annorum Domini apud ad hanc concilii expressorum mendam & errorem irrepsisse, ubi legitur, Anno Christi redemptoris, DCCCXXXI. Siquidem iste annus cum XIV. indicione nullo modo coaptari potest. Dubitari potest, sit ne error potius in numero indicionum quam annorum Christi redemptoris, nisi ex ad hanc concilii constaret hanc synodum istis temporibus posteriore esse, quibus Ludovicus absque imperio sub potestate hostium erat, atque in ordinem redactus privatum vitam ducebat. Illud contingit anno concilii illius quod habitum est apud Compendium. Quare suspicor in numerum potius annorum Christi irrepsisse mendam hac ratione, ut quod notatum habetur, anno Domini DCCCXXXI. scripserit ita rediderit, DCCCXXXI. quinarum numeri nota, V. in duo sic dissecta. His que de tempore habitus concilii ex ad hanc synodalibus annotavimus consentit auctor vita Ludovici, qui anno 836. de concilio Aquigranensi ista summam habet: In ipsi istam diebus, in quibus postposito beatissima semper virginis Maria celebratur, convenimus quidem magnum, sed præcipue episcoporum, Aquigranensi conventu, in quo cum de aliis utilitatibus ecclesiæ necessitatibus, tum præcipue de hisce rebus questum est, quas Pippinus & sui molis ecclesiæ abstulerant. Ob quam rem imperatoris auctoritas & communis concilii commonitorum ordinatur, quibus commonitorum Pippinus & sui, cum quanto periculo res ecclesiæ, sicque peraverint. Quæ res prosperum suscepit exitum. Nam Pippinus monita patris sui sanctorumque vicorum libenter suscipiens, obedienter paravit, & omnia in causa etiam per annuæ sui impressionem restituit. Hac domesticus auctor Ludovici de rebus ab ipso gestis.

CONVENTUS APUD STRAMIACUM IN PAGO LUGDUNENSI,

In quo ventilata est causa ecclesiarum Lugdunensis & Viennensis vacantium, anno Christi DCCCXXXVI. Gregorii IV. papæ IX. Ludovici Pii Augusti XXIII.

Ex P. Sirmondo.

Inter episcopos Lotbariana conspirationis post Ebbonem Rheimensem, præcipui nominis fuerunt Agobardus Lugdunensis, & Bernardus Viennensis archiepiscopi. Quare damnato jam Ebbone apud Theodonis villam, ut dictum est, proximum videbatur, ut horum quoque causa examinaretur. Quod cum in hoc conventu fieri captum esset, absentibus rei: peragi non potuit. Auctor vita Ludovici, post synodi Aquigranensis mentionem, Proximum, inquit, huic pla-

Ecito conventum imperator in pago Lugdunensi habuit tempore adivo, in loco qui vocatur Stramiacus, cum Pippino & Ludovico filiis. Nam quod Lotharius non adfuit, invalentia ægritudinis supradictæ obfuit. In quo causam ecclesiarum Lugdunensis atque Viennensis vacantium ventilari fecit; eo quod episcopi dudum illarum, Agobardus quidem jussu ad rationem non venerit reddendam; Bernardus autem Viennensis adfuerit quidem

dem, sed rursus fugam inierit. Sed hæc quidem res imperfecta remansit propter absentiam, ut prædictum est, episcoporum. Ceterum in gratiam postea rediisse ambo, & ecclesias suas recepisse, docet Agobardus Viennensem ecclesiam & Lugdunensem regebant. Qui ambo apud imperatorem delati, decesserit ecclesiis in Italiam ad filium imperatoris Lotharium se contulerunt: & postmodum, piis imperatoribus agentibus, Agobardus Lugdunensem, Bernardus Viennensem sedem recepit. Post paucos annos Agobardus apud Santones in expeditione regia politus defungitur.

ANNO CHRISTI 836.

ANNO CHRISTI 836.

NOTA JAC. SIMONDI S. J.

1. *Conventus apud Stramiacum.*) Damno apud Theodoni villam Ebbone, sententiam quoque passus fuerat Agobardus. Eginhardus in chronico, *Deo facto*, inquit, Agobardus Lugdunensis archiepiscopus, usque ad satisfactum, ab ecclesia presulatum remansit, ceteris in Italiam transfugentibus. Par etiam Bernardi Viennensis fuerat causa. Quare utriusque seles hoc tempore vacua erat.

NOTA SEVERINI BINII.

2. *Conventus apud Stramiacum.*) In deponendo Ludovico imperatore Ebboni Rhemenis archiepiscopo Agobertus Lugdunensis & Bernardus Viennensis episcopi consilium & auxilium præbuerunt, vocatique ad consilium apud Theodoni villam celebratum fuerunt. Cuncte ibidem de eorum causa ideo nihil vel parum actum esse quod in Italiam fugientes ad apostolicam sedem appellasse crederentur, opus erat ut decesserit ecclesiis de pastoribus provideretur. Hoc igitur concilio Lugduni indulto, cui Ludovicus imperator cum filiis omnibus, excepto Lothario, interfuit, creatus est uterque sed neuter comparuit, ideo quod ex illo bonarii & equitatis dimiserunt. Et ne ab electis damnarentur suspensum est iudicium: quid vero ad eam deinceps, non constat. Vide Baronium anno 836. num. 9.

OBSERVATIO P. ANTONII PAGI ad an. Christi 836. n. 8. & 9.

Theganus loquens de rebus anno dccxxxv. gestis ait: Ipso anno perrexit imperator ad partes Lugdunensem, unde obiit venerandi filii sui Pippini & Ledovici, qui non in quatuor erant. Ibi sedebat imperator cum filiis suis quodamque Legati sui in Italiam venientes ad Lotharium. Iste recessus est imperatoris & venit ad Aquit sedem suam, & Pippinum recessit est in Aquitaniam, Ledovicius recessit est ad partes Austriæ. Paulo post Opus suum his verbis absoluit. *Iste est annus xxxiii. Regni Domini Ludovici Pii Primum imperatoris, &c.* Quare insinuat Theganus, qui hoc tempore vivit, Concilium Lugdunense anno superiore celebratum fuisse, quod & dicitur habent Annaliæ Fuldenis & Bertiniani, hinc in mensis Junii habitum observat. Erat Theganus Chorepiscopus Trevientis & Wasalfridus Strabo in Praefatione, eam eius Opusculo præfatis, ait, eum recessit & vero scilicet quam ipse illud composuisset. Quare etiam Auctor Vitæ Ludovici Pii, qui hanc Lugdunensem Synodum in præsentem annunciat

fert. Porro loco horum verborum, *Iste est annus xxxiii.* legendum cum MS. Calaneo, *Iste est annus xxxiii. secundum*, ut docet Lambectus lib. 2. Biblioth. Cæsar. cap. 3. qui illud legit, & Appendicem ad Historiam Thegani, de qua mox, publicavit. Sed non tantum ex Thegano & Fuldenis ac Bertiniano Annalibus liquet, hoc concilium ad annum superiorem pertinere; sed etiam ex tribus Præceptis eo anno a Ludovico Aug. emissis, quarum prius referatur a Baluzio in Appendice ad libros de Marca Hispanica pag. 274. in quo legitur: *data xii. Kal. Januariæ anno, Christo propitio, xxxii. Imperii Domini Ludovici Primi Augusti, Indictione xv. Annum Civitate Lugduno Palastio Regis in Dei nomine feliciter. Amen.* Sed loco, *Kal. Januariæ*, legendum, *Kal. Junias*: Junius enim a Librariis sepe in Januariam mutatur, ut passim in hoc Opere ostendimus. Præterea loco, *Indictione xv.* legendum *Indictione xiiii.* qui error numerorum Librariis familiaris. Secundum Præceptum recitatur ab eodem Baluzio lib. 3. Miscel. pag. 166. in eoque habetur: *data xviii. Kal. Junias, anno, Christo propitio, xxxii. Imperii Domini Ludovici Primi Imperatoris, Indictione xiiii. Annum Stramiaco supra fluvium Rhodanum in Dei nomine feliciter. Amen.* Sed loco, *Stramiaco*, Stramiacum reponendum. Mansit apud Stramiacum Ludovicus Aug. aliquandiu, quia vicinior erat Italiam, reditumque exspectabat Legatorum, quos Ticinum ad Lotharium filium direxerat, ut mox diximus ex Thegano, qui licet de Concilio Lugdunensi verba non faciat, quia tamen tam Annalista Bertinianus & Fuldenis, quam Auctor Vitæ Ludovici Pii eadem fere que Theganus de professione Lugdunensi Ludovici Aug. narrat, solutioque addunt, cum ibi Conventum generalem habuisse, nullum dubium esse debet, quin Theganus illum subintelligat. Legari autem de quibus loquitur, alii non sunt, quam illi de quibus anno dccxxxv. n. v. mentionem fecimus ex Auctore Vitæ Ludovici Pii, qui eorum nomen tacuit.

Auctor Vitæ Ludovici Pii, quid in hoc Concilio actum sit, his verbis explicat: *In quo causam Ecclesiarum Lugdunensis atque Viennensis vacantium ventilari fecit, eo quod Episcopi dudum illarum, Agobardus quidem iussus ad rationem non veniens reddendam; Bernardus autem Viennensis adversus quidem, sed rursus fugam inierit. Sed hac quidem res imperfecta remansit, propter absentiam, ut prædictum est, Episcoporum. Sed & causa Gothorum inde ventilata est, quorum alii partibus Bernardi favebant, alii ducebantur favore Berengarii Hunonici quondam Comitum filii. Sed Berengario immatura morte præcepto, apud Bernardum potius Septimania quammaxima remansit. Legatis illis missis, qui ea qua indignam correctionem in molliorem componere statum. Episcoporum causa propter eorum absentiam iudicari non potuit. Causa vero Gothorum, qua in Gothia sive in Septimania vertebatur inter Berengarium Comitem Tolosanum, & Bernardum Ducem Septimanie, qui & Barcinonæ & Marcæ Hispanicæ Præfectus erat, soluta fuit ejusdem Berengarii morte, qua juxta Theganum anno superiori contigit; a quo tempore Bernardus Comitatum quoque Tolosanum obtinuit. Locus, in quo celebrata est synodus prope Lugdunum, ab Antiquis appellatus est Stramiacum, vel Stramiacum, cujus situs valde obscurus. Hadrianus Valesius in Notitia Galliarum existimat esse Crémium seu Crémiacum bodiernum, Gallicæ Crémæ, qui locus ab Urbe Lugdunensi quinque leucis a totis distat.*

C O N V E N T U S A Q U I T A N I C U S,

In quo decreta translatio S. Filiberti anno Christi dcccxxxvi.

Ex P. Pagi ad An. Christ. 836. n. 10.

DE Conventu Aquitanico ita loquitur Ermentarius Abbas Hersensis, testis oculatus eorum, qui narrat in historia Translationis S. Filiberti anno Christi 836. facta: Anno incarnationis Domini ac Redemptoris nostri Jesu Christi octingentesimo trigésimo sexto, indictione quartadecima, Ludovico vero gloriosissimo Imperatore vigésimo & tertio regni sui anno feliciter imperante &c. Hilbodo etiam venerabili Abbate gregem præfati confessoris Christi Filiberti, Domino favente, secundum regulam S. Bened. gubernante, cujus iussu ego, non dico operibus, sed etiam verbis omnium suorum in hunc Monachorum hæc narranda suscepi. Cum repentinè atque intemptivi, veluti dictum

est, Nordmannorum minime cessarent incurfus, prædictus pater Hilbodus, qui propter ipsam perfidam gentem in memorata intula Castrum considerat, una cum Consilio fratrum suorum Regem adit Pippinum, suggerens ejus celsitudini, quid super hoc decernere vellet. Tunc vero gloriosus Rex sui que optimates ( generale siquidem regni sui Placitum existebat ) illiusmodi rem solerti cura pertradantes, nequaquam ibi auxilium pugnandi assidue administrari posse repererunt, scilicet quia ipsa insula ledonibus maxime impediens ( Ledo, seu Ledana est fluvius maris tranquillior, ut ostendit Du Cangius in Glossario suo ) quibus mare tranquillatur, inaccessibilis esse minime digno-

737  
ANNO  
CHRISTI  
836

dignoscatur: Sed elegerunt revera, quod salubrius A alii quamplures, qui hoc scire potuerunt, decre-  
verunt multo melius fore beati Filiberti corpus  
inde transferri debere, quam ibi relinqui. Quod  
effratum esse constat anno incarnationis Domini  
nostri Jesu Christi suprascripto.

verunt multo melius fore beati Filiberti corpus  
inde transferri debere, quam ibi relinqui. Quod  
effratum esse constat anno incarnationis Domini  
nostri Jesu Christi suprascripto.

ANNO  
CHRISTI  
836

CONVENTUS WORMATIENSIS  
A LUDOVICO IMPERATORE

Anno DCCCXXXV. celebratus.

Ex P. Page  
11 An. Chr.  
836

Ludovicum anno Christi 836. Conventum suum  
Generalem coegisse auctor est Annalista Bertinia-  
nus, qui ait: Mente Septembri ad indictum Placi-  
tum VVormatiam venit. In quo cum bona an-  
nualia more solito reciperet, ac Lotharium oppo-  
siret, nunciatus est febri correptus nullatenus  
advenire posse. Ad quem directis denuo Stragone  
Abbate, & Adalgario Comite, de infirmitate ac  
recuperatione ejus, & voluntate imposterum ve-  
niendi quæsitum est, nec non de restitutione re-  
rum ecclesie Dei in Franciam constitutis, quæ in  
Italia sitæ a suis pro libitu fuerant usurpatæ. Ve-  
rum & de episcopis atque comitibus, qui dudum  
cum Augusta fidei devotione de Italia venerant,  
ut eis & sedes propriæ, & Comitatus, ac benefi-  
cia, seu res propriæ redderentur. Ad hæc Lotha-  
rius per Missos suos, oppositis quibusdam condi-  
tionibus, non in omnibus se assentiri posse man-  
davit. Eodem tempore Nordmanni Dorestatum &  
Frisiam rursus depopulati sunt. Jam ad annum  
835. de Normannis scripserat; Dum in eodem Pla-

cito (nempe Lugdunensi) moratur (scil. Ludovi-  
cus Aug.) Nordmanni secunda irruptione Dore-  
statum irruentes vastaverunt, atque hostiliter  
deprædati sunt. De hoc Lotharii morbo, & Lega-  
ti ad eum missi loquitur etiam Auctor vite Ludovici  
Pii ad hunc Christi annum, qui ideo Conven-  
tum VVormatiensem in annum Christi 835. male re-  
trahit, & recentibus Historicis in errorem inducit.  
Hunc vulgarem errorem plane evertit Auctor Ap-  
pendicis ad Historiam Tbegani, qui postquam narra-  
vit colloquium ad Theodori villam anno 23. Ludovici  
Aug. habitum, statim subdit. Tunc prænun-  
ciavit Dominus Imperator Generale Concilium su-  
um VVormatiam civitatem habere, & jussit, ut  
Hlutharius ibi obviam venisset mediante mense  
Septembrio. Cumque die statuto Imperator VVor-  
matiam deveniret cum magna multitudine, & fi-  
lii sui Pippinus & Hludovicus cum exercitu eor-  
um, ibi iterum venientes Legati Hlutharii &  
nunciaverunt, Hlutharium in febre bis interea val-  
de laborare, & minime venire potuisse.

CONVENTUS CARISIACENSIS,

ANNO  
CHRISTI  
837  
Ex P. Page  
11 An. Chr.  
837

In quo Aldricus Cenomanensis Episcopus elemosynæ a se ecclesie Græcæ factæ confirmationem a Lu-  
dovico Imperatore cum Anisoleusi monasterio obtinuit.

ANNO  
CHRISTI  
837

Conventui apud Carisiacum mense Septembri anni  
837. habito interfuisse Ludovicus Augustus &  
Pippinus ac Carolus ejus filii; complures præterea e-  
piscopi; & inter eos sanctus Aldricus Cenomanensis  
episcopus, qui elemosyna ecclesie Cenomanensis a se  
facta confirmationem ab Imperatore tunc obtinuit cum  
Anisoleusi Monasterio, quod ecclesia sua prius obla-  
tum gravissime querebatur, ut legitur in ejus vita,  
ab ipsius Aldrici discipulis scripta, & a Baluzio lib.  
3. Miscellan. in lucem emissa. Diploma ab Impera-  
tore datum ibidem cap. 50. recitatur, & tale est.

Cum in nomine Domini Dei & Salvatoris no-  
stri Jesu Christi Dominus Hludovicus Imperator  
anno Incarnat. Domini. DCCCXXXVII. (legendum  
DCCCXXXVII.) ad universorum causas audiendas  
vel recta judicia terminanda in Carisiaco palatio  
publice recessisset, & conventum generalem totius  
Populi una cum Pippino & Karolo filiis suis, glo-  
riosis videlicet Regibus, & synodum episcoporum  
& reliquorum sacerdotum ibidem generaliter ad  
ecclesiastica sive mundana negotia tractanda, nec-  
non & ad utilitatem sanctæ Dei ecclesie fulcien-  
dam coadunatum haberet, ibique venientes mo-  
nachi de monasterio Anisole, in quo sanctus Ca-  
rilephus corpore requiescit, ante prædictum Dom-  
num Hludovicum Imperatorem amplius quam viginti  
una cum Sigemundo, qui dudum eorum  
Abbas fuerat, qui se injuste reclamaverunt de eor-  
um monasterio ejectione esse, quorum causam  
Dominus Imperator in generali conventu ibidem  
habito diligenter discutere & enucleatum inquire-  
re præcepit. Cum autem in conspectu episcopo-  
rum & Abbatum & reliquorum sacerdotum se  
pro prædicta causa advenientes reclamarent, in-  
terrogatum est Aldrico eorum & Cenomanicæ pa-  
rochiæ episcopo & ejusdem monasterii Abbati si  
eos ejectione ex eorum monasterio, aut a quo eje-  
cti taliter vagantes discurrerent relicto loco in quo  
seculo renuntiaverunt, in quo etiam ecclesiasti-  
cis vel secularibus negotiis diebus vite eorum  
permanere deberent. Qui respondens ait: Nec ego  
dejeci eos, nec scivi eos ejectione esse. Tunc adlata  
est coram Rege & optimatibus ejus traditio san-  
cti Carilephi, quam fecit sancto Innocenti episco-  
po per licentiam & consensum Childeberti Regis,  
& aliæ multæ auctoritates quas enumerare lon-  
gum est, de quibus sæpè dictus Pontifex coram  
omnibus in eodem Concilio consistentibus habuit  
suos testes tam sacerdotes quam & veridicos lai-  
cos nobiles & bonos & legitimos sufficienter, qui  
eadem instrumenta chartarum approbaverunt: &  
ea infra legitimos annos canonice & legibus ve-  
stita viderunt, & pleniter atque legibus testifica-  
bantur plus per justitiam & legem canonicam &  
mundanam prædictum Anisole monasterium cum  
omnibus ad se pertinentibus ad jus Cenomanicæ  
matris ecclesie pertinere quam aliubi, aut sicut  
dominicus aut proprium Domini Imperatoris aut  
alicujus hominis esse debere. Sed nullus inventus  
est qui contra hæc aliquid dicere aut probare vo-  
lisset. Tunc præfatus Dominus Drogo Archiepis-  
copus & senior Capellanus & ceteri qui præterito  
tempore Aquisgranum palatio fuerunt, quando hæc  
ratio ventilata est & ad liquidum perscrutata ca-

rum & Abbatum & reliquorum sacerdotum se  
pro prædicta causa advenientes reclamarent, in-  
terrogatum est Aldrico eorum & Cenomanicæ pa-  
rochiæ episcopo & ejusdem monasterii Abbati si  
eos ejectione ex eorum monasterio, aut a quo eje-  
cti taliter vagantes discurrerent relicto loco in quo  
seculo renuntiaverunt, in quo etiam ecclesiasti-  
cis vel secularibus negotiis diebus vite eorum  
permanere deberent. Qui respondens ait: Nec ego  
dejeci eos, nec scivi eos ejectione esse. Tunc adlata  
est coram Rege & optimatibus ejus traditio san-  
cti Carilephi, quam fecit sancto Innocenti episco-  
po per licentiam & consensum Childeberti Regis,  
& aliæ multæ auctoritates quas enumerare lon-  
gum est, de quibus sæpè dictus Pontifex coram  
omnibus in eodem Concilio consistentibus habuit  
suos testes tam sacerdotes quam & veridicos lai-  
cos nobiles & bonos & legitimos sufficienter, qui  
eadem instrumenta chartarum approbaverunt: &  
ea infra legitimos annos canonice & legibus ve-  
stita viderunt, & pleniter atque legibus testifica-  
bantur plus per justitiam & legem canonicam &  
mundanam prædictum Anisole monasterium cum  
omnibus ad se pertinentibus ad jus Cenomanicæ  
matris ecclesie pertinere quam aliubi, aut sicut  
dominicus aut proprium Domini Imperatoris aut  
alicujus hominis esse debere. Sed nullus inventus  
est qui contra hæc aliquid dicere aut probare vo-  
lisset. Tunc præfatus Dominus Drogo Archiepis-  
copus & senior Capellanus & ceteri qui præterito  
tempore Aquisgranum palatio fuerunt, quando hæc  
ratio ventilata est & ad liquidum perscrutata ca-

A a a

noni-

ANNO  
CHRISTI  
817.

739

noniceque & legibus definita, respondentes dixerunt: Non est necesse hæc modo iterum perornare removere neque singula retrahere, quia scimus te canonicè & legibus memoratum monasterium habere conquestum & evindicatum: sed de illis monachis, qui modo se reclamant ejectione esse de eorum monasterio, quod Dominus Imperator nobis inquirere præcepit, modo agendum est. Sed postquam perferatatum est præscriptos monachos nullius ejectione, nec aliqua indigentia, nec culpa aut factu prædicti Aldrici episcopi exisse ab eorum monasterio, sed eorum libitu & contumacia hoc eos perpetrasse, & ut jam dictum monasterium prædicto episcopo auferrent, & a jure suæ sedis ecclesiæ quoquo modo potuissent subtraherent vel alienarent sibi que evindicarent, tunc eis præceptum est ut reverterentur ad eorum monasterium quo renuntiaverunt, ibique jejuniis & orationibus insisterent & Domino regulariter militarent. Illi vero contra stomachando responderunt, atque illuc reverti nolite dixerunt. Tunc videntes eos omnes episcopi & reliqui sacerdotes tantæ stultitiæ esse & taliter Domino Imperatori & omni sanctæ synodo, atque eorum proprio episcopo inobedientes existerent eorumque jussionibus & piis ac justis consiliis resistere, præceperunt afferre regulam sancti Benedicti & in conspectu omnium sententias ejus legere, quibus in omnibus repugnabant, & ad ultimum de humilitatis gradibus sententiam legere jussunt, de quibus eis nullum tenere visum est, sed magis propriis voluntatibus inservire & eorum libido inservire & insistere. Quam regulam tunc considerantes dixerunt, quoniam ea quæ levi & blando medicamine sanari non possunt, ferro abscindi necesse est. Et præceperunt afferre canones, e quibus in præsentia omnium in plenaria synodo relecta est sententia Concilii Chalcedonensis de Clericis qui præsumunt ptochiis vel monasteriis cap. VIII. continens hæc: Clerici qui præsumunt ptochiis, vel qui ordinantur in monasteriis & basilicis martyrum, sub episcoporum qui in unaquaque civitate sunt secundum sanctorum patrum traditionem, potestate permanent, neque per contumaciam ab episcopo suo discedant. Qui vero audent evertere hujusmodi formam quocumque modo, nec proprio subiacentur episcopo, si quidem Clerici sunt, canonum corruptionibus subjacebunt; si vero laici vel monachi fuerint, communionem priventur. Perlecta autem hac sententia, iterum interrogati sunt si adhuc essent ita inobedientes ut prius. Illi vero in eadem pertinacia permanentes, tunc judicio omnium episcoporum & universalis sancti Concilii secundum hanc sententiam ab omnibus episcopis & reliquis sacerdotibus exclusi sunt ab omni sacerdotali catalogo & communionem, & extorres, si irrevocabiles persisterent, a catholica ecclesia facti sunt. Tunc ergo ab omnibus episcopis & reliquis Dei servis, sive a generali conventu judicatum est ut reciperet præfatus Aldricus episcopus suos monachos, & faceret ex eis quicquid ei libitum fuerit, & aliqui ei per manus a sancto Concilio redditi sunt. Et judicatum est ei ab universa sancta synodo quod legibus evindicatam habebat suam causam & præfatum monasterium cum omnibus ad se pertinentibus canonicè & legibus conquestum, & ecclesiæ sibi commissæ futuris temporibus suisque successoribus lucratum, & quicquid inde ecclesiastico ordine facere & disponere Domino annuente decreverit, liberam in omnibus habeat potestatem faciendi. Idcirco necesse fuit ut præfatus episcopus & ministri suæ sedis ecclesiæ hoc evindicatum vel hanc notitiam consilio & judicio

omnium ad prædictam synodum convenientium episcoporum & reliquorum sacerdotum acciperent; ut si post hunc diem, quod fieri minime credimus, de hac causa aliqua causatio vel repetitio vel quædam calumnia intigantibus malevolis hominibus orta fuerit, coram omnibus hæc notitia vel evindicatio declarata appareat, ut quod repetit evindicare non valeat, sed præsens conscriptio omni tempore vel notitia firma & stabili permaneat. His præsentibus actum fuit. Drogo Archiepiscopus & senior Capellanus subscripsit. Autcarius Archiepiscopus subscripsit. Agobardus Archiepiscopus subscripsit. Bernardus Archiepiscopus subscripsit. Bernegarius Narbonensis Archiepiscopus subscripsit. Agiulfus Bituricæ urbis Archiepiscopus subscripsit. Notho Arelatenfis Archiepiscopus subscripsit. Abtadus Genevensis Episcopus subscripsit. Harinbertus Bajocensis Episcopus subscripsit. Freulfus Lexoviensis Episcopus subscripsit. Theodoricus Cameracensis Episcopus subscripsit. Erardus Tungrensis Episcopus subscripsit. Ragenarius Ambianensis Episcopus subscripsit. Eccardus Noviomacensis Episcopus subscripsit. Ebroidus Pictaviensis Episcopus subscripsit. Gundacher Limoticienensis Episcopus subscripsit. Jonas Aurelianensis urbis Episcopus subscripsit. Modinus Orludunensis Episcopus subscripsit. Heribaldus Altrifiodorensis Episcopus subscripsit. Adalbertus Tricacensis Episcopus subscripsit. Dodo Andegavensis Episcopus subscripsit. Herchenradus Parisiacæ urbis Episcopus subscripsit. Humbertus humilis Episcopus subscripsit. Fulcarius humilis Episcopus subscripsit. Godofredus Senlitenfis Episcopus subscripsit. Favvo Cavilonensis Episcopus subscripsit. Hildi Viridunensis Episcopus subscripsit. Lupus Cadolonenfis Episcopus subscripsit. Stephanus humilis Episcopus subscripsit. VValafridus Diaconus rogatus recognovi & subscripsi. Data VIII. Idus Septembris anno. Christo propitio imperii Domini Hludovici piissimi Augusti xxv. Indidione 1. Adum Aquilgrani palatio regio in Dei nomine feliciter. Amen.

ANNO  
CHRISTI  
817.

Borhelo  
mus.

Cont. Chal  
cedon.

Sed loco VIII. Idus Sept. legendum VIII. Idus Novemb. aut VIII. Idus Decemb. annusque ille xxv. Ludovici Aug. ab an. 813. quo nominis Imperialis consors factus est, deducendus. Conventus enim Carisiacensis habitus est medio Septembri. ut ex Anstoro vita Ludovici Pii his verbis habetur: In his Imperator tota ætate consistens indixit generalem Conventum autumnali tempore, idest Septembri mediantem, in Carisiaco; quod & Nithardus lib. 1. discrete etiam habet, ideoque quod in eo gestum, VIII. Idus Septemb. postea Aquilgrani confirmari non potuit. Continens an. 837. n. 39. eodem Ludovici Aug. præcepto recitato arbitratur causam Carisiphiani canonibus apud Carisiacum VIII. Id. Septemb. judicatam esse, & Librariorum errore loco Carisiaci Palatio Regio, scriptum esse, Aquilgrani Palatio Regio. At cum medio tantum Septembris mense Conventus inceptus fuerit, causa illa die sexto ejusdem mensis nec terminari nec inchoari potuit. Subdit Auctor vita Ludovici Pii: In eodem loco & tempore pene omnes Septimanæ Nobiles affuerunt, conquerentes adversus Bernardum Ducem illarum partium, eo quod illius satellites tam rebus ecclesiasticis, quam privatis, absque ullo respectu divino humanoque pro libito abuterentur. Unde petierunt, ut Dominus Imperator sub suæ protectionis munimine eos susciperet, & post hæc tales missos in eandem terram dirigeret, qui & potestate & prudentia de ablati æquo libramine penderent, & avitam eis legem conservarent.



AD SYNODUM CARISIACAM

Anno 838.

ADDITIO.

IN NOMINE DOMINI JESU CHRISTI.

Incipit opusculum de causa fidei, apud Carisiacense episcoporum concilium nuper habita.

Ex Suppl. Manu. O. 1. pag. 872. Ex Martini. Vetus. Mon. num. 10. 12. col. 499.

RES nuperrime apud Carisiacum palatium, in generali & valde celebri episcoporum concilio, super quibusdam causis fidei & observationibus ecclesiasticis acta est, adeo memorabilis & salubris, ut licet in omnium fere notitiam propalata sit, dignissima tamen existat, quæ ad utilitatem & ædificationem fidelium litteris mandari, & cunctorum sensibus solertissime debeat commendari.

Mansi. 11.

Cum enim in sacro sancto sacerdotali conventu, inspirante Domino, qui in nomine suo congregatis medium se affuturum promisit, clarus fidei ac veritatis fulgor aperitur, non oportet divinum munus obtegi, sed ad illuminationem ecclesie, & laudem nominis Dei aperta luce omnibus declarari, ipso Domino dicente: Neque accendunt lucernam & ponunt eam sub modio, sed super chandelabrum, ut luceat omnibus qui in domo sunt. Sic luceat lux vestra coram hominibus, ut videant opera vestra bona, & glorificent patrem vestrum qui in celis est. Hac igitur intentione, ut Deus inspiciat, præfatam rem laudabiliter, atque utiliter gestam, tenui licet eloquio brevissime, quantum poterit, ceteris tradere, & piorum auribus, Christo Domino auxiliante, inculcare curabo. Quod præcipue nobis, idest universo clero ecclesie Lugdunensis necessarium duxi, ut quorum fides hæcenus infausi & fantastici erroris fabulis improbe afflictæ est, nunc paterno adjuta ac roborata suffragio, & evasisse se gaudeat, & vicisse.

de litteris.

Auctor hujus inauditi execrandique erroris Amalarius omnibus notus est. Hic in tantum præsumptionis erupit, ut spreta scripturarum veritate, calcata sanctorum patrum auctoritate, doctrinam damnabili sinceritatem fidei catholicæ violaverit, & simplicem ecclesiasticæ observationis cultum fallaciarum nebulis involvere ac decolorare ausus sit. Quam vanitatum suarum pestiferam vanitatem, non tam viva quam mortua voce, sed & librorum multiplicium monumentis longo jam tempore, ubi poterat, velut fator nocturnus tritico agri Domini zizania interferens, longe lateque disseminaverit, scripturarum testimoniis abutens ad aniles ineptias suas, & orthodoxorum patrum sententias coaptans fabulis suis.

Sensit, immo ingemuit hoc malum præfens ecclesia, cum in celeberrimo presbyterorum conventu, præsentibus chorepiscopis & archidiaconis, præsentibus etiam nonnullis aliis ex clero, tam inepta & fidei contraria docere præsumpsit, ut omnium horret auditus: cum postmodum etiam detestandum opusculorum suorum codicem omni parochiæ nostræ velut legendum transcribendumque ingessit; sed & ante paucos dies cum alium librum suum hæc detulit dementissimus, ad inventionem suarum fantasmatibus plenum. Quæ omnia magis odio & oblivione, quam relatu digna libenter nunc silentio præterire, nisi hæc vel tenui commemoratione perstringere, rei gestæ, quam explicandam suscepi, ordo & causa deposceret. Neque enim finis questionis potest rite agnosci, nisi ante initium sollicitius prænoscat.

Concil. General. Tom. XIV

Afferit itaque doctor præfatus inter alia corpus Christi triforme, & tripartitum esse, immo tria esse Christi corpora. Corpus Christi quod in sacramento a fidelibus sumitur, vel in cælum invisibiliter recipi, vel in corporibus sumentium manere utque in diem sepulturæ, vel ex incisione venarum cum sanguine fluere, vel in secessu labi opinatur. Diaconos altari cum assistunt inclinet, asserit significare apostolos in passione Domini metuentes atque latitantes; subdiaconos, mulieres cruci intrepide assistentes; presbyterum, Joseph ab Arimathia; archidiaconum, Nicodemum; calcem, sepulcrum; oblationem Domini corporis dicit crucifixionem. lignum ipsum designare dicit doctores; lignum unde pender, crucem; funem quo attrahitur, fidem; tintinnabulum quo resonat, linguam; manum trahentis cum levatur, vitam contemplativam; cum deponitur, activam. Exorcismos Cathecumenorum ad spiritalem emundationis affectum simpliciter depromendos, ad quinque sensus corporeos nimia carnalitate convertit.

Iisdem ipsis, sicut aures & nares, ita & oculos tangendos melius indicat. Antiphonarium Johannis Apocalypsi comparat. Atque has omnes & innumeras alias œnias per sanctum dicit Spiritum revelari, sibi usurpans testimonium Petri apostoli dicentis: Non enim voluntate humana allata est aliquando prophetia, sed Spiritu Sancto inspirati locuti sunt sancti Dei homines. Ex quo manifeste & se prophetam, & doctrinam verissimam & tuis dignam, heu miserabiliter deceptus! vult credi prophetiam. Verum ut quod ceptum est breviter explicetur; ubi doctrinæ hujusmodi contagium ad subversionem simplicium in hac ecclesia disseminari cepit, pastor de commissi gregis salute sollicitus, cum multi mœroris amaritudine religioso principi causam innotuit, conquerens ac deplorans magnum ecclesie vulnus, & execrandam fidei maculam, sub istiusmodi novitatum præsumptione nutriri, nisi velocius Deo debita ejus providentia subveniret pii principis cura ardentem ac laudabiliter in Dei rebus sollicita, cum ob pleraque ecclesie negotia in prædictum palatii locum revelandos patres episcopos convenire justisset, causam ad cognitionem atque examen concilii eorum profertur fecit, cumque in eorum auribus, tam inepta & profana novarum ad inventionem commenta recitarentur, ipso quoque qui ea de cordis sui audacissima vanitate protulerat præfente; & res blasphemias religiosus horreret auditus, exigunt ab eo, si vere tua esset doctrina. Negare non potuit, utpote quæ in libris quamplurimis ab ipso editis fere ubique vulgata sit. Interrogant ubi hæc legerit. Tunc ille maximo constrictus articulo, rem quæ neque de scripturis sumpta est, neque de catholicorum patrum dogmatibus, tracta, sed nec ab ipsis etiam hæreticis præsumpta; quia aliud quod diceret penitus non habebat, in suo spiritu se legisse respondit. Sed mox tam superbam & fatuam responsonem veneranda synodus execrans, dixit, vere ille fuit spiritus erroris. Meminerant enim beatum dixisse Apostolum: Novissimis temporibus discedent quidam a fide, et sudentes spiritibus erroris & doctrinis demoniorum in hypocrisis loquentium mendacium: De qualibus & Ezechiel dicit: Va prophetis insipientibus qui sequuntur spiritum suum, & nihil vident. Et iterum

1. 10. 11.

1. 10. 11.

743

*...antes foras & divinantes mendacium, dicentes; A*  
*Haec dicit Dominus, cum Dominus non sit locutus.*  
 ANNO CHRI  
 Unde & istiusmodi praesumptores Deus per eundem  
 11. 11. 18. prophetam suo deceptos esse iudicio, testatur, di-  
 cens: *Es propheta cum erraveris a me, & locutus*  
 fueris verbum in nomine meo, quod non praecipi es,  
 14. 14. 9. ego Dominus decepi prophetam illum. Quos omnes  
 spiritu Dei vacuos, & spiritu proprio inflatos, a-  
 lienandos penitus a sanctorum caetu terribiliter de-  
 nuntians in concilio ait: *Populi mei non erant, &*  
 in scripturas domus Israel non scribentur, nec ter-  
 ram Israel ingredierentur; cumque, illo reticente ac  
 de mendaciorum suorum deprehensis fallaciis con-  
 sulta, veneranda synodus plurima loqueretur, deli-  
 beratum est; doctrinam hanc esse omnino dam-  
 nabilem, & ab omnibus catholicae fidei cultoribus  
 funditus respuendam; praecipiente nobis Apostolo  
 sic dicente: *Doctrinis variis & peregrinis nolite ab-*  
 11. 11. 9. *ducere.* Diversam esse istam doctrinam a sinceritate  
 verae fidei & omnino ab ecclesia peregrinam, quip-  
 pe quam nemo orthodoxorum patrum novit, nulla  
 veritatis ratio fulcit, sed novitius atque adventi-  
 tius error induxit; umbras & figuras in caeremo-  
 nis testamenti veteris extitisse; novum adventum  
 Christi veritate fulgere, & fidei puritate, atque  
 ebrietatis simplicitate consistere, testante Apo-  
 stolo: *Petera transeverunt, ecce facta sunt nova. Om-*  
 11. 11. 18. *nia autem ex Domino, qui reconciliavit nobis sibi per*  
 Christum: Omnia igitur, idest & vetera & nova,  
 & typum legis & evangelii veritatem unius & so-  
 lus Dei, non cuiusquam hominis aut angeli au-  
 ditoritate constare. Unde nemini deest omnino  
 post unumque testamenti ministros divino spiritu  
 illustratos, divina auctoritate subnixos, in quibus  
 & per quos ea quae diversis temporibus ad salu-  
 tem populi sui congrua iudicavit, evidenter Deus  
 & operatus est, & locutus, licuisse aut licere no-  
 va figuratum genera vel mysteriorum sacramenta  
 sancire, & ideo rationale obsequium ecclesiae si-  
 ve in ornatu vestium, sive in multiplici valorum  
 ministerio, in simplicitate veritatis, & fidei puri-  
 tate, procul omni superstitionis phantasmate, remo-  
 ta omni nebulosi dogmatis vanitate, pure Deo  
 & simpliciter exhibendum esse; in his honorem  
 religionis, reverentiam divini cultus, laetitiam  
 Christianae devotionis, non figuras aliquas vel mys-  
 teria vanitatis. Jam vero illud quod corpus Chri-  
 sti informe & tripartitum dicere, immo tria  
 Christi corpora inaudite temeritate asse-  
 rere praesumpsit, in tantum sacerdotes Domini ex-  
 secerati sunt, ut hoc, sicut supra ostentum est,  
 de spiritibus erroris, & doctrinis demoniorum  
 sumptum dicere minime dubitarent, tamquam cum  
 angelo Domini detestantes latan, qui dextris Je-  
 su magni & veri sacerdotis adversarii conatur, &  
 11. 11. 18. *extollentes dicerent, Increpet Dominus in te Satan,*  
*& increpet in te qui elegit Jerusalem.*  
 Corpus autem Domini, quod in mysterio a  
 fidelibus sumitur, absit ut tam sordida vel super-  
 stitiosa mente quis appetat, ut aliquid horum  
 quae immundissime auctor doctrinae confinxit, in  
 suo animo & cogitationibus versari permittat.  
 Quapropter cum omni desiderio & supplicatione  
 pietatis divinam misericordiam implorandum, ut  
 non solum ab auribus, verum etiam a cordibus  
 nostris, talium phantasmatum ac sordium labere-  
 mota ..... sempiternum munditiae suae, mentes  
 nostras emundet; quatenus, tam divinum glorio-  
 sumque mysterium puro sensu cogitantes, pura  
 pietate sumentes, incorruptae purificationis gra-  
 tiam consequamur. Cum enim Dominus dicat:  
 11. 11. 18. *Ego sum veritas, & Pater meus dat vobis pan-*  
 nem de caelo verum; & caro mea vere est cibus, &  
 sanguis meus vere est potus; & qui manducavit me

& ipse vivet propter me; Sicut nihil vitae aeternae  
 cibo nisi vera animae refectio appetenda est; ita  
 nihil penitus cogitandum, nisi quod spirituale &  
 ANNO CHRI  
 11. 11. 18. immortale est. Quid autem mirum si fidei gra-  
 tia & virtute divina talis cibus sic sumitur, ut  
 absorbeat quod mortale est a vita? Hic est, ait  
 Dominus, *panis de caelo descendens, ut si quis ex*  
 11. 11. 18. *ipso manducaverit, non morietur.* Sed quid per-  
 tinet ad virtutem Sacramenti, quod pertinet  
 ad visibile Sacramentum? Qui manducat intus,  
 non foris; qui manducat in corde, non qui pre-  
 mit denie. Credere enim in eum, hoc est man-  
 ducare panem vivum, qui credit manducat; in-  
 visibilem saginatur, quia & invisibiliter renati-  
 tur. Sacramenta sunt ista; ideo autem dicuntur  
 B Sacramenta, quia in eis aliud videtur, aliud in-  
 telligitur. Quod videtur speciem habet corpora-  
 lem; quod intelligitur fructum habet spiritua-  
 lem. Manet igitur in mente fidelium incorrupta ven-  
 erabilis mysterii virtus, & efficacissima potentia,  
 purgans delicta, emundans conscientias, periciens  
 gratiam redemptionis & salutis. Unde ait beauti-  
 11. 11. 18. *fissimus Joannes: Es sanguis fissus ejus Jesu Christi emundat*  
*nos ab omni peccato.* Vas quoque electionis Pau-  
 11. 11. 18. *lus: Quanto magis, inquit, sanguis Christi qui per*  
*Spiritum Sanctum semetipsum obtulit immaculatum*  
*Deo, emundavit conscientiam vestram ab operibus*  
*mortuis ad servendum Deo viventi? Sed & prin-*  
 11. 11. 18. *ceps Apostolorum Petrus: Sciens, ait, quod non*  
*corruptibilibus auro & argenti redempti estis de va-*  
 11. 11. 18. *na vestra conversatione paterna traditionis, sed pre-*  
 11. 11. 18. *tioso sanguine, tanquam agni incontaminati & in-*  
 11. 11. 18. *violati Christi.* Non ergo corruptibili redempti su-  
 mus. Hoc fidelis sumit ad vitam, indignus ad  
 penam, hoc pretium redemptionis & viaticum  
 salutis unusquisque fidelium sub hora mortis fi-  
 deli pietate expolit. Hoc se peccatorum veniam  
 adepturum, a malignorum spirituum incurfu ipsa  
 morte tuendum, ad paradisi aeterna praesumit  
 admittendum. Cumque pulvis revertitur in ter-  
 ram suam, unde erat, spiritus tamen hujus mu-  
 nus solatio fretus, hujus gratiae praesidio muni-  
 tus, redit ad Dominum qui dedit illum, nec in  
 depositione corruptibilis corporis sui amittens in-  
 corruptibilem gratiam corporis Christi. Hec prout  
 Deo annuente potui de concilio venerabilium e-  
 piscoporum ad reformationem ecclesiae Dei, &  
 confirmationem catholicae fidei nuper habito, bre-  
 vi paginula annotare curavi, verba eorum & sen-  
 tentias quibus valui verbis, & scripturarum testimo-  
 nias explicans & excogitati nuper, & execrandi  
 erroris consultationem in omnium, qui haec lege-  
 re vel audire voluerint, notitiam perferens, ut  
 repudiata atque damnata profani dogmatis tabu-  
 losissima vanitate, & vanissima tabulositate, pro-  
 cul abjectis & libris & verbis mendacissimis vani-  
 loqui doctoris, de purissimo scripturarum fonte,  
 de sincerissima patrum doctrina, de venerabilis  
 concilii auctoritate. fidei & scientiae haurianus  
 fluentia, servantes sollicite semel traditum vobis  
 E fidei thesaurum, & fugientes oppositiones scienti-  
 11. 11. 18. *ae falsi nominis; & profanas vocum novitates,*  
 de quibus Apostolus fidei discipulo ait: *O Timo-*  
 11. 11. 18. *thee depositum custodi, devitans profanas vocum no-*  
 11. 11. 18. *vitates, & oppositiones falsi nominis scientiae, quam*  
 11. 11. 18. *quidam promittentes circa fidem exciderunt.* Cum er-  
 go istiusmodi pseudoscintilla, & profana vocum  
 novitates fidei excidium, & naufragium faciat, ve-  
 lut scyllam quandam, & carybdim eam vitemus,  
 metuamusque intima cordis formidine, ne forte  
 jam in illo tempore esse ceperimus, de quo i-  
 dem terribili denuntiatione clamat Apostolus:  
 11. 11. 18. *Est enim tempus cum sanam doctrinam non sustine-*  
 11. 11. 18. *bunt: sed ad sua desideria coacerabunt sibi magistros,*  
 11. 11. 18. *pru-*

periculis auribus, & a veritate quidem modicum avertent, ad fabulas autem convertentur; Iamque subiungit: Tu vero vigila, videlicet ne dormientibus patris familiaris teris, inimicus homo superleminet zizania in medio tritici. Audiamus eundem Apostolum alteri carissimo discipulo dicentem: Stultas autem quaestiones, & gentilogias, & contentiones, & pugnas legis devota; sunt enim inutiles & varia. Et protinus adiungit: Haereticum hominem post unam & secundam correptionem devota: sciens quia subversus est huiusmodi & peccat proprio iudicio condemnatus: Sed & alio loco dicit: Si quis autem docet & non acquiescit sanis sermonibus Domini nostri Jesu Christi, & ei qua secundum pietatem est doctrina, superbus est, nihil sciens, sed languens. Circa quaestiones & pugnas verborum, nonne videtur Apostolum in his verbis, velut digito monstrare praesatum nostri temporis vaniloquum praesumptorem, qui spernens sanos sermones Domini Jesu Christi, conculeans doctrinam pietatis, totus circa novas quaestiones, & inutiles adventiones languidus & inquietus oberrat? Dominus enim noster Jesus Christus, qui est verus & veritas, verissimum corporis & sanguinis sui mysterium in evangelio exponere dignatus ait: Amen amen dico vobis, nisi manducaveritis carnem filii hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis. Caro enim mea vere est cibus & sanguis meus vere est potus. Qui manducat carnem meam, & bibit sanguinem meum, in me manet, & ego in eo. Sicut misit me vivens Pater, & ego vivo propter Patrem, & qui manducat me, & ipse vivit propter me. Panis enim Dei est qui descendit de caelo, & dat vitam mundo; & panis quem ego dabo, caro mea est pro mundi vita. Ecce sanos sermones Domini nostri Jesu Christi, ecce doctrinam pietatis, ecce verba vitae aeternae, de quibus ipse ait: Verba qua locutus sum vobis, spiritus & vita sunt. Et Petrus ad illum: Domine, inquit, verba vita aeterna habet. Audiamus ergo verba vitae ex ore vitae. Carnem suam dicit a fidelibus manducari, & sanguinem suum potari. Vere illum cibum carnem suam esse, vere illum potum sanguinem suum existere confirmat. Seipsum asserit a fidelibus suis comedi, & sine hoc cibo neminem vere per hunc mundum vivere testatur; hunc esse panem de caelo descendentem, id est carnem quam ipse tradidit pro mundi vita; hic panis caelestis, quia caeleste, immo supercaeleste Verbum, nostri quidem generis, sed caelestis originis caro factum est, & habitavit in nobis; neque carnem illam Dei genitrix ex voluntate viri, sed ex superventu Spiritus Sancti & obumbratione concepit virtus Altissimi. Ideo & de hoc pane olim fuerat prophetatum: Panem cali dedit eis, panem angelorum manducavit homo. Verbum enim Dei manens in caelestibus supernis panis angelorum caro factum est, ut panem angelorum manducaret homo. Quomodo igitur ille profanae novitatis praesumptor, & quantum in se est, tanta pietatis violator, per quam in Christo fideles, & in suis fidelibus Christus manens caput corporis ecclesiae existit. Quomodo, inquam, unum caelestem panem in tria dividit? aliud illic asserens esse Christum, aliud viventes fideles, aliud jam defunctos. Et Christum quidem caelestis particula contineri, viventes in patris fragmentis, defunctos autem in tertia quadam altaris particula censerit. Ita errore sacrilego implicatur, ubi Dominus Jesus Christus asserit semetipsum a fidelibus manducari, & vere carnem suam esse cibum, vere sanguinem suum potum; iste contendit vivos comedi, & defunctos. Arguit ipso in se loquente Apostolus hunc errorem: Calix, in-

quens, benedictionis cui benedicimus, nonne communio sanguinis Christi? & panis quem frangimus, nonne communicatio corporis Christi est? Iste autem e contrario in presbyterorum concilio docet, sanguis ille anima Christi est. Quid hac novitate profanus? Apostolus, omni divisionis suspicione sublata, clamat assidue: Multi unum corpus sumus in Christo. Et iterum: Solliciti servare unitatem spiritus in vinculo pacis, unum corpus, & unus spiritus, sicut vocatis estis in una spe vocationis vestrae. Ex rursus, caput & corpus, Christum & ecclesiam unum Christum esse contestans, dicit: Sicut enim corpus unum est, & membra multa; omnia autem membra corporis cum sint multa, unum corpus sunt. Ita & Christus. Unde & Corinthios male divites, & texturam Domini corporis schismaticis dirumpentes objurgans, clamat: Divisus est Christus? Hanc quoque unitatem in sacrificio sacrosancto mysterio asserens designari: Unus panis, inquit, unum corpus multi sumus, omnesque de uno pane participamus. Ita igitur omnes tam antiqui quam moderni, tam viventes quam dormientes, in Christo unus panis sumus, Christo incorporati & uniti, ut tamen omnes ad vitae & salutis gratiam capiendam de uno participemus: illo videlicet qui descendit de caelo, & dat vitam mundo. Sic omnes sancti sunt lapides vivi, sed per eum vivificati, de quo illis per Petrum apostolum dicitur: ad quem accedentes lapidem vivum, & ipsi tanquam lapides vivi superaedificamini. Sic omnes efficiuntur lux, dicente Domino, Vos estis lux mundi, sed ex illo illuminati, de quo evangelista ait: Ecce lux vera, qua illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. Sic ergo & unus panis exiliunt, sed illius participatione vitam substantiam trahentes, qui dicit: Ego sum panis vivus, qui de caelo descendi. Participantur quidem, & communicant sibi invicem omnes fideles per societatem & communicationem spiritus, per unitatem fidei, spei, & caritatis, dicente Apostolo: Gratia Domini nostri Jesu Christi, & caritas Dei, & communicatio Sancti Spiritus sit cum omnibus vobis. Omnis tamen haec participatio & communicatio, quae illis non utique de invicem, sed ad invicem existant, ad illum tendit, & ex illo solo vegetatur, qui est fons vitae, de quo beatus Joannes dicit: Quod vidimus, & audivimus, annuntiamus vobis, ut & vos communionem habeatis nobiscum, & communicatio nostra sit cum Patre, & cum Filio eius Jesu Christo. Christus enim eius caput & vertex Ecclesiae, & idcirco ad vitae aeternae commercium illi connectitur & cohaeret, & in illum tota concurret ecclesia, ut fonte capitis totum corpus irrigetur, & vivat dicente Apostolo: Veritatem autem facientes in caritate, crescimus in illo per omnia, qui est caput Christus: Ex quo totum corpus compactum & connexum per omnem iuncturam subordinationis, secundum operationem in mensuram uniuscuiusque membri, augmentum corporis facit in edificationem sui in caritate. Et iterum: nemo vos seducat, volens in humilitate & religione angelorum, quae non vidit ambulans, frustra inflatus sensu carnis suae, & non tenens caput, ex quo totum corpus per connexum & conjunctionem subministratum, & constructum crevit in augmentum Dei. Hanc unitatem ineffabilem ecclesiae, id est corporis sui, ipse Dominus Jesus, quem omnium caput significabat, dicens: Et alias oves habeo, quae non sunt ex hoc ovili; & illas oportet me adducere, & vocem meam audire, & fiet unum ovile, & unus pastor. Pro hac adunatione, & unitate corporis sui suscepit mortem, testante evangelista. Quia Jesus mortuus erat pro gente, & non tantum pro gente, sed

ANNO CHRISTI 1517

1517

1517

1517

1517

1517

1517

1517

ANNO CHRISTI 1517

1517

1517

1517

1517

1517

1517

1517

1517

1517

1517

1517

1517

1517

1517

1517

1517

1517

1517

747  
 sed ut filios, qui erant dispersi, congregaret in unum, pro hac Deum Patrem in qua nocte tradebatur exorare dignatus est, dicens: *Pater sancte. Serva eos in nomine tuo quos dedisti mihi, ut sint unum sicut & nos.* Et post pauca: non pro his autem rogo tantum, sed pro eis qui credituri sunt per verbum eorum in me, ut omnes unum sint, sicut tu Pater in me, & ego in te, ut & ipsi in nobis unum sint, & ego claritatem quam dedisti mihi, dedi eis, ut sint unum sicut nos unum sumus, ego in eis, & tu in me, ut sint consummati in unum.  
 Hæc est ineffabiliter mirabilis unitas Domini Jesu, & corporis ejus, quam nemini licitum est violare aut dividere, præcipiente lege de agno paschali: *Os non comminuetis ex eo.* Vere enim quantum in se est, os agni nostri comminuit, qui virtutem & robur tantæ compaginis infringit. Hujus unitatis mysterium, jam olim in Adam & Eva præfiguratum, & in novissimis temporibus in Christo & in ecclesia revelatum Adam prophetavit: *Apostolus exposuit dicens: propter hoc reclinquet homo patrem & matrem, & adhaerebit uxori suæ: & erunt duo in carne una. Sacramentum, inquit, hæc magnum est, ego autem dico in Christo, & in ecclesia; quod ipse Dominus Jesus in evangelio memorans adjunxit dicens: Itaque jam non sunt duo, sed una caro. Quod ergo Deus junxit, homo non separet.* Volumus scire quanta vigilantia cavendus sit, quantumque nefas præsumat, qui hanc unitatem violare ac dissolvere conatur? audiamus beatum Johannem apostolum dicentem: *Carissimi nolite omni spiritus credere, sed probate spiritus, si ex Deo sunt. In hoc cognoscitur spiritus Dei. Omnis spiritus, qui confitetur Jesum Christum in carne venisse, ex Deo est; & omnis spiritus qui solvit Jesum, ex Deo non est; & hic est Antichristus.* Audiat ergo hoc etiam iste, qui ambuians frustra inflatus sensu carnis suæ, & non spiritum Dei sequens, sed spiritum suum, Jesum, quantum in se est, solvit ac dissipat, dividens eum in tres partes, in tres formas, & in tria corpora. Audiat, inquam & æterno silentio conticeat: *Omnis spiritus qui solvit Jesum, ex Deo non est, & hic est Antichristus.* Audiamus & apostolum Paulum, nos in semel tradita fidei veritate solidantem, atque dicentem: *Si quis vobis evangelizaverit præterquam quod accepistis, anathema sit.*  
 Ignoscat mihi indigno, o Domini venerabiles, vestra dilectio, quia hæc non superbiæ fastu, nec malitiæ alicujus instinctu, sed amore ecclesiæ hujus dominæ & nutriticæ meæ loquor, cui non solum, prout Deus inspirare dignatur, exhortationis verbum, sed omne debeo caritatis & pietatis obsequium; præsertim hoc tempore, quo tam lacrymabili calamitate, peccatis nostris exigentibus, atillida est, ut habeat episcopum sine potestate, magistrum sine veritate. Nunc ad finem sermonis commodum duxi paucas ecclesiasticorum patrum sententias ponere, quibus advertus omnia fallaciarum commenta, quæ huic ecclesiæ ineptus fabulator conatur ingerere, velut turribus & propugnaculis muniamur, fiatque in nobis, divina favente gratia, quod Apostolus optat & obsecrat, dicens: *Obsecro autem vos, fratres, ut & idipsum dicatis omnes, & non sint in vobis scismata; sitis autem perfecti in eodem sensu & in eadem sententia.* Et iterum: *Sicut ergo accepistis Jesum Christum Dominum, in ipso ambulate radicati, & superedificati in ipso, & confirmati fide.* Itaque alio loco: *Si quis ergo consolatus in Christo, si quod sociatum caritatis, si quæ societas spiritus, si quæ viscera & miserationes, impie gaudium meum, ut scem sapiat, eandemque caritatem habentes, unanimiter ad ipsam sententiam, nihil per contentum neque per*

*inanem gloriam.* Et alibi: *Et si quid, ait, aliter sapitis, & hoc vobis revelavit Deus.* Veruntamen ad quod pervenimus, ut idem sapiamus, & in eadem permaneamus regula. Panem, qui in mysterio sumitur, corpus & carnem Christi esse, immo ipsum esse Christum & Dominum, ex libro sancti Cypriani de oratione Dominica, panem nostrum quotidianum, (invenimus.)  
 Panis vitæ Christus est, & panis hic omnium non est, sed Dominus noster est; & quomodo dicimus Pater noster, quia intelligentium & credentium pater est; sic & panem nostrum vocamus, quia Christus eorum, qui corpus eorum contigimus, panis est. Hunc autem panem dari nobis quotidie postulamus, ne qui in Christo sumus, & eucharistiam ejus quotidie ad cibum salutis accipimus, intercedente aliquo graviore delicto, dum absenti, & non communicantes a caelesti pane prohibemur, a Christi corpore separemur, ipso prædicante & dicente: *Ego sum panis vite qui de celo descendi; si quis edierit de hoc pane, vivet in æternum. Panis autem quem ego dedero, caro mea est pro sæculi vita.* Quando ergo dicit in æternum vivere si qui edierit de ejus pane, ut manifestum sit eos vivere qui corpus ejus attingunt, ita contra timendum est & orandum, ne dum quis absentus separatur a Christi corpore, extraneus remaneat a salute, comminante ipso & dicente: *Nisi edieritis carnem filii hominis, & biberitis ejus sanguinem, non habebitis vitam in vobis, & ideo panem nostrum, idest Christum dari nobis quotidie petimus, ut qui in Christo manemus & vivimus, a sanctificatione ejus & corpore non recedamus.*

Item ex tractatu Psal. 80. S. Hieronymi.

Vis accipere Domini cibos? vis comedere ipsum Dominum tuum & Salvatorem? Audi quid dicat: *Dilata os tuum, & implebo illud.* Dilatate ora vestra, ipse est & Dominus & panis. Ipse hortatur nos, ut comedamus, & ipse noster cibus est, quantumcumque dilataveris, tantum accipies.

Item ex homilia S. Augustini.

In altaris mysterio Dominum sumi, nec aliqua posse divisione partiri, qualem vocem Domini audistis invitantis nos. Quis invitavit? quos invitavit? & quid præparavit? Invitavit Dominus servos & præparavit eis cibum seipsum. Quis audeat manducare Dominum suum? & tamen ait: *Qui manducat me, vivit propter me.* Quando Christus manducatur, vita manducatur, nec occiditur, ut manducetur; sed mortuos vivificat quando manducatur. Reficit, sed non deficit. Non ergo timeamus, fratres, manducare panem illum, ne forte finiamus illum, & postea que manducemus non inveniamus. Manducatur Christus, vivit manducatus, quia resurrexit occisus; nec quando manducamus, partes de illo facimus. Et quidem in sacramento sic fit, & norunt fideles quemadmodum manducant carnem Christi. Unusquisque accipit partem illam; unde & ipsa gratia partes vocantur. Per partes manducatur in sacramento, & manet integer totus in celo, manet integer totus in corde tuo; totus enim erat apud patrem, quando venit in Virginem. Implevit illam, nec recessit ab illo; veniebat in carne ut cum homines manducarent, & manebat integer apud Patrem, ut angelos pasceret. Quod enim scitis, & qui scitis, & qui nescitis, scire debetis. Quando Christus factus est homo, panem angelorum

ANNO CHRISTI 1518.

74. 12. 11.

74. 12. 16.

Epist. 11.

ANNO CHRISTI 1518.

74. 6. 11.

74. 6. 14.

74. 80. 14.

74. 6. 11.

cu. 1. 16.

ANNO CHRISTI 119.

ANNO CHRISTI 119.

lorum manducavit homo. Unde, quomodo, qua via, quibus meritis, qua dignitate panem angelorum manducaret homo, nisi creator angelorum feret homo?

Item S. Gregoris de eadem re, ex homilia Natalis Domini.

Qui ergo aeternus permansens temporalis apparuit, alicum est ubi descendit; & quia per prophetam dicitur: Omnis caro fenum, factus homo, fenum nostrum vertit in frumentum, qui de seipso ait: Nisi grano frumenti cadens in terram mortuum fuerit, ipsum solum vivet. Unde & natus in praeseptio reclinatus ponitur, ut fideles omnes, videlicet sancta animalia carnis suae frumento receret, ne ad internae intelligentiae pabulo jejuna remanerent.

Item ejusdem in alia homilia de eadem re.

Bonus pastor animam suam ponit pro ovibus suis. Fecit quod monuit, ostendit quod iussit, bonus pastor pro ovibus animam suam posuit, ut in sacramento nostro corpus suum, & sanguinem venderet, & oves quas redemerat carnis suae alimento satiaret.

Ejusdem de ea re ex dialogorum libris.

Hac namque singulariter vidima ab aeterno interitu animam salvat, quae illam nobis morte unigeniti per mysterium reparat: qui licet surgens a mortuis jam non moritur, & mors ei ultra non dominatur: tamen in semetipso immortaliter atque incorruptibiliter vivens, pro nobis iterum in hoc mysterio sacrae oblationis immolatur. Eius quippe ibi corpus sumitur, ejus caro in populi salute partitur, ejus sanguis non jam in manus infidelium, sed in ora fidelium sumitur.

Mysterium vestis Christi, id est corporis ejus, scindi non oportere ex libro S. Cypriani de ecclesia unitate.

Dominus dicit: Ego & Pater unum sumus: Et iterum de Patre & Filio & Spiritu Sancto scriptum est: Tres unum sunt; & quisquis credit hanc veritatem de divina firmitate venientem, sacramentis caelestibus haerentem scindi in ecclesia posse hoc unitatis sacramentum, hoc vinculum concordiae inseparabiliter coherentis ostenditur, quando in evangelio tunica Domini nostri Jesu Christi non dividitur omnino, nec scinditur, sed sortientibus de veste Christi, quis Christum potius indueret, integra vestis possidetur. Loquitur ac dicit scriptura: De tunica autem, quia de superiore parte non consutis, sed per totum textilis fuerat, dixerunt ad invicem: Non scindamus illam, sed sortiamur de ea cujus sit. Unitatem ille portabat de superiore parte, id est de caelo & patre venientem, quae ab accipiente scindi omnino non poterat, sed totam semel & solidam firmitatem inseparabiliter obtinebat. Possidere non potest indumentum Christi, qui scindit, & dividit ecclesiam Christi. Contra denique cum Salomone moriente regnum ejus & populus scinderetur, Achias propheta Jeroboam regi obvius factus in campo in duodecim scissuras vestimentum suum discidit dicens: Sume tibi decem scissuras, quia haec dicit Dominus: Ecce scindo regnum de manu Salomonis, & dabo tibi decem scepra, & duo scepra erunt ei propter servum meum David, & propter Jerusalem

unitatem quam elegi, ut ponam nomen meum illuc. Cum duodecim tribus Israel scinderentur, vestimentum suum propheta Achias discidit. At vero quia Christi populus non potest scindi, tunica ejus per totum textilis & cohaerens divisa a possidentibus non est, individua, copulata, contexta, ostendit populi nostri, qui Christum induimus, concordiam, cohaerente sacramento vestis & signo, declaravit ecclesiae unitatem. Quis ergo sic sceleratus & perfidus, quis sic discordiae furore vesanus, ut aut credat scindi posse, aut audeat scindere unitatem Dei, vestem Domini, ecclesiam Christi.

Ille sacerdos vice Christi vere fungitur, quid Christus fecit imitatur, & sacrificium verum & plenum tunc offert in ecclesia Deo Patri, si sic incipiat offerre quomodo Christum ipsum videt obrulisse. Non est ergo quod aliquis existimet sequendam esse quorundam consuetudinem; quaerendum est enim ipsi quem sint secuti: nam in sacrificio quod Christus obtulit, non nisi Christus sequendus, utique id nos obaudire & facere oportet quod Christus fecit, & quod faciendum esse mandavit, quando ipse in evangelio dicit: Si feceritis quod mando vobis, jam non dicam vos servos, sed amicos. Et quod Christus debeat volens audiri, Pater etiam de caelis contestatur dicens: Hic est filius meus dilectissimus, in quo bene sensi ipsum audite. Quare si solus Christus audiendus est, non debemus attendere quid alius ante nos faciendum esse putaverit, sed quod qui ante omnes est Christus, prior fecerit. Neque enim hominis consuetudinem sequi oportet, sed Dei virtutem. Cum per Esaiam prophetam Deus loquatur & dicat: Sine causa autem colunt me, mandata & doctrinas hominum docentes. Et iterum Dominus in evangelio hoc idem repetit dicens: Rejicite mandatum Dei ut traditionem vestram statuas. Sed & alio loco ponit & dicit: Qui solverit unum de mandatis istis minimis, & sic docuerit homines, minimus vocabitur in regno caelorum. Quod si nec minima de mandatis Dominicis licet solvere, quanto magis tam magna, tam grandia, tam ad ipsum Dominicam passionis, & nostrae redemptionis sacramentum pertinentia fas non est infringere, aut in aliud quam quod divinitus institutum sit, humana traditione mutare? tota ipsa redempta civitas, hoc est congregatio societasque Sanctorum, universale sacrificium offertur Deo per sacerdotem magnum: qui etiam seipsum obtulit in passione pro nobis, ut tanti capitis corpus effemus, secundum formam servi. Hanc enim obtulit, in hac oblatio est, quia secundum hanc mediator est. In hac sacerdos, in hac sacrificium est. Cum itaque nos hortatus esset Apostolus, ut exhibeamus corpora nostra hostiam vivam, intulit post aliquanta: Sicut enim in uno corpore multa membra habemus, omnia autem membra non eosdem affluunt; ita Rom. 12. multi unum corpus sumus in Christo: singuli autem alter alterius membra; hoc est sacrificium Christianorum, multi unum corpus in Christo, demonstratur quod in eadem re quam offert ipsa offeratur.

Ecclesiarum diversitates filii unitate consistunt, ex libris S. Cypriani de unitate fidei.

Episcopatus unus est, cujus a singulis in solidum pars tenetur. Ecclesia una est, quae in multitudinem latius incremento secunditatis extenditur, quomodo solis multi radii, sed lumen unum, & rami arboris multi, sed robur unum tenaci caritate fundatum. E: cum de fonte uno rivi plu-

119. 11. 20.

7. 11. 11.

Matt. 11. 8.

Matt. 1. 9.

Matt. 1. 1.

7. 10. 20.

7. 1. 7.

7. 19. 21.

1. 8. 11. 31.

ANNO  
CHRISTI  
1548  
al. 1547

ANNO  
CHRISTI  
828

plurimi defluunt, numerositas licet diffusa vi-  
dentur exundantis copis largitate, unitas tamen  
servatur in origine. Avelle radium solis a corpo-  
re, divisonem lucis unitas non capit; ab arbore  
frange ramum, fructus germinare non potest; a  
fonte præcide rivum, præcisus arefcit. Sic eccle-  
sia Domini luce perfusa per orbem totum radios  
suos porrigit, unum tamen lumen est, quod ubi-  
que diffunditur, nec unitas corporis separatur.  
Ramos suos in universam terram copia ubertatis  
extendit, profluentes largiter rivos latius pandit,  
unum tamen caput est, & origo una, & una  
mater fecunditatis successibus copiosa, illius fœtu  
nascimur, illius lacte nutrimur, spiritu ejus  
animamur.

*Non pro locis res, sed pro bonis rebus loca  
amanda, ex epistola S. Greg. ad Ang.  
episcopum Anglorum scripta.*

Novit fraternitas tua Romanam ecclesiam consue-  
tudinem, in qua se meminit nutritum. Sed mihi  
placet, ut sive in Romanis, sive in Galliarum,  
sive in qualibet ecclesia aliquid invenisti, quod  
plus omnipotenti Deo possit placere, sollicite e-  
lige, & in Anglorum ecclesia, quæ adhuc ad fi-  
dem nova est, institutione præcipue quam de mul-  
tis ecclesiis colligere potuisti, infunde; non enim  
pro locis res, sed pro bonis rebus loca amanda  
sunt. Ex singulis ergo quibusque ecclesiis, quæ  
sunt, quæ religiosa, quæ recta sunt elige, & hæc  
quasi in fasciculum collecta apud Anglorum men-  
tes in consuetudinem depone.

*In vestibus & cultu ecclesiastico non superstitiosum  
mysterium præferri, ex epistola S. Calixti  
pape ad episcopos Galliarum scripta.*

Didicimus quosdam Domini sacerdotes super-  
stitioso potius cultui inservire quam mentis vel  
fidei puritati. Et post pauca: Amicti pallio & lum-  
bos præcincti credunt se sanctæ scripturæ fidem  
non per spiritum, sed per litteram completuros.  
Nam si ad hoc ista præcepta sunt, ut taliter ser-  
vantur, cur non hunt pariter quæ sequuntur,  
ut lucernæ ardentes una cum baculo in mani-  
bus teneantur? Habent suum mysterium, & in-  
telligentibus ita clara sunt, ut ea magis quam  
debet significatione servantur. Nam in lumborum  
præcinctione castitas, in baculo regimen pasto-  
rale, in lucernis ardentibus boni fulgor operis, de  
quo dicitur sic: *opera vestra incendant*, indicatur.  
Habent tamen istum forsitan cultum, morem po-  
tius quam rationem sequentes, qui remotioribus  
habitant locis, & procul a ceteris degunt. Unde  
hic habitus in ecclesiis Gallicanis, ut tot anno-  
rum, tantorumque pontificum in alterum habi-  
tum consuetudo versatur. Discernendi a plebe  
vel ceteris sumus doctrina, non veste; conversa-  
tione, non habitu; mentis puritate, non cultu.  
Nam si studere incipiamus novitati, traditum no-  
bis a patribus ordinem calcabimus, ut locum su-  
pervacuis superstitionibus faciamus. Rudes ergo  
fidelium mentes ad talia non debemus inducere.  
Docendi enim sunt potius, quam ludendi, nec  
imponendum est eorum oculis, sed mentibus in-  
fundenda præcepta sunt.

*Item S. Hieronymi de simplici ministrorum &  
sacerdotum ornatu ex libris dialogorum  
Attici & Christoboli.*

Adjungis gloriam vestium, & ornamentorum  
Deo esse contrarium. Quæ sunt, rogo, inimici-

tas contra Deum, si tunicam habuero mundio-  
rem? si episcopi, si presbyteri, si diaconi & re-  
liquus ordo ecclesiasticus in administratione sacri-  
ficiorum candida veste processerit? Cavete cleri-  
ci, cavete monachi, vidua, & virgines periclitamini  
nisi sordidas vos atque pannosas vulgus as-  
pexerit. Taceo de hominibus sæculi, quibus aper-  
te bellum indicitur, & inimicitias contra Deum,  
si pretiosis atque nitentibus utantur exuviis. In  
sacerdotio ecclesiam non mysticum vestium orna-  
tum, sed splendorem quemdam animarum, ipsa  
consecratio monstrat pontificis, ita se habens;  
Deus qui Moysem famulum tuum secreti fami-  
liaris assatu, inser cetera celestis documenta cul-  
tura, de habitu quoque indumenti sacerdotalis  
B instituens, electum Aaron mystico amictu vestiri  
inter sacra iussisti, ut intelligentiam sententiam de  
exemplis priorum caperet securura posteritas, ne  
eruditio doctrinæ tuæ ulli decisset ætati, cum &  
apud veteres reverentiam ipsa significationum  
species obtineret; & apud nos certiora essent expe-  
rimenta rerum, quam ænigmata figurarum. Il-  
lius namque sacerdotii anterioris habitus nostram  
mentis ornatus est, & pontificalem gloriam non  
jam nobis honor commendat vestium, sed splendor  
animarum. Quia & illa quæ tunc carnalibus  
blandiebantur obtutibus, ea potius quæ in ipsis  
erant intelligenda, poscebant. Et idcirco huic ta-  
mulo tuo, quem ad summi sacerdotii ministerium  
elegisti, hæc quæsumus Domine gratiam largia-  
ris, ut quidquid illa velamina in fulgore auri, in  
nitore gemmarum, in multimodi operis varietate  
signabant, hoc in ejus moribus adibusque clare-  
scat.

*Falsos codices, & a fidei sinceritate discordes, in  
nullo usu lectionis habendos: quin potius igni  
tradendos, ex epistola S. Leonis pape  
ad Turibium Asturiensem.*

Curandum ergo est, & sacerdotali diligentiam  
maxime providendum, ut falsi codices, & a sin-  
cera veritate discordes, in nullo usu lectionis ha-  
beantur. Apocriphæ autem scripturæ quæ sub no-  
minibus apostolorum multarum habent semina-  
rium falsitatum, non solum interdicendæ sunt,  
sed etiam penitus auferendæ, atque ignibus con-  
cremandæ, quia quamvis sint in illis quedam,  
quæ videantur speciem habere pietatis, nunquam  
tamen vacua sunt venenis.

Hæc, Domini venerabiles, tam de scripturis  
sacris, quam de scripturarum sanctarum dictis, se-  
dula intentione collegi, ac reverentiam vestra  
audienda seu & legenda proposui, quatenus ea &  
hujusmodi meditantibus contra novellæ præsump-  
tionis auctorem, qui in similitudinem arioli & con-  
jectoris æstimat quæ ignorat, fidei & veritatis fir-  
mitate munita dicamus cum ecclesia: *Narraverunt  
mihi iniqui fabulationes, sed non ut lex tua, Domi-  
ne.* Atque intelligamus quam verum sit quod Spi-  
ritus Sanctus Salomonis ore præcæcinit dicens:  
*Multi sibi in novis patrum & aliis congregan-  
tur absque judicio, neque enim sic nostra calamita-  
te, & humilitate abuti debet, ut imitator inso-  
lentissimæ jactantiæ Naas regis filiorum Ammon,  
qui interpretatur serpens, dicere nobis velut ha-  
bitatoribus Jabes Galaad oppugnator veritatis ille  
præsumat: In hoc seriam vobiscum fœdas ut etiam  
omnium vestrum oculos dextros, ponamque vos op-  
probrium Israel. Vere enim dextrum oculum co-  
natur eruere, qui lumen rectæ fidei laborat ex-  
tinguere. Utilius illi a nobis optandum est, quod  
parabolice per Salomonem dicitur: Oculum qui  
subannat patrem, & despicit partem matris suæ,  
effo.*

CONCILIUM KINGSTONIÆ.

754

753  
 ANNO CHRISTI 753  
 749. 1. 22  
 offidiunt cum corvi de terrenis, & comedant cum filiis aquila. Vere etenim sublatant patrem, qui filii dividit unitatem, testante ipso: qui non honorificat filium, non honorificat patrem, qui misit illum, & proflus despicit partum matris sue ecclesie, qui mysterium redemptionis, quo ex ejus utero ad vitam gignitur, puritate sincera venerari contemnit. Expedit nobis in talem oculum, qui ducatum promittit luminis; & e contrario tenebris caligat erroris, præceptum evangelicum: Si oculus tuus dexter scandalizat te, erue eum & projice abs te. Cupit nequam iste oculus hæreditatem patrum auferre: nititur vineam ipsorum. Hanc epistolam facile lætiores intellexerunt auctorem habere eundem Florem, qui pariter binas ad concilium Lugdunense, a me supra relatas, dedit.

ANNO CHRISTI 754  
 Reg. 11.  
 Reg. 9.  
 in hortum olerum commutare, idest forria & fructuosa & meracissima eorum dicta vilibus & cito arefcentibus, ac decidentibus fabulis enervare, sed filii martyris lapidati respondeant ei cum Naboth: Propitius mihi sit Dominus ne dem hereditatem patrum meorum. Si ob hujus responsionis honestam libertatem vel infamandi falsis testibus, vel etiam lapidibus obruendi essemus, habeamus Deum clementissimum consolatorem atque ultorem dicentem: Si non pro sanguine Naboth, & filiorum ejus, quem vidi heri dicit Dominus, reddam tibi in agro isto, dicit Dominus.

SYNODI dux JACOBITARUM,

Alia quidem in Scialaz pago, alia in Gubirino Cyrrhenfium pago a dissidentibus inter se duabus Jacobitarum factionibus,

Anno circiter 1148. Græcorum, Christi 837. celebrata.

Ex Suppl. Manu. tom. 1. pag. 891  
 CYriaco Jacobitarum patriarcham agente Monachi Gubenses patriarcham illum supplicarunt, ut ad Alepinorum episcopatum Xenajam quandam eveheret. Ille rogantium supplicationibus spretis Salomonem extulit. Qua de re exacerbatu monachi nec Salomonem receperunt. & patriarchæ nomen e liturgiis delere ausi sunt. Addiderunt & accusationem in patriarcham apud Aaronem Ralcidum Calipham, Ab ea calumnia patriarcha sese purgavit; quare ad cœnobium suum innocens regressus est, & monachi in altum schisma prorumpentes episcopos quosdam in Scialaz pago congregatos induxerunt, ut duos episcopos ordinarent. Contra patriarcha in Gubirino, quod castrum Cyrrhenfium est, synodum coegit, in qua & episcopos recens promotos & Gubenses monachos anathemati devovit. Nec illi tamen quieverunt, nam ad exyema redacti Abrahamum quandam Cartaminis monachum sibi patriarcham induxerunt. Hæc Assemanus Bibliot. Orient. t. 2. pag. 342.

CONCILIUM KINGSTONIÆ

CELEBRATUM ANNO DOMINI DCCCXXXVIII.

Egberti regis occiduorum Saxonum xxxix. præsidente eidem concilio ipso Egberto rege & filio ejus Athelvulfo, una cum Ceolnotho archiepiscopo Doroberniæ, ceterisque Angliæ episcopis & optimatibus:

In quo, inter alia, inanerium de Mallinges in South-Saxonia, quod Baldredus rex aliquando dederat ecclesie Christi Cantuariensi, subtradumque postea, eo quod magnates noluerunt donationem illam ratam fore, nunc ab Egberto rege filioque suo Athelvulfo, contentientibus demum magnatibus, integre conceditur possidendum.

Ex Tom. 1. Concil. Britan. 122.  
 Anno dominicæ incarnationis dcccxxxviii. congregatum est concilium in loco famoto nomine Kingstone; præsidente eidem concilio Egberto rege & filio ejus Athelvulfo, Ceolnotho quoque archiepiscopo, cum ceteris episcopis Angliæ & optimatibus. Inter multa itaque que ibi acta atque dicta sunt, præfatus Ceolnothus archiepiscopus coram toto concilio ostendit, quia reges prænominati, Egbertus videlicet ac Athelvulfo filius ejus, dederunt ecclesie Christi manerium quod vocatur Mallinges Southsexan, liberam ab omni seculari servitio & tributo regio, exceptis tribus, expeditione, pontis & arcis constructione. Illam præfatum terram rex Baldredus dedit ecclesie Christi. Sed quia ille rex cuodis principibus non placuit, noluerunt donum ejus permanere ratum. Quapropter jam dicti reges persecerunt istud donum, rogati a jam tunc nominato archiepiscopo Ceolnotho. Si quis hanc violare præsumpserit, ex parte Dei & nostra, regum, episcoporum, abbatum & omnium Christianorum sit separatus a Deo; & sit pars ejus cum diabolo & angelis ejus.

ANNO  
CHRISTI  
838.

## CONCILIUM KINGSTONIÆ

ANNO  
CHRISTI  
838.

Celebratum anno Domini DCCCXXXVIII.

*Egberhti regis occidentorum Saxonum XXXIX. Præsidente eidem concilio ipso Egberhto regi,  
& filio ejus Aethelwulfo, una cum Ceolnotho archiepiscopo Dorobernia,  
ceterisque Angliæ episcopis & optimatibus.*

## ADMONITIO COLLECTORIS.

*Concilium hoc ex Spelmanno notum Labbeus nequaquam omiserat; sed cum integrum diploma in eo datum  
Cl. VVickers ex MS. Cottoniano autographo vulgaverit, ideo reproducendum, quale apud eundem exhibe-  
tur, censui.*

Ex Suppl.  
Mash. tom. I  
Pag. 193.

**R**egnante in perpetuum Domino Deo nostro Saboth, congregatum est venerabile in illo famulo loco, qui appellatur Kinges in regione Sudregie; præsidente autem huic eidem Domino devotæ congregationi Ceolnotho archiepiscopo, ceterisque per plurimos episcopis, nec non excellentissimis regibus nostris Egberhto, & Aethelwulfo, cum omnibus gentis suæ optimatibus. Omnesque in unum consona mente, ac sincerissima cordis intentione spiritualium seculariumque rerum necessitatibus inter semetiplos communi consilio scrutantibus, quomodo populi christiani, eorum ecclesiarum Dei, totiusque populi christiani, eorumque seculari ditioni per Dei omnipotentis gratiam subiecti, firmissimæ dilectionis vinculo servari potuisset. Inter ea vero a prædite venerabili archiepiscopo Ceolnotho flagitatum est, quod a regibus prædicatoris Egberhti, & Aethelwulfo illis in sempiternam elemosinam illi agrum ad Mallinogum ad ecclesiam Christi, quæ sita est in Dorobernia civitate, reddidissent; quod ante a Baldredo rege ad eandem ecclesiam perdonata est. Sed a quibusdam dictum est, quia cum reata libertate facta non esset, quia in fugatu ejus conscripta & concessa fuisset. Tunc vero pro intimæ caritatis affectu precibus episcopi advenientes, eum consilio, ac licentia omnium sapientum eorum, spiritualium seculariumque graduum, qui inibi congregati fuissent, hunc præditem agrum ad Mallinogum pro sempiterna salutē animarum suarum, ac spe remunerationis æternæ ad prædicatoriam ecclesiam Christi in perpetuam hæreditatem cum omni libertate benivola mente tradidissent. Hac vero conditione interposita, hæc prædicatoria donatio firma permanet, quod nos ipsi, nostrique hæredes semper in posterum firmam inconcussamque amicitiam ab illo archiepiscopo Ceolnotho (&) ejusdem congregatione ecclesie Christi habeamus, & ab omnibus successoribus ejus hoc idem patrociniū, ac protectionem illius sedis nos, & hæreditas nostra, nostrique hæredes, quicumque Dei voluntatis fuerit, quod illi sint, in omnibus necessitatibus nostris abique omni dubitatione spontaneū, paratumque amicali amore semper inveniant. Seu etiam familie liberorum monasteriorum, quæ antiquitus sub jure dominioque abbatum abbatissarumque constitutæ fuerunt, qui me nemque patrem Egberht-

um regem, pro suis propriis, ac maximis necessitatibus sibi ad protectionem & ad dominium elegerunt, spiritualesque dominos, idest episcopos mecum habuerunt, ut in omnibus libertas, & regula monasterialis vitæ, rite ac recte ab omnibus illis servetur. Sed & post dies meos suæ libertatis electione, absque omni obstaculo, cuicumque personis digni habeantur. Insuper etiam pro hac nostra susceptione electioneque nequaquam a cujuscumque potestatis homine, sive regi vel episcopo majoris, minorive personis accurati calumniantur, neque libertas eorum semper in posterum in aliquo frangatur. Nullaque altercatio alicujus quæstionis inter nos nostrosque hæredes, & hæreditatem nostram, & illum archiepiscopum, successoresque ejus, & ecclesiam Christi, & familiam ejus ex hac die, & deinceps inimicaliter exorta sit. Sed pax nostra conglutinata amore vigere, florere, crescereque inter nos nostrosque carissimos amicos perpetually valeat: duasque scripturas per omnia consimiles hujus reconciliationis conscribere statumus; alteram habeat archiepiscopus cum telligraphis ecclesie Christi; alteram Egberht, & Aethelwulf reges, cum hæreditatis eorum scripturis.

Actum est autem anno Dominicæ Incarnationis DCCCXXXVIII. indictione I. die 4. feria. His testibus contententibus, qui hanc nostram reconciliationem cum signo sanctæ crucis Christi confirmantes, subscripserunt.

† Ego Ceolnoth, gratia Dei archiepiscopus hanc reconciliationem, & istam confirmationem cum signo sanctæ crucis rob. & sub.

† Ego Baemund presb. abb. conf. & sub.

† Ego Vuethord pr. abb. conf. & sub.

† Ego Brunhard presb. conf. & sub.

† Ego Hylenoth presb. conf. & sub.

† Ego Otmund presb. conf. & sub.

† Ego Hunred presb. conf. & sub.

† Ego VVigmund pr. conf. & sub.

† Ego Beornnodh presb. conf. & sub.

† Ego Headberht diac. conf. & sub.

† Ego Badanodh diac. conf. & sub.

† Ego Vuethhere diac. conf. & sub.

† Ego Nodhvulf S. diac. conf. & sub.

† Ego Ceolvulf S. diac. conf. & sub.

## CONVENTUS AQUISGRANENSIS,

In quo Monasterium S. Carilephi Alurico Episcopo Cenomannensi adjudicatum.

Ex P. P. 61  
ad An. Chr.  
838. p. 11.

**I**n Conventu Carisfacensi anno Cbr. 837. congregato coram Ludovico Aug. causa S. Aldrici Cenomannensis Episcopi, & Monachorum Monasterii Anisila, seu S. Carilephi, ventilata est, & Monasterium

Ecclesie Cenomannensi adjudicatum. Verum contentio postea recurrit, nec desinere qui illud juris Regni esse assererent. Quapropter, ut altercatio tandem pacifice terminaretur, habita synodus Aquigranensis anno 838.



ANNO  
CHRISTI  
838.

757  
838. tempore Quadragesimali, factaque legum Eccle-  
siasticarum, & Civilium, multorumque Privilegio-  
rum, seu Præceptorum lectione, Ludovicus Aug. ni-  
hil sibi juris in prædictum Monasterium arrogavit,  
dataque sententia est in Sigismundum Abbatem, qui  
Placito, quemvis quæter vocatus, adesse voluit. Ju-  
dicium, ut in Aldrici gestis cap 47 legitur, tale est.

Ex Baluzii  
Miscell. tom.  
I. p. 111.

In nomine Domini nostri Jesu Christi. Tempo-  
ribus Hludovici piissimi Augusti subter inserta caus-  
fatio vel evindicatio fuit de monasterio Anisolæ  
inter Aldricum Episcopum & Sigismundum Ab-  
batem, qui illud tunc tenebat. Nam præfatus Ald-  
ricus dicebat & scriptis & testibus approbat quod  
de jure suæ sedis Ecclesiæ præfatum monasterium  
cum omnibus ad se pertinentibus esse debebat, &  
sui antecessores illud ex rebus Cenomanicæ matris  
Ecclesiæ magna ex parte fundarant, & ad ipsam  
matrem Ecclesiam subjæctum esse debebat, & hoc  
legibus affirmabat. E contra Sigismundus dicebat  
quod proprium Domini Imperatoris esse debeat,  
& non de prædicta Ecclesia: sed nullam veram au-  
thoritatem exinde ostendebat nisi tantum unam epi-  
istolam quam Pippinus propter odium Gauzioleni  
Episcopi cuidam suo monacho fecerat ut illi sub-  
jæctum esset & non Gauzioleno; & hoc propter  
odium Gauzioleni factum esse persecratum est.  
Quia quando fuit Pippinus Cenomanica in patria,  
& de quadam persecutione inimicorum suorum re-  
verfus per Cenomanicam patriam transibat, tunc  
cum præfatus Gauzioleno & suus frater Harivius  
non receperunt, sed infra Cenomanicam urbem  
cum omnibus quos secum conducere potuerunt se  
recuserunt, & Dominum Pippinum Regem illuc in-  
troire non permiserunt, sed damnum ei de suis  
hominibus facere nitebantur, & suum pincernam  
coram eo stantem, dum sua castra in vinea sancti  
Petri juxta urbem Cenomanicam posita erant, in-  
terfecerunt, & alios homines vulneraverunt. Vi-  
dens autem Dominus Pippinus quod ibi proficere  
non potuit, vastans totam illam regionem, per-  
gere cepit ad Franciam. Tunc in ipso itinere ve-  
nit ad ipsum prædictum monasterium Anisolam,  
& præcepit illis monachis ut nullam obedientiam  
tacerent jam dicto Gauzioleno, eo quod ei rebel-  
lis esset, sed sub tuo mundeburdo vel sub sua tan-  
tummodo tuitione vel dominatione permanerent.  
Et tunc eis ac Siebaldo eorum Abbati talem epi-  
stolam dedit quod propter odium, ut dictum est,  
Gauzioleni, & non propter ullam aliam rem aut  
injustitiam factum esse liquet. Tunc enim ipse Si-  
ebaldus non fuit ausus ibi remanere, sed una cum  
Pippino usque in Franciam perrexit. Postea vero  
cognoscens Pippinus quod injuste fecisset & propter  
odium Gauzioleni hoc egisset, præcepit filio suo  
Karolo & jurejurando contestatus est ut præfatum  
monasterium redderet Cenomanicæ matri Eccle-  
siæ, cujus juste esse debebat, ne aliquid detri-  
mentum sua anima ex hoc haberet. Et sic fecit  
postea Dominus Carolus, & Franconi Episcopo il-  
lud reddidit, atque per præceptum suum prædictæ  
matri Ecclesiæ confirmavit. Multi autem hæcenus  
vivunt qui Domino Karolo hoc dicere audierunt,  
qualiter suus pater Dominus Pippinus ei hoc con-  
testando facere præcepit. Et quando jam dictum  
monasterium Branconi reddidit, multi vivebant  
qui hoc dominum Pippinum Karolo præripere &  
contestari audierunt. Istam vero rationem pleni-  
ter prædictus Aldricus Episcopus persecratam apud  
veridicos homines habebat, & hoc testibus veris  
& bonis coram omnibus affirmabat. Taliter enim  
Aldricus & Sigismundus altercantes, pervenit ipsa  
ratio usque ad dominum Imperatorem; qui hoc  
firmiter inquirere præcepit, & veraciter sibi re-  
quiritare iussit. Sed antequam ipsa causatio ante

domnum Imperatorem veniret, volebant eorum  
amici & boni homines eos inde pacare & concor-  
dare. Sed Aldricus Episcopus obtemperabat eorum  
justis petitionibus, & Sigismundus non faciebat;  
sed quicquid ei iuste & rationabiliter sui amici  
agere suadebant, prædictus Sigismundus spernebat.  
Offerebat enim ei memoratus Aldricus Episcopus  
ut aliquem censum ei ex hoc solveret, sicut sui  
antecessores prædicti Episcopi antecessoribus facie-  
bant, & per suum beneficium illud tenere, &  
nunquam ei diebus vite suæ de illo aliquid im-  
pedimentum facere volebat. sed quiete & pacifice  
una cum suis monachis eum inibi esse permitte-  
bat. Offerebat etiam & aliam causam prædicto  
Sigismundo, suadentibus prædictis amicis & bonis  
hominibus, jam dictus Aldricus Episcopus, ut si  
hanc non vellet, saltem aliam faceret. Permitte-  
bat autem ei duas aut tres villas, quales sibi eli-  
geret, per suum beneficium habere, & ex his nul-  
lum servitium aut aliqua dona requireret, sed  
quicquid ex his vellet faceret. His omnibus a Si-  
gismundo spretis, cepit læpeditus Episcopus suam  
justitiam iuste & rationabiliter querere, quia ple-  
nam & justam rationem sibi in hoc habere vide-  
batur. Præcepit enim hanc justitiam inquirere  
domnus Imperator Ebroino Pictaviensis urbis E-  
piscopo & Erchirado Parisiæ civitatis Episcopo  
& Rorigoni Comiti & Altmaro Seneschalcho Dom-  
niæ Judith Imperatricis & Misso palatio una cum  
aliis vassis dominicis. Sed dum hæc res ad effe-  
ctum tunc minime pervenit propter alias necessi-  
tates, & hoc domino imperatori renunciatum es-  
set, præcepit ut ante se in suo palatio ipsa alter-  
catio finiretur. Tunc ergo iussit Dominus Impera-  
tor ut haberent ambo eorum auctoritates & testi-  
monia Aquisgran palatio ad suum placitum quod  
ibi tempore quadragesimali cum Episcopis & Ab-  
batibus & Comitibus & ceteris fidelibus suis ha-  
bebat, ut ibi pleniter præfixa altercatio finem per-  
ciperet. Sed Sigismundus jam vocatus ad ipsum  
placitum minime pervenit. Qua de re iterum  
domnus Imperator per suam epistolam eum vo-  
cavit ut post Pascha veniret. Qui & hoc renuens,  
jam tertio vocatus minime venit, neque missum  
aliquem misit cur hoc dimitteret. Tunc cernens  
Dominus Imperator suam inobedientiam & contu-  
maciam, expedavit tamen adhuc post tertium con-  
dictum placitum quindecim dies ut veniret; sed  
cernens eum jam venire non velle, neque suam  
rationem iuste definire, quia minime hoc ratio-  
nabiliter & veraciter se facere confidebat, & pro-  
pterea venire ad placitum volebat, tunc domnus  
Imperator interrogavit suos Consiliarios & Epi-  
scopos sive Abbates & Comites & reliquos fideles  
suos quid ex hoc facere deberet, & quale consi-  
lium ex hoc ei darent, & quid de tam inobedien-  
te suo præcepto facturus esset. Tunc respondentes  
dixerunt utriusque ordinis omnes: Vidimus quod  
iste Episcopus vester Aldricus habet suas auctori-  
tates & præcepta regalia tam genitoris vestri quam  
& aliorum vestrorum antecessorum, videlicet Re-  
gum Francorum, in quibus, ut coram nobis re-  
dictum est, continetur insertum & sanctorum sacer-  
dotum ac Regum manibus propriis corroboratum,  
quod monasterium Anisolæ, unde agitur hæc ju-  
stitia, Cenomanicæ matri Ecclesiæ traditum fuit  
& ab Episcopis ejusdem matris Ecclesiæ constru-  
ctum & ornatum atque legibus possessum. Habet  
etiam præfixus Episcopus, quos videmus & audi-  
mus, suos testes veros & bonos, qui hæc auctori-  
tates firmas & veras esse testantur, & jurejura-  
do que dicunt affirmant. Insuper testantur quod  
infra legitimo tempore prædicta mater Cenomani-  
cæ civitatis Ecclesiæ vestituram legitimam habuit

ANNO  
CHRISTI  
838.

ANNO  
CHRISTI  
811.

set de prædicto monasterio, & adhuc triginta anni non sunt transacti quod ex eo legitimam vilituram habuit, & propterea inde fuit modo alienatum quod Franco Episcopus prædictæ Ecclesiæ suo propinquo Adalghylo illud impetraverit, ut pro illo regalia servitia & itinera faceret, quæ ille pro sua infirmitate & senedute facere non valebat. Affirmant etiam eundem Franconem aliquas villulas & quosdam vassallos casatosque, ut nominant, ex præfixo monasterio ad suum opus, dum advixit, retinere; sed illis ambobus defunctis non fuit ad præsens Episcopus ejusdem sedis qui domnum Imperatorem Hildovicum ex hoc interpellaret ad tempus; & sic datum est alio, & tali occasione sublatum est de præfixa sede. Sed & hoc quod isti monachi dicunt quod vestrum proprium esset, prædicti testes Aldrici Episcopi per eorum auctoritates & per vestros vassallos & alios veridicos & bonos homines affirmant non esse. Dicunt etiam, si vestrum proprium esset, res ipsius monasterii secundum legem Salicam aut Ribuariam tuerentur sicut alia loca & res quæ de vestro sunt proprio faciunt, & mancipia non partirentur, sicut de aliis locis & rebus quæ de vestro sunt proprio in illa regione est consuetudo facere; sed de istis causis in rebus sancti Carilephi sicut in propriis domni Imperatoris observare apud eos est consuetudo, nihil unquam conservatum fuit; & pro istis causis affirmant & defendunt jam dicti testes sæpeditum monasterium non vestrum proprium aut alicujus esse, sed de jure Cenomanicæ matris Ecclesiæ, de cujus rebus est fundatum, illud esse affirmant, quod & rationabiliter & legibus, ut nobis videtur, facere possunt. Testantur etiam supra memorati testes quod omnes Episcopi qui in prædicta civitate & in jam dicta sede a tempore sancti Innocentis Episcopi secundi, successoris videlicet sancti Vidurii, & a tempore sancti Carilephi confessoris eximii fuerunt, prædictum monasterium subiectum habuissent, exceptis duobus; quod propter prædictum odium & pro aliqua negligentia veraciter factum esse inquisitum est. Testantur etiam quod plus ad jus & subjectionem prædictæ matris Ecclesiæ præfatum monasterium pertineat quam ad vestrum proprium aut ad aliam aliquam causam; & hoc, si aliqui testes contra se venerint, falsos eos, qualiter præceperitis, facere posse testantur firmiterque affirmant. Supradicta vero ratione hanc justitiam diligentissime ventilatam, rei veritatem cognoscentes, pleniter & rationabiliter legis divinæ & mundanæ nos utriusque ordinis vestri fideles auctoritate instrudi, & plena ratione suffulti, judicamus vosque hortamur ut ei auferatur qui vobis inobediens extitit, & ad vestrum placitum non solum semel aut bis vel ter vocatus venire contempsit, quia de sua absentia culpabilis & convictus esse cognoscitur, & ei vestra auctoritate nostroque judicio reddatur præfatum monasterium qui vobis inobediens non fuit, nec ad placitum venire renuit, sed semper præsens cum suis auctoritatibus & nobilibus testibus affuit, & hoc pleniter & legaliter approbare est paratus quod suæ sedis Ecclesiæ præfatum monasterium esse debet. Et propterea præfato Aldrico Episcopo firma auctoritate ad jus suæ sedis Ecclesiæ præfatum monasterium cum omni integritate ut reddatur judicamus. Quidam autem eorum dixerunt. De nobis ipsis aliter judicare non possumus, quod si aliquis nostrum, licet nemine querente, aut aliqua causatione pulsante, vocatus ad vestrum placitum venire contempserit, ni infirmitas aut legitima somnis eum detinuerit, & si aliqua somnis, aut infirmitas cum detinuerit, ni ipse suum advoca-

atum aut suam excusationem rationabilem ad vos miserit, iuste & plena ratione perdere debet unquamque nostrum quod de vestro habet. Et propterea sicut & de nobis, sic & de illo judicamus; quia neutrum fecit, nec ipse venit, nec mandare studuit cur illud dimiserit. Sed sicut isti homines qui præsentibus adstant, id est, Hagano & Benedictus & alii, dicunt & affirmare volunt qualitercumque vobis placuerit, sive si aliquis ex vobis aliter dixerit, singulare certamen cum eo præliari sive in iudicio, si vobis placuerit, seu cum sacramento verum facere nullam ob aliam causam præfatum Sigismundum remansisse, neque propter infirmitatem, neque propter aliam necessitatem, nisi quod venire, ne convinceretur, noluit, quia nullam justitiam neque aliquam justam aut rationabilem causam prædicta questione se habere confidebat. Et hæc prædicti homines quotidie ante vos & ante nos & reliquos fideles vestros clamant, & approbare, sicut prædictum est, vel qualiter vos placuerit & eis præceptum fuerit, volunt. Et hoc sæpissime publiciter in hoc palatio est acclamatum & perquisitum nobis & ceteris fidelibus vestris audientibus, sed nemo est qui eis contra dicere aut resistere velit, sed plus dicunt omnes eos veritatem dicere, quod & verisimile nobis esse videtur. Sic vos jam quindecim dies per aliud placitum vel tertium ei concessum expectantes, neque suum advocatum aut suas auctoritates misit, neque ullam excusationem de se vel de suo contemptu tacere noluit. Idcirco de sua absentia vel contumacia jam convictum atque damnatum eum esse legibus judicamus, ita ut nec ejus vox amplius de hac causa audiatur. Et ut hoc quod dicimus & judicamus auctoritate canonum & legis plenius confirmemus, precamur ut nonnullæ sententiæ ad hoc pertinentes canonum & legum ante vos legere jubentis. Et tunc publice coram omnibus recitatae sunt hæc sententiæ canonum & legum.

EXCERPTUM EX DECRETIS  
Pape Bonifacii, capitulo III.

**M**Anifestum est confiteri eum de crimine qui indulto & delegato iudicio purgandi se occasione non utitur. Nihil enim interest utrum in præsentem examine omnia quæ dicta sunt de eo comprobentur, cum ipsa absentia pro confessione constet.

Item ex decretis ejusdem Bonifacii Pape.

**N**ULLI dubium est quod reus iudicium nocens subtergit, quemadmodum ut absolvetur qui est innocens querit. Constet enim de omnibus quisquis se subterfugere iudicium dilationibus putat.

Item ejusdem cuius supra.

**C**Aendum est ut si quis adesse neglexerit, dilationem sententiæ de absentia non lucretur; sed quæ male pullulasse noscuntur, radicibus evellantur & emendentur.

Ex Decretis Calixtini Pape.

**N**ON caret enim suspitione qui ad iudicium venire contempserit & purgari se distulerit, quia ipsa absentia sua est comprobatio. Insuper occurret veritas, si falsitas displicet. Merito namque causa nos respicit, si silentio saveamus erodiri. Ergo corripiantur qui huiusmodi sunt somnii omnibus, ut veritas eorum veritatis non sopiantur,

ANNO  
CHRISTI  
811.

Lib. 1. Capitulum c. 17. lib. 7. c. 41.

ANNO  
CHRISTI  
998

tur, sed astuta eorum cavillatio aptissime & prudenter omnibus manifestetur & emendetur, atque restituatur quod hæcenus occultum & neglectum fuit.

Decreta Innocentii  
1. c. 37.

*Item excerptum ex decretis Papa Innocentii.*

**V**eritas sæpius exagitata magis splendescit ad lucem, & perniciis revocata in iudicium gravius condemnatur. Nam tristes divinus est iustitiam sæpius recenserit, & errata corrigere, ablata restaurare. Nec otiosa ergo dominus iudex noster in nobis esse patitur quæ exercenda, non negligenda donavit.

*Sequentia vero capitula ad eandem rationem pertinentia a sapientibus Comitibus & Scabinis dominicis sunt prolata; & per iudicium coram omnibus sunt recitata.*

**HÆC CAPITULA QUÆ**  
*subsequuntur de lege Romana sunt assumpta.*

Non est unica  
de Episcopo  
data, sed  
recepta.

**I**mperator Valentianus inter cetera Firmino Praefecto pratorio & Patricio dicit. Si quis pulsatus in iudicio adesse noluerit, post secundam aut tertiam conventionem sciat se contumacis sententiam subiturum, id est, ut quicquid, si fuisset in iudicio, addicendus erat petenti litigatori quasi victus exolvat. Data VII. Kal. Maji Romæ Herculano V. c. Conf.

Paul. lib. 5  
sent. tit. 5.  
c. 1. c. 1.

*Quinque capitula de effectu sententiarum & finibus litium Pauli sententiarum lib. V.* Quicumque tribus auctoritatibus iudicis conventus, aut trinis litteris vel tribus edictis ad iudicium fuerit provocatus, aut uno pro omnibus peremptorio, id est, quod causam extinguit, fuerit evocatus, & præsentiam suam apud eum iudicem a quo ei denunciatus est exhibere non voluerit, adversus eum quasi in contumacem iudicari potest. Quinimo nec retrahari per appellationem negotia possunt, quoties in contumacem fuerit iudicatum.

*Item Theodosius libro quarto de sententiis ex periculo recitatum.*

**I**mperatores Gratianus, Valentianus, & Theodosius AAA. Clearcho Praefecto. Quicquid presentibus partibus in causis fuerit ordinatum, habebit plenissimam firmitatem, nec poterit immutari. Data Kal. April. Honorio VIII. & Boetio Conf.

**SEQUITUR SENTENTIA**  
*de eadem lege Romana, de libro Pauli assumpta.*

**S**i enim iudicibus talia conceduntur, quanto magis Regibus & Imperatoribus fræna & lora ampliora & latiora relaxantur, quoniam de crimine majestatis gravius iudicantur rei & incriminati quam alterius alicujus generis secularis: quia honor capitis decus est aliorum membrorum, & dedecus capitis ignominia est aliorum membrorum. Porro quia omnia membra sequuntur caput, scilicet ut in comparatione prædecessorum nostrorum, more videlicet antiquorum, loquamur, sicut ab illis non semel aut bis vel ter, sed per sæpe firmatum & definitum esse legimus, dehonoriatio & despectio seniorum & magistrorum & contumacia eorum contumelia est subditorum & juniorum, & honor & exaltatio atque benevolentia & obedientia seniorum & magistrorum honor & exaltatio est subditorum & juniorum, quia & illi ab istis & isti ab illis mutuo foventur & exaltantur, & honore regni & populorum ampliatur, & vis atque iustitia eorum crescit, & populus salva

atur & exaltatur. Si quis autem contra hæc inire aut aliqua machinatione aliquid agere præsumpserit, damnatus in omnibus & ab omnibus interius exteriusque sententia ultionis feriat, ne in posterum quisquam talia agere præsumat, & si quis facere tentaverit, similiter damnetur, & ultionis sententiam non effugiat.

*Item unde supra, si quis ad placitum venire distulerit.*

**S**i quis subterfugiendo placitum huc illucque vadit, & ad placitum venire distulerit, & maxime si vocatus a iudicibus fuerit, omnimodis providendum est ne querens suam iustitiam pro tali occasione perdat, sed quasi convictus ille qui ad placitum venire distulerit, item culpabilis & convictus de sua absentia iudicetur, & deinceps hoc recuperare non valeat, sed magis metallis & aliis penis deputetur, ne amplius quisquam talia agere præsumat, & ille de sua vertute & absentia vicisse non lucretur, neque subterfugisse gaudeat, neque suam iustitiam perdat. Data IX. Kal. Maji.

His & aliis auctoritatibus sanctorum patrum & canonum atque legum rationabiliter instructi iudicavimus & iterum iudicamus ut Aldrico sæpedito Episcopo jam dictæ res, qui semper pleniter instructus præsens adsuit, & nunquam ad suam iustitiam comprobendam defuit, vestra auctoritate vestroque iudicio reddantur. Et si talis firmitas ex hoc facta sit quæ in posterum appareat, nunquam deinceps de hoc prædicta Ecclesia sibi commissa aliquod damnum aut scandalum aut ullam causationem patiatur. Et si aliquis, quod non credimus, ex hoc deinceps aliquam pulsationem aut causationem ei facere voluerit aut suis successoribus, evindicare non valeat, nec ejus vox penitus audiatur qui hoc facere tentaverit, sed hoc iudicium quod modo agitur, ratum futuris maneat temporibus, & vestra redditio firma & stabilis permaneat. His taliter peractis, hoc divisimus. Tunc dominus Imperator coram illis reddidit Aldrico præfixo Episcopo per eorum iudicium plena auctoritate monasterium Anisola, in quo Dominus Carilephus corpore requiescit, ad jus Cenomanicæ matris Ecclesie, cui præfatus Episcopus præerat, futuris temporibus possidendum, & Missos ei dedit qui ei inde plenam vestituram facerent, Fulconem scilicet Comitem palatii & Arduinum & Gaufridum Comites & Folcradum vasum dominicum, qui postea, sicut Dominus Imperator eis iussit, plenam & legalem vestituram per cloacas & ostia tenoris ipsius monasterii Ecclesie, in qua etiam sanctus Carilephus corporaliter requiescit, & per portas ipsius monasterii jam dicto Aldrico Episcopo multis coram testibus in ipso monasterio sollempniter fecerunt. Hoc autem factum est anno incarnationis dominicæ DCCCXXXVIII. Indiæ die 11. & anno imperii præfati Domni Hludovici piissimi Imperatoris XXV. anno vero ordinationis sæpediti Aldrici Episcopi sexto. Pridie quoque Kalendarum Majorum Aquisgrani palatio prædictum iudicium est actum, & in ipsa die ipsa ratio a præfixo Imperatore legibus est adimpleta & plena ratione peracta. Propterea ergo hoc memoriale conscribere libuit ut si aliqua altercatio deinceps exorta fuerit qualiter hæc res acta sit, per hoc memoriale declaratum appareat; ut si aliquis ex hoc aliquam querelam facere tentaverit, evindicare minime valeat. Actum atque conscriptum est hoc memoriale Aquisgrani palatio Kal. Maji in sacro sanctæ Mariæ, regnante Domino nostro Jesu Christo in perpetuum. Hæc vero chartæ & hæc

ANNO  
CHRISTI  
998

763  
ANNO  
CHRISTI  
718.

ANNO  
CHRISTI  
718.

hæc præcepta publice recitata sunt ante ipsum præcepto continetur quam fecit super precariam prædictus Rex Gouzioleno memorato Episcopo & Didoni Abbati suo.

ipso præcepto continetur quam fecit super precariam prædictus Rex Gouzioleno memorato Episcopo & Didoni Abbati suo.

I. Traditio sancti Carilephi quam fecit sancto Innocenti Episcopo per licentiam & consensum Childeberti Regis.

II. Charta commendationis qualiter se Dominus Carilephus per licentiam sui Abbatis, exhortante B domno Avito, una cum suis monachulis subdidit Ecclesie civitatis, & in manus sancti Innocentis Episcopi duabus vicibus se tradidit.

III. Precaria quam sanctus Carilephus accepit a sancto Innocente de eadem re.

IV. Præceptum Childeberti Regis quod iussit facere super traditionem sancti Carilephi & super precariam quam ipse sanctus Carilephus accepit a sancto Innocente.

V. Charta donationis de rebus & villulis, & auro & argento & vestimentis tam ecclesiasticis quam & aliis, sive libris & crucibus & caplis vel reliquis sanctorum multorum, que domnus Innocens in adiutorium ad monasterium Anisolæ construendum & ornandum domno Carilepho & suis monachulis per scripturam tradidit.

VI. Charta de conventionibus sancti Innocentis & sancti Carilephi miræ magnitudinis conscripta, & a quindecim Episcopis firmata, ut eorum conventiones nullo modo irritæ fierent, sed per omnia stabiles permanerent.

VII. Precaria quam sanctus Domnolus Episcopus Abbati suo Gallo fecit de monasterio sancti Carilephi.

VIII. Præceptum quod Chilpericus Rex sancto Domnolo Episcopo fecit & suo Abbati Gallo de monasterio Anisolæ.

IX. Præceptum emunitatis quod fecit Chilpericus Rex sancto Domnolo Episcopo de monasterio Anisolæ & de omnibus villulis & rebus ad eum pertinentibus.

X. Precaria quam Haduindus Episcopus de monasterio sancti Carilephi Sigranno Abbati fecit.

XI. Præceptum quod Rex Chiltanus Haduindo Episcopo & Sigranno Abbati de monasterio Anisola fecit.

XII. Præceptum emunitatis quod fecit Chlotarius Rex Haduindo Episcopo de monasterio Anisola & de omnibus villulis & rebus ad illud pertinentibus.

XIII. Precaria quam domnus Berarius Episcopus de monasterio sancti Carilephi Ibboleno Abbati fecit.

XIV. Præceptum Dagoberti Regis super precariam Ibboloni Abbatis quam a domno Berario Episcopo de monasterio Anisola accepit.

XV. Præceptum emunitatis quod fecit Dagobertus Rex domno Berario Episcopo de monasterio Anisola & de omnibus villulis & rebus ad illud pertinentibus.

XVI. Precaria quam Gauziolenus Episcopus de monasterio sancti Carilephi Didoni Abbati fecit.

XVII. Præceptum Chilperici Regis quod fecit Gauzioleno Episcopo & Sicbaldo Abbati super precariam eorum de monasterio Anisola.

XVIII. Præceptum Chilperici Regis sub emunitatis ratione Cenomanicæ sedis Ecclesie factum Gauzioleno Episcopo. Simul & confirmatio in hoc

XIX. Præceptum emunitatis quod fecit Theodoricus Rex Berario Episcopo de cellulis & villulis sui episcopii & nominatim de monasterio Anisola.

XX. Præceptum emunitatis quod fecit Dagobertus Rex Episcopo Herlemundo de cellulis & villulis de suo episcopatu; ubi & monasteriolium Anisola commemorat, & suæ sedis Ecclesie esse affirmat.

XXI. Monumentum de vita sancti Innocentis Episcopi.

XXII. Exemplar de vita & actibus sancti Turibi Episcopi.

XXIII. Præceptum quod fecit Dominus Karolus Franconi Episcopo quando ei monasterium Anisola per iudicium & plenam auctoritatem reddidit & suæ sedis Ecclesie confirmavit, sicut in eo continetur insertum.

XXIV. Præceptum quod fecit domnus Hludovicus Imperator Franconi Episcopo de mancipiis sanctæ Mariæ & sancti Carilephi, in quo continetur monasterium Anisolæ subiectum esse debere Cenomanicæ matri Ecclesie.

XXV. Præceptum quod fecit domnus Karolus Franconi Episcopo quando ei concessit ut hostes & itinera nulla faceret, sed Adalghisus suus propinquus omnia regalia servitia pro eo faceret, & per licentiam Franconis aliquam partem abbatie sancti Carilephi teneret, & post obitum Adalghisi ad jus & regimen Cenomanicæ matri Ecclesie absque ulla contradictione reverteretur, sicut in eo continetur insertum.

Huius iudicio & redditioni interfuere subter inserti viri. Judith Imperatrix, Karolus gloriosissimus Rex, Drogo Archiepiscopus atque Archicappellanus, Autcarius Archiepiscopus, Hadaiboldus Archiepiscopus, Amaluuinus Archiepiscopus, Anulphus Archiepiscopus, Rataldus Episcopus, Ecardus Episcopus, Erardus Episcopus, Ebruinus Episcopus, VVilricus Episcopus, Albericus Episcopus, Ghefridus Episcopus, item Albericus Episcopus, Simeon Episcopus, Ercanradus Episcopus, Jonas Episcopus, VViladus Episcopus, Anfigaudus Episcopus, Adalardus Comes, Radulfus Comes, Bonifacius Comes, Adalbertus Comes, VVarinus Comes, Herbertus Comes, Audulfus Comes, Stephanus Comes, Rainaldus Comes, Gislebertus Comes, Landricus Comes, Gerardus Comes, Abbo Comes, Teoto Comes, Poppo Comes, Erminus Comes, Anfredus Comes, Adalgarius Comes, Gebuinus Comes, Terghildus Comes, Troendus Comes, Ardoinus Comes, Rumaldus Comes, Herloinus Comes, Hungarius Comes, Theodoricus Comes, Ricboro Abbas, Hludovicus Abbas, Stolido Abbas, Hilduinus Abbas, Burchardus Abbas, Lantramnus Abbas, Godolricus Abbas, Daniel Abbas, Georgius Abbas, Elmeradus Abbas, VVaringarius Abbas, Aldricus Abbas, Eribertus Abbas, Tethaldus Abbas, Marcoardus Abbas, Humbertus Abbas, Eginardus Abbas, Fulco Vassus dominicus & Comes palatii, Ragenarius Vassus dominicus & Comes palatii, Tautfridus Vassus dominicus, Adalelmus Vassus dominicus, Hericus Vassus dominicus, Engiscardus Vassus dominicus, Difo Vassus dominicus, Teoto Vassus dominicus, Foleradus Vassus dominicus, Bernuinus Vassus dominicus, Evradus Vassus dominicus, Salaman Vassus dominicus, Egibertus Vassus dominicus, VVinitmarus Vassus dominicus, VVitaldus Vassus dominicus, Radulphus Vassus dominicus, Gunzo Vassus dominicus, Odoricus Vassus.

Vassus dominicus, Cadilo Vassus dominicus, Le-  
tricus Vassus dominicus, Nantarius Vassus domi-  
nicus, Robertus Vassus dominicus, Isaac Vassus  
dominicus, Hugo Vassus dominicus, Dagobertus

Vassus dominicus, Ebrinus Vassus dominicus, &  
reliqui innumerabiles, quorum nomina propter pro-  
lixitatem hic non inferimus.

AD CONVENTUM AQUISGRANENSEM

ADDITIO, ET ADNOTATIO CHRONOLOGICA.

Ex Suppl.  
Mact. 10. 8.  
pag. 192.

Pagius V. Cl. in sua ad Baronii annales criti-  
ca omnium primus admonuit in collectionibus  
conciliorum desiderari geminos illos seu conventus  
seu synodos, quæ pro vindicando ecclesiæ Cenoma-  
nensi antiquo jure in monasterium Anisolfense co-  
actæ sunt. Eo indicante Venetus editor defectum  
agnovit & supplevit, in collectionem suam syno-  
dis vel conventibus Carisiacensi & Aquisgranensi  
relatis. Sed Pagium de more sequutus in eum de-  
clinavit errorem quo idem Pagius aberravit. Vir  
ille doctissimus præferendam censuit synodum Ca-  
risiacam Aquisgranensi, & cum temporis adscri-  
ptionem opinioni huic suæ repugnantem cerne-  
ret, reformandam illam congrua opinioni suæ corre-  
ctione judicavit. Verum in utraque charta, in qua  
utriusque synodi res describuntur, temporariæ no-  
tæ latæ sunt. Neque enim vera ille opinatur ju-  
dicans Carisiacam synodum anno 837. die VIII.  
idus novembris convenisse, sequenti vero anno 838.  
pudie Kalendas Majas Aquisgrani eam causam  
iterum patres retraxisse, quin potius causæ illius  
discussio, primo quidem Aquisgrani facta est anno  
838. die pridie Kalendas Majas, prout temporis ad-  
scriptio eisdem concilio accurate representat. Eo-  
dem quoque anno in synodo Carisiaca iterum au-  
ditu Anisolfenses monachi, iterum rejecti, pena-  
que depositionis ab omni sacerdotali gradu mul-  
tati sunt; id vero actum die VIII. idus septem-  
bris anno Ludovici XXV. indictione I. idest 838. ut  
in data eius concilio legitur. Tota errandi causa  
sunt Pagio, quod Carisiacam synodum Aquisgra-  
nensem præcessisse certum tenuit; id vero per-  
quam erroneum esse ex eo constat, quod in sy-  
nodo Aquisgranensi primo tractatam fuisse Anisol-  
fensis monasterii causam demonstrant jura & char-  
tæ, quæ tunc prolata leguntur. Insuper vix lata  
pro episcopo Cenomanensi in monachos sententia,  
continuo Ludovicus imperator missam suam episcopo  
assignavit, qui ejus imperatoris nomine monachis  
denunciaret ut episcopo subderentur; quæ omnia  
in ea charta legas, quæ synodi Aquisgranensis  
gesta refert. Patere recularunt Monachi; quare  
e monasterio sese subdixerunt, & exulium more  
perfugæ iterum imperatori stiterunt se, e-  
scopi violentia extorres se e monasterio suo actos  
querentes. Digna res videbatur quæ discuteretur  
in concilio; id vero delatum est ad Carisiacam syno-  
dum, quam ad septembrem indixerat, teste au-  
dore vitæ Ludovici pii. In eo concilio monachi  
accusationem de exilio, quod pati se ab Aldrico  
episcopo Cenomanensi querebantur, instaurarunt;  
iterumque pro iure suo in monasterium Anisolfense  
insisterunt. Patres, episcopo audito, iterumque  
discussa causa, iterum pro episcopo judicarunt,  
pena in monachos pervicaces inflata, & ni deinceps  
parent, etiam exilium minitati. Ex his  
collectionibus Veneto-Labbeanz tom. IX. col. 887.  
& 891. errorem corrigas Carisiacensem conventum  
primum, dein Aquisgranensem collocantem.

Porro ad Aquisgranensem conventum quod at-  
tinet, quamquam Venetus collector narrationem de  
lite in eo agitata dedit, ex auctore libelli de vita  
Aldrici episcopi Cenomanensis vulgati a Balu-  
zio Miscellan. tom. III. aliam tamen chartam o-

mitit ad conventum istum eandemque causam per-  
tinentem, quam ne quid desiderandum relinqua-  
tur, hic dare constitui, erutam ex eodem libello  
num. II. pag. 237.

DE RESPONSIONE HLUDOVICI  
IMPERATORIS,

*Est judicio optimatum suorum contra præcepta qua mo-  
nachi de monasterio Anisola attulerunt coram eo,  
quando contra Aldricum episcopum de prædicto mo-  
nasterio in rationes venerunt.*

Quando Aquisgrani palatio anno imperii Dom-  
ni Hludovici piissimi Augusti XXV. coram  
eo, & principibus suis, tam ecclesiasticis, quam  
& secularibus in generali conventu querela de  
monasterio Anisolæ & rebus suis inter Aldricum  
Cenomanicæ urbis episcopum, & Sigemundum e-  
jusdem monasterii abbatem agebatur & diligentius  
scrutabatur, atque jam didus pontifex inter reli-  
qua instrumenta charterum, & præcepta regalia,  
unum præceptum quod Dominus Karolus facere  
jussit, sua videlicet propria manu roboratum, &  
anulo suo subter sigillatum, per quod ipse jam  
dictum monasterium Franconi episcopo, ecclesiæ-  
que sibi commissæ reddidit; & monachi prædicti  
Sigemundi quoddam præceptum de electione co-  
rum, ut de semetipsis haberent licentiam eligen-  
di abbatem, quod dicebant jussu domni Hludo-  
vici piissimi imperatoris esse conscriptum. Ad quod  
respondit dominus imperator: *Si ego hoc præceptum  
fieri jussi, nesciebam quod prædictum monasterium de  
episcopo Cenomanico esset. Et ignorabam quod pater  
meus illud ibi per suum præceptum redderet. Sed quia  
vobis, & patris vestri hoc mihi celastis, & per frau-  
dem & malum ingenium facere suastis; ideo ip-  
sum præceptum quod mihi præcipere ser: dixit, ve-  
stro mendacio infirmatur, quia causæ, ubi fraus in-  
tercedit, non valet, sed magis reproba efficitur; &  
ideo vestrum præceptum stare non poterit, quia vestro  
mendacio & vestra fraude funditus destruitur. Si e-  
nim nos unam vobis tantum electionem concessimus,  
ipsam cito finitam esse cognoscimus, quia Sigemun-  
dum, quem vobis abbatem elegistis, memoratum mo-  
nasterium sua culpa perdidit, quia nobis inobediens  
& infidelis existit. Hæc taliter prædictus dominus  
imperator agens, interrogavit cunctos circumstan-  
tes, quid super hac re eis rectius videbatur. Qui  
respondentes dixerunt, tam episcopi, quam abba-  
tes, sive comites, & reliqui omnes: *Hæc postero-  
ra præcepta, qua isti monachi afferunt, non possunt  
destruere anteriora, qua Aldricus episcopus & eccle-  
sia sibi commissæ habet; sed anterioribus credendum  
est, & posteriora, qua fraude & malo ingenio impe-  
trata fuerunt, infirmantur, & stare non possunt,  
quia actio qua in quibuscumque negotiis fraus inter-  
cesserit, non valet. Et ut ratione & lege firmen-  
tur ea que testamur, aliqua ex authenticis nostris  
vobis testimonia indicantes proferimus. Constitutum  
est a S. Patribus & bonis Imperatoribus, & lege de-  
cretum, ut quicquid falsa petitis a principe obtinuerit,  
quia fraus intervenit, non valebit. Item aliter  
Quocumque contra jus conscripta fuerint non valen-  
bunt,**

767  
ANNO CHRISTI 811.

bunt, quocumque modo fuerint impetrata. Item alibi: Qui falsa Principum præcepta detulerunt, puniantur. Item alibi: Dolus maior est cum aliter agitur, aliud simulatur. Item alibi: Qui dolum, vel metum adhibuit, ut res ad alium transferret, de doli actione tenebitur. Item alibi: Dolus maior est, si per falsitatem voluerit quis prius definita contrahere. Item alibi: Redintegrandum est a præsentibus iudicibus, & in ejus unde abcessit potestate revocandum, quod quacumque conditione temporis, aut dolo, aut captivitate, aut virtute majorum, timore faciente, deperierit. Item alibi: Quidquid extra seu falsa petitio a Principe obtinetur, quia frans intercessit, non valet. Magnus frans fuit quoniam monachi prædicti memoratum monasterium de jure Cenomanica sedis ecclesie esse sciebant, quia non sunt adhuc XXX. anni, quod a

Pontificibus memorata sedis possessum est, & hac celantes, vobisque mentientes præcepta sibi sine consensu prædictæ sedis Pontificis, cui iuste debetur, facere iudebant. Et hoc iustum est, ut si aliquis laicorum hoc fecisset, ut magnum detrimentum sustineret: sed & pro certo judicaretur illi, ut capitali sententia puniretur. Sed quia non laici, sed jam dicti monachi hoc fecerunt, dignum est ut ita cordeeantur, ne aut monachi deinceps talia agere præsumant. Propterea nonnulli præfati monasterii monachi cum Sigemundo prædicto eorum abbate exilio damnati sunt. Et sic confirmatum hæc prædictum monasterium Aldrico Episcopo, & ejus episcopio, sicut in ejus notum est præceptis, & aliis monumentis chartarum continetur insertum.

ANNO CHRISTI 811.



ANNO CHRISTI 811.

CONVENTUS CABILLONENSIS DE REBUS ECCLESIASTICIS


ANNO CHRISTI 811.

Et politis componendis, habitus anno domini dcccxxxix. sub Gregorio.

ANNO CHRISTI 811.

Concilium. ) Cum post obitum Pippini filii & regis Aquitanie Ludovicus imperator regnum illud, præterito inofficiato nepote Pippino juniore, inter Lotharium dumtaxat & Carolum divisisset, Ludovicus filius Ludovici imperatoris, & cum ipso optimates Aquitanie injuriam sibi illatam esse protestatus, contra patrem arma exercitumque paravit. Ut ergo istæ turbæ componerentur, indictus est Cabillone conventus, quo absoluto, imperator filium Ludovicum rebellantem ad spontaneam reconciliationem adegit, & Aquitaniam compevit. Batonius anno 839. n. 1.

Verba quedam auctoris anonymi visa Ludovici Pippini adscribere. Imperator præfatum episcopum (Pissavensem Ebroicum) in Aquitaniam cum multis gratiarum actionibus remisit, & quod visa sunt suis fidelibus mandavit, & ut sibi autumni tempore aliqui eorum in Cabillone occurrerent, impetavit. Ibi enim generalem indixit conventum. Itaque imperator, uti condixerat tempore autumnali Cabillonensem urbem petiit, & tam ecclesiastica quam publica suo more disposuit: deinde ad regni Aquitanici ordinationem se convertit. Hæc ille



SYNODUS CENOMANENSIS

HABITA AB ALDRICO

In urbe Cenomanica.

IN nomine Patris & Filii & Spiritus sancti. Aldricus indignus Cenomanicæ matris Ecclesie Episcopus omnibus nostræ curæ communitis sacris ordinibus & cunctis fidelibus salutem & gloriam sempiternam. Cum in Dei nomine anno incarnationis dominicæ dcccxi. Indictione III & anno imperii domini Hinderici p[ri]m[us] Imperatoris xxviii. anno vero octavo ordinationis præfati Aldrici Episcopi, quarto videlicet Iduum Majorum die, synodus omnium sacerdotum ac Levitarum seu reliquorum servorum Dei Cenomanica in urbe prædicta Pontifex convocaret, post allocutionem & admonitionem sive inquisitionem eorum, cepit jam eisdem Aldricus Episcopus una cum eis, illique deprecantibus, tractare quid esset unumquodque pro suis confratribus tam pro vivis quam & pro solutis debite mortis diligenter ageret, & quid pro præfato Pontifice & grege utriusque ordinis sibi commisso fideliter adimpleret. Qua de re hoc in hunc divini patris considerantes tractavimus, simulque inter nos bono animo & pura voluntate decevimus, ut (cum advenerit) unumquodque nostris curam sacerdos pro præfato domino Aldrico Episcopo & pro populo sibi commisso in quarta feria una cum tetania & oblationibus Missarum decanter, similiter & sexta feria faciat, & qui hoc facere non poterit, quinquaginta psalmos decanter, orantes & supplicantes Dominum cæli ut Deus omnipotens præfato nostro Pontifice

suam voluntatem hanc tribuat degere vitam, & quando ei placuerit, finisque hujus vite advenit, cælestis janua ei pateat, & locus sanctorum consortii nobis deprecantibus detur. Amen. Similiter & præfatus Pontifex pro nobis omnibus aut per se aut per aliquem a se commissum est pollicitus agere. Insuper hæc tractantes in præscripto Iduum Majorum die & in jam dicta synodo inter nos decrevimus ut unumquodque nostrum, dum advenerit, pro suis confratribus in anno duodecim canter Missas cum oblationibus & reliquis orationibus, & quodcumque nostrum unumquodque decesserit. ) Decanus nomina de suis junioribus conseripta in nostra, per singula tempora, synodo deferat, & unumquodque nostrum pro illis Missas compleat duodecim cum oblationibus & reliquis orationibus & vigiliam cum novem psalmis & totidem lectionibus & responsoriis, una cum matutinaem synaxim fideliter pro defunctis fratribus peragat, & sic hoc faciat sicut vult pro se fieri quando hoc idem ei advenerit, & sicut ante tribuatur districti iudicis rationem ex hoc reddere voluerit quod hic coram Deo, & coram nostro Pontifice & coram nobis omnibus se facere sponte promisit. Tribuat Dominus omnipotens ut sic inde faciamus ut non damnationem sed plenam retributionem ex his a Domino Deo nostro percipere valeamus, & vitam habere sempiternam valeamus, auxiliante Domino nostro Jesu Christo qui

ANNO  
CHRISTI  
1119.ANNO  
CHRISTI  
1119.

qui cum Patre & Spiritu sancto vivit & glorietur. Amen.

Hæc est missa quæ pro domino Episcopo & pro omnibus sibi commissis in unaquaque hebdomada, id est, quarta & sexta feria, una cum letania adimpleri debetur; & post istam subsequitur illa quam pro nobis in invicem canere debemus, & post illam subsequitur illa quam pro fratribus nostris defunctis cantare debemus.

**MISSA QUOTIDIANA.**  
V. *Intret oratio mea.*

**S**anctæ Dei genitricis Mariæ ac beatorum Apostolorum sive martyrum tuorum Gervasii & Prothasii atque sancti Stephani simulque reliquorum martyrum & confessorum virginumque atque omnium sanctorum tuorum assiduis intercessionibus quesumus, Salvator mundi, Pontificem nostrum Aldricum misericorditer protege, pariterque ei familiaritate atque consanguinitate conjunctos, & omnes sibi commissos utriusque ordinis viros & feminas ab omni pravitate defende, & secundum tuam voluntatem eis vivere tribue, omnemque populum Christianum misericorditer custodi, & animabus famulorum famularumque tuarum omnium sibi commissorum & commissarum atque cunctorum cunctarumque in Christo quiescentium requiem tribue benignus sempiternam, & sanctorum tuorum cæteribus consociare digneris propitius. Per Christum &c. *Epistola ad COLOSSENSES.* Fratres, non cessamus pro vobis orantes, & postulantes. R. Domine exaudi. V. Ne avertas. *Evangeliæ secundam Joannem.* In illo tempore, sublevatis Jesus oculis in cælum dixit: Pater, quos dedisti mihi volo ut ubi ego sum, & illi sint mecum, ut videant claritatem meam quam dedisti mihi, quia dilexisti me ante mundi constitutionem. Pater iuste, mundus te non cognovit, Ego autem novi te, & hi cognoverunt quia tu me misisti & notum feci eis nomen tuum, & notum faciam, ut dilectio qua dilexisti me in ipsis sit, & ego in ipsis. *Offert.* Exaudi Deus. *Secreta.* Oblationis hujus, Domine, placare muneribus, & intercedentibus omnibus sanctis tuis protege pontificem nostrum Aldricum & omnes sibi commissos commissasque, atque omnem populum Christianum a cunctis defende periculis, & animabus famulorum famularumque tuarum omnium sibi commissorum commissarumque atque cunctorum cunctarumque in Christo quiescentium per hæc sancta sacrificia remissionem omnium tribue peccatorum, & vitam habere concede sempiternam. *Præfatio.* Vere dignum &c. & tuam clementiam profusus precibus implorare, intercedente beata & gloriosa semper virgine Dei genitrice Maria, sanctisque martyribus tuis Gervasio & Prothasio, sive sancto Stephano, & omnibus sanctis tuis, cunctorum peccatorum veniam Pontifex noster Aldricus consequi mereatur, & eos cæterque quos & quas ei cura regiminis consociasti, ac familiaritate & consanguinitate junxisti, & omnem populum Christianum angelorum omnium sanctorum tuorum præsidii tuere, & animas famulorum famularumque tuarum omnium sibi commissorum & commissarum atque cunctorum cunctarumque in Christo quiescentium ut in pacis ac lucis regione constitutas deprecamur. Per Christum Dominum nostrum. *Infra actionem.* Hanc igitur oblationem quam tibi pro Pontifice nostro Aldrico atque grege sibi commissis & propinquitatibus ac familiaritatibus junctis ei atque pro salute cuncti populi Christiani suppliciter immolamus, quesumus, Domine, ut benignus accipias, & tua pietate concedas, ut &

*Concil. General. Tom. XIV.*

illi proficiat ad salutem hujus pietatis affectus, & animabus famulorum famularumque tuarum omnium sibi commissorum & commissarum atque cunctorum cunctarumque in Christo quiescentium impetret beatitudinem sempiternam, diæque nostras. *Ad communionem.* Amen dico vobis. *Ad complendum.* Purificet, quesumus, Salvator mundi, Pontificem nostrum Aldricum divini sacramentilibatio, & gloriosa sanctæ Dei genitricis Mariæ atque omnium sanctorum oratio & gregi sibi commissis ac familiaritate & consanguinitate junctis ei & omni populo Christiano misericordiam tuam ubique præstende, & animabus famulorum famularumque tuarum omnium sibi commissorum & commissarum atque cunctorum cunctarumque in Christo quiescentium remissionem omnium tribue peccatorum & vitam habere concede sempiternam, per &c.

*Alia.*

Omnipotens sempiternæ Deus, sanctæ Dei genitricis Mariæ & omnium sanctorum tuorum pia & assidua intercessione Pontificem nostrum Aldricum ubique misericorditer protege & ab omnibus adversitatibus corporis & animæ tua potentia defende, commissumque sibi gregem cunctum ad regendum custodi, & omnem populum Christianum conserva, atque illi & omnibus in Christo quiescentibus requiem tribue sempiternam, per &c.

**I T E M A L I A M I S S A**  
quam mutuo prædicti sacerdotes inter se cantare debent.

**D**eus, qui caritatis dona per gratiam sancti Spiritus tuorum cordibus fidelium infudisti, da famulis & famularibus tuis diversorum cœnobiorum & titularum atque locorum tam Sacerdotum & Levitarum quam & reliquorum fidelium tuorum quorum quarumque memoriam agimus, & quorum quarumque his in titulis scripta continentur vocabula, fratribus ac sororibus & familiaribus nostris salutem mentis & corporis, ut te tota virtute diligant, & quæ tibi placita sunt tota dilectione perficiant, per Dominum. *Lectio Hieremias Propheta.* Si iniquitates nostræ contenderint contra nos, Domine, libera nos, quesumus, fac propter nomen tuum, quoniam multæ sunt aversiones nostræ. Tibi peccavimus, expectatio Israel es salvator noster, in tempore tribulationis. Tu autem in nobis es, Domine, & nomen sanctum tuum super nos invocatum est. Ne derelinquas nos, Domine Deus noster. *Secundum Matthæum.* In illo tempore, dixit Jesus discipulis suis, Petite & dabitur vobis, querite & invenietis, pulsate & aperietur vobis. Omnis enim qui petit accipit &c. *Secreta.* Munera, quesumus Domine, quæ pro nostra & omnium, quorum quarumque memoriam recolimus, & quorum quarumque his in diptichis nomina continentur inserta, redemptione oculis tuis tuæ offerimus majestati, placatus suscipe, & ad perpetuam nobis omnibus tribue pervenire salutem, per &c.

Omnipotens æternæ Deus, imploramus tuæ majestatem misericordiæ ut nobis & omnibus quorum quarumque recolimus memoriam, & quorum quarumque nomina his in diptichis continentur inserta, veniam largiri digneris peccatorum, ut ab omnibus inimici vinculis liberati, tuis toto corde inhæreamus mandatis, & te solum semper tota virtute diligamus, & ad tuæ quandoque beatitudinis visionem pervenire mereamur, per Christum.

Hanc igitur oblationem, Domine, quam tibi pro peccatis atque offensionibus nostris, & om-

Ccc

nium

ANNO  
CHRISTI  
1139

ANNO  
CHRISTI  
1139

num quorum quarumque agimus memoriam, & Aintende, & quod ad laudem tui nominis supplicantes offerimus, ad indulgentiam omnium quorum quarumque memoriam agimus, & quorum quarumque nomina hic continentur inserta, five cunctorum fidelium proficiat defunctorum, per.

Deus, qui pro nobis in Christo unigenito filio tuo Domino nostro spem beatæ resurrectionis concedis, præsta quæsumus ut animæ pro quibus hoc sacrificium redemptionis nostræ tuæ offerimus majestati ad beatæ resurrectionis requiem te miserante cum sanctis tuis pervenire mereantur, per Christum.

*ALIA.*

Da famulis & famulabus tuis, quæsumus, Domine, omnibus quorum quarumque memoriam agimus, & quorum quarumque nomina his in dipticiis continentur conscripta, seu etiam ceteris fidelibus utriusque sexus, in tua fide & sinceritate constantiam, ut in caritate divina firmati, nullis tentationibus ab ejus integritate vellantur, per Christum.

*Item Missa pro defunctis fratribus & sororibus nostris.*

**D**EUS, cujus misericordie non est numerus, suscipe pro animabus famulorum famularumque tuarum, quorum quarumque memoriam agimus, & quorum quarumque nomina his in dipticiis conscripta esse noscuntur, preces nostras, & lucis eis lætitiæque regionem in sanctorum tuorum societate concede, per.

*Alia.*

Deus cui proprium est misereri & preces exaudire supplicantium, propitiare animabus famulorum famularumque tuarum diversorum cœnobiorum & titulorum, quorum quarumque memoriam agimus, & quorum quarumque hic assignata continentur vocabula, ut te miserante a vinculis peccatorum absoluti, ad æternæ beatitudinis requiem pervenire mereantur, per.

*Ad Thessalonicenses.*

Frates, nolumus vos ignorare de dormientibus, ut non contristemini sicut & ceteri qui &c.

*Secundum Joannem.*

In illo tempore, dixit Jesus turbis Judæorum: Amen amen dico vobis quia venit hora, & nunc est, quando mortui audient vocem filii Dei, & qui audierint vivent &c.

*Secreta.*

His quæsumus, Domine, placatus muneribus

Deus, qui pro nobis in Christo unigenito filio tuo Domino nostro spem beatæ resurrectionis concedis, præsta quæsumus ut animæ pro quibus hoc sacrificium redemptionis nostræ tuæ offerimus majestati ad beatæ resurrectionis requiem te miserante cum sanctis tuis pervenire mereantur, per Christum.

Hanc igitur oblationem quam tibi offerimus pro animabus omnium, quorum quarumque memoriam agimus, & quorum quarumque nomina his in dipticiis conscripta esse noscuntur, seu cunctorum cunctorumque fidelium defunctorum defunctorumque, quæsumus Domine, propitiatus accipias, & miserationum largitate tuarum concedas ut quicquid terrena conversatione contraxerunt, his sacrificiis emundetur, ac viculis mortis absolutæ, transitum mereantur ad vitam, que nostros &c.

Propitiare, Domine quæsumus, omnibus in Christo quiescentibus, & animæ famulorum famularumque tuarum, quorum quarumque memoriam agimus, & quorum quarumque nomina his in dipticiis conscripta esse noscuntur, his purgationis sacrificiis indulgentiam pariter & requiem capiant sempiternam, per.

*Alia.*

Deus cui possibile est omnes homines sine difficultate salvare, tanto benignus animabus famulorum famularumque tuarum diversorum cœnobiorum & titulorum, quorum quarumque memoriam agimus, & quorum quarumque hic assignata continentur vocabula, misericordiam concede perpetuam, quanto eos ad filii tui Domini nostri pertinere gratiam tribuisti, per.

*Alia.*

Deus vita viventium, spes morientium, salus omnium in te sperantium, præsta propitiatus ut animæ famulorum famularumque tuarum, quorum quarumque nomina his in dipticiis continentur inserta, a nostræ mortalitatis tenebris absolutæ Dein perpetua cum sanctis tuis luce lætentur per Christum.

SYNODUS AUDOMARENSIS

A S. FOLQUINO MORINORUM EPISCOPO

Anno 839. habito.

Ex Diplo-  
ma M.  
Tom IV  
Pag 340.

**E**GO Folquinus Dei gratia Morinorum Episcopus, omnibus fidelibus tam futuris, quam presentibus..... Igitur Ego Folquinus Episcopus suggestione Hugonis Abbatis Sithienis Cœnobii, quod est constructum in Insula Sithiu in honore Beati Petri Principis Apostolorum, ubi Beatus Bertinus corpore quiescit, pendens injusitiam lacrymabilem, quam Fridogisus prædecessor supra-memorati Abbatis eidem sancto loco intulerat, tota intentione excogitare cœpi, qualiter eundem locum ad pristinum honorem valerem reducere.

Omnibus certe notum est fidelibus, quoniam S. Confessor Christi Audomarus atque Bertinus dum adhuc in corpore essent, cimiterium in villa Sithiu in superiori loco ad tumulanda sua, & Monachorum corpora, communi opere fecerunt:

in ejus medio Basilicam in honorem S. Mariæ construxerant. Quam etiam B. Audomarus S. Bertino, suisque successoribus donans per privilegium quoddam Episcopale confirmaverat ..... quam prædictus Abbas Fridogisus non solum S. Bertino tulit, (s. abstulit) sed etiam (quod dictu horribile est) Monachos ejus Deo honeste ibidem servientes cum magno decore expulit, Canoniceque ibi constituit, dum scilicet a temporibus Sanctorum Audomari atque Bertini religio Monachica ibidem famulans religiosissime floureret.

Quorum lacrymosæ injusititiæ, reclamationique incessabili compatiens, & petitioni Hugonis venerabilis Abbatis adquiescens, Aeditatem, seu Custodiam ipsius Basilicæ Sancto Petro, Sanctoque Bertino reddendam, & Monachum ad custodiam ibi ponendum centui, & statui. Et ut qua-



LOTHARII IMPERATORIS EDICTUM.

774

773  
ANNO  
CHRISTI  
819

quatuor temporibus in anno Missarum sollempnia celebrarent stabiliri, hoc est in Feria tertia dierum Rogationum, in festivitate quoque B. Joannis Baptistæ, & in depositione Sancti Audomari, in festivitate Omnium Sanctorum.

Et quidquid ad ipsum Altare veniret, Monachi S. Bertini absque ulla contradictione juxta morem pristinum, secundum decretum B. Audomari; quod in privilegio de traditione ipsius loci, Cenobitis scripsit & interdixit, haberent, tenerent, & in perpetuum possiderent.....

Denique jam quidam emerferant audacia temeritatis decepti, dicentes, Primatum locorum ad se pertinere debere. Quorum presumptuosæ su-

perbie resistens, per descriptionem Capitularem coram quibusdam Primatibus Regalis Palatii, & hujus Patris eos huic loco subegi, & conatum eorum annihilavi, &c.

Adum est Anno Incarnationis Dominice MCCCXXXIX. Indidione II. Imperii autem Hludovici Regis anno XXVI. Prætulatus quoque nostri Anno XXIII. in Ecclesia S. Mariz, XII. Kal. Julii, præfente universal Synodo. (a)

Ego Folquinus ex contentu & præcepto Ludovici Imperatoris hæc voluntarie firmavi, & cum Episcopali interminatione subscripti, &c.

ANNO  
CHRISTI  
819.

XII. Ka-  
Martii ex  
Mabilion  
Anal. O.  
B. lib. 3.

ANNO  
CHRISTI  
819

EBBO SEDI RHEMENSIS LOTHARII

Imperatoris edito restitutus est a quibusdam episcopis Germaniæ & Galliæ in palatio Engilhencimensi ad Rhenum infra Moguntiam VIII. Kalendas Julii Ind. III. anno reversionis Lotharii primo, Christi DCCCXL. eademque post anni spatium iterum excedere coactus.

\* Acta hujus  
restitutionis  
multo copio-  
siora habentur  
in cod. Pal.  
Bibl. Vatica-  
næ mensis  
Holsteniensis.  
Ex P. Str.  
m. 100.

**E**bbonem archiepiscopum Rhemensem, conjurationis B in Ludovicum Pium constata reum, synodo apud Theodonis villam depositum vidimus anno DCCCXXXV. Post hæc ille eisdem in Cisalpinis regionibus latuisse fertur usque ad obitum Ludovici, qui contigit anno DCCCXL. Mortuo Ludovico a Besone abbate S. Benedicti Floriacensis adductus ad Lotharium Vormatiam venit, qui pristinam illi mox sedem in palatio Engilhencimensi dedit restituit, cui subscripserunt episcopi nam. xx. Edicti hujus exemplar apud Flodoardum lib. 11. cap. xx. est hujusmodi.

Lotharii imperatoris editum cum subscriptionibus C episcoporum, de Ebbonis archiepiscopi restitutione.

In nomine Domini nostri Jesu Christi Dei aterni.  
Lotharius divina ordinante providentia  
imperator Augustus.

**Q**uia confessio delictorum non minus in ad-  
verbis necessaria est, quam in prosperis, &  
cor contritum & humiliatum Deus non despicit,  
gaudium etiam esse angelorum in celo super uno  
peccatore penitentiam agente non dubitamus;  
nos mortales in terris eos nequaquam despiciamus,  
pro quibus gaudere angelos in celo divino testi-  
monio non ignoramus. Accusantes & reprehenden-  
tes in excelsibus semetipsos divina benigni-  
gaitas non condemnare, sed recreare docuit, qui  
meretricem non solum a legali damnatione eri-  
puit, verum etiam publicanum humiliatum & ac-  
cusantem se non condemnavit, sed magis justifi-  
cando exaltavit: qui non dixit: Omnis qui se  
humiliat condemnabitur, sed exaltabitur. Potesta-  
tem ergo, quam pro causa nostra raptus perdidisti,  
repetentibus ecclesiæ tuæ filiis, presentibus  
quoque adstantibus ac decernentibus præsulibus, E  
sedem ad diocesim Rhemenfis urbis tibi, Ebbo,  
restituimus; ut pristino sanctæ largitatis apostoli-  
cæ pallio indutus, concordiam atque gratiam di-  
vini officii nobiscum, humili satisfactione expleta  
sollemni nostra a largitate recipiendo exerceas.

- Drogo episcopus assenti.
- Orgarius archiepiscopus.
- Hetti archiepiscopus.
- Amalvinus archiepiscopus.
- Audax archiepiscopus.
- Joseph episcopus.
- Adaluphus episcopus.
- David episcopus.
- Rodingus episcopus.
- Gitelberius episcopus.
- Flotarius episcopus.
- Badaradus episcopus.
- Hagano episcopus.
- Hartgarius episcopus.
- Ado episcopus.
- Samuel episcopus.
- Rambertus episcopus.
- Haiminus episcopus.
- Ratoldus presbyter vocatus episcopus.
- Amalricus vocatus episcopus.

\* Aliis  
buldam di-  
tar archie-  
piscopatus  
fecit ac lo-  
seph.  
\* Gislebertus  
\* Flotarius  
ut patet.  
Tullensis.

\* Rampertus  
\* Ermatius  
\* Ratulfus

\* Bono abba  
de quo tu  
pra, addit  
cum aliis  
quampluri-  
bus, abba-  
bus, &c.

Utrumque ceteris plurimis presbyteris ac diaconis publice assistentibus.

Adum in Engilhencim palatio publico, in mense Junio, VIII. Kalendas Julii, regnante & imperante domno Lothario Cæsare, anno reversionis ejus primo, successor factus patris in Francia, indidione III.

Hoc edito armatus Ebbo Rhemus rediit, sedemque recepit, quo tempore Carolus a Lothario pulsus ultra Sequanam profugerat, & clericos ibi aliquot, de quibus magna postea fuit controversa, ordinavit, atque anno fere integro episcopatum tenuit. Deinde Carolum audiens resumptis viribus in Belgicam adventare, relictis iterum sede Rhemenfi ad Lotharium profectus est.

OBSERVATIO PHILIPPI LABBE, S. J.

Quod sequitur apologeticam Ebbonis ceteraque illi sub-  
juncta ex schedis Holsteniensis descripta pro sua singula-  
ri humanitate misit ad nos per R. P. Petrum Possinum  
S. R. E. principis eminentissimus Franciscus cardinalis  
Barberinus. Tu eis fuere lector, & fructum a quo tot ri-  
vulus nostra hæc irrigata sunt concilia, libens merensque  
corona.

APO.

(a) Charta hæc integræ fuit Mabillonio ubi supra, nam subscriptam perhibet nedum a Folquino Episc. sed & a Maximo archidiacono, Hugone Abbate, Adalardo Monacho, Amalberto, & Moro Monachis, Hunrico comite, Odino advocato aliisque. *Manf.*  
Mendium in mensem iteravit, cum Ludovico Aug. die 20. Junii vitam clausisset. Quare recte Coingius an. 840. n. 46. legendum censet, datum in mense Augusto cæsare Kalendas Septembris. Pag. ad An. Ch. 840. n. 11.  
Concil. General. Tom. XIV.

## APOLOGETICUM EBBONIS

Edict. etiam  
Dacherius in  
Spicil. 10. p.  
H.

## I.

Apologeticum Ebbonis Rhemensis archiepiscopi, sanctæ sedis apostolicæ legati pro convocazione paganorum redemptioneque captivorum ex consensu Hludovici totiusque palatinæ dignitatis ejus directi. Qui postea persecutionis tempore plurimorum episcoporum ceterorumque nobilium laicorum exilia pastorum, Rhemensis ab ecclesia pulsus, septennique custodia pressus; hinc succedente Hlothario Augusto ecclesiastica restitutus, hac auctoritate ad officia ecclesiastica restitutus, assistentibus vel decernentibus magnis consulis pariter cum sanctis his subscriptis catholicis præsulibus; Drogone archiepiscopo, sanctæque unanimitate illi omnes isti concordēs, Autcharius archiepiscopus, Amulvinus archiepiscopus, Audax archiepiscopus, Hetti archiepiscopus, Joseph episcopus, Adulphus episcopus, David episcopus, Hrodungus episcopus, Geisebertus episcopus, Heimirus episcopus, Frotharius episcopus, Badaradus episcopus, Haganus episcopus, Hrotgarius episcopus, Ado episcopus, Samuel episcopus, Provocatus episcopus, Hramberthus episcopus, Rataldus presbyter vocatus episcopus, Amalricus vocatus episcopus, cum ceteris pluribus presbyteris ac diaconibus, in Ingelheim palatio publico assistentibus. His namque explicitis canonicæ restitutionis palatinis summis negotiis, comprovincialium receptionis sollempniter reborata VIII. Id. Decembris extitit principali in ecclesia & sancta sede Rhemensi: obviam ibi concurrentibus cunctis diceceseos præsulibus aut missis, cum concivibus inclitis, ecclesiastica hac ac publica necessitate vel utilitate promotis, quibus veniendi impossibilitas sola non resistit, generali conventui concordantibus, hanc subscriptionem publicam concordantibus unanimitate celebrata, prætorum patrum exemplis edocti rationabiliter ediderunt. Hæc ita scribendo omnes subternotati antistites unanimiter præfigentes sanxerunt.

## II.

Dum non habetur incognitum quod a pluribus videtur compertum, qualiter ecclesia hæc maxima Galliarum sub regimine Francorum diversis perturbationibus ac discordiis principum his temporibus agitata vexatur: Unde & plurimi episcoporum vi propria a sedibus expulsi, aut timore derelictis gregibus diversis in partibus exulantur. Inter quos etiam Ebbo archiepiscopus Rhemensis ecclesiæ raptus a propria sede principum indignatione violenti exilio ductus est. Unde & reductus sub custodia, ut periculum evaderet, & furores persequentium mitigaret, redimendo tempus, ut meliori tempore se reservaret, cum consensu episcoporum pontificali secessit a ministerio; dum inter terrores & discordias ratio non sinit inmolare victimas, dicente Domino: Si offers manus tuas ad altare, & recordatus fueris, quia frater tuus habet aliquid adversum te, &c. Postquam vero Deus ecclesiæ suæ tranquilliora reddidit tempora, placuit principibus & magistris ecclesiasticis, ut idem pastor ad debitum ovile reverteretur, & oves, quas compulsus reliquerat, tuendas reciperet iterum.

Murb. 91.

A Quibus ecclesiasticis debitis negotiis, ego Theodoricus Cameracensis episcopus assensum canonicè præbens, sicut prius de illius discessu compatiendo dolui, ita & modo de ipsius reversione congaudens, constitutiones seniorum vel fratrum roborando subscripsi: quia talia sæpe contigisse & in aliis ecclesiasticis gestis legi.

Hrodhadus Sueffonicus episcopus hæc ita similiter roboravi.

Hildemanus Belvacensis similiter.

Simeon Laudunensis similiter.

Erpvinus Silvaneensis similiter.

Raginarius Ambianensis similiter.

Emmo Noviomacensis similiter.

Folcuinus Tarauensis similiter.

## III.

In nomine Domini nostri Jesu Christi Dei summi glorioso imperante Hludovico Cætare; cuius prima tempora regni quamquam valde coruscarent prospera, ultima tamen ejus concussa nimia adversitate, divinam quasi indignationem illam passa, quam de novissimis temporibus vis semper tenet evangelica dicens: Tradet autem frater fratrem in mortem, & pater filium, & in surgens filius in parentes. Multi denique hinc potentes expulsi sunt a patria; episcopi quoque alive Dei ministri custodias & exilia passi; quidam etiam utriusque sexus nobiles laici ad monasticum habitum compulsi: ut saltem his flagellis celeri castigatione compuncti remedia salutis reciperent, quia quos blanda vitiaverat prosperitas, necesse erat ut dira purgaret adversitas; ne ad tartaream vindictam divina ultro sæviret majestas.

His etenim manifestis cognitis periculis, ego Rhemensis Ebbo indignus episcopus inter ceteros anxius tribus afflictus pressuris, insuper & fessus ægritudine corporis, sancto cum psalmista dicere non erubui: Iniquitatem meam absumo, & cogitabo pro peccato meo. Divinis flagellis monitus, si in prosperis legem Domini neglexi, ad ipsam in adversis confugere debui, ita ut si quem per potentiam quondam læsi injuste, hunc in angustiis me sedentem terre patienter devovi: si cui etiam aliquid indebite abstuli, ablatis mihi omnibus non contradixi; sed auferenti tunicam etiam & pallium reliqui. Si enim quandoque amicis neglexi, inimicum hinc diligere, & pro persecutoribus orare didici, sicque simili satisfactione inemptum accusans, furores persequentium mitigare plus quam litigare decrevi, sancto instructe Abraham qui inter pericula a prælacione uxoris te exuens, vim facientibus humiliter cedere magis, quam damnabiliter resistere elegit. Sanctus itaque apostolus non minus eadem docuit, cum dixit: Non resistis illis sedentes carissimi, sed date locum ira. Inter divina liquidum verbera beatus Job non murmurare, sed orare atque cetera multa lamenta dixit: Peccatis, quid faciam tibi o custos hominum? Quibus multimodis patrum animatus exemplis, ductus eodem mundano impetu, compulsus ad tribunal palatinum, non ad synodalem sanctorum conventum, quo violentier non licet trahi, sed magis liberum canonicè convocari episcopum; contigit tamen me in media multitudine sanctorum adstitisse fratrum hiemali vexatione diutina ibi afflictorum; quorum consolatione

1 In margine Labbeus reponit caruere, sed perperam, cum referret Ebbo in hoc eodem Apologetico idem asserat, & constat Ebbonem anno 334 captivum ablegatum esse ad Monasterium Fuldense. Idem ibid.

2 Forte, hic H.

3 In Spicil. Adulphus

4 Al. Rarigur, H.

5 Hæc sunt & apud Duchyrium tom. 2. lib. 1. p. 10.

6 In Spicil. Drogonus

7 Forte, & palatinus

8 In Spicil. Drogonus

9 Forte, & palatinus

10 Qui supra, Amalvinus, H.

11 In Spicil. Badaradus.

12 In Spicil. Badaradus.

13 In Spicil. Badaradus.

777  
 tione pia recreatus, illa mihi divinitus inspirata A  
 sententia caritatis praesto apparuit condoleantem,  
 sicut scriptum est: *Cum patitur unum membrum  
 compatiantur omnia membra.* Quorumque consilio  
 adjutus, tres mihi ex ipsis elegi secretissimos ad-  
 jutores, Ajulfum videlicet archiepiscopum, Ba-  
 daradum, Moduinumque episcopos: cum quibus  
 de Salvatoris nostri institutione peccatorumque re-  
 missione diligenter contuli: memor evangelici prae-  
 cepti dicentis: *Si offers manus tuas ad altare.*

Hac igitur auctoritate cernens, quia frater,  
 quanto magis quia princeps meus, commotus con-  
 tra me erat, reliqui munus oblationis meae ante  
 altare, & summa satisfactione jam dictorum con-  
 sensu confessorum vel fratrum succumbens, pro-  
 pter recuperandam concordiam, illatas omnes pa-  
 tienter suscepi injurias, & puritate confessionis re-  
 missionem peccatorum veniamque & non condem-  
 nationem percipere credidi. Quia superbiam in  
 me judicavi ut necem diabolicam, vanam glo-  
 riam, ruinam perpetuam, mundi hujus, quod est  
 amatorum mundi, noxiam amicitiam; quae divino  
 testimonio ad Dei pertinet inimicitiam, in me  
 damnavi ut poenam tartaream, sacra dicente scri-  
 ptura: *Quis hujus saeculi amicus fuerit, inimicus Dei  
 deputabitur.* Fratris convitium ut saepe dictum le-  
 ge evangelica deputavi ut gehennale supplicium:  
 mendacium quoque vel odium non minus quam  
 homicidium execravi, testante apostolo. *Qui odit  
 fratrem suum, homicida est.* Eodem modo menda-  
 cium respuit, ut scelus pessimum de quo habetur  
 divinitus praefixum: *Perdet omnes qui loquuntur  
 mendacium.* Quo scelere offenditur Deus, decipit  
 proximus, perit & ipse propria nece dolosus.  
 Quibus quidem aliisque similibus formidolosissimis  
 periculis territus atque compunctus, non fido sed  
 devote corripiente in Domino ingemui; qui quos  
 amat arguit, flagellat omnem sibi quem recipit,  
 sancto clamante apostolo. *Cum judicamur, a  
 Domino corripimur, ut non cum hoc mundo damnemur.*

Ne igitur laevitantes in me amplius peccarent,  
 Salvatoris nostri evadendi usus sum argumento,  
 qui inter manus persequentium se abscondit, & ex-  
 ixit de templo, neque periculis imminentibus di-  
 stuli exire de templo, & recedere a pontificali  
 officio, qui violenter tirenno jam expulsus etiam  
 a debito sacrificandi loco. Nam & apostoli tem-  
 pore passionis territi, non ritum sacrificandi, sed  
 provida circumspeditione abdita tantum loca ora-  
 tionis: quarebant latitandi quia metus fraternata  
 cum discordia divina rite non celebrat charisma.  
 Etiam & tempus lugendi non exposuit tol-  
 lenantia, sed potius evadendi remedia, dicendo  
*Confitebor adversum me injustitias meas. Et in re-  
 misisti impietatem peccati mei; pro hac orabit ad te  
 omnis sanctus in tempore opportuno.* In hoc ergo  
 tempore opportuno, si sancti pro remissione pec-  
 catorum laborant, peccatores utique ad confes-  
 sionis remedia currere non differant necesse est. Un-  
 de & nequaquam noxia, sed potius saluberrima  
 habenda est illa confessionis mea publica inter-  
 tio; per quam perhibetur certa peccatorum posse  
 fieri remissio, dum lex penitentium quae a mo-  
 rone incipit, ad gaudia merito confurgit, divina  
 dicente sententia: *Qui seminans in lacrymis, in gau-  
 dio metent.* Neque enim Dominus despiciere aut  
 damnare, sed potius sanare atque erigere contri-  
 tos corde legitur. Subscriptionem ergo mihi in  
 angustiis nequaquam damnationis, sed potius ere-  
 ptionis titulo edidi: quam non convictus, sed val-  
 de confusus protuli, melius hic inferendam an-  
 notatione publica praevidi \* in testimonio verita-  
 tis, ne austa aut minuta maculetur alicujus zemu-  
 li quandoque mendacis: ut & quid tunc gestum

est secreto creptionis argumento, hinc iam publi-  
 co ubique discentatur ab omnibus vera caritatis  
 studio; dum nullum ubi certum damnationis prae-  
 scriptum crimen, nullatenus ulium possit ultra pati  
 confusionis discrimen. Non noxia ergo, sed val-  
 de proficua habenda est talis subscriptio, quae lu-  
 rores persequentium mitigavit: hiemales anxias  
 usurpationes fratrum porrecta levigavit, me etiam  
 ab ira persequentium eripuit. Insuper & secundum  
 sacrarum scripturarum auctoritatem mihi confi-  
 tenti remissionem porrigit peccatorum. Scripti uti-  
 que, in quo apud Deum non corrui, sed potius  
 humili satisfactione convalesci: & haec ita vim fa-  
 cientibus edita obtuli, quia certus sum & scio cui  
 credidi dicens:

*Ego Ebbo indignus episcopus recognoscens fragilita-  
 tem meam & proinde peccatorum meorum testes con-  
 fessores meos Ajulfum videlicet archiepiscopum, Ba-  
 daradum quoque monachum & Moduinum episcopos con-  
 fessus meo iudice delictorum meorum, paratamque  
 dedi confessionem quaerens remissionem peccandi & sa-  
 lutem animae meae, ut recederem ab officio & rimi-  
 nario pontificali, quo me recognoscio esse indignum, a-  
 lienamque me reddens pro reatibus meis quibus me  
 peccasse secreta ipsi confessus sum; eo scilicet modo,  
 ut ipsi sint testes alio succedendi & conservandi su-  
 brogandi in loco meo, qui digne praeside & pro-  
 desse possit ecclesiae, cuius balloni indignus praesul. Et  
 se nullam inde repetitionem aut interpellationem au-  
 thoritate canonica facere valissem manu propria sub-  
 scribens firmavi.*

Si quis vero per talitatem hanc in pressuris re-  
 pertam scripturae formulam me damnandam  
 decreverit, si non licet in omnibus scriptis meis me  
 opprimere poterit, in quibus nunquam me iusti-  
 fisco, sed semper indignum episcopum subscribens  
 ubique denuntio. Nec tamen me in hac eadem  
 subscriptione ullus violatorum aut mendacem de-  
 prehendere poterit; quia nemo ibi postea utilior  
 praesul, sed septenni ferme sub penitentia spa-  
 tium quo in sancta ecclesia peccatorum penitentibus  
 fieri solet remissio, patienter expectans, &  
 nemini consecrationis tibi dignitatem impedi-  
 vi. *Nunc ergo, dicente Domino Deo nostro, con-  
 demnare, & non condemnabimini: in quo enim ju-  
 dicio iudicaveritis, iudicabimini.*

Conscriptio itaque haec diversis necessitantibus,  
 id est delictorum vel persequentium occasione con-  
 fecta, si adhuc scandalizanti alicui scrupulum ge-  
 nerat, universorum ibi quaeso verborum rationem  
 discutat; in qua certo errore invento, unde  
 canonica rite sequatur damnatio, iuste precor &  
 non iivide iudicet proximo. Dumque se estimat  
 stare, videat, ne cadat. Quia lividus iudex festu-  
 cam in alterius quaerens, trabem in tuo nequa-  
 quam sentis oculo. Luce clarius namque canoni-  
 ca fulget auctoritas, quod sicut sine certo crimi-  
 ne canonice nunquam dejiciatur episcopus, ita nec  
 absolute spontanea quantumvis invidiosa alie-  
 rius sub custodia non licet recedere episcopum si-  
 ene concordiae praesentia vel consensu civium subdi-  
 torum.

Prævalet ergo merito in omnibus his ecclesia-  
 stica repetitio supra quascumque alias adinventio-  
 nes violentas aut liberas, sua magis quam  
 Christi quaerenti. Iuste ergo iudicantur omnia ir-  
 rita, quaeque non fuerint auctoritate canonica un-  
 dicque facta. Fidisimus tot talibusque praesidiis ec-  
 clesiasticis haec salutis praesentia & aeterna quaesivi  
 remedia, dum nimis tacendo in tempore loquen-  
 di, nimisque loquendo in tempore tacendi, inter  
 cetera memetipsum noxia reprehendi contagia;  
 divinam majestatem implorans, ut ponat ultra  
 custodiam ori meo, & officium circumstantia labiis  
 meis,

\* Epist. 1. in  
 14. 1. 1. 1. 1.

Lu. 6.

174. 140  
 meis,

*meis, ne declinet cor meum in verba malitia, ad excusandas excusationes in peccatis. Sed corripias me iustus semper in misericordia. Cum enim nec iustum nisi in misericordia finit corripere divina potentia, quomodo peccator peccatorem damnare licite poterit divina sine vindicta? Dominus utique dominantium meretricem legalibus poenis dignam non nisi sine peccato quemquam damnare adquevit. Quo pietatis exemplo compunctum corde non mortificare, sed misericordiam magis quam sacrificium se velle monstravit. Publicanum siquidem se ipsum acculantem non condemnavit, sed magis iustificavit, nec oppressit, sed exultit. Cum non dixit, qui se humiliat condemnabitur, sed exaltabitur. Semivivum similiter prostratum non reipuit, sed procurandum sanctis stabulariis ligandi solvendique potestatem habentibus commisit; & super divina accepta denariorum reparandi munera compassione propria condolare pro æternæ mercedis lucro composuit, dicens: Quodcumque supererogaveris, ego cum rediero reddam tibi. Davida quippe compunctio momentanea non directionem sed recuperationem meruit. Sancti quoque apostoli de promissa ac meatita in passione perseverantia, post resurrectionem vero de stultitia & incredulitate, vel cordis durtia increpati. Petri etiam negotio contritione cordis purgata nequaquam damnatos, verum etiam correctos pristinisque dignitatibus restitutos non solum celebrat, sed potius de reparatione lapsorum imitando glorietur ubique gavisa sancta Dei ecclesia. Moder-*

na equidem auctoritate Palatina compulsi in angustis ad monasticum penitentis habitum utriusque sexus laici, itemque pace reddita redisse ad statum pristinum manifestum est. Quo etiam ritu nullum esse dedecus constat, si offensus clericus post humilem satisfactionem sui debitum clericatum recuperat. Igitur tam manifestis novi ac veteris testamenti divinis nobis ostensis beneficiorum exemplis, ad jam dictam vulgo notam satisfactionem me devotus obtuli, eo quod recuperationem magis quam damnationem unquam ab initio semper humilis meruit satisfactio.

Postquam vero persecutionem, succedente offensu principis glorioso hærede H. orthario Cæsare, mox mihi ecclesiastica restituta est concordia; & vacantem ecclesiam, quam quondam violenter amiseram, inveniens, non præsumptive, sed repentibus ibi sacris ordinibus debite septennem ferre post satisfactionem recepi, assistentibus cum principe magnificis præsulibus plurimis; quorum auctoritate omnium revocatus hanc annotationem futuris temporibus recitandam, scriptis hæc memorabilibus in universa ecclesia Dei catholica manifestam fieri placuit, & sinistras opiniones falsorum fratrum hac certa veritate prolata delere: factis verisque fratribus in his omnibus satisfacere decuit plus de gratia recuperationis cogaudere, quam de nequitia damnationis dolere, suggerens, sicut oportuit, festiva hæc restitutio Deo dignis posteris procuravit.

## GALLICANA seu MORINENSIS SYNODUS,

*In qua Canobium S. Audomari abbatis S. Bertini imperio subditur.*

ANNO  
CHRISTI  
839.

ANNO  
CHRISTI  
839.

Anno 839.

Ex Manu  
Suppl. pag.  
897.

DE hac synodo in meis ad Pagium animadversionibus ad A. 839. I. ita disserui. Hoc (839.) vel sequenti anno synodum quandam celebratam fuisse uno tantum verbo asserit Joannes Iperius in chronico S. Bertini, vulgato a PP. Martene, & Durand Anecd. to. III. ibi enim cap. 12. part. I. col. 511. legimus, Hugonem, Caroli magni filium, qui monasterium S. Bertini anno Ludovici Pii XXI. Christi 834. regendum suscepit, anno regiminis sui sexto, Ludovici XXVI. (quæ annotum data in instrumento ejusdem Hugonis legitur) monasterium S. Audomari, quod ab antecessore tuo canonicis secularibus traditum fuerat, obedientiæ utcumque monasterii S. Bertini restituisse; ejus rei gratia a Ludovico imperatore privilegium obtinuisse, quod, ait auctor, in plena synodo confirmatum & publicatum fuit. Quæ synodus hæc fuit, ubi lucorum celebrata, ignorare me fateor. Interfuisse hæc videtur S. Folquinus, qui Mortinorum episcopatum anno 816. vel 815. regendum suscepit, ut patet ex data ejusdem instrumenti, quod consignatur anno præ-

sulatus Folquini XXIII. Concilium istud collectores fugit. Verba Iperii hæc sunt. *Hugo noster abbas, cui ordinatio Fridogis sui prædecessoris præjudicare non potuit, cum par in parem non habeat imperium de dicta ordinatione privilegium suum concessit, consensu imperatoris antedicti, quod sic incipit: Quidquid ob amorem Dei exigentes rei brevitate &c. Actum anno Domini DCCCXXXIX. indictione secunda, imperii autem Ludovici regis anno XXVI. præsulatus quoque almi præsulis Folquini anno XXIII. & nostri regiminis anno sexto. Ego Hugo abbas, consensu domini Ludovici imperatoris hæc voluntarie firmavi, ipsumque, ut subscriberes, rogavi. Hac etiam ordinata subjectione auctoritate regia, & imperiali, sanctique Folquini episcopi privilegio roborata, & utriusque collegii capitulari sententia concordata, ac in plena synodo confirmata & publicata, noster Hugo abbas adituum ibidem constituit hujus loci monachum, nomine Morum, ordinationem exsequens antedictam.*

## TEATINA SYNODUS

*Pro redigendis canonicis secularibus ad commune vita institutum,*

A Theodorico Teatino archiepiscopo anno 840. celebrata.

*Domnus Theodoricus Sancta Teatinensis ecclesia licet exiguus episcopus.*

Ibidem.  
Ex Ughell.  
in Teatinis  
t. vi. col. 499.  
No. 7. Edit.


CUM Synodali more in præfata resideremus, præsentibus nobiscum Presbyteris & diaconibus, nec non & cuncto cetero præfate sedis, ibi-

que Christo Domino cooperante in custodiam reatitudinis sanctæ nostræ ecclesiæ staueremus; ut ad meliorem quidem statum ecclesiasticum in aliquo exerceremus consuetudinem, quæ antiquitus fuerit reconcilianda, ibique inter cetera cum consensu omnium prædicatorum canonicam institueretur.

ANNO  
CHRISTI  
840.

tuere certificavimus, habentes normam firmitatis, eo quod a domino imperatore Augusto per diversa episcopia jam diu ea fieri præceptum est; & quia hic propter obitum antecessoris mei remanens; ideo prompto animo, illis consentientibus, Canonicam reconciliamus in ecclesia Beati Justini, cum ipsa ecclesia S. Salvatoris, cum terris & vineis, cum colonibus & omni pertinentia sua, & in ecclesia S. Agathæ, quod est Synodolica ibi constituta, cum servis & ancillis, cum terris & vineis, quæ sunt in Grenaci, in fonte Sannasia &c. Sic constituimus & tradidimus pro amore, & timore fratrum ecclesiam sancti Joannis, quorum nomina introeuntium alacri animo, & mente humili in caritate confirmati ista sunt: Leo præpositus, Gundefrid, Gafulphus presbyter, pro cuius amore ibi constituimus prædictam plebem S. Joannis cum ipsa pilcatione, & Theopo, Gualdefred, Joannes, Leopardus, Lambertus,

Luitprand, Antefred, Janfred, Murtianus, Giselpertus Decanus & portarius, quem scholæ Cantorum, & Scribarum magistrum ordinavimus. Ad victum vero & vestitum dedimus illi ecclesiam S. Justini, ubi & ipsam canonicam ad honorem S. Thomæ construximus, cum rebus & vineis, villis, casalibus, appendiciis, atque colonicibus suis, cunctaque ibidem pertinentia. Nobis vero referavimus medietatem ex ipsis luminariis ad honorem S. Thomæ Apostoli; & dedimus propter adiutorium bouum paria XX. boves decem, jumenta VII. pecora & porcos C. Hæc quoque firmiter studuimus perficere ad honorem & laudem almi Thomæ, seu ad stabilitatem imperii piissimi imperatoris XXXII. per indictionem tertiam hoc factum est XII. die mensis Maii.



L E G E S E C C L E S I A S T I C A E  
K E N E T H I R E G I S S C O T O R U M ,

Qui floruit anno Christi DCCCXL. moritur DCCCLV.

Kenethi has leges distinxit Boethius in civiles & religiosas: inter civiles autem multas posuit ad ecclesiasticam etiam cognitionem pertinentes, & nostro debitas instituto; sed cum ille nobis indiscretas dederit, nos & tibi indiscretas exhibemus, ut sequuntur.

Ex tom. I.  
Covell. Brit.  
100

I.  
Singulis in regionibus singuli sint jurisperiti, ut ab initio est institutum.

II.  
Horum filii primæva ætate leges discant.

III.  
Legum tabulas, regum magnatumque chartophylacia soli hi servant.

IV.  
Si horum quispiam criminis falsi convictus fuerit, furca vitæ finiat, abjiciaturque intepultus.

V.  
Furti convictum suspendito: homicidii, capite truncato.

VI.  
Mulierem capitalis criminis damnatam, aut ante submergito, aut defodito vivam.

VII.  
Qui Dei nomen, divorumve, regis, aut tribus suæ ducis blasphemia læserit, ei linguam abscindito.

VIII.  
Qui mendacii in proximi perniciem fuerit convictus, ei gladium admitto, ejusque congressum exinde devitato.

IX.  
Capitalium insimulatos, septem spectata fide viri, aut novem, undecim, tredecim, quindecim, aut numero majori, modo is impar fuerit, ex sententia judicanto.

X.  
Latrones, grassatores, depopulatores agrorum, ferro punito.

XI.  
Fugitivos, bardos, otio addictos, scurras, & hujusmodi hominum genus, loris & flagro cadunt.

XII.  
Uxor non luet mariti scelus: viro autem fraudi erit, si eo sciente quid uxor deliquerit.

XIII.  
Concubinam viri eadem cum ea, quicum delinquit, pena torqueto.

XIV.  
Qui virginis rapuerit honorem, nisi injuriæ causidorem vitiatam poposcerit in virum, capitis pena luito.

XV.  
Si quis alterius conjugem non invitam vitaverit, uterque extremo afficiatur supplicio. Si vis mulieri fuerit illata, vir injurius proximo ferro damnabitur, mulier erit innoxia.

XVI.  
Filiam, si parentibus injurius fuerit, lingua, pede, manuve, eodem privatum membro in cruce tollito, abjicitoque insepultum.

XVII.  
Homicida, mutus, aut parenti ingratus, hæres non esto.

XVIII.  
Præfignatores, magos, manes invocantes, malis dæmonibus familiares, aut ab eis petentes auxilia, ad unum concremato.

XIX.  
Semina, nisi nocivis granis munda, terræ ne condito.

XX.  
Qui sua culpa agros satiles nocivis herbis labefactari siverit, cum ob primam culpam bove uno mulcato, ob secundam decem, ob tertiam vero agris ipsius arceto.

XXI.  
Commitionem, amicumve prælio forte cæsum sepelito, hostem finito insepultum.

XXII.  
Aberrans pecus, aut domino, aut furum indagatori (Tocioderach vulgus appellat) aut sacerdoti reddito: quod si triduum penes te retinueris, furti reus esto.

XXIII.  
Qui rem proximi deperditam reperit, præconis voce denuntiet deperditam, alioquin furis deputetur supplicio.

XXIV.  
Qui litigantem secum in judicio percusserit, causæ reus, pulsato homine absoluto, dicatur.

XXV.

## XXV.

Si coeuntibus bobus quavis ista incerto percussore interierit casu, quæ earum fuerit incarnata cædis auctorem iudicanto. Ejus dominus mortuo accepto animali, damnum proximo reparabit.

## XXVI.

Si sus fræsus suos ederit, lapidibus obruito, e jusque carnes ne comedito.

## XXVII.

Suem segetes edentem, aut grunno cultum subruentem agrum, occidito impune.

## XXVIII.

Cetera animantia quæ nobiscum degunt, si tua læserint terræ nascencia, donec eorum dominus damnum reparaverit, te penes servato.

Hæc civilia & popularia: cetera, quæ ad nos devenerunt, religiosa sunt.

## KENETHI LEGES RELIGIOSÆ.

## I.

**A** Ras, templa, divorum statuas, oratoria, sacella, sacerdotes, omnesque sacræ familie viros ex animo venerator.

## II.

Festos & sollempnes dies, jejunia, vigiliæ, & emendatæ ceremonias, quas Christo regi & sacratissimæ ejus militiæ decrevit humana pietas, multo honore observato.

## III.

Lædere Christi sacerdotem dicto factore exitiale sit.

## IV.

Agrum quo quis forte occisus sepultus fuerit, septennium incultum relinquito.

## V.

Sepulcrum onine sacrum habeto, idque crucis signo adornato, quod ne pede aliquando contulces caveto.

## VI.

Defuncti funus habita facultatum ratione curato.

## VII.

Insignis viri, aut qui de publico optime fuerit meritus, celebri, lugubri tamen, pompa funus efferto.

## VIII.

Duos huic adhibito equestres. Alterum vita suæ arma indutum ferentem insigne candido equo. Alterum pulla veste veiatæ facie nigro equo insidentem. Hic posteaquam uter supplicatoriam deductionem funusque antecedens ad templum venerit, retroactæ equo ad altare, dominum morte abstumptum vociferans, populo in eum execrante, unde venit celerius se conferat. Ille ad altare recto pergens gradu deposita arma equumque offerat sacerdoti, demortui insigni admoto monumento, significans eo dominum immortalis vita patriæque æternæ claritatis frui.

Nota editio in Argi.

*Hujusmodi ritum virorum insignum offerendi suænera, parum, ut multis est visum, religiosum. posterior ætas aboluit; sacerdoti, equi armorumque loco quinque sterlingis libris in oblationem tribuitis.*

Hic Kenethus rex instituit, longeque pluribus, quorum partem majorem vetulas aut potius regum sanctiones abrogarunt, populum rite instruum magna felicitate usque ad vitæ exitum re-

**A**xir. Pontificiam sedem dudum Pistorum ab Abberneti oppido, eo ferro & igne deleta, ad templum Reguli transtulit. Exinde huic oppido sancti Andree ædes nomen est factum, colque qui illuc per pluvula inde tempora sacrum gessere magistratum, maximos Scotorum episcopos appellarunt. Nondum enim Scotorum regnum uti nunc in dioceses divitum erat, sed quivis episcoporum, quos ea ætate vitæ sanctimonia cunctis reverendos, fecerat, quocumque fuisset loco, sine discrimine pontificia munera obibat. Hujusmodi Scotorum ecclesie administratio ad Malcolmi terti tempora perseveravit, quando ipse superne admonitus, uti suo referetur loco, sacrum Mulhla-censem instituit magistratum. Ceterum tanta reverentia inter homines, tantaque vitæ innocentia, & erga Deum pietate sacer divi Andree pontificatus ab institutione sui longa episcoporum serie, ad tempus usque quo hæc commentabamur, est continuatus, (lex enim supra triginta antistites & eorum complures inter divos relatos illic sedisse perhibent) ut nusquam gentium veræ religionis cultus morum contentente probitate magis effluerit. Ad Kenethum redeo. Erant termini ejus regni post Pictos deletos Northumbria & Hirta, (ea est ultima Hebridum insularum) Hibernicus hinc Oceanus, & illinc Germanicus. Moritur tandem rex omni vita illustris pituitæ exundantia apud Forteviotum, anno quam supremum inter Scotos iniverat magistratum vicesimo, Christi autem Domini quinquagesimo & quinto supra odigentesimo. Ejus funus celeberrima pompa in Ionam est elatum: ubi Fergusius, Hirtus ac fortissimi quique Scotorum reges conditi quiescunt. Suffectus est in demortui locum Donaldus Kenethi germanus diverfo multum a fratre ingenio.

## OBSERVATIO PHILIPPI LABBE, S. J.

Carolus Calvus Francorum regem pridie Idus Januarii, indictione quarta, anno primo regni sui, adeoque ipsius ferme anni 841. auspiciis pluribusque ante præsum Fontanencium mensibus Bituricæ Aquitanarum metropolim venisse tampridem docuimus ex Coquilho Romeno, & ibique certum est Nivernensis ecclesie privilegia fuisse confirmata. Verum vix mihi persuadere potui hætenus ad Bituricentem illam sortitum regis cum aliquot forte præsulibus occursum pertinere synodum illam Rodulphi Metropolitani cum suffraganeis suis, cujus meminit Remensis archiepiscopus Hincmarus stridim quidem in concilio Suestionensi III. anno 866. celebrato post secundam ab eo portedam episcopis schedulam hæc verbis pag. 124. C. 10. nostri VIII. *Post hæc synodum Bituricensem per manus Hincmari Londunensis episcopi & ipsa synodi Bituricensis provincia per manus Reginaldi Tornacensis episcopi, &c. diffusus vero ac paullo etiam luculentius epistola 13. ad Eglonem Archiepiscop. Senonensem a Sirmondo edita pag. 185. Tomo II. operum Hincmarianorum. *Ostenja est etiam, inquit ille, synodus episcoporum provincia Bituricensis, cui præfuit Rodulfus manus eorum subscripta, in qua ab ipso qui interfuerunt, & ab Alviso, qui unus fuit de iudicibus Ebboni, audierunt, comprobatum fuit eundem Ebbonem regulariter fuisse depositum.* At vero si Salspitanum monachum cap. 47. Patriarchi Bituricensis pag. 67. Tomo II. Novæ nostræ Bibliothecæ MSS. LL. ejusque breviorum Chæntium, ac cuncta susque deque vertentem Claudium Robertum audias, non fuit ad Bituricenses insulas vocatus Rodulfus ante annum Christi 841. Qui ergo præfide synodo potuit ipsi anni 841. primordiis? Quod si jam ab anno 841. pontifex fuerat inauguratus, ut cum alia docent a nobis suo tempore proponenda, tum charta a Justello alioque in auras educta ex tabulario Bellilocensis abbatæ, vix tamen mihi videtur idoneus tot episcopos convocandi locus, cum distans inter Carolum & Pippinum reges eorumque fautores seditionibus ac depredationibus tota quantæ erat exarsederet Aquitania. Quorum porro nostrates Aquitani Remensibus se negotiis Ebbonibus aut depositioni aut restitutioni implicuerint, illud me penitus lætet, nisi forte gratificari voluerint Carolo Lotharii fratri ac Lotharianorum hosti, aut occasione ipsius Vastadi Bituricensis post Rodul-*

lum archiepiscopi ista retrahantur necesse fuerit fortassis trans A  
Ligerini ac qui synodo illi post obitum feliciter mor-  
tem praesente potuit Rudulfus? Satis itaque fuerit lucem  
alundis, si qua post hac exortuta sit, micantiorum expe-  
ctare.

Certiora dicere possumus, cum de conventu episcoporum  
in diocesi Autissiodorensi habito post Fontaneticum sacri-

dium, quod die sabbati 25 Junii anni 841. accidit no-  
stri omnes memorant Historici, cum & de alio apud Aquis-  
granensem palatium anno proximo sequenti celebrato: sed nemo ve-  
rius referre potuit Nichardo, qui praesens interuit, plura  
maque referat a ceteris intacta omnibus nostrata historia  
scriptoribus.

## CONVENTUS EPISCOPORUM IN DIOECESI AUTISSIODORENSI

ANNO  
CHRISTI  
841  
15. N. apud  
Cord. Gallie.

ANNO  
CHRISTI  
841

In ipsis Castris inter vicos Tauriacum ac Fontaneticum positis, in quo de his qui in praelio  
cecidissent adum est ab episcopis partium Ludovici ac Caroli Regum Germaniae  
& Galliae, & triduanum jejunium indictum ac celebratum ab omnibus.

**R**eges, inquit Nithardus Caroli Magni nepos **B** hoc negotio haberi, tam suavor, quam & effe-  
tor debet. At quicumque concussus sibi, aut  
ira, aut odio, aut vana gloria, aut certe quoli-  
bet vitio quidquam in hac expeditione suavit vel  
pessit, esset vere confessus secrete secreti delicti  
& secundum modum culpae judicaretur. Verum-  
tamen in veneratione ac laude tantae declaratio-  
nis justitiae pro remissione delictis mortuorum fra-  
trum suorum (in eo quod imperfecti peccatis in-  
terventibus se noverant, ut in multis volentes  
volentesque delinquebant) uti suo adiutorio ab  
his exuti liberarentur. Intuper autem uti hacten-  
us in justitia adiutor & protector illis Deus ex-  
stitit, ita & deinceps ubique existeret. Proque his  
omnibus triduanum jejunium injunctum, immo-  
que ac libenter ac celebre celebratum est. *Hac*  
sit ac per hoc communis omnis Dei minister in  
iis.

## CONCILIIUM AQUISGRANENSE, QUO VISUM OMNIBUS SUPERATUM

ANNO  
CHRISTI  
841

ANNO  
CHRISTI  
841

Fuisse ob suam nequitiam Lotharium, victoriamque fratribus eo melioribus concessam a Deo  
videntur sive, ut alii referunt, regnum Franciae a Lothario ad Ludovicum & Carolum fratres  
est translatum anno Domini DCCCXLII. tempore Gregorii Papae IV. & Lotharii  
imperatoris, Ludovici, & Caroli fratrum anno tertio indictione V

**LOTHARIUS** imperator fratrum suorum regna  
affectans, ut solus monarchicum teneret imperium,  
causa bello eorum aggressus est: nisi contra missis ad  
eum crebrioribus legationibus pacem quidem expetere  
vult, sed non impetravit ante quam semel atque s-  
terum eum in fugam adiecit. Confluens igitur  
episcoporum conventum Aquisgranensem congregatum quid  
de regno a fratre derelicto sibi agendum videretur,  
acceperunt responsum, quod his verbis describit Ni-  
thardus ipso libri quarti exordio.

Utque, ( sic quippe legendum videtur ) Lodhu-  
vicus & Carolus Lotharium a regno suo abiisse  
certis indiciis cognovisse, Aquis palatium, quod  
tunc sedes prima Franciae erat, petentes, sequenti  
vero die quid consultius de populo ac regno a fra-  
tre relicto agendum videretur, deliberaturi. Et  
primam quidem visum est, ut rem ad episcopos  
sacerdotesque, quorum aderat pars maxima, con-  
ferrent: ut illorum consilio, veluti numine divi-  
no, harum rerum exordium atque auctoritas pro-  
deretur. Et hoc illis, quoniam merito ratum vi-  
debatur, commissum est. Quibus ab initio gesta  
Lotharii considerantibus, quomodo patrem suum  
regno pepulerit, quoties populum Christianum  
perjurium sua cupiditas effecerit: quoties idem ipse  
hoc, quod patri fratribusque juraverat, frustra-  
rit: quoties post patris obitum fratres suos exhae-  
reditare atque delere tentasset: quanta homicidia,  
adulteria, incendia, omnigenaque facinora uni-  
Concil. Generat. Tom. XIV.

versalis ecclesia, sua nefandissima cupiditate per-  
pessa sit. Intuper autem neque scientiam guber-  
nandi rempublicam illum habere, nec quoddam  
vestigium bonae voluntatis in sua gubernatione  
quemlibet invenire posse, ferebant. Quibus ex  
causis non immerito, sed iusto Dei omnipoten-  
tis iudicio, primum a praelio, & secundo a pro-  
prio regno fugam illum inisse aiebant. Ergo om-  
nibus unanimiter visum est, atque consentiunt,  
quod ob suam nequitiam vindicta Dei illum eje-  
cerit, regnumque fratribus suis melioribus se ju-  
ste ad regendum tradiderit. Verumtamen haud-  
quaquam illis hanc licentiam dederit, donec pa-  
lam illos perconrati sunt, utrum illud per vesti-  
gia fratris ejeti, an secundum Dei voluntatem  
regere voluissent Respondentibus autem in quan-  
tum nosse ac posse Deus illis concederet, secun-  
dum suam voluntatem se & suos gubernare &  
regere velle, ajunt: & auctoritate divina ut illud  
suscipiant, & secundum Dei voluntatem illud re-  
gatis, monemus, hortamur, atque praecipimus.  
Hinc autem uterque illorum duodecim e suis ad  
hoc opus elegit, quorum unus extri; & sicut il-  
lis congruum, ut inter illos hoc regnum dividere-  
tur, visum est, contenti sunt. In qua divisione  
non tantum fertilitas aut aequa portio regni, quan-  
tum affinitas & congruentia eujusque aptata est  
Eventique Lodhuvico omnis Frisia, &c.

ANNO  
CHRISTI  
842.

## CONCILIIUM CONSTANTINOPOLITANUM

ANNO  
CHRISTI  
842.

## QUO, HÆRESI ICONOCLASTARUM

Damnata, cultus imaginum Constantinopoli est restitutus, eisque Joanne patriarcha hæretico, Methodius orthodoxæ fidei defensor subrogatus fuit, anno Domini DCCCXLII. tempore Gregorii papæ.

Theophanes presbyter in oratione, quam in sanctum Nicephorum patriarcham dixit, aperte fatetur, post obitum Theophili imperatoris, anno 842. collectam esse Constantinopoli hanc synodum, qua patres concilii Iconoclastarum hæresim condemnarunt, cultumque imaginum restituerunt, atque Joanne patriarcha amoto, Methodium Constantinopolitanæ ecclesiæ episcopum constituerunt. Atque concilii ille prolixius recenset his verbis:

Postquam defuncto Theophilio imperium ad ejus uxorem Theodoram & filium eorum Michaelem admodum adolescentem delatum est, in pietatis studium curamque maxime incubuit femina, vere Dei munere ( ut nomen ejus indicat ) data, ex omnibus præclaris & magnis factoribus, quibus principes probari solent, nihil præstantius existimans, quo tutius sibi imperium confirmaret, aut virilem in femina persona fortitudinem exerceret, quam si pietatis & religionis cultu Deum sibi propitium redderet. Id autem nihil pacto facilius aut commodius posse contingere, quam si perturbationem in ecclesiâ jam diu existens sedaret, & partem in illa morbo laborantem reduceret ad sanitatem; & qui inter se animi essent alienati, conciliarentur, atque idem omnino sentirent. Sic igitur fore, ut cum una esset omnium sententia, atque idem sensus, vera sinceraque fides apostolorum, patrumque instituta tanquam solidis fundamentis insisterent, firma atque immobilis conservaretur, & sibi deinceps imperii gubernatio facilis & tolerabilis permaneret.

Hæc igitur cum illa vere animo excellens & mente fortis regina ingenio suo excogitasset, & providentia considerasset, se cum illis qui erant in magistratu & dignitate constituti communicata, accersit cum ipsis eos qui inter monachos præstabant & de imaginum usu ut tunc quaestio proponit. Cumque idem omnes consentientes comperissent, disturnoque ejus rei desiderio teneret, atque animo exsternari, propter religionis in ea re mutationem, postulavit, ut se etiam patrum auctoritatibus ad veritatem confirmarent, quas etiam in libris invenissent. Mandavitque quo in loco palatii præfinito cæteris ecclesiasticis uni-

versus cogeretur, & ad populum ea de re quam aperitissime verba faceret. Tanta autem multitudo conflavit, ut numero comprehendi non posset. Confluxerunt enim non solum illi, qui mentem sanam impietatis temporibus conservarant, verum etiam quamplures ex iis, qui cum pietatis bastibus consenserant, quique sacerdotibus & ecclesiis regendis ab ipsis electi fuerant: & vestigioque, mutata sententia, eos qui sanctas imagines oppugnabant, anathematis subiecerunt.

Quis quidem ceteri & insperata rerum mutatione, Joannes, qui tunc impie munus pontificum administrabat, stupore & mentis caligine captus, parum affuit quin ipse sibi manus inferret, mortemque conficeret. Hic enim sceleris caput & summa fuerat: qui cum impie sentiret, & apud imperatores auctoritate possit antea plurimum, eos, mendacis & dolis impudenter inconsiderateque confectis, in impietatis barbarum impellebat. Eo igitur propter flagitia, quæ in Deum admiseras, uno omnium consensu, & cunctis tum magnorum imperatorum, tum universi cæteris ecclesiasticis suffragiis a sacra sede cum ignominia ejecto, Methodius vir & vita & doctrina valde probatus, qui pro veritate & religione multa certamina & longum exilium pertulerat, atque inde plagis & carcere diu cruciatus redierat, omnibus in dignitate constitutis approbantibus, electus est, qui sacram regina urbium civitatis sedem obtineret.

Tunc Nicææ secundam divinitus electum sanctum œcumenicum concilium, quod Irene imperatricis verum ab ipsa pace nomen habentis, & Tarasis maximi beatissimi que patriarcha studio celebratum est, merito firmam obtinuit auctoritatem ac robur, cum omnes, quæ, Deo aspirante, in ipso decreta fuerant, comprobarent. Tunc omnes ecclesiæ suam ubique deus receperunt, & venerabilium imaginum splendore juvantur illustrata: ejusque illis qui eas nefarie infestabantur, sacerdotibus in eis ac duces recti dogmatis sunt constituti.

Ita plane dissipata est hæresis Iconoclastarum, quæ centum viginti annis e portis inferni magno fastu auctore imperatore potens ac furens in ecclesiæ damnum erupit.

## SYNODUS CONSTANTINOPOLITANA IN CANICLEO.

## EX LIBELLO SYNODICO.

Cum igitur Theophilus vitam blasphemæ finisset, Michael filius ejus una cum matre Theodora imperium suscepit. Qui zelo Dei inflammatus eos qui in exiliis erant, sanctos Patres revocavit: & synodo divina ac sacra locali in Canicleo convocata, Joannem quidem impurissimum throno deiecerunt, sanctum vero Methodium, Constantinopolitanum patriarcham constituerunt: sanctasque septem œcumenicas synodos approbant. Sacras imagines ad eam venerationem, quæ eis olim debebatur, reduxerunt.

ΘΕΟΦΙΛΟΥ τὸν καὶ τὸν Κλασφῆμος τὴν λήσαντος, Μιχαὴλ ὁ υἱὸς αὐτῶν συν τῇ οἰκείᾳ μητρὶ Θεοδώρα, τὴ βασιλείαν παρέλαβον. Οἱ ζῆλω θεῶν πρῶτοι, τὰς ἐν ἑσπέρῃς ὑπάρχοντας Δοσίως πατέρας ἀνεκαλίσαντο. Ἐ συνόδον θεϊάν ἐ ἱεράν πατικίᾳ ἐν τοῖς Κανικλείῃς ποιήσαντες, Ἰωάννην μὲν τὸν μισαρὸν τῷ θρόνῳ ἐξήλασαν. Μεθόδιον δὲ τὸν ἐν ἀγίοις, Κωνσταντινουπόλεως πατριάρχην ἀποκατέστησαν. καὶ τὰς ἀγίας οἰκουμενικὰς ἑπτα συνόδους ἀποδιέξάμενοι, τὰς ἀγίας εἰκόνας ἐπὶ τῷ ἀρχιδὸν ὀφειλομένον σέβας αὐταῖς, καλῶς ἀνεπέλωσαν.



ANNO  
CHRISTI  
842  
Ex Labbei  
Append. tom.  
VII.

## CONCILIUM BITURICENSE,

ANNO  
CHRISTI  
842

In quo Ebbonis archiepiscopi Remensis depositio approbata fuit. Anno Domini circiter DCCCXLII.

**H**ujus synodi notitiam, ait Petrus De la Londe, A debemus Hincmaro, qui tam in Snesionensi III. quam in epist. XXIII. ad Egilonem archiepiscopum Senonensem scripta, ut depositionem Ebbonis Remensis probaret, legitimam fuisse asserit, his verbis: Synodum provincie Bituricensis per manus Raginelmi Tornacensis episcopi ostensam fuisse, cui presedit Rodulfus, manibus eorum subscriptam, in qua ab ipsis qui interfuerunt, & ab Ajulso, qui unus fuit de iudicibus Ebbonis, audierunt, comprobatum

fuit eundem Ebbonem regulariter fuisse depositum. Quod autem anno DCCCXLI. banc synodum assignat idem, & certam esse contendit epocbam, ex eo quod Carolus Calvus in ea civitate pridie Idus Januarii, Indiſt. IV. anno I. regni sui, privilegia ecclesie Novernenſis confirmaverit: non eque ipsi assentior, si vera & certa monumenta sunt, ex quibus in patriarchio Bituricensi asseritur, Rodulfum qui huic concilio presuit, sedere cepisse anno DCCCXLII.

## MEDIOLANENSE CONCILIUM,

In quo immunitas Monasterii SS. Faustini & Jovite, Brixia fundati, confirmatur,

Anno 842 habitum

Ex Suppl.  
Manu. co. 1.  
Pag. 900.

**R**ampertus Brixia in Italia episcopus monasterium SS. Faustini & Jovite dicatum construxerat, monachisque Gallis ab Angilberto Mediolanensi episc. missis incolendum dederat. Ita vero ad monachorum quietem, & solatium liberos illos ab omni invasione esse iussit, ut nullus episcopus juris sibi aliquod in electione abbatis, & rerum administratione usurparet. Quod ut ratum firmumque maneret, tabulas illas suas, ea de re scriptas, concilio Metropolitani sui Mediolanensis episcopi confirmandas obtulit. Ipsum concessionis instrumentum hic damus ex novis additionibus ad Ugbeſium Ital. Sac. tom. IV. col. 533. Decretum pariter synodice Angeberti Mediolanensis archiepiscopi ex Muratorio Antiq. Ital. to. V. col. 985. adjungimus.

### DIPLOMA RAMPERTI

Brixienſis Episcopi pro monasterii cuiusdam erectione.

**I**n nomine Patris & Filii, & Spiritus Sancti amen. Rampertus indignus Beati Brixienſis ecclesie antistes. Notum per hanc institutionem esse volumus cunctis pie matris ecclesie filiis, quod cum nostra parvitas statum plebium, ac xenodochiorum canonicè disponere vellet, repererit loca, quæ quondam monasteria & xenodochia fuerant ordinata, miserabiliter destituta, qua de re sollicitus mecum volvere cœperim, qua ordinatione non solum districti Judicis animadversionem aliquo modo evadere, sed etiam pia ædificantium sancta intentione servata, pro multarum salvatione animarum, nobis aliorum daretur remissio peccatorum. Hoc & forte suffragantibus Sanctorum precibus exitum perspexerit, ut in loco ubi sanctorum Faustini & Jovite martyrum corpora quiescunt, monachorum ædificaretur cœnobium. Et cum super hujus negotii deliberatione admodum hæsitarem, clara sanctissimi nostri archiepiscopi, aliorumque episcoporum, & cunctorum potissimum Deum timentium assertionem, hæc pro multis deliberationibus confirmata Deo revelante fuerit rebus. Primum, ut intentio Deo res suas dicantium cum augmentatione maneret, quam pervertere malum est. Deinde ut in venerabilium domo martyrum jugiter, ac sapienter celebraretur officium, quod non tam nostra, quam antecessorum nostrorum desideria, adeo tunc solvebatur inchoate ut hoc uno nobis in-

Council. General. Tom. XIV.

staret periculum. Postmodum, ut proprios haberemus intercessores, vel etiam quorum vita & exemplo non solum laicorum, verum etiam clericorum vita ac devotio instrui posset. Novissime, vero, ut nulla nostris esset difficultas sæculo abrenunciare volentibus, quoniam hæc ratio tepidis adhuc mentibus tarditatem nonnunquam ad Deum generat convertendi. Denique cum nostrorum fidelium, & maxime Sacerdotum ad hoc multorum saluti profuturum provocarem opus, petere a sanctissimo viro Domino Angelberto archiepiscopo fratres curavimus, quibus hujus officii curam nostra committere posset sagacitas. Ipse vero ut vir doctissimus multorum assatim illustrationem desiderans, & non sua, sed quæ sunt Jesu Christi pro omnia querens, concessit nobis fratres ex Franciæ partibus advenientes, quosque ob illuminationem suæ ecclesie insolubili sibi sociaverat vinculo, Leutgarium videlicet abbatem, & Hildemarum monachum; quatenus ita nobis præstarent adjutorium quemadmodum illi nunc præstant, & semper præstabunt, quorum vita, atque doctrina plurimi hoc in regno illustrati esse noscuntur. Prædictis itaque viris hujus operis curam cum nostrorum Sacerdotum etiam sensu commissimus, ea utique ratione, ut pro sui defensione ipsa congregatio, quo quiete, atque tranquille suum Deo persolvere valeant votum, libram argenti episcopo citius persolvant ecclesie in beatissimorum Faustini, atque Jovite martyrum festivitate, habeantque nihilominus ex se ipsis secundum suam normam professionis licentiam abbatem semper creandi. Decrevimus etiam ut si aliquis successorum nostrorum, quod minime credimus, aliquid ab ipsa congregatione, supra quam definitum est, exigere quolibet modo voluerit, vel quamlibet inquietudinem facere ipse tentaverit, quidquid ab hac die ipsi loco, sanctæque congregationi datum fuerit, vel quæque acquirere quolibet modo vel arte poterit, in eorum perpetuo maneat jure, quatenus his libere utendo, & quem voluerint defensorem habendo, quiete atque tranquille votum Deo susceptum persolvant. Nam sicut propter inquietudinem hinc eos exire cum suis omnibus permittimus; ita si ubique inquietudine, & oppressionem fuerint, nisi propter obedientiam usquam ipsos ire non sinimus. Obtestor quapropter unumquemque successorum nostrorum coram Deo, &

D d d 2

Chri.

ANNO  
CHRISTI  
842

Christo Jesu, ut nullam ipsis inquietudinem fra-  
tribus ingerat. Quod si aliquid de his, quæ ipsi  
congregationi per hoc præceptum data sunt, quis  
diabolica fraude deceptus vel avaritiæ peste cor-  
ruptus subtraxerit, vel aliquam perturbationem  
intulerit; maxime cum de his unde episcopus  
vivere consuevit nihil datum sit ipsis præter duas  
vineas, quæ ipsorum prato adjacent, propter  
quas alias plantare præcepimus; sciat se pro cer-  
to cum his sanctis martyribus & cum his qui  
res suas Deo dicarunt, in districto Dei judi-  
cio causas habiturum præterque perpetuus luit-  
utum; & merito, quia sanctam sanctorum de-  
votionem distatque ecclesiæ pervertere minime ti-  
muit. Hæc igitur sunt, quæ ipsorum fratrum  
utilitati concessimus, idest curam ipsius eccle-  
siæ & ædificia, & hortum, & pratum, & om-  
nia quæ circumdata sunt muro, & duas supra-  
dictas vineas, idest campum Molesii, & tabernula  
cum torcularia, & sablonaria cum massariis, &  
familia, & omnia sicut vassallus noster Luithfredus  
ulque nunc in beneficio habuit; & monasteri-  
olum sancti Martini, quod est in vico, qui dicitur  
Turbias, cum omnibus quæ ad ipsum perti-  
nent, & casam S. Viti cum omnibus quæ ad eum  
pertinent; & monasteriolum S. Michaelis, quod  
situm est in locum qui vocatur Callisius, cum  
xenodochio S. Nazarii, & omnibus quæ ad eum  
pertinent, xenodochium etiam quod est in loco qui  
dicitur Campedellus cum omnibus quæ ad ipsum  
pertinent; & casam S. Eusebii, quæ est in monte  
Boenne cum omnibus quæ ad ipsam pertinent.  
Propter oleum vero, ad luminaria ecclesiæ & fra-  
trum necessitatem dedimus quidquid de Vualperto  
venit de cuniculo, & quidquid de Joanne venit  
de Autemo. Dedimus illis sylvam, quæ dicitur  
ad montem, cum illis hominibus qui ibi habi-  
tant. Concessimus etiam illis sortem in monte  
piano unam, locus qui nuncupatur Villasca, &  
alteram in monte digno ad vineas faciendas & li-  
gnaria componenda, & secundum suam necessita-  
tem, & ut accipiatur de ipso monte abique con-  
tradictione. Et concedimus eis in suburbano vi-  
co Episcoporum unum quod deerat Massarium Gi-  
sullum nomine, & omnia quæ per ipsum regun-  
tur, quod Luithfredus antea non habuit. Volumus  
etiam, ut in regularia S. Faustini, quæ est in lo-  
co qui dicitur Preones, habeant licentiam terram  
cavandi regularique coquendi, ad ecclesiam sancto-  
rum martyrum cooperiendam, & monasterium  
continendum. Concedimus eis casam altam cum  
omnibus, quæ ad eam pertinent, quæ Vvichelen-  
da, & Lea filiz Vviconis habent nunc post mor-  
tem ipsarum. Hæc vero sunt nomina famulorum,  
quos illis concessimus de ministerio, Vitalis, Au-  
debertus, Ursebertus, Bonipertus, Lunembertus,  
Leopertus, Gislultus, de ministerio Sicheradi Vi-  
cedomini, Leopertus, Benedictus, Rachipertus,  
Ivitulus, Theodepertus, Nigrus, de Medulas,  
Lupus, Martinus; Item Lupus, item Martinus  
de Jaliano, Leopardus, Mañiolus, Ursebertus,  
Albutius, Malcharellus. Item de Regiade, Ama-

atus, Gislultus, Dominicus, Leo, Ursus, Roper-  
tus. De Luciago Leopertus, Cagocius, Gislimer-  
tus, Anso, Andelpertus, VValpertus. Clerici ve-  
ro Grafelpertus, & Ursebertus, & Fredebertus,  
& Andebertus. Ut igitur hæc institutio firmior  
haberetur, archiepiscopo nostro hanc obtuli, qua-  
tenus suo ipsam confirmaret præcepto cum Epis-  
coporum ac suorum sacerdotum subscriptione,  
quamque Odelbertum ecclesiæ nostræ notarium  
scribere iussimus, & propria manu subscripsimus.  
† Ad unum anno Dominicæ Incarnationis DCCCXLI.  
Anno etiam imperii christianissimi Hlotharii im-  
peratoris vigesimo secundo, Indictione quarta die  
pridie Kalendarum mensis Junii.

Ego Rampertus, indignus episcopus, hanc in-  
stitutionem a me factam propria manu sub.

Ullongus diaconus, iussus a domno Ramperto  
episcopo, manu mea sub.

Perfus archipresbyter, ex iussione domni Ram-  
perti episcopi, manu mea sub.

Andoni presbyter, ex iussione domni Ramper-  
ti episcopi, manu mea sub.

Ego Constabilis presbyter, ex iussione domni  
Ramperti episcopi, manu mea sub.

Gisembertus Diaconus, ex iussione domni Ram-  
perti episcopi, manu mea sub.

Lupus presbyter, ex iussione domni Ramperti  
episcopi, manu mea sub.

Agimundus presbyter, ex iussione domni Ram-  
perti episcopi, manu mea sub.

Simpertus presbyter, ex iussione domni Ram-  
perti episcopi, manu mea sub.

Deuldedit presbyter, ex iussione domni Ram-  
perti episcopi, manu mea sub.

Ego Theodorus presbyter, ex iussione domni  
Ramperti episcopi, manu mea sub.

Pelprandus presbyter, ex iussione domni Ram-  
perti episcopi, manu mea sub.

Lampertus presbyter, ex iussione domni Ram-  
perti episcopi, manu mea sub.

Ropertus presbyter, ex iussione domni Ram-  
perti episcopi, manu mea sub.

Vitalis peccator & inutilis diaconus, iussus a  
domno Ramperto episcopo, sub.

Ego Garipertus presbyter, ex iussione domni  
Ramperti episcopi, manu mea sub.

Agipertus diaconus, ex iussione domni Ram-  
perti episcopi, manu mea sub.

Lovimpertus ultimus presbyter, ex iussione præ-  
dicta, manu mea sub.

Adelraldus diaconus, ex iussione domni Ram-  
perti episcopi, manu mea sub.

Bonipertus minimus omnium diaconus ex præ-  
dicta iussione, manu mea sub.

Bonipertus presbyter, ex iussione domni Ram-  
perti episcopi, manu mea sub.

Ermenpertus subdiaconus, ex iussione domni  
Ramperti episcopi, manu mea sub.

Adrepertus subdiaconus, ex iussione domni Ram-  
perti episcopi, manu mea sub.

Lampertus minimus subdiaconus, ex prædicta  
iussione, manu mea sub.

## DECRETUM SYNODALE

*Angeberti archiepiscopi Mediolanensis & comprovincialium episcoporum, per quod confirmant immunitatem  
monasterii Brexiani Sanctorum Faustini & Jovite a Ramperto episcopo edificati.*

*Angebertus Lamiis beata Mediolanensis ecclesiæ  
antistes.*

**N**otum esse cupimus cunctis Christi Dei no-  
stri cultoribus, quod confiteri atque coepi-  
opus noster Rampertus, cum suorum sacerdo-

tum, aliorumque fidelium consensu, in loco ubi  
sanctorum Faustini, & Jovite martyrum corpora  
quiescunt, monachorum ædificavit cœnobium. Su-  
per cujus perpetuo statu institutionem facere, ip-  
samque nobis, ut nostro roboraretur præcepto,  
curavit offerre. Et quia officii nostri est non ex-  
tin-

ANNO  
CHRISTI  
843.

tinguere bonorum, sed magis magisque accende-  
re studia, alacri devotione institutionem, quam  
jam prædictus Deo gratus episcopus, nobis vero  
carissimus, ideo edidit, ut salva maneret intentio  
res suas Deo dicantium, & in ecclesia nobili om-  
nibus canonicis horis divinum persolveretur offi-  
cium, & ut nullam quis pateretur tarditatem ad  
Dominum convertendi, firmare, ac roborare hoc  
nostræ auctoritatis præcepto curavimus. Eo viden-  
licet modo, ut nil amplius ab ipsa congregatione  
quam libra requiratur argenti. Liceatque et abs-  
que superimpositione susceptum Deo persolvere  
votum: habeantque nihilominus licentiam de se-  
ipsis semper abbatem creandi. Eo si unquam ali-  
qua inquietudo eis illata fuerit, quicquid ab hac  
die ipsis datum fuerit, vel acquirere quolibet mo-  
do vel arte potuerint, in ipsorum sit potestate,  
quatenus his libere utendo, & quem voluerint  
defensorem habendo, quietius Deo valeant mili-  
tare. Ut igitur institutio sancti coepiscopi nostri  
prædicti Ramberti, a nullo successorum ejus possit  
aliquo modo corrumpi, sed firma, & inconcussa,

atque inviolata permaneat, per hoc nostræ aucto-  
ritatis præceptum eam firmare curavimus, canoni-  
ce proclamantes, ut si quis eam violare tempta-  
verit, anathema sit.

Quod etiam Andream ecclesie nostræ notarium  
scribere iussimus, propriaque manu subscripsimus.  
Anno Dominicæ Incarnationis DCCCXLII. An-  
no etiam imperii Christianissimi Lotharii impe-  
ratoris vicesimo tertio, Indictione quinta.

Angelbertus indignus episcopus confirmans sub-  
scripsit.

Ego Aldigisus Episcopus constantiensis, & subscripsi.

Gratia Dei Hagamo episcopus huic sacre ty-  
nodali pragmaticæ manu mea subscripsi

Pancoardus episcopus subscripsi.

Ermenfredus episcopus sub.

VValfericus episcopus sub.

Ercanbertus episcopus sub.

Verendarius Curienfis ecclesie episcopus sub-  
scripsi.

ANNO  
CHRISTI  
843.EX MANU  
S. MARCI  
LIBR. 4. Be-  
ned. par. 1.  
P. 142.

## CONCILIUM GERMANICIENSE,

ANNO  
CHRISTI  
843.

IN QUO MONASTICA DISCIPLINA REFORMATUR,

Et Privilegium pro Corbionensi Monasterio editur.

Anno Christi 843. Germaniaci ( vulgo Germigny ) in pago Aurelianensi convenit episcoporum Synodus, qui  
cum de argentibus Ecclesia ac regni negotiis tractaturi essent, id in primis curarunt, ut assistente  
Religioni Monastica opem ferrent, ut testantur eorum Litteræ in hac verba.

Anno Incarnationis Domini octingentesimo qua-  
dragesimo tertio, Indictione septima, regnan-  
te per provincias Galliarum piissimo ac mitissimo Re-  
ge Karolo, filio quondam Ludovici Augusti, pa-  
ce jam & divisione Regni cum fratribus suis, Lo-  
thario videlicet Imperatore, & Ludovico Regibus,  
miserante Domino, celebrata, factus erat con-  
ventus populorum, qui sub ejus regno erant, per  
regiam evocationem in territorio Aurelianensi in  
loco, qui Germaniacus dicitur: ubi etiam nos,  
qui superna largiente Clementia, etsi indigni E-  
piscopi dicimur, convenimus, ut scilicet per sa-  
crorum Antistitum maxime Concilium, qui de  
diversis Regni ejus partibus aderant, ea quæ in  
quibuslibet ordinibus Ecclesie minus utiliter con-  
stare videbantur, ob incuriam negligentium, aut  
propter Civis Belli transacti violentiam, juvante  
Christo, in melius reformare satageret: & illa qua  
hactenus bene constituerant, regali providentia ho-  
norificentius amplecteretur, & firmiter roborari stu-  
deret. Dum ergo talibus invigilat præfati Regis  
præfata nobilitas, & sancta genitoris sui studi ad-  
diligit, pietatis quoque illius opera perseverare de-  
siderat; iussimus communi tractatu perquirere,  
qualiter omnis Ordo ecclesiasticus congrue, & de-  
center administraretur. Hoc igitur dum perficere  
optaremus, inter cetera visum est nobis ad ejus  
ordinis recuperationem atque sublimationem, quia  
apostolicæ perfectioni melius congruet, hoc est  
Monachorum, qui relictis omnibus Christum se-  
quuntur, sacratissimi gregis curam specialius in-  
flectere. Congruerat enim, ut quos propter cu-  
ram gregis dominici subimet commisitam de spiri-  
tualibus damnis fidelium necesse est contristari,  
de præfati etiam Ordinis correptione, atque exal-  
tatione iustificari cuperemus. In pluribus enim lo-  
cis regni ejus prædicti Ordinis fervor tepuerat,  
violentia quoque temporum in eodem in cunctis  
Ordinibus plurimum vires infregerat, Quia bo-

na, quæ a quietis cum labore providentur, &  
conservantur, per inquietudinis assiduum impedi-  
mentum solent minui, vel penitus aboleri. Ita-  
que placuit nobis de Deo propter curæ pastoralis  
obsequium impendere, ut eos, quos in monasti-  
cæ sanctitatis vigore bene perdurantes agnovera-  
mus, amplius diligamus atque in cunctis necessi-  
tatis eis libenter opem terre procuremus: ut  
per illorum exaltationem, sancta eorum exempla  
magis clarescerent, ac dilatarentur. Unde sugges-  
simus jam dicto religiosissimo Principi, ut Mona-  
sterio cuidam sito in pago Dorcastro, in loco,  
qui Corbion dicitur, ubi corpus beatissimi con-  
fessoris Lanomari cum debita veneratione quie-  
scit humatum, ubi etiam venerabilis Abbas He-  
rricus præsidet, privilegium quoddam de rebus  
necessariis concedere dignaretur secundum rega-  
lem magnificentiam, atque nobis aduentum præ-  
beret, ut nostra singuli subscriptione roborare-  
mus, non aliquid novum agentes, sed quod ab  
antiquis, & sanctis Patribus factum agnoveramus,  
iterantes. Ipsum autem Cœnobium tempore Theo-  
derici Regis constructum fuerat; sed per malo-  
rum hominum tergiversationem, & monasticus  
Ordo, qui antiquitus ibi fuerat, jam ex omni  
parte defecerat, & ædificiis Ordini memorato con-  
gruentibus ita locus ipse carebat, ut totum Mo-  
nasterium a fundamentis rursus construere necesse  
fuisse. Iterum ergo funditus illud construxerunt  
venerabiles viri evocati a domino Hlodovico Im-  
peratore ex Cœnobio sancti Maximi, quod est in  
pago Aurelianensi super fluvium Ligeris. Idem ve-  
ro Augustus prædictum Abbatem cum sua Con-  
gregatione fidelissimum sibi attendens in variis re-  
rum motibus, prout ejus Ordini competebar,  
sciens apud ipsos in Cœnobio sancti Lanomari  
venerabiliter vigere monastici Ordinis normam,  
prædictum Cœnobium dilexerat plurimum, gau-  
dens ad salutem suam proficere, quod eundem  
so-

locum Cœnobitarum Congregationi aptissimum fuerat, & possessionibus necessariis ampliaverat, & a cunctis regalibus servitiis, & publicis vestigialibus immunitatem fecerat, & licentiam eis quemdam eligendi, & habendi semper ex se ipsis Abbatem concesserat. Itaque Deo amabilis supradictus Princeps Carolus nobis adfensum præbuit, ut huiusmodi privilegium propria singuli subscriptione roborarem, quatenus ea, quæ beatæ recordationis genitor tuus ei concesserat, & imperiali signaculo roboraverat, quæque ipse Patris sui vestigia subsequens in paterni regni divisione potestatem adeptus prærogaverat, ac regali sigillo signaverat, in perpetuum conservata permaneant: adjungens etiam ut specialius Dei suoque fideles præsentis pariterque futuri obtestaremur, ut possessiones, quas iuste nunc possident, aut in futurum ex donatione Christi fidelium perceperint, ad solum Dei servitium teneant, & Abbatem jugiter ex se ipsis habeant secundum Regulam sancti Benedicti: id est, ut talis, si fieri potest, ex iis qui adsunt inter illos, ab omnibus concorditer eligatur, qui sit idoneus ad illud officium peragendum. In ipsa vero electione, si diversa sentierint, ejus partis sententia, quamvis minoris, eligatur, quæ saniori consilio meliora providerit, & cetera fiant, ut inibi continetur. Igitur nos, licet indigni, tamen sacratum, atque venerandum Pontificatus gerentes officium, ea, quæ Imperator piissimus Hludovicus atque Filius ejus præcellentissimus Rex Carolus supramemorato sancti Launomari Cœnobio C impulsu amore divino pie, atque rationabiliter contulerunt ad suam suorumque salutem, in venturis generationibus stabilia semper atque inconcussa perseverare, voluntatem Dei considerantes, de nomine, & propria singuli subscriptione roboramus. Si quis ergo, (quod absit,) hujus privilegii destrudor, aut in ejus destructionem fraudulentus machinator in posterum emerferit, salutem propriam negligens aliorumque salutem persequens, secundum potestatem ligandi atque solvendi nobis per voluntatem Christi traditam, æternum cum vinculo perpetuæ damnationis extra Beatorum requiem alligamus cum omnibus, qui in hac nequitia eis contentiunt, nisi hoc correxerint: qui quod ad salutem multarum animarum provisum est, impie non timent infringere. Placuit etiam domino Regi, rectumque nobis videtur, atque obsecramus Coepiscopos nostros, qui modo præsentibus adesse non possunt; sed & religiosos Abbates, dum nostræ Constitutionis paginam legerint, unanimitatem in eam voluntatem ac subscriptionis sententiam.

V Venilo Archiepiscopus Senonensis huic privilegio subscripsi.

Heribaldus episcopus Autisiodori huic privilegio subscripsi.

Noto Arelatensis Episcopus huic privilegio subscripsi.

Hincmarus sanctæ metropolis Ecclesiæ Remorum Episcopus huic privilegio subscripsi.

Rodolfus Archiepiscopus Bituricensis huic privilegio subscripsi.

Urfmarus sacre Turonum Ecclesiæ Archiepiscopus subscripsi.

Signum Bathæum Ragnsburg episcopi.

Gumeldus sanctæ metropolis ecclesiæ Rothomagensis huic privilegio subscripsi.

Tubaldus episcopus Lingonensis huic privilegio subscripsi.

\* I. Gum-  
baldus.

\* Treubaldus.

Jattzus gratia Dei Augustodunensis episcopus huic privilegio subscripsi.

Ego Hildebrandus Belvacensis ecclesiæ episcopus subscripsi.

Ebroinus præveniente Dei gratia Pidavientis episcopus subscripsi.

Saxobonus Sagientis episcopus subscripsi.

Raginarius Ambianensis episcopus subscripsi.

Herimaulus ecclesiæ Nivernensis episcopus huic privilegio subscripsi.

VVnarius episcopus Redonensis subscripsi.

Symeon indignus episcopus huic privilegio subscripsi.

Hucbertus indignus Meldorum episcopus huic privilegio subscripsi.

Audacar ecclesiæ Lemovicensis episcopus subscripsi.

Amarius episcopus subscripsi.

Lupus Catalaunensis episcopus subscripsi.

Immo Tornacensis, Viromandensis, atque Noviomagensis ecclesiæ episcopus adfensum præbuit.

Avinus Aurelianensis ecclesiæ vocatus episcopus adfensum præbuit.

Frecultus Lexovientis episcopus subscripsi.

Ego Theodericus episcopus Cameracensis subscripsi.

Adalbertus Trecacis episcopus subscripsi.

Erluinus Constantiensis episcopus subscripsi.

Hodemaurius Hosticensis episcopus firmavi.

Agilmarius Viennensis vocatus episcopus subscripsi.

Hugo Abbas Dei Jesu Christi servus subscripsi.

Adalardus Abbas Turonensis subscripsi.

Ratbaudo humilis Abbas subscripsi.

Helias Carnotensis ecclesiæ indignus episcopus subscripsi.

Aldricus Vesontionensis vocatus Archiepiscopus huic privilegio subscripsi.

Ludovicus Abbas subscripsi.

Erchenradus Parisiorum episcopus huic privilegio subscripsi.

Fulco Abbas subscripsi.

Bernardus Abbas sancti Johannis subscripsi.

Ermanfredus Abba subscripsi.

Theodericus Abbas Gemmeticensis subscripsi.

Dodo Abba subscripsi.

Ego Unfredus Abba subscripsi.

Gregorius Abba subscripsi.

Galfridus Bajocensis episcopus subscripsi.

Gaudelsadus Gabilonensis episcopus subscripsi.

Govitebertus indignus episcopus subscripsi.

Rothadus Sueffionis episcopus subscripsi.

Ildbrandus Sagientis ecclesiæ episcopus subscripsi.

In Dei nomine Ego Lupus Abbas.

OBSERVATIO P. MABILLONII.

In hoc privilegio quædam observanda. I. Concilium istud Germanici habitum hætenus (si non fallor) ignoratum esse. II. Corbionense Monasterium tempore Theoderici Regis constructum dicit, tamen in Actis sancti Launomari, quorum auctoritas præterenda videtur, istius Cœnobii primordia referantur ad annum secundum Chisperici Regis, Clotarii senioris Filii. III. His litteris duos subscripsisse Episcopos Sagientes, Saxobonum, seu Saxobodum, & Hildebrandum. Quippe cum moris erat, ut pluribus exemplis probare possent, ut privilegia ab Episcopia concessa, ab eorum successoribus, non novi privilegii concessione, sed sola subscriptione primatis approbata confirmarentur. IV. Abbates cum Episcopo primum subscripsisse ob eandem causam.

ANNO CHRISTI 843.

ANNO CHRISTI 843.

CAPITULARE T O L O S A N U M CAROLI JUNIORIS CALVI REGIS.

De exactionibus ecclesiarum.

Sequentia capitula presbyterorum Gothia: rogatu acta sunt apud Tolosam civitatem anno IV. regni domini Caroli, indictione VI. mense Junio, id est anno Christi DCCCXLIII. Gregorii IV. papae anno XVI.

Exstat in Capitular. Baluz. Tom. II. p. 21. (a)

NOTA JACOBI SIRMONDI, S. J.

OBSERVATIO PHILIPPI LABBE, S. J.

Capitular. Tolosanum. Editum est cum ceteris Caroli Calvi capitulis titulo quinto. In synodo adum non fuisse praefatio ipsa docet. Ideo in collectione illa capitulorum synodis aliquot propter eorum auctoritatem postponitur, quae tempore antebar. Nos quia temporum ordinem sequimur, suo loco reddidimus.

In synopsi nostra historica jam ab an. 1661. docuimus Tolosanum hoc capitulare rectius ad an. 844. referendum esse, cum certo certius sit illo anno Carolum Calvum Francorum regem cum exercitu venisse ad Volcas Tediosagos, & obsidisse Tolosam, ut patet ex charta episcopi Bituricensis data 14. Kalendas Junias indictione VII. anno quarto regnante Carolo in nonasterio sancti Saturnini dum obsideremus Tolosam I. D. N. F. A. Vide pag. 100. commentarii de Alodiis Langothicis V. C. Castanova.

CONVENTUS IN VILLA COLONIA. CAPITULA QUAE ACTA SUNT

Anno IV. regni domini Caroli gloriosi regis, domini Hludovici imperatoris filii in conventu habito in villa quae dicitur Colonia: quae etiam subscriptione ejusdem principis & episcoporum ac ceterorum fidelium Dei confirmata fuisse, consensu Vvarini & aliorum optimatum, indictione VII.

Exstat in Baluzio Capitular. Tom. II. P. I

NOTA JAC. SIRMONDI S. J.

But: unde & alia quoque deinceps deprementur, non omnia quidem sed ea dumtaxat, quae vel in synodis episcopalis gestis, vel ad res potissimum ecclesiasticas pertinere videbuntur; ceteris omnibus, quae ad civilia potius spectant, & ad rem nostram minus fiunt: quae ipsa cuique si opus est, ex capitulorum Caroli Calvi volumine, in quo suis locis ac temporibus inserta sunt, repetere licebit. Quae porro sequuntur in synodo apud Lauriacum acta, in Caroli volumine non exstant, sed in concilio Meldensi, cui inserta sunt: quod argumentum est, synodum illam episcopalem fuisse, non regiam.

In villa Colonia. Colonia dicitur in vulgari editionibus synodi Meldensis, ac in veteri ejusdem synodi codice Metensi, & in antiquis capitulorum exemplaribus Colonia vocatur, quam villam prope Vindinum Cenomanorum urbem sitam esse docuimus.

ADMONITIO EJUSDEM JACOBI SIRMONDI

ad lectorem de superioribus ac sequentibus deinceps capitulis.

Quae haecenus prolata sunt, apud Tolosam in villa Colonia edita eadem in Caroli Calvi capitulis continentur.

CONCILIUM APUD LAURIAECUM. CAPITULA IN SYNODO ACTA,

Quae habita est apud Lauriacum in pago Andegavensi, anno DCCCXLIII. incarnationis Domini Jesu Christi, mense Octobri indictione VII. Caroli Calvi regis anno IV.

TITULI CAPITULORUM.

Cum patrum constitutionibus contradictor, vel subsannator comprobatus fuerit, si monitionibus episcopalibus obtemperare distulerit, anathematizetur.

I I.

Si quis contra regiam dignitatem dolose, ac callide, ac perniciose satagere comprobatus fuerit, nisi dignissime satisfecerit, anathematizetur.

III.

Si quis potestati regiae, quae non est iuxta apostolum nisi a Deo, contumaci ac inflato spiritu contra auctoritatem & rationem pertinaciter contradicere praesumpserit,

CAPITULA.

I.

SI quis publicus divinae legis praevicator, vel pro manifestis criminibus erga ecclesiastica iusta & rationabilia iudicia contemptor repertus fuerit, vel inflatus ac tumidus monitis ecclesiasticis, ac sancto-

(a) Ex praefatione horum Capitulorum colligit Hardulainus in brevi notae hic subiecta capitula haec non esse condita in synodo Episcoporum.

Ex post. l. vii. c. 1. Et P. Sirmundo.

Gallica. Baluz.

Exstat in Baluzio Capitular. Tom. II. P. I.

Hodie, l. vii. c. 1. Et P. Sirmundo.

Ex post. l. vii. c. 1. Et P. Sirmundo.

799  
rit, & ejus justis & rationabilibus impe-  
riis secundum Deum, & auctoritatem ec-  
clesiasticam, ac jus civile, obtemperare ir-  
refragabiliter noluerit, anathematizetur.

Arborata sunt, violare, aut quolibet argu-  
mento irrumperere tentaverint, placet eos  
omnes anathematizari.

ANNO  
CHRISTI  
800

NOTA JACOBI SIRMONDI, S. J.

IV.  
Quicumque superbis facibus accensi vel  
protervia stomachati, hæc quæ pro sanctæ  
matris ecclesiæ tranquillitate, sacerdotali-  
que rigore, & regia dignitate a nobis u-  
nanimiter definita, manibusque propriis

( Apud Lauriacum. ) Nomen retinet in pago Andega-  
vensi. Quæ porro ab episcopi hac loco sanctorum sunt ad-  
versus regis dignitatem contemptores, haud dubium quia  
ad Lamberti Comitis, aliorumque rebellionem spectant,  
cujus causa prima hoc anno in Britanniam expeditio e-  
rage suscepta est, & de qua inferius in Concilio Turo-  
nensi IV.

V I T A E T E P I S T O L A  
S E R G I I P A P Æ I I.

ANNO  
CHRISTI  
800

ANNO  
CHRISTI  
800

Sergius a natione Romanus, ex patre Sergio re-  
gnantis quartus, sedit annos tres.

Hic cum illustri editus a matre fuisset, castis  
nutrimentis, cum erudire ingenti cepit cum stu-  
dio, ut nihil obsecrum vel libidinis ab eo quis-  
quam audire aut videre posset: Puerilia oblecta-  
menta contemnere non verebatur: ita ut artibus  
pollere videretur piis ab omnibus, & moribus cla-  
rescere majorum cepit nobilitatem, puris muni-  
tus, instructusque maternis monitis.

Et anno p  
800

Igitur mater exultabat quotidie, & omnipoten-  
ti Deo gratias referebat alacriter, qui talem sibi  
superno prolem concessisset auxilio. Duodecimo  
quidem ætatis suæ anno obiit mater ejus, migra-  
vitque ad Dominum: qui relictus a matre (pater  
jam olim luce caruerat) cum suis morabatur in  
parentum xde fratribus.

Eodem tempore urbis Romæ primatum gere-  
bat ecclesiæ Leo III. papa benedictus, atque præ-  
cipuus, qui generositatem hujus præclari pueri re-  
miniscens, ac parentum ejus nobilitatem recolens,  
ad suam eum iussit magno cum amore duci præ-  
sentiam. Itaque cum adductus fuisset, hilari vul-  
tu eum serenaque mente contemplari cepit, &  
suo supra modum placuit animo. Tunc prætul  
cum scholæ cantorum ad erudiendum communi-  
bus tradidit literis, & ut melius instrueretur  
cantilenæ melodius.

Insignis idem & solertissimus puer celeriter om-  
ne litteralis disciplinæ sumpsit ingenium, ut om-  
nes ipsi præcelleret scholæ puerulos. His opti-  
mus auditus pontifex inexplebili replebatur quoti-  
die gaudio pro pueritæ eius benignis profectibus.  
Tunc acolytum in sancta constituit Romana ec-  
clesia. Vicefimo autem pontificatus sui anno cum  
decessisset officio, Romanæ sacerdotium Stephanus  
suscepit ecclesiæ, quem etiam ipse amplo cum cor-  
dis diligebat affectu. Et cum eum itrenui in divi-  
nis scripturis nobiliter contempleretur velocem,  
protinus illi subdiaconatus concessit officium. Par-  
voque tempore post episcopatus sui administra-  
tum regimen, ecclesiæ gubernacula Paschalis sus-  
cepit. A quo idem vir per omnia prudentissimus,  
vita, eruditione, moribusque adornatus, tituli bea-  
ti Silvestri confessoris atque pontificis presbyter  
consecratur; qui super omnes misericordia, stu-  
dio, vigilantia, atque omnibus optimis institutio-  
nibus claruit. Paschale vero defuncto præfulatus  
culmen accepit Eugenius. Igitur in pontificio cum  
tribus perdurasset ipse Eugenius annis, Valentinus  
sedis ipsius pontifex consecratur: cuius post casum  
ecclesiæ apicem suscepit Gregorius. A quo cum  
diligentius prædictus vir amaretur, archipresbyte-  
rum eum in sancta ordinavit ecclesiæ.

Et sub d  
800.

Et presbyter

Et archipre-  
biter

Qui vero cum per: sexdecim solertissime guber-

navisset ecclesiam annos, ad extrema ductus occu-  
bit. Tunc vero, cum proceres, & Romanæ ur-  
bis optimates, universique ecclesiæ populus pro  
eligendo pontifice in unum coissent, atque alius  
de alio ut fieri sole: in talibus, conclamaret; su-  
bito per Dei providentiam divino nutu compun-  
cti, de antelati Sergii archipresbyteri religione di-  
ligentius consabulari cœperunt, ut omnes concla-  
marent, quia dignus esset pontificatus adipisci re-  
gimen.

Firmatoque in eundem virum consilio unusquis-  
que in sua reverius est. Tunc repente diaconus  
quidam ipsius ecclesiæ Joannes in tantum amen-  
tiaz rupit, atque insana, ut persuaso quodam sa-  
tis imperito & agresti populo, collecta turbulento-  
rum, & seditionum manu, in patriarchium Late-  
ranense, per vim fractis januis, cum bellicis telis  
ingrederetur, legis & ordinis traditionem transgres-  
sus. Quo ex facto omnes, qui intra patriarchii  
mœnia aderant, stupore & metu repleti sunt. Igi-  
tur cum per unius horæ momentum cum eo illa  
perdurasset ignobilis populi coitio timore correpta,  
eo relicto nunquam comparuit. Quibus ita gestis  
omnes Quiritum principes indignati sunt, & com-  
muni consilio universi pariter in basilica beati Mar-  
tini confessoris atque pontificis celeri cursu magno-  
que equitatu sunt congregati, & eundem archi-  
presbyterum Sergium in omnibus probatissimum  
virtutibus virum, de quo superius memoriam fe-  
cimus, extrahentes de ecclesia, magno cum ho-  
nore, magnaque populi comitante caterva, am-  
plique resonantibus laudibus cum hymnis & can-  
ticis spiritualibus in patriarchium Lateranense ele-  
ctus atque perductus est. Eodem vero die tanta  
nix in urbe effusa est, ut omnibus candidata cer-  
neretur. Quod multi gaudii dicebant, & clarita-  
tis esse indicium.

Discordia in  
electione

Prædictum vero Joannem diaconum de patriar-  
chio magna cum turpitudine hujus Romanæ ur-  
bis principes expulerunt, & arctius in claustra sub  
cautela tradi præceperunt, pro ipsius tanta teme-  
ritate, & impia, & dira præsumptione, quam sæ-  
pessus Joannes diaconus ausus est perpetrare.  
Quem etiam concilio antistitum principes damna-  
re, suoque voluerunt privati honore. Nec non  
& alii ensibus membratim eum dilaniare ac inte-  
rimere voluerunt. Sed hoc fieri benignus & so-  
lertissimus Sergius prætul prohibuit; nolens ma-  
lum pro malo secundum evangelicam cuiquam  
reddere vocem.

Aut dicitur  
in pontifice  
pel  
lunt.

Rom. 13.

Tunc demum exultantibus omnibus sacerdoti-  
bus, proceribus & optimatibus, omnibusque ec-  
clesiæ populis, idem sanctissimus vir in apostoli-  
ca beati Petri sacratissima sede ordinatus conse-  
cratusque est pontifex.

Consecratus  
in pontificem  
Sergius.

Erat

Sergii vita.

Erat enim origine insignis, fide purus, prædicatione liberior, Deo humilis, hominibus clarus, vultu alacris, mente alacrior, ecclesiarum gubernator, plebium cultor, pauperum fautor, viduarum tegmen & consolator, indigentium largitor, dispersorum congregator & conservator, inanum sæculariumque rerum contemptor, solius sapientiæ divitiarum avidus & amator. Hujus sacratissimæ consecrationis cum ad aures invidiosissimi Augusti Lotharii rumor pervenisset imperatoris, Drogonem videlicet Metensis ecclesiæ archiepiscopum cum excellentissimo Ludovico filio suo, magno cum Francorum exercitu Romam direxit: cum quibus etiam archiepiscopos, pluresque episcopos, abbates & comites proficisci præcepit. Ipsi vero a quo in oras Bononiæ civitatis cum belligeris suis exercitibus sunt ingressi, tantas cædes tantaque strages in populo peregerunt, ut qui per urbes & agros erant, tyrannica crudelitate perterriti, relictis propriis locis per loca abdita & latebras se absconderent. Cum vero hæc per omnem locum, singularique per urbes, atque vicos & agros facta operarentur nequitia, ad pontem pervenerunt Capellæ. Tantaque erat tunc cæli serenitas, ut toto in aere nubes aut pluvie signum quicquam videre non potuisset: subito vero atrarum non modica densitas nubium facta est, nimbosilique procellis & convectionibus circumdati, quidam de primatibus Drogonis consiliarius fulminis ictu percussus ac interemptus sunt.

Lotharii imperatoris in Drogonem, & nuntium cum.

Religiosus.

Executus Lotharii agrum Bononiensem devastat.

Fulmine percussus exercitus.

Honorifice Romæ regem per Francos.

Ludovicus rex & papa se amplectuntur.

Alute reipublicæ, ac totius orbis, hujusque ecclesiæ, huc advenisti, has mea ingredi januas iustione: sin aliter nec per me, nec per meam concessionem istæ tibi portæ aperientur.

Statim rex illi respondens dixit, quod nullo maligno animo aut aliqua pravitate vel malo ingenio advenisset. Tunc eodem præfule præcipiente appositis manibus prædictas januas patefecerunt. Et ita in eandem venerandam aulam beati Petri ingressi sunt, laudem Deo, & ejus excellentiæ decantantes, universus clerus, & cuncti religiosi Dei famuli extensa voce acclamantes: Benedictus qui venit in nomine Domini, & cetera. Sicque cum eodem pontifice ipse rex simulque omnes episcopi, abbates & iudices, & universi Franci qui cum eo advenerant, ad confessionem beati Petri appropinquantes, seseque ibidem prosternentes, Deo nostro omnipotenti, & eidem apostolorum principi gratias reddiderunt. Et data a præfule almo pontifice super populum oratione, ab ecclesiâ pariter omnes egressi sunt. Postea vero continuo diebus sequentibus omnia suburbana pestifera devastatione compresserunt, agricolæ, & legetes, atque prata quasi fulmineus impetus, deciperunt. Dum hæc gerebantur, ipse a Deo protectus pontifex a quibusdam auditus, quod in hanc famosissimam urbem hospitalitatis causa introire voluissent, sed munitis clausisque portis ut fieret minime concessit.

Rex ingreditur ecclesiam & Petri.

Franci Romam agrum vastant.

Dominico vero die sequente in eadem principis apostolorum basilica omnes archiepiscopi, & cuncti abbates, & omnes qui cum eo venerant Franci sunt congregati, omneque pariter Romanorum nobiles & præclari. Tunc almificus pontifex manibus suis ipsum Ludovicum Lotharii imperatoris filium oleo sancto perungens, regali ac pretiosissima coronavit corona, regemque Longobardis præfecit. Cui regalem tribuens gladium, illic eo subtergo iussit. Deinde missarum celebritate finita ab ecclesiâ omnes cum rege lætantes regressi sunt. Deinceps vero per dies singulos consilium novi certaminis cum sanctissimo præfule, omnibusque episcopis, & optimatibus nostris, atque proceribus ipse Diogo archiepiscopus Metensis ecclesiæ, de quo superius memoriam fecimus, commovebat tam ipse quam omnes archiepiscopi & episcopi, qui cum eo contra hanc universalem & caput cunctarum ecclesiarum Dei sine metropolitani concessione atque vocatione convenerunt, id est Gregorius archiepiscopus ecclesiæ Ravennensis, & Angilbertus archiepiscopus ecclesiæ Mediolanensis, Joseph episcopus ecclesiæ Eporediensis, Aginus episcopus ecclesiæ Veronensis, Almaricus ecclesiæ Camensis episcopus, Northaudus episcopus ecclesiæ Vercellensis, Sigitridus episcopus ecclesiæ Regiensis, Toringanus episcopus ecclesiæ Concordiensis, Odelbertus episcopus ecclesiæ Aquensis, Ambrosius episcopus ecclesiæ Lucensis, Joannes episcopus ecclesiæ Pisenfis, Petrus episcopus ecclesiæ Volaterrensis, Gaufrandus episcopus ecclesiæ Pistoriensis, Lantio episcopus ecclesiæ Senensis, Lupus episcopus ecclesiæ Tentinæ, Sigismundus episcopus ecclesiæ Aprutinenfis, Ricco episcopus ecclesiæ Asculanensis, Fratellus episcopus ecclesiæ Camerinensis, Gifus episcopus ecclesiæ Firmanzæ, Racipertus episcopus ecclesiæ Nucerinensis, Amadeus episcopus ecclesiæ Pinnenfis, Donatus episcopus ecclesiæ Fefolanæ, & ceteri.

Sergius coronat Ludovicum regem Longobardorum.

Cum quibus etiam Boso comes, Adalgifus comes, Joannes comes, Vuldo comes, Vernandus comes, VVinfrius comes, atque Mautinus comes, & ceteri pariter contendebant.

Sed divina gratia inspirante, nec sermones ipsius

Hoc videntes horribile signum in medio omnes timore Franci correpti sunt. Sed nullatenus mentis ferocitatem deponentes, atroci voluntate ad Urbem velociter properabant.

Quorum adventum antedictus beatissimus papa Sergius fieri propius cum cognovisset, in ejus excellentissimi Ludovici regis occursum universos iudices ad tere novem miliaria ab hac Romana urbe direxit.

Quem cum signis & magnis resonantibus laudibus susceperunt. Et dum Urbi pene unius miliarii spatio appropinquasset, universas militie scholas una cum patronis direxit, dignas nobilissimo regi laudes omnes canentes, alioque militie doctissimos Græcos imperatoris laudes decantantes, cum dulcisonis earundem laudum vocibus ipsum regem gloriose susceperunt.

Obviam illi ejus sanctitas dirigens venerandas cruces, item signa, sicut mos est imperatorem aut regem suscipere, ita eum cum ingenii honore suscipi fecit. Ipse vero Ludovicus rex qua hora sibi sacratissimas cruces ac signa obviam advenisse conspexit, alacris lætus vaude lætatus est. Tunc suo universo cum populo omnibus Romanis iudicibus, ac scholis antecedentibus, ad beatum Petrum studuit properare.

Quem antedictus almificus pontifex in gradibus ipsius apostolicæ aulae eundem regem in ipso die dominico post pentecosten suo cum clero expectavit. Conjungente vero eodem rege, universosque gradus ejusdem sacratissimæ beati Petri ecclesiæ ascendente, ad prænominatum propinquavit pontificem, qui in atrio super gradus juxta fores ecclesiæ cum universo clero & populo Romano assistebat. Tunc mutuo sese complectentes tenuit idem Ludovicus rex dextram antedicti pontificis, & in interiori ingressi atrium ad portas pervenerunt argenteas. In quo atrio unus de exercitu a demone arreptus in conspectu Francorum omnium valde vexatus est. Tunc almificus præfule claudi faciens omnes januas beati Petri, atque serari præcepit, & regi sancto Spiritu admonente sic dixit:

Si pura mente & sincera voluntate, & pro la-

sius almi pontificis, neque prudentiam superare  
valuerunt. Tantaque ei superna aderat virtus, ut  
nullo sermone eum concludere vel constringere  
potuissent.

Et ab eo superati pudore, & operi confusione  
discesserunt. Quod videntes omnem iram atque  
ferocitatem, quam in mentibus oberfabant, om-  
nimodo deposuerunt. His igitur peractis a prædi-  
cto postlaverunt pontifice, ut omnes primates  
Romani fidelitatem ipsi Ludovico regi per sacra-  
mentum promitterent. Quod prudentissimus pon-  
tiffex fieri neququam concessit, sed sic orsus est  
illis. Quia, si vultis domino Lothario magno im-  
peratori hoc sacramentum, ut faciant solummo-  
do consentio atque permitto. Nam Ludovico ejus  
filio ut hoc peragatur, nec ego nec omnis Ro-  
manorum nobilitas contentit.

Tunc demum in eadem ecclesia sedentes pari-  
ter tam beatissimus pontifex, quam magnus rex,  
& omnes archiepiscopi, atque episcopi, stantibus  
reliquis sacerdotibus, & Romanorum ac Franco-  
rum optimatibus, fidelitatem Lothario magno  
imperatori semper Augusto promiserunt. Posthæc  
vero Ebbo quidam & Bartholomæus archiepisco-  
pi, qui pro criminibus suis privati honore ab ec-  
clesia fuerant expulsi, a sanctissimo pontifice pos-  
tulabant, ut eos ecclesie reconciliare, ac pallium  
eis tribuere dignaretur. Quos etiam idem præful  
nec communionem inter clerum dignos esse susci-  
pere dicebat, sed inter communem populum com-  
municandi licentiam tantummodo haberent. Per  
idem tempus cum rex ipse Ludovicus Romæ de-  
geret, Siconullus Beneventanorum princeps ma-  
gno cum exercitu Romam venit. Quem cum  
prædictus rex honorifice suscepisset, omnia pro  
quibus venerat ipsi indicavit. Cui rex gratanti  
animo quidquid petierat tribuit atque concessit.  
Et cum simul Franci & Longobardi, ac Bene-  
ventani congregati fuissent, facta est ingens po-  
puli multitudo, ita ut ex omni parte Roma cir-  
cumdata videretur: quorum multitudine omnia  
sata deleta sunt. Ipse vero Siconullus ardenti  
pectore præcipuum desiderabat videre pontificem,  
& ab eo benedictionem recipere. Quem præful  
cum suscepisset, solo prostratus, pretiosos ipsius  
pedes humiliter osculatus est, & ab eo benedi-  
ctione suscepto, ab ejus conspectu alacriter Deo  
gratias referens regressus est.

His omnibus finitis, ipse excellentissimus rex  
Ludovicus ampla cum lætitia Papiam reversus  
est, ubi ab exordio principatus sui culmen rege-  
bat. Tunc vero læti omnes cum conjugibus ac  
liberis, senatus populusque Romanus tam ingenti  
pelle liberati, & a jugo tyrannicæ immanitatis  
redempti, sanctissimum Sergium præfulem velut  
salutis auctorem, ac restitutorem pacis veneraban-  
tur. Ille tamen non suæ virtute remgestam, sed  
divino muneri deputabat.

Jam quia lingua cuncta quæ gessit per ordinem  
explicare non prævalet, transeamus ad ea quæ in  
sanctis locis obtulit, & breviter enarrare inchoe-  
mus. In primo quidem pontificatus sui exordio  
superno amore exardescens in basilica Salvatoris,  
quæ Constantiniana vocatur, miræ pulchritudinis  
opus explevit. Nam ambitum sacri altaris, qui  
strictim in ea fuerat olim constructus, longiorem  
proprio digito designans a fundamentis perfecit,  
pulchrisque columnis cum marmoribus desuper in  
gyro sculptis splendide decoravit. Ubi nunc sa-  
cra plebs in administratione sacri largiter consi-  
lit officii.

Quo expleto, ipse almificus pontifex pro deco-  
re atque ornatu hujus præclari operis in eadem  
basilica obtulit vela alba holotERICA viginti orna-

ta in circuitu de fundato. Similiter & alba vela  
de fundato valde optima viginti ornata in circui-  
tu de blatin. Ubi etiam confessionem mirificam  
Christo cooperante construxit, & argenteis tabu-  
lis auroque perfusus fulgide compfit, quam pro-  
priis manibus consecrans, in ea reliquias posuit.  
Et aliud quidem opus ante fores hujus veneran-  
dæ basilicæ valde optimum peregit. Quia sacra  
pridem, quæ latebant populis, limina summo stu-  
dio omnibus manifesta constituit, cum pulcri de-  
coris arcus ibidem a fundamentis construeret,  
quos etiam variis picturis nitide decoravit.

Ipse vero a Deo protectus & præclarus ponti-  
fex pro remedio & futura animæ suæ retributio-  
ne fecit cameram præsepit Domini nostri Jesu  
Christi, quod basilicæ beatæ Dei genitricis Mariæ  
nostræ cunctatur, quæ Major ab omnibus  
nuncupatur, argenteis tabulis ac deauratis, ha-  
bentibus historiam beatæ Dei genitricis Mariæ,  
magnoifice atque præcipue perornavit; quod nullus  
pontificum per tot annorum curricula ad tanti  
decoris speciem perducere arbitratus est.

Hic vero præful cum de omnibus ecclesiis sol-  
licite curam gereret, etiam basilicam S. Archan-  
geli, quæ in cacumine \* Fajani montis est con-  
stituta, largiorem, quam pridem fuerat, a funda-  
mentis perfecit, ac radiantibus picturis lucente  
pingi iussit, ac facta tecta ejus noviter restaura-  
vit. Ubi & obtulit vestes de mizilo quatuor. Simi-  
liter & vela quatuor. Ipse vero almificus &  
beatissimus papa scholam cantorum, quæ pri-  
dem orphanotrophium vocabatur, & præ ni-  
mia vetustate pene in ruinam posita atque con-  
fracta videretur, Dei annuente clementia, a fun-  
damentis in meliorem quam olim fuerat statum  
noviter restauravit. Nam & basilicam beati Ro-  
mani martyris, quæ non longe ab urbe foris por-  
tam Salariam sita est, a fundamentis perfecit,  
quam etiam titulo sanctorum Silvestri & Martini  
parochiam esse decrevit. Fecit autem & basilicam  
sancti Theodori martyris, quæ in Coranis vide-  
tur finibus posita, milliario ab urbe Roma trige-  
simo, quam etiam splendide picturis fulgentibus  
decoravit.

Fecit autem in basilica beati Petri apostoli vestem  
de chrysoclavo habentem in medio Salvatoris effi-  
giem, & dextra lævaque ejus omnium sanctorum  
apostolorum iutantes figuras, quam etiam pre-  
tiosissimis gemmis præfatis & hyacinthinis peror-  
navit. His igitur summo opere consummatis, ipse  
a Deo protectus & beatissimus papa, pia de-  
votione sollicitus pro desiderabili dilectione san-  
ctorum Silvestri & Martini, ecclesiam, quæ san-  
cto eorum fuerat nomini consecrata, quam ab  
exordio sacerdotii sui, usquequo ad pontificatus  
culmen deductus est, strenue gubernavit, & per  
olitana tempora detecta vetustate marcuera, rui-  
nisque confracta diutina antiquitate lacerata ma-  
nebat, Dei annuente clementia, in meliorem pul-  
chrioremque statum a fundamentis perfecit. Ab-  
idem quoque ipsius, aureis mulive perfuso coloribus,  
ingenti amore depinxit. Et ad honorem om-  
nipotentis Dei, ejusdemque beatissimi Silvestri  
præfulis corpus cum beatissimo Fabiano atque  
Stephano, & Sotere martyribus ac pontificibus,  
simulque Asterio martyre cum sacratissima filia  
ejus, sanctoque Cyriaco, & Mauro, Largo, &  
Smaraldo, atque Anastasio, & Innocentio ponti-  
ficibus, una cum sancto Quirino, ac Leone epis-  
copis, pariter Artemio, Nicandro, & Crescentiano  
martyribus, cum quibus beata Soteris, atque  
Paulina, nec non Memmia, Juliana, & Quirilla,  
Theopiste, & Sophia virginibus atque martyribus,  
& beata Cyriaca vidua cum aliis multis, quorum

Plinius in  
Sergio.

Ludovicus  
rex Romæ  
dixit.

Donus oblatæ  
ecclesia Con-  
stantiniana  
Sergio.

Sancti ar-  
changelii.  
\* Fajæ.  
Gargano

S. Romani

S. Theodori

S. Petri

Sancti Sil-  
vestri &  
Martini



nomina Deo soli sunt cognita, utrosque sub sacra A congregationem pro quotidianis laudibus in prædicta ecclesia die noctuque Domino Deo nostro deprecantes constituit.

Hic igitur magnifice peractis, gratanti animo menteque sollicita obtulit in eadem ecclesia ista perenniter permanenda; regnum aureum valde pretiosissimum cum gemmis prasinis, & hyacinthinis, & albis, quod nunc usque super altare cernitur pendens, habens in medio crucem de auro purissimo cum gemmis similiter pretiosis. Item gabathas ex argento purissimo auroque perfusas quatuor, pendentes ante vestibulum sacri altaris, atque gabathas interrasiles deauratas cum ballis duabus. Crucem auream cum gemmis valde optimis duabus. Et aliam similiter crucem de argento unam. Obtulit in eadem basilica thymiamateria aureo superinducta colore tria, patenas B de argento purissimo, ac deauratas duas. Colatorium de argento quo in sacro utantur officio, deauratum unum. Regnum de argento cum tintinnabulis, habens in medio crucem cum colum-

na, unum. Hic beatissimus papa superno amore exardescens, obtulit ubi supra aquamanilia de argento paria tria. Item sextaria de argento duo. Coronas majores de argento quatuor cum delphinis pensantes libras..... Calices de argento majores pariter ac deauratos duos. Patenam de argento majorem auroque perfusam, habentem in medio effigiem Domini nostri Jesu Christi. Cerostrata desuper argentata paria tria. Canistra de argento tria. Patenam cum calice deaurato unam. Scy-

plum argenteum unum pensantem libras... Obtulit vero ad honorem ipsius venerandæ basilicæ cantbaros de aurichalco duodecim: rugas similiter de aurichalco paria sex. Fecit autem hic præclaras ad gloriam atque honorem sanctorum confessorum, de quibus superius mentionem fecimus, ciborium ex argento purissimo pensans libras....

Nam & confessionem sacri altaris argenteis tabulis, auroque perfusis pensantem libras.... magnifice ornavit, ut per sacras eorum intercessionem ætherei regni gaudia possideret.

Hic misericordissimus & benignissimus antistes obtulit ubi supra imagines de argento auroque perfusas tres, quarum una habet effigiem Domini nostri Jesu Christi. Aliæ vero duæ sanctorum Silvestri & Martini, sedentes super vestibulum sacri altaris.

Obtulit vero in jam superius dicta basilica vestem de chrysolavo habentem historiam resurrectionis Domini nostri Jesu Christi, cum gemmis prasinis, hyacinthinis, & albis: fecit etiam & aliam vestem de fundato valde pretiosam cum chrysolavo habentem in medio effigiem Salvatoris Domini nostri Jesu Christi dextra lævaque ejus effigies sanctorum Silvestri ac Martini. Similiter cum gemmis prasinis, hyacinthinis & albis. Immo vero obtulit sanctissimum præsul cortinas Alexandrinas pretiosissimo opere contextas tres. Vela de fundato ornata in circuitu de blattin, quæ E pendent in arcu ipsius basilicæ viginti quatuor. Vela alia de fundato cum periclysi de blattin quindecim. Vela alba holoserica, ex quibus facrum circumdatur altare, quatuor; unum ex eis habens in medio crucem & gammadias de chrysolavo, & alia ornamenta in circuitu de blattin.

Hic insignis & beatissimus papa divina inspiratione protectus juxta latus ipsius basilicæ ad laudem creatoris monasterium in honore beati Petri ac Pauli Apostolorum Sergii & Bacchi, sanctorumque Silvestri & Martini a fundamentis construxit. In quo monachorum Deo, servitium

Council. General. Tom. XIV.

congregationem pro quotidianis laudibus in prædicta ecclesia die noctuque Domino Deo nostro deprecantes constituit.

Qui beatissimus pontifex, postquam sedem Romanam & apostolicam annis tribus gloriosissime rexerat, hac luce substractus ad æternam migravit requiem. Fecit autem ordinationem unam in mense Martio, presbyteros octo, diaconos tres, episcopos per diversa loca numero viginti & tres. Sepultus vero est in basilica beati Petri apostoli.

#### NOTÆ SEVERINI BINII.

a *Sergius.*) Post obitum Gregorii IV. Joannes diaconus Sergii II. violenter sedem occupavit: sed cum schismaticum ab ea quædam legitime deposuissent, communi consensu electus est Sergius pontifex ejus nominis secundus, quarto idus Februarii, anno sex Domini 844. Nomen quod habuit ante pontificatum, nequaquam, ut fabulantur recentiores historici, immutavit. Accidit in Sergio tertio, quod per calumeliam huic pontifici impingunt. Ille enim vocabatur Petrus, & postea se Sergium II. nominavit; non ob aliquam nominis turpitudinem, sed reverentiam crucis. Putabat enim indignum se vocari illo nomine, quo Christus primus apostolicæ sedis pontificem principem apostolorum ex Simone Petro nominavit. Primus post Petrum apostolorum sibi nomen immutavit quidem Octavianus Albertici patricii filius, qui vocatus est Joannes XI. ut infra in notis ejusdem papæ annotabimus. Unde commentum esse patet, quod ajunt recentiores historici, Sergium prius Os porci appellatum, & nomen non ob nominis turpitudinem primus se aliter appellari voluisse, nomenque aliud imposuisse. Huius temporibus celebrata est victoria contra sacrilegos & impudicos Sara eos, infame Saraceni. tributum excentes, obtenta auxilio sancti Jacobi, qui omnibus perspicuus, ut regi per visionem pollicitus erat, ante aciem adversus barbaros dimicare est visus.

b *Lotharius Drogonem cum filio Ludovico Romanum misit.*) Quæ de causa illud factum sit, Ado Viennensis anno 844. his verbis enarrat. *Lotharius filium suum Ludovicum, quem in Italia regem fecerat, ut imperatoris nomen suscipere, per Drogonem patrum Romanum misit. Cui Sergius jam tunc pontifex coronam imposuit, & acclamatione universi populi, imperator & Augustus est salutaris.* Ex quibus impudentia Sigiberti schismatici redarguitur, dum in gratiam imperatoris schismatici, cui inhaeret, pro libertate animi sui, scribit Ludovicum a Lothario Romanum missum fuisse ad confirmandum electionem pontificis Sergii.

c *Ludovicum alio sancto perungenti, regali coronavit corana, & regemque Longobardis præfuit.*) Ludovicum non regem Longobardorum, sed imperatorem Romæ creatum & coronatum esse, plurium scriptorum testimonio constat. Hoc unum controversatur, an petenti coronam imperii Sergius, vel potius Leo IV. imposuerit. Leo Ostiendis in chronico, Ado Viennensis loco supradicto, & diplomata quædam apud Sigonium de regno Italici libro primo, annum primum Ludovici imperatoris referunt ad tempora Sergii papæ, & ad annum Domini 844. Alii vero Romanæ concilii initium imperii Ludovici referunt ad annum secundum Leonis IV. qui est redemptoris nostri 848. Idque ideo quod allegatis actis concilii Romani quintus annus imperatoris conjungitur cum anno septimo Leonis quarti, & 853. Christi Redemptoris. In re nimis dubia iudicium meum suspendo. De epitaphio Sergii papæ junioris recens invento vide annales cardinalis Baronii anno 847. numero sexto.

#### • EPISTOLA SERGII PAPÆ II.

AD EPISCOPOS TRANSALPINOS

De prælatione Drogonis vicarii sedis apostolicæ.

Optaveram equidem, fratres carissimi, tam glorioso certamini nostram corporalem exhibere præsentiam, & pro recuperanda tam excellentis ordinis gloria modis omnibus desudare. Sed quia nos cunctarum sollicitudo angit ecclesiarum, ubi ipsi esse non possumus, more præcedentium nostrorum moderationis nostræ vicarios dantes. Ad nostræ igitur humilitatis vicem, cunctis provinciis trans Alpes constitutis, Drogonem archiepiscopum Metensem, gloriosum quondam Caroli imperatoris filium, cujus beatissimi moderatoris industria Romanorum Francorumque concorporavit imperium, tanta deliberatione constituimus. Ut

Ecc 2

quia

quia serenissimi atque piissimi filii nostri magni A  
 imperatoris Hlotharii, ejusque fratrum dilectissi-  
 morum filiorum nostrorum Hludovici & Caroli  
 regum avunculus est, insuper sanctissima apostolo-  
 rum principis auctoritate percepta, vestris necessi-  
 tatibus vice nostra idoneus ubique minister exi-  
 stat. Et quia omnium vestrorum sollicitudinem  
 illi gerere præcepimus, omnium volumus obedien-  
 tia comitari. Decet sane, fratres, ut qui pro om-  
 nibus laborat, cunctorum subsidio fulciatur. Huic  
 ergo in congregandis generalibus synodis, in om-  
 nibus supradictarum regionum partibus nostram  
 commodamus auctoritatem & quidquid provincia-  
 li synodo fuerit definitum, ad ejus absque dilatio-  
 ne statuimus notitiam perducendum. Si cui au-  
 tem ab illis partibus hanc sanctam sedem appel-  
 lare opus fuerit, & in nostra audientia se audiri  
 poposcerit, hunc commonemus, ut ad ejus pri-  
 mum audientiam se summittat, & ecclesiastico-  
 rum gestorum in sua regione rationabili digestio-  
 ne prolata, si episcoporum de eo, qui forte cri-  
 minibus impetitur, sententia discordaverit, ut ab  
 aliis reus, innocens judicetur ab aliis; tunc ipsi  
 gestis ad nos delatis, litteris etiam præfati fratris  
 nostri, cui vicem nostram concessimus, commen-  
 datus, sive ad nos, sive ad beatissimi Petri se-  
 dem securus accedat, nullaque eum in veniendo  
 mora præpediat. Quam etiam condito fratri no-  
 stro Drogoni archiepiscopo, in examinandis ac  
 perquirendis episcopis & abbatibus sub hoc tenore  
 hanc nostram licentiam & auctoritatem conce-  
 sissimus, salvo in omnibus hujus universalis Ro-  
 manæ sedis primatu, nostrique præsulatus honore,  
 vigoreque & exaltatione carissimi ac spiritalis  
 filii nostri domini Hlotharii magni imperatoris.  
 Nam nobis valde placuit, propter diversas eccle-  
 siarum Dei perturbationes, hoc necessarium sa-  
 tisque dignum opus explere. Si vero hac admo-  
 nitione contempta, sola improbitate se criminibus  
 exuendum existimaverit, noverit a nostra man-  
 suetudine nequaquam se temerariam absolutionem  
 adepturum, nisi primum provinciali synodo, &  
 postmodum generali, prædicti fratris nostri au-  
 dientia ejus fuerit actio ventilata. Illic enim causam  
 subtilius examinatur, ubi perpetrata dignoscitur.  
 Tamen si se ad nos venire poposcerit, ut  
 ante prædiximus, non teneatur. Si autem vel sui  
 metropolitani provincialem synodum evocatus ad-  
 ire noluerit, vel ad generalem præfati vicarii le-  
 gatique nostri conventum venire contempserit,  
 cum hæc nostris apostolicis auribus per suas litte-  
 ras intimare decreverit, nostra & totius ecclesie  
 catholice se noverit auctoritate judicandum. Quod  
 si violentiam sibi a religiosis filiis nostris regibus  
 quilibet episcoporum, quominus canonum statuta  
 custodiat, queritur irrogatam; nos hoc suffugium,  
 annuente Domino, litteris ad eos missis credi-  
 mus amputandum. Nequaquam enim auditu to-  
 lerabile est, ut germanorum fratrum in fide Tri-  
 nitatis ternæ societas a sui dilectione & communi  
 juris æquitate dissiliat. Quod si eorum quilibet  
 post discordiæ principem abire maluerit, nec ca-  
 tholica fuerit pace contentus, hunc merito Deo  
 auxiliante, canonicis auctoritatibus, prout melius  
 possumus, castigare studemus. Ceterum, fratres,  
 tanquam sub uno caritatis globo constitutam ve-  
 stram alloquor sanctitatem, ut idipsum omnes  
 sentiat, & non sint in vobis schismata, neque  
 per aliquos inanium argumentationum cuniculos,  
 vel vobis ipsis, vel populo vobis commisso, veri-  
 tatem subducatis, quæ absque refragationis diver-  
 titiculo vera profequitur, dicens: *Beati pacifici,*  
*quoniam filii Dei vocantur.* At contra qui bella  
 volunt, quia diaboli filii sint, palam datur intelli-  
 gi. Sed nos in eo qui vincit mundum, beato  
 Petro apostolo intercedente confidimus, quod nul-  
 lo typho secularis audaciæ vestra succumbit au-  
 doris: tamen etsi ad tempus prævaluerint, quia  
 in æternum damnabuntur ambiguum non est.  
 Vos autem etsi persecutionem patimini propter  
 justitiam, beati. Deus vos incolumes custodiat,  
 fratres. Amen.

NOTA JACOBI SIRMONDI, S. J.

*Epistola Sergii papa.* Ut Sergio II. adscriberemus,  
 erat enim *ἀρχιεπίσκοπος*, fecit auctoritas Hincmari, qui Dro-  
 gonem a Sergio prælationem istam obtinuisse scribit epi-  
 stola VI. Adeptum autem anno DCCCXLIV. intelligi li-  
 cet ex cap. 11. synodi Veranensis.

CONCILIUM AD THEODONIS VILLAM.  
 CAPITULA QUÆ ACTA SUNT

ANNO CHRISTI 844.

ANNO CHRISTI 844.

In synodo tecus Theudonis Villam habita, in loco qui dicitur Judicium, quando tres fratres gloriosi principes, Hlotharius videlicet, Hludovicus, & Carolus simul convenerunt, anno v. regni Caroli: cui synodo Drogo Metensis episcopus præfuit consensu eorumdem regum: quæ & ipsi principes ante se fidelesque eorum selecta capitula approbaverunt, & se eadem servaturos auxilium Domino promiserunt mense Octobri, indictione VIII. (1)

Inno leg.  
 VIII. moni-  
 mus in synopi  
 & cœnographia  
 Pap. 84.

Exstat in Baluzio Tom. II. P. VII.



(1) Labbens perperam hic in margine scribit, loco *Indictione VIII.* legendum esse, *Indictione VII.* Constantinopolitana nempe a Kalendis Septembris hujus Christi anni inchoata; non enim animadverterat, Carolum Calvum plerumque adhibuisse indictionem a die Natali Christi inchoatam. *Pagez ad An. Cb. 844. n. 14*

ANNO CHRISTI 844.

CONCILIUM VERNENSE II.

ANNO CHRISTI 844.

CANONES CONCILII IN VERNO PALATIO HABITA,

Ubi praesedit Ebroinus Pictavorum episcopus, & Vvenilo Senonum archiepiscopus, nec non & Hludovicus sancti Dionysii abbas, & Hincmarus post Rhemorum episcopus, anno v. regni domini nostri Caroli filii Hludovici imperatoris mense Decembrio, indictione VII. (=)

Legendum esse VIII. alius docum.

Exat in Baluzo Capitular. T. II. p. 13.

NOTA JACOBI SIRMONDI, S. J.

Concilium Vernense II. Primum id fuit, quod sub Pippino rege celebratum vidimus tom. VI. anno 755. Ebroinus Pictavorum episcopus, ut apparet ex diplomate

Caroli Calvi, quod sequenti anno datum est monachis Possanenibus, archiepiscopus erat sacri palatii: eaque opinor causa est, cur praesente archiepiscopo praesideret hinc concilio.



ANNO CHRISTI 844.

CONCILIUM BELVACENSE.

ANNO CHRISTI 844.

HÆC CAPITULA QUÆ SEQUUNTUR FACTA SUNT

Quintus demissus Caroli annus erat, sed indictione VIII. ut primum annotavimus in synopsi.

In synodo habita apud Belvacum civitatem anno dcccxliv. mense aprilio, anno VI. regni domini Caroli, indictione VII. Quæ collata sunt inter eundem principem domnum Carolum & episcopos regni sui: & eadem isdem princeps gloriosus Deo teste sub fidei suæ adstipulatione se servaturum promisit erga omnes ecclesias & episcopos regni sui. Quæ ad vicem omnium episcoporum sui principatus qui erant, quique futuri erant, de manu horum episcoporum conservanda suscepit: id est Vvenilonis, Erchanradi, Immonis, Rothadi, Symeonis, Lupi, Ragenarii, Helie, Erpoini, Aii, Hincmari presbyteri & vocati archiepiscopi.

Exat in Baluz. Capitular. T. II. P. 19. (a)

NOTA JACOBI SIRMONDI, S. J.

Concilium Belvacense. Qui synodo huic adfuisse dicuntur, quarum sedium fuerat episcopi, mox docebit privilegium Ratberio Corbejensi concessum in synodo Parisiensi, cui iisdem omnes subscribere, præter Lupum Catalaunensem.

Deinde, & in disciplina monastica in monasterio sancti Dionysii sub Hilduino abbate educari; inde tam propter suorum parentum nobilitatem, quam ingenti sui ingenio, in Ludovici imperatoris, cui familiaris erat, palatium adductus fuit. A quo, & a suo abbate sub auctoritate episcoporum exivit, ut ordo & status monasterii a multis depravata quorundam vita collapsus, in pristinum nitorem & splendorem prædixit in monasterio sancti Dionysii restitueretur. Et, ut factis adimpleret quod verbo consulebas, ipse cum alius reformationem subire voluit.

NOTA SEVERINI BINI.

Concilium Belvacense. De loco tempore & rebus in hac synodo gestis, Florioardus scriptor hujus temporis in vita Hincmari, lib. 3. cap. 1. scribit hæc quæ sequuntur: Anno incarnationis Domini octingentesimo quadragesimo quinto Carolus Calvus convocavit synodum episcoporum sui regni Belvacensi civitate prestanti Rhemensi. In qua inter alia negotia ecclesie & regni, de ecclesia Rhemensi desolatione agere incipit; quam Fulgus presbyter diu usurpaverat, & post eum Hotois successit; adeo ut longe temporis intervallo sine pastore castisset. Verum episcopi conveniunt, quomodo Ebbonis episcopi depositionem viderant, & audierant, & super eo negotio auctoritatem sanctorum patrum in memoriam reducentes, uno ore statuerunt, cum quæ nec necessitas cogebat, cum quæ partium illorum erant, ut tandem decernente post Ebbonis depositionem in ecclesia Rhemensi episcopi ordinaretur.

Hincmarus electus episcopus Rhemensis.

Quare Hincmarus non tantum a clero & populo vobis Rhemensi, verum etiam ab episcopis ejusdem provincie cum consensu Vvenilonis archiepiscopi Senonensis, & Erchanradi episcopi Parisiensis, nec non ab aliis & religiosorum sancti Dionysii in Francia, ubi Hincmarus monachus erat, episcopos electus fuit, cujus electionem Carolus gratissimam habuit. Hoc igitur statuto, & scriptis sigillisque eorum qui huic electioni confirmato, ecclesia Rhemensi episcopi ordinatus est. Porro hic ab adolescentia Hicrisi humanioribus de-

Cum autem tempore progressu fuit abbas Hilduinus archiepiscopus capella imperatoris cum multis aliis nobilibus regni, imperatoris indignationem incurrit, & sine abbatibus spoliatus in Saxoniæm relegatus fuit; hinc Hincmarus cum licentia & permissione sui proprii episcopi, & benedictione suorum confratrum monachorum in exilium factus est. Verum ab ipsorum familiaritatem, qua fuit cum imperatore intercesserat, divina annuente ope, tanta valuit gratia apud imperatorem, principem, & alios nobiles, ut Hilduinus ab exilio revocatus in suam abbatiam possessione redierit. Similiter cum papa Gregorius huc venisset, & regnum Francia ab ipso imperatore desisset, Hilduinus huic ad se perlicere contra fidem imperatoris conatus est, sed id ipse præstare noluit. Et post restitutionem imperatoris totus incubuit in utilitatem sui abbatis; pacificus mansit in monasterio suo, ubi tandem reliquiarum ecclesia, & corporum sanctorum martyrum curæ castitæ, quamdiu in regi obsequium vocatus, monasterii disciplina virginis Maria, & sancti Germani provinciam & administrationem, regi, sui episcopi, & Hilduini diaconi, sui abbatis impio suscepit. Insuper rex illi quendam possessionem bonarum & servorum largitus est, postquam suis consecratis episcopis, & monasterio sancti Dionysii, in quo militaverat, septimonia legavit.

a Capitularum istorum auctorem se esse docet Lupus Abbas Ferrariensis in epist. 43. ut observavit Baluzius in Notis ad Lupum p. 463.

(a) Hic quoque Labbeus in margine loco Indictione VII. perperam dicit legendum esse, Indictione VIII. quia, ut diximus, non observat, post Ludovici Pii mortem Indictionem Gallicanam apud Franco in usu esse capisse. Pagina ad An. Ch. 744. n. 15.

(b) Plura fuisse quam octo hujus concilii capitula discimus tam ex concilio Meldensi, de quo paullo post, quam ex Joannis & Gratiani decretis.

CON-

ANNO  
CHRISTI  
845.

## CONCILIUM MELDENSE,

ANNO  
CHRISTI  
845.

## IN QUO PRÆFIXIS RECENTIUM

Aliquot synodorum decretis, alia simul ad redintegrandum ecclesiam statum & ad principis ac reipublicam salutem, prolata sunt capitula: in Meldensi ecclesia celebratum xv. Kalendas Julias, indictione viiii. anno Christi dcccxlv. Sergii II. pape anno 11. Caroli Calvi regis anno vi. succrescente.

## TITULI CANONUM.

Ex conventu in villa Colonia.

- De P. Su. modo.
- I. De honore cultuque Dei, atque ecclesiarum & servorum Dei veneratione.
  - II. Ut honor & potestas regia inconcussa permaneat.
  - III. De iustitiis unicuique secundum legem suam faciendis.
  - IV. Ut nemo quidquam regi contra iustitie rationem suggerat.
  - V. Ut si quid regi subreptum est, fideliter admonetur.
  - VI. De iis qui initium concordie sedus irrupterint.

Ex synodo apud Theodonis villam.

- VII. Ut principes mutuum inter se caritatem & concordiam habere studeant.
- VIII. Ut episcopi in viduatis sedibus ordinentur.
- IX. Ut monasteria laicis concessa religiosi deinceps viri seu femina committantur.
- X. De abbatibus quos laici monasteria regentes presumant.
- XI. De rebus ecclesiasticis non pervadendis.
- XII. Ut ordo ecclesiasticus antiquum vigorem recipiat, iudicium & iustitia omnibus reddatur, & de praeteritis erroribus penitentia agatur.

Ex synodo apud Lautiacum.

- XIII. De eo qui ecclesiasticam auctoritatem contemnit.
- XIV. De eo qui contra regiam dignitatem egisse comprobatur.
- XV. De eo qui potestati regia non obtemperat.
- XVI. De eo qui adversus has capitula praevocatur.

Ex synodo apud Belvacum.

- XVII. Ut res ecclesie ablata restituantur.
- XVIII. Ut praecipua illi de rebus ecclesiasticis restituantur.
- XIX. Ut iniusta consuetudines ab ecclesia non exigantur.
- XX. Ut nisi dirigantur, qui inquirant quae ad regem & reipublicam pertinent.
- XXI. De precariis & commutationibus vacante sede factis.
- XXII. De precariis quomodo fieri ac renovari debeant, & de praecipuis regalibus.
- XXIII. De commutationibus rerum ecclesiasticarum.
- XXIV. Ut ecclesie contra oppressores defendantur.

In synodo Meldensi acta.

- XXV. Quod domus episcopi recte ordinari & componi debeat.
- XXVI. Ut domum episcopi femina non frequentent, nec in ea reges aut principes seculares diu versentur.
- XXVII. Ut civitates per regis transitum non depradentur.
- XXVIII. Ut episcopis libertas a rege ad obeunda ministeria concedatur, & episcopi concessa sibi otio non abutantur.
- XXIX. Ut episcopi plebes sibi creditas ipsimet visitent.
- XXX. Ut a minore ecclesia ad potiorum nemo aspiret.
- XXXI. Ut metropolitanis reverentiam exhibeant episcopi provinciae.
- XXXII. Ut principes synodos provinciales suis temporibus fieri permittant.
- XXXIII. De episcopis qui ad synodos vocati non veniunt.
- XXXIV. Ut canonum statuta omnes custodiant, & vocum novitates in exponendis scripturis aliter non praesumant.
- XXXV. Ut habere studeat episcopus, qui presbyteros plebium assidue instruat & informet.
- XXXVI. Ut presbyteri apud ecclesias suas habitent, & mulierum frequentationem devitent.

- XXXVII. Ut clerici arma militaria non contingant.
- XXXVIII. Ut nullus deinceps episcopus supra sacra juret.
- XXXIX. Quod detestanda sint perjurya.
- XL. De hospitalibus Sotorum, & aliis ad nihilum redactis.
- XLI. De monasteriis everfis, & in alodium datis.
- XLII. Ut nisi dirigantur, qui res ecclesiasticas in alodium datas inquirant.
- XLIII. Ut per simoniacam heresim nemo regimen obtineat.
- XLIV. Ut chorepiscopus ultra modum suum nihil presumat.
- XLV. Ne pro ebriestate pretium exigatur, & de eulogiis quae a presbyteris offeruntur.
- XLVI. Ut sacrum christisma nisi in cena dominica non fiat.
- XLVII. Quomodo providendum sit ecclesie cujus episcopus infirmus est.
- XLVIII. Ut presbyteri, excepta aegritudine, non baptizent extra loca & tempora constituta.
- XLIX. Ut laici presbyteros suas villicationes & aliis secularibus negotiis non impicent, nec altorium ducant.
- L. Ut clerici alterius parochiae sine formata non recipiantur, & criminati ab omnibus excludantur.
- LI. Ut clerici, qui cum senioribus suis ex aliis provinciis veniant, non ministrent, nec ordinentur sine litteris episcopi sui.
- LII. Ut nullus ordinetur, nisi certo in clero per anni spatium conversationem suam probarit.
- LIII. De canonicorum in civitate vel monasteriis cura & disciplina.
- LIV. Ut titulus cardinalis in urbibus & suburbis constitutus episcopi penitus ordinem & disponant.
- LV. Ut episcopi usuras omnino compescere studeant.
- LVI. Ut episcopus sine certa causa nullum excommunicet, nec anathema imponat sine archiepiscopi & provincialium episcoporum consensu.
- LVII. Ut monachi palatium sine episcopi auctoritate non adeant, nec vagentur, nec villicationibus inferant.
- LVIII. Ut canonicos sine episcopi consensu in servitium suum rex non recipiat.
- LIX. Ut monachus de monasterio sine episcopi consensu non episcipatur.
- LX. Ut qui sacra loca infringunt, & praedantur, tamquam sacrilegi puniantur.
- LXI. Ut persuasores errorum ecclesiasticarum publice penitentiae subjiciantur.
- LXII. Ut qui novae & decimas persolvere, aut facta restaurare negligunt, excommunicentur.
- LXIII. Ut de manso ecclesie, aliter, indebitus census a presbyteris non exigatur.
- LXIV. De raptoribus virginum & viduarum, qui eas consensu parentum posse duxerunt.
- LXV. De raptoribus virginum & viduarum, qui nondum eas ex voluntate parentum duxerunt.
- LXVI. Ut qui deinceps virgines vel viduas rapere praesumpserint, excommunicentur.
- LXVII. De iis qui sanctorum rapimus, & in conjugium sumant.
- LXVIII. De iis qui alienas sponas rapimus.
- LXIX. De eo qui vivente marito conjugem illius adulteravit, & illo mortuo sumpsit.
- LXX. De iis quae sub velamine religionis, quae sanctimonialia degunt, & voluptatibus inservire dicuntur.
- LXXI. Ut auctoritatem regiam penes se habeant episcopi, qua ministros reipublicae, si eorum indignaverint ad-jutorio, conveniant.
- LXXII. De sepulturis infra ecclesiam, & de sepulcris non violandis, vel pecunia pro sepultura non exigenda.
- LXXIII. Ut erga Judaeos antiqua canonum & legum serventur.
- LXXIV. Ut potentes viri ac feminae provideant, ne in suis domibus vigent adulteria & libidines.
- LXXV.

- ANNO CHRISTI 791
- LXXV. *Ut capelle villarum regiarum non committantur laicis, sed ecclesiasticis, & de dominicis decimis.*
- LXXVI. *Ut comites seu iudices placitum aut malum non tractent post quartam feriam in capite jejunii.*
- LXXVII. *Ut feriantur octo dies paschalis festivitatis.*
- LXXVIII. *Ut capitula a Carolo magno imperatore, & a Ludovico Augusto promulgata observari precipiantur.*
- LXXIX. *Ut qui has statuta episcopalis & regalia violaverit, si clericus est, gradum omittat, si secularis, honore suo privetur.*
- LXXX. *Conclusio ad regem, ut capitula qua ipse decrevit, & manu sua firmavit, re ipsa conservet.*

## P R Æ F A T I O.

Quia generis humani fragilitas pronior dilabatur ad corrigenda, quam studeat conservare correctis, & divina testantur oracula, & consuetudine monstratur quotidiana: quia etiam virtutes facilius queant plantari, quam vitia possint eradiciari, & ager dumosus rusticorum usu atque labore ad cultum fertilem perductus ostendit, & propheta sacerdotalem gestans personam, Domino loquente, pramonstrat dicens: *Ego constitui te hodie super gentes & super regna, ut evellas & destruas, & dissipes & disperdas, & edifies & plantes.* Quatuor enim prius ponens ad destruendum prava, & duo postmodum ad statuendum recta, ostendit quid falce sacerdotali durius valeat & sapius debeat recidi. Quidquid terrena potestate vel cupiditate, ignorantia seu fragilitate, studio ac subreptione perversum in ecclesia, aut in humana conversatione pullulaverit, recidendum. Sacerdotum est enim, divina populo dare mandata, & referre responsa: quia in rationali pectoris Aaron erant doctrina & veritas. Et sacerdotalis chorus os Domini appellatur, sicut scriptum est. *Si separaveris pretiosum a vili, quasi os meum eris.* Cui etiam didum est: *Tu autem annuntiaabis eis, quin populus universis, ex me: &, legem requirunt ex ore sacerdotis, quia angelus Domini exercituum est: & multa alia his similia, que vera Christianitas plus jam pene credendo & venerando, quam audiendo vel discendo cognoscit.* Sacerdotum est etiam imminens gladium, que est animadversio divini furoris atque iudicii, populo nuntiare: eorum est nihil minus, verbi gladio, acutiore omnino gladio ancipiti, qui penetrat usque ad divisionem animæ & spiritus, compagum quoque & medullarum, atque cogitationum & intentionum cordis, in unoquoque ecclesie filio prava reserare a rectis, pravosque in omni ecclesia, si ita res poterit, ut sæculi iudices & iudicii divini, præcones, segregare de rectis. Quia nulli qui sanum sapit est dubium, ita Dominum omnia moderasse, ut clavibus ecclesie datis aditus ad vitam clauderetur, vel reserari, & quidquid ordine ordinato a sacerdotibus in ecclesia geritur, per gratiam sancti Spiritus ab illo geratur, qui quæ eis promissit nullatenus pro quocumque in quocumque dimisit: *Eccce ego, inquit, vobiscum sum usque ad consummationem sæculi.* Quod certissime cognoscetes Domini sacerdotes, & subtili examine perpendentes, quia eorum erat ad omnem actionem populi, ut Dominus per Moysen præceperat tubis clangere, id est manifestissima prædicatione voluntatem Domini insonare; postquam ab ipsis pie memorie Ludovici divini Augusti temporibus ecclesia diversis & diversis ceperat vexationibus fatigari, in qua, ut propheta longe ante deserverat, a planta pedis usque ad verticem non erat, immo nec est desiderabilis sanitas, crebris monitionibus suam, principum quoque & potentum, ac pauperum, totiusque ecclesie clamantes necessitatem, vocem correctionis dederunt, si forte vel ipsa ve-

xatio, ut scriptum est, intellectum daret auditui.

Hoc verbis, hoc scriptis, hoc publicis, hoc privatis suasionibus, hoc specialibus, hoc generalibus egerunt: pro Christo legatione fungentes, petitionibus, hoc etiam dicta dominica proponentes, hoc prophetis & apostolicis oraculis contestantes, hoc veterum statuta præ oculis demonstrantes, hoc capitulari & petitoria suggestione sæpius & principes & reipublice potentes atque ministros divina insinuatione, & voce blande ac terribiliter, quia ita diversis rerum eventus exegerant, monuerunt. Et ut de multis quedam ad memoriam reducamus, ita egerunt scriptis que constant. Quorum unum est ex synodo in pago Andegavensi habita, in villa que dicitur Lauriacus. Aliud in reversione gloriosi regis ac domini nostri Caroli a Redonis civitate: quod idem inclitus princeps, & ceteri quique tam ecclesiastici, quamque ex laici ordine, qui adfuerunt viri manu propria firmaverunt. Tertium in generali synodo apud Theodonis villam generaliter actum, & generali contestatione propositum. Quartum ex convenientia in prædicto conventu ceptum, & in Verno palatio perpetratum: sed invidia ac malitia diaboli, seu ministrorum ejus, nondum principis & populi auribus propositum. Inde vero, quia sicut necesse fuerat, divinis iussionibus non est secuta obedientia, dedit Dominus ab Aquilone, unde juxta prophetam, pandetur omne malum, dignos meritis nostris apostolos, crudeles scilicet & immanissimos Christianitatis persecutores Northmannos, qui usque Parisios venientes, quod iussit Dominus demonstraverunt: quorum actus Domini sacerdotes, ut prævenerant ex ore Domini, sermone sunt etiam subsecuti. Sed & inde Belvacum civitatem venientes, que ex Domini voluntate cognoverant, & verbo & scripto nullatenus siluerunt. Tandem autem grassante iniquitate, & elongante se optata atque optabili pace, non solum a medio nostri, verum, quod est lugubrius, a finibus nostris, perspicientes etiam divinam misericordiam, que potissimum in tribulatione suis fidelibus consueverat semper adesse, tot miserorum gemitus, tantasque lacrymas & pene intolerabiles, & in hac regni dumtaxat parte inauditas afflictiones & horribiles calamitates furda, si dici fas est, aure justo iudicio præterire. Ob hoc iustæ indignationis divinæ complangendum supplicium, & ecclesie Christi devoto pectore tractandum negotium, præsulum quoque & sequentis cleri correctionem, & regis ac regni salubritatem atque stabilitatem, & populi auctore & fautore Domino procurandam salutem, venerabiles episcopi, Vvenilo videlicet Senonice sedis archiepiscopus tum suffraganeis suis, Hincmarus quoque sanctæ metropolis ecclesie Rhenorum episcopus cum coepiscopis suis, & Rodulfus Bituricæ civitatis archiepiscopus, ceteris etiam Domini sacerdotibus legatis vel scriptis suam præsentiam exhibentibus, in Meldensem ecclesiam de suis civitatibus convenerunt, ibique secundum synodalis ordinis censuram residentes, anno dominicæ incarnationis DCCCXLV. pique regis Caroli succrescente feliciter vi. cuius consensu sub divino nutu illuc conventum est, xv. Kalendas Julii, quia occasiones durissimæ jam aunis præcedentibus synodalia tempora religioni absipientes sibi indebite subripuerant: post compassionis fraternæ, & communis miseræ ludum statuerunt primo aliqua ex his, que nuper ab eodem devotissimo principe, una cum sacro ecclesiastico ordine, & illustrium virorum nobilitate decreta sunt, ita ut constituta fuerunt præfigere: vel que ab ipsis ac ceteris Christi vicariis, ac divina auctoritate, ad statum sanctæ ecclesie redintegrandum,

ANNO  
CHRISTI  
811.

ad principis, & reipublicæ, & subsequenti Christianitatis salutem sunt prolata capitula, recentis memoriam, & auditui atque aspectui salubriter Christo propitio præscribere: & tunc quæ sancti Spiritus gratia ministraverit, & patrum constitutio rohorat, devotis mentibus intimare. Quia quæ bene inventa & semel statuta sunt, observatione indigent, ut ex vestigiis precedentium didicimus, non retractatione. Nec solum studendum est nova cudere, sed & vetera conservare. Quia etiam mox post absolutam synodum, nec admonitionis episcopalis congruentia, variis eventibus præpedita, potuit subsequi, nec monitionis efficacia promereri, prædicti venerabiles episcopi, una cum eque venerabili Guntboldo Rothomagensi archiepiscopo ac coepiscopis suis, consensu suprascripti gloriosissimi regis Caroli, anno incarnationis Dominicæ DCCCXLVI. xvi. Kalendas Martias Parisiis convenerunt, & ceptum divinum negotium pertractantes, ut ad perfectionem debitam propitiantem Domino perduceretur, satagere studuerunt. Sicque per septiformis Spiritus sancti virtutem nos omnes, licet indigni, Christi tamen vicarii, & apostolorum ipsius successores omnem hominem ecce jam non modo septies, verum & octies, intuitu meriti stabulario repromissi: *Quod supererogaveris, inquit, cum rediero, reddam tibi*, convenientes, ut vel nunc in hac octava, quæ resurrectionem præterdit, conventionem a mortuis operibus communiter resurgamus, consilium Dei, juxta Pauli vocem, annuntiamus, & mundos nos a sanguine audientium exhibemus. Indeque non obediens, quam non optamus, iram & indignationem ac tribulationem, sicut idem sanctus apostolus docuerat, denuntiamus: omni autem obediens & operanti bonum, ac perseveranti in bono, Christi Domini nostri voce promittimus, quam & deprecemur gloriam & incorruptionem, & vitam æternam, in sæcula sæculorum. Amen.

### C A N O N E S.

*Capitula ex conventu habito in villa qua dicitur Colonia, consensu principis, & episcoporum, ac ceterorum fidelium prolata & confirmata, & ab omnibus Dei fidelibus necessario observanda.*

#### I.

**D**E honore videlicet & cultu Dei acque sanctarum ecclesiarum, quæ auctore Deo sub ditione & tuitione regiminis nostri consistunt, communiter Domino mediante decernimus, ut sicut tempore beatæ recordationis domni ac genitoris nostri ex cultu, honoratu, atque rebus ampliata fuerunt, salva æquitatis ratione, ita permanent: & quæ a nostra liberalitate honorantur atque ditantur, de cetero, sub integritate sui servantur: & sacerdotes ac servi Dei vigorem ecclesiasticum & debita privilegia, juxta venerandam auctoritatem obtineant, eisdem vero regalis potestas, & illustrium virorum strenuitas, seu reipublicæ administratores, ut suum ministerium competenter exequi valeant, in omnibus rationabiliter & juste concurrant.

#### II.

Honor etiam regius & potestas regali dignitati competens, atque sinceritas & obtemperantia seniori debita, remota om-

ni fœcordia & calliditate, seu qualibet indebita quorumcumque conjunctione contra honorem & potestatem atque salutem nostram, sive regni nostri soliditatem, nobis in omnibus, & ab omnibus, sicut tempore antecessorum nostrorum consueverat, exhibearur. Et si quis quemcumque contra nos, & contra hanc pactam sinceritatem, aliquid moliri manifeste cognoverit, si eum convertet; & sic consilio atque auxilio episcopalis auctoritas, & fidelium unanimitas, & noster honor & potestas regia inconvulsa permaneat, totis nisibus decertare & adjuvare procuret.

#### III.

Quia vero debitum esse cognoscimus, ut a quibus honorem suscipimus, eos juxta edictum dominicum honoremus, volumus ut omnes fideles nostri certissimum teneant, neminem cujuslibet ordinis aut dignitatis deinceps nostro inconvenienti libitu, aut alterius calliditate, vel injusta cupiditate, promerito honore debere privari, nisi justitiz judicio & ratione atque æquitate dante. Legem vero unicuique competentem, sicut antecessores sui tempore nostrorum prædecessorum habuerunt, in omni dignitate & ordine, favente Domino, nostram magnificentiam observaturam promittimus.

#### IV.

Quod ut facilius atque obnoxius nostra auctoritas valeat observare, omnes, sicut in vestra bene memorabili convenientia pepigistis, conservare studebitis, immo etiam cuncti in postmodum sollicitè præcavebunt, ne aliquis pro quacumque privata communitate, aut rejicienda cupiditate, sive aliquis consanguinitatis, vel familiaritatis, seu amicitiz conjunctione, nobis immoderatus suggerat, vel postulationibus, aut quolibet modo illiciat, ut contra justitiz rationem, & nominis dignitatem ac regiminis æquitatem agamus.

#### V.

Et si forte subreptum nobis quidpiam ut homini fuerit, competenter & fideliter, prout sublimitati regis convenit, & necessitatibus subditorum expedit, ut hoc rationabiliter corrigatur, vestra fidelis devotio admonere curabit.

#### VI.

Tandem autem visum est nobis annectere, ut si quis hoc fœdus concordiz salubris, quod propter pacis caritatisque concordiam inivimus, & chirographi virtute subscriptimus, rebelli atque animo pertinaci irruerit, Christiana dilectione admoveatur, ut ad inconvulsam veritatis vinculum conservandum, quod qui tentaverit irrumpere, facilius poterit seipsum dirumpere, quam illud possit irrumpere, juxta monita divina ut respiscat hortetur: & si audierit, fiat de societate fidei omnibus

gau-

ANNO  
CHRISTI  
811.

favente  
Deo me ob-  
servaturam  
promittimus.

vestra.

ANNO  
CHRISTI  
1611.

gaudium: si vero obaudire renuerit, tunc pontificalis auctoritas, & regalis sublimitas, atque in caritatis connexionione persistentium magnanimitas, secundum quod res & necessitas postulaverit, ac ratio expetiverit, seu qualitati personæ convenerit, zelum suæ devotionis ferventissime exerat, & quod inspirante Deo agendum in omnem salutis & utilitatis atque honestatis partem judicaverit, irrefragabiliter peragat.

*Ex capitulis vero in synodo apud Theodonis villam habitis quodam monenda subiungemus: quodam autem pro tempore tunc dicenda, nunc brevitati studentes, recidimus: quodam etiam, necessitati consulentes, & ordini providentes, patrum sequentes consuetudinem interposuimus, ita ab episcopis prolata principum & ceterorum fidelium salutis.*

## VII.

Videtur nobis, si fideliter vultis regnare, & vigorem regum ac seniore ac super vestras & super impugnantes potestatem vestram optatis habere, caritatem illam, quam apostolus docuit, de corde puro, & conscientia bona, & fide non ficta, cum fratribus vestris studete habere, & quia sic habeatis, & fidelibus & infidelibus omni virtute & puritate, quantum Deus dederit, curate manifestare, sicut ipse docuit dicens: *in hoc cognoscens omnes quia mei estis discipuli, si dilectionem habueritis adinvicem.*

## VIII.

Quia bene nostis ab illo, qui solus rex & sacerdos fieri potuit, ita ecclesiam depositam esse, ut pontificali auctoritate, & regali potestate gubernetur: & scriptum esse liquido pervidetur: *Ubi non est gubernator, populus corrumpitur: & tanto periculosius, quanto anima plus est pretiosa quam corpus: Canonum etiam irrefragabilis auctoritas super episcoporum ordinatione evidentissime præcipiat: ferventissime Dei legatione fungentes monemus, ut quando cumque, Deo dispensante, quilibet episcopus ad Dominum migraverit, submota funditus peste simoniacæ hæreseos, sine dilatione, juxta auctoritatem canonicam, sedes vacans episcopum a vobis regulariter designatum, & gratia sancti Spiritus consecratum accipiat.*

## IX.

Sacrum quoque monasticum ordinem, a Deo inspiratum, & ab ipsis apostolis fundatum, seu a nominatissimis ac sanctissimis patribus ex cultum, atque per istud imperium a vestris pie memoris prædecessoribus propagatum, & quædam etiam loca specialius venerabilia, contra omnem auctoritatem & rationem, ac patrum vestrorum seu regum præcedentium consuetudinem, laicorum curæ & potestati, in maximo vestro periculo, & illorum perditione, & Dei ac sanctorum non modica ad irascendum provocatione, vos commisisse

*Council. General. Tom. XIV*

ANNO  
CHRISTI  
1611.

dolemus. Quapropter pro Christo devotissime obsecramus, ut tam magnam offensam, & justam reprehensionem, atque periculofam sine exemplo præcedentium præsumptionem, ab animabus vestris, & a felicitate regni vestri pellatis; & loca venerabilia, & habitum ac ordinem sacrum, eis qui ad hoc vocati sunt, viris scilicet ex clericali & ecclesiastico vel monastico ordine religiosi, seu & in suo sexu feminis Deo dicatis atque devotis, & in schola Christi eruditus, ad custodiendum & providendum committatis: qui & quæ Dei sunt Deo, & quæ sunt Cæsaris Cæsari reddant. Qui si minus perfecte, & in divina religione, & in reipublicæ utilitate profecerint, aut corripiantur, aut meliores & utiliores in locis eorum substituantur; & non propter pravorum nequitiam ordo religionis & loca sacratissima eis quibus licitum non est committantur. Quia, ut sancti patres dicunt, non debet esse in regimine vel in contubernio communis habitatio, quorum est diversa professio. Et magnopere cavendum est, ne tam manifesta religionis destructio regni hujus fiat desolatio, cum manifestissime scriptura demonstret Ozam morte damnatum, qui arcam Domini quasi cadentem relevare voluit, quam vel contingere illicitum ei fuit. Hæc autem loca sacra non ideo ab illis, qui ea tenere non debent, occupari prohibemus, ut a nobis illa cupide possideri queramus: sed ut hi, quibus ea habere non licet, licita habeant; & illi qui ad regiminis onera portanda a Domino vocati sunt, divina ministeria exequantur.

## X.

Perventum est siquidem ad nos, quod auditu lugubre, & dictu nefas, actuque horribile, ac nimis triste dignoscitur; quia contra omnem auctoritatem, contra patrum decreta, & totius Christianæ religionis consuetudinem, in monasteriis regularibus laici in medio sacerdotum, & Levitarum, ac ceterorum religiosorum virorum, ut domini & magistri resideant, & velut abbates, de illorum vita & conversatione decernant, eosque dijudicent, & regimini animarum, ac divina eis secundum regulam, non solum sine præsentia, verum etiam sine conscientia episcopi, committant sacraria: & ita præsumptive doceant, qui noluerunt fieri discipuli veritatis, & saltu inordinato magistri fiant erroris. Quod quam temerario ausu præsumptum sit, omnis scripturarum demonstrat auctoritas: adeo ut, sicut scriptum est, nec in persecutione dominica sine ministris pontificum reipublica ad comprehendendum dominum, quanto magis ad ordinanda divina servitia auderent transmittere? Ait enim scriptura secundum Joannem: *Judas autem cum accepisset cohortem, & a pontificibus & pharisæis*

Fif

seis

*suis ministros: Et iterum: Et adnumeravit Je-*  
*sum ad Annam primum, & inde ad Caipham*  
*pontificem: & post examinationem pontifi-*  
*cis, suscepit cum Pilatus. Et Paulum prin-*  
*ceps sacerdotum secundum legem sedes,*  
*per legem judicare debebat. Et quibus pa-*  
*nes propositionis non licet edere, etiam*  
*regis a Deo electi petitione, nisi ab im-*  
*munditia sua mudentur, judicia sacerdo-*  
*tum panes proponunt. Quod non est aliud,*  
*nisi quod Joannes dicit, cum venerit, an-*  
*tichristum acturum. Et nunc antichristi,*  
*videlicet isti, multi sunt. Et quod Domi-*  
*nus secundum Marcum: Cum videritis abo-*  
*minationem desolationis stantem in loco ubi non*  
*debet, qui legit intelligat. Vere enim ista est*  
*abominatio desolationis, non solum reli-*  
*gionis, sed etiam presentis & perpetue*  
*salutis: & solum subditorum, & talium*  
*apocryphorum rectorum, verum & regis,*  
*& regni, atque regni primorum, huic de-*  
*testabili inordinationi fautorum. Et quod*  
*adhuc habetur flebilius, quidam episcopo-*  
*rum vicino sedentes, & juxta prophetam*  
*canes muti non valentes latrare, nec op-*  
*ponere murum pro domo Israel, hæc scientes*  
*silent, & surda aure pertranseunt. Un-*  
*de & zelo divino accensu auctoritate Dei,*  
*ex quo omnis paternitas, secundum apo-*  
*stolum, in celo & in terra nominatur,*  
*decernimus, ut quidquid hujusmodi hæc*  
*tenus actum est, sacerdotali ac regali rigore*  
*seu dispositione cassetur, & ad statum au-*  
*thoritativum reducatur, & talis abbatia,*  
*quæ paternitas Latino nomine dicitur, fun-*  
*ditus removeatur. Et si quis hoc decre-*  
*tum contempserit, & admonitus a tali præ-*  
*sumptione se corrigere noluerit, idem, &*  
*qui ei favorit vel consenserit, a corpore*  
*Christi separetur & sanguine. Qui autem*  
*de monachis per talem manum obedi-*  
*tiam suscepit regularem, gravioris culpæ*  
*vindicta puniatur. Qui si postmodum quic-*  
*quam illorum præsumpserit, judicio sancti*  
*Spiritus presentis decreta auctoritate ana-*  
*thematizetur. Si autem monachus contem-*  
*nens gradum ecclesiasticum habuerit, eo*  
*privetur: & si gradum non habuerit, pa-*  
*ne & aqua contentus ergastulo diebus XL*  
*retradatur, & de ministerio indebite ade-*  
*pto ultionem canonicam, qui a qualibet*  
*seculari potestate prædictum honorem ec-*  
*clesiasticum vult obtinere, ex hoc decreto*  
*sustineat. Episcopi vero, qui hæc tenus tan-*  
*tam silentio consenserunt præsumptionis per-*  
*niciem, durius arguantur: & si deinceps*  
*istud sine vindicta dimiserint, aut agere*  
*in suis parochiis consenserint, tribus men-*  
*sibus hoc synodali judicio a missarum sol-*  
*lemnibus se abstineant, & suæ tantum ec-*  
*clesiæ communionem contenti fiant.*

## XI.

Occasionem etiam & fomitem, unde or-  
do ecclesiasticus, & canonica forma, atque

monastica religio, sæpe a longe superiori  
tempore, cum minus religiosos principes  
habuit, titubavit, & pene collabens depe-  
riit: & iterum, cum devotos & in Dei  
zelo ferventes principes accipere meruit,  
resurrectione quadam revixit, & vigorem  
recepit, atque sui processus tempore am-  
bulavit; quod non sine gravi dolore &  
metu ultionis divinæ dicimus in vestri re-  
giminis tempore, in destructionem, non  
in ædificationem, sicut Paulus docuerat,  
accidisse conspicimus. Quod & nostris pec-  
catis, qui dispensatores & pastores eccle-  
siarum esse debuimus, veraciter imputa-  
mus, & eorum, quorum factioe res ista  
adeo male pullulavit & excrevit, alia præ-  
cedentia peccata hoc meruisse pro certo  
auctoritate divina cognoscimus: ut qui no-  
cebant, sicut scriptum est, noceret adhuc,  
& qui in sordibus erant, sordescerent ad-  
huc; & unde Deum gravius ad iracundiam  
provocarent, & sanctos, quos inter-  
cessores pro suis peccatis habere debuerant,  
insensos haberent, & sacerdotes ac viros  
religiosos, seu Christi pauperes, quos ora-  
tores & reconciliatores sibi de suo prome-  
tteri necesse fuerat, proclamatores adver-  
sum se fieri irritarent; & ad cumulum  
suorum peccatorum etiam illa peccata, un-  
de in conspectu Dei rationem in die ter-  
ribilis judicii redderent, auferent, quæ il-  
li commiserunt, qui eadem ipsa peccata  
per intercessionem fidelissimarum oblatio-  
num deleverunt, quibus ecclesiasticarum  
rerum pervalores inconsulte, & in perni-  
ciam sui sine reverentia abutuntur. Quod  
ita verum esse, ut dicimus, Dominus pro-  
testatur: dicens: *Peccata populi mei comedunt.*  
Peccata enim populi comedunt, qui  
contra auctoritatem divinam res eccle-  
stias indebite pervadunt, ut nec interces-  
sionis ope, nec prædicationis consilio, vel  
quocumque divino auxilio, pro peccatis eo-  
rum qui eas dederant laborant, nec pio  
operi, ad quod fides fidelium eas tradide-  
rat, inservire permittunt. De quo pericu-  
loso facto vos, principes Christianissimi,  
venerabiliter admonemus, & devotissime  
obsecramus, ut memores salutis vestræ,  
presentis scilicet & æternæ, memores et-  
iam largitatis progenitorum vestrorum er-  
ga sanctas ecclesias, propter quam felici-  
ter regnaverunt, & sibi contrarios supera-  
verunt: memores siquidem cum quanta re-  
ligione, etiam ante Christi sanguinem, &  
in tempore famis in Ægypto, discretionem  
sancti Joseph, apud nefandam regem Pha-  
raonem terra sacerdotali exitit; innume-  
ra quoque scripturarum exempla, ut lacte  
ecclesiæ nutriti, & scientiæ ipsius uberibus  
sufficienter repleti, ante oculos reducentes  
tunicam Christi, qui vos elegit & exal-  
tavit, quam nec milites ausi fuerunt scin-  
dere, tempore vestro quantocius recon-  
fui-

ANNO  
CHRISTI1111  
Idem.  
AR. 11.

v. R. 11.

v. J. 11.

Mar. 11.

1/6 16.

1/6 16.

ANNO  
CHRISTI  
1111

v. C. 11.

Apr. 11.

1/6 16.

v. 11.



te & refarcite: & nec violenta ablatione, nec illicitorum præceptorum confirmatione, res ab ecclesiis vobis ad tuendum & defendendum ac propagandum commissis auferre tentate: sed ut sanctæ memoriæ avus & pater vester eas gubernandas vobis favore Deo dimiserunt, redintegrate, & præcepta regalia earundem ecclesiarum conservate & confirmate: ne, sicut intentavit Semeias propheta ad Roboam filium Salomonis in confissione pallii, præceptum regnum, quod abis, vobis patrum labore acquisitum, & hæreditate relictum, a vobis ipse Christus dividat, & æternum regnum quod promissit non tribuat. Nec contra Dei faciem iratas hominum facies consideretis: quia si ad tempus illis displiceritis, cum vos Deo placebitis, in vobis ille quod promissit implebit: *Cum placuerint, inquit, Deo via hominis, omnes inimicos ejus convertes ad pacem.*

ANNO CHRISTI 841.

1. AUG. 6.

PROV. 16.

XII.

Pecimus tandem, ut ordo ecclesiasticus, in quibuscumque ei fuerit necesse rigorem salutis humanæ exercere, per potestatem vestram, & per ministerium ministrorum dominationis vestræ; secundum antiquam consuetudinem suam vigorem recipiat, & populi generalitas, una cum ecclesiastica devotione, judicium, quod honor regis diligit, & justitiam, qua thronus ejus firmatur, per dispositionem vestram suscipiat: seu admonitione atque consilio, sacerdotibus vestra sublimitas, & quisque in quolibet statu vel ordine, de rapinis & ceteris quæ discordiæ malo acciderunt, præteritis erroribus penitentiam gerat, & Domini reconciliationem expostulet: quam facile omnis qui quaerit inveniet, si in loco discordiæ plantata fuerit caritas, quæ cooperit multitudinem peccatorum; eumque potius, quam nos, in consilio non nostro, sed Dei attendatis, qui dixit: *Qui vos audit me audit: & qui vos spernit me spernit. Non enim vos estis qui loquimini, sed Spiritus patris vestri, qui loquitur in vobis.*

LUC. 10. MARC. 9.

*Capitula in synodo acta, qua habita est apud Lauriacum in pago Andegorensi, anno MCCCLIII. incarnationis Domini nostri Jesu Christi, mense Octobri, indictione VII.*

1. DECEMBER. L. VIII.

XIII.

Si quis publicus divinæ legis prævaricator, vel pro manifestis criminibus erga ecclesiastica justa & rationabilia judicia contemptor repertus fuerit, vel inflatus actumidus monitis ecclesiasticis ac sanctorum patrum constitutionibus contradictor vel subsannator comprobatus fuerit, si monitionibus episcopalibus obtemperare distulerit, anathematizetur.

XIV.

Si quis contra regiam dignitatem dolose ac callide ac perniciose satagere commiserit, anathematizetur.

*Concil. General. Tom. XIV.*

probatu fuerit, nisi dignissime satisfecerit, anathematizetur.

XV.

Si quis potestati regie, quæ non est, juxta apostolum, nisi a Deo, contumaci ac inflato spiritu, contra auctoritatem & rationem pertinaciter contradicere præsumpserit, & ejus justis & rationabilibus imperiis, secundum Deum, & auctoritatem ecclesiasticam, ac jus civile, obtemperare irrefragabiliter noluerit, anathematizetur.

XVI.

Quicumque superbiæ facibus accensi, vel protervia stomachati, hæc, quæ pro sanctæ matris ecclesiæ tranquillitate, sacerdotalique rigore, & regia dignitate, a nobis unanimiter definita, manibusque propriis roborata sunt, violare, aut quolibet argumento irrumpere tentaverint, placet eos omnes anathematizari.

*Ex capitulis apud Belvacum in synodo habitis.*

XVII.

Ut res ecclesiasticæ tempore principatus vestri ablatæ ex integro præsentialiter restituantur, & restitutæ conserventur, sicut tempore avi & patris vestri fuerunt, & excepto superposito, quod ad usus possidentium absumptum est, quomodo tunc erant, quando vos illas inde tulistis, sine refragatione reddantur. Hinc enim in canone Aurelianensi scriptum est titulo XIII. Ne cui liceat res vel facultates ecclesiæ aut monasteriis, vel xenodochiis, pro quacumque elemosyna cum justitia delegatas retentare, alienare, atque subtrahere. Quod si quis fecerit, tamquam necator pauperum, canonum antiquorum sententiis constrictus ab ecclesiæ liminibus excludatur, quamdiu ab ipso ea quæ sunt ablata vel retenta reddantur.

Vide supra pag. 314. ubi pluraque ex seq. capitulis compendiose pertrahuntur.

Concil. Aurelian. V. can. 1.

XVIII.

Ut præcepta illicita jure beneficiario de rebus ecclesiasticis facta a vobis sine dilatione rescindantur, & ut de cetero ne fiant, a dignitate vestri nominis regii caveatur.

XIX.

Ut ab ecclesiis vestræ ditioni subjectis indebitas consuetudines & injustas exactiones de cetero non exactetis; sed ita eas conservetis, sicut ordo docet canonicus, & tempore avi & patris vestri conservatæ fuerunt.

XX.

Et ne magnificentiam vestram illuc vestræ dignitati indecens & inhonesta impellat necessitas quo non trahit voluntas, & partim necessitate, partim etiam subreptione, quia aliter quam se rei veritas habeat vobis dictum vel postulatum fuit, maxime quod ad rempublicam pertinuit, aut præreptione in beneficiario jure, aut in

ANNO  
CHRISTI  
917

alio die absumptum habetur, videtur nobis utile & necessarium, ut fideles & strenuos missos ex utroque ordine per singulos comitatus regni vestri mittatis, qui omnia diligenter imbrevent, quæ tempore avi ac patris vestri, vel in regio specialiter servitio, vel in vassallorum dominicorum beneficium fuerunt, & quid, vel qualiter, aut quantum exinde quisque modo retineat, secundum veritatem renuntietur vobis. Et ubi inveneritis, quia ratio & utilitas, ac ordo, seu veritas, in absumptis vel donationibus habeantur, in statu permaneant ubi autem irrationabilitas vel potius fraus inventæ fuerint una cum consilio fidelium vestrorum, hoc taliter corrigite, ut & ratio, atque utilitas, seu justitia non deserantur, & dignitas vestræ magnificentiæ per necessitatem ita vilis non fiat, sicut vos non decere cognoscitur. Quoniam domestica domus vestra aliter obsequiis domesticorum repleri non poterit, nisi habueritis unde eis meritum rependere, & indigentiam solatium ferre possitis: & sic demum res publica vestra de suo suffragetur sibi, & ecclesiæ a quibus non expedit habeantur immunes.

## XXI.

ANNO  
CHRISTI  
917

Ut precariæ & commutationes tempore viduarum ecclesiarum factæ ab his qui loca episcoporum occupaverant rescindantur, & cum auctoritate ecclesiastica, vel civili, si faciendæ sunt, fiant.

## XXII.

ANNO  
CHRISTI  
917

Precariæ autem a nemine de rebus ecclesiasticis fieri præsumantur, nisi quantum de qualitate convenienti datur ex proprio, duplum accipiatur ex rebus ecclesiæ, in suo tantum qui dederit nomina, si res proprias & ecclesiasticas usu fructuario tenere voluerit. Si autem res proprias ad præsens dimiserit ex rebus ecclesiasticis tripulum fructuario usu in suo tantum quis nomine sumat. Quia sic eas quemque tractare oportet, ut alienarum dispensatorem, non propriarum largitorem. Et a nulla potestate quis cogatur facere precariam de rebus proprie Deo & sanctis illius dicatis, cum ratio & usus obtineat, neminem qui non vult contra utilitatem & rationem præstitum de proprio facere beneficium. Præcepta autem regalia super precariis ecclesiasticis fieri nec ratio sinit, nec auctoritas quolibet modo permittit. Quoniam præcepta in jure ecclesiastico firmare indignum judicet necesse est majestas regia, nisi ab ecclesiastico rectore petantur. Idem autem custos ecclesiæ solertissime caveat, ne sui ordinis & ecclesiasticæ communionis forte immemor, contra auctoritatem præceptum regium pro quacumque assentatione fieri petat. qui etsi fecerit non audiat. Si autem & obtinuerit, regia discretionem & episcopali judicio idem rescin-

atur, & petitor injustus pro principis injusta suggestionem digne corripiatur: & precariæ secundum antiquam consuetudinem & auctoritatem de quinquennio in quinquennium renouentur.

## XXIII.

Ut commutationes rerum ecclesiasticarum valde caveantur, & subtilissime, si aliquo modo fieri debent, inspiciantur. Quæ autem inconsulte sunt factæ, juxta decretum canonicum papæ Hilarii, quæ illicite decessor episcopus admiserit, vel ab aliis illicite commissa sunt, ab eo qui successor est emendentur.

## XXIV.

Ut contra deprædatores & oppressores ecclesiarum, & rerum ad easdem pertinentium, defensores secundum ministerium vestrum, quantum Deus posse dederit, existatis: & præcepta, quæ avus ac pater vester ecclesiis ditioni vestræ subjectis fecerunt ac firmaverunt, & stabilia conservaverunt, quæque vos confirmastis, de cetero rata in omnibus conservetis.

Capitula in synodo acta. que apud Mendensem urbem dictimo mense habita est, anno incarnationis dominice MCCCLXV. XV. Kalendas Julias, indictione VIII.

## XXV.

Salubre decens esse cognoscitur, atque apostolicis regulis conveniens, ut non solum, secundum apostolum, domus ipsius spiritualiter episcopus bene præsit, verum etiam & domum temporalem ordinatam & compositam, secundum competentem ministerium suum, & de vicinitate ecclesiæ, & de convenientia religionis, & de receptione pauperum vel hospitem habeat: & ita sit ordinata, ut cuicumque conversationem, & domus conversationis ipsius viderit, habitacula ea religionis valeat computare, non diversoria impudicitie, aut alicujus irreligiositatis, quæ castitati vel bonæ opinionis contraria sint vel officiant, æstimentur.

## XXVI.

Suggerendum est etiam, & ex divino mandato intimandum regie dignitati, ut episcopium, quod domus episcopi appellatur, qualiscumque sit in oculis Domini episcopus, ipse tamen a Rege regum rex constitutus, pro sanctitate ordinis episcopalis, sicut sanctus Gregorius ad Fortunatum docet episcopum, venerabiliter ac reverenter introeat, & secundum sanctam prædecessorum consuetudinem, quando orationis & debite susceptionis gratia in transitu convenienti civitatem ingressus fuerit, habitaculis episcopalibus reverenter inhabitet, & non diversoria seminarum magnificentia sua & religio venerabilis ibidem fieri permittat. Quia si secundum leges canonicas in mansiones clericorum introitus seminarum prohibentur, quanto magis do.

ANNO  
CHRISTI  
917Cap. 1. D.  
110. par.  
C. 111

ANNO  
CHRISTI  
825

domus episcopi ab hujusmodi inhabitatio-  
ne & conversatione, etiam & a legitimo  
connubio conjugatorum, debet immunis  
esse & aliena? Sed & immunitates præ-  
cedentium imperatorum ac regum ab hu-  
jusmodi longiori & diuturna conversatione  
& commoratione regum, & quorumcum-  
que potentium ac sæcularium personarum,  
in episcopo prohibent. Quapropter & di-  
vinitus & humanitus sancitas divinas &  
humanas leges vestra devotio & dignitas  
observare curabit, si & in cælesti regno,  
& in terreno feliciter cupitis prosperari.

## XXVII.

Quia hætenus, propter diversas necessi-  
tatum incommoditates, aliter vos fieri in-  
competentia compulit, quam salubritas po-  
poscisset, & honestas atque utilitas postu-  
lassent, vestra studebit magnitudo obnixius  
observare, ut civitates per regis transitum  
non deprædentur: ut quando transitus ves-  
ter juxta civitates acciderit, immunes &  
liberas vestra dominatio jubeat a depræ-  
dationum exactioibus fieri mansiones in-  
tra civitatem. Quia omnes qui sua ad ci-  
vitates deferbant, ut & salva quæque ibi  
haberent & illa plus pacifice venderent,  
Jam & hoc refugiunt, & pristina immu-  
nitates & confirmationes infringuntur, dum  
& cives ab hospitibus opprimuntur, & ab  
his a quibus non solum opprimuntur, ve-  
rum & deprimuntur, sua non solum ven-  
dere prohibentur, sed & propter direptionem  
post eos cum gemitu clamare coguntur.

## XXVIII.

Ut regia magnificentia liberiore liber-  
tatem episcopis ad suum peragendum in  
eorum parochiis ministerium, quam hæte-  
nus propter diversas perturbationes habuis-  
sent, maxime in sacratissimis temporibus,  
quadragesimæ scilicet & adventus Domini,  
tribuat; quatenus & periculum, & epi-  
scopi ipsi, & regia dignitas, salubrius pro  
ministerio sibi commisso & neglecto possint  
evadere, & pro strenue executio divinarum  
misericordiam sibi conciliare prævaleant.  
Ipsi autem episcopi concessum sibi orium  
non in suas voluptates, sed in divinum &  
officiosum convertant negotium: quatenus  
studentes prædicationi, & correctioni, at-  
que confirmationi, quod hætenus per pa-  
rochias fuit neglectum, solerter & devo-  
tissime de cetero sit correctum & emen-  
datum, & non propter suam inquietudi-  
nem episcopi ad remotiora loca seceden-  
tes, & suum ministerium negligentes, pro-  
prias deferant civitates; sed ut parochias  
suas cum officii efficacia circumeant, aut  
cum religione in suis civitatibus canonicè  
cum suis filiis degant; & hospitalitate or-  
nati quæ iam pene propter diversas rapa-  
citates annullata est, non solum in oculis  
Domini propter obedientiam mandati di-  
vini reddantur conspicui, verum & bonum

testimonium secundum sanctum acquirant  
apostolum. Presbyteros etiam sibi commis-  
sos, & doctrina & castitate, & sobrietate  
atque hospitalitate secundum eorum mini-  
sterium ornari compellant.

## XXIX.

Ut quorundam episcoporum reprehensi-  
bilis, immo damnabilis consuetudo omni-  
modis corrigatur, qui plebes sibi creditas,  
aut raro, aut nunquam per seipos, juxta  
ordinem evangelicum & apostolicum atque  
ecclesiasticum, visitant, cum Dominus di-  
cat: *Speculatorem dedi te domui Israel, & au-*

*diis ex ore meo verbum, & annuntiabis eis ex  
me; & cetera quæ divinus sermo comple-  
ctitur. Omnes etiam sacerdotes Domini  
pia vigilantia fidem catholicam indagare,  
& subditos sibi cum mandatorum Domini  
observantia, episcopi quique studiosissime  
docere contendant.*

## XXX.

Ut si quis de ordine sacerdotali, con-  
temptu minoris ecclesiæ, ambitiose & im-  
probe ad potiorem aspirare contenderit,  
canonica erga Deum definitio conservetur.

## XXXI.

Ut metropolitani sedibus antiquitus sta-  
tuta jura serventur, & a comprovinciali-  
bus episcopis juxta regulas ecclesiasticas eis  
reverentia exhibeatur.

## XXXII.

Ut principes, juxta decreta canonum,  
per singulas provincias saltem bis aut se-  
mel in anno a metropolitani & diocesa-  
ni episcopis synodice conveniri concedant:  
quia quælibet confusio rerum temporalium  
dissolvere non debet collegium sacerdotum.

## XXXIII.

Ut si quilibet episcopus, ad synodum  
vocatus, quacumque occasione venire di-  
stulerit, nisi evidens impossibilitas præpe-  
dierit, salva censura ex hoc patrum au-  
thoritate decreta, cesset ab officio, donec  
satisfaciat fratribus.

## XXXIV.

Ut canonum statuta sine præjudicio ab  
omnibus custodiantur, & nemo in actio-  
nibus vel judiciis ecclesiasticis, suo sensu,  
sed eorum auctoritate ducatur. In expo-  
nendis etiam vel prædicandis divinis scri-  
pturis, sanctorum catholicorum & proba-  
tissimorum patrum sensum quisque sequatur,  
in quorum scriptis, ut beatus dicit  
Hieronymus, fidei veritas non vacillet.  
Sed & qui in suis monasteriis religiose re-  
sident, & vocationes novitates, & ut  
innotescant studio proferre satagunt, ac-  
cissime ut præsumptores arguantur & com-  
primantur.

## XXXV.

Ut quisque episcopus talem juxta se pro-  
viribus habere decertet, qui juxta sinceris-  
simum & purissimum sentum catholicorum  
patrum, de fide & observatione man-

ANNO  
CHRISTI  
825

Burchard  
lib. 1. c. 84.  
100 part. 1  
cap. 120.

Exib. 1.

quæ  
Si quis de  
ordine.

Hieron. in  
epist. ad  
Latan.

100 part. 1  
cap. 120.

ANNO CHRISTI 547.  
 dorum Dei, seu & prædicationis doctrina, presbyteros plebium assidue instruat & informet, ne domus Dei vivi, quæ est ecclesia, sine lucerna verbi divini remaneat. Sed & idem talis existat, quem amor pecuniarum non vexet, aut reprobi mores & conversatio reprehensibilis periculose devastet.

## XXXVI.

170 p. 17. cap. 17.  
 Ut presbyteri nullatenus ubicumque hospitari sinantur, aut aliquo modo ipsi præsumant, sed assidue apud suas ecclesias esse studeant propter sacra mysteria vel ministeria fidelibus exhibenda. Nec alibi etiam habitare permittantur, neque mulieres quamcumque frequentationem habeant in locis, in quibus presbyteri aliquem recursum habuerint. Quod si observare parvipenderit, ita ut transgressores, & qui contra interdicta fecerint, judicentur.

## XXXVII.

170 p. 18. Quædam de clerico.  
 Ut quicumque ex clero esse videntur, arma militaria non sumant, nec armati incedant, sed professionis suæ vocabulum religiosi moribus, & religioso habitu præbeant. Quod si contempserint, tamquam sacrorum canonum contemptores, & ecclesiasticæ sanctitatis profanatores, proprii gradus amissione mulcentur, quia non possunt simul Deo & sæculo militare.

## XXXVIII.

Ut nullus deinceps veritatis episcopus super sacra jurare præsumat: quod mysterii causa sancti quaerunt patriarchæ, & fecerunt. Non enim in hæsitacione & malitia exigentis, sed in caritate non ficta fides servatur. Quod qui transgredi ausu temerario præsumperit, quolibet modo illeclus, censuræ ecclesiasticæ sine retractacione subjaceat.

## XXXIX.

170 p. 19. cap. 18.  
 Ut multiplex juramentorum & perjuriorum confusio, per quam multæ fidelium animæ in toto hoc regno perditæ esse noscuntur, quam sit detestanda & Deo odibilis, attentius omnibus annuntietur, sicut ipse Dominus ostendit, dicens: *Non perjurabis in nomine meo, nec pollues nomen Dei tui, ego Dominus.* Tantum namque hoc malum est, ut ad sanctuarium martyrum, ubi diversorum ægritudines sanantur, ibi perjuri, licet manifeste interdum vexari non videantur, justo Dei judicio a dæmonibus arripiantur, sicut sanctus dicit Gregorius: Ad horum corpora ægri veniunt, & sanantur: dæmoniæ veniunt, & curantur: perjuri veniunt, & a dæmonio vexantur.

## XL.

Admonenda est regia magnitudo de hospitalibus, quæ tempore prædecessorum suorum & ordinata & exulta fuerunt, & modo ad nihilum sunt redacta. Sed & hospitalia Scotorum, quæ sancti homines

Agentis illius in hoc regno construxerunt, & rebus pro sanctitate sua acquisitis ampliaverunt, ab eodem hospitalitatis officio funditus sunt alienata. Et non solum supervenientes in eadem hospitalia non recipiuntur, verum etiam ipsi, qui ab infantia in eisdem locis sub religione Domino militaverunt, & exinde ejiciuntur, & ostiatim mendicare coguntur. Unde pertimescenda est canonica sententia, & maxime decretalis Symmachi papæ definitio, quia ut necator pauperum, & Christi traditor Judas, idem qui hujus sceleris auditor & perpetrator esse dignoscitur, præsentis & perpetuo est anathemate feriendus. Qui reiculam, inquit Symmachus papa, vel quidquid fuerit ecclesiæ, petunt a regibus, & corrumpendæ pietatis instigantur egentium substantiam rapiunt, irrita habeantur, quæ obtinent, & a communionem ecclesiæ, cujus facultatem auterri cupiunt, excludantur. Item in canone Aurelianensi: Si quis quolibet tempore contra hanc constitutionem nostram venire tentaverit, aut aliquid de consuetudine vel facultate xenodochii abstulerit, ut xenodochium, quod avertat Deus, esse desinat, ut necator pauperum irrevocabili anathemate feriatur.

## XLI.

Providendum est regis majestati, ut monasteria, quæ ab hominibus Deum timentibus in sua proprietate constructa, prædecessores illius causa defensionis & mundeburdi susceperunt, ut libera libertate, remota spe hæreditaria de illorum propinquitate, ibidem religio observaretur, & nunc in allodium sunt data, quapropter omnis exinde religio funditus est eversa: qualiter vota fidelium inconvulsa permanent, ne voces eorum contra se autem Deum clamantes, adjuncto periculo de eorum perditione, qui in eisdem locis necessitate naufragantur, condemnabile sentiat.

## XLII.

Monenda est solertia regia, ut strenuus & fideles missos per regnum sibi commissum dirigat, & investigent, ac diligenter imbrevent res ecclesiasticas, quas per subreptionem atque ignorantiam quorumcumque in allodium ipse aut pater suus donavit, & consulens periculo animarum, suæ videlicet ac patris sui, hoc ad tempus corrigere studeat, ne forte cum voluerit minime possit.

## XLIII.

Cavendum est, & summopere præcavendum, ac per virtutem Christi sanguinis interdicendum, & episcopis, & regibus, & omnibus sublimioribus potestatibus, atque cunctis fautoribus & electoribus quorumcumque, atque consensoribus, seu ordinatoribus in gradu ecclesiastico,

ANNO CHRISTI 547.

Concil. Ar. vel. Can.

Concil. Aurelian. V. Can.

1. quæ 7. Cavendum est, &amp; summopere.

\* consensoribus.

ANNO  
CHRISTI  
1611

LIB. 4. epist.  
110

cap. 11.

LIB. 4. epist.  
110

cap. 11.

stico, ut nemo per simoniacam hæresim A regiminis locum obtineat quacumque factione, calliditate, promissione, seu commoditate, aut donatione per se, aut per emissam personam: cum Spiritus sanctus, inter cetera documenta ecclesiastica, per os sancti dicat Gregorii: Cur non perpenditur, quia benedictio illi in maledictionem convertitur, qui ad hoc ut fiat hæreticus promovetur? Et item: Ementes quippe atque vendentes par pœna constringit; cum liqueat hanc hæresim ipsa sua origine apostolica esse detestatione damnatam. Et apostolus docet: *Non solum qui B facinus, sed qui consentiunt facientibus, digni sunt morte.* Et item beatus Gregorius; Dolens, inquit, dico, gemens denuntio, quia sacerdotium, quod apud vos intus cecidit, foris diu stare non poterit. Item idem: Adversarius animarum callida specie suadet, quasi debere ab habentibus accipi, ut sit quod possit non habentibus erogari; sed scriptum est: *Hosia impiorum abominabiles, quia offeruntur ex scelere.*

#### XLIV.

Ut chorepiscopus modum suum juxta C canonicam institutionem teneat, & nec sanctum chrisma, nec sanctum paracletum Spiritum, solis episcopis juxta decreta Innocentii tribuere debitum, tradere tenter; nec ecclesias consecret, neque ecclesiasticos, qui per impositionem manus tribuuntur, id est, non nisi usque ad subdiaconatum, & hoc jubente episcopo, & in locis quibus canones designant, agere præsumant. Impositioni autem pœnitentiæ, aut pœnitentium reconciliationi, per parochiam secundum mandatum episcopi sui inserviat. Si vero civitatis episcopus objerit, nihil ex episcopali ministerio specialiter episcopis debito attentet: quia ex hoc magnum scandalum, & divisionem rerum ecclesiasticarum; atque dilationem in canonicè ordinandis episcopis, Dei ecclesiis accidisse conspeximus. Nam si episcopus civitatis propter desidiam, aut sæcularem pervagationem, vel propter infirmitatem, modum suum chorepiscopis transcendere consenserit, sententiam canonicam debet attendere, qua decretum est, ut qui contra dicta canonum fecerit, gradus sui periculo sine retractatione subjaceat.

#### XLV.

Ut nemo episcoporum, vel quilibet minister ecclesiasticus, propter sacrum chrisma aliquid muneris accipiat, neque denarios, vel quælibet munuscula, quæ per ministros episcoporum a presbyteris inordinabiliter exiguntur. Decet tamen presbyteros, cum voluntariis eulogiis tempore congruo visitare & venerari suos episcopos.

LIB. 4. epist.  
110

#### XLVI.

Ut nemo sacrum chrisma, nisi in quinta feria majoris septimanæ, id est in cœna, quæ specialiter appellatur dominica, conficere præsumat.

#### XLVII.

Ut nemo vivente episcopo ecclesia militius, aut res ad eam pertinentes invadere, aut dominari præsumat: neque sub voluntariæ cleri ac populi electionis obtentu, præter voluntatem episcopi, quicumque, quacumque sæculari potestate præditus, quasi œconomum constituat. Sed si episcopus ministerium ecclesiasticum propter infirmitatem corpoream exhibere non potuerit, in archiepiscopi hoc, cum voluntate episcopi ejusdem ecclesiæ, maneat ordinatione, qualiter debitum officium non remaneat. Obsequium vero ad rempublicam pertinens qualiter exequatur, per tales ex subditis & ecclesiasticis ministris, cum consensu archiepiscopi propter pacis caritatisque custodiam, episcopus ordinet ac disponat, quos succedendi in episcopatu appetitus indebitus non elevant, neque vexet; nisi ita moratus extiterit, ut secundum instituta B. Gregorii in libro epistoliarum, & humiliter in subditiōne proficit, & post viriliter conveniens sanctis regulis præsit: quia ob hoc in multis ecclesiis scandalum magnum conspeximus. Sin autem in archiepiscopo talis necessitas acciderit, similiter ipse consilio episcoporum suorum hujusmodi ordinationem exhibeat.

#### XLVIII.

Ut nemo presbyterorum baptizare præsumat, nisi in vicis & ecclesiis baptismalibus, atque temporibus constitutis, nisi causa ægritudinis, vel certæ necessitatis, sicut sacra canonum docet auctoritas; & vici auctoritatem, & privilegia debita & antiqua retineant.

#### XLIX.

Ut nemo laicorum presbyteros ecclesiarum suarum turpi villicationi, & secundum apostolum, sæculari & inhonestæ negotiationi implicare, nec secum aliorum contra auctoritatem præsumat ducere, quo ministerium sibi commissum cogantur negligere. Quod si contra interdicta præsumpserit, excommunicetur.

#### L.

Ut presbyteri, vel quilibet clerici, in alterius parochia sine formata non recipiantur, neque retineantur, nec etiam ministrare sinantur. Criminati autem ab omnibus excludantur & rejiciantur a parochiis, in quibus cupiunt immorari, usquequo ad eum revertantur episcopum, a quo aufugisse noscuntur.

#### LI.

Qui cum senioribus suis de aliis provinciis ad nostras parochias veniunt, sine formata ministrare non permittantur, quam

est

ANNO  
CHRISTI  
1611

LIB. 4. epist.  
110

LIB. 4. epist.  
110

LIB. 4. epist.  
110

ANNO  
CHRISTII  
1111

erli attulerint, & ministrare idonei inven-  
ti fuerint, instruantur quam religiose at-  
que studiose sacrum ministerium peragant,  
& in quibus locis illud agere non debeant,  
& ut excommunicatis nequaquam commu-  
nicent. Clerici vero, si ab hujusmodi ho-  
minibus ad ordinandum offeruntur, instrui  
debent, ut ad episcopos, ex quorum pa-  
rochiis sumpti sunt, eos remittant, & aut  
ibi ordinentur, aut literas canonicas ab  
episcopo, ex cujus diœcesi sunt, perferant,  
sicut canonica docet auctoritas.

## LII.

Tragan. s.  
cap. 10.Cone. Chre.  
cap. 10.

Qui vero ex nostris parochiis, aut ad B  
titulum, aut absolute, ordinari petuntur,  
nullatenus ordinentur, nisi aut in clero  
certo & religioso, vel etiam in civitate,  
saltem uno anno immorentur, ut de vita  
& conversatione atque doctrina illorum  
certitudo possit agnosci. Et nemo absolu-  
te quemquam ordinare præsumat, sicut  
sancti sanxerunt canones.

## LIII.

Ut canonici in civitate vel monasteriis,  
sicut constitutum est, in dormitorio dor-  
miant, & in refectorio comedant, & in  
domo infirmorum necessario subleventur:  
& tam sani quam infirmi canonicè ve-  
stiantur, atque in claustris horis congruis  
degant, & sub custodia canonica lectio-  
nibus & ceteris divinæ institutionis insistant  
officiis. Qui vero episcoporum loci conven-  
nientiam aut facultatem non habuerit, ut  
hoc perficere & ordinare possit, princeps  
secundum constitutionem domni impera-  
toris Ludovici annuat. Id est, si vicina  
episcopo terra de eadem ecclesia esse re-  
perta fuerit, & ab alio possidetur, eccle-  
siæ rectori ad claustra clericorum, vel al-  
ia quilibet ecclesiæ commoda facienda D  
reddatur. Si autem de fisco fuerit, regia  
liberalitas eandem terram ad servorum  
Dei habitacula construenda largiri digne-  
tur. Si autem de alia casa Dei, aut de  
cujuslibet proprio fuerit, ex convenientia  
commutandi licentia tribuatur; & si pau-  
peritas loci ad ædificandas domos necessa-  
rias non suffecerit, eos ad adiutorium ædi-  
ficandi potestas regia cogat, qui res de  
eadem ecclesia in beneficiis retinent.

## LIV.

Ut titulos cardinales in urbibus vel su-  
burbiis constitutos episcopi canonicè & ho-  
neste sine retractatione ordinent & dispo-  
nant.

## LV.

Nican. Conc.  
c. 18.

Ut episcopi seiplos, atque ministros suos,  
& maxime ecclesiasticos, cunctosque Chris-  
tianos in sua parochia, perpendentes ex  
hoc statuta Nicæni concilii, & ceterorum  
conciliorum, ab usuris sine excusatione  
compefcant: & quos compefcere aliter non  
potuerint, canonicam in eos sententiam  
proferant.

## LVI.

Ut nemo episcoporum quamlibet sine  
certa & manifesta peccati causa commu-  
nitione privet ecclesiastica. Anathema au-  
tem sine consensu archiepiscopi, aut coe-  
piscoporum, prælata etiam evangelica ad-  
monitione, nulli imponat, nisi unde ca-  
nonica docet auctoritas: quia anathema  
æternæ est mortis damnatio, & non nisi  
pro mortali debet imponi crimine, & illi  
qui aliter non potuerit corrigi.

## LVII.

Ut monachi, quibus monasteriorum cu-  
ra commissa non est, passim & sine au-  
thoritate palatium non adeant, nec in eo  
immorentur, vel ubi & ubi discurrere ac  
pervagari acephali præsumant: sed si tales  
quilibet fuerint, ut utiles & necessarii ec-  
clesiæ ac principi reperiantur, cum aucto-  
ritate episcopi canonicè ac religiose per-  
gant. Sin autem, in monasteriis suis, si-  
cut canonica & regularis docet institutio,  
religiose resideant. Quos etiam nec epif-  
copus, nec abbas, vel quilibet alius vere-  
diorum more in missaticis instanter traf-  
mittat: quia per quosdam illorum contra  
canonicam auctoritatem & ecclesiastica &  
civilia perturbantur negotia. Nec sub præ-  
textu obedientiæ diutius villicationibus in-  
serviant: sed regulariter obedientiam in  
vicissitudine sua peragentes, secum, ut de  
sancto Benedicto legitur, in monasterio  
habitent, atque seiplos recolligant. Hæc  
autem transgredientes, sive prælati in fa-  
vendo, sive subditi in obtinendo, excom-  
municentur.

## LVIII.

Canonicorum autem, qui in parochiis  
consulantur & erudiuntur, interdum et-  
iam & ordinantur, sine auctoritate digni-  
tas regalis in suum periculum non digne-  
tur recipere, præsertim cum eos salubriter  
& auctoritative possit habere. Quapropter  
cum quilibet canonicorum ad regiam ve-  
nerit majestatem, & suo se voluerit man-  
cipare servitio consensu episcopi, ad cujus  
diœcesim pertinere dignoscetur, eum reci-  
piat. Et si in ordine clericali eum promo-  
veri voluerit, manus ipsius impositione ad  
ecclesiasticum ordinem sancti Spiritus mu-  
nere, si dignus fuerit, consecretur: qua-  
tenus & divina auctoritas vigeat, & re-  
galis dignitas obsequatur, & salus ordi-  
nantis, & ordinati, atque jubentis, in  
omnibus observetur. Alioqui hæc statuta  
transgredientes canonicæ subigantur sen-  
tentia.

## LIX.

Ut monachus de monasterio, sine con-  
sultu vel præsentia episcopi, aut vicarii  
ejus, ad hoc regulariter deductus non eji-  
ciatur: cujus dispositione & auctoritate de  
cetero vita & conversatio ejecti, ne perdi-  
tus

ANNO  
CHRISTII  
111111. quart.  
Nemo epi-  
scoporum.Greg. lib. 1.  
dist. cap. 1.

ANNO  
CHRISTI  
847.

tus perpetuo fiat, si aliquo modo salvari A  
potest, ordinari debet atque decerni.  
tudo inde habetur, pro hac nostra necessi-  
tudinis consideratione non decidat.

ANNO  
CHRISTI  
847.

## LX.

Ut hi qui monasteria, atque sacra loca, vel ecclesias infringunt, & deposita, vel alia quolibet, exinde abstrahunt, & sacerdotes ac viros ecclesiasticos non solum dehonoraunt, verum & diverso atque adverso modo affligunt, velut sacrilegi, canonicæ sententiæ, quæ ex his decreta esse dignoscitur, subigantur.

## LXI.

170 part. 14.  
cap. 86.

Ut perversores rerum ecclesiasticarum, qui eadem res vel contra auctoritatem non solum retinere, verum & crudeliter depopulari noscuntur, quidam etiam & facultates ecclesiæ in diversa collaboratione & redditibus eas expoliant, devastant, & opprimunt, ut rapaces, qui secundum apostolum regno Dei excluduntur, ex criminali & publico peccato publica pœnitentia satisfaciant. Quod si hoc agere noluerint, & potestate regia ad hoc exhortati vel coacti non fuerint, proferatur contra eos apostolica terribilis sententia qua dicitur: Si quis frater nominatur, & est rapax, cum huiusmodi nec cibum quicumquam præsumat sumere: quia iniquum & sacrilegum, ut Symmachus papa, & post eum beatus Gregorius Sabino subdiacono scribit, & contra leges est, si quis quod venerabilibus locis relinquatur, pravæ voluntatis studiis suis tentaverit compendiis retinere. Quapropter secundum statuta canonum, ab omni ecclesiastica communione ut sacrilegus debet arceri, donec studeat digna satisfactione quod admisit corrigere.

## LXII.

Hi vero qui ex rebus ecclesiasticis novæ & decimas persolvere, & facta tecta ecclesiæ secundum antiquam auctoritatem & consuetudinem restaurare debent, & hoc non solum negligunt, verum & per contemptum dimittunt, atque clericos fame ac penuria, ecclesiastica quoque ædificia dissolutione annullari permittunt, tandem ab ecclesiastica communione separantur, usque dum diligentia emendare studeant quod socordia neglexerunt. Quod si iterum iteraverint, post excommunicationis satisfactionem, regia potestate compelli, juxta legale & antiquum dictum: Qui negligit census perdit agrum. Servi autem ecclesiarum, quibuscumque potestatibus subditi, unde melior consuetudo, vel devotior commendatio ex tempore & jussione domni Ludovici, vel certe domni Caroli, sive etiam Pippini non existit, saltem viginti diebus in anno, eidem ecclesiæ ad reficiendas ipsius ruinas absque molestia servire sinantur. Ubi autem & amplior commendatio, & melior consue-

Concil. General. Tom. XIV.

## LXIII.

Ut secundum canonicam auctoritatem, & constitutionem domni imperatoris Ludovici, de agro ecclesiastico & manso, ac mancipiis, quæ ipse suis capitulis constituit, vel si quilibet pro loco sepulturæ aliquid largitus ecclesiæ fuerit, neque de decimis & oblationibus fidelium cuiquam presbyteros aliquem census persolvere cogat, nec quisquam cujuslibet ordinis vel dignitatis exinde quidquam subtrahat, aut redditionem quamcumque exigat temporalem. Quod si fecerit communione usque ad satisfactionem privetur, & regia potestate hoc emendare legaliter cogatur.

170 part. 3.  
cap. 16.

## LXIV.

Raptores virginum & viduarum, qui etiam postea voluntate parentum eas quasi desponsantes sub dotalitii nomine in conjugium duxerunt, publicæ pœnitentiæ subigantur, & post publicam pœnitentiam, prout præviderit episcopus, peractam, ne in pejus corruant, iterum convenientes de cetero elemosynis & ceteris quibusque religiose & salvificæ conversationis actionibus interservire procurent, usquequo ab opere conjugali ex consensu se valeant abstinere. Filii vero ex huiusmodi vituperabili conjunctione ante conjugium etiam minus laudabile procreati, ad ecclesiasticam dignitatem nullo modo provehantur: nec de tali coniugio generati ecclesiasticis ordinibus applicentur, nisi forte eos, aut maxima ecclesiæ utilitas vel necessitas postulet, vel evidens meritorum prærogativa commendet.

170 part. 3.  
cap. 17.  
16 quart. 1.  
Tali conju.  
170.

D

## LXV.

Hi autem qui necdum eas quas rapuerant, cum voluntate parentum, sub præfato desponsionis vel dotalitii nomine, in conjugium sumptas habent, quando in omnium aures hæc fuerit constitutio promulgata, ab earum conjunctione separantur, & publicæ pœnitentiæ subigantur: raptæ autem parentibus legaliter restituantur. Post peractam vero publicam pœnitentiam, si ætas & incontinentia exegerit, legitimo & ex utrisque partibus placito conjugio socientur. Nam in his non regulam constituimus, sed, ut verbis magni Leonis utamur, quid sit tolerabilis æstimamus. Quod si unus ex conjugatis obierit, is qui publicam pœnitentiam egit, & superstes extiterit, iterare conjugium non præsumat, nisi forte episcopus præviderit aliquam concedere indulgentiam, ut graviolem possit amovere offensam.

170 part. 3.  
cap. 17.  
16 quart. 1.  
Si autem  
necdum 170.

## LXVI.

Quicumque vero deinceps rapere virgines vel viduas præsumperit, secundum synodalem beati Gregorii definitionem

170 part. 3.  
cap. 17.  
Syn. Rom.  
c. 10. 170.

G g g

ipfi

ANNO  
CHRISTI  
849.

835  
ipsi & complices eorum anathematizentur, & raptores sine spe conjugii perpetuo mancant.

## LXVII.

Ivo part. 7.  
cap. 170.

Qui sanctimoniales virgines vel viduas rapiunt, & progressu etiam criminis in conjugium sumunt, publicæ pœnitentiæ juxta modum, quem præviderit episcopus, subigantur. Ipsæ vero locis congruis pœnitentiæ retrudantur, & ad habitum religionis redire cogantur; uterque autem sine ulla spe uxoriæ copulationis perenniter mancant. Si autem, quod abest, conjugia iterare præsumperint, acriori subdantur vindictæ, & amplius propellantur. Qui si forte obedire monitis salutaribus noluerint, anathematizentur.

## LXVIII.

Ivo part. 8.  
cap. 170.

De his qui sponfas alienas rapiunt, vel consensu parentum accipiunt, antiqua & synodalis sententia observetur. Quod etsi forte in ecclesia eventus talis reperiri dignoscitur, ut pro salutis & religionis competentia humanius quiddam debeant tractare pontifices, sicut canonica, ut eisdem verbis utamur, docet auctoritas: quia prior quidem, inquit, definitio durius, posterior autem quiddam tractavit humanius, nullo modo, ut ad maximam indulgentiam descendamus, alterius sponsæ acceptor sine publica transeat pœnitentia, & sponso legaliter mulctam componat. Quod si his obedire renuerit, sine ulla refragatione anathematizetur: fautores vero illius, juxta modum culpæ, episcopali decreto pœniteant. Si vero, quod non optamus, quis de gradu ecclesiastico talibus nuptiis se confensorem vel interventorem manifeste prodiderit, a gradu proprio repellatur. Et si verisimilibus exinde suspicionibus fuerit propulsatus, & canonicè nequiverit approbari, secundum sanctorum patrum statuta se purgare cogatur.

## LXIX.

Ivo part. 8.  
cap. 101.

Is qui vivente marito conjugem illius adulterasse accusatur, & eo in proximo defuncto eandem sumpsisse dignoscitur, omnimodis publicæ pœnitentiæ subigatur: de quo etiam post pœnitentiam præfata si expedierit servabitur regula; nisi forte idem aut mulier virum qui mortuus fuerat occidisse notentur, aut propinquitas, vel alia quælibet actio criminalis impediat: quod si probatum fuerit, sine ulla spe conjugii cum pœnitentia perpetuo mancant. Si autem negaverit se eandem feminam vivente marito nequaquam adulterasse, & præfati homicidii nemo eorum reus extiterit, & probatis testibus neuter eorum convinci potuerit, purgent legaliter famam suæ opinionis, & sumpto utantur conjugio, si alia, ut diximus, non præpedit ratio.

## LXX.

Ut illæ quæ quasi sanctimoniales sub velamine religionis degere cognoscuntur, sed potius juxta apostolum in deliciis viventes mortuæ in divinis oculis computantur, libidinibusque, & ceteris carnis voluntatibus interservire accusantur, si manifeste detegi potuerint, episcopali auctoritate & regia potestate in talibus locis residere sub testimonio religioso cogantur, ubi pœnitentiam si fecerint dignam, assentiantur etiam fructuosam. Si autem manifeste detegi non valuerint, erga ecclesiam suæ opinionis malam famam legaliter purgare cogantur, & ut religiosius de cetero vivant, episcopali decreto & regia potestate coercentur.

## LXXI.

ANNO  
CHRISTI  
849.  
1. Tim. 2.Ivo part. 8.  
cap. 101.

Ut auctoritatem sigillo regio roboratam more tractoris Christianissimus princeps singulis donet episcopis, quam quisque episcoporum penes se habeat, ut quando ei necesse fuerit, per eandem auctoritatem reipublicæ ministros conveniat, ut ipsi, in quibuscumque civili indiguerit adiutorio, reipublicæ ministris concurrentibus, suum, immo divinum, possit rite peragere ministerium.

## LXXII.

Ut nemo quemlibet mortuum in ecclesia, quasi hæreditario jure, nisi quem episcopus, aut presbyter pro qualitate conversationis & vitæ dignum duxerit, sepelire præsumat. Nec quisquam ossa cujuslibet mortui de sepulcro suo ejiciat, aut sepulturam cujusquam temerario ausu quomodo violat: sed unumquemque in loculo sibi a Deo præparato atque concesso adventum sui judicis præstolari concedat; maxime, cum non solum divinæ leges, sed etiam & humanæ apud humanam rempublicam sepulcrorum violatores reos mortis dijudicent. Sed & neque pro loco sepulturæ, ut verbis sancti Gregorii utamur, pretium de terra concessa putredini quærere, & de alieno velle facere luctu compendium, aliquo modo tentet. Si quando autem proximi, vel hæredes, sponte aliquid offerre in ecclesia voluerint in elemosynam defuncti, accipere non vetamus: peti vero, aut aliquid exigi, omnino prohibemus; ne, quod valde irreligiosum est, aut venalis, quod abest, ecclesia dicatur, aut de humanis mortibus videamur gratulari, si compendium exinde studemus modo quolibet quærere.

## LXXIII.

Ut erga Judæos a Christianis principibus, ac ceteris omnibus Dei fidelibus, tam clericis, quam laicis, viris seu feminis, sacrorum canonum, & antiquorum regum atque legum jura servantur; ex quibus pauca de multis subter annotare curavimus.



ANNO CHRISTI 847. Inscr. I. I. Cod. Theo. No. Christi. manc. Valent. III. confusio resp. 1.

Novella 3. Theod. de Judæis, &c.

**Constantinus Flavius imperator Augustus**. Si quis A Judæorum Christianorum servum, vel cujuslibet alterius scilicet, emerit & circumciderit, a Judæi ipsius potestate sublatu, in libertate permaneat.

**Theodosius & Valentinianus Augusti**. Judæis vel paganis causa agendi vel militandi licentiam denegamus: quibus Christianæ legis nolumus servare personas, ne occasione domini scilicet venerandæ religionis immutent. Omnes igitur personas erroris insausi jubemus excludi, nisi his emendatio matura subveniat: *Item idem imperatores Augusti*. Hæc videtur in omne ævum lege sancimus, neminem Judæum ad honores & dignitates accedere, nulli administrationem patere civilis obsequii, nec defensoris saltem fungi officio. Nefas quippe credimus, ut supernæ majestati & legibus Romanis inimici, sub specie cujuslibet officii, Christianos, vel etiam sacerdotes, sub quacumque occasione injuriis audeant fatigare, vel legis nostræ aliquos aut condemnare: aut adjudicare præsumant; nec carcerali custodiæ præsent, ne Christiani, ut fieri solet, nonnunquam abstrusi custodum odii alterum carcerem patiantur. Nullam deo audeant struere synagogam: nam si fecerit, noverint hanc fabricæ ecclesiæ catholicæ profuturam; & quinquaginta pondera auri auctores fabricæ esse irulandos tuinas tantum synagogarum suarum permissa licentia reparandi. Quicumque Judæus servum, seu ingenuum, invitum vel suasionem plebenda ex cultu Christianæ religionis in nefandam scilicet ritumve traduxerit, amissu facultatibus capite puniatur, justissimæ poenæ sanguinis destinatus, qui fidem alterius expugnavit perversa doctrina. Quicumque ex his ad honores irrepit, habeatur ut ante conditionis extremæ, ne videamur hominibus execrandis contumeliosum immunitatis beneficium præstitisse.

**Chilobertus rex Francorum**. Judæis a cæna Domini usque in primum pascha per plateas aut forum, quasi insultationis causa, deambulandi licentia denegatur.

**Gregorius papi Theoderici & Theoderico regibus Francorum & Brunehilda regina**: Mirati sumus, quod in regno vestro Judæos Christiana mancipia possidere permititis. Quid enim sunt omnes Christiani, nisi membra Christi? *Et post pauca*. In hoc vos amplius petimus Deo cultores demonstratis, quos fideles ejus ab inimicis ejus absolvitis. *Item idem ad Fortunatum episcopum*. Christiana, inquit, mancipia, quæ a Judæis adducuntur aut possidentur, aut mandatoribus contradantur, aut certe Christianis emptoribus intra diem quadragesimum venundentur, & transacto hoc dierum numero, nec apud eos quolibet modo remaneant. Si autem quedam ex istis mancipiis talem ægritudinem fortassis incurserint, ut intra statutos dies vendi non valeant, adhibenda sollicitudo est, ut, dum saluti fuerint pristina restituta, similiter modis omnibus distrahantur, & inde fraudis tollatur cuncta occasio, ne Christiana mancipia in domo Judæi habitare sinantur.

**Sanctus Avitus ecclesiæ Viennensis episcopus, & sanctus Apollinaris ecclesiæ Valentina, & sanctus Gregorius Lingonica ecclesiæ episcopus, & sanctus Vincentius ecclesiæ Lugdunensis episcopus, cum aliis viginti episcopis in nomine Domini congregatis, ita sancimus**: Si superioris loci clericus hæretici cujuscumque convivio interfuerit, anni spatio ecclesiæ pacem non habebit: quod juniores clerici si præsumperint, vapulabunt. A Judæorum vero convivio etiam laicos constitutio nostra prohibuit: nec cum ullo clerico nostro panem comedat, quisquis Judæorum convivio fuerit inquinatus.

Conc. Epou. Cæsar. 19.

Council. General. Tom. XIV.

**Sanctus Casarius ecclesiæ Arlatensis cum aliis triginta quinque episcopis**: Omnes, inquit, deinceps clerici, sive laici Judæorum convivio evitent, & nec eos ad convivium quis excipiat: quia cum apud Christianos cibis communibus non utantur, indignum est atque sacrilegum eorum cibos a Christianis sumi, cum ea, quæ apostolo permittente non sumimus, ab illis judicentur immunda: ac sic inferiores incipient esse catholici, quam Judæi, si nos illis, quæ ab eis apponuntur, utamur, illi vero a nobis oblata contemnant.

**Priscus ecclesiæ Lugdunensis episcopus, Artemius Senonica, Remedius Biturica, & sanctus Syagrius Elnorum episcopus, cum ceteris pluribus, sacra ecclesiastica renovantes, ita defuerunt**. Ne Judæi Christianis populis judices deputentur, aut telonarii esse permittantur, per quod illis, quod Deus avertat, Christiani videantur esse subjeti. Ut Judæis a cæna Domini usque primum pascha, secundum edictum bonæ recordationis domni Chiloberti regis, per plateas aut forum, quasi insultationis causa, deambulandi licentia denegetur. Et ut reverentiam cunctis sacerdotibus Domini, vel clericis impendant, nec ante sacerdotes confessum, nisi ordinari habere præsumant. Quod si facere fortasse præsumperint, a iudicibus locorum, prout persona fuerit, distringantur. Et ut nullus Christianus Judæorum convivio participare præsumat. Quod si facere quicumque, quod nefas est dici, clericus aut secularis præsumperit, ab omnium Christianorum consortio se noverit coercendum, quisquis eorum impietatibus fuerit inquinatus. Et licet quid de Christianis, qui aut captivitatis incurso, aut quibusdam fraudibus, Judæorum servitio implicentur, debeat custodiri, non solum canonicis, sed & legum beneficiis jampridem fuerit constitutum: tamen quia nunc ita quorundam querela exorta est, quosdam Judæos per civitates, aut municipia constitentes, in tantam insolentiam & proterviam prorupisse, ut nec reclamantes Christianos licet vel ad pretium de eorum servitute absolvi: idcirco præsentis concilio sancimus, ut nullus Christianus Judæo deinceps debeat deservire; sed datis pro quolibet bono mancipio duodecim solidis, ipsum mancipium quicumque Christianus, seu ad ingenuitatem sive ad servitium, licentiam habeat redimendi: quia nefas est, ut quos Christus Dominus sanguinis sui effusione redemit, persecutorum vinculis permaneant irretiti. Quod si acquiescere his quæ statumus quicumque Judæus noluerit, quamdiu ad pecuniam constitutam venire distulerit, liceat mancipio ipsi cum Christianis ubicumque voluerit habitare. Illud etiam specialiter sancientes, quod si quis Judæus Christianum mancipium ad ritum Judaicum convicius fuerit persuasisse, & ipso mancipio careat, & legali damnatione plebatur.

**Sanctus Lupus Trecaffenorum episcopus, & cum eo alii viginti & quatuor episcopi, vel vicarii episcoporum, similiter in nomine Domini nostri Jesu Christi congregati, pro causis corporis sui, quod est ecclesiæ: inter multa hoc etiam statuerunt**: Quia Deo propitio sub catholicorum regum dominatione consistimus, Judæi a cæna Domini usque in secundam sabbati in pascha, hoc est ipso quadragesimo, procedere inter Christianos, neque catholicis populis se ullo loco, vel quacumque occasione, miscere præsumant.

**In concilio Laodicensi statutum est**, quod non oporteat a Judæis, vel hæreticis, ea quæ mittuntur munera festiva suscipere, nec cum eis festa celebrare. Et quod non oporteat a Judæis azyma

Ggg 2 acci

ANNO CHRISTI 847. Conc. Agath. Cæsar. 60.

Concilium Mart. I. Cæsar. 19.

Ibid. Cæsar. 19.

Ibid. Cæsar. 19.

Ibid. Cæsar. 19.

Concilium Aurel. III. Cæsar. 30. Legent.

Cæsar. 37. 38.

839  
ANNO  
CHRISTI  
745  
Concilium  
Arven.  
Cap. 16.

accipere, & commenicare impetentibus eorum. **A**uctoritatem, ne, quod absit, periculum in-  
*Et in alio concilio. Ut si quis Judaice pravitati* terdicti anathematis ex decimis præsum-  
jugali societate conjungitur, id est, si seu Chri- ptis incurritis, si capellas vestras presby-  
stiano Judæa, sive Judæo Christiana mulier car- teris, aut viris ecclesiasticis dederitis, &  
nali consortio miscetur, quique horum tantum dominicas decimas acceperint, facta te-  
nefas admisisse noscuntur, a Christiano coetu at- sta ecclesie & luminaria exinde compe-  
que convivio & a communione ecclesie protinus terenter provideant, & presbyteri parochia-  
segregentur.

*Ex concilio Tolitano IV. cap. LVIII. De his qui*  
*contra fidem Christi Judæus natus vel favorem præ-*  
*stavit.* Tanta est quorundam cupiditas, ut quidam  
cam appetentes, juxta quod ait apostolus, etiam  
a fide erraverint. Multi quippe hucusque ex sa-  
cerdotibus atque laicis accipientes a Judæis mune-  
ra, perfidiam eorum patrocinio suo forebant; qui  
non immerito ex corpore antichristi esse noscun-  
tur, quia contra Christum faciunt. Quicumque  
igitur deinceps episcopus, sive clericus, sive læ-  
cularis, illis contra fidem Christianam suffragium  
vel munere vel favore præstiterit, ut profanus &  
sacrilegus anathema effectus, ab ecclesia catholi-  
ca, & regno efficiatur extraneus: quia dignum  
est ut a corpore Christi separetur qui inimicus  
Christi patronus efficitur.

*Item in eodem concilio cap. LX. De filiis Judæo-*  
*rum, ut a parentibus separati Christianis debeant*  
*deputari.* Judæorum filios vel filias, ne parentum  
ultra involvantur erroribus, ab eorum consortio  
separari decernimus, deputandos autem monaste-  
riis, aut Christianis viris ac mulieribus Deum ti-  
mentibus, ut sub eorum conversatione cultum fi-  
dei discant, atque in melius instituti, tam in mi-  
noribus, quam in fide proficiant. Ut mercatores  
hujus regni, Christiani sive Judæi, mancipia pa-  
gana, quæ per tot populos & civitates fidelium  
transfuentes ad manus infidelium & sævissimorum  
hostium nostrorum perducunt, ex quo & ipsi in-  
feliciter servi, qui si a Christianis emerentur, po-  
terant salvari, miserabiliter pereunt, & inimico-  
rum regni maximus numerus augetur, coercean-  
tur a piis principibus nostris, & intra Christia-  
norum fines vendere compellantur: ne tam hor-  
renda crudelitate, & aperta infidelitate, & ani-  
marum damnis Deus exasperetur, & vires hosti-  
bus auquantur.

LXXIV.

Provideant viri potentes, & maxime po-  
tentes femine, ut in suis domibus adulte-  
ria, & luxurie concubinaticæ, & incesta  
adulteria non vigeant. Et suos presbyte-  
ros, qui cum eis in capellam vadunt, hu-  
jusmodi virtutem habere faciant, quatenus  
omnia vitia in domibus suis resecent, &  
orationem dominicam ac symbolum cun-  
ctos tenere & frequentare compellant; quia  
parochiani presbyteri, & episcoporum mi-  
nistri, de minoribus & vilioribus personis  
hoc providere studebunt.

LXXV.

Indignum valde est, ut qui in regiadi-  
gnitate ceteros ecclesie filios auctore Deo  
præcellitis, negligentius quæ Dei sunt ex-  
equi videamini. Unde dignum erat, ut  
capellas villarum vestrarum laicis non com-  
mitteretis; sed potius illis qui & eadem  
sacrata loca religiosius tractarent, & vobis  
exinde adjuti obsequium debitum impen-  
derent. Sed quia aliter causis intervenien-  
tibus res se habere dignoscitur, monemus  
& hortamur, ut secundum canonicam au-

toritatem, ne, quod absit, periculum in-  
terdicti anathematis ex decimis præsum-  
ptis incurritis, si capellas vestras presby-  
teris, aut viris ecclesiasticis dederitis, &  
dominicas decimas acceperint, facta te-  
sta ecclesie & luminaria exinde compe-  
terenter provideant, & presbyteri parochia-  
nas decimas accipiant, & populi necessi-  
tatibus debite invigilent. Si autem laici  
capellas habuerint, a ratione & auctori-  
tate alienum habetur, ut ipsi decimas acci-  
pant, & inde canes aut genicarias suas  
pascant. Sed potius presbyteri ecclesiarum  
cas accipiant, & inde restaurationem eccle-  
siarum, & luminaria, & hospitem ac pau-  
perum receptionem exhibeant, & pro vo-  
bis ac statu regni vestri domini misericor-  
diam studiose implorent.

LXXVI.

Ut regia majestas observare præcipiat  
omnibus reipublicæ ministris, quod a di-  
vina auctoritate & sanctorum patrum con-  
stitutione cautum esse dignoscitur: videli-  
cet ut nemo comitum, aut quisquam ex  
judiciaria potestate, post quartam feriam,  
quæ caput jejunii nominatur, in qua om-  
nes pœnitentes manus impositionem ad va-  
candum solummodo pœnitentiæ & divinis  
officiis accipiunt, placitum aut mallum  
tenere præsumant.

LXXVII.

Dies quoque octo sacrosanctæ paschalis  
festivitatis omnibus Christianis seriatos esse  
decernimus, ab omni opere rurali, fabrilis,  
carpentario, gynæceo, cæmentario, picto-  
rio, venatorio, forensi, mercatorio, au-  
dientiali, ac sacramentis exigendis; quate-  
nus eisdem diebus tanto licentius, quanto  
liberius, omnibus Christianis sanctæ resur-  
rectionis laudibus, & sacrosanctæ prædica-  
tioni jugiter insistere liceat. Quod si quis  
temerare præsumperit, excommunicetur.

LXXVIII.

Ut capitula ecclesiastica a domno Caro-  
lo magno imperatore, nec non & a dom-  
no Ludovico pio Augusto promulgata, ob-  
nixè observari præcipiantur, sicut & lega-  
lia observanda esse noscuntur.

LXXIX.

Hæc autem constituimus, non præjudi-  
cantes aut parvipendentes quæ a majoribus  
& prædecessoribus nostris forte severius pro-  
pter rigorem ecclesiasticæ disciplinæ sunt  
constituta: sed temporis servientes, & fra-  
gilitati delinquentium, si de multimoda  
Dei misericordia, si saltem his obedire  
voluerint, consulentes, præscripta taliter  
præfiximus, ut quicumque quæ a divino  
spiritu per pontificalem auctoritatem & re-  
giam majestatem promulgata & prolata at-  
que confirmata sunt, contumaci atque re-  
belli animo contraire præsumperit, si ec-  
clesiastico ordine quælibet persona fuerit  
honorata, synodali auctoritate gradus pro-  
prij

ANNO  
CHRISTI  
745

Pro. 2100-  
stius. H.

prii amissione mulctetur: si autem in seculari habitu qualibet potestate vel dignitate fuerit sublimata persona, honore, quo in republica fruitur, sine retractatione a regia maiestate priveretur, & insuper exilii vel afflictionis cujuslibet, prout ordo ecclesiasticus, & regalis severitas decreverit, ultione plectatur.

LXXX.

Vos simul cum istis & aliis Dei ac vestris fidelibus nos atque socios nostros in episcopali auctoritate rogastis, ut propter Deum & nostrum ministerium, juxta cognititas necessitates, verum consilium secundum Deum & secundum seculum invenissemus: quod & fecimus, juxta quod Dominus inspirare dignatus est, & vestrae Christianae devotioni verbis & scriptis protulimus. Quod si illud pleniter & in omnibus adimplere potestis, sicut verbo & scripto vobis ex divino mandato innotuimus, Deo agimus gratias. Si autem vultis, & adhuc non potestis, quanto plus perfectioni approximaveritis, gaudemus. Ut autem capitula quae Domino mediatore communiter decrevistis, & manu propria confirmastis, & nunc observatores vos verbis promissistis, opere pleniter conservetis & adimpleatis, nunc etiam admonemus. De sponsis quoque aliorum deinceps, quae quo modo accepistis: quia de hoc quod in praeterito actum est, maximam indulgentiam, consilii de Dei multiforma & maxima largitate atque longanimitate, propter quorundam fragilitatem reperimus. Et capitula patris vestri sine refragatione de cetero conserventur, ac capitulis vestrae religioni ab exiguitatis nostrae ministerio oblati hoc diploma si complacet annectatur. Nos autem Dei iudicio sui ab illo vicarii constituti, juxta ministerium nostrum & reverendam auctoritatem, nisi impossibilitas aut quaecumque contradictio praepedierit, & in locis Deo dicatis, & in eorumdem locorum inhabitantibus, atque in ceteris quibuscumque divinae religionis obsequiis, prout Dominus velle, scire, & posse donaverit, ut ipsius voluntas & jussio adimpleatur, pro viribus decertare studebimus.

NOTA JACOBI SIRMONDI, S. J.

1 Concilium Meldense. ) Hunc concilio, ut praefatio docet, adfuerunt metropolitanus Vennensis & Hincmarus Rhemenfis cum suffraganeis suis. Rodulfus item archiepiscopus Bituricensis; ceteri vero episcopi per litteras sui legatos. Ab his canones primam ex proximo habitis synodi collecti XXIV. tum alii concilii LVI. Ita in universum concilii Meldensis canones sunt LXXX. Qui supra hunc numerum in vulgaribus editionibus adjecti sunt canones octo, iidem sunt cum capitulis octo proxime synodi Bulvaensis: quorum excepta cum super jam posita fuerint

ant canone XVII. & sequentibus, frustra hoc loco integra repererunt. Quare velut temere ab antiquis addita omittenda censuimus.

2 Childericus rex. ) Hujus editi mentio fit in concilio Maritimoensi I. canone XIV. Tunc autem editum fuisse videtur; cum in concilio Aurelianensi III. Childericus regis temporibus celebrato, id ipsum de Judaie canone XXX. statutum est.

3 Lupus Trevesiorum episcopus. ) Atqui Lupus, qui praesuit concilio III. Aurelianensi, de quo agitur non Trevesiorum, sed Lugdunensis fuit episcopus. Quod mirum est synodi hujus episcopos non animadvertisse.

NOTA SEVERINI BINII, S. J.

1 Concilium. ) Causa habet concilii huius est: reges Francorum res ecclesiasticas laici hominibus possidendas tradiderant, eaque re Deum optimum sacrilegii vindicem acerrimum gravissime offenderant. Quod cum Gallia episcopalis innoxisset, ad divinam indignationem averendam, Deique misericordiam provocandam, illi hoc Meldense concilium collegere; in quo ante omnia iniquitatem temporum hominumque fidelium mores corruptissimos deplorant, causamque malorum omnium, quibus hoc tempore universa Gallia a Northmannis atque barbaris nationibus infestabatur, sacrilegio regum Francorum attribuerunt. Quam ut plane e medio tollerent, pro rebus ecclesiae conservandis plurima decreta ediderunt, ipsamque Carolum regem inter alia admonuerunt, ut capitula a Carolo Magno atque a Ludovico collecta observari praecipiat. Haec capitula Ansegisus quidam primus collegit, quatuorque libellis distinxit. Post illum Benedictus Levita monitu hujus concilii ea quae decerni conquisivit, tribusque aliis libellis digesta tribus regnantibus filiis Ludovici hifese, Lothario, Ludovico & Carolo obtulit & dicitur. Haec capitula auctoritate sedis apostolicae confirmata esse fatetur in sua praefatione Benedictus Levita, constaque (ut supra dixi) ex multis capitulis. Quare libenter eadem hic apposuimus, nisi magna ex parte supra excusa haberentur, plurimaeque earum civiles potius leges quam ecclesiasticae constitutiones essent. Separatim edita sunt Parisiis anno Domini 1588. apud Claudium Chappeler cum hac inscriptione: Caroli Magni & Ludovici Pii Christianissimorum regum & imperatorum Francorum capitula sive leges ecclesiasticae & civiles ab Ansegiso abbate & Benedicto Levita collecta libris septem, quae nunc primum in lucem integre eduntur, &c. Decreta hujus concilii a Carolo rege non sunt recepta quamquam in gratiam Hincmari, quem plurimum diligebat, recentis creati Rhemenfis episcopi, ea quae ab illa ecclesia iam ante abducat, pro virili, ut videtur est apud Frodoardum lib. 3. Rhem. hist. cap. 40. restitui procuraverit. Principes regni sacri episcoporum admonitionibus & decretis vehementer resistunt, quia abbas aliasque res ecclesiasticas a rege Carolo in Beneficium acceperant. Quas ne dimittere cogentur, magna importunitate apud regem egerunt, ne quosdam ille canones in hoc Meldensi concilio sanctos acceperet; sed paucos duntaxat, aliis relictis, ex ipsis suscipiendos esse ducerent. Cumque rex magis committitur quam Dei sacerdotibus auscultaret, magno damno rotius regi contigit, ut novis Northmannorum incurSIONIBUS regnum Deo affigi permisisset, conditusque fuerit iniquissimas ab hostibus propositas leges suscipere, qui a patribus sanctis pieque statuta recitavit accipere. Hoc inscriptio illa, quae grandisculi litteris novemdecim capitulis ad finem capitularium librorum post quartam additionem praefixa reperitur, his verbis attestatur. Haec quae sequuntur capitula excerpta sunt a domino Carolo domino Ludovico imperatore filio, & principibus eius, & capitulis quae anno 843. ediderunt episcopi in synodi, Venerabilissimi cum suffraganeis suis, Quasbaldus cum suffraganeis suis, Ursimarus cum suffraganeis suis, Hincmarus cum suffraganeis suis, Amalarius cum suffraganeis suis: & oblati sunt eidem principi, sicut ipse jussisset, collecta ad relatum in Sparaco villa Rhemenfis ecclesia. Et quae factione quorundam moti est autum ipsius regis contra episcopos, dissidentibus regis sui primoribus ab eorumdem episcoporum admonitione & remota ab eodem concilio episcopis, ex omnibus illis capitulis hoc tantum observanda & complacenda sibi collegere, & episcopis scripto tradiderunt dicentes: Non amplius de ceteris capitulis accepisse, quam ista, & ista se velle cum principe observare. Capitula illa novemdecim, quae ibidem subiunguntur, ex hoc Meldensi concilio sunt desumpta.

2 Meldense. ) Sic dictum a Meldis. Haec synodus Meldis anno 843. indicta Parisiis anno sequente absoluta fuit, vel saltem illos canones quos Meldis constituerat, sequente anno in synodi patrum consensu novo Parisiis promulgavit, ut patet ex praefatione Concilii circa finem

Amolo

ANNO CHRISTI 1000  
Ea Libere  
Apr. d.  
Tom VII

# CONCILIABULUM VENETICUM.

ANNO CHRISTI 1000

EX NOTIS PETRI DE LA LANDE.

**N**omenque Britonum princeps, cum episcopis quibus A  
Inor Britannia e suis permisit sedibus, eorum  
episcopatus quatuor in septem arceps, episcopos ad  
natum suum alios elegit, archiepiscopum in praefectum  
uum, cujus in Dolens monasterio sede: convocatis  
que pseudoepiscopis isti regem inungi se fecit. Cuius  
rei narrationem ex veteri codice MS. descriptam ha-  
bet Tomo VIII. sub finem.

Cum patres synodi Sueffon. III. habitis anno Christi  
DCCCLXVI. & Caroli Calvi XXVII. in synodis ad  
Nicolaum papam, affirmant iam XX. adesse annos, quo  
sedi Turonica nullo pacto se subiant: hinc consilium i-  
stud adscribimus, ann. Christi DCCCLXVI. & Caroli  
Calvi VII.



ANNO CHRISTI 1000

# CONCILIUM PARISIENSE,

ANNO CHRISTI 1000

IN QUO ABSOLUTA SUNT

Quae in synodo Meldensi perfici non potuerant, Parisiis ( ut est in praefatione synodi Meldensis )  
celebratum die xvi. Kalendas Martias, anno Christi DCCCLVI.

\* Immo vero  
1000  
ANNO CHRISTI  
1000  
ANNO CHRISTI  
1000

**H**ic synodo praefer metropolitanos qui ad syno- B  
dum Meldensem convenerant, interfuit etiam  
cum episcopis provincia sua Gunthaldus Rbotomagen-  
sis archiepiscopus, ut docet praefatio ejusdem synodi  
Meldensis. Idque etiam liquet ex subscriptionibus pri-  
vilegii quod monasterio Corbeienfi Radberti abbatis  
regis ab hac synodo confirmatum est: subscribitur enim  
cum aliis Gunthaldus. Privilegium autem exemplar est  
hujusmodi.

justum, & ordine nostro dignum esse censuimus,  
tam pro reverentia Dei, qui ipsum locum pro-  
tegit atque provehit, quam & propter munus pa-  
storale gregis Christi susceptum: nec non & ob  
eorum dilectionem, qui ipso in loco laudabiliter  
Domino haecenus famulantur. Nam, sicuti com-  
perimus, ipse locus venerabilis, Bathilde regina a  
Hlothario filio suo impetrante, a sanctis viris  
fundatus est, & sacrae religionis normam, quam  
primo tempore suscepit, inviolatam deinceps reti-  
nuit: in tantum ut eos qui se fundaverunt non  
modo aequaverit religione, sed etiam pene supe-  
raverit. Quae de causa & nobilissimi viri in eod-  
dem loco ad Dei servitium sponte confluerunt,  
& eundem locum tam nobilitate sua, quam &  
vitz merito decoraverunt. Unde factum est ut ip-  
se locus familiarior dominis rerum fieret: adeo  
ut sub sua tutela reges atque reginae cum susceper-  
ent. Sed quia nostris temporibus omnia fere de-  
pravata erant, cernentes religiosi viri ejusdem lo-  
ci electionis jura multis in locis non servari, ve-  
rentes tumita patri, sacras literas clementissimorum  
principum expeterunt, electionem sibi & rerum  
suarum liberam dispositionem juxta institutionem  
divinae legis confirmantes. Nec eas sufficere arbi-  
trati, ex nova nobilissimi atque praestantissimi re-  
gis, nostra quoque auctoritate sibi eadem postula-  
verunt confirmari. Quod nos non immerito con-  
cessimus. Primo quia patres & defensores ecclesiae  
esse debemus. Deinde quia nisi pro talibus invigilaverimus,  
rei fore ante conspectum divinae majestatis peritissimum. Quocirca monemus atque  
hortamur filios ac dominos nostros pusillos prin-  
cipes, nostri pariter & futuri temporis, quia pe-  
ne in omnibus locis Dei & servorum ejus  
debitam dilectionem, insuper & regni sui prosperi-  
tatem atque augmentum & electionis gratiam,  
& liberam dispositionem facultatum suarum illi  
loco conservare satagant: & sit in illo monaste-  
rio semper privilegium electionis, sicuti antiqui-  
tus in ecclesiis electio conservata fuit, non sup-  
posita, aut suffecta, sed libera, juxta auctori-  
tatem canonicam, & regulam sancti Benedicti. Quod  
si aliquando contigerit, ut rector aliquis in eodem  
loco non digne Deo vivat, aut forte minus offi-  
ciosus circa principem sit, hoc statuimus, ut si  
ille propter suam negligentiam depositus fuerit,  
electio illis intemerata permaneat: videlicet ut e-  
ligant alterum, quem ad illud officium secundum  
monasticam disciplinam aptum invenerint. Non  
enim justum ut unus culpa super omnes redun-  
det;

EX PRIVILEGIUM ELECTIONIS  
mondo  
O libertatis monasterio Corbeienfi confirma-  
tum in synodo Parisiensi.

\* Gauc. cons.  
1000  
ANNO CHRISTI  
1000  
ANNO CHRISTI  
1000

**A**nno ab incarnatione Domini nostri Jesu C  
Christi DCCCLVI. indictione x. regnan-  
te per provincias Galliae gloriosissimo atque tere-  
nissimo principe Carolo, iam divisione regni ac  
pace cum fratribus, Hlothario scilicet & Hlu-  
douvico regibus confirmata, convenientibus nobis  
Galliarum episcopis ex regio praefato Parisius, ut  
super his quaereremus quae in ecclesiis Dei, tam  
propter civilis belli transfactam violentiam, quam  
& ob inertiam praefatorum atque subditorum,  
longe jam tunc quam dignum est geruntur, nec  
non cujus rei gratia petitis atque lues tandem in  
populo grassantur, qui etiam modus atque status  
secundum institutionem patrum sanctarum eccle-  
siarum esse deberet: quae privilegia antiquitus  
tradita conservari deberent. Inter cetera vena-  
bilis frater noster Radbertus abbas Corbeienfis  
monasterii obtulit nobis sacras literas pusillorum  
principum, Hlodouici videlicet bonae memoriae  
pusilli imperatoris ac Hlotharii filii ejus, quibus  
cautum est, ut ipsum monasterium, secundum  
antiquum morem jam inde a principio custodi-  
turi, electis suis gratiam & rerum suarum dispen-  
sationis libertatem haberet, cum omni integrita-  
te, tam nostris quam futuris temporibus. Insuper  
& auctoritatem atque contentum praecellentissimi  
atque nobilissimi regis Caroli protulit, qui & i-  
dem monasterium, secundum morem praedecesso-  
rum suorum, quasi jure haereditario in sua fami-  
liaritate ac defensione ab exordio regni sui sa-  
vente Domino suscepit, & veluti munus revera Deo  
gratissimum, inter diversos turbines caularum, ut  
tranquillitate praecipue ordini eidem congruente  
promitteretur, Deo devotissime obtulit, suisque sacra-  
tilimis literis promulgavit. Petuit itaque a nobis  
quo ea quae sacris literis pusillorum principum  
confirmata fuerant, nostra quoque auctoritate ex  
voluntate principis confirmarentur. Quod & nos

ANNO  
CHRISTI  
846. 847.ANNO  
CHRISTI  
846. 847.

det; neque ullo pacto rectum esse potest, ut uno percante super omnes vindicta consurgat, aut causa unius ecclesie Christi sua privilegia perdat: sed sic unius culpa refocanda est, ut omnibus qui in eodem loco sunt, & venturi sunt, consulatur. In ipsa porro electione regularis auctoritas conservetur; id est, ut ille proponatur sanctam congregationi, quem non multitudinis electio commendaverit; sed quem sanioris consilii, licet pauci numero, fratres elegerint, & quem vite meritum, & sapientie dignitas probabilem reddiderit. Quod si aliquando contigerit, ut aliquis perceptor, immo lupus ovilis dominici, aut pecunia more Simonis, aut qualibet gratia apud dominos rerum monasterium illud impetrare voluerit: primo secundum canonicam auctoritatem, quia seculari potestate ecclesiam Dei obtinere voluit, anathematizamus una cum omnibus sanctis patribus qui sacros canones edidit: quo non minus nostra, nobis misericordissima gratia Dei collata, obligetur auctoritate, quam & omnium precedentium patrum, qui pro stabilitate sancte Dei ecclesie huiusmodi decreta protulerunt. Deinde inferimus, quia fervorem Dei constubernium turbare voluit, exturbet illum sicuti Achan de terra viventium, si tamen non cito resipuerit. Si autem & impetraverit, neque hic, neque in futuro societatem cum sancta Dei ecclesia habeat, quam infami factis exemplo contaminavit. Immo chorus omnium ecclesiarum contra eum indeliberanter coarcepit, qui dixit: Hereditate possidem sanctorum Dei. Deus meus pone illum ut rotam, sicut stipulam ante faciem venti: sicut ignis qui comburit silvam: sicut flamma comburens montes, & cetera que sequuntur. Et quia cupiditate ductus etiam pecuniam ac substantiam fervorum & pauperum Christi invadere & asportare voluit, una cum Juda sacre pecunie dilapidatore, & proditore Domini nostri Jesu Christi, maledictiones illas, que in eum prolatae sunt, excipiat; utpote invaloris Christi, & necator pauperum. Præterea si filii nostri domini rerum eis qui hæc nunc forte machinantur, aut quandoque tentabunt, aspiraverint, semel & secundo tertioque vel amplius admoniti, si non se correxerint, similiter eos obligationis sententia & hic & in futuro adstringat; nisi se contra eum qui rex regum & dominus dominantium, per veram satisfactionem & emendationem congruam correxerint. Et ut hoc filii ac domini nostri, quoniam Dei & ecclesie sanctiioni adversus est, facere formident, canonica auctoritas quid de his in uno & in quamplurimis capitulis statuat anneximus. Ita enim sanctum est: Si quis dederit vel acceperit oblata præter episcopum, vel eum qui constitutus est ab eo ad dispensandam misericordiam pauperibus; & qui dat, & qui accipit, anathema sit. Hæc ergo persecuti sumus, quo filii & domini nostri, & quod agere debent faciant, & his qui patrum auctoritatem violare non verentur resistant; ne sibi perpetuam obligationem imponant, neque sibi subjectis scandalum offensionis generent. Manifestum quippe est, quod qui acquiescit male postulanti, & sibi animadversionis divinæ pondus inducit, & ei cui conaiverit iusti & perpetui iudicis iram imponit. Quod ne fiat monemus, hortamur, & rogamus, ut filii & domini nostri, & hæc que statui-mus illibata conservent, & nulli profano usu ecclesiam Dei temerare volenti consensum, aut nunc aut in futuro præbeant; quatenus non solum iram districti iudicis evadant, verum etiam coronam perpetui vite, & Davidici illius felicissimi & sempiterni regni gloriæ consequantur. Sed & eos, quorum gratia hæc omnia loquimur & facimus,

7/1. 8.

Concilium  
Congr.  
Cap. 8.

videlicet præclara & pretiosissima membra, æterni regis & salvatoris omnium monemus, quatenus eodem affectu, religioni sue continuam devotionem adhibeant, quo nos eorum & utilitati consulimus, & tranquillitati in futuro hac in causa deservimus. Videlicet ut tales esse studeant ante oculos iudicis omnia cernentis, quales in oculis omnium videntur esse & creduntur: ut nos ecclesiasticis negotiis occupatos oratione & merito Deo commendemus, & dominis ac filiis nostris omnipotentis Dei propitiationem obtinere possint. Quo non modo illis perpetua facultatum suarum potestas, & electionis gratia permanent; sed etiam triumphus gloriæ sempiternæ post functionem vite præsentis illos excipiat. Et ut hæc que sanctimus in præsentem, & in futuro tempore inviolata permanent, nostræ manus subscriptione que superius comprehensa sunt corroboravimus. Successores quoque nostros monemus atque obsecramus, quo pro amore Christi zelo Dei successus invigilent adversum insidiosos & fures ovilis dominici, eosque repellant; & quicquid firmavimus, & ipsi conservent, tam auctoritate sancti evangelii & sanctorum patrum, quam & sua eis clementissima gratia a salvatore omnium attributa, re-luti & nos illius loci tranquillitatem & profectum diligentes, eum qui hoc privilegium temerare voluerit, secundum institutionem canonum anathematizamus, atque ab omni consortio sanctorum segregamus: si tamen non resipuerit, & per veram satisfactionem se correxerit. Obsecramus etiam fratres & coepiscopos nostros per adventum Domini nostri Jesu Christi, & nostræ congregationis in ipsum; sed & religiosos abbates, qui ad hanc sanctam & beatam synodum occurrerunt, in quorum manus huius privilegii a nobis editi & corroborati pagina pervenerit, sua auctoritate & subscriptione hoc confirmare non differant.

## S U B S C R I P T I O N E S .

Hincmarus sanctæ metropolis ecclesie Rhemorum episcopus, hoc privilegium episcopali auctoritate ratum decernens, in nomine Patris & Filii & Spiritus sancti confirmavi.

Herpwinus indignus Silvanensensis episcopus huic privilegio episcopali auctoritate stabilito in nomine sanctæ Trinitatis subscripsi.

Guntbalduus sanctæ metropolis ecclesie Rothomagensis episcopus hoc privilegium relegi, atque episcopali auctoritate ratum decernens, in nomine Patris & Filii & Spiritus sancti confirmavi.

Simcon sanctæ Laudunensis ecclesie episcopus huic privilegio auctoritate episcopali assentiens subscripsi.

Rothadus sanctæ Suesionensis ecclesie presul huic privilegio auctoritate pontificali assentiens subscripsi.

Theodericus sanctæ Cameracensis ecclesie episcopus huic privilegio auctoritate episcopali assentiens subscripsi.

Irminfridus sanctæ Bellovacensis ecclesie episcopus huic privilegio auctoritate episcopali assentiens subscripsi.

Venilo sanctæ Senonicæ metropolitane ecclesie episcopus hoc privilegium relegi, atque episcopali auctoritate ratum decernens, in nomine Patris & Filii & Spiritus sancti subscripsi.

Fulcoinus Tarvanensis ecclesie indignus episcopus huic privilegio auctoritate episcopali assentiens subscripsi.

Helias Carnotensis episcopus hoc privilegium relegi, atque episcopali auctoritate ratum fieri dignum duxi.

Re-

ANNO CHRISTI 847.

Raginarius sanctæ Ambaniensis ecclesiæ episcopus huic privilegio auctoritate pontificali assentiens subscripsit.

Prudentius sanctæ Treccassinæ ecclesiæ indignus episcopus huic privilegio auctoritate episcopali assentiens subscripsit.

Aldricus Cenomanensium episcopus.

Agius indignus episcopus Aurelianensis ecclesiæ huic privilegio auctoritate episcopali stabilito subscripsit.

Erchenradus Parisiensis ecclesiæ episcopus privilegio episcopali auctoritate stabilito subscripsit.

Freculfus Lexoviensis ecclesiæ episcopus episcopali auctoritate ratum decernens, in nomine Patris, &c.

Saxobodus Sagensis ecclesiæ episcopus hoc decretum consensit & subscripsit.

Immo Noviomagensis ecclesiæ indignus episcopus hoc privilegium consensit & subscripsit.

Erluinus gratia Dei Constantiæ episcopus hoc privilegium consensit.

Balsfridus Bajocensis ecclesiæ episcopus, &c.

Ludovicus monasterii pretiosissimorum martyrum Christi Dionysii ac sociorum ejus abbas privilegium hoc relegi, ratumque decernens, &c.

Radberrus ipsius monasterii abbas privilegium hoc relegi, ratumque habui.

Adalgarus abbas monasterii sanctæ Crucis.

Ainaldus abba sancti Carlesii.

OBSERVATIO P. ANTONII PAGI ad an. Christi. 846. n. 2. & 3.

In Præfatione Concilii Meldensis hæc verba leguntur, que ostendunt deceptos esse tam Sirmondum Tom. III. Concil. Gall. ubi censuit, sub Leone IV. duo Parisiis celebrata fuisse Concilia, quam Labbeum Tom. VIII. Concil. pag. 30. qui recte quidem asserit, ea in unum debere compingi, sed qui valde hallucinatur, cum aliud in annum sequentem differt. *Quæ bene,* inquitur Patres Concilii

Meldensis, inuenta & semel statuta sunt, observatione indigni, ut ex vestigiis præcedentium didicimus, non retrahantur. Nec solum standum est non cadere, sed & vetera conservare. Quia etiam mox post absolutam Synodum, nec admonitione Episcopalis congregatione veriti, tantis præcipitis potius subiecit, nec monitione officio promeritis prædicti venerabiles Episcopi, non tam equè venerabili Gunibaldo Rothomagensi Archiepiscopo ac Chersipiscopi suis consensu supra scriptis gloriofissimæ Regi Caroli, anno Incarnationis Dominice DCCCXLVI. XVI. Kalendas Martias Parisiis convenimus, & capium divinum arguimus peritiam, ut ad profectum debita propensione Domino perduceretur, satagere sudorant. Composita hæc Præfatio post celebrationem Conciliorum Lauriacensis, Colonienfis, Concilii apud Theodonis villam, Vernefis, Belvacensis, Meldensis, ac Parisiensis, cum omnia in ea Præfatione memorantur, & omnia que in Meldensi aliisque citatis constituta fuerant Capitula, in Parisiensi demum hoc anno absoluta fuerint, ut eadem Præfatio declarat.

In hoc Parisiensi Concilio Radbertus Abbas Corbeienfis rogata Privilegium ecclesiæ & libertatis ejusdem Monasterii confirmatum. Recitat illud Labbeus Tom. VII. Concil. pag. 1848. epique hoc initium est. *Anno ab Incarnatione Domini nostri Jesu Christi DCCCXLVI. Indit. X. regnante per præsentem Gallia gloriofissimæ atque serenissimæ Principe Carolo . . . consentientibus nobis Galliarum Episcopis ex Regis præcepto Parisiis.* Subscripsit Privilegio Gunibaldus Rothomagensis Archiepiscopus cum aliis Præfatis. Sed error irrepsit in Indictionem, & loco, *Inditio X.* legendum, *Inditio IX.* non vero duo Concilia Parisiensia statuenda, hujusmodi enim errores in antiquis Monumentis passim occurrunt. At, inquit Labbeus, tam in hoc Privilegio, quam in Præfatione Concilii Meldensis annus DCCCXLVI. cum XVI. Kalendas Martias conjungitur, est annus Incarnationis a die XXV. Martii, vel a Paschalibus feris inchoatus, qui adhuc vulgebatur apud plebsque Gallos anno DCCCXLVII. quo Inditio X. obtinuit. Verum hoc seculo sicuti & præcedenti in Actis publicis adhibitus est tantum annus Incarnationis a die Natal. Christi deductus, & non nisi in Historiis aut libris hujusmodi Æra ab Annuntiatione B. Virg. nis vel a Paschate incepta, quod etiam a paucioribus fastidium. Neque enim reperire est Acta publica hoc seculo in Gallia consuetas, in quibus annus Christi a Paschate, vel a die XXV. Martii initium sumat. Quare nec Concilium Parisiense in annis sequentem differendum, nec in duo Concilia Parisiensia partendum. Sed Concilium Parisiense ad hunc annum pertinere, extra omne dubium ponunt Convenus Sparacensis, quem constat post illud congregatum fuisse

ANNO CHRISTI 846.

IN PARIENSIA CONCILIA DUO

Annis DCCCXLVI. & XLVII. celebrata

DISSERTATIO.

De Suppl. Masg. 10. 1. pag. 201.

Parisense concilium aliquod per hos annos habitum ex præfatione concilii Meldensis discimus; ex qua pariter concilio cuiusdam Parisiensis annum DCCCXLVI. diem XVI. Kal. martias assignare cogimur. An vero gemina ejusdem nominis concilia continuo succedentibus annis 846. & 847. celebrata sint, Sirmondus tom. III. conciliorum Gallie quidem affirmavit, ratus concilium illud in quo Corbejense privilegium ratum confirmatumque fuit, aliud esse ab eo, in quo Ebboni Remensi diem distam ex Flodoardo scimus. Labbeus duo hæc confundenda opinatur; sed unum illud, non quidem anno 846. at sequenti potius 847. assignandum contendit, quod colligit ex indictione X. & anno DCCCXLVI. die XVI. Kal. Martias, que temporis notæ Parisiensi concilio in præfatione concilii Meldensis assignantur, & cum anno 847. ex veteri anni supputandi more congruunt. Pagius in critica Baronii conjecturam Labbei de unico Parisiensi concilio probat; sed annum improbens, retinendum annum 846. contendit. Mihi in meis ad Pagium adnotationibus alia sedit opinio, præferendum annum 847. iudicanti; quanquam de unico vel duplici concilio nihil definiat. Modo vero, re maturius discussa, anno 847. unum aliquod e geminis Parisiensibus conciliis habitum confirmo, duo vero ejusdem

nominis concilia distinguo; ac tandem Parisiense illud concilium, in quo libertas monasterii Corbejenfis rata ac firma esse sancitur, posterius esse concilio Parisiensi, in quo Ebbonis Remensis ex-auctoratio stabilitur, affirmo.

Hæc vero omnia superstruo fundamento illi, cui jam olim innixus, concilium Parisiense ad annum 847. transfusi. Josephus presbyter scriptor coævus in bello de translatione corporum SS. Ragnoberti, & Zenonis in Spicilegio Datherii tom. II. pag. 327. nov. edit. cap. I. narrat Herveum quendam anno Christi DCCCXLVI. indictione X. anno VII. Caroli regis, per somnium admonitum, ut in certo quodam loco jacenta corpora SS. Ragnoberti, & Zenonis effoderet, & alio decentius trausteret. Id vero primum neglexisse Herveum; quare secundo admonitum, iterum tamen monita despezisse. Hujus iteratæ admonitionis diem indicat VIII. Kal. Julias. Denique, Natalis Domini pervigilio, tertio iustum eadem præstare, adjectis minus ut pareret. Territus ad Balsfridum urbis Bajocensis episcopum se contulit; sed, ait Josephus, aberat tunc episcopus, nam eodem tempore crimine fuerat nequendo apud gloriosissimum regem Carolum accusatus, & ob id, quia ad sanctam Synodum ab eo congregatam convolaverat, defuit civitati. In Synodo officium a quo egruerat, quia

849  
ANNO  
CHRISTI  
847.

SENONENSIS.

850

quis ab eo suspensus fuerat, receptis, etiam & do-  
nis adornatus plurimis. Tota hæc narratio ab exi-  
tu anni 846. quocum chronici omnes characteres  
supra expressi concurrunt, cepta, ad finem anni  
847. nos ducit, quo tempore nullum aliud concilium  
Parisiense, sive illud fuerit in quo Ebbo exau-  
datus fuit, sive aliud in privilegio Corbejensi  
expressum. Quamvis enim postremum illud de  
convocatione regis nihil exprimat, vix tamen fieri  
poterat ut conventus adeo sollempnis, cui archiepi-  
scopi tres Remensis, Rotomagensis, & Senonensis  
interfuerunt, ab alio quam ab ipso rege invitaretur.  
Quæ enim per hæc tempora celebrata est Moguntina  
Synodus non quidem ad regnum Caroli, sed Ludovici  
pertinebat. Adde quod privilegio Corbejensi Baltridus  
Bajocensis cum ceteris concilii patribus subscribit.  
Sic ergo Parisiensis Synodus habente anno 847. coacta, ea-

demque facile est synodus Parisiensis privilegio  
Corbejensi memorata. Quibus constitutis, nullo  
negotio synodus alia Parisiensis stabilitur. Cum  
enim ex præfatione concilii Meldensis, apud Lab-  
beum tom. IX. col. 961. legenda, compertum sit  
Parisienſe concilium quoddam anno Christi  
DCCCXLVI. die XVI. Kal. martias convenisse;  
nec illud quod hucusque descripsi, concilium prius  
quam habente anno 847. haberi potuerit; duo in-  
ter se tempore discreta concilia stabilire oportet.  
Ultero tamen concesserim, concilium illud anni  
846. die 16. Kal. Martias ipsum esse idemque  
concilium Parisienſe, in quo Ebbo damnationis  
sententiam tulit. An vero annus iste 846. cum  
die 16. Kal. Martias compositus ex veteri anni  
supputandi more ductus sit, ut referat ex nostro  
more annum 847. vel potius annus 846. retinen-  
dus sit, mihi perobscurum est & ambiguum.

ANNO  
CHRISTI  
847.

CONCILIUM SENONENSE,

In quo Andradus Medicus chorepiscopus consecratur, Anno 846. habitum.

Ibidem.

Andradus Medicus per hos annos librum re-  
velationum suarum scribebat, cujus excerpta  
Duchefnius Hist. Francorum tom. II. dedit; Au-  
dradus, inquam, de hoc concilio, alias incog-  
nito, hæc scribit in fragmento, quod Albericus mo-  
nachus Triumfontium in chronico servavit: Anno

Cindaciarum ( seu federis inter fratres reges anno  
843. initi ) tertio, secundum Andradum advocavit  
ipsum Archiepiscopus Vearalo ( Vvenilo ) Senonen-  
sis: & habita Synodo, eundem per electionem chor-  
episcopus consecravit.



CONSTANTINOPOLITANA SYNODUS,

In qua Methodio patriarcha defuncto, S. Ignatius substituitur,

Anno 846. habita.

Ibidem.

Hæc synodus auctoritate Methodii synelli in  
elogio S. Ignatii Patriarchæ Constantinopo-  
litani asseritur. Narrat enim ille, Theodoram  
augustinam defuncto S. Methodio patriarchæ dignum  
successorem quesivisse, cujus rei gratia synodo an-  
tistitium ad hoc convocata, S. Ignatium celebrem  
monachum proposuisse, ejusque approbatione ap-  
triarcham elegisse. En verba Methodii: Theodora  
pia augusta celebrato sanctorum patrum conventu;  
( Græcus textus, Patrum synodo ) presente quoque  
senatu patriarcham dixit. Id etiam Nicetas in lu-  
siori vita ejusdem sancti subobscurioribus verbis

De Synodo tunc coacta significavit: Ignatius anti-  
stitem auctoritate, & sententia, honore sacro dignif-  
simus est judicatus. Concilium vero ea de causa  
convocandum fortasse censuit Theodora, quod  
cum multi sacrum illud munus affectarent, di-  
gnissimum ex judicio episcoporum eligere volebat.  
Multis, ait Nicetas, ad ecclesiam administrationem de-  
signatis, aliisque aliis ob causas voto frustratis &c.  
Ex episcopis tamen, qui tunc forte aderant Con-  
stantinopoli, eam Synodum collectam fuisse arbi-  
tror. Annus vero Synodi ex Pagii sententia an-  
nus 846. statuendus.



CAPITULA EXCERPTA IN VILLA SPARNACO.

HÆC QUÆ SEQUUNTUR CAPITULA

Excerpta sunt a domno rege Carolo & principibus ejus ex capitulis quæ anno dcccxxvi. ediderant  
episcopi in synodis, Vveilo scilicet cum suffraganeis suis, Ursimarus cum suffraganeis suis, Hinc-  
marus cum suffraganeis suis. Et oblata sunt eidem principi, sicut ipse jussit; collecta ad relegen-  
dum in Sparnaco villa Rhemensis ecclesie. Et quia factione quorundam motus est animus ipsius  
regis contra episcopos, dissidentibus primoribus regni sui ab eorumdem episcoporum admonitione  
& remotis ab eodem concilio episcopis, ex omnibus illis capitulis hæc tantum observanda & com-  
placenda sibi collegerunt, & episcopis scripta tradiderunt, dicentes non amplius de eorum capitulis  
acceptasse quam ista, & ista velle cum principe observare.

COMMEMORATIONES

CAPITULORUM.

- 1. De honore & cultu ecclesiarum.
- 21. De honore episcoporum, & veneratione servorum Dei  
Concil. General. Tom. XIV.

- III. De justitiis.
- IV. Ut cautela fiat erga eos qui causa juvenutis aut  
impientie in aliquo fallunt, sive contumaciter admo-  
nitionem episcoporum, ne subiti aut incaute dam-  
nentur amittere.
- V. De his qui contra regiam potestatem contumaciter esse  
mouentur.

Hhh

vi.

ANNO  
CHRISTI  
167.

- VI. De precariis.  
VII. De hospitalibus.  
VIII. De rapacibus.  
IX. Ut episcopi tempus congruum observetur ad ministerium suum peragendum.  
X. Ut clerici arma militaria non contingant.  
XI. Ut missi dirigantur, qui inquirent si præcepta a nobis de rebus ecclesiarum ad proprium pat. facta.  
XII. De hæresi simoniaca.  
XIII. Ut a nullo sedes episcopalis proprio infirmante episcopo usurpetur.  
XIV. Ut canonici intra dormitorium dormiant.  
XV. Ut monachi ad palatium non veniant nisi causa obedientie exceptis abbatibus.  
XVI. Ut laici decimas de ecclesiis non contingant.  
XVII. De simoniacis contra auctoritatem nuptis.  
XVIII. De sponsis aliorum.  
XIX. De sepulchris infra ecclesiam.

Plenitudo autem capitulorum, qua in plenitudine synodaliu[m] actionum habentur, unde hæc commemorationes excerpta sunt, ita per loca continentur.

1. De honore & cultu Dei atque sanctorum, &c. Synodi Meldensis cap. 1.
2. Sacerdotes ac servi Dei vigorem ecclesiasticum, &c. Synodi Meldensis cap. 1.
3. Quia vero debitum esse cognoscimus, &c. Synodi Meldensis cap. 3.
5. Si quis potestati regis, quæ non est iuxta, &c. Synodi Meldensis cap. 15.
11. Et ne magnificentiam vestram illuc, &c. Synodi Meldensis cap. 20.
6. Ut precariæ & commutationes tempore, &c. C. lib. i. cap. 21. 22. 23.
8. Ut contra deprædatores & oppressores, &c. Synodi Meldensis cap. 24.

A 9. Ut regia magnificentia liberio[re]m, &c. Synodi Meldensis cap. 28.

10. Ut quicumque ex clero esse videntur, &c. Synodi Meldensis cap. 37.

7. Admonenda est regia magnitudo, &c. Synodi Meldensis cap. 40.

12. Cavendum est & tumore præcavendum, &c. Synodi Meldensis cap. 43.

13. Ut nemo episcopo vivente ecclesiam, &c. Synodi Meldensis cap. 47.

14. Ut canonici in civitate & monasteriis, &c. Synodi Meldensis cap. 53.

4. Ut nemo episcoporum quemlibet sine certa, &c. Synodi Meldensis cap. 56.

15. Ut monachi quibus monasteriorum cura, &c. Synodi Meldensis cap. 57.

B 16. Hi vero qui ex rebus ecclesiasticis, &c. Synodi Meldensis cap. 62.

17. Qui sanctimoniales virgines vel viduas, &c. Synodi Meldensis cap. 67.

18. De his qui sponas alienas rapiunt, &c. Synodi Meldensis cap. 68.


19. Ut nemo quemlibet mortuorum in ecclesia, &c. Synodi Meldensis cap. 72.

#### NOTA JACOBI SIRMONDI S. J.

Edita fuerant integra primum a Petro Pichao sub finem capitularium, tum a nobis tit. VI. capitularium Caroli Calvi. Hoc loco facis habuimus post commemorationes singulorum loca indicare, quia plenitudo ipsa in concilio Meldensi continetur. Plenitudinem appellat integrum exemplar. Optatus lib. 1. adversus Parmenianum de synodo agent. Cisterciensium Donatillarum: Harum, inquit, plenitudinem rerum in novissima parte istorum libellorum ad impendam fidem adsumimus.







# VITA ET EPISTOLÆ LEONIS PAPÆ IV.



712. R. adolph.

Leonis vitarca.

Math. 10.

In monasterio vivit.

Math. 1.

In monasterio a papa coronatur.

EO IV. natione Romanus, A ex patre \* Radoaldo, sedit annos octo, menses tres, dies quinque. Hic adeo catholicus, atque apostolicus vir multæ patientiæ multæque humilitatis extitit, largus, pius, innocens, sive benignus, amator iustitiæ,

& plebis serventissimus gubernator, divinarum quoque scripturarum indeficiens perferuator, vigiliis & orationibus semper intentus. In cujus etiam beatissimo pectore, juxta illud quod in sancto evangelio legitur, & serpentis astutia, & simplicitas inhabitat columbæ. Erat enim totius sanctitatis decore repletus, amator religiosorum hominum, Deoque in omnibus assidue famulantium, nutritor pauperum, & contemptor sui. Hic primum a parentibus ob studia literarum in monasterium beati Martini confessoris Christi, quod toris muros hujus civitatis Romæ juxta ecclesiam beati Petri apostoli situm est, quousque sacras literas plenius disceret, sponte concessit. Ubi non solum literas didicit, verum etiam in studio sanctæ conversationis, non quasi puer, sicut tunc erat, sed velut perfectus monachus mansit. Cujus etiam piæ conversationis exemplo alii sub eodem monachico degentes ritu omnipotentis Domino plus devote serviebant. Eratque cum illis quasi unus ex illis. Et quoniam civitas supra montem posita abscondi non potest, sic neque hujus rumor sanctissimi viri diu occultus existere potuit. Fama illius, sive sanctitatis opinio, huc illuc luce clarius divulgata est, atque multorum relatione fidelium ad aures pontificalis quondam beatissimi patris & papæ Gregorii mox festino relatu occurrit, cui cum tantæ fuisset castitatis dignæque conversationis magisterium enarratum, illico eum ex monasterio, quo pie debebat, exire jubens, ad sanctæ matris ecclesiæ gremium perduxit, atque ut in suo semper servitio familiariter permaneret, in Lateranensi patriarchio esse præcepit.

Concil. General. Tom. XIV.

Subdiaconum quoque eum ob suæ famam vitæ laudabilis fecit. Qui tamen quamvis locum mutaret, vel ordinem, tamen vitam moreque suos plusquam prius in summi creatoris nostri servitio regulariter constrinxit, bonisque multiplicavit operibus. Defuncto autem hujus sacratissimæ sedis papa Gregorio, tunc Sergius archipresbyter sanctæ Romane ecclesiæ præsul effectus, hunc, de quo superius nonnulla retulimus, Leonem videlicet beatissimum papam presbyterum consecravit, eique titulum sanctorum quatuor Coronatorum largitus est.

In quo dum bonis polleret moribus, ibique indigentibus necessaria ministraret, peregrinos ac pauperes, minusque habentes non solum verbo, immo etiam corporalibus alimoniis refoveret, is qui tunc præerat Sergius Romane sedis antistes ex præsentis vita substractus est, sub cujus etiam tempore ecclesiæ beatissimorum principum Petri & Pauli a Saracenis funditus deprædatæ sunt.

Quia igitur calamitate sive miseria omnis Romanorum vigor elanguit atque contritus est, hoc facto universa concio Romanorum ex duobus casibus, vel periculis, videlicet de repentina morte pontificis, & devastatione, quæ facta fuerat in ecclesiis sanctis, cunctorumque finibus Romanorum, fatabatur se nullatenus evadere mortis periculum posse. Cumque pari devotione, communi- que consilio universi Romani proceres de futuro cogitarent pontifice, ut quis esset qui tam sanctum & inviolabilem locum omnipotentis Dei timore regere, vel gubernare potuisset, confestim fama beatissimi præsulis simul & meritum ab omnibus patefacta est, totamque per urbem diffusa: necdum enim is qui obierat pontifex ad sepulturam debitam fuerat deportatus.

Et ecce omnes a novissimo usque ad primum una voce, una simulque concordia Leonem venerabilem presbyterum sibi futurum pontificem flagitabant. Et quod nullum super se alium habere vellent præsullem, nisi hunc, de quo crebro dictum est, multis conjurationibus ac vocibus fate-

H h h 2 ban.

855  
baunt. Quorum incunctanter omnium credimus  
corda ad hunc expetendum non aliud, nisi amor  
divinus, & divina virtutis inflammavit & univit  
clementia.

Cogitur ad  
papam.

Morantur  
ad Lateranense  
patriarchium  
perduxerunt.

Romani non  
auderent  
imperatori  
consecrari  
pontificem.

Dona a Leo-  
ne oblata  
ecclesiis.

S. Petri.

SS. Coronatorum.

Tunc omnes, ut superius annotatum est, per-  
gentes cum gaudio multaque aviditatis lætitia ad  
ecclesiam, in qua debebat, beatorum quatuor Co-  
ronatorum, eum coactum invitumque exinde ab-  
strahentes cum hymnis laudibusque præcipuis &  
ad Lateranense patriarchium perduxerunt: cuius  
morem observantes antiquum, omnes osculati sunt  
pedes. Quanta autem in ejus pontificali electione  
concordia vel unanimitas fuerit, nullus breviter  
enarrare hominum potest. Quid autem electionis  
sue tempore apostolorum suffragiis suisque sanctis  
intervenientibus precibus de Saracenis illis, qui  
tam nefarium scelus commiserunt, divina virtus  
peregerit, hoc inconveniens aut reprehensibile  
non est, sive ob futurorum sive timorem, sive  
memoriam, præsentibus literis annotare. Omnes  
enim cum vellet, iniquitatis ac deprædationis  
scelere perpetrato, ad Africanam ex qua venerant  
regionem revertere, vasto maris pelagi vi vento-  
rum procellarumque, sicut certa relatione cognovimus,  
Deo permittente, demersi sunt. Antiquumque  
illud Egyptiorum miraculum ecce noviter  
apostolorum meruit oratio obtinere. Ro-  
mani quoque, ut diximus, novi electione ponti-  
ficis congaudentes, ceperunt iterum non medio-  
criter contristari, eo quod sine imperiali non au-  
debant auctoritate futurum consecrare pontificem,  
periculumque Romanæ urbis maxime metuebant,  
ne iterum, ut olim, aliis ab hostibus fuisset ob-  
sessa. Hoc timore & futuro casu perterriti, eum  
sine permisso principis præfulem consecraverunt,  
fidem quoque illius sive honorem post Deum per  
omnia & in omnibus conservantes.

Jam quia humanus æstimare non sufficit arbi-  
ter, nec os referre prævalet, quantæ bonitatis ac  
pietatis hic beatissimus extiterit pontifex, redeamus  
ad ea quæ fretus Dei amore sanctorum eccle-  
sias obtulit, & a primo pontificatus sui exor-  
ditio enarremus. Hic vero insignis & præclarus  
antistes superno amore exarscens obtulit in ba-  
siliæ beati Petri apostoli coronam ex argento  
purissimo unam pensantem libras viginti & qua-  
tuor. Gabathas interrasiles duas pensantes libras  
duas. Vela septem, duo quidem de fundato, &  
alia duo de stauract, & tria de spanisco. Obtulit  
vero ibidem ad splendorem & gloriam ipsius ve-  
nerandæ basilicæ cortinam Alexandrinam miræ  
pulcritudinis unam, habentem historiam pavonum  
portantium desuper homines, & aliam historiam  
aquilarum, rotarumque, & avium cum arboribus.  
Ipse vero egregius & prudentissimus papa obtulit  
in basilica sanctorum quatuor Coronatorum, in  
qua sacerdotii sui solertissime functus est officium,  
canistra de argento purissimo tria pensantia li-  
bras.....

Aquamantile similiter de argento mundissimo  
par unum canthara cum thymiamaterio, id est,  
pensat. libras..... Vela de fundato, quæ ad ni-  
torem ipsius in arcu videntur ecclesie pendere,  
duodecim. Item vela serica alba triginta & qua-  
tuor. Fecit vero in eadem basilica ad splendorem  
sacri altaris vestem holotericam habentem peri-  
clysin de chrysoclavo. Et aliam vestem albam  
cum rotis habentem rotas septem, & in medio  
tubulam de chrysoclavo cum effigie hominis ge-  
rentis in capite gemmas prasinas quinque. Item  
vestem albam de chrysoclavo cum rotis sex. Fe-  
cit autem in jam dicta basilica ad honorem &  
gloriam sacri altaris vela habentia cruces & ham-  
nadias de chrysoclavo & gemmis ac bullis aureis

triginta tres. Velum acupidile habens hominis  
effigiem sedentis super pavonem unum. Item ve-  
la habentia historiam sanctæ Dei genitricis tria.  
Item vel alia fundata quatuordecim, & alia cum  
veste de blatin duo.

Ipse quidem eximius & beatissimus papa fecit  
in basilica sanctæ Dei genitricis, quæ ponitur in  
vico, qui nuncupatur Sardorum, vestem de fun-  
dato habentem historiam sanctæ Dei genitricis  
de chrysoclavo cum prophetis. Ipse vero a Deo  
amabilis & prudentissimus papa sedilia in ingres-  
su marmoribus patriarchii construxit, quæ nullus  
pontificum ut perficeret arbitratus est. Nam &  
solarium quod beatæ memoriæ Leo III. papa con-  
struxerat, cum præ nimia vetustate fractis trabi-  
bus in ruinis cerneretur eversum, noviter pulchrius  
in meliorem speciem restauravit.

Hic quidem insignis & pius antistes in basilica  
beati Pauli apostoli superno fretus amore vesper-  
tinas publice a cuncto clero & schola constituit  
die natalis ejus psalli laudes. Hujus beati tempo-  
re præfulem terræmotus in urbe Roma per indi-  
ctionem factus est decimam, ita ut omnia ele-  
menta concussa viderentur ab omnibus. Ipse jam  
sæpefactus & solertissimus pontifex secundum an-  
tiquam consuetudinem canonice auctoritate decre-  
vit atque constituit, ut dum sacra missarum sol-  
lemnia in ecclesia celebrantur, nullus ex laicis in  
presbyterio stare, vel sedere, aut ingredi præsumat,  
nisi tantum sacra plebs, quæ in administra-  
tione sacri officii constituta videtur.

Ipse quidem beatissimus pontifex post eadem  
& deprædationem sævæ gentis Agarenorum, quam  
in sanctorum apostolorum ecclesiis peregerunt, ad  
restorationem ipsarum quotidie animum præten-  
debat, quatenus omnia, quæ ab impiis manibus  
ablata fuerant, repararet, sperans æternæ futuræ  
retributionis mercedem. Quamobrem obtulit in  
basilica beati Petri apostoli butronem de argento  
purissimo cum gabathis argenteis pendentes in  
catenulis septem. Fecit autem ad illuminationem  
ipsius basilicæ rete æneum cum canistris argenteis  
decem & septem. Nam & pharum miræ magni-  
tudinis ad splendorem & gloriam sæpius memo-  
ratæ ecclesie reparavit. In qua etiam obtulit co-  
ronam de argento mundissimo pensantem libras...  
Vela de fundato, quæ in ambitu sacri altaris pul-  
ciora pendent viginti quinque. Item vela leonum  
habentia historias, quæ ante vestibulum sacre con-  
fessionis cernuntur pendere decem. Et alia vela  
de fundato, quæ inter ipsius venerandæ basilicæ  
dextra lævaque coruscant quadraginta & sex.  
Item vela de fundato, quæ in arcu ad ornatum  
& decorationem presbyterii pendent triginta &  
tria. Verum etiam & alia vela de fundato, quæ  
in diversis ejusdem basilicæ locis ipse almiscus pa-  
pa constituit pendere decem octo. Et alia item  
vela, quæ ante januas sacre basilicæ pendent qua-  
tuor.

Hic vero insignis & prudentissimus præfule su-  
perno fretus amore fecit in basilica sanctorum  
martyrum quatuor Coronatorum vestem de chry-  
soclavo habentem historiam resurrectionis Domi-  
ni nostri Jesu Christi, atque effigies prædictorum  
martyrum: & ipsius almisci præfule animus tan-  
tum divino fulgebat amore, ut ea quæ pridem  
ex beati Petri apostoli ecclesia ab impiis manibus  
innumerabilia fuerant bona ablata, suo præcipuo  
tempore libente voluerit præfule omnia noviter  
institurare.

Idcirco ad decus & honorem ipsius prædictæ  
ecclesie fecit coronas ex argento purissimo miro  
compositas opere duas pendentes in catenulis ar-  
genteis cum gemmis & bullis deauratis, pensantes  
una

una libras centum triginta duas, & alia centum & triginta, habentes una claustris argenteos subter pendentes triginta & septem. Et aliam simili modo habentem quadraginta. Et quia divino semper erat munere perornatus, dignamque de omnibus curam & sollicitudinem habere studebat feliciter, fecit in oratorio sancti Andree apostoli ad sanctum Petrum vela maiora de fundato duo, & alia minora quinque, ornata in circuitu de blattin.

Ipse vero a Deo profectus venerabilis & praeclarus pontifex fecit in monasterio sancti Anastasii pro aeterna animarum suarum redemptione vestem sericam de fundato unam habentem historiam aquilarum.

Similiter & vela de fundato duo compta in circuitu de blattin. Simili modo fecit in monasterio sanctae Praxedis vestem de fundato unam.

Hic quoque praedictus praesul a die qua divina fretus potentia sacrae apostoli Petri solem omni benignitate conscendit, mox de prisca vel antiquis sacri palatii usibus, atque ordinibus, qui sub praedecessorum suorum pontificum tempora erupit, atque diversa consuetudine fuerant delicti, ideo ad suam memoriam sanctitatis universos reducere, vel in meliorem statum, quam nuper fuerant, omnia libenti animo ordinare avide conatus est.

Nam & occubitus, quod dominus Leo bonae memoriae tertius papa a fundamentis construxerat, & omnia ornamenta quae ibi paraverat, praenimia vetustate & oblivione antecessorum pontificum deleta sunt. Et in die natalis Domini nostri Jesu Christi secundum carnem tam dominus Gregorius, quam & dominus Sergius sanctae recordationis ibidem minime epulabantur. Isdem vero beatissimus & summus praesul Leo quartus cum gaudio & nimia dilectione omnia ornamenta, sive alimenta, quae inde deleta fuerant, noviter reparavit, & ad usum pristinum magnifice revocavit.

Nec non & crucem ex auro purissimo gemmis ornata, quam Carolus pius memoris imperator Francorum & Romanorum in basilica salvatoris Domini nostri Jesu Christi, quae Constantiniana nuncupatur, temporibus domini Leonis sanctae recordationis tertii papae obtulerat, quae mos erat, ut in litanis ante sacratissimum pontificem ipsa praecederet, & sic permansit usque ad tempus sanctae recordationis domini Paschalis papae, unde diabolica suggestionem a malis extorta est, & a lationibus nocte furtim ablata. Et nullus deinceps praecessorum pontificum, tam dominus Paschalis, quam dominus Eugenius, sive dominus Valentinus, sive dominus Gregorius, nec non & dominus Sergius recordatus fuit, ut eam restauraret, & ad usum sanctae Dei Romanae ecclesiae repararet. Sed isdem praefatus & magnificus praesul fecit ex auro purissimo, & mirae magnitudinis margaritis & gemmis hyacinthinis & prasinis utiliter ornavit, & ad usum pristinum sanctae Dei genitricis Romanae ecclesiae mirifice decoravit.

Hic vero praecipuus & insignis praesul divinarum scripturarum in scientia & eruditione probatissimus extitit praedicator, qui fama tantae beatitudinis atque sanctitatis claruit, ut in conspectu universi istius in Christo fundatae ecclesiae populi miracula operaretur. In primo quidem pontificatus sui anno juxta basilicam beatae Luciae martyris, quae in Orfea sita est, in quibusdam terris abditisque cavernis diri generis serpens, qui basiliscus Graece, Latine regulus dicitur, ortus est, qui statu suo ac visione omnes qui ad eandem properabant, cavernas celeriter necabat, mortisque tra-

debat periculo: ita ut omnes stupor ac timor invaderet, serpentes virtutes mirantes, & cladem.

Ipse vero beatissimus & praeclarus pontifex hanc populi necem sadiens atque pernicem, ad orationes se convertit, cum jejunii Dominum deprecari non cessans, ut ab huiusmodi omnes interitu liberaret. Dum haec agerentur, praeclarus & celeberrimus dies advenit, in quo beatae Dei genitricis semperque virginis Mariae assumptio celebratur. Tunc praefatus & universalis papa a patriarcho cum hymnis & canticis spiritualibus sancta praecedente icona ad basilicam sancti Hadriani martyris, sicut mos est, propriis pedibus cum omni clero perrexit. De qua regressus cum omni fidelium cœtu ad basilicam beatae genitricis Dei &

Domini nostri Jesu Christi, quam ad praesepe dicitur, cum Dei laudibus magna comitante caterva populi properabat. Qui cum pervenisset ad locum in quo ipse servissimus basiliscus tetris, ut jam superius diximus, jacebat cavernis, omnem clerum & populum stare praecipit, atque juxta easdem cavernas properans, super foramen ipsius, ubi pestiferi status egrediebatur serpentis, intrepidus stetit, & oculos ad caelum pariter tendit & palmas, Christumque qui est super omnia Deus, profusus lacrymis deprecatus est, ut ab eodem loco diri serpentis genus sua potentia effugaret. Et data super populum oratione, Dei laudes ad basilicam, quam superius memoravimus, profectus est exhibere. Ab eodem vero die ipse basiliscus ita effugatus, atque ab ipsis projectus est antris, ut ultra in illis locis nulla lesionis ejus macula appareret. Et aliud miraculum ipse almicus papa perfecit, quod enarrare breviter inchoamus.

Leo Papa basilicam fugat.

In ipso quod superius memoravimus pontificii sui exordio Saxorum vicum validus ignis invalit, qui flammaram virtute cuncta comburere cepit validius, ubi populorum multa congregata sunt agmina, quae huius incendii flammis volebant extingui: sed ventorum flatibus altius extendebatur ignis in aere, cuncta comburens, atque comminuens, ita ut propius beati Petri principis apostolorum basilicae proveniret, Saxorum, Longobardorum domos, ac porticum concremans atque diripiens.

Quo audito ipse beatissimus pontifex anxius illic celeri cursu profectus est, & obvius ante ignis impetum se praeparavit, ac Dominum deprecari cepit, ut ipsius incendii flammam extingueret, & crucis propriis faciens signaculum digitis, amplius ignis extendere flammam non potuit, sed beati virtutem ferre non valens pontificis, extinguit flammam redegit in cinerem.

Idem oratio de signo crucis saxonum extinguit.

Ipse vero a Deo amabilis & prudentissimus papa fecit in basilica beati Petri apostoli vela de fundato in circuitu compta de blattin numero quadraginta quinque. Fecit autem isdem egregius pontifex in monasterio sancti Martini, quod beati Petri basilicae cohaeret, ad laudem & gloriam ipsius beati Martini oraculi mirae pulcritudinis vestem perfecit, habentem historiam superius memorati sancti jacentis in lectulo cum effigie salvatoris Domini nostri Jesu Christi. Simul effigiem sanctae martyris Agathae habentis ad pedes effigiem ipsius almi pontificis, habentem gemmas hyacinthinas decem & septem. Item in eodem oratorio fecit vela quatuor, & unum quidem habens rotas de chrysoclavo tres.

Donna eju dem in ecclesia S. Petri.

Fecit idem in basilica sanctorum quatuor fratrum vestem de fundato unam habentem historiam ipsorum sanctorum martyrum, & effigiem ipsius almi praetuli habentem gemmas duodecim, similiter & vela de fundato quatuor.

SS. Coronatorum.

Hic

S. Petri.

Hic vero venerabilis & præclarus pontifex fecit in basilica beati Petri Apostoli nutritoris sui canistrum interrasile de argento purissimo pensans libras..... Ubi supra obtulit coronas de argento mundissimo pensantes libras.... Hic vero beatissimus & præclarus papa superno fretus amore obtulit beato Petro apostolo ad splendorem & gloriam ipsius sanctissimæ basilicæ lucernam bimyxem de argento purissimo pensantem libras quadraginta quinque.

S. Silvestri.

Idem beatissimus præsul fecit in ecclesia beati Silvestri confessoris atque pontificis, qui ponitur in monte Soracte, vestem de fundato unam habentem angulos quatuor, duos quidem Tyrios, & duos fundatos. Fecit etiam isdem sanctissimus & beatissimus præsul in ecclesia beati Petri principis apostolorum vela quæ pendent in arcu presbyterii ex auro texta habentia historiam beati Petri apostoli numero decem & octo. Nec non in oratorio beati Leonis confessoris atque pontificis, quod est situm infra prædictam ecclesiam, vestem de fundato unam habentem historiam Aquilarum. Obtulit quoque ubi supra coronam de argento unam pensantem libras.....

Jam etiam fecit ibi vela de fundato ornata ex utraque parte de blattin numero viginti. Obtulit etiam beato Petro apostolo calices de argento, qui sedent super circuitu altaris numero sexdecim pensantes libras.... Verum etiam & calicem pendentilem cum catenulis & delphinis pensantem libras.... Item sanctissimus & coangelicus præfatus præsul post prædationem Saracenorum istius ecclesiæ fecit super corpus beati Petri apostoli imagines argentæas, totasque numero tres, & unam quidem in medio habentem effigiem salvatoris Domini nostri Jesu Christi cum gemmis in capite per crucem ornata hyacinthinis & præsiis. Item aliam quamdam positam ad dextram partem salvatoris, & habentem vultum beati Petri apostoli, & beatæ Petronillæ. Aliam quamdam positam ad partem lævam depictam vultum habentem beati Andreæ apostoli, simul & vultum prædicti tumini præsulis pensantem libras centum & quatuor. Fecit ubi supra phara ærea, quæ sedent super vestibulum sacri altaris numero duodecim.

Restituit monasteria.

Prædicavit populo.

Octavam assumptionis beatæ virginis celebrari jussit.

Sæpe vero hic beatissimus papa omnia sanctorum quæ destructa fuerant loca reedificare magnopere cupiebat. Nam monasterium Corsarum, quod juxta basilicam beati Sixti martyris atque pontificis situm est, quod quorundam malorum hominum fuerat operibus desolatum, & ad sæcularem habitationem perductum, pro salute ac futura retributione animæ suæ perfectius restauravit. In quo etiam ancillarum Dei congregationem munivit ad persolvendum Dei omnipotentis quotidie laudes, muneribus auxit, divitiis perornavit, & omnia sacris præceptis, quæ exinde ablata fuerant, restaurans, suis sanctis digitis plenius ea confirmavit. Is sæpius memoratus & beatissimus papa prædicationis suæ alloquio multos ad cognitionem veritatis perduxit, & salutiferas omnibus operationes quotidie demonstravit.

Nam octavam assumptionis beatæ Dei genitricis diem, quæ minime Romæ antea colebatur, vigiliis sacris, matutinisque cum omni clero pernodans laudibus in basilica ejusdem semper virginis dominæ nostræ, quæ foris muros juxta basilicam beati Laurentii martyris sita est, celebrari præcepit.

In quam etiam magna populi multitudo convenerat, novæ festivitatis cupiens celebrare sollempnitatem. Hoc ipse magnanimus cum videret antistes, in omnes qui aderant huic celebritati plu-

res argenteos erogavit. Fecit vero idem beatissimus in ejusdem Dei genitricis semperque virginis Mariæ ecclesia vestem de fundato unam. Nec non fecit ibidem vela numero quadraginta quinque. Et infra in ipsius ecclesiæ oratorium, quod vocatur beata Barbara, obtulit vestem de fundato unam.

Deus in ecclesiis sanctæ Mariæ.

Ipse a Deo præcipuus antistes & in oratorio sanctæ Eugenie fecit vestem de fundato unam.

Et hic solertissimus, Deo opitulante, sanctissimusque & in omnibus præclarus atque præcipuus pontifex magno animo & pura voluntate donavit in ecclesia beati protomartyris Stephani, quæ ponitur foris muros juxta ecclesiam beati Laurentii martyris, vestem de fundato unam. Et infra hujus mœnia ecclesiæ in oratorio beati Leonis martyris fecit vestem de fundato unam. Et ipse mitissimus pontifex, atque acutus in omnibus bonis, obtulit in ecclesia beatæ Dei genitricis semperque virginis Mariæ dominæ nostræ, quæ ponitur infra prædictum monasterium, quod vocatur Corsarum, fecit vestem de fundato unam. Ubi supra obtulit in oratorio sancti Cæsarii vestem de fundato unam.

S. Stephani.

Fecit isdem benignissimus crucem auream noviter, & ipsa crux, ut mos antiquitus est, subdiaconi manibus ferebatur ante equum prædecessorum pontificum, quam Deo juvante in auro & argento ac gemmis melius renovavit. Obtulit vero in ecclesia beatæ Nymphæ martyris, quæ esse videtur in civitate Portuensi, vestem de fundato unam. Similiter fecit in ecclesia beatorum martyrum Cosmæ & Damiani, quæ in Silva candida esse videtur, vestem de fundato unam. Nec non ubi supra obtulit vela de fundato tria ornata in circuitu de blattin. Hic vero beatissimus papa sacratissimorum martyrum sepulcra devota mente ardentique assidue pectore visitabat: quos vigiliis sacrisque orationibus cuncto pro orthodoxæ fidei populo exorabat.

S. Nymphæ.

S. Cosmæ.

Die autem quadam cum ad sepulcrum beati Laurentii martyris pervenisset, & solito more orationem exleret, diligentius inquirere cepit, ac dicere: Quanti quotidianas hic monachi Deo omnipotenti referunt laudes? Tunc omnes, qui aderant, beato pontifici protulerunt, quod a quibusdam pontificibus duo monasteria ibidem fuissent constructa, sed pro magna paupertatis inopia in desolationes reducta sunt. Mox autem ipse amicus pontifex superno nutu compunctus monasterium, quod nunc sancti vocatur Stephani, & Cæsarii, restaurans, muneribus ac divitiis locum plenissime perornavit. In quo etiam sanctæ conversationis plures Græcos genere instituit monachos, qui Deo omnipotenti, eidemque martyri die novæque laudes persolverent.

Monasterium constructum.

Ipse quidem a Deo protectus & venerabilis præsul intra basilicam beati Petri apostoli oraculum miræ pulcritudinis summique decoris construxit, quod pulcris marmoribus circumdans splendide compler, absidamque ejus ex musivo, aureo superinducto colore, glorifice decoravit. In quo etiam venerabile corpus beati Leonis confessoris atque pontificis recondens, sacrum desuper construxit altare, & ciborium cum cruce exaurata, ad laudem & gloriam Christi nominis, hoc fretus amore perfecit, ut sibi dignum in æthere conquireret locum.

Patris itaque omnibus atque perfectis operibus, quorum jam sigillatim superius nomina scripta vel memorata sunt, confestim isdem pastor & pater egregius, quamvis universarum proficuum ecclesiarum Dei curam dignamque sollicitudinem gereret, & ad omne opus bonum præ omnibus in-

in-

intentus existeret, ex intimo cordis sui longa tra-  
hens suspiria, cum quotidie beatissimi apostolo-  
rum principis Petri sacratissimum altare cerneret  
violatum, & ad tantam inhonestatem a Saracenis  
perfidis Deoque contrariis & vitiatum perducum,  
etiam & ( quod dolentes moerentesque dicimus )  
ipse nodique Christianum populum ad jam sati  
principis sacratissima, orationis causa vel gratia,  
limina destinari cerneret, & ob hoc vota sua, ut  
olim perficere non pleniter satagebat. Ideo omni-  
potentis Domini fretus auxilio, atque consilio &  
virtute munitus, aureis simulque argenteis tabu-  
lis non tantum confessionem sacram, verum etiam  
frontem impediti altaris satis decenter & hono-  
rificè perornavit, ut præfens per omnia opus  
ibidem dedicatum luce clarius manifestat. Quam-  
obrem venerandi altaris frontem præcipuam tabu-  
lis ex auro optimo noviter exornavit, & cam-  
gemmis quamplurimis valde optimis ac pretiosis  
totam circumdedit, & in meliorem ut prius sta-  
tum decoremque perduxit. In quibus scilicet auri-  
s, ut dictum est, tabulis non solum redempto-  
ris nostri forma depicta præfulget, verum & ejus  
resurrectio veneranda, atque iudicium sacræ ac  
salutiferæ crucis.

Ornat altari  
S. Petri.

Petri quoque Paulique pariter vultus atque An-  
dree in prænominatis tabulis similiter splendent,  
atque coruscant: inter quos sanctissimi quartus Leo-  
nis præfulsit, nec non & specialis filii sui domini  
imperatoris Lotharii, propter futuram memoriam,  
sive mercedem, personæ Deo caræ, per cuncta  
secula venerandæ, depictæ sunt. Fecit denique tabu-  
lam de smalto, opus ducentas sexdecim auri  
obryzi pensans libras. Confessionem vero crebro  
dicti altaris tabulis ex argento paratis purissimo,  
simili modo tota animi devotione ad antiquum  
decus & statum perduxit. In quibus salvatorem  
in throno sedentem conspicimus, pretiosas in ca-  
pite gemmas habentem & a dextris illius cheru-  
bim, a læva quoque ejus vultus apostolorum ce-  
terorumque depictos. Immo & rugas fecit sacræ  
confessionis ex argento constructas, vultus habentes  
beatissimi Petri & Pauli, pensantes libras du-  
centas & octo.

Ipsè vero a Deo amabilis & prudentissimus  
pontifex fecit in basilica beati Petri apostoli vela  
ex auro texta pendentiâ in arcibus comple in cir-  
cuito de blattin numero undecim. Nec non & in  
oratorio sancti Leonis pontificis intra ecclesiam  
beati Petri apostoli fecit vestem sericam albam si-  
gillatam cum gammadiis & periclysi de blattin  
unam, & vela similiter alba majora duo, mino-  
ra octo. Et in monasterio sancti Cæsarii, quod  
ponitur in palatio, fecit vestem de fundato unam,  
& vela octo.

S. Cæsarii.

Ipsè vero a Deo protectus & venerabilis pon-  
tifex propter retributionem & mercedem animæ  
suz fecit in cœmeterio beatæ Agathæ martyris,  
quod ponitur foris portam beati Pancratii marty-  
ris, vestem de fundato unam, & vela octo.

S. Agathæ.

Quisnam dicere valeat, vel narrare sufficere  
possit, quanta ipsè a Deo protectus & solertissi-  
mus papa sanctis locis devota obtulit mente dona?  
Nam in oratorio, quod Pauli dicitur papæ,  
mira pulchritudinis obtulit vestem Aquilaram ha-  
bentem historiam cum cruce de chrysoclavo &  
gammadiis unam. Fecit autem in oratorio san-  
ctorum Procelli & Martiniani splendoris non mo-  
dici vestem cum rotis & hominibus, & historiam  
cum cruce, similiter de chrysoclavo & gammadiis  
unam.

S. Pauli.

Aliam vero vestem fulgidæ visionis in basilica  
S. Petronillæ perfecit, habentem rotam aquilam-  
que cum cruce de chrysoclavo & gammadiis unam.

S. Petronillæ.

Obtulit vero in oratorio sanctæ Dei genitricis s. Mariæ.  
semper virginis domine nostræ Mariæ, quod in  
Mediana consistit, vestem similiter cum rotis a-  
quilisque & cruce de chrysoclavo cum gammadiis  
unam. Fecit quidem in oratorio sancti Hadriani  
vestem cum rotis hominumque effigibus cum  
cruce similiter de chrysoclavo & gammadiis u-  
nam. Ipsè vero sapius memoratus & beatissimus  
papa obtulit in basilica sancti Sebastiani martyris,  
quæ in Frascati consistit, vestem pretiosissimæ  
claritatis cum cruce de chrysoclavo & gammadiis  
unam.

S. Hadriani.

Frascati.

Qui summus & præcipuus præful fecit in basi-  
lica beati Petri apostoli cortinam holofericam cum  
historiis multis claritatis immensæ ad decorem &  
gloriam ipsius sacratissimæ basilicæ unam. Cum  
vero hæc, & quæ scripta sunt, Leo vir beatissi-  
mus quartusque præful Domino solatiante amo-  
ris ac desiderii gratia per diversa piorum loca san-  
ctorum perfectius contulisset, tunc de Romanæ  
urbis statu ac restauratione murorum, qui longo  
jam senio atque vetustate nimia fracti dirutique  
funditus videbantur, cœpit cum Jesu Christi Do-  
mini tradere consultu, ne, si diu sub hac negli-  
gentia sive oblivione consisterent, aut Domino  
permittente facilius ab hostibus aut capi, aut for-  
san expugnari potuissent. Ideo, ne hoc in futu-  
rum malum fieret, omnes prænominatæ muros  
civitatis Romanæ, duodecima instante indictione,  
renovare, atque ad priorem cultum decusque re-  
ducere, tota mentis alacritate curavit. Et non so-  
lum muros quos diximus celeri fieri agilitate præ-  
cepit, sed & portas, quibus omnis sæpe claud-  
itur civitas, novo cultu lignisque prævalidis ob-  
inimicorum metum sive terrorem readificari festi-  
nantius iussit. Quæ denique omnia, ut cito fie-  
rent, & ad effectum decoremque essent perducta,  
præfatus vir apostolicus indefinenter non solum  
equo residens, verum etiam suis pedibus propriis  
per muros vel portas cum suis fidelibus discurre-  
bat, quatenus in restauratione eorum mora nulla  
aut dilatio fuisset exorta. Quapropter, ut ante  
jam dictum est, inter curas maximam de Ro-  
mana urbe curam ac sollicitudinem venerandus  
pontifex gerens undique ad meliorem novumque  
cultum cuncta noviter deduxit, quindecim ab ipso  
solo turres, quas funditus dirutas per circuitum  
urbis reperit, novis fabricis restaurari præcepit.

Muros Ur-  
bis reparat.

Quarum denique duas juxta Portuensem por-  
tam ita prudenter ac sapienter venerabilis præful  
ad ipsam oram Tiberis, id est juxta litus flumi-  
nis ædificari disposuit, ut nullus prius hominum  
vel cogitare vel considerare valebat. Et quia per  
hunc locum non solum naves, verum etiam ho-  
mines ante facile ingrediebantur, nunc autem  
vix unquam per eum parvæ naviculæ introire va-  
lebant, & hoc propter futurum hostium Sarace-  
norum periculum & salutem Romanæ urbis fa-  
ctum est.

Ipsas igitur turres non solum lapidibus, sed et-  
iam ferreis muniti curavit catenis, quatenus, nisi  
necessitas fuerit, per eundem locum nulla valeat  
navis transire. Quod naviter opus constructum,  
& Romanæ urbis defensionem præstat, & viden-  
tibus non modicum, sed grande miraculum, quia  
cum magna sapientia, subtili prudentia & hone-  
stare paratum est.

Ipsè quoque a Deo protectus & beatissimus pa-  
pa multa corpora sanctorum, quæ diu occulta ja-  
cuerant, summo studio summoque cordis affectu  
ad honorem omnipotentis Dei intra, hujus ætatis  
Urbis mœnia mirifice congregavit. Nam & cor-  
pora sanctorum quatuor Coronatorum solerti cu-  
ra inquirens reperit. Pro quorum desiderabili  
more

Corpora  
sanctorum  
Urbis intulit.

Eccliam  
ostulit

more basilicam, quæ sanctorum fuerat nomini Aribus, papa obtulit in sæpius memorata, quam consecrata, quam ipse, dum ad pontificii deduc-  
tus est apicem, prudentissimo moderamine rexit, que per olitana curricula temporum quassata vetustatis defectu, & pene ruinis confracta diuturna antiquitate videbatur & convulsa, supernæ virtutis annuete clementia in splendidiorem pulchritudinemque statum a fundamentis construxit, & ad laudem omnipotentis Dei eorum sacratissima corpora cum Claudio, Nicollrato, Symphoriano, atque Caltorico & Simplicio, nec non Severo, Sev-  
eriano, Carpophoro, & Victorino, quatuor fratribus. Item Marius, Audifax, & Abacum, cum Felicissimo, & Agapito, Hippolyto cum suis familiaribus numero decem & octo, Aquilino, Aquila & Prisca, Narciso, & Marcellino, Felice, Sym-  
metrioque, Candido, atque Paulivo, Anastasio, & Felice, Diogene, & Liberali, Festo, & Marcellulo, atque Exuperanti, Pudentiana, & Benedic-  
to, Felice, & Venantio, nec non capite sancti Prothi, sanctæque Cæciliæ, sancti Alexandri, sanctique Sixti, & sancti Sebastiani, atque sacratissimæ virginis Præxedis pariter sub sacro altari recondens collocavit, & alia multa, quorum nomina Deo sunt cognita. Super quod etiam ad gloriam creatoris miro opere miræque pulchritudinis fecit ciborium ex argento purissimo, aureo superinducto colore, cum gemmis prasinis, & hyacinthinis pensans libras trecentas tredecim & semis.

Insuper obtulit in eadem ecclesia vela rubra, quæ pendent in circuitu altaris numero quatuor.

Idem quoque sanctissimus præsul fecit in oratorio prædictæ beatæ Barbaræ, quod constructum est intra ecclesiam sanctorum quatuor Coronatorum coronam de argento pensantem libras duodecim. Nec non in eodem oratorio obtulit gabathas de argento decem pensantes libras. Verum etiam in superscripto oratorio fecit vestes de fundato tres habentes in medio cruces cum gammadiis, & vela duodecim.

Prædictus etiam venerabilis pontifex fecit in basilica beati Stephani pontificis, via Latina, miliario tertio, vestem de fundato unam cum cruce in medio, vela sex. Ubi obtulit patenam, & calicem sanctum modicum de argento pensantem libram unam & semis. Obtulit etiam beatissimus præsul in ecclesia beati principis apostolorum thuribulum de argento exaurato, apostolatus legens nomen domini Leonis quarti papæ, pensans libras quatuor.

Ubi etiam in oratorio beati Gregorii confessoris atque pontificis fecit vestem de fundato cum gammadiis, & crucem ex argento texto unam. Similiter ibi ipse in oratorio beati Pastoris martyris vestem pari modo fecit unam. Nec non & in oratorio beatæ Dei genitricis, quæ ponitur ad ambonem, eodem modo fecit vestem unam. Et in oratorio sanctæ & superexaltatæ crucis fecit vestem simili modo unam. Nec non & in oratorio, quod ponitur ad fontem, fecit similiter vestem unam, & vela de quadruplo.

Ipse vero venerabilis & præclarus pontifex fecit in ecclesia sanctorum quatuor Coronatorum super altare majore vestem de fundato cum cruce in medio, & gammadias, & in gyro listam de fundato unam. Ubi supra in oratorio sanctæ Barbaræ similiter fecit vestem de fundato unam. Et in oratorio sancti Sixti eodem fecit vestem unam. Et in oratorio sancti Nicolai similiter fecit vestem cum aquila una. Nec non & in ecclesia eadem fecit cortinam lineam cum cruce in medio, & in gyro listam de fundato miræ magnitudinis. Piis moribus, his sacrisque perornatus ope-

Dono in ecclesia sancti Stephani.

SS. Coronatorum

ribus, papa obtulit in sæpius memorata, quam fretus amore sedaverat, aula, patenam ex argento purissimo aureo superinductam colore, cum crucis trophæo, salvatorisque effigie, sanctæque Dei genitricis & sanctorum apostolorum pulchro schemate decoratam pensantem libras septem. Similiter calicem sanctum auroque perfusum evangelistarum habentem iconam, & crucem, pensantem libras quatuor.

Nec non ex argento purissimo cantharum exauratum, in quo signaculum in circuitu depressum cernitur crucis, cum prophetarum effigibus, beatissimique Stephani primi martyris icona. Veruntamen & thuribulum ex argento mundissimo apostolicum unum.

Gabathas ad nitorem ipsius venerandæ basilicæ exauratas quatuor pensantes pondus duarum & semis librarum.

His omnibus ita gestis confessionem cum sacro altari argenteis tabulis pensantibus libras nonaginta & tres decoravit, sanctorumque effigibus perornavit.

Super quod etiam obtulit regnum de argento purissimo cum pretiosissimis gemmis, habens in medio crucem, quod usque nunc super eodem pendere altari conspicitur. Ubi etiam obtulit vela de fundato quadraginta & tria.

Ipse vero sæpius memoratus & præclarus antistes superno inflammatus amore, obtulit in monasterio sancti Silvestri, sanctique Benedicti, & sanctæ Scholasticæ, quod nuncupatur Sub lacu, vestes de fundato tres, & vela similiter de fundato septem. Fecit etiam idem beatissimus præsul post depredationem Saracenorum in ecclesia beati Petri apostoli crucifixum miræ magnitudinis, constructum cum gemmis hyacinthinis de argento purissimo, exauratum, pensantem libras septuaginta, & alias gemmas albas septem, majorem unam.

Ea item, quæ inter cetera per sanctissimi præsulis assiduas preces ac lacrymas a Domino exauditas duodecima insistente indidione mirabiliter acta vel gesta sunt, non inutiliter agemus, si ob æternam memoriam huic operi clarius inferere studeamus, ut quantæ sanctitatis in hac ærumnosa vita vir iste exiterit, præsentis ac futuri facilius cognoscant.

Denique post nefandam, & lugubrem, omnique plenam miseria Saracenorum depredationem, quam in primo ecclesiarum omnium capite, sancta scilicet Romana ecclesia, hortatu diabolico peregerunt, voluerunt iterum ipsi satanæ filii similia in Romanos fines & ecclesias beatissimi apostoli Petri, ut olim, damna inferre & deinde vidtores ad loca, quibus egressi fuerunt, remeare. sed cura ac studio summi præfulgentis atque vigilante pastoris hæc minime perficere potuerunt. Tamen ut fideles in Domino amplius fideles jure existant, & illius signa, ac veneranda miracula ex veteribus noviter emanasse non dubitent, a principio recensendum est quid de eis divina eodem tempore misericordia mirabiliter egerit, quantisque miseriis atque calamitatibus gens illa pestifera merito protrita dilapsa est. Quamobrem pristinum reminiscentes lucrum, vel prædam quam fecerant, multiplicata iterum perverforum hominum manu, multisque cum navibus ad urbem expugnandam Romanam duodecima indidione vigente venire crudeliter decreverunt.

Multisque etiam diebus in loco qui Tozarum dicitur juxta insulam Sardiniam demorati sunt. A qua digressi ad Romanum portum Deo illos non adjuvante venire conati sunt.

Quo-

Dono in monasterio.

In S. Petri ecclesia.

Conspirant  
Neapolitani  
& Saraceni

Contra  
Saracenos  
procedunt.

Oratio  
pape  
contra  
mil-  
litam.

Oratio  
contra  
Saracenos  
Neapolitana.

Vento  
classe  
Saracenorum  
dissolvitur.

Quorum iniquus ac nefandus adventus Roma-  
nus non mediocriter terruit. Sed quia ecclesiam  
suam Deus omnipotens semper inviolatam custo-  
divit, & deinceps custodire non desinit, excita-  
vit tunc inter ceteros omnium Neapolitanorum,  
Amalphanorum, Cajetanorumque corda, ut una  
cum Romanis contra eos insurgere ac dimicare  
fortiter debuissent. Mox etenim a locis propriis  
egressi ante Saracenos inutiles, ipse cum suis na-  
vibus conjunxerunt, suumque repentinum adven-  
tum beatissimo Leoni quarto pontifici notum fe-  
cerunt: & quod se ob nullam rem venisse aliam  
sunt professi, nisi ut de paganis Domino auxi-  
liante victores existerent. Tunc demum venerabi-  
lis papa aliquantos ex eis prius ad se Romam  
venire præcepit, volens specialiter scire ab eis si  
eorum pacificus esset adventus vel non, sicuti &  
factum est.

Inter quos tunc filius Sergii magistri militum,  
qui erat ordinatus super exercitum nomine Cz-  
varius, advenit: quos benigne in palatio Latera-  
nensi suscipiens, causam pro qua venerunt in-  
quirit. Illi autem ob aliud non venisse testati  
sunt, nisi ob hoc quod superius legitur exaratum.  
Quorum pius apostolicus credulus verbis cum ma-  
gno armorum procinctu, mox ad civitatem O-  
stiam properavit, omnesque Neapolitanos grandi  
atque eximia devotione suscepit. Qui ut sum-  
mum præfatum conspexerunt, pedes ejus humo  
prostrati venerabiliter sunt osculati, gratiasque  
omnipotenti altithrono retulerunt, qui ad se con-  
fortandos talem dirigere decrevit antistitem. Qui  
ut meliores de Belial filiis victores existerent,  
suminopere deprecatus est, ut de suis sacris ma-  
nibus corpus dominicum percipere meruissent.  
Quibus ore suo missam in ecclesia beate Auree  
deceantavit, atque universi ex illius, ut dictum  
est, manibus communionem sumperunt. Et an-  
tequam hæc fierent, usque ad præfatum ecclesiam  
cum hymnis ac litaniis canticisque præcepit, si-  
mul cum ipsis Neapolitanis, Christo auxiliante,  
profectus est. In qua etiam flexis genibus altissi-  
mum deprecatus est, quatenus orationibus suis  
iple Christianorum hostes in manus resistentium  
tradere dignaretur.

Super quos etiam multis cum lacrymis hanc  
orationem obtulit dicens: *Deus cujus dextra bea-  
tum Petrum apostolum ambientem in fluctibus ne-  
mergeretur erexit, & coapostolum ejus Paulum ter-  
tio naufragantem de profundo pelagi liberavit, exau-  
dit nos propitius, & concede, ut amborum meritis  
horum fidelium vestrorum brachiis contra inimicos  
sancta ecclesia tua dimicantia omnipotenti dextera  
tua corroborentur, & convalescant, ut de recepto  
triumpho nomen sanctum tuum in cunctis genti-  
bus appareat gloriosum. Per Dominum nostrum,  
&c.*

Die vero altera postquam a jam dicta civitate  
venerabilis reversus est præfatus, ipsi scelere so-  
cii, sive participes, juxta litus maris Ostiensis  
multis cum navibus apparuerunt. Contra quos  
Neapolitani impetum facientes dimicare fortiter  
voluerunt, etiam aliquantos vulneraverunt ex il-  
lis, & deinde triumphum acceperunt, si unum  
non citius impedimentum accidisset: nam dum  
adinvicem attentius dimicarent, subito tam vali-  
dus ac supereminens excitatus est ventus, qualem  
quis his temporibus meminisse non valeat, qui  
utrasque naves confestim divisit. Tum Saraceno-  
rum naves primo veniebant usque ad oram ma-  
ris, deinde vento flante marique elevato procellis  
dispergebantur, & iterum post aliquantulum con-  
fractis viribus revertebantur. Deus enim omnipo-  
tens, ut pro certo credimus, hunc ex thesau-  
ro

Concil. Gener. Tom. XIV.

suo produxerat ventum, qui eos ad nocendum  
foras minime permisit exire. Super his novis my-  
stificis miraculis, quæ nobis licet non meritis  
divinitas ostendere ac demonstrare nostris dignata  
est temporibus, semper glorificanda & collaudanda  
est veri Dei nostri clementia, qui eos ad locum  
quem desiderabant tantum permisit aspicere, &  
tamen, ne capere possent, virtutis suæ potentia  
longius expulit, multoque postea non tantum  
per intercessionem & merita beatissimum Petri  
ac Pauli principum non tantum maris profunditas,  
veram etiam fames & gladius indefinenter  
extinxit.

Ex quibus per quasdam insulas nostras tame-  
laborantes plurimi a nostris hominibus intercepti  
sunt. Ceteros autem causa veritatis ac testimoni-  
vivos comprehendentes Romam duxerunt. Quo-  
rum Romani proceres, ne multiplicatus numerus  
videretur, multos prope portum nostrum Roma-  
num in ligno suspendi jusserunt. Aliquantos et-  
iam nos ferro constructos vivere jussimus, pro hac  
solummodo causa, ut spem nostram, quam in  
Deo habemus, & illius ineffabilem pietatem, nec  
non & propriam tyrannidem luce clarius scire va-  
luisent. Et post hæc, ne otiose, aut sine angus-  
tia apud nos viverent aliquando ad murum,  
quem circa ecclesiam beatissimi apostoli Petri ha-  
bebamus inceptum, aliquando per diversa artifi-  
cum opera, quidquid necessarium videbatur, per  
eos onera jubebamus deferri.

Pro hisigitur beneficiis, ut jam enarratum est,  
beatus pontifex obtulit in basilica beati Petri  
principis apostolorum post deprædationem gentis  
Agarenorum, arcus de argento mundissimo num-  
mero tredecim. Ex quibus duos posuit a parte  
dextra atque sinistra in presbyterio miræ magni-  
tudinis pensantes libras...

Idem quoque beatissimus præfatus in ecclesia  
beati Petri principis apostolorum vestem unam  
auro textam habentem historiam, qualiter beatus  
Petrus prædicavit ad sanctam Romanam ecclesiam  
cum gemmis albis, id est margaritis septem,  
& cum gemmis præfatis undecim, nec non  
& gemmis hyacinthinis viginti & septem.

Fecit & in ecclesia beati Andreæ apostoli cibo-  
rium super altare ex marmore, nec non & cali-  
cem de argento cum coronis pendentibus in eod-  
dem ciborio numero duodecim pensantes libras....  
Fecit etiam ibi ipsum campanile, & posuit cam-  
panam cum malleo æreo, & cruce, exaurato.  
Nec non & in ecclesia beati Petri apostoli obtu-  
lit thuribulum ex auro purissimo ex diversis  
gemmis ornatum. Et in ecclesia beate Dei geni-  
tricis temperque virginis Mariæ domine nostræ,  
quæ ponitur ad sanctum Laurentium foris mu-  
rum, fecit vestem unam, habentem historiam re-  
surrectionis Domini nostri Jesu Christi, & ima-  
ginem almifici prædicti præfatis.

Fecit etiam in ecclesia sanctorum quatuor Co-  
ronatorum canistra de argento undecim, pensan-  
tia libras viginti quatuor. Obtulit & in ecclesia  
beati Petri apostoli crucem ex auro purissimo ex  
diversis gemmis hyacinthinis, albis & smaragdis  
miræ magnitudinis ornatam, quæ stat parte dex-  
tra juxta altare majus. In qua etiam noviter re-  
novavit virgam, & deargentavit eam, in qua præ-  
dicta crux continetur, pensantem libras argenti  
undecim & semis, legente de nomine domini  
Leonis quarti Papæ.

Obtulit & in ecclesia beati Stephani protomar-  
tyris vestem ex auro texta cum gemmis hyacin-  
thinis quatuor. Idem prædictus almificus & sum-  
mus præfatus nimio amore ductus, & bonis moribus  
affectus, fecit in ecclesia beati Christi martyris

Saraceni  
fere disper-  
sunt & pa-  
rtes

Saraceni  
quidam in  
littore reli-  
erunt

Dona ob-  
tula in eccle-  
sia S. Petri

S. Andrea

S. Maria

S. Stephanus

Laurentii sita foris murum civitatis Romanæ ve-  
stem de serico mundo cum aquilis, habentem ta-  
bulas auro textas tres, ex utraque parte habentes  
martyrium prædicti martyris depictum, & imagi-  
nem prædicti præfulis.

Nec non fecit in ecclesia sanctorum martyrum  
quatuor Coronatorum imagines de argento exau-  
ratas tres, unam quidem habentem vultum sat-  
vatoris, & alias duas habentes vultus sanctorum  
Claudii & Nicostri, pensantes libras quinquaginta  
& duas & semis. Et in eadem ecclesia obtulit  
coronam de argento unam, pensantem libras  
viginti quinque.

Et in pergula ejusdem ecclesiæ, quæ est ante  
altare majus, suspendit liliam de argento habens  
mala de crystallo, & ranunculum. Fecit etiam, B  
ubi supra, canthara de argento septem pensantia  
libras duodecim.

Fecit ipse mitissimus in æde propria, quam ipse  
a fundamentis fieri disposuit, & ex jure parentum  
suorum ipsi accessisse videbatur, monasterium  
ancillarum Dei in honorem sanctorum Simitrii  
& Cæciliæ, ubi & dona largitus est, patenam &  
canelem sanctum de argento exauratum habentes  
diversas gemmas pensantes libras.... Ubi supra  
obtulit thymiamateria cum canthara una pensan-  
tia libras.... Nec non & ipse vero almificus  
pontifex obtulit in supra scripto monasterio can-  
thara de argento mundissimo tria, & gabathas sa-  
xiteas, pensantia in unum libras duodecim & se-  
mis. Ibidem fecit propter retributionem & mer-  
cedem animæ suæ vestes de fundato tres, habentes  
unam tabulam acupilem interclusam. Fecit  
autem ibidem regnum ex auro mundissimo cum  
gemmis prasinis & hyacinthis, quod pendet super  
altare, pensans libras....

Ipse vero a Deo protectus & venerabilis pon-  
tifex superno amore exardescens obtulit in basilica  
sanctæ Dei genitricis semperque virginis Mariæ  
dominæ nostræ, quæ ponitur foris muros civitatis  
Romanæ, juxta beatum Laurentium, vestem de fundato  
unam, habentem in medio tabulam exauratam, cum  
effigie nativitate Domini nostri Jesu Christi; &  
ipsum almifici pontificis. Et in ecclesia beati  
Laurentii martyris, quæ ponitur foris muros obtulit  
thuribulum argenteum cum cooperculo suo exauratum,  
habens cantharas & bullas per gyrum, pensans  
libras sex.

At vero in ecclesia beatæ Dei genitricis semper-  
que virginis Mariæ dominæ nostræ trans Tiberim  
absidam, quæ præ nimia vetustate ruitura emine-  
bat, præominatus præful restauravit. Et in ecclesia  
beati Petri principis apostolorum, propter honorem  
ac vigorem ipsius ecclesiæ, fecit butronem ex  
argento purissimo, qui pendet in presbyterio ante  
altare majus, pensantem libras centum quadraginta  
& novem.

Simul etiam fecit in ecclesia beati Sebastiani  
martyris, quæ ponitur in Frascati, canthrum de  
argento mundissimo, pensans libras duas, legente  
nomen almifici præfulis, & beati Sebastiani.

His denique decentius consummatis atque per-  
actis post hecilem & iniquam Saracenorum depredationem,  
catholicus & per omnia laudabilis præful, ad decorem  
& laudem ecclesiæ apostolorum principis apostoli  
Petri, fecit miræ magnitudinis ac pulchritudinis  
super illius venerandum altare ciborium, & columnas,  
ac lilia exaurata ex argento purissimo, pensantia  
libras mille sexcentas & sex. Nam & super ciborium  
obtulit coronas quatuor & calices sexdecim ex auro  
mundissimo pensantia libras....

Et de argento, ut supra, ad honorem & gloriam  
ipsius ciborium fecit, calicetque, & coronas

numero quadraginta sex, pensantia libras viginti  
duas & uncias septem. Nec non & super columnas  
ipsius ciborii propter amplam pulchritudinem  
ex argento purissimo fecit cophinos numero quatuor,  
pensantes libras quadraginta & duas. Fecit  
etiam ibidem ante altaris circuitum vela siba ho-  
lolerica sigillata numero quatuordecim, listas ha-  
bentia de fundato.

Obtulit inibi & alia vela linea numero quatuor-  
decim listam habentia per circuitum de serico al-  
bo sigillato. Ubi supra fecit arcus duos ex argen-  
to purissimo, pensantes libras quinquaginta. Fe-  
cit in oratorio sancti Silvestri infra palatium La-  
teranense, vestem de fundato unam, habentem in  
medio tabulam de chryocavo modicam, & vela  
de fundato quatuor. Fecit & in ecclesia Jerusa-  
lem vestem de fundato unam, & vela similiter  
de fundato quatuor. Fecit etiam & in disconia  
sanctæ Mariæ virginis, quæ ponitur in Cyro re-  
gnum ex argento intrinsecus bullis aureis circum-  
datum. Verum etiam & in ecclesia sanctæ Dei  
genitricis semperque virginis Mariæ dominæ nostræ,  
quæ ponitur in Frascati, obtulit vestem de  
fundato unam, habentem in medio tabulam mu-  
dicam exauratam interclusam, & vela de fundato  
quatuor. Nec non & in ecclesia sanctæ genitricis  
Dei Mariæ, quæ ponitur in Morenico Narrano,  
fecit vestem de fundato unam, & vela similiter  
de fundato quatuor.

Pari modo obtulit & in ecclesia beati Petri a-  
postoli, quæ ponitur in Maruli, & fecit vestem  
de fundato unam, habentem in medio tabulam  
exauratam modicam interclusam, & vela de fun-  
dato quatuor.

Ipse vero a Deo protectus & venerabilis pon-  
tifex obtulit in basilica beatæ Dei genitricis sem-  
perque virginis Mariæ dominæ nostræ, quæ ponitur  
ad sanctum Laurentium foris muros, & fecit  
cortinam lineam unam habentem in gyro listam  
de fundato, & in medio crucem similiter de fun-  
dato. Et in ecclesia sanctorum Cosmæ & Damiani,  
quæ in Silva candida esse videtur, obtulit  
vestem rubram unam habentem in gyro listam de  
argento & crucem in medio, & vela cum aquilis  
quatuor. Obtulit etiam in ecclesia beati Petri  
principis apostolorum coronam ex argento, cum  
listam foris circumdatam, & exauratam, pen-  
santem libras septem. Ipse quoque a Deo prote-  
ctus & beatissimus papa superno fretus amore ob-  
tulit in basilica beati petri apostoli ante confes-  
sionem sacri altaris a dextris, seu a sinistris, ad  
decorem ipsius basilicæ, angelos sex ex argento  
mundissimo pensantes libras sexaginta quatuor. Et  
super illud ciborium fecit oleas quæ pendet in  
circuitu altaris habentis tabulas quatuor exauratas,  
nec non & gammadias numero quatuor. Ubi su-  
pra fecit arcus quatuor, qui stant in presbyterio  
ex argento mundissimo pensantes libras centum.

Ipse vero beatissimus pontifex obtulit in mo-  
nasterio sanctorum Cosmæ & Damiani, quod po-  
nitur in loco qui vocatur Sublacus, milliario ab  
urbe Roma plus minus quadragesimo, vestem de  
fundato unam, & vela de fundato similiter tria.  
Fecit etiam idem prædictus præful in ecclesia B.  
Christi martyris Gervasii, & Protasii, quæ ponitur  
intra civitatem quæ vocatur Fundana, vestem  
de fundato habentem in medio crucem ex auro  
texto unam, & velum de fundato unum. Obtulit  
etiam idem prædictus præful in ecclesia beati  
Christi martyris Cæciliæ, quæ ponitur intra civi-  
tatem quæ vocatur Terracina, vestem de fundato  
unam, habentem in medio crucem cum gamma-  
diis, & periclysin de blatin, legente de nomine  
domni Leonis IV. papæ, & vela similiter de fun-  
dato

Simul etiam fecit in ecclesia beati Sebastiani  
martyris, quæ ponitur in Frascati, canthrum de  
argento mundissimo, pensans libras duas, legente  
nomen almifici præfulis, & beati Sebastiani.

S. Petri.

S. Sebastiani.

S. Coronatorum.

S. Silvestri.

S. Mariæ in  
Frascati.

D. Mariæ.

S. Mariæ ad  
S. Laurentium.

S. Petri.

S. Cosmæ &  
Damiani.S. Gervasii  
& Protasii.

S. Cæciliæ.



S. Petri. dato numero quinque. Nec non obtulit in basilica beati Petri apostoli arcus ex argento mundissimo numero quatuor, pensantes libras octuaginta & quatuor.

S. Rufinæ. Fecit autem in basilica beate Rufinæ martyris in Silva candida, vestem de fundato, habentem in medio crucem de periclysi, & in circuitu de blattia, legentē de nomine domni Leonis IV. papæ.

S. Clementis. Fecit etiam isdem beatissimus præsul in ecclesia beati Clementis martyris atque pontificis gabathas de argento purissimo numero sex: tres quidem filopares signo Christi, & duas etiam similitudines palmarum, & unam interrasilem, quæ est saxifica, pensantes simul libras quatuor. Isdem beatissimus & præclarus pontifex fecit in basilica beati Petri apostoli nutritoris sui arcus cum columnis, & liliis de argento purissimo tres pensantes infimal libras centum & duas. Ipse quidem venerabilis pontifex fecit in basilica sancti Casarii, quæ ponitur in Terracina, vestem de quadruplo, ornata in circuitu de blattin, habente in medio crucem de chrysolavo, legente de nomine domni Leonis IV. papæ. Nec non & in basilica beati Petri apostoli fecit arcus de argento purissimo cum columnis & liliis numero tres, pensantes libras sexaginta.

S. Mariæ. Fecit in ecclesia sanctæ Dei genitricis Mariæ, quæ ponitur in civitate Portuensi, vestem de spanisco unam ornata in circuitu de fundato, & in medio crucem de argento. Similiter vela de spanisco ornata in circuitu de fundato numero tria. Sed & tabulas de argento exaratas, in gradu ante confessionem beati Petri apostoli, numero quatuor, & agnos duos, qui pensant libras infimal quadraginta & quatuor. Obrulit ubi supra coronas porphyreticas miræ magnitudinis ornatas ex auro purissimo cum delphinis duodecim, legente de nomine ipsius almifici præsulis, pensantibus auri libras tres & semis.

Nec non & arcus de argento purissimo numero decem, qui pensant simul in unum libras centum octuaginta & unam. Et vela linea, quæ pendent in arcibus ubi supra, ornata in circuitu de fundato, numero quadraginta octo.

Dicere nunc post universa, quæ retro scripta sunt, libet; æternæque memoriz præsentibus litteris enotare, quæ vel quanta permaximus ac venerabilis præsul solerti pioque studio pro defensione universæ matris ecclesiæ, zelo scilicet compunctus divino, infra paucorum spatia temporum perhoneste ac nobiliter dedicavit.

Quamobrem dum universa Romanorum nobilitas, pro illa qua jamdudum depredationem nefandi ac malevoli Saraceni intulerant, in nimia lamentatione consisteret, ne deinceps ( nisi ecclesia beati Petri apostoli muris undique munita citius foret ) pejora valuisent committere, isdem amabilis pontifex magnam pro Romanis omnibuscepit habere angustiam: & quomodo vel ordine ab eorum cordibus tantum potuisset rancorem five timorem auferre anxius cogitare. Cumque in his diuturnis crebro laboribus defudaret, Deo revelante, hujusmodi protinus consilium sumpsit, ut hoc ipsum suo dilecto ac speciali filio domno Lothario luce clarius indicaret Augusto, quatenus per illius, Domino annuente, adiutorium atque consilium, civitatem illam, quam prædecessor eius Leo papa III. erga ecclesiam prænominati apostoli ædificare cæperat, & cujus multis jam in locis fundamenta posuerat ( licet post suum transitum a quibusdam ablata fuissent hominibus, ita ut nec aditus appareret, ubi prius inchoationem præfatus habuerat murus ) si vita comes adesset,

Cencil. General. Tom. XIV.

A desideratum opus, Christo solatiante, ad effectum posset perducere. Hoc denique piissimus ac serenissimus Cæsar agnosceus, magna est illico lætitia & exultatione repletus, roganque jam satum summopere præfulem, patremque per omnia spiritalem, ut quantocyus tanti operis fabricam sedulo labore perficeret. Ad quam ipse cum suis fratribus non modicas argenti libras direxit, ut, sicut dictum est, tam proficuum opus indeliberatum minime remaneret. Ex quo nuntio præceptato præsul præcipuus ultra modum hilaris est effectus. Cæpit autem ex tunc de prædicto negotio valde esse sollicitus: convocansque cunctos sanctæ Dei fideles ecclesiæ petens ab eis ore suo consilium, qualiter tanta murorum cito valuisset fabrica consummari. Tunc omnibus ita visum est, ut de singulis civitatibus, massisque universis publicis, ac monasteriis per vices suas generaliter advenire fecisset, sicut & factum est.

Quamobrem secundo præsulatus illius anno præfata civitas ædificandi cæpit exordium. Et in sexto consecrationis suæ, utpote magnis ac mirabilibus omnis est fabricis civitas undique consummata. Cumque post multos labores atque certamina beatissimi præsulis, totum ut desiderabat murorum opus completum deiberatumque fuisset, cæpit omnipotenti Deo multimodas, five innumeras gratias agere, qui tuas quotidianas preces pro nova ædificatione murorum exaudire & adimplere dignatus est. Nam quantam qualemque curam, vel studium, simulque sollicitudinem pius ac laudabilis pastor, quousque construeretur, diebus singulis ac noctibus habuit, nullius hominis lingua breviter enarrare potest, & quia nihil aliud post debita laborum mandatorum officia agebat, præter id quod superius exaratum est, revera non fingus, neque status ventorum, vel pluvia, aut aeris grandis vel modica conturbatio, pigrum in eundo de die in diem quolibet modo facere potuit. Sed modo huc, modo illuc per diversas murorum fabricas vigil ac sollicitus discurrebat, ut suum bonum propositum ac desiderium per apostolorum pia Petri Paulique suffragia, redemptor noster omnipotens prospere adimplere decrevisset, atque modo omnes conspiciamus. Tunc demum consummatis, simulque perfectis, ut crebro retulimus, novæ civitatis universis operibus, papa beatissimus, & per omnia & in omnibus semper laudabilis, ut prædicta civitas, quæ a proprio conditoris sui nomine Leoniana vocabatur, perpetualiter firma ac roborata consisteret, iussit cum magna animi devotione, cordisque lætitia, ut omnes cum eo episcopi pariter ac sacerdotes incolæ urbis, & universi ordinis clericorum sanctæ catholicæ & apostolicæ Romanæ ecclesiæ, post litanias & psalterium decantatum, cum hymnis & canticis spiritualibus, per totum murorum ambitum nudis pedibus cinerem portantes in capite circumirent, & inter cetera ab episcopis cardinalibus aquam fieri benedictam præcepit, ut inter orationum officia, aquam ipsam transeuntes per murum, sanctificationis gratia jactare omnimodis studuisent: qui quod ab eo iussum fuerat humiliter peregerunt.

Ipse autem venerabilis pontifex ore suo tres super eundem murum orationes multis cum lacrymis ac suspiriis dedit, rogans ac petens ut prædicta civitas, & Christi conservaretur in ævum auxilio, & sanctorum omnium angelorumque præsidio ab universo inimicorum secunda & impeterrita perduraret incertum. Primam itaque orationem fecit super portam quæ respicit ad sanctum Peregrinum, cujus finis & principium tale est:

**D**eus, qui apostolo tuo Petro, collatis clavibus, Regni caelestis, legandi atque solvendi potestatem

Lotharius imperator in Leoniana extruendo

Quæto ar obdura

Leoniana civitas

Nudis pedibus papæ toto corpore

Orationes tres super portam

Oratio

871  
tradidisti, concede, ut intercessionis eius auxilio a peccatorum nostrorum nexibus liberemur. & hanc civitatem, quam noviter te adiuvante fundavimus, fac ab ira tua in perpetuum manere securam, & de hostibus, quorum causa constructa est, novis ac multipliciter habere triumphos. Per Dominum, &c.

Oratio. Secundam quoque illam pius papa dedit orationem super postterulam, ubi mirum in modum scitellum præminet, quæ vocatur S. Angeli. Cujus orationis talis est textus:

**D**eus, qui ab ipso christianitatis exordio hanc sanctam catholicam & apostolicam Romanam ecclesiam ab hostibus custodire & conservare dignatus es, iniquitatis nostræ chirographum propitius emunda, & civitatem hanc, quam tuo sancto nomini per apostolorum tuorum Petri & Pauli suffragia noviter dedicavimus, ab omnibus invidiosorum insidiis securam semper, atque imperturbatam manere permittit. Per Dominum nostrum, &c.

Tertiam vero orationem cecinit super postterulam aliam, quæ respicit ad scholam Saxonum, atque ex eorum vocabulo Saxonum postterula appellatur: & ipsa oratio tertia hunc specialiter continet modum:

**P**ateris que unus omnipotens & misericors Deus, ut ad te toto corde clamantes, intercedente B. Petro apostolo tuo, prestatu indulgentiam consequamur. & pro hac civitate quam ego sumulus tuus Leo III. episcopus te auxiliante novo opere edificavi, meoque nomine Leoniam vocavi, habeas ut semper illa maneat, ac securam apud clementiam majestatis tue fugiter perseveret. Per Dominum, &c.

In qua scilicet civitate, juxta promissum sui desiderii, quod Deo voverat, magnam sive Romanis, sive diversis nationibus, ut in summæ sollemnitatis die, rogam distribuit.

Deinde cum ceteris, ut præfatum est, sacerdotibus & omnibus Romanorum proceribus ad ecclesiam beati Petri apostoli cum orationibus divinisque laudibus tendens, missam pro salute populi & civitatis incolumitate, ac stabilitate perpetua, honorifice decantavit. Is itaque sacris peractis officiis, cunctos nobiles Romæ multiplicibus donis, non tantum in auro, argenteove, sed & ferreis pallis honoravit, atque ditavit. Fuitque die illo magna cunctis lætitia, videlicet die septimo & vigesimo mensis Junii, pridie sancti Leonis papæ, vigilia sanctorum apostolorum Petri & Pauli. Si quidem ante beatissimorum Petri & Pauli vigiliis per totam Romanam urbem infinita gaudia & exultationes innumera celebratae sunt. Unde magis dignum est atque conveniens, ut pro tanto præfate tantoque pastore cunctipotentem Dominum toto corde paroque animo fugiter imploremus (per quem tam admirabile perhonestumque opus, Christi solatante potentia, celeri executione expletum ob salutem Christianorum omnium consummatumque cognoscimus) in nostris orationibus, quatenus & hic diuissime vigeat, & illic cum sanctis omnibus pro suis innumeris certaminibus ac laboribus perpetualiter æterna mereatur præmia possidere.

Iple vero beatissimus papa fecit in ecclesia sancti Sinigii, quæ ponitur in civitate Blerana, vestem de fundato unam, habentem in mediotabula de chrysoclavo cum effigie salvatoris, habente in capite gemmas præfatas tres, & sancti Sinigii, & beatissimi præfatus, & vela de fundato quatuor. Et in ecclesia sanctorum quatuor Coronatorum fecit cerositata ex argento purissimo duo pentantia libras quinque & uncias sex, & gabatas de argenteo numero quatuor pentantes libras....

Fecit in ecclesia sanctæ Dei genitricis Mariæ,

quæ ponitur ad beatum Laurentium foris muros, vela de fundato numero viginti septem. Item fecit præfatus præsul in ecclesia beati Clementis martyris atque pontificis regium, quod pendet super altare majus ex auro purissimo sculptile sine gemmis, habens in medio cruce de auro eum gemmis fixis in eadem cruce, vitreas quinque, & quæ pendent item vitreas etiam numero quatuor pentantes libras quinquaginta. Obtulit & in ecclesia beati Hippolyti martyris, quæ ponitur in insula Portuensi, quæ nuncupatur Artis, vestem de fundato habentem gammadias ex argento textas unam, vela de fundato numero quatuor. Nec non & in ecclesia beatae Dei genitricis Mariæ dominiæ nostræ, quæ ponitur infra civitatem quæ vocatur Anagnia, obtulit vestem de fundato cum gammadiis auro textis unam, & vela de fundato quatuor.

Verum ne post hæc quæ superius veraci testimonio certisque schematibus dilucidata atque conscripta sunt, silentio, quod minime convenit, cetera transeamus, libet alia beatissimi papæ opera, potenti Jezu Christi opitulante clementia facta, quamvis plurima, tamen luce clarius indicare. Nam cum in bonis Deoque dignis operibus mens simul & animus summi antistitis indeficiens detudaret, cepit de civitate Portuensi per maximum habere certamen, ut quo modo vel ordine tam suis quamque etiam futuris temporibus ad hostibus ac satanæ filius securam & libera manere potuisset. Cumque diu hoc tacitus in corde tuo pontificali haberet consilium, tunc pater omnipotens & excellens, qui semper in iustis cogitationibus fideles suos adjuvare non desinit, Corforum animos excitavit, qui timore Saracenorum perterriti a propriis finibus exules existebant, & huc sive illuc sine solo proprio vagantes incidebant, ut ad sedem Romanam causa refugii ac salutis venire quantocumque debuissent: sicut & factum est. Venientes vero illi ad sacratissima apostolorum principis limina, ter beatissimo domino nostro Leoni IV. papæ illico præsentati sunt.

Qui cum ab eis suisque proceribus prudenter satis sciscitatus fuisset, qualis tunc eis innuerebatur necessitas, pro qua venerant, ipsi autem necessitates suas, calamitates, atque angustias per ordinem quasi uno ore coram præfato exposuissent, se habituros cunctis diebus in suo successorumque pontificum obsequio ac servitio declararunt. Hoc sane benivolus præsul agnoscens in magnam est statim exultationem ac lætitiâ elevatus, gratias Deo referens, qui tales illi transmisit homines, qui in præfata civitate in perpetuum habitare potuissent. Auditis itaque eorum multis promissionibus papa præfatus una cum suis optimatibus eis clara voce respondit: Si quod verbis nobis dixistis, opere curaveritis perficere, satis loca habemus optima, in quibus habitare valebitis, si tantum nobis nostrisque pontificibus successoribus boni fideles fueritis. Nam civitas quam vobis daturus erimus valde firma est atque munita, quam nos, redemptoris nostri protegente auxilio, novis portis ac fabricis in locis pernecessariis ad cultum pristinum revocavimus. In qua si, ut diximus, manere cupitis, vineas vobis ac terras præfate concedemus, ut nullam possitis habere inopiam. Dabimus etiam vobis, ut ex labore vestro habeatis, vos & mulieres vestræ ac filii, unde vivere plenissime valeatis: boves etiam, & caballos, & animalia cetera, sicut prædiximus, si cuncta bono animo feceritis. Tunc Corforum populi talia audientes promissa lætiores effecti sunt, missosque a pio pontifice protinus quæsierunt, qui civitatem & loca specialiter demonstrarent: & ita fa-

Oratio.  
quod

Oratio.

Papa Romanus  
m. d. cccc. lxxii.

Dono ecclesie  
S. Sinigii

S. Mariae

S Hippolyti

Coerat de  
urbis Portuensi  
manenda

Coru exuler  
ad papam  
perluant

873  
factum est. Placuerunt siquidem omnia, & ipso A  
ponderunt, æquanimiter omnes, quod si noister  
papa & dominus universa quæ circumvisum fuerit  
dignatus conferre, cum omni familia & supelle-  
dili nostra in servitium sancti Petri & suorum  
successorum cum omni aviditate properabimus.

Lustrata denique civitate, & possessionibus uni-  
versis, ad venerabilem pontificem cum eisdem  
missis reversi sunt. Venientes igitur, ut præmis-  
sum est, illique læta ac prospera nuntiantes, &  
quod Corosorum gens vivere se ac mori in eisdem  
locis omnino fuissent professi, vocatis omnibus, ut  
ipsi similiter secundum missorum assertiones una-  
nimes testarentur, pontificale eis, secundum quod  
promiserat (ob serenissimorum Lotharii & Ludo-  
vici nostrorum imperatorum, suamque simul mer-  
cedem, perpetuamque memoriam) præceptum a-  
misse, hoc scilicet tenore, & placito anteposito,  
ut tamdiu firmum maneret ac stabile, quousque  
sanctæ sedis prætulibus populoque Romano in cun-  
ctis obediens ac fideles existerent. Et si, quod  
absit, omnem præcepti seriem irrefragabiliter non  
custodirent, sancitum est in eodem ut vacuum &  
inane consisteret.

Loca vero quæ eis data sunt, & a missis pon-  
tificibus consignata, tam ex proprio jure eccle-  
siastico, quamque venerabilium monasteriorum,  
immo & singulorum hominum, qui finitimi exis-  
tebant, in concessio eis pontificali privilegio specia-  
liter adscripta leguntur. Ecce enim quanta crebro  
dicti prætulibus erat ac præfulgebat misericordia, qui  
non tantum pro defensione urbis suos Romanos  
proceres diligebat, sed undecumque valebat colligere  
homines ad eorum auxilium & solatium in-  
vitabat; plus defensionem diligens patriæ, & ple-  
bis securitatem commisit, quam lucra temporalia  
& caduca, pro quibus multos jam recolimus vi-  
tam pariter & possessiones, quibus delectabantur,  
jugiter amisisse.

Poist hæc denique omnia, quæ superius brevi  
stylo contexta sunt, alia non dissimilia prætul-  
santus ac venerabilis satis ovans peregit opuscula.  
Nam Hortanz & Amerinz valde antiquarum civi-  
tatum, quarum muri ac portæ præ nimia vetu-  
state temporum usque ad solium ceciderant, &  
funditus destitutæ manebant, quas modo fures,  
modo latrones patentibus aditus nullo resistente  
custode facilius ingrediebantur, ipse adeo toleran-  
tissimus prætul tantam civium prædictarum urbium  
cognoscens incuriam, easdem quas prætulavimus  
civitates hortatu suo ac studio muris novis por-  
ticisque prioribus minime dissimilibus ad pristinum  
locum statumque gratia corroboratus divina redu-  
xit. In quibus modo civitatibus exaratis cives &  
ab inimicorum insidiis melius securi inhabitant,  
& fures ac latrones, ut dictum est, clausis muris  
ac portis nullum damnum & furtum, tam nocti-  
bus, quamque diebus, de cetero valebant in-  
terre.

His autem, ut prædictum est, diligenter exple-  
tis, fecit in ecclesia sanctorum quatuor Coronato-  
rum regnum ex auro purissimo unum, pendens  
super altare majus, cum catenulis similiter aureis,  
sculptilem habens in medio crucem auream, ha-  
bentem gemmas quatuordecim, ex quibus quinque  
in eadem cruce fixas, & alias quæ ibidem pen-  
dent novem. Sex quidem albas, & hyacinthinas  
tres, penantes simul libram unam, & temis un-  
cias. Nec non & in basilica sanctæ Dei genitri-  
cis Mariæ dominæ nostræ, quæ ponitur in vico  
Sardorum, obtulit calicem & patenam de argen-  
to exauratam par unum, legente de nomine do-  
mini Leonis quarti papæ, penantia simul in u-  
num libras quatuor & uncias quinque. Ipse inli-

gnis præsulque præcipuus, cum innumera summi  
decoris opera in basilica beati Petri cæli clavigeri  
perfecisset, portas quas destruxerat Saracena pro-  
genies, argentoque nudatas, erexit, multique  
argenteis tabulis, lucidius, salutiferisque historiis  
sculptis decoravit, & in meliorem speciem, quam  
pridem fuerant, reparavit, ut omnes qui in eam  
dem basilicam ingredi volunt, laudes Deo omni-  
potenti sanctoque suo præsulatui referant, & ex-  
pescant, ut ad multa annorum curricula vita sua  
extendatur, qui tanti fulgoris opere, tantoque  
pulchritudinis pondere aulam Dei argento penan-  
te libras septuaginta ornavit. Qui summus Deo-  
que amabilis papa, in exordio sui pontificii, cum  
porticus partis lævæ beati Petri præ nimia vetu-  
tate basilicæ cecidisset, celeri studio præclarus  
renovavit.

Nam & ipsius præcipuæ ecclesiæ facta testa-  
gnis trabibus procacique artificio elevatis lucifere  
renovavit. Quin etiam porticum, quæ sancti An-  
dree cohæret ecclesiæ, cum cerneretur caura, in  
melius noviter restauravit. Sed & cæteram, quæ  
ante portas argenteas jam didæ autè esse conspi-  
citur, infinito fretus amore renovans decoravit.  
Et multas piæ operationis in eadem specie eccle-  
sias fecit, quas si scripturæ tradere voluerimus, <sup>ecclesiæ</sup>  
lingua narrare non sufficiet, & nec scribentium  
valebunt articuli sustinere. Cum ergo per diversas  
Dei ecclesias multa periceret insignia opera, ipse  
beatissimus pontifex porticum, quæ ante basilicam  
sanctæ Dei genitricis consistit, quæ juxta basilicam  
sancti Laurentii sita est foris muros, clarius  
ac firmissus renovavit.

In ecclesia autem sanctæ Dei genitricis, quæ <sup>Dona</sup>  
ponitur in vico Sardorum milliario ab urbe Ro-  
ma trigesimo, quatuor catholicos libros obtulit,  
unum evangeliorum, alium regnorum, psalmorum,  
atque sermonum. In ecclesia beati Martini <sup>In eccle-  
S. Mart.</sup>  
confessoris atque pontificis foris portam beati Petri  
apostoli fecit calicem de argento unum cum ca-  
tenulis penantem libras quatuor, & uncias duas.  
Et in ecclesia sanctorum quatuor Coronatorum <sup>SS. Co-  
ronatorum</sup>  
fecit thymiamateria duo ex argento mundissimo  
penantia libras duas, & uncias unam. Simili  
modo & in ecclesia beatæ Petronillæ fecit velles  
de fundato tres, & vela duodecim, quatuor qui-  
dem de fundato, & tres de spanisco, & linea  
quinque.

Nam & in ecclesia sanctæ Dei genitricis Ma-  
riæ, quam ipse beatissimus pontifex a fundamen-  
tis supra scholam Saxonum noviter construxit,  
obtulit velles de fundato tres, & vela similiter de  
fundato quatuor.

Idem beatissimus pontifex fecit in basilica beati <sup>S. Petri</sup>  
Petri apostoli cereos deargentatos, qui stant in  
presbyterio numero viginti & septem, penantes  
infimal libras quadraginta. Nam & trabes in in-  
gressu & in medio presbyterii investivit ex argen-  
to purissimo penante libras sexaginta & septem,  
& uncias tres. Cum autem superiæ zelo patriæ  
inventus speciosus Christi per ordinem ornaret me-  
tallis ac ornamentis ecclesias, post fecit alia mul-  
ta in aula beati Petri apostoli principis; coronam  
ex argento purissimo unam cum catenulis argen-  
teis quatuor, habentem delphinos quadraginta &  
duos, penantia simul libras viginti & tres. Hic  
quoque pontifex, Christi semper auxilio fretus,  
ac divinitus inspiratus, fecit in circuitu altaris  
beati Petri apostoli vela serica de prasino qua-  
tuor, habentia tabulas de chrysoclavo cum estigie  
salvatoris & apostolorum Petri & Pauli, &  
sui ipsius almifici prætulibus, & in medio cruces &  
gammadias de chrysoclavo cum orbiculis, in qui-  
bus sunt imagines apostolorum miræ pulchritudinis de-

Reparat  
vires.

Dona in ec-  
clesia S. Co-  
ronatorum.

S. Maria.

decoratas, quæ in diebus festis ad decorem ibi. A exemplum ante oculos habeant, ut suos possint melius intruere & erudire subiectos.

Pari modo fecit ubi supra alia vela alba holq-ferica rosata cum cancellis decorata mirifice, pas-cha obumbrantia sacra. Nec non & aliam cor-ona minorem ibidem obtulit cum catenulis qua- tuor, & delphinis decem, habentem liliam & uncinum, pensantia libras duas. Hujus namque beatissimi prætulit animus semper Deo devotus exultans pretiosis Jesu Christi ecclesiis ornamentis ingenti ob æternæ vitæ salutem decorare studebat amore: & quod nullus præcessorum ejus pontifi- cum facere arbitratus est, hic sancto procul dubio Spiritu fervens, atque compulsus, coronas ex auro mundissimo, inlytis Christi videlicet & san-ctorum vultibus resurgentes, fieri in apostolorum principis Petri ecclesia juxta altare, sub quo ejus sacratissimum corpus requiescit, dextra lævaque pendentes duas, cum catenulis aureis bullis gem- misque præfatis decoratas decrevit, habentes insi- mul delphinos sexaginta, pensantes libras viginti.

Fecit & crucifixum argenteum miro opere de- pictum in eadem ecclesia, quæ in læva introitus parte inter columnas magnas positus ingenti splen- det decore, habentem libras sexaginta & duas & dimidiam. Ipse quoque beatissimus pontifex fecit in oratorio beati Andree apostoli, quod sancti Petri cohæret ecclesiæ, vestem sericam unam ha- bentem historiam aquilarum, & in medio tabulam cum chrysoclavo, in qua depictæ Christi & disci- pulorum ejus dextra lævaque imagines fulgent, & ipsius almifici prætulit. Ac similem post totius o- peris perfectionem, & ornamentis decoris in ec- clesia sanctorum quatuor Coronatorum vestem fecit de eodem serico cum tabula de chrysoclavo, habentem historiam, seu miraculum quod Domi- nus Christus de quinque panum & piscium ali- mentis duorum, quinque millia hominum abun- danter satians, est operatus.

Inter hæc vero quæ superius scripta sunt, cepit crebro nominatus sanctissimus præsul de singulis ecclesiarum rectoribus, videlicet episcopis, pres- byteris, diaconibus, atque omni Christianorum malitia curam sollicitudinemque habere præcipuam. Volens itaque, sicuti & factum est, ex præfatis au- doritibus novam Christo juvante normam præ- ponere, qualiter unusquisque eorum vitam castam & sobriam duceret, & Deo, cui semper irrepre- hensibiliter famulatum debemus impendere, in omnibus complaceret; tunc demum, sancti ei Spi- ritus gratia revelante, una cum consilio serenissi- morum Lotharii ac Ludovici imperatorum, anno imperii eorum quinto & trigesimo, atque pontifi- catus jam dicti prætulit septimo, mense Decem- bri, die octava, indictione secunda, sanctam ac venerandam in ecclesia beati Petri apostoli syno- dum congregavit. In qua tam ipse catholicus & apostolicus vir, quamque & alii cum eo sexaginta & septem episcopi resederunt. Ex quibus qua- tuor episcopi ab imperatoribus destinati, Joseph Eporediensis, Notungus Brixientis, Petrus Spoleti- nus, & alius Petrus Aretinus. Inter quos etiam Paulus diaconus sanctæ Ravennatis ecclesiæ resi- dens vicem tenuit Joannis archiepiscopi sui, abs- que presbyteris & diaconibus & clero sanctæ ma- tris ecclesiæ.

Et tunc coram omnibus quadraginta & duoca- pitula, quæ proleto ad salutem & lucrum om- nium Christianorum hominum pertinere noscun- tur, per diaconos sanctæ & universalis sedis apo- stolicæ legi præcepti. Quæ etiam capitula ut in futurum ab omnibus illibata serventur, post cetera decreta pontificum in sanctis canonibus jussit ad- ferri: quatenus omnes episcopi hujus auctoritatis

In hac denique post cetera synodo Anastasius presbyter cardinalis tituli beati Marcelli ab omni- bus canonicè est depositus, eo quod parochiam suam per annos quinque contra canonum instituta deseruit, & in aliis usque hodie demoratur. Qui cum neque ad duo pro eo congregata concilia ve- nire vellet, neque per apostolicas epistolas, neque per tres vocatus episcopos, Nicolaum videlicet, Petronacium, & Joannem, ideo merito uno con- sensu, secundum quod de talibus sacris contine- tur canonibus, eum sancta synodus deposuit, & sacerdotali honore privavit, anno, mense, die, & indictione superius annotata.

Post præcipuam vero hujus concilii diffinitio- nem beatissimus ejusdem prætulit animus, cælestis semper amoris igne accensus, ad rellauranda ec- clesiarum Dei cunctorum ornamenta vasorum stu- dium rursus cepit ingens habere. Nam & in ec- clesia beati Petri regni cælorum clavigeri fecit lu- cernam ex argento purissimo unam dimyxon pen- santem libras sexdecim. Nec non & in monaste- rio sancti Martini, quod ipsius apostolorum prin- cipis ecclesiæ cohæret, fecit aliam lucernam ex argento fusilem ac dimyxon, pensantem libras vi- ginti & septem ac dimidiam.

Similiter & in monasterio sanctorum Joannis & Pauli fecit aliam lucernam argenteam similiter lu- pradictis, pensantem libras viginti duas & dimi- diam; quæ dominicis vel festis diebus juxta lecto- rum consilientibus ad legendum sacras lectiones magno luminis splendore luceat. Eisdem vero san- ctissimus papa fecit regulas de argento fusiles cum cancellis in ingressu presbyterii, & ante confessio- nem beati Petri apostoli amatoris sui, quæ pul- cro lucentes decore hominum præbent mentibus admirationem: quarum duæ pensant libras sex- centas quadraginta & duas, aliæ vero duæ libras quingentas & octuaginta. Et in ecclesia sancti Vincentii, quæ ponitur in Frascati, obtulit ve- stem de fundato unam.

Sed quia, ut sæpe diximus, hujus serenissimi prætulit animus maxime beatissimi prætulit apo- stolorum principis repletus amore, ipsius summæ ecclesiæ, cujus divina dispensante potentia thro- num regebat, multa desiderabat semper ornamen- ta percipere, fecit super ejus sanctum altare vestem de chrysoclavo, habentem historiam in medio sal- vatoris inter angelicos vultus fulgentis, Petroque apostolo claves regni cælorum tradentis, & in dextra lævaque gloriosam Petri & Pauli passionem fulgentem. Inter quos ipse præsul civitatem, quam fieri jusserat, Petro interveniente offert depictam, & crucem auro, gemmisque nitentem: & in cir- cuitu altaris & deluper pannos sericos pretiose a- quilarum historia textos, quorum duo aurati cer- nuntur.

Obtulit autem ubi supra vela quatuor cum chry- soclavo, in quibus ipse præsul depictus imagini Esalvatoris inter angelicos vultus fulgentis civita- tem, quam suaditus paraverat, offert.

Igitur quia jam pleniter ea quæ beati Petri ec- clesiæ prædictus pontifex obtulit ornamenta, bre- viter licet, descripsimus; nunc ea quæ in ecclesia beatissimi Pauli apostoli doctoris gentium post im- piam Agarenorum devastationem est operatus, ob æternam memoriam summatim innoteocere stude- mus. Fecit autem super ejus sacratissimum corpus ciborium miræ pulcritudinis ingenti argenti pon- dere, cum columnis argenteis comptum, pensans libras noningentas quadraginta & sex. Sed cum benigna ipsius pontificis mens ante & post gene- ralia omnium ecclesiarum diversa ornamenta, que

An. 876. g. cæduntur depositur.

Dono in ec- clesia sancti Petri.

S. Joannis & Pauli.

S. Vincentii.

S. Pauli.

S. Pauli.

S. Andree.

S. Coronatorum.

Synodum convocat Romam 47 episcoporum.

377

ingenti desiderio prebebat, beato Petro semper A  
 aliquo optimo & pretiosius offerre curabat, ob-  
 tulit ei tres oleas Matoricas admirabilis paleri-  
 tudinis serico textas, coloreque depictas, que vi-  
 delicet festis diebus in circuitu altaris majoris de-  
 penderent. Fecit autem & in ecclesia S. Marciani,  
 que sita est in Domucella, que vocatur Bal-  
 nearola, vestem de fundato unam, & vela spani-  
 sca duo. Simili modo & in ecclesia beati Lau-  
 rentii martyris Christi atque Levii obtulit vela  
 de fundato, que pendent in arcibus infra colum-  
 nellas majores numero viginti quatuor. Fecit etiam  
 in ecclesia beati Clementis martyris atque  
 pontificis aquamanile de argento par unum, ha-  
 bens in se sculptam similitudinem capitis hominis  
 cum vite, & aliis historiis, pensans libras tres. I. B  
 tem obtulit ipse quidem beatissimus & almiſicus  
 præful in ecclesia sanctæ Dei genitricis Mariæ in  
 Emilia, que via Aurelia nuncupatur, vestem de  
 fundato unam.  
 S. Stephani. Similiter & in ecclesia sancti Stephani, ubi su-  
 pra, obtulit aliam vestem de fundato unam. Idem  
 vero præclarus & almiſicus præful superna prote-  
 ctus dextra usque in Dei semper servitio sincero  
 perseverans animo, post multas bonas actiones, B.  
 S. Silvestri, & Martini ecclesiam, quam dominus  
 Sergius prædecessor ejus noviter ab imis ædifica-  
 verat, multis quidem pulchrisque decoravit ac de-  
 pinxit coloribus. Cujus etiam pulchritudo magnam  
 usque hodie humanis oculis admirationem præ-  
 stat. Nam & ejusdem venerabile sacrumque altare  
 ex argento investivit ac decoravit purissimo, pen-  
 sante libras centum & sexdecim.

Quamobrem post pulchra ac laudabilia diversarum  
 ecclesiarum opuscula, que præful munificus  
 tota animi devotione peregit, ne Christianus popu-  
 lus amplius in Centumcellensi castro ab hostibus  
 deperiret, sicuti sæpe fieri solebat, effecit.  
 Nam per quadraginta annos ipsa civitas muris di-  
 ruita, & habitatore proprio destituta manebat,  
 inoreque bestiarum relictis sedibus propriis ob-  
 tinorem Saracenorum, ut usque jam factum fue-  
 rat, per opaca silvarum montesque incognitos sua  
 domicilia populus, qui relictus ab eis fuerat, ab-  
 erraret: in quibus etiam præ timore inimicorum  
 diebus ac noctibus nec soporem oculis, nec illam  
 juxta humanam consuetudinem quietem vel mo-  
 dicam habere poterat.

Cumque tam pius & laudabilis præful de illo-  
 rum gravamine, atque intolerabili nimis angustia,  
 ultra modum, & plus quam credi potest, quoti-  
 die condoleret, multis cum lacrymis, infinitisque  
 orationibus, Dominum rerum omnium condito-  
 rem deprecabatur assidue, ut ei dono gratiæ suæ  
 dignaretur ostendere, quo in loco pro salute &  
 liberatione crebro dicti Christiani populi Centum-  
 cellensis civitas mutari potuisset. Ad que ipse pro-  
 fectus loca, que ei affinitate erant conjuncta, di-  
 ligenti cura ac studio pervidit atque conspexit.

Sed ubi locus videbatur idoneus ad urbem æ-  
 dificandam, aquæ egestate & penuria laborabant,  
 que hominibus semper satis est necessaria.

Peragratis igitur omnibus, ut prædiximus, lo-  
 cis, pervenit tandem, divina favente misericordia,  
 ad locum optimum valdeque munitum, super quo  
 suus maxime est animus dilatatus, quia & aquarum  
 copia ad populum confortandum, & ceteras  
 utilitates humanas, aquimolalque molentes pleni-  
 ter subministrabat.

Tamen quo modo vel ordine hoc ei divina o-  
 stenderit clementia, dignum est ad memoriam  
 revocare, ad laudem venerandi pontificis, ut om-  
 nis populus credat veraciter, & cognoscat, quod  
 divino consilio & consultu opus diu exquisitum

perfectum est. Nocte denique quadam dum in le-  
 dulo proprio juxta morem præclarus jaceret ap-  
 tidis, & de divinis ex solito opusculis cogitaret,  
 ad prævisum & ordinatum jam locum, qui duo-  
 decimo a Centumcellensi urbe milliario distat, in  
 somnis perductus est, & singula loca cuidam Pe-  
 tro magistro militum, quasi per corporalem præ-  
 sentiam in ipsa revelatione per ordinem adjutorio  
 fundare & construere debuisset.

Diritas vifto-  
 ne ubi urbe  
 ædificanda  
 Et, papa o-  
 stendit...

Et quia præ loci angustia non ibidem nisi dum  
 portæ construendæ erant, in ipsa arcana revelatio-  
 ne digitis propriis annotavit.

Mare autem facto, pro somnio quod viderat  
 magna cepit habere certamina, & prænomiatum  
 Petrum ad suam illico jussit venire præsentiam,  
 cui quidquid in somnis viderat retulit, multosque  
 ei in argento manculos præbuit, ut conductor po-  
 pulo Centumcellensis urbis, cum eis urbem festi-  
 nantius perficere debuisset. Ac Deo quidem auspice  
 ita nunc omnia ædificata nupescunt, sicut in  
 somnic papa laudabilis manu propria delignavit;  
 cui ex nomine proprio Leopolim nomen imposuit.  
 Ad quam, postquam ædificari ceperat, videndam  
 & considerandam fabricam cum suorum fidelium  
 multitudine amantèr accessit. Visis denique por-  
 tis & ecclesiis, in ipsis specialiter locis, sicut mon-  
 straverat, ut suum Christo protegente desiderium  
 impletum vidit, omnipotenti Domino gratias re-  
 tulit infinitas, qui ei talem ostendere locum di-  
 gnatus est, in quo & populus salvus existeret, &  
 aquæ abundantiam ministraret, & etiam lapides,  
 & arenam, quatenus sine labore operatorum no-  
 viter constructa fabrica augmentum percipere po-  
 tuisset.

Gavifus ex his omnibus urbem Leopolim sæpe-  
 dictus pontifex litaniis & orationibus pedibus pio-  
 priis circumvit, tribusque orationibus in nomine  
 Trinitatis perpetualiter consecravit, & missarum,  
 ut solitum erat, officium rite persolvens, aquam  
 benedictam per muros jactari præcepit.

Papa novam  
 urbem con-  
 fecit & be-  
 nedixit

Et non modicam manibus propriis præ amoris  
 magnitudine universo populo rogam distribuit;  
 commendans omnipotenti Domino populum, &  
 civitatem divinitus demonstratam, ne unquam ab  
 hostibus capiatur vel invadatur. His omnibus per-  
 petrat ad sedem suam cum ingenti lætitia & a-  
 lacritate reversus est, octavo scilicet mense, Chris-  
 to auxiliante, dieque supradicti mensis 15. om-  
 nis murorum ambitus completus atque perfectus  
 est, anno præfulatus sui octavo, indictione se-  
 cunda.

Sed & in ecclesiis quas ibidem fecit multado-  
 na obtulit. In ecclesia videlicet sancti Petri ga-  
 bathas ex argento fusiles majores minoreque se-  
 ptem, pensantes simul libras sexdecim, & unciam  
 unam. Cantharum exauratum unum, baccas ex-  
 auratas tres. Fibulatoria majora & minora quin-  
 que. Crucem ex argento deauratam unam cum gema  
 una. Item aliam crucem de auro unam, ha-  
 bentem in medio monocassim. Et aliam crucem

Dono in ec-  
 clesia sancti  
 Petri data  
 Leopoli.

ex argento habentem gemmas quadraginta. Thu-  
 ribulum argenteum exauratum unum, dextram sa-  
 xicam unam, coronas aureas duodecim, gaba-  
 tham unam, & struthiocamelorum ova duo. At-  
 que fecit in eadem ecclesia jam dictæ civitatis ves-  
 tes sericas duas. Ex quibus una habet in medio  
 tabulam de chrysoclavo, & alia habet in medio  
 crucem & orbiculos quatuor cum gammadiis, &  
 vela de fundato decem & octo. Crucifixum ex  
 argento purissimo pensantem libras septem. Nec  
 non & in ecclesia sancti Leonis ubi supra obtulit  
 patenam exauratam unam, calicem de argento  
 unum, vestes duas; unam quidem de fundato  
 ornatam in circuitu de oliveto, habentem in me-  
 dio

Leoni.

dio rotam de chrysolavo, & gammadias, & a-Matix, quæ sita est in vico Sardonum, gabathas cum cassiro de argento exauratas pensantes libras...

Similiter & codices catholicos numero septem; Historiarum, Salomonis, Antiphonarium, Psalterium, Sacramentarium, gestorum etiam sermones, sed & evangeliorum cum tabulis argenteis, atque sacratissimum Dei altare, quod supra sanctissimum beati Petri apostoli corpus consistit argenteis decoratis, quæ in dextra & læva ipsius apostolorum principis habet miracula, perornavit...

Atque post tam immensæ operationis insignia, factaque Divina, Dei æternæ clementia inspirante, quæ per diversa loca ob salutem Christianorum ipse sanctissimus papa est operatus, ecclesiam, quæ Domini voce supra firmam petram fundata consistit, & de beati Petri apostolorum principis nomine sancto gloriosa coruscet pretiosissimo omnium regaliorum ornatu præ nimio patris cælestis amore quotidie ornare procurans, ibidem quoque lediorum argenteum inelyta operatione celatum, & super quatuor pedes consistens perfecit: In cuius videlicet summitate Leonis caput retulget, pensans libras triginta unam, & uncias undecim. Nec non & cerosata quatuor, quæ a longo tempore summoium pontificum in medio presbyterii festis erigebantur diebus. Atque hæc sagaci arbitrio de argento purissimo investivit, atque ut in perpetuum ibidem erecta essent constituit, quod nullus prædecessorum eius tacere cogitavit, habentia simul libras quinquaginta & quinque. Ubi supra fecit & cerosata de argento majora, par unum, pensantia libras quadraginta octo, & uncias decem, in quibus sedent lucernæ dimixti de argento purissimo, lucentes juxta altare majus, pensantes libras simul quadraginta, & novem. Nec non & alia cerosata de argentata septem, pensantia libras viginti quinque & uncias tres. Pari modo & alia septem terra fecit cerosata ferrea deluper de argento pensantia libras unam & viginti & uncias tres. Atque super ipsum altare fecit vestem auro textam, candidis per totum margaritis tulgentem, & in dextra lævaque tabulas gemmatas habentem cum aureis per circuitum orbiculis, quibus insignis ipsius præfatus est nomen descriptum.

Jam & monasterium sancti Martini, quod longo tempore erat calurum, miris domorum ædificiis restauravit, & ad honorem meliorem, quam prius fuerat, funditus decoravit. In quo & vestem albam rotatam cum rotis obtulit, salvatorem cum apostolis, & virginem legentem nomen domini Leonis quatuor. Item vela quinque alba rotata, & unum quidem habens gammadias tredecim & amygdala de argento exaurata tria. In ecclesia sanctorum quatuor Coronatorum fecit vestem de fundato unam. Præterea idem summus & orthodoxus pontifex divina inspiratione pollatus fecit in basilica beati Petri apostolorum principis calcibus ex argento purissimo, qui pendunt super arcum principalem, nec non & infra columnas majores dextra lævaque numero octuaginta tres, habentes insinul libras quadringentas quadraginta & unam. Idipsum vero ante sacri altaris vestibulum miræ pulchritudinis fecit tabem, quam post diæ gentis nefandam deprædationem ex argento decoravit purissimo, in qua sacra ac Dei venerabiles sedent imagines, quæ pensant libras sexaginta.

Obtulit quoque in ecclesia beati Petri apostoli, quæ ponitur in civitate Leopoli, thuribulum de argento exaurato unum.

Pari modo & in ecclesia sancti Dei genitricis

Similiter & in venerabili monasterio Jerusalem, quod juxta ecclesiam beati Petri apostoli ponitur, fecit vestem de fundato cum orbiculis, in circuitu ornatam, cum lista de chrysolavo, cum velis ex imizino duobus, & de fundato tribus.

Ipte vero a Deo procedens, venerabilis & præclarus pontifex fecit propitiatorium sacri altaris beati Petri apostolorum principis, ubi sacratissimum corpus ejus quiescit spanochilum habens quidem argenti libras septuaginta, & duas, auri vero octuaginta.

Hujus vero temporibus quidam Daniel magister militum iniquitatis ac stultitiæ mole exæcatus ad serenissima domni Ludovici imperatoris vestigia properavit, eique multa falsa & inutilia verba, quæ credi nullo modo possent, super Gratianum eminentissimum magistrum militum, & Romani palatii egregium supereminam ac consiliarium dicere non dubitavit. Nam constanter eum accusabat falsitate ob invidiam, dicens imperatori: Gratianus Romanæ urbis superinilla, quem erga vos fidelem esse creditis, mihi toli in domo sua, nimium super Francos murmurans, dixit secrete: Quia Franci nihil nobis boni faciunt, neque adjutorium præbent, sed magis quæ nostra sunt violenter tollunt. Quare non advocamus Græcos, & cum eis sædus pacis componentes, & Francorum regem, & gentem de nostro regno & dominatione expellimus? Quo audito mox prædictus imperator immenso furore accensus sine literis etiam ad Romanum directis pontificem & tenatum, Romam venire velociter procuravit. Quem tamen venientem dominus Leo papa honorifice, sicut mos est, super gradus majores beati Petri apostoli residens suscepit, & mellissus prædicationis verbis placare cepit.

Quadam vero die ipso imperatore cum sanctissimo Leone pontifice, omnibus Romanis proceribus, pariter & optimis Francis in domo quam beatus memoris Leo III. papa juxta ecclesiam beati Petri apostoli fecerat sedentibus, de prædicta accusatione placitum habuit. Tunc Daniel iniqua fronte armatus, falsaque cogitatione imbutus, dixit coram omnibus: Ille Gratianus habuit mecum consilium, hanc Romanam terram de vestra tollere potestate, & Græcis tradere illam. Cui statim non solum Gratianus, verum etiam omnes Romani coram imperatore dixerunt: Mentiris, nullo modo est verum quod dicis.

Cognoscens autem imperator, & omnis Romanorum Francorumque nobilitas prædictum Danielem tale crimen per falsitatem & invidiam contra Gratianum dixisse, illico idem clementissimus imperator nolens contra instituta veterum Augustorum peragere Romanorum, eos secundum Romanam legem instituit judicare. Quo judicio ipse Daniel multorum verbis reprehensus, ore proprio manifestavit se falsum testimonium super eum dixisse. Ideo jam dicto Gratiano ante omnes est traditus, ut quidquid de eo facere vellet potestatem haberet.

Sed cum jam traditum Danielem imperator a Gratiano multa & humili supplicatione petivisset, Gratianus assensit, quem ille statim plenaria sibi reddita gratia libenter suscepit, & sic de mortis est periculo liberatus. His vero peractis imperator abiit, & sanctissimus dominus Leo quartus papa non post multos dies obdormivit in Domino xvi. Kalendis Augusti, sepultus vero est in ecclesia beati Petri apostoli.

Fecit autem ordinationes duas, unam in mensis

\* facti sumus...

Alia omnia...

S. Martini...

SS. Coronatorum...

Leopoli.

S. Mariæ.

S. Petri.

Accusatus falso apud imperatorem Gratianus magister militum. Placita vult papam accusatum apud Lotharium imperatorem.

Ludovicus imperator venit Romanam.

Placitum habetur de accusatione.

Accusatus traditus Gratiano post testem.

se Decembri, & aliam per Mensẽm Martium, creavit presbyteros decem & novem, diaconos octo, episcopos per diversa loca numero sexaginta & tres.

NOTÆ SEVERINI BINII.

Leo IV. a Leo. ) Prædix Idus Aprilis anno Domini 817. in loco quando pontifex factus? cum Sergii II. successit Leo papa ejus nominis IV. & quidem eodem die quo Sergius obierat. Initio pontificatus ab urbe pestiferam serperentem basilicam miraculose fugavit, immensumque urbis incendium signo crucis mirabili modo extinxit, postquam sacris adibus per Saracenos omni ornatu atque decore spoliatis, iterumque restaurandis, extruendis & exornandis multos sumptus impendissent. Agens in pontificatu annum secundum, Dei monitu novam construens civitatem, monibus illius inclusit basilicam sancti Petri, ne sic ut antea fuerat Saracenorum incurribus rugiter pateret. Perfectam & absolutam urbem solemniter consecravit, eamque a suo nomine Leoninam appellari permisit.

Carolus Ludovici filius ex Northmannorum nova incur- sione timore concussus, inops consilii eisdem in regni confortes assumit, a regni parte illis concessa, qui ab eorum nomine sumpto vocabulo Normandia dicitur. Annales Pithol.

Non audebant futurum consecrare pontificem. ) Jus illi confirmandi electos pontifices, quod imperatoribus per populum Romanum metus causa male promissum, vel ab ipsis Augustis pessime usurpatum fuerat, Leo papa magno animi robore irritum reddidit, ipsisque Augustis contententibus plane sustulit, ut videtur est cap. 32. dist. 83. ubi ex epistola ad Lotharium & Ludovicum citatur canon, qui sic habet. Inter nos & vos passim sermo statutum est & confirmatum, quod electio & consecratio futuri pontificis, non nisi jussu & canonice fieri debeas. Vice versa pollicitus est illis Leo pontifex servaturum se illibata jura imperialia, simulque ea qua a suis prædecessoribus Romanis pontificibus constituta fuissent. De capitulis (inquit dist. 20. cap. 9.) vel preceptis imperialibus vestris, nostrorumque sanctionum & prædecessorum infringabiliter custodiendi & conservandi, quantum valuerimus & valeamus, Christo propicio & nonne & in avum nos conservatos, merito omnibus profitemur. Et si fortasse quilibet aliter vobis dixerit, vel dixerit fuerit, scitatis eum pro certo mendacem. Per capitula intelligit regum Francorum capitularia, qua Benedictus Levita collegit & promulgavit, quæque pontifices divarici confirmarunt. Quæ & qualia jura imperialia servanda promittit hoc loco pontifex, declarat Nicolaus papa in epistola ad Michaelen his verbis. Ut pontificis pro cultu temporalium tantummodo rerum imperialibus legibus uterentur. Unde patet hæreticorum & schismaticorum imposturas esse potius quam leges imperiales, qua ad vindicandum majestati imperiali confirmationem electi pontificis, sub nomine Lotharii ejusque filii Ludovici alibi edita reperuntur. Constat enim dist. 20. cap. 13. quod Leo papa ab utroque flagitaverit, ut sine iuramento Romanis suis antiquis legibus uti. Quod autem petitioni ejusdem Lotharii acquieverit, indicat eiusdem receptum extans inter leges Longobardorum libro 11. tit. 57. quodque ibidem libro 3. profiteatur se populo vel ecclesie nullas alias leges dedisse, quam quæ per Carolum avum, atque Ludovicum parentem collectæ fuerunt. Et quamquam animo Ludovici ab hinc usque ecclesie clerico ac pontifici libido dominandi Roma, ejusque ecclesie clerico ac pontifici infederit, tamen divina interatione tandem se reverfus, sese ipsam Romanam ecclesiam pontificibus exhibuit obsequentissimum, ita ut plane inde appareat, quidquid idem Christianissimus imperator aliquando deliravit, ad suasionem potius pravorum hominum, quam sua sponte fuisse.

Non audebant futurum consecrare pontificem. ) Jus illi confirmandi electos pontifices, quod imperatoribus per populum Romanum metus causa male promissum, vel ab ipsis Augustis pessime usurpatum fuerat, Leo papa magno animi robore irritum reddidit, ipsisque Augustis contententibus plane sustulit, ut videtur est cap. 32. dist. 83. ubi ex epistola ad Lotharium & Ludovicum citatur canon, qui sic habet. Inter nos & vos passim sermo statutum est & confirmatum, quod electio & consecratio futuri pontificis, non nisi jussu & canonice fieri debeas. Vice versa pollicitus est illis Leo pontifex servaturum se illibata jura imperialia, simulque ea qua a suis prædecessoribus Romanis pontificibus constituta fuissent. De capitulis (inquit dist. 20. cap. 9.) vel preceptis imperialibus vestris, nostrorumque sanctionum & prædecessorum infringabiliter custodiendi & conservandi, quantum valuerimus & valeamus, Christo propicio & nonne & in avum nos conservatos, merito omnibus profitemur. Et si fortasse quilibet aliter vobis dixerit, vel dixerit fuerit, scitatis eum pro certo mendacem. Per capitula intelligit regum Francorum capitularia, qua Benedictus Levita collegit & promulgavit, quæque pontifices divarici confirmarunt. Quæ & qualia jura imperialia servanda promittit hoc loco pontifex, declarat Nicolaus papa in epistola ad Michaelen his verbis. Ut pontificis pro cultu temporalium tantummodo rerum imperialibus legibus uterentur. Unde patet hæreticorum & schismaticorum imposturas esse potius quam leges imperiales, qua ad vindicandum majestati imperiali confirmationem electi pontificis, sub nomine Lotharii ejusque filii Ludovici alibi edita reperuntur. Constat enim dist. 20. cap. 13. quod Leo papa ab utroque flagitaverit, ut sine iuramento Romanis suis antiquis legibus uti. Quod autem petitioni ejusdem Lotharii acquieverit, indicat eiusdem receptum extans inter leges Longobardorum libro 11. tit. 57. quodque ibidem libro 3. profiteatur se populo vel ecclesie nullas alias leges dedisse, quam quæ per Carolum avum, atque Ludovicum parentem collectæ fuerunt. Et quamquam animo Ludovici ab hinc usque ecclesie clerico ac pontifici libido dominandi Roma, ejusque ecclesie clerico ac pontifici infederit, tamen divina interatione tandem se reverfus, sese ipsam Romanam ecclesiam pontificibus exhibuit obsequentissimum, ita ut plane inde appareat, quidquid idem Christianissimus imperator aliquando deliravit, ad suasionem potius pravorum hominum, quam sua sponte fuisse.

Pontifex politica leges Imperatoris observat.

EPISTOLA I. LEONIS PAPÆ IV. AD PRUDENTIUM EPISCOPUM TRICASSINUM,

Ut monasterium ab Adremaro constructum consecret.

Leo episcopus servus servorum Dei reverentissimo & sanctissimo Prudentio Tricassina sedis episcopo salutem.

Cognoscat prudentia sanctitatis tuæ, qualiter hic religiosus monachus, Adremarus nomine, cum monachis suis, cum summa devotione, ad laudem & gloriam sanctæ Trinitatis, & remedium animæ suæ suorumque omnium, in honorem beati Petri apostolorum principis, seu & sancti Leonis ejusdem vicarii papæ, monasterium de Concil. General. Tom. XIV.

considerat consecrare, & situm ac structuram ejus sancti cenobii in rebus juris jam dicti beati Petri apostoli, quæ ejus vere sunt, fundare ac construere, quæ res prædictæ Guidoni gloriosissimo comiti per præceptum pontificale donatæ sunt. Quam ob causam jubemus ac hortamur sanctitatem tuam, ut quando ab illius prædicti monachi fueris humilitate postulatus, illuc accedere debeas, & loco, quem vobis significaverit, ipsas illic reliquias supra nominatorum sanctorum, quas a nobis accepit, eo tenore & conditione recondas atque consecres, ut semper & perpetuo sub jure ac potestate sanctæ nostræ Romanæ ecclesiæ jam fatum monasterium consistat atque permaneat. Sanctitatem tuam omnipotens Deus incolumem custodiat, frater. Bene vale.

II. AD EPISCOPOS BRITANNIÆ

Docet episcopos simoniacos in concilio judicandos esse: deinde respondet aliis eorum contulationibus.

Leo omnibus reverentissimis confratribus Britannica gentis episcopis.

Quanto studio quantaque solertia gregem vobis a Domino commissum pascitis, divinitus que fovetis edulis nobis directæ scripta referant. Unde non modica exultatione congratulor, & tantarum ambiguitatum indagacione lætificatus, a timore negligentie, qui me illius regionis in infimis deprimebat, quasi a gravi languore relevatus, & utpote sanus, licet omni salute captus, magis animo solpes surrexi, quam corpore. Quia cum quidam laicorum in ecclesiasticis cognoverim curis præpollere, & studioso animo ab illorum respondere vigilantibus cogerer, nihil aliud vos, qui divinis negotiis & ecclesiasticis sorte venistis, quam crederem dormire: nunc divina gratia hi consratos nostri, videlicet talium, & tales ecclesiarum præules, ad nos perduci & cogenti, magis securus nunc duro, quam antea. Legationem denique communem omnium episcoporum reverentissimorum nobis propositam delinquentes, requiritis de his qui turpissimo lucro columbas in templo Domini vendere non pertimescunt, & sua acta improba temeritate Simonis hæresi conjungunt, utrum possint in ordine penitentiam agere, aut tantummodo extra ordinem & sacerdotalem fieri gradum. Quibus nos quidem convictis qui tam detestabile nefas, quod jam multis est damnatum conciliis, peregrisse noscuntur, nulla penitentia possumus subvenire, & tor spiritualibus patribus obviare: sed in illorum patrum me sententia convenire omnibus certum sit. Ita tamen ut omnia in conciliis sint episcoporum. Nam nullam damnationem episcoporum esse unquam censemus, nisi aut ante legitimum numerum episcoporum, qui sit per XII. episcopos, aut certe probata sententia, per LXXII. idoneos testes, qui tales sint, qui & accusare possint, & prius ad sacra Christi quatuor evangelia sacramenta præstent, quod nil salum depromant, sicut nobis beatus Silvester tradidit, & Romana sancta tenere videtur ecclesia. Et si inter eos, quos damnandos esse dixerunt homines, fuerit episcopus, qui suam causam in præsentia Romanæ sedis episcopi petierit audiri, nullus super illum finitivam præsumat dare sententiam: sed omnino eum audiri decernimus. De cetero vero, quod nobis apicibus vestris factum est clarum, quid vel qualiter de ipsis capitulis interrogatis debeam respondere, unde precibus vestris annuere curavimus,

197 Ne quibus de

894 Notam damna tionem

Hac verba dicit in Romanæ editione, & in cod. Vaticanæ observavit Lucas Holstenius.

mus, & singillatim quid agendum est, live ex- A  
posito a sanctis patribus, live more antiquitus  
tradito, curavimus demonstrare.

IV.

Per que decreta judicare debeant episcopi.

I.

Ad quos ecclesiasticus ordo pertineat.

Primo quidem capitulo dictum, cui ecclesiasti-  
cus ordo pertineat: quod episcopis & clericis or-  
dinatis pertinere non dubium est. Quod vos i-  
gnorare minime credimus, ab ipsis apostolicis vi-  
ris cognovistis. Et cum in sacris conciliis ab e-  
piscopis promulgatae sint regulæ & receptæ, quis  
extra episcopos promulgator canonicarum quiva-  
rit esse sententiarum?

II.

Unaquaque parochia episcopi provisione  
regenda.

10 q. 1. Re-  
genda est u-  
naquaque.

Regenda vero est unaquaque parochia sub pro-  
visione ac tuitione episcopi, per sacerdotes vel  
ceteros clericos, quos ipse cum Dei timore præ-  
viderit, cui jure pertinere videbitur, & circum-  
ire, ut sibi necessarium visum fuerit, ecclesiastica  
utilitate cogente.

III.

Non cogendus presbyter ad sacra concilia  
eulogias deferre.

De e. De  
eulogiis.

De eulogiis ad sacra concilia deferendis nihil  
invenimus a majoribus terminatum, sed sicut u-  
nicuique presbytero placuerit. Nam si constitu-  
tum fuerit illo in tempore benedictiones afferri,  
forsan minus libenter ad synodos occurrent, &  
magis venire detestabunt: quæ ut arbitror non  
sunt rationabiliter requirendæ, nec ultro delatæ  
reipuedæ.

IV.

Sors nihil aliud quam divinatio &  
maleficium.

Com. Anac-  
Can. 23.

16 q. 1. Sor-  
tes quibus.

17 q. 1. Sor-  
tes.

De experientia autem divinationum vel male-  
ficiorum, scriptum quidem in sacris habemus ca-  
nonibus, ut ipsa verba ponamus, ita: Qui divi-  
nationes expetunt, & morem gentilium subse-  
quuntur, aut in domos suas hujusmodi homi-  
nes introducunt exquirendi aliquid arte malefica,  
aut expiandi causa, sub regula quinquennii ja-  
ceant. Unde ad illorum similitudinem, sortes,  
quibus cuncta vos in vestris discriminatis judiciis,  
nihil aliud quam quod illi patres damnarunt, di-  
vinationes & maleficia esse decernimus. Quam-  
obrem volumus illas omnino damnari, & ultra in-  
ter christianos nolumus nominari, & ut abcin-  
dantur, sub anathematis interdicto præcipimus.

V.

Ut nullus propria cognatione conjugem sibi  
copulet.

11 q. 1. De  
libellis.

Ut definitum est a patribus, nullus de propria  
cognatione sibi audeat copulare, alioqui anathe-  
ma sit. Unde beati junioris Gregorii decreta exi-  
me sunt retinenda.

De libellis & commentariis aliorum non con-  
venit aliquem judicare, & sanctorum conciliorum  
canones relinquere, vel decretalium regulas, id  
est qui habentur apud nos simul cum illis in ca-  
none, & quibus in omnibus ecclesiasticis utimur  
judiciis, id est Apostolorum, Nicænorum, Ancy-  
ranorum, Neocæsariorum, Gangrenium, An-  
tiochenium, Laodicenum, Chalcedonensium,  
Sardicenum, Carthagenensium, Africanensium:  
& cum illis regulæ præsulum Romanorum, Sil-  
vestri, Siricii, Innocentii, Zosimi, Cælestini,  
Leonis, Gelasii, Hilarii, Symmachii, Simplicii:  
Isti omnino sunt, per quos judicant episcopi, &  
per quos episcopi simul & clerici judicantur.  
Nam si tale emerferit vel contigerit innotitum  
negotium, quod minime posset per istos finire,  
tunc si illorum, quorum meministis, dicta Hiero-  
nymi, Augustini, Ildori, vel ceterorum simili-  
liter sanctorum doctorum similium, reperta fue-  
rint, magnanimitè sunt retinenda ac promulgan-  
da, vel ad apostolicam sedem referatur de tali-  
bus. Quam ob causam luculentius & magna vo-  
ce pronuntiare non timeo, quia qui illa quæ di-  
ximus sanctorum patrum statuta, quæ apud nos  
canones prætitulantur, sive ut episcopus, sive cle-  
ricus, sive laicus, non indifferenter receperit, ip-  
se se convincit, nec catholicam & apostolicam fi-  
dem, nec sancta vera Christi evangelia quatuor  
utiliter & efficaciter & ad effectum suum retine-  
re vel credere.

EPISTOLA DOMNI HLOTARII  
IMPERATORIS LEONI PAPÆ DIRECTA,  
pro usu pallii dirigendo secundum morem  
ecclesie sue Hincmaro Archiepiscopo.

Sanctissimo & Reverentissimo Spirituali patri nostro, Leonis  
Leoni summo pontifici, & universali papa, Hlo-  
tariis divina providentia imperator Augustus, spi-  
ritualis filius vester, perennem in Domino salutem.

Edem apostolicam, quæ per beatissimum apo-  
stolorum principem in universo orbe, quæ  
versum religio Christiana diffunditur, caput &  
fundamentum est sanctitatis, idcirco superna dis-  
positio primatum obtinere voluit ecclesiarum, ut  
in quibuscumque causis, quæstionibus, sive negoti-  
is ecclesiastica suaderet necessitas, omnes quasi  
ad normam religionis, fontemque recurrerent æ-  
quitatis: Proinde quod jam & auditu creberrimo,  
& multorum relatione, ac permaxime scriptorum  
nostrorum ad prædecessorem vestrum serie; sive  
eorum etiam quæ, superstitè domino genitore no-  
stro, ad sedem apostolicam directæ sunt veritate:  
vestram arbitramur comperisse prudentiam, quali-  
ter sancta Remensis ecclesia temporibus divæ me-  
morie præfati domni genitorisque nostri, & no-  
stris quoque, sive fratris nostri gloriosi regis Ka-  
reli diebus, diutissime sacerdotali & pontificali  
honore, pristinaque dignitate vacaverit, ex ea caus-  
sa, quod Ebbo tunc archiepiscopus ejusdem me-  
ropolitane sedis, cum tempore infelicitissimæ dis-  
cordiæ, quæ operante diabolo per satellites suos,  
inter nos genitoremque nostrum aliquandiu du-  
ravit propter quasdam factiones & similitates, of-  
fensam sæpediti domni & patris nostri incurris-  
set. In episcopali denuo conventu appellatus, si-  
ve convincente & arguente conscientia, sive quia  
eum undique leges ecclesiasticæ construngebant,  
quos.

Sedis Rbe  
mundis die  
vacavit.



Subsecr. de ed. paxal. centiam.

Propositi- onis Re- mensis ac- cipiunt.

Hincmarus ducem sile- miam.

Ebbone re- pugnant.

Hincmarus in synodo confirmatus.

quodam episcopos ex eodem conventu, electorum A  
 quodam nomine & officio sibi concisos assumptis;  
 & manifesta in conspectu omnium confessione,  
 scriptoque a se prolo, & manus proprias subscrip-  
 tionis roborato, se episcopatus officio indignum,  
 alienumque iudicavit; atque successor sibi subro-  
 gari deberet, asseruit: ut hac de causa nullam  
 ulterius repetitionem auctoritate canonica facere  
 posset, præfata subscriptione firmavit, quam et-  
 iam synodo obtulit: cuius scripti vobis exemplar  
 ab archiepis Remensis ecclesie sumptum, curavi-  
 mus destinandum.

Sed variis deinceps emergentibus causis atque  
 eventibus, quia aut secularibus dediti curis, &  
 contra promulgatas divinitus regulas substituti  
 quidam in eadem sede præfuerunt, & ob hoc B  
 pastoralem farcinam suscipere renuerunt; aut alia-  
 rum ecclesiarum præfules existerant, & reddita  
 divinitus paci, sedes suas repetere maluerunt:  
 memorata Remensis ecclesie, diu, ut supra dixi-  
 mus, pontificis caruit dignitate.

Cum vero firmato inter nos fratresque nostros  
 amicitie fœdere, regnum nostrum æqualiter in  
 tres partes divitum, immo distindum esset, & læ-  
 pedita Remorum ecclesia sorti fratris nostri Ca-  
 roli obtigisset: ipse damnus pendens ecclesie,  
 Hincmarum venerabilem monasterii beatissimi mar-  
 tyris Dionysii monachum atque presbyterum, vi-  
 rum sane doctum atque eruditum, consensu e-  
 piscoporum clerique & populi, Remensis metro-  
 poleos ordinari fecit antistitem. Sed quia frequen-  
 ter ad nos pro hoc ipso Ebbonis facta est con-  
 questio, causantis inique sibi adhuc superstitii  
 successorem attributum fuisse: instantissima eius  
 petitione communiti, curavimus querelas ejus  
 sancto decessori vestro Sergio papæ significare,  
 obsecrantes, ut si ipse ratum esse decerneret, ex  
 suo latere viros idoneos destinaret, qui una cum  
 episcoporum ipsius provincie tractatu, causam  
 utriusque inquirere, & canonicè definire valeret:  
 quoniam nos per illud tempus, quando ea, que  
 supra comprehendimus, de jam dicto Ebbone ge-  
 sta sunt, in Italia degentes, nequaquam ad liqui-  
 dum, ut postea comperimus, rerum ordinem sci-  
 re valuimus. Cur tamen præfatus decessor vester  
 legatos a nobis petiros non miserit, vestram re-  
 verentiam nequaquam credimus ignorare.

Nunc autem superscriptus Hincmarus archiepi-  
 scopus clementie nostræ synodalia gesta super con-  
 firmatione sui, & restauratione Remensis eccle-  
 sie, offerens, petit magnificentiam nostram, ut  
 a vestra paternitate ei pallium, sicut prædecesso-  
 res vestri suis largiti sunt, interventu nostro ob-  
 tineremus. Cujus petitionem rato & absoluto ju-  
 dicio implendam evitavimus: præsertim cum  
 gesta synodalia provinciarum cisalpinarum novi-  
 mus, que etiam & antecessori vestro mitti de-  
 buerant, destinanda vobis ipsius cura decrevimus,  
 quoniam sanctitatem vestram ejus honori consen-  
 tire decet, cui plenitudinem episcoporum favere  
 cognoscitis. Itaque iudicio sententique vestre E  
 petitionem jam dicti archiepiscopi nobis admo-  
 dum devoti dilectique ex integro committentes,  
 hoc indubitanter asserimus, quoniam si in dan-  
 dis ei honoribus, confirmandoque ipsius statu,  
 inortem benevolentiamque patrum & prædecesso-  
 rum vestrorum imitari decreveritis, condigna ob-  
 sequia, gratissimamque vicem plenius faciliusque  
 recipietis.

Ceterum fiducialiter supplicamus, & obnixè ex  
 vestra paternitate deprecamur, ut sive memoratus  
 archiepiscopus per seipsum vestram adierit sancti-  
 tatem, sive legatos ecclesie sue direxerit, affabi-  
 litatis & colloquii, familiaritatisque vestre eis in-  
 Concil. General. Tom. XIV.

tegerimam copiam non negetis: sed benignissime  
 tam ipsum quam etiam suos pro amore nostro  
 tradatis, & quidquid ex vobis competenti ratio-  
 ne populerit, cum largitione pallii impleatis.  
 Memorem nostri paternitatem vestram incolumem  
 gratia Divina custodiat.

OBSERVATIO PHILIPPI LABBE, S. J.

Ex codice MS. ecclesie Laudunensis hanc epistolam edi-  
 dit R. P. Ludovicus Cellotius S. J. opusculo primo appen-  
 dicte miscellanæ ad libros quingentos hincmarus Gottelika  
 hæretici prædestinacionis; eamque argumentis ac prolixiori-  
 bus notis illustravit, quas lectur per otium consulat. Ju-  
 verit enim hoc cum illo observare, duplicem ab eodem  
 Lothario ad Leonem papam missam fuisse pro ejusdem al-  
 teriusque pallii in favorem Hincmari rogatione epistolam;  
 ut ex verbis Flodoardi colligitur cap. 10. libri 111. Re-  
 mensis historia. De prima vero quam modo exhibuimus  
 hæc intelligenda sunt: *Qui Lotharius imperator, nonnullis  
 hæc præfulem Hincmarum apud Leonem papam benefici-  
 bus commendasse reperitur episcopi atque legati. Sed & quan-  
 do Romam petere idem pontifex disposuerat epistolam suam  
 idem imperator pro eo præmittens, suggestit præfate papæ,  
 ut ipsum decerneret amicitiosè suscipere, & quidquid  
 ab eo postulasset liberè et liberalitèque solvèret. De pos-  
 teriore vero hæcenus inedia que sequuntur, videntur ac-  
 cipiendi. Hic denique mirabile præfule Hincmari præfule  
 sanctitate ac sapientia reverentia, per interventionem Lo-  
 tharii imperatoris pallium ad quotidianum seorsim usum a  
 quorundam Leonis papæ, a quo jam aliud perceptum in designa-  
 ti sibi solemnitatibus debite fruendum. Quæ quædam  
 pallii usum nulli nunquam archiepiscopo se concessisset de-  
 cepti concessurum esse idem papa in epistola sua ad eum  
 directa testatur. Atque hæc quoque Leonis epistolam pe-  
 rillè dolemus. Pergit idem historicus: Ad hoc denique ob-  
 tinendum quod pro præfule petebat idem Lotharius Petrum  
 Spoletinum episcopum mandatis super hoc se per se in-  
 struendum excoisorem direxerat, & alium Petrum Arvernum  
 episcopum litteris eundem commoverat, aliosque quosdam  
 tam fuer quam præfule papæ fideles ad id prælegendum de-  
 stinaverat.*

FRAGMENTA QUÆDAM aliarum epistolarum Leonis IV. papæ.

Ex epistola ad Nomenojum ducem Britannie.

Ut Gislardum invasorem sedis Namneticæ defendere desinat.

Non furem & latronem, qualem Gislardum  
 sentimus esse in Namnetica sede, qui viventis,  
 D quod non licuit, locum non timuit usurpare,  
 pro cuiuscumque muneris donis ultra debes de-  
 fendere.

\* Mirose  
 apud Giar-  
 num 9. q. 1.  
 in titulo ca-  
 pituli Namneti-  
 scriptum est,  
 pro Nomeno-  
 je, in hanc  
 modum:  
 Iam Leo IV.  
 Namneti de-  
 Britannia  
 9. q. 1. Neo  
 factum. Neo  
 lvo part. 11  
 cap. 2.

AD LOTHARIUM AUGUSTUM.

Cur Alteo episcopo Augustodunensi pallium non concedat.

Mandatis ut privilegium & pallium Alteo e-  
 piscopo concederemus. Unde poscimus ut vestra  
 super hoc magnitudo non indignetur: quoniam  
 quod ab ipso sanctissimo papa Gregorio usque ad  
 hæc tempora nostra factum minime recordamur,  
 facere non potuimus, neque præfixos patrum ter-  
 minos immutare.

Item. Quod iusta & sedula nos imitari consue-  
 tudo non præcipit, ita ab hoc veluti a magno  
 nos præcipit custodire oportet.

AD HINCMARUM ARCHIEPISCOPUM

Cur synodi Suesbonensis confirmationem differat.

Causas pro quibus hoc usque ad tempus sus-  
 pendimus, caritati vestre dicemus. Prima igitur  
 hæc est, quia sicut ab episcopis prænomina-  
 tus synodus utiliter ventilata, sive sopita est; ita per  
 aliquot ex eis, ut dubitatio foret radicibus evul-  
 sis,

Et Hincm-  
 archiepiscopi  
 Nicolæum

sa, statuta vestræ synodi destinare debuistis. Alia autem juxta votum vestri desiderii id nos perficere minime permisit, eo quod legati sedis apostolicæ præsentibus ibidem non fuerunt: neque imperialis epistola nobis talis est præsentata, quæ hoc quod expetendum misistis, specialiter indicare potuisset. Quarta scilicet causa hæc est, quia hi, quos depositos caritas vestra auctoritate synodi fore affirmat, per proprias literas sedem apostolicam appellarunt, & volunt iterum nostra se apostolica audiri præsentia: & tunc si culpabiles inventi fuerint, non se abnuunt canonicam sustinere censuram.

#### AD HINC MARUM EUNDEM.

*De eadem synodo duobus legatis demandatum scribit.*

Ex eadem. Sed ad vestras petitiones exequendas & obtinendas Petrum venerabilem, & dilectissimum nobis, Spoletanum episcopum, viva voce nostra vice executorem instruximus, & alium Petrum venerabilem æque & amantissimum, episcopum Aretinum, literis commonuimus, & alios fideles vestros atque nostros similiter inde monuimus, & reliqua.

#### FRAGMENTA ALIA EPISTOLARUM Leonis IV. ex Gratiano, Ivone, Burchardo, aliisque.

*Leo IV. Lotbario Augusto.*

Habetis de hoc apud Deum retributionem non modicam si antiquæ legis dogmata minime observantes Vestra Imperiali censura pro viribus castigatis, atque corrigitis. *Item.* Vestram flagitamus clementiam ut sicut hætenus Romana lex viguit absque univertis procellis, & pro nullius persona hominis reminiscitur esse corrupta, ita nunc suum robur propriumque vigorem obtineat.

*Videns Comiti Leo IV.*

Valde indignum est, futuris gentibus etiam contrarium, tam gloriosam Legem, quam multi retro cultodierunt Imperatores, nunc suam vim perdere, & ac iniuste damnari.

*Leo IV. Colorado Archiepiscopo & Bertu'o.*

Ideo permittente Deo Pastores hominum iunius effecti, ut quod Patres nostri sive in sanctis canonibus, sive in mundanis legibus affixere, excedere minime debeamus. Contra eorum quippe saluberrima agimus instituta, si quæ ipsi divino statuerunt consilio, intacta non terreamus.

*Leo IV. Judici Sardinia.*

Nec mos, nec noviter introducta consuetudo nostræ Ecclesiæ prædecessoribus nostris fuit contra sanctorum canonum nova, vel inusitata præsumere. Quamobrem nos devotius volentes vestras petitiones suscipere, si in his nos Sanctorum Patrum censura juvaret, sed ideo quia Synodice paginæ in hoc favere non videntur, nos tantam novitatem præsumere non possumus, & ab illo rectissimo tramite deviare.

*Leo IV. Ludovico (f. Lotbario) Regi.*

Petrum, & Adrianum nunquam recipimus ad habitandum nobiscum, & si (quod minus credimus) aut preces nostras, quas pro eorum retentione vobis misimus, aut honores Romani Pontificis pro nihilo existimastis, & nos minus quam Adrianum, & Petrum amatis, quod in posterum

jam ordinatum habeamus, vestræ edicimus Magnitudini. Certe Romanæ Sedis Præfules tempore, quo unamquamque ecclesiam cum suis clericis tendebant ob missarum officium, vel alias, more solito, utilitates ecclesiasticas disponendas, nihil aliud tam ipsi, quam Clerici ipsorum nisi sacerdotalia indumenta ferebant, quod secuti usque nunc nos egimus. Sed amplius nequaquam agere oportet, si viros, quos nec querimus unquam, nec volumus, mandare decreveritis. Et hoc ad ultimum pro certo notum facimus, quoniam ad quamcunque ecclesiam locumque alium nobis merito subiectum digressi fuerimus, ne de mortis nostræ periculo triumphatores existant, cum debueramus ob divinum cultum, sive timorem, orarium solummodo planetamque deferre, lanceam, & scutum, & gladium bajulare præcipimus?

*Ex Regesto Leonis IV. Ludovico (Lotbario) Augusto.*

Igitur cum sæpe adversa a Saracenorum partibus perveniant nuncia, quidam in Romanum Portum clam, furtiveque venturos esse dicebant; pro quo nostrum congregari præcipimus Portum, maritimisque ad litus descendere decrevimus, & egressi sumus Roma.

*Leo IV. Ludovico Imperatori.*

Scite vos oportet, quod nunquam ab aliquibus nostris homines sinimus opprimi; sed si necessitas illis incurrit, præsentialiter vindicamus; quia nostri gregis in omnibus ultores esse debemus, & præcipui adiutores.

*Idem Johanni Archiepiscopo.*

Pro certo scitote, quod nunquam permittimus nostros a vobis lacerari aut opprimi homines, atque subjectos, sed si (quod non speramus) hujus nostræ monitionis dicta neglexeritis, & amplius aliquas oppressiones præfatis, vel aliis nostris hominibus feceritis, præsentialiter eos vindicabimus, & omnia vestra eripere curabimus, furibunda, crudelique audacia.

*Idem Judici Sardinia.*

Celsitudinem vestram duximus obsecrandam, ut nobis quantos tua præviderit magnificentia armatos sive pueros, sive adultos, ac juvenes cum armis suis mandare dignemini, qui nobis quotidiana iusta possint explere.

*Idem Exercitui Francorum.*

Omni timore, ac terrore deposito contra inimicos sanctæ Fidei, & adversarios omnium regionum viriliter agere studete. *Item.* Ubi usque nunc parentes vestri publicum moverunt prociuum, semper viatores extiterunt, nullaque eorum multitudo populi superare potuit. Non enim audivimus ut aliquando sine fama victoriæ reversi fuissent. *Item.* Omnium vestrum nosse volumus caritatem, quoniam quisquis (quod non optantes dicimus) in hoc belli certamine fideliter mortuus fuerit, regna illi caelestia minime negabuntur. Novit enim Omnipotens, si quilibet vestrum morietur, quod pro veritate Fidei, & salvatione Patriæ, ac defensione Christianorum mortuus est, ideo ab eo præstitulatum præmium consequetur.

*Idem Lotbario Augusto.*

De illis tribus jam publice condemnatis, & reprobis viris Georgio, Adriano, & Petro, ut vestra nobis mandavit.

ANNO  
CHRISTI  
847.

LEO PAPA IV.

Sedis ab anno 847. usque ad 855.

EPISTOLARUM LEONIS IV.

FRAGMENTA.

ANNO  
CHRISTI  
847.

Ex Suppl.  
Mansi tom. I.  
pag. 908.  
Afferret Leo-  
ne IV. Ger-  
housio Dial.  
vulg. a P. Per  
Aardos. in  
2. par. 2. pag.  
485.  
Ex Collectan.  
S. Anselm.  
Lucen. in Antiq.  
Lectio. Ca-  
n. tom. III.  
par. I. pag.  
294. edit.  
Bologna.

Omnes canonum sponte violatores, in omnibus authenticis conciliis anathematizati sunt.

Ex registro Leonis Papa IV.

DE decimis iusto ordine non tantum nobis, sed majoribus visum est, plebibus tantum, ubi sacro-  
sancta dantur baptismata, dari debere.

IN SEQUEMTEM LEONIS PAPA IV. HOMILIAM

COLLECTORIS PRÆMONITIO.

Quam hic exhibeo, Leonis papæ IV. homi-  
liam, maximi faciendam suadet Romanæ  
Ecclesiæ ætatis illius disciplina, quam vivis colo-  
ribus depictam exprimit; sed cum maxime variet  
in MSS. Codicibus, nec in editis semper sibi co-  
hæreat, permagni interesse arbitror, si collatio in-  
ter varios Codices instituat, quo ex consensu  
plurimorum eliciatur, quid genuinum sit Leonis,  
quid adulterinum & ascititium. Interpolationis ve-  
ro hujus causam hanc afferri posse arbitror, quod  
post Leonem mos obtinuerit, ut hæc ipsa homi-  
lia in synodis legeretur ad Cleri eruditionem; ex  
quo factum est, ut pro varia locorum disciplina  
variaretur, moribus Provinciæ vel Diocesis, cui  
tradebatur, accommodanda. Constat id ex titulo  
quem in MS. Codice Lucensi gerit: *Epistola Leo-*

*nis papa in Synodo legenda.* Quæ cum ita se ha-  
beant, e re Ecclesiastica facturum me arbitror, si  
triplex ejusdem homiliæ schema proposuerim, quo-  
rum alterum Labbeum est, aliud ex Martene  
Veter. Mon. tom. VII. pag. I. petitur, quamquam  
Leonis nomen adscriptum ibi non legitur, ter-  
tium tandem ex MS. Codice Bibliothecæ Cathedra-  
lis Lucensis sæculi XII. Variantes lectiones e  
MS. Codice Bibliothecæ S. Victoris Martenien-  
sis adjecit, ex quo huc transfero, junctis pariter va-  
riantibus e sermone synodali, quem ex Marco  
Velfero acceptum Labbeus Tom. XI. Ven. edit.  
pag. 1075. non expresso Leonis Papæ nomine  
(cum re ipsa tamen ipsa sit Leonis homilia inter-  
polata) exhibuit.

MARTENII EDITIO

*Communitorium cuiusque episcopi  
ad Sacerdotes sibi subditos.*

Fratres, Sacerdotes Domini, cooperatores nostri Ordinis estis; & nos quidem, quamvis indigni, locum Aaron tenemus; vos locum Eleazari, & Ithamari. Nos vice duodecim Apostolorum fungimur; vos septuaginta duorum discipulorum. Nos pastores vestri sumus; vos plebis vobis commissæ. Nos de vobis rationem reddituri sumus summo pastori Domino nostro Jesu Christo; vos de plebe vobis commissâ. Ideoque, carissimi, vestrum videte periculum. Admonemus itaque & obsecramus fraternitatem vestram, ut quæ vobis suggerimus, memorie commendetis, & opere exercere studeatis.

I. In primis admonemus, ut vita & conversatio vestra irreprehensibilis sit, scilicet ut cella vestra sit juxta Ecclesiam, & in domo vestra feminas non habeatis.

II. Omni nocte ad vigiliis (b) surgite; cursum vestrum horis certis decantate.

III. Missarum (c) sollempnitates celebrationesque religiose peragite; Corpus & Sanguinem Domini

LABBEI EDITIO

*Homilia Leonis Papa IV.*

Fratres, Presbyteri & Sacerdotes Domini, cooperatores mihi estis ordinis. Nos quidem, quamvis indigni, locum Aaron tenemus; vos autem Eleazari, & Ithamar. Nos vice duodecim Apostolorum fungimur; vos ad formam septuaginta Discipulorum estis. Nos vero pastores vestri sumus; vos autem pastores animarum vobis commissarum. Nos de vobis rationem reddituri sumus pastori nostro Jesu Christo; vos de plebibus vobis commendatis. Et ideo, carissimi, videte periculum vestrum. Admonemus, & obsecramus, sicut alibi scriptum invenimus, fraternitatem vestram, ut de communi salute vestra cogitantes, attentius audiatis admonitionem nostram; & quæ vobis suggerimus memorie commendatis, & opere exercere studeatis.

In primis admonemus firmiterque præcipimus, ut vita & conversatio vestra irreprehensibilis sit, scilicet ut cella & habitatio vestra sit juxta Ecclesiam, & in ea feminas non habeatis. Omni nocte ad nocturnas horas surgite; cursum vestrum certis horis decantate; Missarum celebrationes devote peragite; Corpus, & Sanguinem Domini cum timore &

LUCENSIS CODEX M. S.

*Epistola Leonis in Synodo legenda.*

Fratres, Presbyteri, Sacerdotes Domini, cooperatores ordinis nostri estis. Nos, quamvis indigni, locum Aaron tenemus, vos autem locum Eleazari, & Ithamar. Nos vice XII. Apostolorum fungimur; vos ad formam LXX. discipulorum estis. Nos vero pastores vestri sumus, vos autem Pastores animarum vobis commissarum. *Reliqua ut apud Martene.*

I. In primis &c. ut apud Martenium.

II. Omni nocte ad horas surgite.

III. Missarum celebrationes religiose &c. ut apud Martenium.

IV.

Martēnii editio.

Labbei editio.

Lucensis Codex M. S.

ANNO  
CHRISTI  
892ANNO  
CHRISTI  
892

ni cum timore & reverentia sumite; vasa sacra propriis manibus abluite, & extergite.

IV. Nullus cantet, nisi jejunus; nullus cantet, qui non communicet.

V. Nullus cantet sine amictu, alba, stola, sanone, casula (d). Et hæc vestimenta nitida sint, & ad nullos alios usus sint.

VI. Nullus cum alba, qua in suos usus utitur, præsumat Missam celebrare (e). Nullus in ligneo, aut vitreo calice audeat Missam celebrare (f).

VII. Nulla femina ad altare accedat, nec calicem Domini tangat.

VIII. Corporale mundissimum sit. Altare sit coopertum de mundis linteis. Super altare nihil ponatur nisi capsæ, & reliquæ, & (x) quatuor Evangelia, & pixis cum (b) Corpore Domini ad viaticum infirmis; (i) cetera in nitido loco recondantur.

IX. Missale plerarium, (k) lectionarium, antiphonarium, (l) utrumque librum XL. Homeliarum unusquisque habeat.

X. Locus, in secretarij, (m) vel juxta altare sit præparatus, ubi aqua effundatur, quando sacra vasa abluuntur, ibique vas nitidum cum aqua pendeat; ubi sacerdos manus lavet post communionem.

XI. Ecclesiæ sint bene cooperæ, & cameratæ; atrium Ecclesiæ unigue (n) muratum.

XII. Nullus extra Ecclesiam per domos, aut in locis non consecratis Missam cantet (o), nec solus cantet.

XIII. Quisque Presbyter Clericum (p) habeat, qui Epistolam, vel lectionem legat, eique ad Missam respondeat, & cum quo Psalmos cantet. (q)

XIV. Infirmos visitate, eosque Deo reconciliate, (r) oleo sancto ungit, & propria manu communicate. Nullus præsumat tradere communionem laico, vel femine ad terendum infirmo.

XV. (s) Nullus Sacrum chrismi vendat; nullus pro baptizandis, vel pro Corpore Domini, vel pro reconciliatione, vel pro sepultura, vel pro consecrandis Ec-

reverentia sumite. Vasa sacra propriis manibus abluite, & extergite. Nullus Missam cantet solus: nullus ante solis ortum, nisi in nativitate Domini. Nullus cantet eam nisi jejunus. Nullus cantet qui non communicet. Nullus cantet sine lumine, sine amictu, sine alba, stola, sanone, & casula. Vestimenta nitida sint, & ad nullos alios usus sint. Nullus in alba, qua in suo usa utitur, præsumat missas cantare. Nullus in ligneo, plumbeo, aut vitreo calice audeat Missam agere. Nulla femina ad altare Domini accedat, & calicem Domini contingat. Corporale mundissimum sit. Altare sit coopertum mundissimis linteis. Super altare nihil ponatur, nisi capsæ cum reliquis Sanctorum, aut forte quatuor sancta Dei Evangelia, aut pyxis cum corpore Domini ad viaticum pro infirmis: cetera in nitido loco recondantur. Missale plerarium, & lectionarium, & antiphonarium unaquæque Ecclesia habeat. Locus in secretarij, aut juxta sit præparatus, ubi aqua effundi possit, quando vasa sacra abluantur, & ibi linteum nitidum cum aqua pendeat, & ibi Sacerdos manus lavet post communionem. Ecclesiæ sint cooperæ bene, & cameratæ, & atrium sit semper mundatum.

Nullus extra Ecclesiam per domos, aut in locis non consecratis Missas cantet sine licentia sui Episcopi. Omnis presbyter clericum habeat scholarem, qui epistolam, vel lectionem legat, & ad Missam respondeat, cum quo & psalmos cantet. Nullus cum calcariis, vel cultellis Missam cantet, quia indecens, & contra regulas Ecclesiæ est. Calicem, & obviatam recta cruce signate, id est non in circulo & variatione digitorum, ut plurimi faciunt, sed distinctis duobus digitis, & pollice intus recluso, per quos Trinitas annuitur, istud signum recte facere studete; non enim aliter quidquam potestis benedicere.

Infirmos visitate, & ut sua rationabiliter disponant, admonete; deinde reconciliate, & juxta Apostolum, oleo sancto inungite, & propria manu communicate; & nullus præsumat communionem laico aut femine tradere ad deferendum ad infirmos. Nullus vestrum pro baptizandis infantibus, aut infirmis reconciliandis, aut infirmis sepeliendis, aut mortuis sepeliendis, præmium aut munus exigat. Videte ne per negli-

IV. Nullus Missam cantet solus. Nullus ante solis ortum cantet nisi in Natali Domini. Nullus cantet Missam &c. ut in Martene.

V. Nullus cantet sine lumine, sine amictu &c. ut apud Martene.

VI. Nullus cum alba, qua in suos usus utitur, præsumat Missam cantare. Nullus in ligneo, aut plumbeo, aut vitreo calice audeat Missam cantare.

VII. Nulla femina &c. ut apud Martenium.

VIII. Corporale ..... & reliquæ, aut forte IV. Evangelia, aut Buxis cum corpore &c. ut apud Martene.

IX. Missale plerarium &c. ut apud Martenium, sed deest utrumque librum XL. Homeliarum.

X. Locus in Secretarij &c. reliqua ut apud Martenium ..... manus lavet ante & post communionem.

XI. Ecclesiæ &c. ut apud Martenium, atrium Ecclesiæ sepe muratum.

XII. Nullus extra ecclesiam cantet sine licentia sui Episcopi.

XIII. Quisque Presbyter Clericum, vel scholarem habeat &c. reliqua ut apud Martenium. Qua sequuntur apud Labbeum, & in Martene desiderantur, in nostro pariter desunt.

XIV. Infirmos visitate & eos reconciliate, & juxta Apostolum oleo &c. ut in edictis apud Martene.

XV. Nullus pro baptizandis infantibus, aut infirmis reconciliandis, aut mortuis sepeliendis præmium vel manera exigat.

XVI

ANNO  
CHRISTI  
897.

Ecclesiis pretium querat, vel Ecclesias aliquarum data pecunia surripiat.

XVI. Videte, ne per negligentiam vestram ullus infans sine baptismo moriatur.

XVII. Nullus vestrum sit ebrius, litigiosus, (b), nullus arma in seditione ferat, nullus (a) canum, vel avium jocus inferviat, Nullus in tabernis bibat.

XVIII. Unusquisque vestrum, quantum sapit, plebi suae de Evangelio, (z) de epistola, vel alia qua divina Scriptura Dominico die, vel festis diebus annuntiet.

XIX. Curam pauperum, peregrinorum, orphanorum habeat, eosque ad praevidium invitet (y), ut in his, & aliis hujusmodi a vobis alii exemplum capiant.

XX. Omni die dominico ante Missam aquam benedictam facite, unde populus (z) & loca fidelium aspergantur.

XXI. Sacra vasa, vel vestimenta Sacerdotalia non dentur in vadium (a) negotiatori, vel alicui seculari.

XXII. Nullus vestrum minus digne poenitentem cujuscumque rei gratia ad reconciliationem adducat, & ei reconciliationis testimonium ferat.

XXIII. Nullus vestrum usuras exigat, & conductor sui (b) senioris existat. Res & facultates, quas post diem ordinationis vestrae acquiritis, ad Ecclesiam, cui deservitis, (c) pertinere sciatis.

XXIV. Nullus sine scientia, & consensu nostro Ecclesiam acquirat. Nullus per potestatem saecularium Ecclesiam obtineat; nullus Ecclesiam, ad quam titulus est, dimittat, & ad aliam causa questus migret.

XXV. Nullus plures teneat Ecclesias sine aliorum auxilio presbyterorum; nullatenus una Ecclesia inter plures dividatur.

XXVI. Nullus alterius Parochianum, nisi in itinere, aut si sibi placitum fuerit, ad Missam recipiat. Nullus in alterius parochia sine (d) licentia illius ceter.

XXVII. Nullus decimam ad alium pertinentem recipiat. (e)

XXVIII. Nullus poenitentem invitet carnem manducare, vel vinum bibere, nisi pro eo ad praesens

gligentiam vestram ullus infans absque baptismo moriatur. Nullus vestrum sit ebrius, nullus sit litigiosus, quia servum Dei non decet litigare. Nullus vestrum arma ferat in seditione, quia arma vestra spiritualia debent esse.

Nullus canum, aut avium jocus inferviat. Nullus in tabernis bibat. Unusquisque vestrum (quantum ei datur, & in se est) aliquid de sacro Evangelio, vel de epistolis Apostolorum die Dominico vel festis diebus plebi suae annuntiet. Unusquisque presbyter officium suum recte addiscat; qui autem est illiteratus, ab officio suspendatur, nisi emendet. Verbum Domini, & non fabulas inanes ex corde vestro debetis populo annunciare, & praedicare. Curam pauperum, peregrinorum, & orphanorum habeat: & ad praevidium vestra eos invitatis. Estote hospitales, ut a vobis alii bonum sumant exemplum.

Omni die dominica ante missam aquam benedicite, unde populus aspergatur; & ad hoc proprium vas habeat. Sacra vasa, & vestimenta sacerdotalia nolite pignori dare. Nullus vestrum minus digne poenitentem cujuscumque rei gratia ad reconciliationem adducat, & ei testimonium reconciliationis ferat. Nullus vestrum usuras exigat ut conductor saeneratorum existat; res, & facultates, quas post ordinationem vestram acquiritis, sciatis ad ecclesiam matrem pertinere. Nullus sine licentia Episcopi per potestatem saecularem Ecclesiam acquirat. Nullus presbyter sub potestate laicorum minister, aut castro fiat. Nullus per pecuniam ecclesiam alterius supplantet. Nullus Ecclesiam, ad quam intitulus est, dimittat, & ad aliam, questus gratia, sine licentia Episcopi migret. Nullus plures Ecclesias teneat sine adjutorio aliorum Presbyterorum. Nullatenus una Ecclesia inter plures dividatur. Nullus alterius parochianum, nisi itinere, si sibi placitum fuerit, ad Missam recipiat. Nullus in alterius parochia absque proprio presbyteri voluntate, vel rogans, missas ceter. Nullus decimam ad alium pertinentem recipiat. Nullus poenitentem invitet carnem manducare & bibere vinum, nisi pro eo ad praesens elemosinam faciat.

Nul.

ANNO  
CHRISTI  
897.

XVI. Videte &c. ut apud Martenium.

XVII. Nullus vestrum &c. ut apud Martenium, additur quia servo Dei non oportet litigare. Nullus arserat in seditione, quia arma vestra spiritualia debent esse; reliqua ut apud Martenium.

XVIII. Unusquisque vestrum quantum sapit plebi suae de Evangelio vel Apostolo die Dominica, & festis diebus annuntiet.

Verbum Domini, & non fabulas inanes ex corde vestro debetis praedicare.

XIX. Curam pauperum &c. ut apud Martenium .....

XX. Omni die Dominico &c. ut apud Martenium ..... unde populus aspergatur, & ad hoc solium vas habeat.

XXI. Sacra vasa &c. ut apud Martenium ..... in vadium dare negotiatori, aut tabernario.

XXII. Nullus vestrum &c. ut apud Martenium.

XXIII. Nullus vestrum &c. ut apud Martenium ..... & conductor sui saeneratoris existat &c. .... ad Ecclesiam matrem pertinere.

XXIV. Nullus sine scientia &c. ut apud Martenium ..... Episcopi per potestatem saecularem Ecclesiam obtineat. Nullus per pecuniam alterius Ecclesiam supplantet. Nullus &c. ut apud Martenium.

XXV. Nullus plures teneat &c. ut apud Martenium.

XXVI. Deest nullus alterius parochianum ..... recipiat.

XXVII. Nullus decimam &c. ut apud Martenium.

XXVIII. Nullus poenitentem &c. ut apud Martenium.

XXIX.

sens elemosinam dederit.

XXIX. Nullus (f) presumat baptizare, nisi in vigilia paschæ & pentecosten, nisi pro periculo mortis.

XXX. Unusquisque fontes habeat, si non potest habere lapideos, habeat aliud vas ad hoc tantummodo præparatum (g).

XXXI. Omnibus Parochianis vestris symbolum, & orationem Dominicam insinuate.

XXXII. Jejunium quatuor temporum, rogationes, letaniam majorem (h) eis indicite.

XXXIII. Feria IV. ante quadragesimam eos ad confessionem invitate, eisque juxta qualitatem delicti penitentiam injungite, non ex corde vestro, sed sicut in penitentiali scriptum est.

XXXIV. Tribus vicibus in anno, scilicet in Natale Domini, pascha, pentecosten omnes (i) fideles communicent.

XXXV. Certis temporibus conjugati ab uxoribus abstineant.

XXXVI. Eulogias post Missas in diebus festis accipiant (k).

XXXVII. Nullus Presbyter in itinere sine stola (l) incedat; nullus induatur vestimentis laicibus; nullus rem aut possessionem, aut mancipium Ecclesiæ vendat, aut commutet, vel quocumque ingenio alienet.

XXXVIII. Dominicum diem, aliasque festivitates (m) a vespera usque ad vesperam celebret unusquisque.

XXXIX. Cantus, & choro mulierum in atrio omnino prohibete.

XL. Carmina diabolica, quæ super mortuos vulgus cantare solet, & cachinnos, quos exercent, sub contestatione omnipotentis Dei prohibete.

XLI. Excommunicatis Missam ne cantent, (n) & plebi vobis commissæ ne hoc faciat interdictis omnino.

XLII. Nullus Presbyter ad nuptias eat.

XLIII. Nullus (o) uxorem nisi publice celebratis nuptiis accipiat. Raptum nullus faciat. Nullus proxima suam accipiat. Nullus sponsam alterius ducat.

XLIV.

Nullus baptizare presumat, nisi in vigiliis paschæ, & pentecosten, nisi pro periculo mortis. Nullus Clericus, vel laicus in Ecclesia loqui audeat: tantum oret, maxime infra divinum officium. In Sabbato paschæ extinctio veteri novus ignis benedicatur, & per populum dividatur, & aqua benedicta similiter. Unusquisque fontes lapideos habeat, & si lapideos habere non possit, vas saltem aliquod ad hoc paratum, in quo nihil aliud fiat, habeat. Attendite ut omnibus parochianis vestris symbolum apostolorum, & orationem dominicam insinuetis. Vigiliis apostolorum, & jejunium quatuor temporum, & rogationum, & itanias majores plebibus vestris omnistudio observandas insinuate. Quarta feria ante quadragesimam plebem ad peccatorum confessionem invitate, & juxta qualitatem delicti penitentiam injungite, non ex corde vestro, sed sicut in penitentiali scriptum est. Ab illa quarta feria usque in diem resurrectionis Domini nullus manducet carnem, vel sanguinem. Quatuor temporibus in anno, id est in nativitate Domini, in cœna Domini, pascha, & pentecoste, omnes fideles ad communionem corporis, & sanguinis Domini accedere admonete; certis diebus & temporibus conjugatos abstinere ab uxoribus exhortamini.

Eulogias post missas in diebus festis plebi distribuite. Nullus vestrum induatur vestibus laicibus. Nullus rem, aut possessionem, aut mancipium Ecclesiæ vendere aut commutare, aut quocumque titulo alienare, absque licentia Episcopi, presumat. Die dominica & aliis diebus festis absque opere servili a vespere ad vesperum celebrare facite. Cantus, & choro mulierum in Ecclesia, vel in atrio Ecclesiæ prohibete. Carmina diabolica, quæ nocturnis horis super mortuos vulgus facere solet, & cachinnos quos exercent, sub contestatione Dei omnipotentis vitate, cum excommunicatis nolite communicare. Nullus presumat illis Missas cantare; sed & hoc ipsum plebibus annuntiate. Ad nuptias, nisi forte ad eas benedicendas, nullus vestrum eat. Omnibus plebibus denuntiate, ut nullus uxorem accipiat nisi publice celebratis nuptiis. Raptum omnimodo prohibete, & ut nullus ad proximum sanguinis accedat, firmiter prohibete: & ne alterius sponsam quis ducat, contradicite. Porcarios, pecuarios, & alios

pa-

XXIX. Nullus presumat &c. ut apud Martenium.

Nullus Clericus vel laicus in Ecclesia loqui audeat, si non oret, maxime infra divinum officium. In sabbato paschæ extinctio veteri novus ignis benedicatur.

XXX. Unusquisque &c. ut apud Martenium ..... præparatum, in quo nihil aliud fiat.

XXXI. Omnibus &c. ut apud Martenium.

XXXII. Jejunium &c. ut apud Martenium.

XXXIII. Feria IV. &c. ut apud Martenium.

XXXIV. Tribus vicibus &c. ut apud Martenium.

XXXV. Certis temporibus &c. ut apud Martenium.

XXXVI. Eulogias &c. ut apud Martenium.

XXXVII. Nullus Presbyter in itinere sine stola incedat deest. Nullus induatur &c. ut apud Martenium ..... alienare sine Episcopo presumat.

XXXVIII. Die Dominica, & aliis diebus festis absque opere servili a vespere usque ad vesperam celebrare facite.

XXXIX. Cantus &c. ut apud Martenium ..... in atrio Ecclesiæ &c.

XL. Carmina diabolica, ut apud Martenium.

XLI. Cum excommunicatis nolite communicare. Nullus presumat illis Missam cantare &c. sed & hoc ipsum plebibus annuntiate.

XLII. Ad nuptias, nisi forte ad benedicendum, nullus vestrum eat.

XLIII. Omnibus plebibus denuntiate, ut nullus uxorem accipiat nisi publice celebratis nuptiis. Raptum nullus faciat; & nul-



ANNO  
CHRISTI  
847.

• Non aliud  
esse videtur  
ab eo quod  
sub superio-  
ris comitis  
Meldani a  
Sirmundo sub-  
jectum fuit  
atque a col-  
ledore edi-  
tionis regie  
vide teq ob-  
servatorem.  
Ex P. Sir-  
mondo.

## CONCILIUM PARISIENSE,

ANNO  
CHRISTI  
847.

### IN QUO EBONI,

Cum de ejus depositione Sergii papæ jussu instaurari judicium cepisset, Rhemenfis diocesis, donec judicio se silleret, est interdicta.

**N**ihil intentatum a Lothario relictum est, quo A Ebo neque venisse, neque vicariam personam, vel literas canonicas misisse traditur. Guntbaldus tamen & ceteri episcopi, qui apud Parisios tunc convenerant, Vvenilo scilicet ecclesie Senonicæ metropolitanus cum diocesanis suis, Lantrancus Turonensis cum suffraganeis suis, & specialiter Hincmarus cum omnibus Rhemenfis dioceseos coepiscopis, literas suas ad eum miserunt, ei diocesium Rhemensem interdicientes, ut non haberet dein licentiam ex ea quempiam sollicitare, nec verbo, nec misso aliquo, donec secundum jussionem Sergii papæ ipsis occurreret, & juxta canonica & apostolica statuta diffinitionis sententiam ab ipsis coram generali conventu perciperet. Sed ille ad nullam synodum, vel ad sedem apostolicam, vocem postea reclamationis vel repetitionis de sede Rhemenfis, aut de ordine suo emisit. Qui etiam, postquam res gestas Leoni papæ referentibus episcopis, & regalibus insuper epistolis, ordinatio Hincmari, quando fidei quoque sus tenorem Romam misit, rata est cum largitione pallii comprobata, per quinque circiter annorum curricula supervixisse fertur \* in corpore, usque ad annum incarnationis dominicæ DCCCLI.

\* Ebo 847. obiit.

#### OBSERVATIO PHILIPPI LABBE, S. J.

R. P. Sirmundus annis 846. sub Sergio papa & 847. sub Leone censuit duo Parisiis celebrata fuisse concilia: quæ nos in synopsi historica conciliorum & in demonstratione chronologica adversus Joannem papistam Impetium defensorum Marcellum existimavimus in unum debere compingi celebratum 16. Kalendas Martias anno 847. mense Romano, habente indictione decima. Neque vero terreat 16. annus incarnationis dominicæ 846. Is enim ut probe notant etiam ineredulissimi quique apud plerisque Gallos adhuc volebatur usque ad diem 25. Martii vel usque ad paschales ferias. Litem certe omnem decidit iudicium decima qua in privilegio Corberensii monasterio in ea synodo confirmato apparet. Alias quoque nunquam concilium hoc primo vere celebratum non ad hujus Leonis IV. sed ad Sergii III. tempora potius esse evocandum.

## CONCILIUM MOGUNTINUM I.

### SUB RABANO ARCHIEPISCOPO

Pro juribus & immunitatibus ecclesiasticis, celebratum anno Domini DCCCXLVII. tempore Leonis papæ IV. & Lotharii imperatoris.

**D**omino serenissimo & Christianissimo regi Ludovico Dsecundum jussionem vestram in civitatem Moguntiam, ibique pariter adunati, post triduanum jejunium, quod cum litanis celebravimus, divinam suppliciter postulantes clementiam, quatenus sancta gratia conventum & actionem ipsius synodi sibi acceptabilem facere dignaretur, & Christiano populo proficentem ad salutem & vitam perpetuam, vobisque ad æternum honorem & gloriam. Ubi etiam decrevimus, ut singulis parochiis per episcopos & clericos, per abbates & monachos, oratio pro vobis & pro vestra conjugum, simul prole nobilissima fieret: (cujus orationis summa est, missarum tria millia & quingenta, & psalteriorum mille septingenta) hoc omni devotione postulantes, ut Deus omnipotens diuturnam vobis sanitatem ac prosperitatem concedat, regnum.

Ex Tom. 3.  
Conc. Edii.  
Venet.

**D**ignissime reverentia vestra presecimus nos humillimi famuli vestri, Rabanus videlicet Moguntiacensis ecclesie indignus archiepiscopus, cum coepiscopis meis, qui ad prædictam ecclesiam diocesim pertinent: hoc est, Samuele, Egorbaldo, Baturato, Hebone, Gorbratho, Hemmone, Vvalgario, Ansgario, Orgario, Lantone, Salomone & Gebeardo, cum reliquis collegis nostris chorepiscopis, abbatibus, monachis, presbyteris, & ceteris ecclesiasticis ordinibus: quia venimus



ANNO CHRISTI 849.

Claustrom S. Albani, hodie collegium casuariorum.

901  
 gnumque vestrum diu stabiliat ab omni hoste de-  
 sentium in terra, postque hujus vitæ terminum in  
 regno cælesti gloriam vobis simul cum sanctis  
 suis concedat sempiternam. Tunc vero confiden-  
 tes in claustrum sancti Albani martyris, secundum  
 morem illam, quo priscis temporibus sub Carolo  
 imperatore Hildebaldus & Richolphus cum cete-  
 ris episcopis & abbatibus illic convenientibus fe-  
 cerunt, & cepimus in Dei nomine communi  
 consensu & voluntate tractare pariter de statu ve-  
 stræ religionis, atque utilitate & profectu Christia-  
 ni plebis. Conuenit inter nos de nostro commu-  
 ni collegio clericorum atque monachorum duas  
 facere turmas, sicut & fecimus: ita ut in una  
 turma considerent episcopi cum quibusdam nota-  
 riis, legentes atque perscrutantes sanctum evange-  
 lium, nec non epistolas & actus apostolorum,  
 canones quoque, ac diversa sanctorum patrum o-  
 puscula, cum ceteris sacris dogmatibus, diligenti  
 studio perquirendo, quibus modis statum ecclesie  
 Dei & Christianæ plebis profectum sana doctrina  
 & exemplis iustitiam inconvulsam largiente gratia  
 Dei, perficere, & conservare possent. In alia ve-  
 ro turma sederunt abbates ac probati monachi,  
 regulam sancti Benedicti legentes, atque tradan-  
 tes diligenter, qualiter monachorum vitam in  
 meliorem statum atque augmentum cum Dei gra-  
 tia perducere possent, & ubicunque per negligen-  
 tiam atque desidiam rectorum regularis ordo di-  
 lapsus fuisset, rursus secundum normam regulæ  
 sancti Benedicti ad integrum restitueretur. His  
 ergo ita dispositis atque peractis, primo decrevi-  
 mus unicuique personæ vel sexui congruum ho-  
 nozem impendere secundum dictum sancti Petri  
 primi pastoris ecclesie, quo ait: *Omnes honora-  
 te, fraternalitatem diligite, Deum timete, regem ho-  
 norificate. Servi, subditis obsequia in omni timore do-  
 minus, non tantum bonis & modestis, sed etiam des-  
 colis, hoc est enim gratia in Christo Jesu Domino  
 nostro. Cui paria doctor gentium, ad Timotheum  
 discipulum suum scribit us: Attende tibi & do-  
 ctina, iusta in illis, hoc enim faciens, & te ipsum  
 saluum facies, & eos qui te audiunt. Seniores ne  
 increpaveris, sed obsecra ut patrum; juvenes, ut  
 fratres; anus, ut matres; juvenulas, ut sero-  
 ves, in omni castitate. Insuper etiam congruum  
 esse vultum est, ut sacerdotes & ecclesie Dei iure  
 legitimo inconvulso honorarentur: De quibus Do-  
 minus ait: *Qui vos audit, me audit, & qui vos  
 recipit, me recipit: qui autem me recipit, recipit  
 eum qui me misit. Et apostolus ad Hebræos: O-  
 bedite, inquit, præpositis vestris, & subjacetis eis:  
 ipsi enim pervigilant, quasi rationem reddaturi pro  
 animabus vestris. Nam de reverentia ecclesiarum  
 Dominus ait: *Domus mea domus orationis vocabitur  
 cunctis gentibus. Unde etiam legitur in evan-  
 gelio, quod ipse Dominus cum venisset ad Jeru-  
 salem, & introisset in templum, eos qui negotia  
 terrena & emptiones atque venditiones illicitas in  
 eodem exercebant, quasi flagellum de funiculis  
 faciens, omnes inde ejecerit. Proh dolor, his  
 temporibus nec loca sancta venerantur, neque  
 ministri Dei condigne honorantur: sed versa vice  
 illi qui honorari debuerunt flagellantur, spoliantur  
 atque diversis calumniis franguntur. Unde  
 necessitas magna nos coegit pro hac re ad vos  
 reclamare, petere, ut sicut apud antecessores ve-  
 stros reges atque imperatores, qui ante vos fue-  
 runt, honorem sanctæ Dei ecclesie habuit, & per  
 immanitatem eorum possessiones ecclesiasticas in-  
 convulsa perstiterunt, manentesque in eis semper  
 illæsi perseveraverunt; ita apud vos modernis  
 temporibus incontaminatæ permaneant. Zelo e-  
 nim Dei oportet vos defendere ecclesias Christi,  
 Concil. General. Tom. XIV.***

ANNO CHRISTI 849.  
 qui vobis regnum in terra & dominationem tri-  
 buit, ut per nullius suggestiones iniquas vestram  
 concessionem, quam in elemosynam vestram ec-  
 clesie Christi contulistis, sinatis permutari. Quia  
 inhonestum est ut hoc quod non solum Christia-  
 nis temporibus a Christianis imperatoribus, sed  
 etiam a paganis regibus tempore gentilitatis ad  
 honorem Dei collatum est, vestris temporibus in  
 vestro regno permutetur. Nam legitimus apud Ed-  
 dram, quod Artaxerxes rex Esdræ scribis legis  
 Dei per epistolam mandaverit, ita dicens: *Ego  
 Artaxerxes rex statui atque decrevi omnibus custodi-  
 bus arce publica, qui sunt trans flumen, quodcum-  
 que petierit a vobis Esdras sacerdos scriba legis Dei  
 mali, quod ad vitam Dei celi pertinet, tribuatur di-  
 ligenter in domo Dei celi: ne forte irascatur contra  
 regnum regis & filiorum ejus. Vobis quoque notum  
 facimus de universis sacerdotibus, & Levitis, &  
 cantoribus, & janitoribus, Nathanaï, & ministris  
 domus Dei hujus, ut vestigal, & tributum, & an-  
 nonas non habetis potestatem imponendi super eos.  
 Tu autem Esdra, secundum sapientiam Dei tui,  
 que est in manu tua, constitue iudices & præfides,  
 ut iudicent omni populo qui est trans flumen, his vi-  
 delicet qui noverunt legem Dei tui, sed & imperi-  
 tor docete libere. Et omnis qui non fecerit legem Dei  
 tui, & legem regis diligenter, iudicium erit de eo,  
 sive in mortem, sive in exilium, sive in condemna-  
 tionem substantia ejus, vel certe in carcerem.*  
 De Christianis vero regibus, & imperatoribus  
 non necesse est aliqua exempla ponere, cum om-  
 nes qui rectæ fidei & sani dogmatis fuerint, a  
 Constantino imperatore, qui primus imperatorum  
 Christianam religionem defendere, atque honorem  
 ecclesiarum Dei amplificare cepit, utique ad vos  
 semper in hoc studio solerter laboraverint, ut ec-  
 clesia Dei pacem & tranquillitatem haberet, qua-  
 tenus cultus Dei incontaminatus foret, & servi  
 ejus sine impedimento Deo delectabiliter deservi-  
 rent. Qualis autem vindicta illis, qui contra  
 mandata Dei, & contra jussionem vestram eccle-  
 siæ Christi per avaritiam molestiam inferunt,  
 conviciat, in sequentibus per sanctorum patrum  
 canones, & per doctrinam divinarum scriptura-  
 rum congruo loco demonstravimus. Non enim  
 formidamus, juxta exemplum Domini salvatoris  
 corruptionibus templi Dei, & contaminatoribus  
 sanctorum locorum, iudicium congruum inferre:  
 quia si illi a Christo Domino ecclesiæ sunt foras de  
 domo Dei, qui per cupiditatem terrenam viola-  
 bant sanctum locum; non est iniquum insolentibus  
 & se corrigere nolentibus canonicum inferre  
 iudicium, ut sentiant correpti, quod ante nolue-  
 runt sentire leniter admoniti. Deus omnipotens  
 vos in sua iustitia confortet, & illatum ab omni  
 hoste proteget.

TITULI CAPITULORUM.

- I. De fide catholica.
- II. De dogmate ecclesiastico.
- III. De sacramento baptismatis.
- IV. De pace & concordia.
- V. De conspiratione.
- VI. De immunitate rerum ecclesiasticarum.
- VII. De potestate episcoporum super res ecclesiasticas, eorumque convenientia cum laicis, deque abominandis perverfis præmissis.
- VIII. De proprietatibus ab episcopis vel presbyteris post ordinationem acquisitis.
- IX. De mancipiis.
- X. De decimis dandis, & in quatuor portiones dividendis.
- XI. Ut antiquæ ecclesie habeant privilegia sua.
- XII. Ne presbyteri sine consensu episcoporum per ecclesias constituantur, vel ab his recipiantur.
- XIII. De clericorum vita, sive monachorum.
- XIV. De voto monachorum.

1. Tit. 2.  
 1. Tim. 4.  
 Luc. 10.  
 Matth. 23.  
 Heb. 13.  
 1. Cor. 16.  
 Marc. 11.  
 1. Tim. 2.

In profana-  
 toris loco-  
 rum sacro-  
 rum.

ANNO  
CHRISTI  
843

- xv. De clericis comam nutrentibus.  
xvi. De vita sanctimonialium.  
xvii. De pauperibus non opprimendis.  
xviii. De rebus pauperum per malam occasionem non emendis.  
xix. De his qui ad subvertendam iustitiam munera accipiunt.  
xx. De parricidis.  
xxi. De mulieribus que partus suos necant.  
xxii. De homicidiis.  
xxiii. De homicidiis non sponte commissis.  
xxiv. De occisi presbyteri in gradu positus.  
xxv. De presbyteris post degradationem occisi.  
xxvi. De infirmis in periculo mortis constitutis.  
xxvii. De his qui suspendantur in patibulis.  
xxviii. De incestuosis.  
xxix. De damnatis nuptiis.  
xxx. Quota generatione conjugia copulari debeat.  
xxxi. De modo danda penitentia.

## CAPITULA.

### I.

Initium actionis nostrae de fide esse decrevimus, quae bonorum est omnium fundamentum: & quamvis sine fide, ut dicit apostolus, impossibile sit placere Deo, fides tamen indiget opere, quia fides sine operibus mortua est. Ideo beatus Gregorius: Ille, inquit, vere credit qui exercet operando quod credit. Quapropter de fide nostra omnes omnino Christianos alterutrum inter se jugiter admonere & docere oportet: maxime tamen Domini sacerdotes in eo certamine laborare decet, ut firmiter ab omnibus teneatur.

### II.

Cum igitur omnia concilia canonum qui recipiuntur sint a sacerdotibus legenda & intelligenda, & per ea sit eis vivendum & praedicandum; necessarium duximus, ut ea quae ad fidem pertinent, & ubi de extirpandis vitiis & plantandis virtutibus scribitur, hoc ab eis crebro legatur, & bene intelligatur, ut in populo praedicetur. Et quilibet episcopus homilias continentes necessarias admonitiones, quibus subiecti erudiantur: id est de fide catholica, prout capere possint: de perpetua retributione bonorum, & aeterna damnatione malorum, de resurrectione quoque futura, & ultimo iudicio, & quibus operibus possit promereri beata vita, quibusve excludi. Et ut eisdem homilias quibus aperte transferre studeat in rusticam Romanam linguam, aut Theoticam, quo facilius cuncti possint intelligere quae dicuntur.

### III.

Sacramenta itaque baptismatis volumus, ut concorditer atque uniformiter in singulis parochiis secundum Romanum ordinem inter nos celebrentur jugiter, atque conserventur: id est, scrutinium ad ordinem baptismatis, sicut in decretis Leonis papae sub duobus continetur capitalis. In capitulo quinto. Haec duo tempora, id est aicha & pentecostes ad baptizandum a

A Romano pontifice legitima sunt praefixa.

Item in capitulo sexto: Non interdicta licentia, quia in baptismo tribuendo quolibet tempore periclitantibus subvenitur. Et Siricius: In qualibet necessitate fuerit opus sacri unda baptismatis, omni volumus celeritate succurri. Debent igitur episcopi cum magna diligentia presbyteris suis tradere baptismi sacramentum, & quid in eodem renuntiandum, quidve credendum sit. Renuntiatur enim diabolo & operibus ejus. Opera vero diaboli, opera carnis esse intelliguntur: quae sunt, homicidia, fornicationes, adulteria, ebrietates, & multa alia his similia, quae diabolico instinctu prius cogitatione mentis concipiuntur, quam opere perpetrentur. Pompei vero ejusdem sunt, superbia, iactantia, elatio, vana gloria, fastus, & alia quamplurima, quae ex his oriri videntur.

### IV.

Sane opus est ut pax & concordia sit atque unanimitas in populo Christiano, quia unum Deum patrem habemus in caelis, & unam matrem ecclesiam, unam fidem, unum baptismum: ideo in una pace & unanimitate concorditer vivere debemus, si ad unam & veram hereditatem regni caelestis cupimus pervenire: Quia non est dissensionis Deus, sed pacis; ut ipse ait. Igitur si inter omnes fideles pax & concordia habenda est, dicente apostolo: Pacem sequimini cum omnibus, & sanctimoniam, sine qua nemo videbit Deum: multo magis inter episcopos & comites esse debet, qui post imperialis apicis dignitatem populum Dei regunt. Ita enim inter se concordare debent, ut alterutrum sibi ad Dei servitium peragendum, & ministerium suum recte explendum, non solum non noceant, quin potius adminiculo sint.

### V.

Si vero pax & concordia summum inter homines & maxime Christianos bonum iudicatur, & praemio summo remunerandum, id est, ut ejus merito filii Dei vocemur, nonne e contrario discordiae & dissensionis summum est malum, & summa poena plebendum, ita ut sapiens dicat, animam Domini illum detestari, qui inter fratres discordias seminat: atque ideo filius diaboli non immerito nominetur. Unde statuimus, atque auctoritate ecclesiastica confirmamus, eos qui contra regem, vel ecclesiasticas dignitates, sive reipublicae potestates in unoquoque ordine legitimas dispositiones constitutas, conjunctiones & conspirationes rebellionis & repugnantiae faciunt, a communione & consortio catholicorum veram pacem amantium summovendos, & nisi per penitentiam, & emendationem paci se ecclesiasticae incorporaverint, ab omnibus filiis pacis sancimus extorres.

### VI.

ANNO  
CHRISTI  
843  
Episcopi ad  
Nicomenum  
Tetracoena  
sem episcopo  
pam.

Act. 11.

Job. 1.

Act. 11.  
Job. 1.

Matth. 1.

Proo. 1.

Foro leg.  
tima disp.  
rom. 11.

ANNO  
CHRISTI  
747.  
M. 8. 4. 11.

**VI.** Quisquis factu superbia elatus domum Dei ducit contemptibilem, & possessiones Deo consecratas, atque ad honorem Dei sub regis immunitatis defensionibus constitutas, inhoneste tractaverit, vel infringere præsumserit, quasi invalor & violator domus Dei excommunicetur. Debet etiam, ut indignationem ipsius domini regis sentiat, cujus benevolentia contemptor, & constitutionis prævaricator extitit. Nihilominus tamen rex suæ concessionis immunitatem ab omnibus ditionibus subiectis illam conservari præcipiat, assensum vero non præbeat improvide affirmantibus, non debere esse res dominicas, id est Domino dominantium deditas, ita sub defensione regis, sicut propriæ suæ sunt hæreditates: magisque advertat, quia quanto Deus excellentior est homine, tanto præstantior est divina causa mortaliū possessione. Quocirca decipitur quisquis plus in propriis quam in dominicis rebus gloriatur: quarum divinarum rerum defensor & custos divinitus statutus, diligentia cura non solum eas servare, sed etiam multiplicare debet, magisque illa quæ diximus præstantiora, quam sua defendere illum oportet & augmentare. Si quis igitur insanus importunitate improbitatis regem a recto proposito avertere tentaverit, nullisque remediis mitigari posse visus fuerit, licet obsequiis aliquibus transitoriis sit necessarius, abjiciendus ab eo projiciendusque re est, juxta illud evangelicum: *Si pes, manus, oculusve tuus scandalizat te, erue illo, & projice abs te.*

**VII.**

Ut episcopi potestatem habeant res ecclesiasticas prævidere, regere, & gubernare, atque dispensare, secundum canonum auctoritatem, volumus: & ut laici in eorum ministerio obediant episcopis ad regendas ecclesias, viduas & orphanos defendendos, & ut obedientes sint eis ad eorum Christianitatem servandam: consentientesque sint comites & iudices præsulis suis ad justitias faciendas juxta præcepta divinæ legis, & nullatenus per aliquorum mendacium, vel falsum testimonium, neque per perjurium, aut per præmium, \* lex justa in aliquo depravetur.

**VIII.**

In concilio Carthagenensi scriptum est, ut presbyteri, diaconi, vel quicumque clerici, qui nihil habentes ordinantur, & tempore episcopatus vel clericatus sui agros vel quæcumque prædia suo nomine comparant, tamquam rerum dominicarum invasionis crimine teneantur, nisi admoniti ecclesie eadem ipsa contulerint. Si autem p[ro]p[ri]i aliquid liberalitate alius, vel successione cognationis obvenit, faciant inde quod eorum proposito

convenit. Quod si a suo proposito retrorsum exorbitaverint, honore ecclesiastico indigni tamquam reprobi judicentur. Presbyteri vero non vendant rem ecclesie ubi sunt constituti, nescientibus episcopis suis, non habentes necessitatem. Nec episcopo liceat matricis ecclesie rem tituli sui nomine usurpare.

**IX.**

In concilio Carthagenensi ita continentur: De manumissionibus in ecclesia celebrandis, si id nostri confacerdotes per Italiam facere reperiuntur, nostræ etiam erit fidei istorum ordinem sequi, data plane licentia missio legato, ut quæcumque digna fide pro statu ecclesie & salute animarum agere potuerint, nos sciant laudabiliter in conspectu Domini accepturos.

**X.**

Volumus ut decimæ, quæ singulis dantur ecclesiis, per consulta episcoporum & presbyteris ad usus ecclesie & pauperum summa diligentia dispensentur. Quatuor autem tam de redditibus, quam de oblatione fidelium, prout cujuslibet ecclesie facultas admittit, sicut dudum rationabiliter est decretum, convenit fieri portiones: quarum sit una pontificis, altera clericorum, pauperum tertia, quarta ecclesie fabricis applicanda juxta constitutionem episcopalem. Admonendum tamen est, ut decima Deo omnino dari non negligatur, quam Deus ipse dari sibi constituit, quia timendum est, si quis Deo suum debitum abstrahit, ne forte Deus per peccatum suum auferat ei necessaria sua.

**XI.**

Ecclesie antiquitus constitutæ, nec decimis, nec aliis possessionibus pro novis oratorii sine consensu & concilio episcopali priventur.

**XII.**

Quicumque presbyter per pretium ecclesiam fuerit adeptus, omnino deponatur: quod contra ecclesiasticæ regulæ disciplinam agere dignoscitur, qui alium presbyterum legitime ad ecclesiam ordinatum per pecuniam expulerit; eamque sibi taliter vindicaverit; quod vitium late diffusum summo studio emendandum est. Itemque interdicens videtur clericis, sive laicis, ne quis cuilibet presbytero præsumat dare ecclesiam sine licentia & consensu episcopi sui.

**XIII.**

Providendum necessario est unicuique episcopo, qualiter canonici vivere debeant, nec non & monachi, ut secundum ordinem regularem vivere studeant, ut ait apostolus: *Unusquisque in sua vocatione vocatus est, in ea permaneat*; & ut a negotiis secularibus omnino abstineant. Multa sunt enim

Res dekanat  
retum eccle-  
siasticum.

Mark. 16.

De divina  
legis.

Conc. Car-  
thac. III.  
c. 11.

ANNO  
CHRISTI  
747.

Conc. Car-  
thac. III.

ANNO CHRISTI 847. Negotia secularia que sunt.

enim negotia secularia de his tamen pauca perstrinximus: ad que pertinet omnis libido, non solum immunditia carnis, sed etiam in omni carnali concupiscentia quidquid plus iusto appetit homo, turpe lucrum, munera iniusta accipere, vel etiam dare pro aliquo seculari, cum quatuor pretio aliquid conducere, contentiones & lites, vel rixas amare, in placitis secularibus disputare excepta defensione orphanorum aut viduarum; conductores aut procuratores esse secularium rerum, turpis verbi vel facti ioculationem esse, vel jocum secularem diligere, aleas amare, ornamentum inconueniens proposito suo querere, in deliciis vivere velle, gulam & ebrietatem sequi, pondera iniusta vel mensuras habere, negotium iniustum exercere (nec tamen iustum negotium est interdendum propter necessitates diversas, quia legimus sanctos apostolos negotiatos esse, & in regula sancti Benedicti precipitur praevidere per quorum manus negotium monasterii transeat) canes & aves sequi ad venandum, in comestationibus & vinolentiis nimis incumbere, superfluitatem in quibuslibet rebus nolle fugere. Quae omnia ministris altaris interdicimus, hortantes eos servare illud apostolicum: *Nemo militans Deo implicat se negotiis secularibus: considerare quoque sententiam Domini dicentis: Attendite ne graventur corda vestra in crapula & ebrietate: moderare cibum & potum, ut iuxta apostolum, lobrii sint, parati ad seruitium Domini: ante se iocata secularia vel turpia fieri non permittere, sed pauperes & indigentes secum ad mensam habere, & lectionem divinam ibidem audire, & sumere cibum cum benedictione & laude Domini, secundum apostolum dicentem: *Siue manducatis, siue bibatis, omnia in laudem Dei facite.**

1. Tim. 2. 1. Cor. 10. 1. Tim. 3.

XIV.

Nullus monachorum aliquid proprietatis habeat, & res seculares, quibus renuntiavit, nullatenus sibi usurpet, nec parochias ecclesiarum accipere praesumat sine consensu episcopi. De ipsius vere titulis, in quibus constituti fuerint, rationem episcopo vel ejus vicario reddant, & convocati ad synodum veniant.

XV.

In decretis Gregorii papae scriptum est: Si quis ex clericis laxaverit comam, anathema. Unde sancimus, ut huiusmodi coercerentur ad pristinum statum reverti.

XVI.

Abbatissa, quae in civitate monasterium habet, nequaquam de monasterio egredietur, nisi per licentiam episcopi sui, aut qui ejus vicem obtinet, nisi forte regali iussione cogatur. Et si quando foras pergat, de sanctimonialibus, quas secum ducit, curam & vigilantiam habeat, ut nul-

1. Tim. 3.

la eis detur peccandi licentia sive occasio. Sed & cum pergit, in monasterio talem in vice sua constituere debet, quae de sanctimonialium animabus curam & vigilantiam gerat. Habeat etiam abbatissa studium in edificandis ea quae ad sanctimonialium necessitatem pertinent, & in restaurando. Sanctimoniales vero in monasterio constitutae habeant studium in legendo, & in cantando, in psalmodiarum celebratione sive oratione, & horas canonicas, matutinam videlicet, primam, tertiam, sextam, nonam, vespertinam, completorium pariter celebrent, & omnes, excepta quam infirmitas tenet, in dormitorio dormiant, & omnibus diebus ad consolationem veniant, & ut cetera servent, quae in regula sanctimonialium continentur, & quae a sanctis patribus illis constituta sunt.

ANNO CHRISTI 847.

Hora canonicarum.

XVII.

Monemus regiam pietatem de oppressione pauperum liberorum, ut non a potentioribus per aliquod malum ingenium contra iustitiam opprimantur, vel cogantur ut res suas vendant, sive tradant, ne forte parentes eorum contra iustitiam fiant exhaereditari, & regale obsequium minuantur, & ipsi propter indigentiam mendici vel latrones, seu malefactores efficiantur, & ut saepius non fiant mancipia ad placita, nisi sicut in dominico capitulari olim facto praecipitur.

ad 19. v. 11. vocat.

XVIII.

Propter provisiones pauperum, quorum curam habere debemus, placuit nobis, ut nec episcopi, nec abbates, nec comites, nec vicarii, nec iudices, nullusque omnino sub mala occasione, vel malo ingenio, res pauperum, vel minus potentium, emere, aut tollere audeat: sed quisquis ex eis aliquid comparare voluerit, in publico placito coram idoneis testibus, & cum ratione hoc faciat: ubicumque autem aliter inventum fuerit factum, hoc omnino emendari per regiam conveit iussionem.

XIX.

Qui vero ad subvertendam iustitiam a duobus munera accipiunt, hoc est ab eo qui quod sibi iniuste ablatum est iuste requirit, & ab eo qui eadem iniuste invaserit, admonendi sunt, & fortiter increpandi, ne regnum Christi, quod omnibus iuste facientibus patet, sibi sine ulla retractione secludant.

XX.

Parricidium autem quam sit detestabile crimen, in iudicio facto inter Cain & Abel fratrem suum Dominus ostendit ipse, cum ad Cain parricidam ait: *Maledictus es super terram, quae aperuit os suum, & suscepit sanguinem fratris tui de manu tua: cum operatus fueris eam, non dabit tibi fructus suos: vagus & profugus eris super terram.*

Gen. 4.

ANNO  
CHRISTI  
1477

In quo etiam posuit signum, hoc est ut tremens & gemens profugus semper viveret, nec auderet sedes habere quietas. Sed quia in modernis temporibus parricidæ profugi currunt per diversa, & variis vitiis, atque gulæ illecebris deserviunt, melius nobis videtur, ut in uno loco manentes pœnitentia districta semetipsos castigent, si a Domini bonitate indulgentiam facinoris sui percipere mereantur. Non enim eis licebit ultra militiæ cingulum sumere, & nuptiis vel conjugii copulari, quia sacri canones hoc eis non consentiunt.

## XXI.

De mulieribus quæ fornicantur, & par-tus suos necant, vel quæ agunt secum, ut utero conceptus excutiant, antiqua quidem definitio usque ad exitum vitæ eas ab ecclesia removet, humanius autem nunc definimus, ut eis decem annorum tempus secundum præfixos gradus pœnitentiæ largiatur. Item in concilio Eliberitano cap. 63. scriptum est de his quæ filios ex adulterio necant: Si qua per adulterium conceperit, idque post facinus occiderit, placuit \* vix in fine ei dandam esse communionem, eo quod geminaverit scelus. Item in concilio Ilerdensi cap. 2. scriptum est \* de his quæ abortum faciunt, vel natos suos extinguunt. Hi vero qui male conceptos ex adulterio fetus, vel editos necare studuerint, vel in ventribus matrum potionibus aliquibus colliserint, in utroque sexu adulteris post septem annorum pœnitentiæ curricula communicatio tribuatur, ita tamen ut omni tempore vitæ suæ stetitibus & humilitati insistant.

## XXII.

In concilio Ancyrano, cap. 21. de homicidiis ita scriptum est; Qui voluntarie homicidium fecerint, pœnitentiæ quidem jugiter se submittant, perfectionem vero circa vitæ exitum consequantur. In concilio vero Agathensi, cap. 37. de homicidiis & falsis testibus ita legitur: Itaque censuimus homicidas & falsos testes a communione ecclesiastica submovendos, nisi pœnitentiæ satisfactione crimina admissa diluerint. Item in concilio Agathensi, c. 62. scriptum est de his qui servos extra sine conscientia iudicis occiderit, excommunicatione vel pœnitentia biennii reatum sanguinis emundabit. Item in concilio Eliberitano cap. 5. scriptum est, de domina quæ per zelum ancillam suam occiderit: Si qua femina furore zeli accensa flagellis verberaverit ancillam suam, ita ut intra tertium diem animam cum cruciatu effundat, eo quod incertum sit voluntate an casu occiderit: si voluntate, post septimum annum: si casu, per quinquennii tempora acta legitima pœnitentia,

ad communionem placuit admitti. Quod si vero intra tempora constituta fuerit infirmata, accipiat communionem.

## XXIII.

In concilio Ancyrano cap. 22. scriptum est de homicidiis non sponte commissis, prior quidem definitio post septennem pœnitentiam perfectionem consequi præcepit; secunda vero quinquennii tempus explet.

## XXIV.

Qui presbyterum occidit, 12. annorum ei pœnitentia secundum statuta priorum imponatur: aut si negaverit, si liber est, cum 12. juret: si autem servus, per 12. vomeres ferventes se purget. Convictus vero noxæ usque ad ultimum vitæ tempus militiæ cingulum deponat, & uxorem amittat.

## XXV.

Nuntiatum est nobis, quod aliqui qui olim dixerunt se fuisse sacerdotes, & postea degradati pro suis peccatis, pœnitentiam agendo suffragia sanctorum per diversa loca transeuntes quaesierunt, trucidati sunt. Hujuscemodi \* interfectionibus omnem ecclesiasticam communionem denegamus, donec dignam pœnitentiam pro reatu suo secundum iudicium episcoporum exsolvant.

## XXVI.

Ab infirmis in mortis periculo positis, per presbyteros pura inquirenda est confessio, non tamen illis imponenda quantitas pœnitentiæ, sed innoxescenda: & cum amicorum orationibus, & elemosinarum studiis, pondus pœnitentiæ sublevandum: ut si forte migraverint, ne \* obligati excommunicatione, alieni ex consortio \* bene fiant: a quo periculo si divinitus erepti convalescant, pœnitentiæ modum a suo confessore impositum \* diligentes observent. Et ideo secundum canonicam auctoritatem, ne illis janua pietatis clausa videatur, orationibus & consolationibus ecclesiasticis sacra cum \* unctioe Dei animati, secundum statuta sanctorum patrum, communionem viatici resciantur.

## XXVII.

Quæsitum est ab aliquibus fratribus de his qui in patibulis suspenduntur pro suis sceleribus post confessionem Deo peractam, utrum cadavera illorum ad ecclesias deferenda sint, & oblationes pro eis offerendæ, & missæ celebrandæ, an non. Quibus respondimus: Si omnibus de peccatis suis puram confessionem agentibus, & digne pœnitentibus communicatio in fine secundum canonicum iustum danda est, cur non eis qui pro peccatis suis pœnam extremam persolvunt? Scriptum est enim: *Non vindicas Deus bis in idipsum.* Nam ipse Dominus ait: *In quocumque die conversus fuerit peccator, peccata eius non reputabuntur ei.* Et iterum: *Nolo mortem peccatoris, sed ut convertatur.*

ANNO  
CHRISTI  
1477

TR. cap. 10.  
10. c. Aug. 7.  
1. an.

et sic in

qui

\* fore, interfectionibus

\* Forte, e-  
bligati a  
communicatione  
alieni vel  
consortio  
vel  
alia hanc. H.  
\* fore, bono.  
rum  
\* Pio, diligerent.

\* Forte, an  
Nemo est.

Nemo v.  
pura 10.

Eccl. 11.

1. an.

ver.

911  
 ANNO CHRISTI 847.  
 Hæc sunt ex  
 Cælestini  
 Episcopi ad  
 Episcopos  
 Viennæ &  
 Maribor. H.  
 An. 19.  
 vertatur & vivas. Salutem ergo homini a-  
 dimit, quisquis mortis tempore pœnitentiam denegat, & desperat de clementia Dei, qui eam ad subveniendum morienti sufficere vel in momento posse non credit. Perdidiſſet latro in cruce præmium ad Christi dexteram pendens, si illum unius horæ pœnitentia non juviſſet: cum eſſet in pœna, pœnituit, & per unius sermonis professionem, habitaculum paradisi, Deo promittente, promeruit. Vera ergo ad Deum conversio in ultimis positorem mente potius est æstimanda quam tempore, propheta hoc taliter aſſerente: Cum **B** conversus ingemueris, tunc saluus eris.

XXVIII.

Ut episcopi incestuosos penitus investigare studeant omnino decrevimus: qui si pœnitere noluerint, de ecclesia expellantur, donec ad pœnitentiam revertantur. Quod si sacerdotum noluerint admonitionibus aurem accomodare, volentes in pristinis perdurare criminibus, oportet eos per sæcularis potestatis disciplinam a tam prava consuetudine coerceri.

XXIX.

Si quis viduam uxorem duxerit, & postea cum filiastra sua fornicatus fuerit, seu duabus sororibus nupserit: aut si qua duobus fratribus nupserit, seu cum patre & filio: item si quis relictam fratris, quæ pene prius seror extiterat, carnali conjunctione violaverit: si quis neptem in conjugium acceperit: si quis novercam aut nurum suam duxerit: si quis consobrinæ suæ impudice se sociaverit, vel relictæ sive filiz avunculi, aut patris filiz, vel privignæ suæ concubitu pollutus, vel huiusmodi conjunctionis attacku maculatus fuerit: eos disjungi, & ulterius nunquam conjugio copulari, sed sub magna distributione fieri volumus.

XXX.

Contradicimus quoque, ut in quarta generatione nullus amplius conjugio copuletur: ubi autem post interdictum factum inventum fuerit, separetur. Sane eadem quæ in viri, hæc nimirum in uxoris parentela de lege nuptiarum regula custodienda est. Quia ergo constat eos duos esse in carne una, & communis illis utrinque parentela esse credenda est, sicut scriptum est: *erunt duo in carne una.*

XXXI.

Modus tempusque pœnitentiz peccata sua consentibus, aut per antiquorum canonum institutionem, aut per sanctarum scripturarum auctoritatem, aut per ecclesiasticam consuetudinem imponi debet a sacerdotibus. Nam qui pro peccatis gra-

vibus leves quosdam & inusitatos imponunt pœnitentiz modos, & consumunt pulvillos, secundum propheticum sermonem, sub omni cubito manus, & faciunt cervicalia sub capite universæ ætatis ad capiendas animas. Sed discretio servanda est inter pœnitentes, qui publice, & qui absconſe pœnitere debeant. Nam qui publice peccat, oportet ut publica multetur pœnitentia, & secundum ordinem canonum pro merito suo & excommunicetur, & reconcilietur. Pœnitentes vero tam expiationem constituti temporis, quam facilonis remissionem desiderant, nec eis sufficiat, si a quarundam rerum perceptionibus abſtineant, ni se etiam a noxiis delectationibus subtrahant: declinantes autem a malo faciant bonum, inquirent pacem, ac sequantur illam. Multa quidem alia per diversas quæstiones coram nobis allata sunt, sed pro brevitate temporis in præſenti concilio omnibus respondere, & ea absolvi non potuimus. Hæc vero quæ vobis transmissa sunt petimus ut vestra auctoritate firmentur: & si quis adversarius illis existere voluerit, prævalere non permittatur. Dei enim cooperatores vos esse debetis, & adjuutores sanctæ ejus ecclesiæ, quatenus religio Christiana incon-taminata temporibus regni vestri usque in finem servetur.

NOTÆ SEVERINI BINII.

*a Concilio.* ) Occasione hujus concilii celebrandi eadem fuit quæ Meldensis: nimirum quod cum a laicis bonis ecclesiarum, jura pariter, & personæ, assidue invaderentur, deque his frequentes apud regem querelæ essent, illi ad liberandam istis malis ecclesiam congregari fecit synodum provincialem, cui Rabbanus archiepiscopus vir doctrinæ, probitate atque scientia valde insignis, præfatus deberet. Qui quorundam episcoporum huic concilio interfuerat, quæ tractaverat, atque per canones servanda desideravit, epistola synodalis, quæ cum subiectis capitulis missa est ad Ludovicum Germaniæ regem, manifeste satis loquitur. Ad hæc etiam synodum spectat, quod Francorum annales de semina, quæ novam se prophetiam jactabat, munusque publice docendi & concionandi usurpabat, notato anno tradunt sic: Eodem anno 847, multo quodam de Alvernia partibus nomine Thibota pseudopropheta Moguntiacum venit, Pseudopro- qua Salimont episcopi parochiam non remote disturbauit. Nam certum consummationis sæculi diem, alioque prophe- tiam Dei solius notitia cognita, quæ dicitur sibi revelata, seire se fatebatur. Eodem anno ultimum diem mundi imminere predicabat. Unde multi plebei utriusque sexus timore perterriti ad eam venientes, munera illi ferebant, seque orationibus illius commendabant: Et, quod gravius est, sacri ordinis viri doctrinam ecclesiasticam persequentes, illam quæsi magistræ calidè destinam sequebantur. Hæc præsentiam episcoporum apud sanctum Albanum deducit, & diligenter de suis afferentibus requisita, presbyterum quemdam sibi ea suggestisse & se talia quædam causa narrasse professus est. Quapropter synodali judicio publicè causa flagitii mentiturum prædicationis, quod irrationabiliter arripuit, & sibi contra morem ecclesiasticum vendicare præsumpsit, cum dedecore amissi, suisque vastissimè tandem confusa finem imposuit.

*b Sub Rabano.* De Rabani patria, nomine, statu, virtutibus, studio, scientia, libris ab eo editis, ejus præceptoribus, quare ratione ex abbate Fuldenſi archiepiscopo acceptis & administraverit, cum aliis pluribus rerum ab ipso gestarum monumentis, prolixè describit vir admiranda doctrinæ Nicolaus Serarius lib. 4. hist. Moguntinæ.

## AD CONCILIUM MOGUNTINUM I.

Sub Rabano Archiepiscopo Anno 847. celebratum

## EMENDATIO CANONIS XXIV.

Ex Suppl.  
Mans. to. 1.  
pag. 922.

**I**N hoc canone ritus purgandi se a crimine *fla. A. est cum XII. juret.* Burchardus, Ivo, Gratianus  
tuitur iis qui de nece illata presbytero accu- 17. q. 4. ca. *Qui presbyterum lummo consensu le-*  
sati delictum negant; is ergo, ait canon, *liber* gunt: *cum septuaginta duobus juret.*

## ROTONENSE CONCILIUM

*In monasterio S. Salvatoris, agente Nomenojo Britannia minoris dux, in causse episcoporum de simonia delatorum, Anno 848. habitum.*

ibidem.

**N**omenojo, Britannia minoris dux, ditionis B  
sunt episcopos quosdam seu veri, seu confi-  
di simoniae criminis reos in concilio suorum e-  
piscoporum in Monasterio S. Salvatoris coacto e-  
git. Re ibidem ventilata, neque culpam a se a-  
movere tentantes episcopi illi depositionis senten-  
tiam retulerunt. Ita rem prodit vetus ille scri-  
ptor, cujus narrationem Sirmondus inter anales  
Opusculorum to. III. col. 281. nov. edit. vulgavit.  
*In crastino evocans princeps in monasterio S. Salva-*  
*toris Synodum episcoporum, atque procerum, adhi-*  
*buit testes falsissimos (ita scriptor Gallus partes No-*  
*menojo averfas sequutus) pretio conductos adver-*  
*sus Sulfanum Venetensem, Salacem Aletensem,*  
*Felicem Coriopitensem, Liberalem Oximensis epis-*  
*copos, qui dicerent eos pretio in ecclesia intrusos, mu-*  
*neribus saepe sacros ordines fuisse largitos, & omnibus*  
*criminibus obnoxios fore. Cumque reticerent episcopi*  
*mortis metu (quam sibi a Nomenojo irrogandam*

*timebant) perculsi, requisiti sunt a conventu, ut*  
*stram vera essent, qua opponerentur. Qui ita se ha-*  
*beru professi sunt. Depositisque in concilio virgis &*  
*annalis pontificalibus, Gallias petierunt, ad Karolum*  
*se conferentes: Hæc anonymus, qui in iis quæ de*  
*insinuato episcopis necis timore, ni a defensione*  
*innocentium tum desisterent, utrum vera narret,*  
*ignorare me profiteor. Constat profecto Brittones*  
*episcopos legationem ad Leonem pontificem desti-*  
*nasse, per quam pontifici eas accusationes expo-*  
*suerunt. Quibus ille suis literis apud Labbeum*  
*to. IX. col. 1025. legendis, reposuit episcopos eo-*  
*rum criminum reos in concilio audiendos esse,*  
*convictosque puniendos. Cujus mandati pontificii*  
*exequutio in concilio hoc, a Labbeo prætermis-*  
*sio, exhibetur. Hanc vero legationem anno 848.*  
*assignandam Pagius ad eundem annum censet.*

## CONCILIIUM MOGUNTINUM II.

## IN QUO GOTHESCALCUS MONACHUS

Prædestinationum hæresis convictus, damnatusque, ad Rhemorum metropolim est remissus, anno Christi DCCCLVIII.

Ex P. Sir-  
mond.

\* Qui postea  
dicuntur aut  
Pithunsi aut  
Faldensis, in  
Germania  
constitit  
tant hoc la-  
beate sculo.

**S**ynodi hujus circa Kalendas Octobres habita, & Go-  
thescalci in ea damnati, mentio est in annalibus  
inerti auctoris anno DCCCLVIII. Gothescalcus quo-  
que quidam presbyter de prædestinatione Dei præ-  
ve sentiens, & tam bonos ad vitam, quam malos  
ad mortem perpetuam inevitabiliter a Deo præde-  
stinatos esse affirmans, in conventu episcoporum  
apud Moguntiacum rationabiliter, ut plurimis vi-  
sum est, convictus, & ad proprium episcopum  
Hincmarum Rhemis transmissus est; prius tamen  
juramento confirmans, ne in regnum Hlodouici  
ultra rediret. Meminit synodi ejusdem tum alii saepe  
locis Hincmarus, tum maxime in cap. 11. posterioris  
operis adversus Gothescalcum & Prædestinationes  
scripti. Ubi & synodalem epistolam profert a Rabano  
episcopo ad se missam de Gothescalco. Gothescalcus,  
inquit, ex metropoli ecclesiam Rhemorum mona-  
sterio, quod Orbacis dicitur, habitu monachus,  
mente ferinus, quietis impatiens, & inter suos  
mobilitate noxia singularis, de omnibus quæ per-  
verse tunc temporis senta cogoverat, quatuor sibi  
elegit capitula, omnium pene pervertitatum illa-  
rum fetidas & cocouentas faeces in se contine-  
tia: & a monasterio irregulariter exiens, peragra-  
tis regionibus plurimis, in Moguntina civitate ha-  
bitæ synodo, & Rabano archiepiscopo, libellum  
Concil. General. Tom XIV.

sui erroris porrigens, damnatus cum litteris syno-  
dalibus Rhemorum metropolim est remissus.  
Quarum litterarum exemplar ita se habet.

RABANI EPISCOPI EPISTOLA  
Synodalis ad Hincmarum archiepiscopum  
Rhemensem

## DE GOTHESCALCO.

Reverentissimo fratri & consecratosi Hincmaro archi-  
episcopo Rabanus servus Christi, & servorum  
eius, in Domino salutem.

**N**Otum sit dilectioni vestræ, quod quidam gy-  
rovagus monachus, nomine Gothescalc, qui  
se asserit sacerdotem in vestra parochia ordina-  
tum, de Italia venit ad nos Moguntiam, novas  
superstitiones, & noxiam doctrinam de prædesti-  
natione Dei introducens, & populos in errorem  
mittens: dicens quod prædestinatio Dei, sicut in  
bono, sit ita & in malo: & tales sint in hoc  
mundo quidam, qui propter prædestinationem Dei,  
quæ eos cogat in mortem ire, non possint ab er-  
rore & peccato se corrigere, quasi Deus eos fe-  
cisset ab initio incorrigibiles esse, & pæne obno-  
xios







CONCILIUM I.

920

919 ANNO CHRISTI 848. Carolo Calvo in throno regali. Anardus princeps A cum magno gaudio petitionem eorum adimplevit, & omnes episcopos & primores eorum voluntati inclinavit. Sed Stodilus episcopus Lemovicensis cum hoc graviter ferret, & inflexibilis solus maneret: tandem Rege cogente consentit.

CONVENTUS CARNUTENSIS

ANNO CHRISTI 849.

ANNO CHRISTI DCCCXLIX. HABITUS,

ANNO CHRISTI 849.

In quo Carolus frater junior Pippini Aquitanie regis, & nepos Caroli Calvi, ab episcopis in clericum attentus.

Ex istis Supplementis Lib. ibid.

ANNALES BERTINIANI ad annum 849. Karolus, in B farum sollempnia ambonem ecclesie conscendens, innotuit omnibus voce propria, se ob Divinae virtutis amorem, clericum nullo cogente velle fieri, ibique ab episcopis qui presentes aderant, benedictus, & ad Clericum tonsus est. Eadem habet chronicon Fontanellense: additque Corbejensem monachum factum esse. Annales vero Fuldenfes, factum esse anno 856. Moguntinum archiepiscopum, & anno 863. mortuum.

CONCILIUM I. APUD CARISIACUM (\*)

PALATIUM HABITUM ANNO CHRISTI DCCCXLIX.

In quo Gothescalcus iterum damnatus presbyteri gratia est dejectus, virgisque caesus, atque in ergastulum retrusus.

Ex P. Simonis de predestinatione cap. 2. Simonius post editos anno 1541. a Duchelno annales Bertinianos cautius loquitur: c. 11. historiam predestinationis. In eadem quoque synodo, aut in eodem loco, constituta sunt quatuor capitula &c.

DE hac synodo scribit etiam Hincmarus in illo eodem opere adversus Gothescalcum, ubi episcopos enumerat, qui interfuerunt, & quatuor capitula profert, quae ibidem ab episcopis edita sunt, opposita quatuor capitulis Gothescenci. Inde igitur deprompta sunt quae sequuntur. Inde, in synodali conventu in Carisiaco palatio iterum auditur Gothescalcus ab episcopis, & ceteris quam plurimis viris ecclesiasticis atque religiosis, qui eidem synodo interfuerunt, videlicet VVenilone Senonensium archiepiscopo, Hincmaro Rhemorum episcopo, Fulkino Morinensium episcopo, Teuderico Camaracensium episcopo, Hrothado Suesonice civitatis episcopo, Ragenario Ambianensium episcopo, Imnone Noviomagensium episcopo, Erpino Silvanensium episcopo, Lupo Catalaunensium episcopo, Yrminfrido Belvacensium episcopo, Pardulo Laudunensium episcopo, Teutoboldo provincie Lugdunensis & Lingonicae civitatis episcopo, Gernobrio Turonensium provincie episcopo, Rigoldo Rhemorum chorepiscopo, VVitao Camaracensium chorepiscopo, & aliis, qui vultu Dei gratia episcopi ordinati, tunc autem iam dictae synodo cum episcopis suis secundum ecclesiasticum morem adfuerunt. VVenilio scilicet, tunc cum Ragenario patre suo, nunc autem Rothomagensium archiepiscopus, Ancas notarius sacri palatii, & modo Parisiorum episcopus, Isaac diaconus Parduli, & nunc Lingonicae civitatis episcopus. Sed & venerabiles abbates synodo ipsi interfuerunt, Ratbertus Corbeje, Bavo Orbacis, & Halduinus Altrivillaris monasterii, aliique domini sacerdotes & diaconi. Vulfodus quoque Rhemorum metropolis aëronomus, & Rodaldus archidiaconus cum aliis sequentibus cleri ordinibus. In quorum presentia idem Gothescalcus, sicut & in Moguntina civitate, inventus ha-

creticus, atque incorrigibilis, honore presbyterali, quem per Righoldum chorepiscopum, cum esset Suesonice parochiae monachus, incilio civitatis suae episcopo, usurpaverat potius quam acceperat, abjectus, & pro sua irrevocabili contumacia, secundum leges, & Agathenses canones, & regulam sancti Benedicti, ut improbus virgis caesus, sicut decreverant Germaniae provinciarum episcopi, ne aliis noceret qui sibi prodesse volebat, ergastulo est retrusus.

CAPITULA QUATUOR APUD CARISIACUM IN SYNODO contra Praedestinatianos constituta.

I.

Quod una tantum sit praedestinatio Dei.

Deus omnipotens hominem sine peccato reatum cum libero arbitrio condidit, & in paradiso posuit, quem in sanctitate justitiae permanere voluit. Homo libero arbitrio male utens peccavit & cecidit, & factus est massa perditionis totius humani generis. Deus autem bonus & iustus elegit ex eadem massa perditionis, secundum praescientiam suam, quos per gratiam praedestinavit ad vitam, & vitam illis praedestinavit aeternam; ceteros autem, quos iustitiae iudicio in massa perditionis reliquit, perituros praescivit, sed non ut perirent praedestinavit: poenam autem illis, quia iustus est, praedestinavit aeternam. Ac per hoc unam Dei praedestinationem tantummodo dicimus, quae aut ad donum peritiae, aut ad retributionem iustitiae, II.

\* Non haec intelligit, sed quae an. 853. in eodem palatio constituta est. Annalium Bertinianorum fide, quorum suo loco verba profertur in medium post Suetliouacum II. concilium

(\*) Hinc Hincmarus, Chersy, & corrupte Turry, in diocesi Suesonensi ad rivum Orlam l. Orla, prope confinium diocesis Noviomensis Hardunus.

ANNO  
CHRISTI  
819.ANNO  
CHRISTI  
819.

*Quod liberum hominis arbitrium per gratiam sanatur.*

Libertatem arbitrii in primo homine perdidimus, quam per Christum Dominum nostrum recepimus: & habemus liberum arbitrium ad bonum, præventum & adjuvatum gratia; & habemus liberum arbitrium ad malum, desertum gratia. Liberum autem habemus arbitrium, quia gratia liberatum, & gratia de corrupto sanatum.

## III.

*Quod Deus omnes homines velis salvos fieri.*

Deus omnipotens omnes homines sine exceptione vult salvos fieri, licet non omnes salventur. Quod autem quidam salvantur, salvantis est donum: quod autem quidam pereunt, pereuntium est meritum.

## IV.

*Quod Christus pro omnibus hominibus passus sit.*

Christus Jesus Dominus noster, sicut nullus homo est, fuit, vel erit, cujus natura in illo assumpta non fuerit, ita nullus est, fuit, vel erit homo, pro quo passus non fuerit; licet non omnes passionis ejus mysterio redimantur. Quod vero omnes passionis ejus mysterio non redimuntur, non respicit ad magnitudinem & pretii copiositatem, sed ad infidelium, & ad non credentium ea fide, quæ per dilectionem operatur, respicit partem; quia poculum humanæ salutis, quod confectum est infirmitate nostra, & virtute divina, habet quidem in se ut omnibus proficiat. sed si non bibitur, non medetur.

NOTA JACOBI SIRMONDI, S. J.

*1 Concilium apud Carisiacum. ) Sententia in Gothefcalcum prolata exemplum in antiquis scholis a Nicolao Comutatio ad nos missis est hujusmodi.*

*Ecclesiastica sententia in pertinacissimum Gothefcalcum, propter incorrigibilem obstinationem illius, in synodo apud Carisiacum habita a XII. episcopis ecclesiastico vigore prolata.*

**F**rater Gothefcale, sacrosanctum sacerdotalis mysterii officium, quod irregulariter usurpasti, & in cunctis moribus ac pravis actibus, atque perverfis doctrinis eo hætenus abuti non permittebam, iudicio Spiritus sancti, cujus gratiæ munus est sacerdotale officium, per virtutem sanguinis Domini nostri Iesu Christi noveris tibi esse, si quo modo suscepisti, sublatum, & ne ulterius eo fungi præsumas penitus interdictum. Insuper quia & ecclesiastica & civilia negotia contra positum & nomen monachi conturbare contemnens jura ecclesiastica præsumpsisti, durissimis verbis te castigari, & secundum ecclesiasticas regulas ergastulo retrudi, auctoritate episcopali decernimus: & ut de cetero doctrinale tibi officium usurpare non præsumas, perpetuum silentium ori tuo virtute æterni Verbi imponimus.

De hoc ipso conventu Carisiacensi primo & Gothefcalci iustissima condemnatione scripta fuerunt ab Hincmaro aliisque ejusdem sæculi auctoribus, quæ lectori nunc exhibebimus, initio facta ab epistola, quam ad Amolum sive Amolonem Lugdunensem archiepiscopum misit Hincmarus, ex qua hæc inter cetera recitantur in libello sub nomine Lugdunensis ecclesiæ ab Ebbono Gratianopolitano amittente edito de tribus epistolis Hincmari Pardulli atque Rabami. (\*)

Quapropter, inquit, ad episcoporum eum præsentiam qui tunc regio mandato pro negotiis regis apud Carisiacum accersiti erant, in præsentiam etiam domni VVenilonis, qui illuc convenerat, producere studui. Ubi multis audientibus nihil dignum ratione vel dixit, vel interrogatus respondit. Sed ut arreptitius, cum quod rationabiliter responderet, non haberet, in contumelias singulorum prorupit: & propter impudentissimam insolentiam suam per regulam sancti Benedicti a monachorum abbatibus vel ceteris monachis dignus flagello adjudicatus. Et quia contra canonicam institutionem civilia & ecclesiastica negotia perturbare studuit indefessus, & se noluit recognoscere vel aliquo modo humiliare profusus, est ab episcopis secundum ecclesiastica jura damnatus.

Quæ in immensum auxit Ebbo Gratianopolitanus seu quis alius Lugdunensis declamator, quæ quisvis per otium legere poterit, aut ab Hincmaro ipso validissime refutata citato sapienter operta de prædestinatione, aut ab ipso Celonio nostro ridiculis Porturegicis differentiis divinationes omnium eruditorum ludibriis ingeniosissime exponente libri 1. Historiæ Gothefcalci cap. 16. 14. & 17. quæ nos breviter studio non secus atque epistolam XVII. Hincmari ad Nicolaum papam, de qua Floardus cap. 14. libri 111. pluribus agit, aliisque ejusdemmodi præmittimus, ut ipsa auctoris annalium Bertinianorum verba lecturibus appendamus ab aliis non integre descripta.

Anno Christi DCCCXLIX. Gothefcaleus Gallus quidam monasterii Orbacensis paræciæ Suetlonicæ monachus & presbyter, scientia tumidus, quibusdam superstitionibus deditus, Italiam specie religionis aggressus, inde turpiter ejectus, Dalmatiam, Pannoniam, Norejamque adorfus quædam nostræ salutis valde contraria, præcipue sub nomine prædestinationis, pestiferis dictis & scriptis adstruens, in præsentia Hludovici Germanorum regis episcopali concilio detectus atque convictus, tandem ad diocæseos suæ urbem metropolim Rhenorum Durocortorum nomine, cui Hincmarus vir venerabilis præfides, redire compellitur, quatenus illic dignum suæ perfidiæ. Strenuissimus cultor Carolus advocato sanctorum memoratæ diocæseos episcoporum conventu suis aspectibus præsentari decrevit.

Quo perductus, publice flagellatus, librosque suarum adsertionum igni cremare compulsus est.

Neque vero, quanquam ad Gothefcaleum non pertineant, alienum erit a nostro instituto quæ paulo post in eisdem annalibus sequuntur adscribere de episcopis in Carnotensibus cum Carolo rege congregatis.

Menſe Junio ( Carolus Pippini filius alteriusque Pippini frater, qui post Rabanum postea Moguntinensis fuit antistes ) apud urbem Carnotum Carolo rege conventum habente post missarum Carolo rege conventum habente post missarum sollempnia ambonem ecclesiæ conscendens innotuit omnibus voce propria se ob divinæ servitutis amorem clericum nullo cogente velle fieri. Ibi ab episcopis, qui præsentibus aderant, benedictus & ad clericum totus est.

CON.

(\*) Hanc Synodum eandem esse constare cum Carisiana II. valde probabile est. Verum cum bis a Labbeo repræsentetur, malui hic & in sequentibus utramque retinere. Mans.

ANNO  
CHRISTI  
849.

## CONCILIUM PARISIENSE,

ANNO  
CHRISTI  
849.

## QUOD HACTENUS DICTUM EST

A Baronio, Bino, Sirmondo, aliisque Turonense IV. adversus Nomenojum Britannicæ gentis ducem, ab episcopis quatuor provinciarum celebratum anno Christi DCCCXLIX. Leonis IV. papæ, anno III. Caroli Calvi regis X.

SYNODICA CONCILII AD NOMENOJUM DUCEM.

Illum episcopi de multis excessibus, & rejectis papæ litteris arguunt, monentque ut resipiscat.

Ex P. Siro  
mondo.

*Lodranus Turonum metropolitanus episcopus, Dodo Andegavorum, Aldricus Cenomanorum, Voinilo Senonum metropolitanus episcopus, Heribodus Antifodori episcopus, Prudentius Tricastinorum, Agius Aurelianorum, Ercanradus Parisiorum, Hubertus Meldorum, Helias Carnutum, Herimannus Nivernorum, Hincmarus Rheborum metropolitanus, Immo Noviomagi, Pardulus Landuni, Robertus Suelthonum, Hilmeradus Ambianorum, Erpomis Silvanensium, Hermenfridus Bellocacorum, Paulus Rothomagi metropolitanus episcopus, Saxobodus Satorum episcopus, Freculfus Lexoviorum, Vualtfridas Bajocensium, Nomenojo prioris gentis Britannicæ salutem, qua est in Christo Jesu Domino nostro.*

**D**ominus quidem Deus occulto, justo tamen judicio permisit esse te rectorem gentis tuæ. In quo tamen regimine qualem te exhibueris, testis est conscientia tua, & amaræ querimonie diversarum ecclesiarum, & afflictiones nobilium & ignobilium, divitum & pauperum, viduarum & orphanorum, quos damnable cupiditate, & horribili crudelitate vexasti. Sed quia Christianum nomen non penitus abiecasti, & nos ex apostolica successione debitores sumus omnibus, ut bene agentes ad perseverantiam exhortemur, delinquentes autem ad penitentiam auctoritate divina provocemus, vehementissime tuis excessibus condolemus, & a tuo intuitu paterna & episcopali sollicitudine te cupimus revocare. Cupiditate tua vastata est terra Christianorum, templa partim destructa, partim incensa cum sanctorum ossibus, ceterisque reliquiis. Possessiones ecclesiarum, quæ fuerunt vota fidelium, redemptio animarum, patrimonium pauperum, illuc in tuos usus redacta; hæreditates nobilium abiatæ, & maxima multitudo hominum & interfecit, & servitute oppræssa; rapinæ crudelissimæ perpetratæ, adulteria & corruptiones virginum passim commissæ; episcopi legitimi sedibus propriis expulsi, & ut mitius loquamur, quia dicere nolumus fures & latrones, mercenarii introducti. Patroni nostri beati Martini quondam dicetis, ex qua vos esse negare non potestis, violata; omnes postremo ecclesiastici ordines perturbati, quod nimis dolendo & compatiendo dicimus. Satis hæc ad tuam perditionem sufficiebant: sed ad cumulum malorum auxisti temeritatem, & omnem læsisti Christianitatem, dum vicarium beati Petri apostolicum, cui dedit Deus primatum in omni orbe terrarum, sprevisi. Cum enim eum postulasses ut in libro suo te scriberet, & pro te Dei clementiam exoraret, & ille directis litteris te id facturum promisisset, si se momentem obedienter audires, non solum nihil eorum quæ mandaverat fecisti, sed ne litteras quidem ipsas recepisti. Et quia volebas a malo desistere, timuisti bene monentem audire. In eo igitur læsisti apostolos, quorum est princeps Petrus:

**L**æsisti episcopos, qui jam cum Deo regnant in cælis, & miraculis cornescant in terris: læsisti & nos, qui, etsi non habemus eorum meritum, idem tamen divina gratia possidemus officium. Nuper etiam excipiens Lanibertum, quem ecclesia materna pietate ex aliqua parte receperat, ea scilicet conditione, ut se corrigeret, & mala solita perfecte declinaret, fecisti te participem, immo auctorem perturbationis populi Christiani. Eum enim amator pacis Dominus noster rex etiam ad tuam suasionem, removerat a sinibus tuis, & aliis honoribus decoraverat, & nunc eum rebellare conantem velut in gremium recepisti, & ut in malo proficiat favere non desinis. Jube afferri libros tuos, & in eis comminantem Dominum audies: *Impio præbes auxilium, & his qui oderunt Dominum amicitia jungeris: & non solum qui faciunt, sed etiam qui consentiunt facientibus dignos esse morte invenies. Nec ignoras, quod certi fines ab exordio dominationis Francorum fuerint, quos ipsi vindicaverunt sibi, & certi quos petentibus concesserunt Britannis. Quomodo ergo despicias legem Dei, quæ præcepit, ne transgrediaris terminos quos posuerunt patres tui, & terram Francorum injuste tibi defendere conaris, nec formidas illud: *Maledictus qui transgressus fuerit terminos proximi sui? O quid facturus es in die magno judicii, cum tibi reddenda erit ratio de tuis annis, mensibus, horis, momentis? Et hoc erit celeriter. Verum est enim, quod juvenis possit cito mori, sed senex diu non possit vivere. Ante te prolixum sæculum, post te quoque Deo certum est quantum durabit. Pro hac vita brevissima noli tibi sempiternam miseriam comparare. Nisi deponas perversionem alienorum, oppressiones omnium, societates perditorum, & recipias admonitionem sedis apostolicæ, nostræque unanimatis, non tibi prodesset fides, nec quæcumque pietas, aut bona opera. Quod salvator dicit: *Non omnis qui dicit mihi, Domine, Domine, intrabit in regnum celorum. Cogita quid mereatur qui scandalizaverit unum de pusillis, & ita poteris colligere quam ingentem sis perlaturus, nisi resipueris, damnationem, qui partem maximam populi Christiani gravissime perturbasti. Quam Dobrem monemus te, obsecramus, obtestamurque, tuæ salutis cupidi, pone finem malis tuis, convertere ad Dominum, cujus nemo nostrum potest effugere judicium. Fac fructus dignos penitentis, hoc est, quia granditer deliquisti, granditer bona exerce: ut non solum non torquearis cum diabolo & reprobis in inferno, verum etiam gaudeas cum Deo & electis ejus in cælo. Id tibi quoque pollicemur, quia si te Deo restitueris, apud eum intercessores pro peccatis tuis esse cupimus, & apud pium principem nostrum, ut tibi tuæque posteritati benigne consulat, conabimur obtinere. Maximum reatum te contraxisse scimus, quod epistolam sedis apostolicæ respicisti, exillimans aliqua in ea tibi noxia contineri. Sed quod Exemplar ejus venerabilis papa nobis dignatus est dirigere, notum tibi facimus, nihil in ea contineri, quod ad tuam pertineat læsionem. Et propterea parati sumus, si vis, secundum legatum sedis memoratæ cum scriptis toti mundo veneran-***

dis dirigere. Quod si cum receperis, qui nos mo-  
nimus excusabiles erimus. Sin autem receperis  
& auscultaveris, & Dominum & beatum Petrum  
propitios, & nos habebis in fide conjunctos; &  
intercessores proficuos. Si vero nos benigne mo-  
nentes contempseris, certum tibi sit, nunquam tibi  
futurum locum in celo, & cito non futurum in ter-  
ra: quod tua culpa separatus ab apostolica & nostra  
societate anathematis ultione, locum habebis,  
quod avertat Deus, in Tartaro. Hæc etiam per  
tuum ministerium denuntiamus Lanberti homi-  
nibus, & quibuslibet gentis tue: quod si commu-  
nicaverint, anathemate condemnabuntur, & tra-  
diti satanae sine fine peribunt. Conversos autem  
recipimus, & in pace Christiana permanere opta-  
mus, atque pro eis parati sumus Domini nostri  
regis clementiam quantum possumus delectere.

ecclesiarum secundum canonicam auctoritatem cum  
Dei amore & reverentia distribuendi & ordina-  
di: videlicet canonicis, monachis, sanctimoniali-  
bus, & pauperibus, juxta creditam sibi dispen-  
sationem. Ideoque ego in Dei nomine Heriman-  
nus Nivernenus ecclesiam indignus episcopus, ob  
amorem & reverentiam Dei omnipotentis sancto-  
rumque martyrum Cyrici & Gervasii, presentialiter  
constituo, atque diuturnis temporibus incon-  
vulsam manere decerno, villas scilicet cum man-  
cipiis aliisque rebus, ad eorum stipendia qui in  
sanctis locis Deo servantur, sive servituri sunt:  
Fuit enim olim ipsa civitas cum aliis suis paro-  
chis locis nobiliter & canonicè ordinata: sed præ-  
pediente hostium perturbatione regumque disci-  
sione, res ipsius ecclesie convulsæ & dilaceratæ  
extiterunt, sicut plenius cognitum est; omnique  
ordo religionis funditus annullatus. Sed dominus  
Carolus invidiosissimus augustus, clementia Dei ta-  
ctus, partem ex rebus memoratæ ecclesie reddidit  
Hieronymo episcopo, ad sacra loca restauranda  
vel manenda: quæ loca dum canonicè restau-  
rate vellet, migravit ab hac vita. Postmodum Jo-  
nas episcopus antecessor noster, in quantum po-  
tuit, & tempus distavit, in ipsa ecclesia laborare  
non distulit. Nos vero Dei adjutorio fulti, &  
hoc quod illi constituerunt observavimus, & tam  
ex rebus ipsius ecclesie, quam ex nostris pro-  
priis, augmentare juxta nostram exiguitatem non  
distulimus.

NOTA JACOBI SIRMONDI, S. J.

1 Concilium Turonense. 11. Ex synodica episcoporum  
quo ante habita fuerit synodus non apparet, nec quo loco  
Turonense ut appellaretur fuerit, opinor, & argumentum  
ipsam quod ad provinciam Turonicam spectat, & Lantra-  
num Turonum antistes, qui primum obtinet locum. An-  
num vero 849. designat veteres sedes apud Baroni-  
um. Quo et ut postior accipiendus sit Lantrannus. Duo enim  
sunt nomina in antiquis catalogis recensentur archiepiscopi  
Turonenses, atque inter utrumque Ursuarus, qui in con-  
ventu apud Sparnacum nominatus est anno 846.

NOTE SEVERINI BINII.

Causa & oc-  
casio concilii  
quæ fuerit.

2 Concilium. ) Carolus rex Francorum Britanniam mi-  
serunt Nomenojo cuidam duci regendam & administrandam  
commiserat: qui cum humana simul atque divina vastaret,  
episcopus a fide ecclesie pro animi furore expelleret, Leo  
pontifex, ut hominem perditissimum ad meliorem frugem  
reduceret, litteras ad eum scripsit exhortatorias quas cum  
tyrannus superbitissimus non modo contempserit, verum et-  
iam oblatas repudiasset, Francorum episcopi viginti duo  
supra in promissis epistola nominatis, sedis apostolicæ pro-  
pugnatores, auctore Lantranno ad hæc synodum conve-  
nerunt, hæcque epistolam, qua eum ob contumaciam sedis  
apostolicæ redarguerunt, penamque excommunicationis in-  
figentiam nisi resipiscat comminati sunt, ad tyrannum trans-  
missam: quo eventu, non constat, nisi quod in chronico  
Engolismæsi Deo vindice morte repentina sublatus scribitur,  
his verbis: Anno octingentesimo quinquagesimo, subre-  
xit Domino, Nomenojo ab angelo percussus interit. Hanc  
epistolam synodalem Frontoni Ducæ Societatis Jesu theologo  
acceptam refert Baron. anno 849. num. 14.

OBSERVATIO PHILIPPI LABBE, S. J.

Andreas Duchelinius cum ceteris historicis, qui de rebus  
veterum Francorum scripserunt, edidit anno 1636. tom. II.  
excerpta quædam ex chronico Fontanellensi: ex quibus di-  
scimus locum dom. 849. Parisiis fuisse celebratam illam  
synodum, quam Baroni- & Bialius, Sirmondus, regius col-  
lector, alique Turonensem vocaverunt. Nos vero Parisi-  
ensem, ut solet, a loco delocopi indigitabimus. Auctor  
illius hæcenus innominati verba, si quis desideret, non  
gravate adorabimus. Inde Dominus rex Carolus ad Britan-  
niam statim mense Decembri venit: Episcopi in Parisi-  
is synodum generalem tenuerunt. Antiquale tempus imbro-  
bus inundatissimum fuit. III. Nonis Januariæ fulgura &  
æc. In mense Februario (anno Romano mox 850.) Domi-  
nus rex Carolus de Aquitania regressus est. Ex his vero a-  
nonymi monachi verbis, non sub autumnale potius, quam  
æstivum, aut hibernum tempus celebratam fuisse hæc sy-  
nodum quisquam prudens chronologus elicere poterit.

ADDITIO AD CONCILIUM  
PARIENSE ANNI DCCCXLIX.

I.

HERIMANNI EPISCOPI

Nivernenus donationes factæ ecclesie Nivernenis,  
& canonicis ac sanctimonialibus quos instituebant.

In Cons.  
Gallia suppl.  
mentis ubi edi-  
ta est ab alio  
ecclesia Ni-  
vernenis.  
Libb. Ap-  
pæd. 10. 1111.

Auctoritas Divina testatur, ut episcopi per di-  
versâ loca constituti licentiam habeant res

C Primum ergo intra civitatem constituimus ca-  
nonicos LX. eorumque stipendiis has perpetuali-  
ter habendas delegavimus villas, Patriaciacum,  
Germiniacum, Salviniacum, Pirigium, Varinia-  
cum, cum omnibus eorum appendiciis. Proprium  
ideo nostrum, id est Patriaciacum cum ecclesia &  
ædificiis, omnibusque suis adjacentiis, totum &  
ad integrum eis dedimus, sicut in charta donati-  
onis, quam eis fecimus, continetur: & in proprio  
quoque nostro, in pago Nivernenis & in agro  
Morimise, dedimus eis ecclesiam in honore sancti  
Salvatoris, in loco qui dicitur Montilias cum  
omnibus suis appendiciis: in loco qui vocatur  
Liones, ecclesiam in honore sancti Cyrici cum  
adjacentiis suis: in hoc loco qui vocatur Calidus  
D fons, quiddam ibi habuimus, & villam Coloriam  
cum ecclesia sancti Martini, nec non & ea quæ  
Hildradus comes ipsis canonicis in villa Arcus  
dedit: & ex propriis Hermodi abbatis avunculi  
mei dedimus ei mansos vi. in pago Nivernenis  
& Analimise. Dedimus etiam juxta murum civi-  
tatis mansum cum vinea, quem de Bernone com-  
paravimus, necnon & vineas infra extraque civi-  
tatem, quæ sunt de ratione sancti Cyrici: insu-  
per quæcumque Divina pietas eidem ecclesie con-  
terre voluerit in futurum, tam per nos, quam  
per alios quosque.

Præterea in monasterio S. Martini constituimus  
canonicos xvi. eorumque stipendiis dedimus vil-  
lam seu campum cum integritate sui: & in villa  
Arcado mansos iv. in Orbudo in villis Bodeaigo  
quiddam prædictæ ecclesie Ragenfredus quondam  
vocatus episcopus dedit, & medietatem vineæ quæ  
adhæret eidem ecclesie: in pago Patrinenis de-  
dimus eis mansos v. ex proprio nostro cum man-  
cipiis rebusque ad se pertinentibus causa sepultu-  
ræ nostræ.

In monasterio sancti Aniani constituimus mo-  
nachos, & in monasterio sancti Genesii sanctimo-  
niales, & res ad eandem cellas pertinentes cum  
integritate reddimus, confirmamus. Volumus ut  
habeant licentiam una cum consensu & volunta-  
te sui pontificis, ex seipsis eligendi abbatem, vel  
abbatissam, si tamen tales inibi repertæ fuerint:  
fin

927  
 ANNO  
 CHRISTI  
 849.

tu alias, episcopus secundum suam dispensationem, undecumque dignum duxerit, ordinet eis abbatem vel abbatissam. Cetera sancta loca, vel cellas, quantum Divina clementia largiri dignata est, & possibilitas suppetit, restaurare curavimus. Si autem successores nostri eisdem locis aliquid augmentare voluerint, in eorum maneat arbitrio. Verumtamen ea quae a nobis, & a sanctis patribus nostris canonice ordinata, inviolabiliter ita permanere concedant: simulque per Dominum & propter Dominum omnes successores nostros obtestamur, ut nullum de locis supranominatis, cuiquam laico homini, beneficiario jure tribuant, sed liceat eis sub praesatis testamentis habere. Hospitium denique loca non longe a nostra civitate duo constituimus, unum ad pauperes recipiendos, alterum ad nobiles viros undique confluentes, tam ex nostro proprio, quam ex rebus & bonis & decimis ejusdem ecclesiae. Si quando vero, quod minime futurum credimus, aliquis extiterit tergiversator, & haec quae a nobis canonice acta sunt, convellere ac destruere voluerit: in adventu Domini anathematis sententia puniatur, si non resipuerit: Et ut haec auctoritas Dei & nostra plenior in nomine obtineat firmitatem, manu propria eam subter firmavimus, & sanctorum patrum nostrorum manibus roborandam esse decrevimus. Et subscipiant.

*Repetenda sunt eorum nomina ex synodica concilio Parisiensi, pag. 923. 924.*

II.

KAROLI CALVI CONFIRMATIO  
praecedentis donationis, facta anno DCCCL.

**I**N nomine sanctae & individuae Trinitatis, Karolus Dei gratia rex. Si sacerdotum Dei petitionibus, maxime in ecclesiasticis utilitatibus, benignum sensum praebuimus, regiam consuetudinem exerceamus: ac per hoc nos aeternam beatitudinem adepturos procul dubio confidimus. Itaque notum sit omnibus sanctae Dei ecclesiae fidelibus, & nostris praesentibus & futuris, quia venerabilis vir Herimannus Nivernensis ecclesiae episcopus, culminis nostri adiens sublimitatem, innotuit qualiter ministerii sui opus exercens, pastoralis officio provident utilitatibus ecclesiae sibi commissae, & quomodo de facultatibus ejusdem ecclesiae deputaverit quasdam villas usibus & sti-

pendiis Domino servientium canonicorum suorum, tam infra civitatem consistentium, quam etiam in aliis monasteriis suae sedi appendentibus sive subiectis dependentium. Quatenus sine mordacis inopia sollicitudine ecclesiam canonicam & regularem institutionem interius & exterius, victu tegumentoque contenti, Domino valeant militare. Unde etiam testamentum scriptum faciens, propriaque manu roborans, sanctorum patrum, episcoporum scilicet regni nostri, pro utilitate sanctae Dei ecclesiae, 849. anno Incarnationis Domini nostri Jesu Christi, & regni nostri x. in die Novarum Novembris Parisius conveniantium, auctoritate studuit confirmari. Itaque humiliter petuit, ut eandem impraevaricabilem auctoritatem praecellentiae nostrae praeepto regaliter corroboraremus, videlicet, ut devotionis & sacrae voluntatis participes, de excessibus nostris Divinae pietatis munere facilius indulgentiam consequi mereamur. Ejus iniquam petitionem clementer audisse & libentissime exaudisse cunctis notitiam esse volumus. Quare altitudinis nostrae scriptum hoc fieri iussimus, per quod constituimus & firmamus, ut, sicut in memoratio a sanctis patribus praesulibus regni nostri confirmato privilegio continetur, quidquid superius nominatus venerandus episcopus Herimannus ex facultatibus & villis episcopatus sui tam clericis sedis suae, quam & aliis per cellas eidem ecclesiae suae subiectas canonicis & monachis & sanctimonialibus deputavit, quidquid praeterea ex rebus suae proprietatis ad augmentum stipendiorum ipsorum addidit, secundum ejus rationabilem constitutionem, nostris & futuris diebus maneat firmum & inconvulsam, nullique liceat praesentibus ac futuris temporibus secus eandem laudabilem institutionem exinde advertere aut immutare. Quatenus tantorum virorum consensus ex futurorum fidelium assensu in omnibus saeculis semper confirmata laudetur. Ut autem haec magnitudinis nostrae confirmatio in Christi nomine meliorem obtineat vigorem, de annulo nostro subius eam iussimus sigillari.

**R**  
 Signum Karoli KOS gloriosissimi regis.

**L**  
 Aeneas Notarius ad vicem Ludovici recognovit.  
 Datum ix. Kalend. Junii, Indiæ. x111. in anno x. regni Karoli gloriosissimi regis Actum in Vermeria palatio nostro regio in Dei nomine feliciter. Amen.

AD CONCILIUM PARISIENSE,

Quod a nonnullis Turonense dicitur,

ADDITIO.

Ex Suppl. Manf. rom. 11. pag. 921.

**A**D concilii hujus decreta pertinere arbitror sanctionem illam, quam ex vetusto, ut opinor, scriptore notavit Albericus monachus Triumfontium his verbis: *Audradus Chorepiscopus Senonensis de mandato Petri, qui ei in visione apparuit, & de licentia archiepiscopi sui Romam profectus est, anno induciarum (inter fratres Ludovici pii filios) quinto, & libros suos obtulit quarto Leoni papa, qui reverenter eos excepit. Inde Senonas reversus, Parisius ad concilium convocatus est, & non solum ipse, sed etiam alii chorepiscopi, qui erant in Francia, in eodem Concilio depositi sunt.*

ANNO  
CHRISTI  
853

## CONCILIUM ROMANUM,

ANNO  
CHRISTI  
853

AD QUOD ANASTASIUS S. R. E.

Presbyter Cardinalis tituli S. Marcelli a Leone P. vocatus est.

**C**oncilium Romanum a Leone IV. ob Anastasium presbyterum Cardinalem tit. S. Marcelli coactum circa an. Ch. 849. eruitur ex actis depositionis, & excommunicationis ejusdem inter acta Concilii Romani an. 853. ubi in actis primæ excommunicationis latæ an. 850. die 16. Decembris legitur: *Qui nunc illic (legendum fortasse illum nempe Anastasium) latitando in ipsa emigratione per biennium moratus est: & ad duo vocatus Concilia nostra minime venit &c.* Igitur hoc Concilium celebratum est inter spatium 16. Decembris anni 848. & 16. Decembris 850. quo biennium illud expletur. Hoc idem habent acta secundæ excommunicationis in eundem latæ anno 853. mense Maio, & Junio Indiæ. 1. *At ubi redire distulit (nempe Anastasius) duo pro eo episcoporum Concilia congregavimus, &c.* Et in Actis ejus depositionis eodem anno 853. m. Decembris latæ: *ad congregata duo pro eo episcoporum Concilia venire noluit; & in utrisque secundæ excommunicationis, & depositionis actis dicitur: Jam per quinquennium tempus per alienas Parochias velut ovis errans discurrere;* E quibus patet ab an. 848. eum incepisse suam Patriciam deserere, & ad alienas transigrare, & pro eo congregata duo Concilia, ad quæ vocatus non advenit; alterum quidem circa an. 848. de quo nunc; alterum vero anno 850. de quo mox dicemus.



## SYNODUS REGIATICINA,

ANNO  
CHRISTI  
853

SEU POTIUS IN URBE REGIA

ANNO  
CHRISTI  
853

Ticino facta, ad reformandos mores ecclesiæ celebrata anno dcccl.

## P R Æ F A T I O.

Ex Concilio  
Leone An-  
tonio  
Hæc difficul-  
tatem ha-  
beret, ut ve-  
deretur in no-  
tis  
regia Ti-  
cino

**A**nno incarnationis dominicæ dcccl. indictione xiv. & Hlotharii atque Hludovici piissimorum Augustorum xxx. atque primo in urbe Regiaticina facta synodus, cui præfuerunt Angilbertus Mediolanensis archiepiscopus, Theodemanus Aquilejensis patriarcha, & Joseph venerabilis episcopus atque archicapellanus totius ecclesiæ, in qua hæc constituta sunt

## CAPITULA.

## I.

Decrevit sancta synodus domesticam & interiorem episcopi conversationem totius reprehensionis atque suspicionis impenetrabilem fieri debere, ut, juxta apostolum, *provideamus bona, non solum coram Deo, sed etiam coram omnibus hominibus.* Oportet igitur ut cubiculo episcopi, & secretariis quibuslibet obsequiis, sinceræ opinionis sacerdotibus & clericis assistant, qui vigilantem, orantem, sacra eloquia scrutantem, episcopum suum jugiter attendant, ejusque sanctæ conversationis testes, imitatores, & ad Dei gloriam prædicatores existant.

Rom. 12.

## II.

Statuimus, ut non tantum dominicis diebus, & præcipuis festivitibus episcopi missas celebrent, sed, cum possibile fuerit, quotidiana quoque sacrificia frequentent. nec fastidiant privatim, primum pro se, deinde pro sacerdotibus, pro regibus, & cunctis ecclesiæ Dei rectoribus, proque his qui se orationibus ipsorum peculiariter commiserunt, & maxime pro pauperibus preces fundere, & omnipotenti Deo hostias offerre, comitante pia compunctione, & sacræ devotionis affectu, quod magis occulte sacrificantibus convenit, ut ipse quoque sacerdos hostia viva fiat, & sacrificium Deo spiritu contribulato.

## III.

Placet episcopum moderatis epulis contentum esse, suosque convivas ad comedendum & potandum non urgere, quin potius semper se sobrietatis præbeat exemplum. Removeantur ab ejus convivio cuncta turpitudinis argumenta, non ludicra spectacula, non acromatum vaniloquia, non fatuorum stultiloquia, non scurriles admit-

\*adrozant

1. Basnage in nova editione Antiq. Lectionum Capituli tom. 2. par. 2. pag. 357. docet hoc Concilium habitum non an. 850. sed 855. idque bina ratione. Prior, quia indictio IV. incidit in an. 855. nec potest unquam convenire an. 850. Posterior vero, quod annus tricesimus primus Lotharii conciliatur cum an. 855. ejus imperii epocham statuendo ab an. 823. quo a Pontifice fuit coronatus. At multipliciter errat vir doctus. Primo siquidem Indictio in Concilio exhibitæ non est IV. sed XIV. legit hic Labbeus, vel XIII. ut legit ipsemet Basnagus, neque earum utraq. potest an. Ch. 855. esse. Secundo annus 31. Lotharii, eos enumerando ab an. 823. quo die 5. Aprilis a Pontifice coronatus est, convenire. Tertio annus Lotharii, quem representat Concilium, non est XXXI. sed tricesimus Lotharii, primus vero Ludovici. Habitum igitur revera est hoc Concilium anno Ch. 850. quocum convenit reliquæ Concilio Epochæ, is siquidem annus erat tricesimus Lotharii deductus ab an. 820. quo Rex Italiae dictus fuerit. Cum vero Lotharius ante Kalend. Septembr. an. 820. Rex Italiae dictus fuerit, manifestum est loco *Indictio XIV.* reponendam hic esse *Indictio XIII.* prout legit Basnagus in citata supra Capituli editione, adeoque hæc Ticinensis synodus vel hyemalis, vel potius verna tempore congregata fuisse.

931  
admittantur præstigiæ. Adiat peregrini & pauperes, & debiles, qui de sacerdotali mensa Christum benedicentes benedictionem percipiant. Recitetur sacra lectio: sublequatur vivæ vocis exhortatio, ut non tantum corporali cibo, immo verbi spiritualis alimento, convivantes se refectos gratulentur, ut in omnibus honorificetur Deus, per Jesum Christum Dominum nostrum.

IV.

Ut episcopus omnes afflictiones, quæ a sancta conversatione, & sacerdotali abhorrent officio, penitus repudiet: & non canibus, aut accipitribus, vel capis, quod vulgus Falcones vocat, per seipsum venationes exerceat, equorum quoque mulotumque superfluum curam contemnat, pretiosarumque vestium cultum & dissolutum, ac velut ad pompam compositum vitæ, incensum sit sacerdotis eloquium, spiritali sale conditum, non curiosis & protervis & cothurnosis vocibus tumidum. Sit sermo episcopi juxta evangelium: *Et, ut non, non*. Si quid enixius affirmandum duræ fortitan audientium mentes exigunt, more potius apostolico interponat iuxta locutionem, *Deus sit* aut, *Coram Deo*, quam per imperatoris gratiam, sicut militantibus sæculo jurare celebre est, sua diæta confirmet. Purgetur sane, Domino suspirante, ab omni levitate atque jactantia dignitas episcopalis, ut omnibus Christianis bonæ conversationis speculum fieri valeat.

V.

Ut episcopi canonicas scripturas, & sancta dogmata jugi meditatione discutiant, & presbyteris ac clericis suis subtilius tractando, & differendo occultos sacrarum litterarum thesauros aperiant, populis vero iuxta ipsorum capacitatem dominicis & festis diebus verbum prædicationis impendere non negligant. Quod si quis se demiceps ab hac observatione, & ab his quæ superius sunt statuta, subtraxerit, tamquam proprii delictor officii divinis legibus tabeabit.

VI.

Solicite procurent episcopi quam diligentiam erga plebem sibi commissam unumquisque presbyterorum gerat. Oportet enim ut plebium archipresbyteri per singulos unumquemque patremfamilias conveniant, quatenus tam ipsi, quam omnes in eorum domibus commorantes, qui publice crimina perpetrarunt, publice pœniteant. Qui vero occulte deliquerunt, illis conteantur quos episcopi & plebium archipresbyteri idoneos ad secretiora vulnera mentium medicos elegerint: qui si fortitan in aliquo dubitaverint, episcoporum suorum non distudent implorare sententiam. Si vero episcopi hætaverint, non perneceat consilere vicinos episcopos, &

ambiguam rem alterius, aut certe duorum vel trium fratrum examinare \* concessu. Quod si adeo aliqua obcuritate vel novitate perplexa res fuerit, si quidem distamatum certæ personæ scelus est, metropolitani & provincialis synodi palam sententia requiratur, ut illud impleatur apostoli: *Peccantes publice argue, ut & ceteri metropolitani habeant*. Si autem occulta confusio est, & is a quo quæritur salutis consilium explicare non sufficit, potest suppresso facinorosi nomine qualitas quantitasque peccati discuti, & congruus correctioni modus inveniri. Similiter autem & singulis urbium vicinis & suburbanis, per municipalem archipresbyterum, & reliquos ex presbyteris strenuos ministros procuret episcopus habita penitus in rebus dubiis observatione, quæ superius præta est.

VII.

Oportet etiam per oppida singula, variasque curam gerere presbyteros, qualiter pœnitentes impositam sibi abstinentiæ formam custodiant, & utrum eleemosynarum largitione, vel aliis remissionem peccatorum promerentibus piis operibus inserviant, & qua cordis contritione vel lamentatione seipsum afficiant; ut hac consideratione pœnitentis, tempus rationalem possit accipere terminum, & vel extendatur, si pœnitens negligenter injuncta profectus est; vel brevietur, si desideranter veniæ placationis studuit promereri. Reconciliatio vero pœnitentium, juxta antiquorum canonum instituta, non presbyteris, sed ab episcopis fieri debet: nisi forte quis in periculo fuerit constitutus, & se reconciliari devote petierit. Si episcopus absens fuerit, debet utique presbyter consulere, & sic pœnitentem ejus præcepto reconciliare. Aliter autem sicut nec christiatis consecratio, vel puellarum consecratio, ita nec pœnitentium reconciliatio ullatenus a presbyteris fieri debuit: quia solis episcopis apostolorum vicem tenentibus per manus impositionem specialiter in ecclesia conceditur, quod tunc apostolis ad ipsos Domino dicente concessum est: *Accipite Spiritum sanctum, quorum remisistis peccata, remittuntur eis, & quorum retinueritis, retenta sunt*.

VIII.

Illud quoque salutare sacramentum, quod commendat Jacobus apostolus dicens: *Infirmatus quis in vobis? inducat presbyteros, & orans super eum, ungentes eum oleo in nomine Domini, & oratio fidei salvabit infirmum, & suscitabit illum Dominus: & si in peccatis fuerit, remittetur ei*, solerti prædicationi populis innotescendum est, magnum sane ac valde appetendum mysterium, per quod si fideliter poscitur, & remittuntur, & consequenter corporalis salus restituitur. Sed quia frequenter contingit ut ægrotus

ANNO CHRISTI 1600

ANNO CHRISTI 1600

1600

1600

1600

1600



933

ANNO  
CHRISTI  
1790

aliquis aut sacramenti vim nesciat, aut minus periculosam reputans infirmitatem, salutem suam operari dissimulet, aut certe morbi violentia obliviscatur, debet eum loci presbyter congruenter admonere, quatenus ad hanc spiritalem curam, secundum propriam possibilitatis vires, vicinos quoque presbyteros invitet. Hoc tamen sciendum, quia si is qui infirmatur publice pœnitentiæ mancipatus est, non potest hujus mysterii consequi medicinam, nisi prius reconciliatione percepta communionem corporis & sanguinis Christi meruerit. Cui enim reliqua sacramenta interdicta sunt, hoc uno nulla ratione uti conceditur. Si autem infirmi qualitas talis est, ut per seipsum visitandum & unguendum dignum existimet episcopus, ab ipso quam plurimum competenter fieri valet, in quo ipsum christma conficitur, & cui peccata remittendi officio privilegii potestas concessa est.

IX.

Ex diversis partibus perventum est ad sacram synodum, quod quidam parentum filias suas, cum ad nubilem pervenerint ætatem, easque pro suo modulo satis convenienter nuptum tradere possint, diutius quam necesse est secum detineant; unde sæpe contingit, ut in ipsa paterna domo corrumpantur. Fertur & de quibus, quod dictu quoque nefas est, ipsos parentes filiarum suarum corruptoribus \* conhibentiam præbere, & natarum suarum lenones exillere: monendi igitur a presbyteris sunt patres familias, ut filiabus suis tempestive nuptias provideant, & calorem tertentis ætatis conjugali lege præveniant, primum scientes quia tales, etsi post corruptelam legitimis viris copulatae fuerint, non possunt tamen cum sponso pariter benedictionis \* sacerdote munus percipere. Deinde si in eorum domibus tale nefas \* est, acciderit: si quidem illis nescientibus, pro sola negligentia culpa pœnitentiæ subijciendi sunt. Si vero \* corruptionis turpitudinem ipsi consenserint, maior his, qui prohibere debuerant, pœnitentiæ sarcina, quam ipsis qui perpetrarunt, imponenda est. Ad ultimum vero hoc novenerint, ecclesiasticis \* sanctibus esse præfixum, ut nullus \* plus pœnitens, usque ad tempus \* per pœnitentiæ conjugium contrahere valeat, & hac ratione corruptam filiam non posse conjugio copulari, quousque per publicam pœnitentiam, & ipsa & parentes, si forte consentisse probati fuerint, reconciliationem & sacri altaris communionem obtinere meruerint.

De raptoribus vero, antiquorum patrum statuta sequentes, hoc tenendum censemus, ut si eas rapuerint, quæ cum sponso pariter benedictione sacerdotali initiatae sunt, licet eisdem corruerint, abstrahantur tamen ab his, & propriis sponso reddantur: quæ vero vel viduæ, vel adhuc (\*) sponsæ non fuerunt, & absque ipsarum & parentum voluntate rapiuntur, nihilo minus parentibus vel propinquis restituantur, & aliis, si voluerint, nubant: nam ipsis a quibus raptæ sunt legitimæ demum uxores nullatenus esse possunt, ipsos autem raptores, eisque auxilium præbentes, quamquam anathematizandos antiqui canones præcipiant, in ultimo tamen constitutis, si devote postulaverint, sacrae communionis viaticum pro misericordia dandum non negamus. Quod si aliquis de ordine clericali hujusmodi (b) transgressoribus cooperatores extiterit, proprii gradus honore carebit.

XI.

Inveniuntur nonnulli per diversas provincias & civitates habentes possessiones, qui cum aliquod publice scelus perpetraverint, & ab episcopo vel presbyteris loci conventi fuerint, ut pœnitentiam gerant, ab alterius civitatis episcopo vel presbytero se jam pœnitentiam suscepisse vel suscipere velle fateantur, atque ita sibi met illudentes Deo mentiri conantur. Tales ergo ab episcopo civitatis, in cujus parochia scelus commissum est, statim communionem privati ad agendam pœnitentiam cogantur. Scribet autem qui eum communionem privaverit aliis quoque episcopis in quarum parochiarum territorii hujusmodi prædia possidet, ut & ipsi non scientes a sua illum communionem removeant; ne forte postmodum per ignorantiam sibi subreptum quærantur. Manifesta etenim & ecclesiastica sanctio continet, ut qui ab uno episcopo excommunicatus est, ab aliis ei non debeat episcopis communicari.

XII.

Hoc autem omnibus Christianis intimum est, quia hi qui sacri altaris communionem privati, & pro suis sceleribus \* revendis aditibus exclusi publicæ pœnitentiæ subjugati sunt, nullo militiæ secularis uti concilio, nullamque reipublicæ debent administrare dignitatem, quia nec popularibus gentibus eos misceri oportet, nec vacare salutationibus, nec quorumlibet causas judicare, cum sint ipsi divino addicti iudicio. Domesticas autem necessitates curare non prohibentur, nisi forte propter scelerum, ut sæpe fit, enormitatem conscientia stimulis exagitati, & in

Dantur variantes ex Muratori Tom. I. pag. 159.  
(a) sponsæ.  
(b) transgressoribus.

Concil. General. Tom. XIV.

935  
 ANNO CHRISTI 810.  
 in se percussis, ipsius privatæ rei administracionem implere nequiverint. Qui vero administracionem episcopi seu sacerdotum perpetrato palam scelere pœnitentiæ remedium suscipere noluerint, magis abjiciendi sunt, anathematizandi scilicet, tamquam putrida ac desperata membra ab universalis ecclesiæ corpore dissecandi, cujusmodi jam inter Christianos nulla legum, nulla morum, nulla collegii participatio est, quibus neque in ipso exitu communicatur, & quorum neque post mortem saltem inter defunctos fideles commemoratio fit: sed si ad hoc irrevocabile judicium obdurati cordis contemptus trahit, non sine magna tamen examinatione veniendum est, & omnia sacerdoti prius experienda, nec absque metropolitani cogitatione, & provincialium episcoporum communi judicio quemlibet anathematizandum esse permittimus.

XIII.

Propter assiduum erga populum Dei curam singulis plebibus archipresbyteros præesse volumus: qui non solum imperiti vulgi sollicitudinem gerant, verum etiam eorum presbyterorum, qui per minores titulos habitant, vitam jugi circumspeditione custodiant, & qua unusquisque industria divinum opus exerceat, episcopo suo renuntiet: nec obtendat episcopus non egere plebem archipresbytero, quod ipse eam per se gubernare valeat: quia etsi valde idoneus est, decet tamen ut partiat onera sua: & sicut ipse matriçi præest, ita archipresbyteri præsent plebeis, ut in nullo titubet ecclesiastica sollicitudo: cuncta tamen ad episcopum referant, nec aliquid contra ejus decretum ordinare præsumant.

XIV.

Quia non tantum a sæcularibus personis, immo & ab ipsis præsulibus, quod minime decuit, tam virorum quam feminarum monasteria destructa inveniuntur, placuit sanctæ synodo, ut ab episcopis primum eorum status recuperationis sumat exordium, & omnia monasteria, quæ ab episcoporum sunt potestate, protinus restituantur: & \* quinque episcoporum ad venturam sequentis anni, Domino propitio, synodum monasteria, quæ sub sua potestate neglecta fuerant, aliqua ex parte recuperasse repertus non fuerit, excommunicetur.

XV.

ANNO CHRISTI 810.  
 Similiter & de \* sinodochiis statuimus, ut quæque in episcoporum sunt potestate, secundum dispositionem eorum \* quia instituerunt, gubernentur. Quæ autem sub defensione quidem sunt ecclesiæ, sed juxta \* institutum decreta per hæredes vel pertinentes, qui religiosam vitam duxerunt, regi debent, procuret episcopus, ut

ab eis non negligantur: & si in aliquo malæ tractationis obnoxii reperiuntur, ecclesiasticæ subjaceant disciplinæ. Quod si hæredes, sive clerici sive sæculares, adeo importune contra majorum suorum decreta ire tentaverint, ut testatoris institutionem suppressere vel obscurare nitantur, & inter se \* sinodochii substantiam dividere, nuntietur sacratissimo imperatori, ut ejus auctoritate hujusmodi transgressorum nequitia coerceatur.

XVI.

Suggerendum est beatissimis imperatoribus, quia hi qui monasteria & sinodochia sub defensione sacri palatii posuerunt, ideo fecisse probantur, quod a nullo melius quam a summis potestatibus protegenda crediderint: & si ea contra decreta institutorum personis quibus non licet dederint, ipsi impugnatores efficiuntur, qui propugnare debuerunt, & cavendum summo opere principibus, ut quia minime nunc judicantur, ne in futuro judicio ab omnipotenti Deo gravius judicentur, secundum Apostolum: *Et enim horrendum est incidere in manus Dei viventis.* Nos vero qui debitores sumus ut fideliter annuntiemus, idcirco humiliter suggerimus quod silere non audemus.

XVII.

Omnes Christianos scire oportet, quia omnium rerum suarum decimationem Deo fideliter reddere debent: & secundum episcoporum dispositionem, sacerdotum, & reliquorum clericorum usibus, ceterisque ecclesiasticis utilitatibus distribuendæ sunt. Qui vero eas suo arbitrio, & non secundum dispositionem dispensare conatur, duplicem reatum incurrit; unum quia dominicam substantiam imple subtrahit, alterum quia rem sacræ sacrilega temeritate violare præsumit. Quisquis igitur post admonitionem episcopi & sacerdotum decimas dare contempserit, \* pro suo arbitrio quibus dandæ non sunt dare præsumpserit, tamquam divinarum sanctionum contemptor & temerator sacerdotali est vigore plectendus, & sacræ communionis participatione removendus.

XVIII.

Nulla ratione clerici aut sacerdotes habendi sunt, qui sub nullius episcopi disciplina & providentia gubernantur. Talos enim Acephalos, id est, sine capite, præca ecclesiæ consuetudo nuncupavit. Docendi sunt igitur sæculares viri, ut si in domibus suis mysteria divina jugiter exerceri debeant, quod valde laudabile est, ab his tamen tractentur qui ab episcopis examinati fuerint, & ab ordinatibus suis commendatiis litteris comitati probantur, cum ad peregrina forte migrare est. Si quid ergo contemptores canonum extraordinarie & illicite ministrantes, & divina

ANNO CHRISTI 810.

\* sinodochii

Etiv. 100.

\* Forte, qui pro. 11.

\* Ux. qui. cumque

\* sinodochiis

\* qui instituerunt.

\* institutum.

tem

la.

937  
 sacramentaliter violantes inveniuntur, A  
 primum ab episcopo uterque amoveatur,  
 & vagans scilicet clericus vel sacerdos, &  
 is qui ejus usurpativo fruitur officio, &  
 si noluerint se ab hac temeritate compe-  
 scere, excommunicentur.

XIX.

Sed & ille excessus omnino inhibendus  
 est, quo quidam sæculares viri presbyte-  
 ros, aut alios clericos conductores, vel  
 procuratores, sive exactores fiscalium rer-  
 um, vel reddituum, aut vectigalium, con-  
 stituunt. Si quis igitur deinceps hujus exor-  
 bitationis reus inventus fuerit, uterque ex-  
 communicetur, tam ipse qui constituit, B  
 quam ille qui indigne paruit.

XX.

Omni ratione caret, & religioni Chris-  
 tianæ noxium & contrarium noscitur, ut  
 Judæi a Christianis vectigalia exigant,  
 aut ullas civiles, aut criminales causas  
 inter Christianos judicandi locum habeant.  
 Quicumque igitur judiciaræ potestatis su-  
 per Christianos aliquam administrationem  
 judicio tractare permiserit, a Christiana  
 communionem pellatur.

XXI.

Quia terribiliter propheticus sermo mi-  
 natur ad usuram dantem, & amplius ac-  
 cipientem, in æternum non esse victurum,  
 & non habitaturum in tabernaculo altissi-  
 mi, nec requieturum in monte sancto Dei,  
 censemus ut quique hoc perpetrasse inve-  
 niuntur, si supersunt, a quibus usuras ex-  
 zegerunt, ipsis restituant, quæ superabun-  
 dantius abstulisse probantur. Si autem de-  
 cesserint, hæredibus eorum saltem mede-  
 tatem refundant, aut eleemosynis redi-  
 mant, quod cupiditate deliquerunt. Dein-  
 ceptus vero qui hæc sectari inventus fuerit,  
 si laicus est, excommunicetur: sacerdos  
 autem vel clericus, si ad episcopi admo-  
 nitionem ab hoc turpi & pestifero nego-  
 tio se non cohibuerit, proprii gradus pe-  
 riculum sustinebit.

XXII.

Comperimus quod ab his qui secundum  
 mundanas leges viduarum & orphanorum  
 tutelam sibi vindicant, non solum (a) nec  
 regantur, verum etiam aliquoties oppri-  
 mantur, (b) qui sibi ecclesiastica sollicitu-  
 dine succurrendum censemus. Et si hujus-  
 modi suppressores ad episcopalem admoni-  
 tionem corrigi voluerint, gratulandum his  
 est: si autem in obstinationis impietate  
 duraverint, suggerendum clementissimo im-  
 peratori, quatenus ipse efficacem tutorem  
 eis tribuat, ut & illi remuneratio redda-  
 tur a Deo, & de inutili silentio sacerdo-  
 talis ordo non damnetur.

XXIII.

Quidam clericorum vel monachorum,  
 peregrinantes per diversas vagando provin-  
 cias & civitates, multiplices spargunt er-  
 rores, & inutiles quæstiones disseminant,  
 decipientes corda simplicium: de his de-  
 crevit sancta synodus, ut ab episcopo lo-  
 ci detineantur, & ad metropolitanum de-  
 ducti discussione ecclesiastica examinentur:  
 & si vanitatis atque jactantiæ, non autem  
 utilitatis aut doctrinæ causa, has inque-  
 tudines ferere reperiuntur in populis, ve-  
 lut ecclesiasticæ pacis perturbatores con-  
 gruente disciplina macerentur.

XXIV.

Inventi sunt multi, & maxime de ru-  
 sticis, qui adultas feminas sub parvulo-  
 rum filiorum nomine in domibus suis in-  
 troduxerint, & postmodum ipsi sociari nu-  
 rus suas adulterasse convicti sunt. Idcirco  
 inhibendum decernimus, ut nulli deinceps  
 imperfectæ ætatis puero adulta femina  
 jungantur; sed cum ad ætatem idoneam  
 adolescentes venerint, tunc legitimo pos-  
 sint conjugio copulari.

XXV.

Quia pestiferas adhuc stirpes & reliquias  
 artis magicæ in tantum vigere ad nos por-  
 latum est, ut quædam maleficæ illicitum  
 amorem aliorum mentibus, aliis vero o-  
 dium immittere dicantur, quædam etiam  
 ita venenatæ sunt, ut quosdam premissæ  
 multa populi rumore deferantur; hujus-  
 modi diaboli ministras, diligenti examina-  
 tione proditas, sub acerrima penitentia  
 redigendas statuimus, & in ipso tantum  
 exitu, si tamen prius digna penitentia  
 opera fecerint, reconciliandas esse permit-  
 timus.

DE REBUS VERO SÆCULARIBUS

*hac statuit piissimus imperator Hindovicus,  
 qua gloriosus quoque genitoris ejus Hilo-  
 tharii serenissimi Augusti aucto-  
 ritate firmata sunt.*

I.

Perventum est ad nos, quod eos qui Romam  
 orationis causa pergunt, vel qui negotiandi  
 causa per regnum nostrum discurrunt, collecti  
 latrones diripiant, eosque aliquoties vulnerent vel  
 occidant, & eorum bona diripiant, ideo volumus  
 ut comites nostri eorum scudassi, adjunctis se-  
 cum vasallis episcoporum, si necessitas fuerit, ubi-  
 cumque tales fuerint, studiosissime perquirant, ut  
 eos capiant atque distringant. Et si hujus crimi-  
 nis reos invenerint, pœnas in legibus politas er-  
 ga eos absque ulla negligentia exequantur, ut ab  
 his malefactoribus regnum nostrum purgetur, &  
 qui in nostra fiducia huc veniunt, sive orationis  
 sive negotiandi gratia, salvi esse possint. Sciatur  
 tamen uniuscuique fidelium nostrorum, quia quis-  
 que comes, & quilibet publicus minister, hujus-  
 modi malefactoribus aut assensum præbuerit, aut  
 eos

ANNO  
 CHRISTI  
 1510.  
 FORTIS,  
 SACRAMENTA  
 SALUTIS. H.

ANNO  
 CHRISTI  
 1510.

1510

1510

(a) negliguntur

(b) succurrendum est

ANNO  
CHRISTI  
110.

eos qui persequi neglexerit, nostram indignationis motum sentiet, & proprio honore privabitur.

## II.

Sed & hoc comperimus, quia ex diversis locis hujusmodi noxii homines inter se conspirent, & diversos comitatus circumcuntes prædas & rapinas per villas seu per vias vel per silvas faciant, & innocentes homines deprædentur & spolient; & in quoque similiter volumus, ut diligenti studio perquisiti capiantur & distringantur: & si obnoxii hujus sceleris inventi fuerint, legalibus pœnis ubique ulla dilatione subiciantur, ut hujusmodi inquietudo, & injusta direptio a populo nostro auferatur, & liceat omnibus sub nostra ditione degentibus cum salvatione ac pace vivere, ut ordo reipublicæ secundum justam administrationem profus salvis & quietus permaneat.

## III.

Andivimus quoque quod quidam domos & possessiones habentes concilient sibi atque consociant latrones aliunde venientes, eosque occulte foveant & solatiantur ad tale facinus perpetrandum, ut quidquid ipsi ex pernicioso opere acquisierint, cum eis partiantur; quod genus malefactorum pessimum judicamus, quia non solum ipsi mala peragunt, sed etiam aliorum opere & officio ad scelera utuntur. Ubi cumque igitur in tali suspitione quilibet venerit, & rumor in populo dispersus fuerit, quod hæc facinora exerceat, si adhuc prolatum est, cum duodecim se purget: si autem in aliquo manifestatus aut deprehensus est, statim capiatur & distringatur, & damnationem legibus præfixam sustineat. Ubi cumque vero sive manentes sive vagantes latrones comprehendere publici muneris administrator voluerit, & ille se defendere conatus fuerit, si inter hæc forte eundem iatronem occidi contigerit, nulla is qui eum occidit damnatione mulsetur, neque ulla inimicitias a parentibus, aut ullam persecutionem ab ullo ejus amico vel propinquo sustineat. Quod si aliquis ejus senior aut propinquus propter hoc vindictam facere conatus fuerit, & iudex publicus eum compescere non potuerit, per fidei iustos idoneos talis persona ad nostram deducatur presentiam, ut complices & fautores sceleratorum nostra ammadversione pleantur. Ubi cumque autem fama est tales habitare, inquisitio per sacramentum, per omnem populum circa manentem fiat, & cuiuscumque generis aut conditionis fuerit, per quos hoc inquiri melius potuerit, iusturandum dare, cum a comite conventus fuerit, recutandi non habeat potestatem.

## IV.

Sed & hoc pervenit ad notitiam nostram, quod quando potentes & honorati sive ecclesiastici sive seculares ad nos veniunt, a populo, in quorum domibus mansiones accipiunt, suis utilibus, suorumque equorum necessaria per vim tollant, & hac occasione populus noster affligatur: idcirco presentiam properat, nihil inveniendū aut evertendū ab aliquo violentè tollat, sed suis hominibus & equis, nisi forte ab amicis stipendia acceperit, ab hospitibus suis pretio iusto comparet; nam quicumque hujus mali famam habuerit, cum ad nos

venerit, veracem hominem volumus ut det, qui pro suis omnibus juret nihil eos in itinere tulisse: & si forte in aliquo se suosque obnoxios recognoscit, donet idoneum hominem, qui juret, aut cuncta restituat his a quibus abstulisse visus est.

## V.

Hoc etiam multorum querelis ad nos delatum est, quod potentes & honorati viri locis, quibus conversantur, minorem populum depopulentur & opprimant, eorum præda depascant, mansiones etiam contra voluntatem privatorum hominum sive pauperum domibus suis. *Cetera desunt.*

## NOTA HENRICI CANISII, J. V. C.

(*a Synodus Regaticina.*) Hæc synodus, quantum ego opinari possum, hæcenus non cognita fuit (*a*). De Regaticina civitate querendum censo. Ita nimirum in his edendis prope, neque bono publico subrahenda esse censo, dum omnia investigentur. Sicut docti, quibus hæc tella primo incerta occurrunt, qui vel unius horum moram vix ferunt, ita avidè expectant ut ejusmodi monumenta antiqua quamprimum edantur. Ipsi in illis ordinandis, & si opus sit, in divinando prompti erunt. Ego de hæc synodo Regaticina non habeo qua afferam. Recensent pagum, in quo Carolus & Ludovicus, Ludovici filii, patrum regnum anno 876. diviserunt, non auctim hæc trahere. Tum etiam, quibus rationibus annum Christi 850. indictione 14. & Hlotharii & Hludovici trigésimum primum concilium? Non minus intricata me conventus Thionensis anni Christi 854. indictione 4. Hludovici 6. Hæc movere volui, lector, ut videas quam bona fide in caudis his verser, & ut habes in quo laudem merearis, si hæc corrigas ex aliquo manuscripto codice, nam ut mihi conjecturas in his indulgeam, non statui.

*Ex litteris nobilibus & amplissimi domini Marti Velferi, II. viri Augustani præcedentia dubia se resolvuntur.*

De synodo Regaticina in mentem venit cum Ticini habitam. Legendum itaque: *In urbe regia Ticina facta synodus, anno Christi 850. exeuntri indictione 14. conventit.* Et cum Ludovicus Pius anno 840. obiit 13. Kalendas Julii, sic ut Lotharius anno 850. extremo, regni undecimum egerit, quem loco trigésimi primi restituendum censo, mendum enim in his numeris manifestum est, cum Lotharius ne decimum sextum annum impleverit. Filius Ludovici nomen adscriptum difficultatem nullam habet: volens enim patre a Sergio pontifice coronatus, imperator Augustus apollatus est, uti ex Adone constat. Anno vero filii a patris non distinctus brevitate causa interpretor. De Angilberto Mediolanensi archiepiscopo per hæc tempora, expedita res est, sive is secundus fuerit hujus nominis, ut Onaphrius existimat, sive primus, ut cardinalis Borromæus beati memoris prodidit, qui provinciam synodum ab eo celebratam scripsit; in qua institutionem canobii sanctorum Jovita & Faustini ratam habuerit. Id vero in Ticina sive Ticinensi illa, ut fieri potuit, ita factum esse non auctim asserere. Impeditus Thodemanus patriarcha Aquilejensis nomen. Onaphrius enim in chronico En elmarini habet, quem Joannes Candidus libro quarto de rebus Aquil. Hendeimarium appellat. Sed extant apud me vita patriarcharum Aquilejensium manuscripta, in quibus Theudemarus dicitur, cum hoc elogio: *Theudemarus patriarcha sedis annis xxx. Hic etiam sub Lothario & sub Ludovico ejus filio, ecclesiam mirabiliter gubernavit, & pro Gradeni plebe reclamavit, & eam Patria obtinuit.* Ubi vides etiam digitum ad Ticinensem synodum quodammodo intendi. De Josepho nihil habeo; nisi suspicari Eporediensem episcopum fuisse, cujus cardinalis Baronius anno 844. & 853. meminit. Hæc Velferus. Cui gratiores, ut opinor, gratias referre non poterimus, quam ut synodum patriam, hoc est, Augustanam, ex tenebris in lucem vindicemus, exscriptam ex manuscripto codice celeberrimi monasterii Weingartensis, quem nobis suppeditavit ejusdem monasterii sacerdos & professor reverendus pater Joannes Rieberus, veterum & recentiorum librorum amans.

CON-

(*a*) Non inverosimili conjectura canonem XVIII. huius Concilii laudasse Burchardum ego in capitulis ad Parisiense II. concilium additis inveni, & quidem sub ipso Parisiensi concilii nomine, quamvis seu ipse Burchardi, seu exscripto- ris officiantia pro Parisiensi positum sit Parisiensi. Namq.

C O N C I L I U M G E R M A N I C U M  
I N C E R T I L O C I ,

In quo Bremensis Ecclesia Hamburgensis unitur.

**I**N Concilio Germanico, ( quo autem in loco A  
non liquet ) agitata est, & peracta unio Ber-  
mensis, & Hamburgensis ecclesiarum, de qua  
Rambertus in vita S. Ansharii in Actis sando-  
rum ad diem 3. Februarii loquitur, aitque Ludo-  
vicum Germaniz regem, ut Ansharius majori  
fructu ligationis sue mandatum perficere posset,  
de episcopatu Bremensi tunc Pastore viduato Ham-  
burgensi uniendo cogitasse, eamque in rem Con-  
cilium episcoporum coactum fuisse, qui multis  
precedentibus exemplis probaverunt bene posse fieri,  
ut quia diocesis illa, ad quam ipse ordinatus fuerat,  
admodum parva erat ( nam non nisi quatuor baptisma-  
les habebat ecclesias ) & hac ipsa multoties jam  
Barbarorum incuribus desolata, ista ei causa sola  
tibi adungeretur. Verum ne in aliquo scrupulum Fer-  
denfis pateretur episcopus, quod etiam partem de suo  
episcopatu ultra Albiam sumptam ipse cum Bremensib  
tota simul parochia retineret, statuerunt, ut sicut  
tempore Domini Ludovici ( sc. Pii ) primo fuerant,  
episcopatus ipse & Bremensis & Ferdensis restitue-  
rentur, & ipse teneret Bremensem, ex qua major

*pars diocesis sue sumpta erat, qua etiam tunc erat  
presentis pastoris desolata. Quo decreto ita ab epis-  
copis constituto, ipse iubente Rege Bremensem susce-  
pit diocesim gubernandam. Porro partem parochia,  
qua ultra Albiam ad se pertinere debebat, VValdga-  
rius recepit tunc Ferdensis episcopus. Haec autem acta esse in Concilio Mogun-  
tino an. 847. celebrato putat Henschenius in no-  
tis ad supra citatam Remberti vitam; quod tam-  
en esse nequit; acta siquidem fuerunt, dum  
Lauderici morte Bremensis cathedra vacaret. At  
mors Laudericus contigit an. 849. ut legitur in  
Chronico Saxonico MS. Anno Dom. Incarn. 849.  
Laudericus Bremensis ecclesie tertius episcopus obiit,  
cui successit Ansgarius monachus Hammaburgensis,  
Bprimus archiepiscopus, sub quo coadunatio facta est  
Bremensis & Hammaburgensis Parochia; cui Chrono-  
grapho consentit liber Donationum ab Adamo  
citatus in lib. 1. cap. 21. Non igitur ante an-  
num 849. vel potius 850. peracta fuit a Concilio  
quodam Germanico haec duarum sedium unio.*

C O N C I L I A B U L U M I N M O N A S T E R I O R E D O N I  
I N B R I T A N N I A A R M O R I C A A N N O I N C E R T O C O A C T U M ,

In quo Britanniae Armoricae episcopi constituti sunt ope Nomenoi Ducis.

**C**oncilii huius memoriam debemus veteri au-  
dori fragmenti historici Britanniae Armoricae  
vulgato a PP. Martene & Durand, quem saeculo  
saltem XII. scripsisse viri illi testantur. Narrat  
Nomenojum per vim expulisse e sedibus suis epis-  
copos aliquos Britanniae, & cum vellet expulsio-  
nem hanc suam ratam haberi a Leone IV. iussus  
est a Pontifice convocare synodum, coram quo  
episcopi illi audirentur & de impatis illis delictis  
iudicarentur. Hoc fretus Pontificis mandato No-  
menojus concilium habendum curavit, praemonitis  
tamen per amicum clam episcopis, ut se vere  
reos agnoscerent, & profiterentur additis minis  
extremorum suppliciorum, ni voluntati suae ob-  
sequerentur. Territi episcopi illi coram synodo  
accusati nihil pro se adversus accusantes reposue-  
runt, atque ita iis e sede expulsis, episcopi alii  
quos malebat Nomenojus, substituti sunt. Novi  
vero illi episcopi in synodum coacti novam in Bri-  
tannia episcopales sedes instituerunt. Tum vero  
factum est ut Dolense monasterium in episcopa-  
tum erigeretur, ejusque sedis episcopus in metro-  
politano totius Britanniae institueretur. Haec au-  
dor ille cujus verba statim sub lectorum oculis  
exhibebo; cui tamen in eo negandum esse fidem  
censet P. Martene in praefatione ad hoc frag-  
mentum historicum quod statuerit episcopatum  
Dolensem tunc primum coepisse, quem multo al-  
tioris originem retulisse idem P. Martene con-  
tendit. Ea igitur verba ejus fragmenti:  
Nomenojus invitatis episcopis ad eos infaman-  
dos ( nempe episcopos, quos ille per vim expu-  
lerat ) apud monasterium Redoni nunquam iste  
silius perditionis in cogitationibus suis meditari  
potuit, quomodo juste insanare posset. Cum au-  
tem de tali molimine ambiguus esset, quomodo

Cad finem voluntatis suae pertraheret, fuit unus ex  
familiaribus tuis, qui promisit ei facere illos sine  
ulla purgatione infamatos. Nomenojus qualitate  
promissi laetus nimis efficitur. At ipse qui haec  
promiserat, speriens illis episcopis sub magna  
confessionis celamento, nisi reos se esse crastina  
die, audiente conventu aliorum episcoporum, &  
laicorum infamationibus tibi a falsis testibus im-  
missis profiterentur, & juste se damnatos, conclamarent  
certissime sine ulla intermissione decollan-  
di esset. Quo audito episcopi nimis pavesci contra  
fas & statuta Sanctae Dei Ecclesiae dicere, an-  
tequam mortem subirent, promiserunt. In crasti-  
na autem die illa diabolica synodo in monasterio  
S. Salvatoris congregata, insurgentes falsi testes  
contra hos miseros episcopos, & profus desolatos  
accusaverunt eos multis criminibus, scilicet Su-  
fannum Venetensem & Felicem Corisopitensem  
& Salocnem Dialectensem, Liberalem Ocismorensem  
in illis diebus potestate Francorum regis  
constitutos. Illi equidem, ut refertur, valde per-  
territi minime ad haec respondere audentes, &  
requisiti satis ab episcopis, si accusatores vera di-  
cerent, se culpabiles esse toto conventu audiente  
profecti sunt, & depositis virgis & anulis fugerunt  
inde ad Regem Carolum. Nomenojus vero huius  
salutatis patrator omnino iustificatus in locis eo-  
rum alios constituit, adminensque parochias eo-  
rum videlicet in monasterio Doli, quod tunc  
temporis erat ex Diocesi Dialectensis Ecclesiae. &  
in monasterio S. Brioci, & S. Tutualis Pabut  
episcopos tres usurpativos instruxit. Illum sane  
qui apud Dolium fuit episcopus, fecit sublimiorem  
& omnium regionis illius episcoporum, provincia  
Turonensis recisa, metropolitanam.

ANNO  
CHRISTI  
610


C O N C I L I U M R O M A N U M  
I N Q U O A N A S T A S I U S S. R. E.

ANNO  
CHRISTI  
610

Cardinalis Anathemate percussus est.

**C**oncilium Romanum a Leone IV. Pontifice celebratum anno Christi 850. in quo Anastasius Presbyter Cardinalis tit. S. Marcelli anathemate percussus est, quod ad alienas Parochias ab ipse Pontificali scientia demigrasset, eruitur ex actis Concilii Romani sub eodem Leone an. 853. habiti, ubi ad finem recentiorum excommunicationes in eum late, quarum Leonis hæc prima est: *Imperantibus dominis nostris Lotbario & Ludovico Augustis mensis Decembris die xvi. Inhibitione xiv. Leo episcopus &c. secundum canonica instituta ex Dei omnipotentis, & beati Petri Apostoli, nostraque simul Apostolica auctoritate ab hodie sit communione privata.*

*Atus &c. Post Romanum Pontificem in hac excommunicatione consenserunt archiepiscopus Ravennatis, & Mediolanensis, aliisque numero LXXV. Patet hanc synodum aliam esse ab illa anni 853. primo ex Inhibitione xiv. deinde a numero eorum qui interfuerunt, præsertim quod synodi an. 853. non interfuerunt Archiepiscopi Ravennas, & Mediolanensis, ut ex actis liquet. Et quidem hoc anno 850. Ludovicus fuerat coronatus Imperator circa Decembrem mensis ex Annalista Bertiniano, & die 2. ex Pagio, qua occasione facile fuit, aggregatis jam Præfulibus, synodum habitam fuisse.*



C O N C I L I U M P R O V I N C I Æ S E N O N I C Æ  
A P U D M U R I T T U M,

Præside Guenilone archiepiscopo Senonensi anno circiter Christi dcccl.


**Q**uid in eo concilio actum sit ignoramus. Tenuis dumtaxat illius extat mentio in epistola 115. Lupi Servati abbatis Ferrariensis, eaque, tum mutata, tum multis alia mendis deformata. Nomine Guenilonis, H. & Ag. episcoporum scripta fuit ab abbate Lupo ad Ercenacium per ea tempora Parisiensem antistitem. Ea vero sic se habet.

Reverentissimo præfult. Erc. G. H. & Ag. episcopa & universa synodus apud Murittum in Dei nomine congregata perpetuam salutem.

**S**anctitati vestre gratias agimus, quod quamquam tardiuscule, tamen vestrum vicarium dilexistis, qui pondus deliberationum nostrarum nobiscum exciperet, definiturque rebus necessarium consamen adhiberet. Sed persona vestra apud simplices quoque tantum amplius contulisset aucto-

ritatis, quantum præcedit apice dignitatis. Proinde quia peccatis nostris merentibus turbulentissimum tempus est, & tot sibi succedentibus annis, exuberante iniquitate defuit facultas celebrandi conventum, ac regis cor Deus ira mollivit, ut nobis aliquam correctionis largiretur opportunitatem, momenta vero vite nostræ nullam suatransitus dilationem recipiunt, causam ipsius Domini nostri haudquaquam segniter debemus curare, nec nos ab executione officii, quod indigni suscipimus, ulla nisi impossibilitatis necessitate subtrahere: quoniam, ut scriptum est, *homo videt in facie, Deus autem in corde, qui redditurus est, ut alibi verissime dicitur, unicuique secundum opera sua.* Atque utinam supererogarem aliquid; ut ipse rediens, optata mercede cumularet. Caritatis igitur ..... *Cetera hætenus inedita: qua enim subnarrantur in excessu a Massano & Duchefno Lupi episcopi, prorsus alio pertinent.*

*1. Reg. 16  
Matth. 16.*



C A P I T U L A R O D U L F I  
A R C H I E P I S C O P I B I T U R I C E N S I S.

I N C I P I T P R O L O G U S.

*Sumptus ex  
H. utro M.  
etiam com  
et pag. 119.*

**R**odulfus, exilis fervorum Dei servus, fratri Rodulphi, & contacerdotibus Bituricensis Ecclesie nostræ salutem. Non latere credimus beatitudinis vestre solertiam, quanta ecclesiasticæ nobis disciplinæ, quantæque quotidianis sollicitudinibus, subditorum insuper & temporalium oppressionibus rerum, quibus indefinenter undique coangustamur, sollicitudo contringat. Idcirco, ut vobiscum contuli, ex antiquorum scriptis, scripturarum quoque ac canonum ordis excerpere dudum opusculum vite sacerdotalis penitentiaque ac satisfactionis minime quivi; quoniam animus partitus per diversa fit tardior ad singula. Non enim remissus tum petitioni vestre velut omni tædio durus, sed supradictæ impossibilitatis nervo vinculus. Jam

vero tantorum nolens resistere querimoniis, dignum ac utile fore cenfeo condignis parere desideris, laudabilibusque satisfacere petitionibus. Quapropter me ipsum, fratres, abnegare nolo, sed ardenti animo, sine aliquo excusationis verbo, huius ponderis sarcinam a vobis illatam, a Domino quoque sublevandam, arripere non recuso, jactans in Christo meum cogitatum, cujus E hortatu huic operi tribuam incrementum. Ipse enim inquit: *Aperi ostium & ego implebo illud.* Valde etenim me sollicitat, quoniam ita in sacerdotum nostrorum libellis reperi, quos vulgo penitentiales vocant, quorum errores certi, auctores sunt incerti, consula judicia penitentium, atque ita diveria, & nullius auctoritate suffulta ut vix ani

*Conc. Cat.  
II. cap. 36*

*1. Franca'so Guenilo servus servorum Dei, & H. Rodolpho Antistite, vel Huberto Meliorum, vel Helio Carnu-*

945  
 ANNO  
 CHRISTI  
 1110

animus prudentis propter dissonantia tanti discriminis possit sustinere iacturam. Hos vero oblitrans & studium meum certis atque catholicis scripturis accomodans, quid agere sacerdotes, qualiter conversari vel quomodo Christi gregem, veluti pastores ingenio compotes & sermone tantum medicinali antidoto levigatum ad perpetuum caulas iuscure revocare oporteat, ex sanctorum patrum, canonumque sententiis exiguum opus in uno volumine aggregare curavi. Et ut fastidiosus & minus eruditus lectoribus tedium minime inferret, huius modici opusculi summam XLV. capitulis perstrinxi. Si autem qui paschalibus multitudine referens dapibus hunc nostri laboris spreverit adum, in his obsecro caritate servata opibus ut sciat ceetropiis, nostris omittens contraire purissimam devotionis sine aliquo arrogantiae fastu conatibus. Legentium quippe totis precordiorum visibus efflagitare non cesso industriam, quatenus dilectionis munere recreati, que in his membranis conspicuo corrigibilia & minus apta perspexerint oculo, absque dilacerationis obstaculo, non ut obredatores insani, sed tamquam amplectitores benevolenti emendare, atque corrigere caritative studiose studeant, ut & perfectio dilectionis servetur in menre, & effectus optimi studii exerceatur in opere. Unde posco vos, o fratres dilectissimi, fundite pro meis peccaminibus supplicibus votis ad Dominum preces, quod clemens atque multum misericors vincula pravitatis meae absolvat, & paudia aeterna concedat. Deus omnipotens aeternus pastor vos ubique protegat, & ab omnibus perturbationibus liberet.

CAPUT PRIMUM

*De Fide Sanctae Trinitatis, qualiter tenenda sit a Presbyteris, & predicanda.*

Lib. 1. Capitular. cap. 10.

PRimo omnium credendum est, atque omnibus generaliter praedicandum Patrem & Filium & Spiritum Sanctum unum Deum esse omnipotentem, aeternum, invisibilem, qui creavit caelum & terram, mare & omnia quae in eis sunt, & unam esse deitatem, & substantiam, & maiestatem in tribus personis Patris & Filii & Spiritus Sancti. Itemque quoniam filius Dei incarnatus est de Spiritu sancto, & Maria virgine pro salute & reparatione humani generis, homo factus, passus, sepultus, tertia die resurrexit, & ascendit ad caelos, sedetque ad dexteram Patris, & quia venturus sit iudicare omnes homines propter merita propria, & quoniam omnes mortui in vera carne resurgent; impii propter scelera sua cum diabolo in ignem mittendi aeternum, iusti vero cum Christo & cum angelis suis in vitam consociandi aeternam.

CAPUT II.

*De honore, & restauratione Ecclesiarum.*

Lib. 1. Capitular. cap. 21. & Lib. 2. cap. 277.

Placuit nobis admonere fratres & sacerdotes nostros ut Ecclesia Dei per illorum parochias suam habeant honorem, & altaria secundum suam dignitatem venerentur & exornentur, domusque Dei, & altaria sacra non sint avibus, & canibus pervia, & ut saecularia negotia & vaniloquia in Ecclesiis non agantur, quia domus Dei domus orationis debet esse, non spelunca latronum, & non ob aliam causam in Ecclesiam convenire debere nisi ad laudandum Deum, & eius servitium faciendum. Discepciones vero & tumultus & vaniloquia & scurrilitas ceteraque turpes actiones ab eodem sancto loco penitus prohibenda sunt.

Concil. General. Tom. XIV.

ANNO  
 CHRISTI  
 1110

Ubi enim Dei nomen invocatur, sacrificium Deo offertur, angelorum frequentia inesse non dubitatur, periculosum est tale aliquid dicere, vel agere quod loco non convenit. Si enim Dominus illos de templo ejecit qui victimas, quas ibi offerebant, emebant, & vendebant, quanto magis illos iratus abjiciet qui & mendocis, vaniloquus, risibus & huiusmodi nugis locum divino cultui mancipatum fruant? Monemus etiam, ut praedictas ecclesias bene construant, & emendent iuxta rerum possibilitatem, & luminaria eis tribuant, sicut decet, ut in omnibus honorificetur Deus, & Ecclesia sancta Christi sanguine mercata veneretur, magnificetur atque exaltetur.

CAPUT III.

*Ut Missa nequaquam alibi nisi in Ecclesia celebretur. Et ut in Ecclesia cellaria non fiant.*

Capitular. Theodulph. cap. 11.

Missarum sollemnia nequaquam alibi, nisi in Ecclesia celebranda sunt, non in quibuslibet domibus & in vilibus locis, sed in loco, quem elegerit Dominus iuxta illud quod scriptum est. *Vide ne offeras holocausta tua in omni loco, quem vis deus, sed in loco quem elegerit Dominus ut ponat nomen suum ibi.* Excepta ratione eorum qui in exercitum pergentes ad hoc opus habent tentoria, & altaria dedicata in quibus Missarum sollemnia expleant. Videmus etiam crebro in Ecclesiis melles, vinum, foenum & ceterarum frugum species congeri. Uvae horrea vel cellaria potius quam Ecclesiae esse probantur. Et ob hoc, quod nefas est, homicidia, adulteria, furta, commestrationes, ebrietates, turpilqua, & his similia illicita, quae visu & auditu oblectant, ibi fieri saepe plurimum didicimus. Quapropter volumus ut hoc penitus observetur, quatenus in Ecclesia nihil aliud praeter vestimenta ecclesiastica & vasa sancta & libros, & ea quae honori congruunt vel non officium ecclesiastico, recondantur; ne forte si alia ibi quam oportet negotia exercentur, a Domino audiamus: *Domus mea domus orationis vocabitur. Vos autem fecistis eam speluncam latronum.* Et iterum: *aurante ista hinc, & nolite facere domum patris mei domum negotiationis.*

CAPUT IV.

*Ut in Ecclesiis deinceps sepultura mortuorum non fiant.*

Capitular. Theodulph. cap. 12.

Antiquus in his regionibus in Ecclesia sepeliendorum mortuorum usus fuit, & plerumque loca divino cultui mancipata & ad offerendas Deo hostias preparata cimiteria, sive polyandria facta sunt. Unde volumus ut ab hac re deinceps abstinetur, & nemo in Ecclesia sepeliatur nisi forte sit talis persona sacerdotis aut cuiuslibet iusti hominis qui per vitae meritum talem vivendo suo corpori defuncto locum adquisivit. Corpora vero quae antiquitus in Ecclesiis sepulta sunt nequaquam projiciantur; sed tumuli qui apparent profundius in terram mittantur, & pavimento desuper facto, nullo tumulorum vestigio apparente, Ecclesiae reverentia conserventur. Ubi vero tanta est multitudo cadaverum ut hoc facere difficile sit, locus ille pro cimiterio habeatur, ablato inde altari, & in eo loco constructo ubi religiose & pure Deo sacrificium offerri valeat.

Vide no. 11. Relat. 1941. Reg. no. 12. pag. 217.

ANNO CHRISTI 810.

CAPUT V.

De libris & vestimentis ecclesiasticis, vel sacerdotibus, & de vasis sacris.

Lib. Capit. Rodulfi cap. 48. 49. & 50. 51. 52.

Capitulum Theodulfi cap. 13.

Admonendi etiam sunt sacerdotes ut operam dent quantum Missalem, & lectionarium, psalterium, sive alios libellos sibi necessarios bene correctos habeant, quia saepe dum bene aliquid Deum rogare cupiunt, per incemendatos libros male rogant. Et pueros suos non sinant vel legendo vel scribendo eos corrumpere, corrigere, vasaque Deo sacra magna veneratione habeantur. Et non liceat alicui calicem, aut patenam, aut quodlibet vas sacratum, & divino cultui mancipatum ad alios usus retorquere. Nam quicumque de calice sacro aliud bibit praeter Christi sanguinem qui in sacramento accipitur, & patenam ad aliud officium habet, quam ad altaris ministerium, deterendus est exemplo Balthasar, qui dum vasa Domini in usus communes assumpsit, vitam patiter cum regno amisit. Statuimus quoque ut cum summo studio linteamina nitida altaribus praeparent, & sacerdotalia indumenta cum quibus sacrificatur optima pro vitibus & munda habere satagent, & sive nova sive vetustate confecta ad alios usus transire nullo modo sinant.

CAPUT VI.

De Eucharistia.

Lib. Capit. Rodulfi cap. 53.

Capitulum Theodulfi cap. 14.

Lib. Capit. Rodulfi cap. 54.

Ut Presbyteri semper habeant paratam Eucharistiam, ut quando quisque infirmaverit, aut parvulus infirmus fuerit, statim eos communicent, ne sine communione moriantur. Panes enim quos in sacrificio offerunt, aut a vobis ipsis, aut a vestris ministris ad id agendum idoneis coram vobis munde, ac studiose fiant, & diligenter observentur ut panis & vinum & aqua, sine quibus Missae nequeunt celebrari, mundissime, atque studiose tractentur, & nihil in his vile, nihil reprehensibile inveniantur, & ut sacrificia sanctificata cum magna diligentia ab eis colligantur qui digni sunt, & honorifice serventur. Ab omnibus autem cavendum summo opere esse monemus, ut non diutius inventur; ne forte putrida & inhonesta appareant, sed tam diu in vase mundissimo custodiantur utique dum ad alia dicata succedant.

CAPUT VII.

De vita & moribus Sacerdotum.

Capitulum Theodulfi cap. 15.

lib. cap. 55.

Oportet sacerdotes Dei assiduitatem habere legendi, & instantiam orandi; quia vita viri iusti lectione instruitur, oratione ornatur, & assiduitate lectionis munitur, juxta illum qui dicebat: in corde meo abscondi eloquia tua ut non peccem tibi. Hae sunt arma, lectio videlicet & oratio, quibus diabolo expugnatur. Hae sunt instrumenta, quibus beatitudo acquiritur. His armis vitia comprimuntur, his alimentis virtutes nutriuntur. Et si quando a lectione, vel oratione cessatur, debet manuum operatio sublequi, quia otiositas inimica est animae, & antiquus hostis, quem a lectione, sive ab oratione seu operatione vacante invenit facile ad ima rapit. Debet itaque Christi Sacerdos compositis moribus, vultu hilaris, sermone proficuo, exemplo salubri, placido animo, sine dolo sine simulatione, atque omnibus in communivirtutibus clarere, quantum sibi commissos non livoris atque amaritudinis zelo pertrahat ad rui-

nam, sed caritatis atque dulcedinis providentia provocet ad salutem.

ANNO CHRISTI 810.

CAPUT VIII.

De doctrina & observantia sacerdotum.

Ut Presbyteri qui sibi & ceteris prodesse debent summo opere studeant, ut doctrinam rectam teneant, & baptismum catholicum observent, & Missarum preces bene intelligant, & horas canonicas diurnas vel nocturnas custodiant, & ut psalmi digne secundum divisiones versuum modulentur, & dominicam orationem & symbolum atque expositionem ipsi noscant, & omnibus praedicent intelligendam, & unusquisque sciat quid a Deo petat; quantum eorum doctrinis atque exemplis multi pertrahantur ad servitium Dei, sicut ipse Dominus in evangelio praecipit: sic luceat lux vestra coram hominibus ut videant opera vestra bona, & glorificent Patrem vestrum qui in caelis est.

Lib. Capit. Rodulfi cap. 56.

CAPUT IX.

Ut laici seniores domus sacerdotum aliqua occasione cum feminis & canibus habitandi causa non habeant.

Omnes in commune seniores Ecclesiarum laicos monemus ut in domibus sacerdotum, quae mundae, ac castae & religiosae esse debent, cum uxoribus vel aliis feminis seu canibus habitare nullatenus praesumant: quoniam illicitum esse cum qui soli Deo servire jubetur, luxuriosis verbis, atque superfluis implicari tumultibus, & commissi officii praefixas psallendi, vigilandi, orandi, aut, si necessitas evenerit, baptizandi, infirmisque, & deficientibus subveniendi, corrumpere metas. Hoc vero nefas deinceps fieri vetamus, ne Dei ministri seculari oppressione laedantur, & Christi grex carissimo pretio comparatus negligentia pastoralis morte damnetur aeterna. Si autem ab hinc tale aliquid gestum fuerit, ad nostram citius perveniat notitiam, ut auctoritate divina ad corrigendum vel inerti deducantur transgressores.

CAPUT X.

Quo ordine a Presbyteris Missa celebretur.

Sacerdos Missam solus nequaquam celebret: quia sicut illa celebrari non potest sine salutatione sacerdotis, responsione plebis, admonitione sacerdotis, responsione universae plebis; ita nimirum nequaquam ab uno debet celebrari, esse autem debent duo, aut tres qui circumstant, quos ille salutet, a quibus ei respondeatur. Et ut epistolam nullus laicus legere praesumat nec clericus, nisi prius subdiaconatus susceperit officium. Sicut enim Missam sacerdotes, & evangelium legere Diaconi jubentur; ita epistolam pronuntiare inter sacra Missarum sollempnia subdiaconi noscuntur. Nam si subdiaconus defuerit, aut a Diacono aut ab ipso legatur Presbytero, ut non vituperetur ministerium sacrum, sed in omnibus honorificetur Deus. Feminae autem sacerdote Missam celebrante nequaquam ad altare accedant, nec vasa sacra contingant, sed in locis suis stent. Memores enim esse debent feminae infirmitatis suae, & sexus imbecillitatis. Et ideo sancta quilibet in ministerio Ecclesiae contingere pertimescant. Quae etiam laici viri pertimescere debent, ne Ozam poenam subeant, qui dum arcam Do-

Capitulum Theodulfi cap. 16.

Capitulum Theodulfi cap. 17.



ANNO  
CHRISTI  
820.  
f. ordinem.

Domini extra ordinari Dei sustentare voluit, sed a Domino percussente interiit.

## CAPUT XI.

## De hospitalitate.

Capitulum  
Theodulfi  
cap. 21.

Admonendi sunt sacerdotes ut hospitalitatem & per se diligant, & ceteris diligendam esse insinuent, & nulli hospitium prohibeant. Et si cui forte hospitium praestiterint, nullum ab eo munus accipiant, nisi forte ille qui recipitur sponte sua aliquid det. Dicendumque illis qualiter multi per hospitalitatis officium Deo placuerunt, dicente Apostolo: *Per hanc enim placuerunt quidam Deo, angelis hospitio susceptis.* Et iterum: *Hospitalis in vicem sine murmuratione.* Et ipse Dominus ad iudicium dicitur esse: *Hospes eram & collegistis me.* Sciant namque quicumque hospitalitatem amant, Christum se in hospitibus recipere. Eturientes ergo satiandi sunt, sitientes potandi, nudi operiendi, infirmi & qui in carcere sunt visitandi, hospites colligendi, dicente Domino: *Esurivi enim & dedistis mihi manducare; sitivi & dedistis mihi bibere; & cetera.* Nam haec omnia & in se quisque debet spiritualiter agere & in aliis carnaliter adimplere.

## CAPUT XII.

## De Conciliis observandis.

Secundum praeconum edicta patrum cuncti sacerdotes per parochias constituti ad Concilium venire iubentur, ut ibi omnium quaestionum negotia ab Episcopo discutiantur, ut quae utilia sunt comprobentur, & inutilia quaeque, & illicita canonice corrigantur. Unde monemus omnes ut haec salutaria monita custodire non negligant, & ad synodum omni occasione sublata occurrere indifferenter satagant, qualiter unanimitate servata omnium disceptationum ruuola tollantur discedia. Si quis vero his institutionibus contraire tentaverit, & synodalia iura contemnens ad nostrum Concilium nostrorumque ministrorum festinare distulerit, nisi iustam excusationis protulerit causam, canonice excommunicationis sentiet poenam.

## CAPUT XIII.

## De predicatione sacerdotum.

Capitulum  
Theodulfi  
cap. 22.

Hortamur vos paratos esse ad docendas plebes. Qui scripturas scit, praediceat scripturas. Qui vero scripturam nescit, saltem hoc notissimum est plebibus dicat ut declinent a malo, & faciant bonum, inquirent pacem & sequantur eam, quia oculi Domini super iustos & aures ejus in preces eorum. Vultus autem Domini super facientes mala, ut perdat de terra memoriam eorum. Nullus ergo se excusare poterit, quod non habeat linguam unde possit aliquem aedificare. Mox enim ut quemlibet errantem viderit, prout potest aut valet, aut arguendo aut obsecrando aut increpando ab errore retrahat, & ad peragendum bonum opus hortetur. Modus autem praedicationis hic est. In primis Dominum Deum diligere ex toto corde, tota anima, tota virtute, deinde proximum tamquam se ipsum. Deinde non occidere, non adulterare, non facere furtum, non concupiscere, non falsum testimonium dicere, honorare omnes homines, & quod sibi quis fieri non vult, alii non faciat, abnegare semetipsum sibi ut sequatur Christum, corpus castigare, delicias non amare, jeju-

Council. General. Tom. XIV.

num amare, pauperes recreare, nudum vestire, hospites suscipere, infirmum visitare, mortuum sepelire, in tribulatione portus tubvenire, dolentem consolari, a saeculi actibus se facere alienum, nihil amoris Christi praepone, iram non perferre, iracundiae tempus non retinere, dolorem in corde non tenere, pacem factam non dare, caritatem non derelinquere, non jurare ne forte perijures, veritatem ex corde, & ore profert, malum pro malo non reddere, injuriam non facere, sed & factam patienter sufferre, inimicos diligere propter Deum, maledicentes se non remaledicere, sed magis benedicere, persecutionem pro justitia sustinere, non esse superbum, non vinolentum, non multum edacem, non somnolentum, non pigrum, non murmuriosum, non detractorem, non litigiosum, spem tuam Deo committere. Bonum aliquid in se cum viderit, Deo applicet, non sibi; malum vero a se factum sciat, & sibi reputet. Diem iudicii timere, gehennam expavescere, vitam aeternam omni concupiscentia spirituali desiderare, mortem cotidie ante oculos suspensam habere, adus vitae suae omni hora custodire, in omni loco Deum se respicere procerto scire, cogitationes malas cordi suo advenientes abicere, os suum a malo, vel pravo eloquio custodire, multum loqui non amare, quoniam secundum scripturam in multiloquio peccatum non deest, verba vana, aut risu apta non loqui, ritum multum non amare, lectiones sanctas libenter audire, orationi frequenter incumbere; mala praeterita cum lacrymis & gemitu cotidie in oratione Deo confiteri, & de ipsis malis de cetero emendare, desideria carnis non perferre, voluntatem propriam odire, praecipis sacerdotis in omnibus obedire, etiam si ipse aliter, quod ablit, quam non oportet agat, memores illius dominici praecipis: *Qua dicitur facite, qua autem faciunt facere nolite; praecipia Dei factis cotidie adimplere, castitatem amare, zelum, & invidiam non habere, contentionem non amare, seniores venerari, juniores diligere, cum discordantibus ante solis occasum in pacem redire, & de Dei misericordia nunquam desperare.* Haec sunt enim instrumenta spiritualia; quae cum fuerint a nobis die nocturne incessabiliter adimpleta, & in die iudicii recongnata, illa merces a Domino recompensabitur quam ipse promisit: *Quod oculus non vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis ascendit, quae praeparavit Deus his qui diligunt eum.*

Ceter audire, orationi frequenter incumbere; mala praeterita cum lacrymis & gemitu cotidie in oratione Deo confiteri, & de ipsis malis de cetero emendare, desideria carnis non perferre, voluntatem propriam odire, praecipis sacerdotis in omnibus obedire, etiam si ipse aliter, quod ablit, quam non oportet agat, memores illius dominici praecipis: *Qua dicitur facite, qua autem faciunt facere nolite; praecipia Dei factis cotidie adimplere, castitatem amare, zelum, & invidiam non habere, contentionem non amare, seniores venerari, juniores diligere, cum discordantibus ante solis occasum in pacem redire, & de Dei misericordia nunquam desperare.* Haec sunt enim instrumenta spiritualia; quae cum fuerint a nobis die nocturne incessabiliter adimpleta, & in die iudicii recongnata, illa merces a Domino recompensabitur quam ipse promisit: *Quod oculus non vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis ascendit, quae praeparavit Deus his qui diligunt eum.*

## CAPUT XIV.

De Presbyteris qui in carnis Domini pro Chrismate veniunt, ut unusquisque tres deferat ampullas.

De Presbyteris qui accipiendi chrismae gratia ad civitates in caena Domini venire soliti sunt, constitutum ut ex decem unus eligatur, qui acceptum chrisma sociis suis diligenter perferat. Hi vero qui non longius a civitate quam sex aut septem millibus habitant, ad accipiendum chrisma per se veniant. Tres autem omnes secum deferant ampullas, unam pro chrismate, aliam pro oleo ad catecumenos, tertiam pro oleo ad infirmos unguendos. Secundum itaque Beati Apostoli Jacobi documentum, cui etiam decreta patrum consonant, infirmi oleo, quod ab Episcopis benedicuntur, a Presbyteris ungi debent, dicit enim, *Infirmus quis in vobis, inducat Presbyteros Ecclesiae, & orent super eum, ungentes eum oleo in nomine Domini, & oratio fides salvabit infirmum & alleviabit eum Dominus. Et si in peccatis est, remittetur ei.* Non est ergo parvipendenda hujusmodi

Lib. 2. Cap. 116  
Vide notae ad Capitulum 1170.

Ibid. cap. 22.

medicina, quæ corporis animæque medetur languoribus. Presbyteri autem christa sub sigillo curant, ut nulli sub prætextu medicinæ vel alius cuius malefici dare præsumant. Si fecerint, honore priventur.

ANNO  
CHRISTI  
850  
Lib. 1. Cap. 147.

que ut nullus sacerdos pro acceptis Ecclesia munera dare præsumat. Et hoc juxta canonum decreta seu gloriosissimorum Karoli scilicet, ac Ludovici decernimus, ut unquamque Presbyter res, quas post diem consecrationis acquisierit, ad propriam relinquat Ecclesiam.

ANNO  
CHRISTI  
850  
Lib. 1. Cap. 148.

## CAPUT XV.

*De parochianis, & de parochia alterius, & de clericis alienis.*

Capitulum  
Theodulf.  
cap. 147.

Lib. 1. Cap.  
tel. cap. 147.  
& Lib. 1. cap.  
147. 148.

Nullus Presbyter alterius parochianum persuadeat ut ad suam Ecclesiam concurret, relicta propria Ecclesia, nec ad Missam recipiat, nisi in itinere fuerit, aut placitum ibi habuerit, aut aliqua iusta ratio intervenierit. Nullusque Presbyter in alterius Ecclesia Missam cœnere præsumat, nisi in itinere positus, aut ab eo iussus ad quem ipsa pertinet Ecclesia. Nec decimas alteri debitas audeat recipere; sed unusquisque sua Ecclesia, & populo contentus, quod sibi non vult fieri, alteri nequaquam faciat, juxta illud Evangelicum: *Quæcumque vultis ut vobis faciant homines, & vos eadem facite illis.* Hoc quoque modis omnibus prohibemus, ut nullus Presbyter alterius clericum sollicitus aut recipiat, quia gravis de hac re in sacris canonibus sententia est. Quisquis autem contra hæc statuta venerit vel his monitis nostris renitentiaverit, aut gradum se sciat amissurum, aut in carcere longo tempore detinendum.

## CAPUT XVI.

*De feminis a Presbyteris non suscipiendis.*

Capitulum  
Theodulf.  
cap. 148.

Nulla femina in domo sacerdotis habitet. Quamvis enim canones matrem & sororem, & hujusmodi personas in quibus nulla sit suspicio cum illo habitate concedant, hoc nos modis omnibus idcirco amputemus, quia in obsequio sive occasione illorum veniunt alie feminæ quæ non sunt ei affinitate conjunctæ, & cum ad peccatum illicitum. Ocasiones enim amputandæ sunt peccatorum, & tollendæ omnes suspensiones, quibus subtilitas diaboli sub prætextu caritatis, & dilectionis incautas animas, & ignatas iniretre consuevit. Idcirco ad custodiendam vitam eorum, vel famam speciali ordinatione præcipimus, ut nullus Sacerdotum extraneæ mulieri qualibet collatione, aut familiaritate jungatur, & non solum in domo illius femina non accedat, sed nec ipse frequentandi domum feminæ habeat potestatem, nec in cellarium vel in secretum ancillam aut libertam seu quæcumque feminam intromittat. Si quis vero Presbyter crimine fornicationis de quacumque femina suspicatus post primam & secundam admonitionem inveniarur fabulari cum ea, vel aliquo modo conversari, noverit se a sacerdotii honore, & ab officio removendum, nulla ei prorsus recuperationis consolatione relicta.

## CAPUT XVII.

*Ut nullus Presbyter Ecclesiam alterius subripere audeat.*

Capitulum  
Theodulf.  
cap. 149.

Lib. 1. Cap.  
tel. cap. 149.

Si quis Presbyter inventus fuerit alicui clerico aut laico munera dare aut dedisse, aut ullo modo quibuslibet factionibus vel fraudibus seu dolosis publicè vel occulte attentare ut Ecclesiam alterius Presbyteri subripiat, sciat se pro hac rapina, & sacra cupiditate aut gradum amissurum, aut in carceris ærumna longo tempore penitentiam agendo detinendum. Statuimus quo-

## CAPUT XVIII.

*Ut pro baptizandis sive pro sepeliendis fidelibus sive pro penitentia danda, aut pro sacramentis in Ecclesia faciendis nulla pretia exigantur.*

Lib. 1. Cap.  
tel. cap. 149.  
& Lib. 1. cap.  
149. 150.

Audivimus quosdam sacerdotes maligno instinctu agitato pro baptismatis gratia sive pro sepultura loco pretia injusta a nonnullis accepisse, quod vetandissimum facinus in cunctis majorum institutis novimus prohibitum. Gratis enim datur, & gratis dari jubetur. Et ideo nihil deinceps quia gratis est datum, pro baptizandis sive sepeliendis hominibus pretii exigere præsumant; sed eos quos corporis validudo sociat saluti temporibus constitutus sponte baptizant; & si in fine mortis constituti fuerint, eos absque aliqua dilatione sine alicujus pretii munere ad regenerationis baptismum admittant. Cum vero ab hac vita recesserint, cum psalmis & canticis diligenter ad sepulcrum illos deferant, nullum exinde pretium requirentes, nisi ipsi aut parentes eorum seu elemosynarii sponte aliquid tribuant. Similiter de penitentia danda & de sacramento in ecclesia faciendis ecclesiastica vetat auctoritas nullum profus exquirere donum. Penitentiam autem querentibus cito succurrendum est. Et jurantibus ne in perjurium incidant prædicandum. Peccantes autem ut ad penitentiam redeant omni sollicitudine invitandi. Et jurantes ut crimen non incurrant omnimodis suaderi sunt. Quoniam frequenter nonnulli paupertate cogente deterriti baptismum differunt, & absque baptismatis gratia filios suos morti permittunt. Alii quoque juramenti pretium, quod ab illis illicitè a sacerdotibus exigitur, merentes, perjurium perpetrare non formidant. Si quis vero sacerdotum hæc prohibita deprehensus fuerit admisisse, vel commissa potius spontanea voluntate citius non correxerit, propriis honoris irrecuperabiliter periculo subiacet.

Capitulum  
Ka.  
tel. cap. 150.  
& Lib. 1. cap. 150.  
& Greg. Lib. 9. tit. 1. cap. 150.

## CAPUT XIX.

*A quibus illicitis Presbyteri maxime se cohibere debeant.*

Capitulum  
Theodulf.  
cap. 151.

Observandum est sacerdotibus ut ab ebrietate se absterneant, quoniam secundum scripturam ebrietas nullum vitium excusat. Et Apostolus commonet dicens: *Nolite inebriari vino in quo est luxuria.* Et neque per tabernas cant bibendo aut comedendo, neque domos, aut villas curiositate quilibet peragrent, aut cum feminis vel quibuslibet impuris personis convivia exerceant, neque commestrationibus & ceteris pestibus ad gastrimargiam pertinentibus deserviant, & ad forum vel mercatum nullatenus vadant, neque ad sæculare judicium pergant, nisi forte ut pauperibus succurrant, aut de verbo Dei iudices admoveant, ut iusta iudicia judicent. Si vero eorum propria causa agenda est, cum licentia Episcopi & cum advocato pergant. Prohibemus autem omnimodis ut Presbyteri villici & emulsores seniorum non fiant, nec cartas scribant, nec ad nuptias pergant, nec arma assumant, nec fidei iussores existant. Carnis quoque voluptates & negotia sæcularia & vanas hujus mundi delicias, impudica convivia, vana spe-

Lib. 1. Cap.  
tel. cap. 151.

ANNO  
CHRISTI  
910.

spectacula, mortifera hujus sæculi pompas, oblectamenta peccatorum verba, ritus inutiles, venationem cum avibus vel canibus, uturas, negotiationes illicitas, pondera iniqua, placita secularia, munera injusta, & omnia peccata mortalia, & si qua sunt similia, monemus ut refugiant: quoniam secundum Apostolum *nemo militans Deo implet se negotiis secularibus, ut ei placeat cui se probavit*. Ceteros itaque ad Ecclesiam Christi pertinentes pie, & juste providere & regere debent tamquam Christi milites, bene agendo & prædicando juxta Domini sententiam, qui ait: *Sic luceat lux vestra coram hominibus ut videant vestra bona opera, & glorificent patrem vestrum qui in celis est*.

## CAPUT XX.

*Quod statatis diebus & in vicis baptismi celebratur. Et de infirmis baptizandis.*

Baptismum certis temporibus celebrari antiqui patres sanxerunt, Pascha scilicet & Pentecosten. Aliis vero temporibus quempiam baptizari canonica vetat auctoritas, præter eum quem in periculo mortis constitutum necessitas summa constringit. His itaque duobus temporibus, Pascha scilicet & Pentecosten, omnes sacerdotes ex cellis ad vicos convenire debent; & ibi officio peracto cum summa diligentia baptizandos quoque baptizant. Et tunc ad proprias Ecclesias cum baptizatis suis & ceteris subiectis remeantes Missarum sollempnia persolvant, & baptizati, & qui eos a fonte baptismatis susceperunt, omnes communicent. Et quando in albis sunt, cotidie a patribus ad ecclesiam cum luminaribus deducantur, & corpus & sanguinem Christi usque ad diem octavum æquali jure cuncti percipere studeant. Si autem parvulus ægrotans ad quemlibet Presbyterum quocumque tempore, vel hora baptismi gratis de cujuslibet parochia allatus fuerit, ei baptismi sacramentum nullo modo negetur. Si quis hoc munus petenti concedere detrectaverit, & ille parvulus absque baptismatis gratis mortuus fuerit, noverit se ille qui eum non baptizavit, pro ejus anima rationem redditurum.

## CAPUT XXI.

*De decimis a fidelibus dandis.*

Decimas de omnibus rebus juxta modum a beatis patribus constitutum a cuncto populo cum omni devotione Dei Ecclesiis reddendas esse monemus, ut sacerdotes qui per sacras eorum orationes & oblationes pro pace, pro totius populi Christiani salute, pro frugibus terræ, pro infirmis quoque, & defunctis omnipotentis Dei misericordiam implorant, victum & vestimentum, & cetera quæ in eis sunt necessaria habeant & ut hospitalibus & peregrinis, orphanis, & viduis, debilibus, & ægrotis solatium præbere valeant. Sunt præterea quidam qui decimas suas dare ad Ecclesias suas negligunt, ubi & ipsi & eorum servi Missas audiunt. Proinde decrevimus ut omnes ibi decimas dent, ubi infantes eorum baptizantur, & ubi Missas audiunt, & ubi res ipsæ convenire videntur, juxta proprii Episcopi decretum. Presbyteri vero ab his qui decimas non dant vadios nunquam accipiant. Sed qui post crebras admonitiones, & prædicationes eas dare neglexerint, excommunicantur. Juramento autem propter periculum perjuriæ constringi eos nolumus.

Concilium  
Cabilon. II.  
cap. 19.Capitula ex  
cerpta ex le-  
ge Longobard.  
407. cap. 41.

## CAPUT XXII.

*De oratione dominica & symbolo. Et de spiritualibus patribus & de filiis.*

Commemendi sunt fideles ut omnes generaliter a minimo usque ad maximum orationem dominicam, & symbolum discant. Et dicendum eis quod in his duabus sententiis, ante omne fidei Christianæ fundamentum incumbit. Et nisi quis has duas sententias & memoriter tenuerit, & ex toto corde crediderit, & in oratione sapissime frequenter, catholicus esse non poterit. Constitutum namque est, quod nullus chrismetur neque baptizetur, neque a lavacro fontis alium suscipiat, neque coram Episcopo ad confirmandum quemlibet teneat, nisi symbolum, & orationem dominicam memoriter tenuerit, exceptis his quos ad loquendam eas minime perduxit. Patribus autem eos quos de fonte lavacri suscipiunt erudire summo opere studeant, & orationem dominicam & symbolum illis insinuent, quoniam eos Domino genuerunt & pro eis fidejussores existunt. Qui vero in publica penitentia sunt constituti, aut criminali peccato tenentur obnoxii, neminem a lavacro fontis suscipere, neque coram Episcopo ad confirmationem tenere præsumant usquequo penitentia peracta satisfactionem condignam percipere mereantur.

## CAPUT XXIII.

*De honore parentum & dominis subditorum admonendis.*

Admonendi sunt fideles sanctam Dei Ecclesiam, ut filios suos & filias suas doceant parentibus obedientiam exhibere, dicente Domino: *Fili, obedite patri & matri*. Nam & ipsi parentes erga filios suos ac filias modeste debent agere, dicente Apostolo: *Et vos parentes, nolite ad iracundiam provocare filios vestros*. Nam & hoc dicendum est eis, ut si illi tali affectu parere velint injuriis filiorum, non hos impune Dominus sinit nisi forte digni penitentiam exhibeant: quia levius est filios parentum quolibet flagella suscipere, quam Dei iram incurere. Admonendi sunt etiam domini subditorum ut circa subiectos pie ac misericorditer agant, nec eos qualibet injusta occasione condemnent, nec eos opprimant, nec illorum substantias injuste tollant, nec ipsa debita quæ a subditis reddenda sunt impie ac crudeliter exigant. Quia ergo constat in Ecclesia diversarum conditionum homines esse ut sint nobiles, & ignobiles, servi, coloni, inquilini, & cetera hujusmodi nomina, oportet ut quicumque eis prælati sunt clerici sive laici clementer erga eos agant, & misericorditer eos tractent, sive in exigendis ab eis operibus, sive in accipiendis tributis, vel quibusdam debitis, sciantque eos fratres suos esse & unum secum patrem se habere Deum, cui clamant: *Pater noster qui es in celis*, & unam matrem sanctam Ecclesiam, quæ eos intemerato sacri fontis utero gignit. Disciplina igitur eis misericordissime & gubernatio opportuna adhibenda est; disciplina, ne indiscipline vivendo auctoritatem suam offendant; gubernatio, ne in quotidianis vitæ commensibus prælatorum adminiculo destituti latescant.

ANNO  
CHRISTI  
910.Lib. 4. Capit.  
tular. cap.  
40.Lib. 4. Capit.  
tular. cap.  
40.Lib. 4. Capit.  
tular. cap.  
41.Lib. 4. Capit.  
tular. cap.  
41.Lib. 4. Capit.  
tular. cap.  
41.

ANNO CHRISTI

CAPUT XXIV.

Quod non sit personarum acceptio apud Deum.

Capitulum

Quia igitur a Apostolo testante, non est personarum acceptio apud Deum, & in omnibus iudiciis cavendum est, multo magis in hoc penitentiarum iudicio precaveri debet ut nullus sacerdotum unquam aut gratia, aut odio alicujus personae secus iudicet, quam quod in canonibus sacris invenit, aut quod illi secundum sanctorum scripturarum auctoritatem, & ecclesiasticam consuetudinem rectius visum fuerit. Si ergo medici, qui corporibus medicinam inferre conantur, nequaquam propter personae cujuscumque acceptionem his quos sanare cupiunt cetero, aut ferro, aut duris aut quibuslibet rebus parcent, multo magis his observandum est qui non corporum sed animarum medici existunt. Neque enim pensanda est praesentia quantitate temporis, sed ardore mentis, & mortificatione corporis. Cor autem contritum & humiliatum Deus non spernit.

CAPUT XXV

De discordantibus.

Capitulum

Oblationes dissidentium fratrum neque in sacram, neque in gazophylacio recipiantur. Placet etiam ut, sicut plerumque fit, illi qui odio, aut longinqua inter se lite discesserint, & ad pacem redire diuturna intentione noluerint de Ecclesiae censu iustissima excommunicatione pellantur quoadusque ad caritatem, quae cooperit multitudinem peccatorum, revertantur.

CAPUT XXVI

Qualiter dies dominicus observetur

Capitulum

Diem dominicum Apostoli ideo religiosa sanxerunt sollemnitate, quia in eodem die Redemptor noster a mortuis resurrexit. Quia ideo dominicus appellatur ut in eo a terrenis operibus & a mundi inlecebris abstinentes tantum civitatis cultibus serviamus. Nam sicut ipse Dominus Jesus Christus & Salvator noster tertia die resurrexit a mortuis, ita & nos resurreduros in novissimo saeculo speramus. Unde etiam in dominica die stantes oramus, quod est signum futurae resurrectionis. Hoc igitur universa Ecclesia quae in peregrinatione mortalitatis inventa est, expectans in finem saeculi quod in Domini nostri Jesu Christi corpore praemonstratum est, qui est primogenitus mortuorum. Dies autem dominicus a Christianis post resurrectionem Domini celebratus est, & ex illo capere debet esse observantia ut praeter orationes & Missarum sollemnia, & ea quae ad vescescendum pertinent nihil aliud fiat. Videlicet ut nec opera terrena in eo agantur, nec viri ruralia exercent, nec vineas colant, nec campos arant, nec messem metant, nec fenam tectent, nec lepem ponant, nec silvas strpent, nec arbores cadant, nec in petris laborent, nec domos construant, nec horum faciant, nec terram moveant, nec ad placita conveniant, nec venationes exercent, nisi tantum cibi vel frigoris necessitate. Item feminarum opera textilia non faciant, nec vestimenta capulent, nec conuant, nec vestimenta lavent, nec liniant, nec linum battant, nec lenam carpere praesumant, nec barbeas tondeant, ut omnimodis bonorum requies die domi-

Anno persolvatur. Ipse est enim primus dies saeculi. In ipso formata sunt elementa mundi, in ipso creati sunt angeli, in eo inanna de caelo datum est, in eo redemptor humani generis a mortuis resurrexit, in eo Spiritus Sanctus super discipulos descendit. Conveniendum est sabbato die cum luminaribus ad Ecclesiam, conveniendum est ad vigiliis sive ad matutinum officium, concurrendum est etiam cum oblationibus ad Missarum sollemnia. Et dum convenitur, nulla jurgia sunt habenda; sed tota die tantum Deo vacandum est, & non in crapula, & ebrietate, vel in luxuriis, & jocularibus verbis, sed in Dei laudibus & elemosynis cum amicis, proximis, & peregrinis spiritaliter epulandum.

ANNO CHRISTI

CAPUT XXVII.

De diebus festis anni.

Festos dies in anno celebrare sanximus, hoc est, diem dominicum Paschae cum omni honore, & sobrietate venerari, simili modo totam hebdomadam illam oblivere decrevimus, diem ascensionis Domini pleniter celebrare. In Pentecosten similiter, ut in Pascha, nativitatem sancti Johannis Baptistae, Petri & Pauli diem unum, sancti Laurentii, Assumptionem sanctae Mariae, dedicationem sancti Michaelis, natalem sancti Martini, sancti Andreae, & omnium Apostolorum. In nativitate Domini dies quatuor, octavas Domini, Epiphania, purificationem sanctae Mariae, natalem sancti Ursicini & sancti Anthegisili, & sancti Sulpitii. Et illas festivitates sanctorum observare decrevimus, quorum in unaquaque parochia sancta corpora requiescunt, vel reliquiae venerantur. His praedictis diebus ab operibus quietendum esse diximus. Ceteras festivitates sanctorum Apostolorum, martyrum, confessorum, atque virginum congruo honore celebrandas esse censemus.

Capitulum

CAPUT XXVIII.

Qualiter fideles in Missarum sollemnibus offerre debeant vel communicare.

Sacrificium quod a Christianis Deo offertur primum Christus Dominus noster, & magister instituit quando commendavit Apostolis corpus & sanguinem suum prius quam traderetur. Sic enim legitur: *Accipit, inquit, Jesus panem & calicem, & benedicens dedit eis.* Dicunt aliqui, nisi aliquo intercedente peccato, eucharistiam cotidie accipiendam. Hunc enim panem dari nobis cotidie jubente Domino postulamus dicentes, *Panem nostrum cotidianum da nobis hodie.* Quod quidem bene dicunt, si hoc cum religione & devotione, & humilitate suscipiunt, nec sidendo de justitia, superba praesumptione id faciant. Ceterum si talia sunt peccata quae quasi mortuum ab altario removeant, prius agenda est penitentia, ac si inde hoc saluterum medicamentum suscipiendum, juxta Apostolum probare se debet homo, & sic de pane illo manducare, & de calice bibere. Si vero indiferece accipitur, timendum est illud quod ait idem Apostolus: *Qui manducat & bibit indigne, iudicium sibi manducat & bibit.* Hoc est enim indigne accipere, si eo tempore quis accipiat, quo debet habere penitentiam. Quod si tanta non sunt peccata ut excommunicandus quisque iudicetur, non se debet a medicina dominici corporis separare, ne dum nimium in longum differat, ad perniciem animae pertineat, dicente Domino: *Nisi manducaveritis carnem filii hominis, & bi-*

Regino lib. 1. cap. 154

Lib. 1. Capitulum. cap. 40

957

*Et biberitis ejus sanguinem, non habebitis vitam in vobis.* A

ANNO  
CHRISTI  
1111

Conjugatis autem abstinendum est a coitu aliquot diebus, orationique vacandum, ut ad tantum accedere purificati valeant sacramentum. Relegant regnorum libros, & invenient sacerdotem Abinielech de panibus propositionis noluisse prius dare David & pueris ejus antequam interrogaret utrum mundi essent pueri a mulieribus, non utique ab alienis, sed a propriis conjugibus; & nisi eos audisset ab heri, & nudius tertius vacasse ab opere conjugali, numquam panes sanctos ad comedendum concessisset. Quapropter eligendi sunt aliqui dies quibus prius homo continentius vivat, quo ad tantum sacramentum dignus accedere possit. Similiter & eos qui in Missarum sollempniis panem & vinum sacerdotibus ad altare offerunt, a conjugibus aliquandiu abstinere oportet, & postea aqua loti, & vestimentis ablatis, pro suis quorumque errantibus oblationes Deo offerant, & si velint, communicent. Quibus autem sacrificii sumptus negatur, offerendi facultas non tribuitur.

CAPUT XXIX.

*De jejunio quadragesimali.*

Capitulum  
Theodulphi  
cap. 37.

Dies autem quadragesimales cum summa observatione custodiendi sunt, ut jejunium in eis, præter dies dominicos qui ab abstinentia subtrahuntur, nullatenus solvatur, quia ipsi dies decimæ sunt anni nostri, quos cum omni religione & sanctitate transigere debemus. Nulla enim in his occasio sit resolvendi jejunii; quia alio tempore solet jejunium caritatis causa dissolvi. Isto vero nunquam debet, & in alio tempore jejunare præmium adipisci est; in hoc vero, præter infirmos aut parvulos, quisquis non jejunat, poenam sibi acquirit, quia eisdem dies Dominus & per Moysen, & per Heliam, & per semetipsum sacro jejunio consecravit. Abstinentum est enim in his sacratissimis diebus a conjugibus, quia pene nihil valet jejunium quod conjugali opere polluitur. Ab omnibus ergo fidelibus singulis dominicis diebus in quadragesima, præter eos qui pro crimine mortali excommunicati sunt, sacramenta corporis & sanguinis Christi sumenda sunt, & in cena Domini, & in Parasceve, & vigilia Pasche, & in die resurrectionis Domini penitus communicandum est. Et ipsi dies paschalis hebdomadæ omnes æquali religione colendi sunt.

CAPUT XXX.

*De ceteris jejunii institutis.*

lib. 4. Cap.  
tulum cap.  
111.

De jejunio in quatuor anni temporibus conservando, quando lectiones duodecim in sabbato leguntur, statutum est a sanctis patribus ut in primo mense, in prima hebdomada; in Junio in secunda hebdomada; in Septembrio in tertia hebdomada; in Decembrio in quarta hebdomada, tribus diebus, id est quarta, & sexta, & septima feria, omnes, exceptis infantibus & infirmis, usque ad nonam jejunent, & abstineant se a carne. Eodem modo in diebus rogationum jejunandum est, & a carne triduo abstinendum est. Jejunia vero a sacerdotibus indicta sine necessitate rationabili solvenda non sunt. In diebus itaque jejunii elemosyna facienda est, & cibum & potum quo quisque uti vellet, si non jejunaret, pauperibus erogat; quia jejunare, & cibos prandii ad cenam referre non mercedis, sed ciborum est incrementum.

Capitulum  
Theodulphi  
cap. 38.

CAPUT XXXI.

*De observationibus jejuniorum.*

ANNO  
CHRISTI  
1111

Abstinentia in diebus jejunii pene omnium deliciarum esse debet, & sobrie & caste vivendum, ut sanctificato corde & corpore ipsi sancti dies transigantur. Denuntiandum est etiam ministris reipublicæ, ut a quarta feria ante initium quadragesimæ, nec in ipsa quarta feria, usque post octavas Paschæ, nullum vel placitum publicum, nisi de concordia, & pacificatione discordantium tenere præsumant. Similiter a quarta feria ante nativitatem Domini, usque post consecratos dies observent, nec non & in jejniis quatuor temporum, & in rogationibus, & in ceteris jejunii constitutis simili observatione eosdem feriatis dies venerari omnimodis studeant. In his autem jejuniorum diebus nullæ lites, nullæ contentiones esse debent, sed in Dei laudibus, & in opere necessario persistendum. Arguit enim eos qui contentiones, & lites jejunii tempore exercent, & qui debita a debitoribus exigunt Dominus per prophetam dicens: *Ecce in die jejunii vestri inveniantur voluntates vestrae, & omnes debitores vestros repetitis. Ecce ad lites, & contentiones jejunatis. & percussitis pugno impie.*

Capitulum  
Theodulphi  
cap. 39.

Capitulum  
Theodulphi  
cap. 40.

Capitulum  
Theodulphi  
cap. 41.

CAPUT XXXII.

*De poenitentia fidelibus danda.*

Hebdomada una ante initium quadragesimæ confessiones sacerdotibus dandæ sunt, poenitentia accipienda, discordantes reconciliandi, & omnia iurgia sedanda; & dimittere debent debita invicem de cordibus suis, ut libentius dicant: *Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris.* Et sic ingredienti in beatæ quadragesimæ tempus mundis & purificatis mentibus ad sanctum Paschæ accedant, & per poenitentiam se renovent, quæ est secundus baptismus. Confessiones vero dandæ sunt de omnibus peccatis, quæ sive in opere, sive in cogitatione perpetrantur. Octo sunt vitia principalia, sine quibus vix ullus inveniri potest. Est enim primum garrulgia, hoc est ventris ingluvies, secundum fornicatio, tertium accidia sive tristitia, quartum avaritia, quintum vana gloria, sextum invidia, septimum ira, octavum superbia. Quanto ergo quis ad confessionem venit, diligenter debet inquiri quomodo, aut qua occasione peccatum perpetraverit quod peregrisse confitetur, & juxta modum facti debet ei poenitentia indicari. Debet ei persuaderi, ut de perveris cogitationibus faciat confessionem. Debet ei etiam injungi ut de octo vitiis principalibus faciat confessionem. Et nominatim debet ei sacerdos unumquodque vitium dicere, & suam de eo confessionem accipere.

Capitulum  
Theodulphi  
cap. 42.

Capitulum  
Theodulphi  
cap. 43.

CAPUT XXXIII.

*De modo poenitentia vel remedii.*

Modus poenitentia peccata sua confitentibus, aut per antiquorum canonum institutionem, aut per sanctarum scripturarum auctoritatem, aut per ecclesiasticam consuetudinem imponi debet, repudiatis, ac penitus eliminatis libellis, quos poenitentiales vocant; quorum sunt certi errores, incerti auctores, de quibus recte dici potest: *Mortificabant animas que non moriebantur, & vinciebant inimicas que non credebant.* Qui dum pro peccatis gratiam...

Conc. C. 6.  
loc. II. 11.

gra-

ANNO CHRISTI 1179

ANNO CHRISTI 1180

gravibus leves quosdam & inuitatos imponunt penitentiam modos, consuunt pulvillos, secundum propheticum sermonem, sub omni cubito manus, & faciunt cervicalia sub capite universis etatis ad capiendas animas. Sicut enim baptismus peccata, ita & penitentia purgat. Septem enim modis peccata dimitti scriptura sancta demonstrat. Primo in baptismo, secundo per martyrium, tertio per eleemosynam, juxta illud evangelicum: *veritatem dico vobis, & omnia munda sunt vobis*. Quarto si remittat quis peccanti in se peccata sua, juxta illud: *dimittite, & dimittetur vobis*. Quinto si per predicationem quis & bonorum operum exercitium alios ab errore suo convertat, juxta illud Apostoli: *quoniam qui convertit a peccato ab errore via sua, subvertit animam ejus a morte*. Sexto per caritatem juxta illud: *Caritas Domini cooperit multitudinem peccatorum*. Septimo per penitentiam, juxta quod ait David: *Confertus sum in arumna dum configitur foris*. His ergo septem modis & remissio datur, & eterna retributionis premium acquiritur.

CAPUT XXXIV.

De publica penitentia.

Penitentiam agere juxta antiquam canonum institutionem in plerisque locis ab usu recessit, & neque excommunicandi, neque reconciliandi antiqui moris ordo servatur. Et ideo qui publice peccat, publica muldetur penitentia, & secundum ordinem canonum pro merito suo excommunicatur, & reconciliatur. Non enim licitum est Presbyteris publicam dare penitentiam, sed publice peccantes oportet, ut juxta antiquorum canonum decreta per episcopale ministerium publica Deum student satisfactione pacare.

CAPUT XXXV.

De usuris & sanone.

Oportet sacerdotes & omnes in commune fideles, ut si quando fruges, vel quosdam redditus terra congregant & protelant, non ideo hoc faciunt ut carius vendant, & thesauros congregent, sed ut pauperibus tempore necessitatis subveniant; nec ad usuram aliquid dent, quoniam ab ipso Domino in lege omnibus interdictum est ad usuram aliquid dare. Usura est ubi amplius requiritur quam datur. Verbi gratia: si dederis solidos decem & amplius requisieris, vel si dederis modios frumenti, aut vini, & iterum super aliquid quacunque occasione, vel quocunque modo evageris. Quicumque enim tempore messis, vel tempore vindemie, non necessitate, sed propter cupiditatem, comparat annonam, aut vinum, & servat usque dum carius vendare possit, hoc turpe lucrum esse dicimus. Foenus autem exercere, qui aliquid prestat. Nam justum foenus est cui amplius non requirit nisi quantum prestat.

CAPUT XXXVI.

De perjuria & falso testimonio.

Predicandum est ut perjuria fideles caveant, & ab hoc summo opere abstineant, scientes hoc grande scelus esse, & in lege, & prophetis, sive evangelio prohibitum. Audivimus enim quosdam parvi pendere hoc scelus, & levem quodam modo perjuris penitentiam modum imponere. Qui nosse debent talem de perjuro penitentiam imponere debere, qualem & de adulterio, de fornicatione, de homicidio, & de ceteris criminalibus vitiis, quoniam in lege, Domino precipiente, habemus: *Non perjurabis in nomine meo, nec polius nomen Dei tui, & ne assumes nomen Domini Dei tui in vanum*. Dicendum est etiam eis, ut a falso testimonio se abstineant, scientes & hoc gravissimum scelus esse, & ab ipso Domino in monte Sinai prohibitum, dicente eodem Domino: *Non falsum testimonium dixeris, sive testis falsus non erit impunitus*. Sciat se etiam quisquis hoc perpetraverit tali penitentia purgandum, ut superius dictum est de perjuria. Dicendumque est illis quod summa, non dicam stultitia, sed nequitia est pro cupiditate auri & argenti, aut vestimentorum, aut cujuslibet rei, aut quod creberime contingere solet, propter ebrietatem in monte grande scelus corrumpere, ut aut septem annis in arda arumna sit, aut ab Ecclesia sit repulsus, dicente Domino: *Quid prodest homini si fuerit totum mundum, & anima sue detrimentum faciat*. Quippe cum alius videatur pius existere, sibi autem crudelis existat. Si quis vero perpetrato perjuria, aut falso testimonio, vel quolibet criminali peccato, timens penitentiam longam arumnam, ad confessionem venire noluerit, ab Ecclesia repellendus est, sive a communione & consortio fidelium, ut nullus cum eo comedat, neque bibat, neque oret, neque in sua domo eum recipiat.

nere debere, qualem & de adulterio, de fornicatione, de homicidio, & de ceteris criminalibus vitiis, quoniam in lege, Domino precipiente, habemus: *Non perjurabis in nomine meo, nec polius nomen Dei tui, & ne assumes nomen Domini Dei tui in vanum*. Dicendum est etiam eis, ut a falso testimonio se abstineant, scientes & hoc gravissimum scelus esse, & ab ipso Domino in monte Sinai prohibitum, dicente eodem Domino: *Non falsum testimonium dixeris, sive testis falsus non erit impunitus*. Sciat se etiam quisquis hoc perpetraverit tali penitentia purgandum, ut superius dictum est de perjuria. Dicendumque est illis quod summa, non dicam stultitia, sed nequitia est pro cupiditate auri & argenti, aut vestimentorum, aut cujuslibet rei, aut quod creberime contingere solet, propter ebrietatem in monte grande scelus corrumpere, ut aut septem annis in arda arumna sit, aut ab Ecclesia sit repulsus, dicente Domino: *Quid prodest homini si fuerit totum mundum, & anima sue detrimentum faciat*. Quippe cum alius videatur pius existere, sibi autem crudelis existat. Si quis vero perpetrato perjuria, aut falso testimonio, vel quolibet criminali peccato, timens penitentiam longam arumnam, ad confessionem venire noluerit, ab Ecclesia repellendus est, sive a communione & consortio fidelium, ut nullus cum eo comedat, neque bibat, neque oret, neque in sua domo eum recipiat.

CAPUT XXXVII.

De perjuria, furto, & rapina.

Quicumque sciens perjurium perpetraverit, unius septem se penitentiam subdat, & ita deinceps ad communionem revertatur. Qui vero cupiditate captus furtum fecerit, quod abstulerit reddat, & annis quinque penitentiam agat. Similiter & qui per rapinam alterius res injuste abstulerit, & hoc quod vi iniuste extorsit restituat, & totidem annis, id est quinque, reatum suum penitentiam jejuniis diluet. Si autem nescit, cui damnum intulit, aut non valet reddere quod violenter subrepsit, asperiori penitentiam se submittat, & post septem annos perfectionem plenam consequatur acta legitima penitentia.

CAPUT XXXVIII.

De observationibus vanitatum.

Quicumque fidelium auguria, & suspicia sive somnia vel divinationes quaslibet more gentilium observaverint, sive sortes quas mentiuntur esse sanctorum, que clerici, vel laici detedi fuerint vel consulere vel docere, aut in domos suas hujusmodi homines introduxerint exquirendi aliquid arte malefica, aut domos suas lustraverint, ab Ecclesia quinquennio habeantur extranei, penitentiam agentes secundum antiquas regulas constitutas. Non enim licet Christianis traditiones gentilium observare, vel colere elementa, aut lunas, aut stellarum cursus, aut inanem signorum fallaciam pro domo faciendam, vel segete, vel arboribus plantandis, vel conjugis sociandis. Scriptum est enim: *Omnis quacunque factus, in nomine Domini facite*. Nec licet in collectionibus herbarum, aliasque observationes vel incantationes adtendere, nisi tantum cum simbolo divino, & oratione dominica. Similiter nec Christianas mulieres licet vanitatem in suis lanificiis observare, sed Deum invocent adiutorem, qui eis sapientiam

Lib. Cap. 1179

Lib. Cap. 1180

Capitulum Theodulfi 1179

Vide Notam ad Capitulum 1179

tiam texendi donavit, ut in omnibus honorifice-  
tur Deus.

A tempore penitentiae tribuatur, ita tamen ut omni  
tempore vitae suae fletibus & humilitati insistant.

## CAPUT XXXIX.

*De homicidiis sponte commissis, & non sponte  
commissis.*

De his qui voluntarie homicidium faciunt gra-  
vis sententia in scripturis sacris est, dicente A-  
postolo: *Qui templum Dei violaverit, disperdet il-  
lum Deus. Templum enim Dei sanctus est, quod  
estis vos.* Quicumque ergo voluntarie homicidium  
fecerit, ab Ecclesia Dei est repellendus, & a  
consortio fidelium sequestrandus, juxta canonum  
instituta, ubi ita scriptum reperitur: *Qui volunta-  
rie homicidium fecerit, penitentia quidem jugiter se  
submittat, perfectionem vero circa exitum vitae con-  
sequatur.* Et item: *Si quis voluntarie homicidium  
fecerit, ad januam Ecclesiae catholicae semper jaceat,  
& communionem in exitu vitae suae recipiat. Si au-  
tem non voluntate, sed casu aliquo homicidium fue-  
rit factum, prior canon septem annis aegi peniten-  
tiam iussit; secundus canon quinque mandavit.* Et  
alibi: *De homicidiis non sponte commissis prior qui-  
dem definitio post septem annos penitentia perfectio-  
nem consequi praecipit. Secunda vero quinquennis tem-  
pus explore.*

Conc. Ancy.  
cap. 11. 11.

## CAPUT XL.

*De homicidiis diversis occasionibus perpetratis.*

Si quis servum proprium, licet criminibus mul-  
tis approbatum, sine conscientia iudicis occiderit,  
excommunicatione, vel penitentia biennii reatum  
sanguinis emendabit. Si vero domina furore zeli  
accensa flagellis verberaverit ancillam suam, ita  
ut intra diem tertium animam cruciatus effundat,  
& quod incertum sit voluntate per septem annos;  
si in casu occiderit, per quinquennis tempora a  
communione placuit abstinere. Quod si intra tem-  
pora constituta fuerit infirmata accipiat commu-  
nionem. Placuit etiam ut hi qui sibi ipsi aut  
per ferrum, aut per venenum, aut per precipiti-  
um, aut per suspendium, vel quolibet modo  
violenter intulerint mortem, nulla illis in obla-  
tione commemoratio fiat, neque cum pluinis  
ad sepulturam eorum cadavera deducantur. Si-  
militer & de his placuit qui pro suis sceleribus  
puniuntur.

## CAPUT XLI.

*De feminis quae parios suos necant, & cum duobus  
fratribus fornicantur.*

Conc. Ancy.  
cap. 21.

Si qua mulier fornicaverit & infantem qui e-  
xinde natus fuerit occiderit, & quae studuerit ab-  
ortum facere, & quod est conceptum necare,  
aut certe non concipiat elaborat, sive ex adulte-  
rio, sive ex legitimo matrimonio, has tales mu-  
lieres in morte non recipere communionem prio-  
res canones decreverunt. Nos tamen pro miseri-  
cordia sive tales, sive conscientias ipsarum decem  
annos agere penitentiam iudicavimus. Et si qua  
mulier duos fratres, aut si quis vir duas sorores  
habuerit, a communione se abstineant usque ad  
mortem, in morte autem eis communio pro mi-  
sericordia detur. Si vero supervixerint commu-  
nionem accepta, & de infirmitate convalescerint, a-  
gant plenam penitentiam tempore constituto, &  
hoc secundum antiquam definitionem. Humanus  
autem nunc definitio ut eis decem annorum

Genet. Genet. Tom. XIV.

## CAPUT XLII.

*De adulterio.*

Si cuius uxor adulterata fuerit, vel si ipse a  
adulterum commiserit, septem annorum peniten-  
tia oportet eum perfectionem consequi secundum  
primitivos gradus. Si vero uxorem habens, concu-  
binam habuerit non communicet, donec desinat  
ab ea, & ad penitentiam revertatur. Quod si  
conticio marito uxor fuerit mœchata, usque in  
finem non communicet. Si autem eam relique-  
rit, post decem annos accipiat communionem.

Conc. Ancy.  
cap. 10.

## CAPUT XLIII.

*De his qui fornicantur irrationabiliter.*

De his qui irrationabiliter versati sunt sive  
verlantur, id est qui se miscent pecoribus aut cum  
malculis polluuntur, si quis ante viciesimum an-  
num tale crimen commiserit, quindecim annis  
exactis in penitentia communionem orationis  
mereatur; deinde quinquennio in hac communi-  
one durans, tunc demum oblationis sacramenta  
contingat. Discutatur autem & vita eorum, qual-  
is tempore penitendae extiterit, & ita miseri-  
cordiam consequantur. Quotquot autem peracta  
viginti annorum ætate uxores habentes in hoc  
peccatum prolapsi sunt, viginti quinque annis  
penitentiam gerentes in communione suscipian-  
tur orationum, in qua quinquennio perdurantes  
tunc demum oblationis sacramenta percipiant.  
Quod si & uxores habentes & transcentes  
quinquagesimum annum ætatis ita deliquerint,  
ad exitum vitae communionis gratiam consequan-  
tur.

Conc. Ancy.  
cap. 14.

## CAPUT XLIV.

*De satisfactione & reconciliatione penitentium.*

Satisfactio autem est causas peccatorum & sug-  
gestionum excludere, & ultra peccatum non ite-  
re. Reconciliatio vero est quae post complemen-  
tum penitentiae adhibetur. Nam sicut concilia-  
mur Deo quando primum per baptismum a gen-  
tilitate convertimur; ita reconciliamur quando  
post peccatum penitendo regredimur. Quorum au-  
tem peccata in publico sunt, in publico debet esse  
penitentia per tempora quae episcopi arbitrio  
penitentibus secundum differentiam peccatorum  
decernuntur, eorumque reconciliatio esse debet  
ab Episcopo sive a Presbyteris, jussu tamen Episcopo-  
rum, sicut canones Atricani concilii testan-  
tur, ubi ita scriptum est: *Cujuscunque penitentis  
publicum, & vulgatissimum crimen est quod univer-  
sam Ecclesiam commoverit, ante absidiam ei manus  
imponatur.* Si vero penitens mortis periculum  
incurrerit, per Episcopi licentiam a Presbytero  
reconcilietur, & communionis gratia muniat,  
ut desperationis furene ligatus ad æternum pertra-  
hatur. Nulli ergo fidelium ultima penitentia vel  
reconciliatio, sive corporis & sanguinis Christi  
perceptio neganda est. Quorum autem peccata  
occulta sunt, & spontanea confessione soli tan-  
tummodo Presbytero ab eis fuerint revelata, ho-  
rum occulta debet esse penitentia secundum Pres-  
byteri iudicium cui confessi sunt, ut infirmi in  
Ecclesia scandalizentur videntes eorum poenas,  
quorum penitus ignorant causas. Quali autem

Lib. 1. Ca-  
pitular. cap.  
129.

Ppp tem.

ANNO  
CHRISTI  
811.  
Ead. tom. I. in  
epistola ad  
Dionysium.

tempore penitentium reconciliatio fieri debeat, ostendunt decreta Innocentii Papæ, ubi ita scriptum reperitur: *De penitentibus autem qui, sive ex gravioribus commissis, sive ex levioribus pariteriam gerant, si nulla intervenierit aegritudo, quinta feria ante Pascha eis remittendum esse Romana Ecclesia consuetudo demonstrat. Ceterum de pondere abstinentie delictorum, sacerdotis est judicare, ut attendas ad confessionem & ad fletus atque lacrymas penitentis, ac tunc potest dimitti cum videris congruam satisfactionem. Sane si quis in aegritudinem inciderit, et est ante Pascha relaxandum, ne de hoc saculo absque communione discedat. Hoc ergo ante omnia caveendum est, ne in extremis penitenti penitentia & reconciliatio denegetur, ne in desperatione pereat. Perdidisset enim latro in ciuce ad dexteram Christi pendens præmium, si illum unius horæ penitentia non juvasset. Vera ergo ad Dominum conversio in ultimis positum mente potius est æstimanda quam tempore, propheta asserente: Cum conversus, inquit, ingemueris, tunc salvis eris.*

## CAPUT XLV.

*De pollutionibus nocturnis.*

S. Gregor.  
Ep. 8. ad S.  
Augustinum  
cap. 11.

Quærendum est utrum post illusionem quæ per somnum solum acciderit, corpus & sanguinem Domini quislibet accipere valeat, aut si sacerdos sacra mysteria celebrare debeat, an non. Ad hæc respondendum est, quoniam in veteri testamento pollutum nisi prius lotum aqua usque ad vesperum intrare in Ecclesiam non conceditur. Quod tamen aliter populus spiritali intelligens, sub eodem intellectu accipit, quia quasi per somnum illuditur qui tentatus variis imaginibus immunditæ in cogitatione inquinatur. Sed lavandus est aqua, ut culpas cogitationis lacrymis abluat. Et nisi prius ignis tentationis recesserit, reum se ut-

que ad vesperum recognoscat. Sed est in eadem illusionem necessaria valde discretio, quam subtiliter pensare debeat ex qua re accidat menti dormientis. Aliquando enim ex crapula, id est ex nimio cibo vel potu; aliquando ex natæe superfluitate, vel infirmitate; aliquando ex cogitatione contingit. Et quidem cum ex natura superfluitate, vel infirmitate evenerit, omnimodo hæc illusio non est timeanda; sed ille cui pertulit, se ipsum ac vestimenta sua aquis emundans, licite ministerium peragat, & ad sacra mysteria devotus accedat. Cum vero ultra modum appetitus gulæ in sumendis alimentis rapitur, atque ideo humorum receptacula gravantur, habet exinde animus aliquem reatum, non tamen usque ad prohibitionem percipiendi sacri mysterii vel Missarum sollempnia celebrandi, cum fortasse aut festus dies exigit, aut exhiberi mysterium, pro eo quod sacerdos alius in loco deest, ipsa necessitas compellit. Nam si adsunt alii qui implere illud officium valeant, illusio per crapulam facta a percipione sacramenti prohibere non debet, sed ab immolatione sacri mysterii abstinere, ut arbitror, humiliter debet, si tamen dormientem turpis imaginatio non concusserit. Nam sunt quibus plerumque ita illusio nascitur, ut eorum animus etiam in somno corporis positus turpibus imaginationibus non sedetur. Si vero ex turpi cogitatione vigilantis oritur illusio, mentem dormientis radix fedat coinquinationis. Quia quod cogitavit sciens, hoc pertulit nesciens. Iste talis non debet accedere ad percipiendum vel consecrandum corporis & sanguinis Christi sacramentum quousque penitentia & abstinentia biduana, vel triduana satisfactione purgatus & aqua ablutus mundetur, & lumente corpore purus ad tam sacratissimum mysterii munus accedere festinet immunis.

ANNO  
CHRISTI  
811.


Ex tom. I.  
Conc. H. 100

## CONCILIUM APUD BENNINGDON

A PRÆLATIS ET PROCERIBUS

Regni Mercie sub Bertulpho rege habitum anno circiter DCCCL. vel paulo antea:

*In quo Athillus monachus Croylandensis graviter questus est de plurimis damnis & injuriis per vicinos Danos & infidiales suo monasterio illatis. in quorum resartionem Bertulphus rex non solum aberrantia prælia, sed & splendidissimas immunitates illi concessit, ut videre est e charta sua apud Ingulphum, qua in concilio Kingesburienfi mox sequenti sollempniter confirmata est.*



ANNO  
CHRISTI  
811.

## CONCILIUM KINGESBURIÆ

ANNO  
CHRISTI  
811.

SUB BERTULPHO REGE MERCIORUM

Sexta feria paschatis anno Christi DCCCL. celebratum, præsentibus  
Ceolnotho Dorobernensi archiepiscopo, ceterisque  
Mercie episcopis & magnatibus:

In quo, præter regni negotia, amplissimæ munificentie charta illa Bertulphi regis monasterio Croylandie, cum sancti Benedicti regula, confirmatur, prout sequitur.



ANNO CHRISTI 811.

CHARTA

BERTULPHI REGIS MERCIORUM.

De immunitatibus concessis monasterio Croylandis.

Bertulphus rex Merciorum venerabili patri domino Sivoardo abbati Croylandis, omnibusque fratribus suis monachis ejusdem monasterii presentibus & futuris, salutem in Domino sempiternam.

Querela monachorum

Gratias debitas vobis omnibus dignissime reddo pro pecunia, qua me per vos dudum pretereantem, in mea maxima indigentia, contra paganorum violentiam gratissimo & liberalissimo animo reformistis. Quo tempore quia de injuriis damnis vobis per quosdam viros adversarios malitiose nimium illatis mihi graviter conquesti estis, qui nequiter insidiantes in exterioribus ripis squarum vestrarum, si dictas ripas ascenderent in piscando qui de fugitivis servi vestri sunt effecti, & pari modo multotiens custodientes mariscorum vestrorum, si forte oves & boves, aut cetera animalia vestra longius errantia revocare dicti servi vestri excederent, & eisdem servos vestros extra vestram insulam inventos, velut impunitatis suae violatores, publicis legibus subjicerent & damarent, sicque necesse fuit frequentissime vel dictos servos vestros in manus hostium suorum incidere & perire, vel eorum labores ad justum commodum vestrum non procedere. Proposita ergo tali querela vestra per fratrem Askillum commonachum vestrum palam coram prelati & proceribus totius regni mei Mercie apud Benningdon ultimo congregatis, omnibus tenerrime compatiens super ejusmodi vobis illatis injuriis, ad honorem Dei & sancte matris ecclesie relevationem, considerantibus etiam & collaudantibus universis perfectionem sanctissime religionis vestre, pro majore pace & quiete vestri sacri monasterii complacuit privilegia domini VVithlasi regis fratris, & predecessoris mei de impunitate vobis concessa declarare & dilatare in elemosynam anime mee, declarataque ac dilata meo chirographo confirmare. Quapropter precepi Radoto vicedomino Lincolnie, ceterisque ministris meis in illa parte constitutis, insulam vestram Croylandis, ac terminos mariscorum vestrorum circumire & describere, mihi que, & concilio meo, ubicumque in ultimo pasche fuissetis, fideliter & lucide demonstrare: qui iusta complentes, illis nominibus insule vestre mariscorumque vestrorum circuitum mihi & concilio meo, sanctum pascha nostrum tunc apud Kingesbury tenentibus aperte descriptum obtulerunt.

Privilegia VVithlasi regis confirmata.

Terminis.

Libertates.

Claudit enim insulam vestram de Croyland ad ejus orientem ( prout antiquitus per eam dotavit monasterium vestrum inclytus quondam rex Mercie Ethelbaldus fundator vester, & ceteri reges Merciorum sui successores suis chirographis confirmaverunt) ab A(vvittosthirne usque ad Tedvvarthar aqua de Schepisbee, &c. prout a fundatione monasterii vestri hactenus omnia prestatia pacifice posseditis. Pro servis ergo vestris, quos de fugitivis sive piscatores, sive pastores vobis facietis, cum communi concilio totius regni mei concedo sancto monasterio vestro ultra exteriores ripas quinque agrorum claudentium insulam vestram 20. pedes in latitudine ab ipsa aqua, ubicumque ascenderit ad retia sua extrahenda, aut ad alia sua necessaria in terra solida peragenda. Similiter quocumque protenditur animalium ve.

Cencil. Generat. Tom. XIV

Astrorum commensis in prediis mariscis, illuc extenditur etiam fugitivorum vestrorum licentia, ut forte in agris continguos ex tempestate, vel alio ipfortunio, vel latrocinio abducta fuerint, consentientibus omnibus prelati & proceribus meis, concedo ipsis fugitivis vestris, quod, sicut alii liberi homines, animalia vestra prediis persequantur, & meliori modo, quo poterant, repetant & reducant, & quasi in ecclesia sua essent, pace mea & impunitate per totam viam suam gaudeant: subque mutilatione membri magis necessarii nullus eos audeat molestare, vel in aliquo contrariari.

ANNO CHRISTI 811.

Uberiora privilegia.

Insuper pro dicti VVithlasi quondam regis, fratris & predecessoris mei, proque redemptione meorum peccatorum, cum communi concilio gratitudoque consensu omnium magnatum regni mei concedo Deo, & beatissimo confessori suo sancto Guthlaco, sacratissimoque monasterio vestro Croylandis, quod per totum regnum meum Mercie abbas, monachus conversusve sacri monasterii vestri, qui nunc estis, vel qui vobis succedent in futurum post vos, ibidem Dominum servituri, pro quocumque negotio processerint, de dictis fugitivis vis suae famulos licenter sibi faciant & producant; inque presentia dicti abbatis monachi, vel conversi, ubique per regnum meum, sicut in ecclesia sua Croyland, salvi permaneant & securi, ac ab omni periculo impunitatis penitus, & indemnes sub mutilatione membri magis dilecti, si quis istud privilegium meum attentaverit in aliquo temere violare. Quod si extra prediis 20. pedes in ripis exterioribus aquarum vestrarum, aut extra villata, que communia vobiscum vendicant in occidentalibus mariscis vestris, ex utraque parte aque de VVeland, aut alibi, vobis absentibus, absque vistica litera abbatis loci vestri talis fugitivus repertus fuerit, juxta demerita legali supplicio subiacebit. Declaratis namque terminis tam insule vestre, quam mariscorum vestrorum; declaratis etiam ad honorem Dei privilegia domini VVithlasi, ac aliorum regum Mercie, predecessorum meorum, vobis magnifice concessit, complacuit unanimiter mihi ac universo concilio vestra omnia loca mei auctoritate regii chirographi confirmare.

at impunitatis

at utroque partem

Res confirmat regulum.

Confirmo ergo vobis & successoribus vestris regulum S. Benedicti sub habitu vestro, tam nunc professis, quam post vos professuris, principalem vestram ecclesiam Croylandis, in qua venerandis reliquiis sanctissimi Christi confessoris, & patroni vestri beati Guthlaci corporaliter tumulati, ultimam resurrectionem feliciter expectant; totamque insulam adjacentem, prout per terminos suos superius declaratos ministrorum meorum diligentia sufficientissime est descripta, in sedem separatam abbatie vestre, in situm specialem monasterii vestri, & in vestrum plenum dominium singulariter & perpetuo possidendum, una cum duobus mariscis jacentibus ad ejus occidentem, videlicet Alderlound in australi parte aque VVuland, & Goggisound in ejusdem aque parte boreali, per terminos similiter superius declaratos. Hec est hereditas Domini, dos ecclesie Christi, solum sancte Marie & beati Bartholomei apostoli, S. Guthlaci monachorumque suorum sanctorum sacratissimum, & monasterium ab omni terreno servitio liberrimum, illustrissimorum regum elemosyna specialis, & in omni tribulatione universi locus refugii singularis, mansio sanctorum perpetuus, & possessio viris religiosis communi regni concilio specialiter appropriata, proque frequentibus miraculis sanctissimi confessoris inter vineas Engaddi balsami mater semper fertilis, & regum

at septem litteris.

privilegiis Bosor in solitudine, omnibus penitentibus civitas gratiæ & salutis.

ANNO CHRISTI 811.  
Institutiones  
Consuetudo  
Historia

Si quis sacrarium hoc violaverit, vel in aliquo vexaverit, vindicabit in illum dextra mea, & heredes mei, quicumque post me fuerint hujus regni Merciorum perenniter sceptrigeri successores. Confirmo & Deo & sancto Guthlaco, sacroque monasterio vestro, *Ec. donationesque repetens, ait.*

Hæc omnia suprascripta, ecclesias, capellas, terras, tenementa, pasturas, piscationes, maneria, mansiones, molendina, mercas, & mariscos, libera & soluta ab omni servitio seculari, & onere terreno, concedo vobis & successoribus vobis in perpetuum: & præsentis meo chirographo confirmo in regiam elemosinam meam pro anima domini Vvithlaci quondam regis fratris & prædecessoris mei, & pro animabus omnium peregrinorum parentum, & amicorum meorum. Et emancipo ab omni debito regis, & omnis alterius domini, & hominis, cuiuscumque fuerit dignitatis, excellentiæ, vel honoris, ut nihil amodo de vestris tacti monasterii Croyland, monachis hæcatis, aut laicis servis aut tenentibus exigere poterunt præter orationes vestras & beneficia spiritualia, quo gratiam beatissimi confessoris Christi sancti Guthlaci apud vos corporaliter quietis in nostris adipisci necessitatibus jugiter mereamur.

#### SUBSCRIPTIONES.

Cum ergo unanimi consensu totius præsentis concilii hic apud Kingesbury, anno incarnationis Christi Domini octingentesimo quinquagesimo primo, feria sexta, in hebdomada paschæ, pro regni negotiis congregati, illud meum regium chirographum sanctæ crucis signo stabiliter & immutabiliter confirmavi.

Ego Ceolnothus archiepiscopus Dorobernenus sanus & incolumis tam mente quam membris manu mea consignavi.

Ego Swithulphus Londoniensis episcopus, in meipso expertus gratiam Dei, & sanctissimi confessoris sui Guthlaci, humili devotione ad iustitiam domini mei regis illud chirographum dista-

avi, & inter ceteros dominos episcopos in ordine meo subscripsi.

Ego Swithunus Vvintoniensis episcopus, gaudens & lætus quoties aliquibus miraculis piissimus dominus lætificat civitatem suam sanctam matrem nostram ecclesiam, hæc regis chirographo subscripsi.

Ego Elstanus Schireburnensis episcopus, devotus & perpetuus debitor sancti Guthlaci, privilegio sanctæ ecclesie suæ congratulans, signum feci.

Ego Orkenvaldus Lichfeldensis episcopus hilaris ac alacer in cunctis sanctæ ecclesie prosperis successibus, prompto animo collaudavi.

Ego Rethunus Legerecentis episcopus, filius ac famulus sancti Guthlaci, quamdiu vixero, gratanter procuravi.

Ego Godvvinus Rossensis episcopus honorem Dei per hoc chirographum ardentem affectavi.

Ego Vulfardus abbas Eveshamensis approbavi.

Ego Livinogus abbas Vvinchelcambæ commendavi.

Ego Hedda abbas de Medeshamsted diligenter procuravi.

Ego Enulphus dux consensit.

Ego Ostrithus dux consului.

Ego Serto comes consensum præbui.

Ego Elberus comes annui.

Ego Huda comes assensum dedi.

Ego Oslat pincerna regis Ethelwylphi, & legatus ipius domini mei, & filiorum suorum, nomine illorum & omnium Vvestsaxonum istud chirographum domini Berthulphi regis plurimum commendavi.

Ego Bertulphus rex Merciorum palam omnibus prælatis & proceribus regni mei divinam deprecor majestatem, quatenus per intercessionem sanctissimi confessoris sui sancti Guthlaci, omniumque sanctorum suorum dimittat mihi omni populo meo peccata nostra: & sicut per aperta miracula sua nobis ostendere dignatus est misericordiam suam, sic super paganos hostes suos dare nobis dignetur in omni certamine victoriam, & post præsentis vite fragilem cursum in consortio sanctorum suorum gloriam sempiternam. Amen.

## CONCILIUM SUESSIONENSE,

### IN QUO PIPPINUS JUNIOR

Rex Aquitanie, regno spoliatus, & in clericum attonsus, in monasterium S. Medardi SueSSIONENSIS deducitur. Anno Chr. DCCCLI.

*En sup in tom. C. Libbeus Append. tom. III.*

Collegitur illud concilium ex canone quinto alterius synodi mense Aprili habita, anno 853. que in tomo III. conciliorum Gallie nuncupatur SueSSIONENSIS II. ubi patres historiam hujus Pippini exhibent his verbis. Ante hoc tempus veterandi concilii, obtinente Pippino, Pippini regis filii Ludovici piissimi Augusti filio, Aquitaniam; etiam consentiente avunculo ejus glorioso rege Carolo, cui eadem provincia in partem obtigerat, ecclesiastica disciplina & militari soluta, eadem regio a suis indigenis valde vastata est, & multi illic impune illicita perpetrarunt. Tandem aliquando respiciente Deo populum suum, idem Pippinus a suis contemptus & desertus, atque in potestatem avunculi sui Karoli redactus, consilio reverentissimorum pontificum & procerum attonsus, & in habitu monastico ad monasterium sancti Medardi custodiendus & docendus deducitur est. Præterea idem concilium congruatur ad Illudata Remens

dante consilium de penitentia Pippini e monasterio elapsi, & ad Aquitaniam regressi. Non præjudicans, inquit, synodali sententiæ de Pippino decretæ. Cum igitur Pippinus SueSSIONIBUS e monasterio sancti Medardi, duobus monachis consentientibus, summi & operi servitibus, fuga elapsus fuerit, ut narrat Regino, contra quos dantaxat canon ille quintus synodi SueSSIONENSIS II. conditus fuit; nihil autem contra Pippinum factum sit: inde consequens est hæc suprascripta evenisse Pippino, & ante tempus concilii SueSSIONENSIS II. ut loquitur ejus canon quintus: & in altero quidem concilio, ut assertis adhuc Hincmarus, quod jam vocamus SueSSIONENSE, quia probabilis est destruxum fuisse Pippinum in monasterium civitatis. in qua celebratum est concilium; cuius epocha elicitur ex annalibus Francorum Metensibus, qui breviter eadem omnia in prædicto canone quinto exposita referunt ad annum 853. his verbis. Pippinus rex Aquitanie comprehensus a suis, eo quod

969  
ANNO  
CHRISTI  
811.

quod pace soluta, multa illic mala perpetraren. A Carolo regi cum regno traditur; ecclesiasticusque clericus, in monasterio sancti Medardi retruditur. Porro chronicon Mammianum anno sequenti adscribit, quod Pippinus in Carolo postulatam uxoris, notisque mensum. Anno, inquit, 852. mense Septembris Karolus nepotem suum Pippinum adquisivit. Sed hoc penitus intelligendum est, postquam Pippinus e monasterio S. Medardi, ope monachorum suorum abiciens habitum monasticum, in fugam se contulit: de quo loquitur idem Hincmarus in epistola 59. Providentia de Pippino non est negligenda, & loci con-

venientia ita custodiatur, ut ad pristinum vomitum redire nequeat, & ut certi ad fideles custodes adhibeantur, satis est procurandum, nec oblitiscendum, quid de eo in monasterio S. Medardi accidit; nam quod factum est, adhuc fieri potest. Hoc ipsum confirmat Adonis chronicon his verbis: Pippinus ex eodem monasterio per fugam elapsus, in Aquitaniam regressus, multo tempore, fugiendo latuit: iterumque a Ranulpho per fidem deceptus est: & ad Carolum adductus, Silvanectum perpetuo est exilio detrusus.

ANNO  
CHRISTI  
811.



CONCILIABULUM CORDUBENSE,  
IN QUO VETITUM EST MARTYRIUM,

ANNO  
CHRISTI  
811.

ANNO  
CHRISTI  
811.


Cultusque sanctorum martyrum sublatus fuit, anno Domini DCCCLII. tempore Leonis pape & Lotharii imperatoris.

Occasio concilii.

a Conciliabulum. ) Gens perfida Saracenorum, quae in Asia, Africa & Europa his temporibus dominabatur; anno Domini 840. Corduba in Hispania ubi sedem regni sui habebant, duos infignes Dei confessores martyrio affecit: anno sequente Cordubensem episcopum cum universoclero aliiive episcopis Mahometi sectam detestantibus, quos nominatim recenset Eulogius in documento martyriali, in carcerem detrusit: ex quibus, aliis occisis, alios ad lapsum & defectionem fidei reservavit. Cumque ex his nonnulli regi Arabi crudelissime suavisent, ut curaret convocari concilium omnium episcoporum regni sui, quorum decretis & constitutionibus synodalibus martyrium vetaretur, doloso invento approbato, omnes episcopi & sacerdotes carceribus sunt educti, coactumque est ea intentione concilium. Antequam convenissent plurimi fideles sponte ad confessionem fidei & perfidiae detestationem profiterentur, fidemque libere professi gloriosum martyrium subierunt. Quibus victoriis christianos in arctissimum carcerem esse compingendos. Qua occasione fidelium plerique tugerunt, & latebras quaesiverunt, alii deserta fide se infidelibus conjunxerunt. Pseudo-

Episcopi qui convenerant, habito conventu satanico martyrium prohibuerunt, cultumque sanctorum martyrum sustulerunt, dicentes, quod qui violenter ad abnegationem fidei non adigerentur, sed propria voluntate, discrimini se offerrent, inter martyres non sunt habendi; ideo maxime, quia miracula instar antiquorum martyrum non ederent, eorumque corpora non incorrupta permanerent. Impium synodale decretum non tantum refutavit & improbavit doctissimo suo commentario, quem *Memoriale sanctorum* inscripsit, Eulogius, verum etiam ipsa Dei ultio in regem mox secuta ostendit, quantopere martyres eorumque cultus divinis majestati placeret. Nam cum sublimis solarium oppida lustraturus rex Arabum crudelissimus conscendisset, & e regione pendentia stipitibus sanctorum corpora intueretur, centumque concremari iussisset, os illius repente eadem hora divinitus ita obstructum fuit, ut fari non posset, manibusque portanarium in stratum reductus, eadem nocte extingueretur. Hoc tempore celebratum esse hunc malignorum conventum, testatur in Eulogium scholiastes, quem illustrissimus cardinalis Baronius anno 851. num. 16. loquitur.

Decreta & acta concilii.



CONCILIUM MOGUNTINUM II.  
SUB RABANO CELEBRATUM,

Anno Domini DCCCLII. tempore Leonis pape IV.

Causa concilii.

a Concilium. ) De hac synodo Moguntina antea- nales Francorum a Pithæo editi ita habent: *Habita est autem synodus ea voluntate & precepto ejusdem serenissimi principis in civitate Moguntina, metropolitani Germaniae praesidentis Rabano venerabilis ejusdem urbis archiepiscopi, cum omnibus episcopis atque abbatibus orientalis Francia, Bajoaria, & Sannoniae: & illi quidem de absolvendis quæstionibus tractatum habuerunt. Quoniam autem fuerint istæ quæstiones, nusquam invenio. Hanc aliasve provinciales synodos non sine licentia Romani pontificis celebratam fuisse constat ex iis quæ dixi. Vide Baronium prædicto anno 852. num. 25. Serarium lib. 1. hist. Mog. cap. 33.*

citique acta ea. consequentibus; quæ ab Iavonem sejun- gamus, post Nicolai I. epistolæ atque decreta cum regis collectore omnia penulo post collocabimus una cum Isaac Lingonesis, Herardi Turonensis, & Walterii Aurelianensis antiquum ejusdem argumenti opusculis. Ad eundem annum Christi 852. a speilegi Dacherial anno II. pag. 586. revocatur concilium Senonense, in quo V. milio Senonensis antistes privilegium monasterio S. Remigii ab Aldrico decessore suo concessum confirmavit. Verum annus dati in concilio privilegii omoloe manet incertus. Effe enim Carolus Calvus hac verba in suo diploma- te dato anno regni sui duodecimo ( immo potius decimo- tertio, cui respondet quo additur indictio prima ) infere- rit: *Privilegium est ecclesiasticæ auoritatis in urbe Senonensi una cum venerabilibus conscriptis, fidelibus nostris divorsarum ecclesiarum constitutum se posse professus est Wen- nio, &c. nihil tamen simul inde elicere, donec regiam si- mul ac pontificiam confirmationem eodem fuisse anno per- actam demonstraveris. Interim donec major lux effulserit, concilium illud Senonense huic & nobis assignetur loco.*

OBSERVATIO PHILIPPI LABBE, S. J.  
Hincmarus Rhemenfis Archiepiscopus hoc anno 852. capitula quedam edidit ad presbyteros parochia suæ, subje-

AD

## AD CONCILIUM MOGUNTINUM II.

Cui Rabanus presedit, Anno 853. habitum,

## A D D I T I O.

Ex Suppl.  
Mss. 10. 1.  
pag. 272.

**C**oncilium hoc, solo nomine notum ex eodemo an-  
nuario Paderbornensi, nonnulli illustrat diploma  
Ludovici Germanici anno 853. datum, in quo de  
concilio illo, ut opinor, fit mentio, atque in eo con-  
stitutum dicitur portio solvenda episcopo corbejensi  
nova, & Herifordensi Sandimonialium inveni-  
senti. Diploma illud legitur apud Lanig Spicilog. III.  
pag. 66. ex quo hic ducimus.

In nomine Sanctæ, & indivisæ Trinitatis, Ludovici,  
vicus, divina favente gratia, rex.

**S**i petitiones fervorum Dei, justas & rationabi-  
les, ad effectum perduxerimus, & ad huma-  
nam vitam feliciter transigendam, & perpetuam  
felicitatem promerendam proculdubio nobis profutu-  
rum speramus. Quapropter notum esse volumus,  
quomodo venerabilis abba VVarinus adijt excel-  
lentiam nostram, suppliciter orans, ut nostra mu-  
nificencia prospiceremus monasteriis illi commissis,  
quorum unum est monachorum, nova Corbeja  
nominatum, ubi & ille primum regulari electio-  
ne abbas extitit, & alterum est Sandimonialium,  
Herifordt dictum, & propriis abbatibus, cujus no-  
men Addila, subiectum, sed juxta consuetudi-  
nem, quod ancillarum Dei congregationibus pro-  
curari solent prapofiti ex ecclesiastico ordine, jam  
dicto abbati commendavimus, ut tam in discipli-  
na abbatissam juvare, quam in cunctis negotiis,  
que famulus Christi pro sexu, & professione sua  
exequi non possent, ipsarum provisor, & patro-  
norum recorderet. Is ergo petitit celsitudinem nostram  
recordari, quod pie memoris genitor noster Hlu-  
dovicus imperator ambo hæc monasteria extrui  
jussit, ad normam videlicet præcipuorum in Gal-  
lia monasteriorum, novam utique Corbejam ad  
similitudinem antiquæ Corbejæ, Herifordense ve-  
ro cenobium ad exemplum monasterii sandimo-  
nialium in Sveslithonis civitate existentium, & ut  
in elemosinam suam hoc totius generis sui in-  
stitutionum earundem perfectio expletur, cellam  
juris sui, quæ vocatur Meppia cum decimis &  
possessionibus undique ad eam pertinentibus, &  
ecclesiam Eresburg, quam avus noster Carolus  
primo extruens in Saxonia, decimis dotavit cir-  
cumquaque habitantium, per duas Saxonicas ra-  
stas, præfatus noster genitor ad novam Corbejam  
tradidit. Ad Herifordense autem monasterium ad-  
jumentum dedit in episcopatu quidem Osnabru-  
genſi ecclesiam Bugimthi cum subiectis sibi eccle-  
siis, in parochiis vero Mimigeifordensibus ecclesiam  
Hreni cum iis quæ ad eam pertinent ecclesiis. Ita  
sane ut decimarum aliorumque reddituum preven-  
tiones præfatis cederent monasteriis, & ab ipsis  
vicissim procurarentur subiectæ plebes in baptisma-  
te, in Eucharistia, in sepulturis, in confessione  
peccatorum audienda. Et presbyteri, qui princi-  
pales ex his ecclesiis tenerent, archipresbytero-  
rum officio fungerentur ad agenda omnia, quæ  
solent fieri ab archipresbyteris episcoporum. Cum  
autem ipsi episcopi circuitiones suas ibi agere de-  
berent, ad eorum mansuetudinem daretur, quod in  
capitularibus antecessorum nostrorum præscriptum  
habetur. Nos igitur rata esse volentes certa om-  
nia, tantum expensas ad ministerium episcopi  
propter agritudinem & senectutem ei, quæ nunc  
est, Gozberti augere debemus. Id juxta petitio-

nem sæpe dicti abbatis VVarini ita moderari pla-  
cuit, ut descripto, quantum satis sit, ad servi-  
tium episcopi, hoc nullo modo subtrahatur, &  
episcopus vicissim ampliora non requirat, nec cum  
pluribus veniat, quam ut ei sufficere possint. In  
quibus satis esse consensit præfatus episcopus co-  
ram nobis, & archiepiscopo nostro HRabano ce-  
terisque cum eo in synodo agentibus. Item ut  
dentur ad singulas ecclesias porci quatuor, valen-  
tes singuli denarii duodecim, & octo arietes, qui  
eadem pene summa, quod quatuor porci aestima-  
rentur, tres porcelli, quatuor aocm, octo pulli,  
viginti situlae de medone, XX. de mellia cerevi-  
sis, XL. de non mellia, CXX. panes, C. modii  
de avena, manipuli DC. sitque in potestate epif-  
copi utrum hæc per singulas ecclesias ad unam  
mansuetudinem, an ad duas velit habere. Ne au-  
tem in summa debiti his plas aut minus comple-  
datur, hoc auctoritatis nostræ præcepto cum con-  
sensu Synodali decernimus, atque jubemus. His  
etiam adjungere placuit liberam utriusque loco con-  
cessionem eligende de propria congregatione in  
regimen suis, per futura semper tempora, congruum  
personas. Et ut omnis hinc dubietas tollatur, ma-  
nu propria hæc roborantes, annuli nostri impres-  
sione signari jussimus.

Siguum ( L S ) HLudovici  
Serinissimi regis

Hadelbertus subdiaconus ad vicem Baldrici ab-  
batis recognovi. Data XI. Cal. Junii, anno Xmo  
regni gloriosissimo regis Hludovici in orientali  
Francia regnantis, Ind. I. Actum in palatio regio  
Franconesford, in Dei nomine feliciter. Amen.

CHARTA LUDOVICI I. GERMANIÆ  
REGIS PRO MONASTERIO  
RHINAUGIENSI,

in eadem Synodo data.

**I**n nomine Domini, & Salvatoris Nostri Jesu  
Christi Hludovicus divina ordinante providen-  
tia rex. Quoniam Principem, ac defensorum Ec-  
clesiarum nos fecit Dominus, ne ejus ingrati esse  
videamur gratiam, servitium suum augmentare, ec-  
clesias ditare, bene & opportune constructas de-  
fendere, destructas vero nos oportet restaurare.  
Idcirco notum sit omnibus fidelibus nostris, præ-  
sentibus scilicet & futuris, qualiter Rabanus me-  
tropolitæ Mogunciensis, & Salomon episcopus  
Constantiensis, nec non Folevinius venerabilis  
Abbas Augiensis cum multis aliis principibus in  
generali Concilio Moguncie celsitudinem nostram  
adierunt, & quendam nobilem virum de Aleman-  
nia in pago Turgovve in comitatu Adalbalmi ob  
laudes divines, & regulares disciplinas construxe-  
rant, obsequiis nostris præsentaverat, humiliter  
deprecantes, quatenus monachum quemdam nomi-  
ne Gobbertum, quem idem VVolvone a fratribus  
& a se electum dixerat in præfato loco abbatem  
constitueremus, quod & ita fecimus, ea videlicet  
ratione, quod monachos suos regulariter regat,  
nulli calumniam sine justo judicio inferat, res  
monasterii intus, & bene ordinet, omnia juxta  
sa-

Ex Colla  
Christiana  
10. 1. p. 207.

ANNO CHRISTI 811.

ANNO CHRISTI 811.

sapientis archiepiscopi dispositionem decanter, congruo, A dem nos & successores nostri hancum regale de-

& utiliter gubernent. Hic talis equis successores a nullo eliciantur, nisi tali, quod abbat, factiori involvantur, quod ecclesiasticis viri eos inter se non possint, tunc primo in Concilio generali Constantiensi, vel Moguntiacensi iusto congregatum iudicio deponantur. Postquam vero aliquis eorum sic depositus fuerit, vel de hac luce, quod magis cupimus, migraverit, non aliunde abbas condiciatur, nisi, quod abbat, inter eos nullus idoneus invenitur. Præterea principes supradicti nobis libilliter sunt con- quenti, quod & nos satis audivimus, & veraciter scivimus, scilicet plerisque eorum, qui ecclesia- rum vocantur advocati, debita reverentia in tan- tum abuti, ut qui deberent esse modesti defen- siones, impudenter effræti sint rapaces & injuriosi exactores. Quapropter nostris placuit providentiam in præfati Abbatis suorumque successorum, & fra- trum, videlicet monachorum loco perpetuiter ponere potestate, ut sapientum usi consiliis, & eis, quos inter potentes saculi esse noverint equi- tatis & modestiam amatores; eligant suo compe- tenter loco advocatos & defensores, nec quisquam omnium sibi habeat curam, vel potestatem præsumat vindicare, vel quasi hereditariam, aut aliquo jure debitam invadere, nisi quem abbas electio, & monachorum consulta approbatione vellent admittere. Cujuscumque autem fidei abbas ejusdem Cenobii advocatiam non timet committere, et

benus contradare, eo videlicet tenore, ut quan- documque sui commissi perjuraverint in rebus, vel hominibus, quod vulgo *Malsum* dicitur, existat, vel si aliquem advocatum, sine exactorem præter se sine abbatis permissione sibi usum constituat, semel, secundo, & tertio communiis, si non e- menderit, statim sine mora, & sine præjudicio advocatiam cum omnibus commodis perdat. Idem advocatus in præfato loco nullum jus habeat pla- citandi, vel aliquam judicariam potestatem exer- cendi, nisi forte ab abbate vocatus advenerit, & tunc voluntati, sive petitioni ipsius satisfaciat. Quicumque autem potens, vel impotens persona hoc statutum bonæ memoriæ Caroli avi nostri, ac pia recordationis Hludovici patris nostri una cum nostra confirmatione aliqua temeritate trans- gredi, & infringere præsumpserit, sexaginta libras auri, medietatem palatio nostro, medietatem abba- ti persolvat. Et ut hæc confirmationis nostræ au- thoritas tunc, & semper stabilis, & inconvulsa permaneat, manu propria illam firmantes sigillo nostro consignari iussimus.

Hadebertus subdiaconus ad vicem Grimaldi ar- chiepiscopi recognovi. Datum anno ab Incarna- tione Domini 811. regni domini Hludovici re- gis primo, indictione xv. Actum Moguntie cor- am multis principibus in generali concilio feliciter. Amen.

In authenti- co, sicut legitur ap- prætorio.

CONVENTUS TICINENSIS

Episcoporum & Principum, Lothario imperatore presente, Anno 815. habitus.

ibidem.

Conventus hujus, cujus nullam alibi mentio- nem offendi, mentio extat in actis transla- tionis corporis S. Abundis diaconi Fulgino Berce- tum in diocesi Parmensi, quæ ab anonymo sed coarvo descripta dederunt Bollandiani socii, in tractatu præliminari ad tom. I. Julii pag. 45. Hæc enim ille nom. 4. *Evoluta multo tempore* (egerat prius de tempore, quo Sergius II. Romanam ca- thedram tenebat, quam anno 844. accepit) *con- tigit eundem abbatem* (Tiberium Bercei) *ad se- dem regionis ire, qua est urbi Papiæ, ubi tunc piis- simus imperator Lotharius iusserat episcoporum comi- tumque magnam venire conventum, inter quos, & Fulgines civitatis Dominicus &c.* Conventum seu concilium Ticinens habitum anno 850. Bolla- diani socii iudicarunt, sed fugit virus doctæ ea animadversio, quæ illos plane in aliam senten- tiam traxisset. Qui ab anonymo designatur Pa- piensis conventus, a Lothario indidus erat, eo- demque præsentè habendum fuisse non ambigo. Qui vero coivit cæsus anno 850. auctorem non

quidem Lotharium, sed Ludovicum ejus filium habuit. Eundem pariter Ludovicum induisse con- ventum istum, qui Ticinum anno 855. convenit, leges ab eo latæ eo in conventu demonstrant. Af- signandus est ergo ille, de quo agitur, conven- tus anno illi, quo Lotharium in Italiam descen- disse diu post annum 844. compertimus. Anno vero 853. imperatorem illum eo venisse discimus ex actis synodi Romanæ anno 853. decembris men- se celebratæ, in cujus synodi actis Lotharii no- men primum post Leonem pontificem occurrit. Is ergo annus conventui huic statendus est. For- te tamen ad annum præcedentem 852. conven- tum hunc retrahendum esse demonstrari posset ex diplomate ejusdem Lotharii pro ecclesia Clusina dato, relatoque ab Ughellio tom. III. col. 614. nov. edit. in Clusinis, quod ab eo imperatore, Papiæ agente, anno XIII. imperii die VI. Kal. Novembris indictione I. idest anno 852. datum est.

PRIVILEGIUM MONASTERII SANCTI REMIGII AB ALDRICO CONCESSUM

Confirmat Vvenilo archiepiscopus Senonensis in concilio Senonis habito circa annum DCCCLII.

Et Tom. 1. Spicileg. De- cher. p. 186.

Dominis sanctis & reverentissimis fratribus & co- episcopis, religiosissimis quoque & venerabilibus ab- batibus in ditione regni domini Karoli serenissimi regis, Vvenilo minimus servorum Christi famulus, sancta Senonica ecclesia archiepiscopus.

per tempora labentia omnibus sanctissimis patri- bus & fratribus in Dei nomine consentientibus firmiter obtineat rectitudinis statum & iustitiam permaneat, manu nostræ parvitatatis subter rege- da firmavimus, & ut rata deinceps manere pos- sint quæ scripta sunt, manibus vestra sanctitatis roboranda exposulamus.

Prime venerabilis & Deo devota sanctitas ve- stra novit, &c. Quod opus Deo dicatum ut

Vvenilo sanctæ Senonicæ sedis munere divino ar-

ANNO CHRISTI 845.

archiepiscopus hoc privilegium fieri iussit & subscripsi.  
 Hubertus sanctæ Moldensis ecclesiæ indignus episcopus hoc privilegium subscripsi.  
 Adalbertus Tricassus episcopus subscripsi.  
 Helias Carnotensis ecclesiæ indignus episcopus subscripsi.  
 Ruricus Rothomagensis vocatus archiepiscopus subscripsi.  
 Ursinarus Tarasorum archiepiscopus subscripsi.

Freculfus Lexoviensis ecclesiæ episcopus subscripsi.  
 Saxobodus Segensis episcopus subscripsi.  
 Simeon Laudunensis episcopus subscripsi.  
 Baldfredus Bajocensis ecclesiæ episcopus subscripsi.  
 Reginarius Ambianensis episcopus subscripsi.  
 Altheus præveneris gratia Dei Augustodunensis episcopus relegi & subscripsi.  
 Ermenefredus abba subscripsi.  
 Abbo abba subscripsi.  
 Lupus Catalaunensis episcopus subscripsi.

ANNO CHRISTI 845.



AD CONCILIUM SENONENSE

Anno 845. habitum, In quo privilegium monasterii S. Remigii firmatum est,

ADNOTATIO CHRONOLOGICA.

Ex Supplem. Masg. 10. 1. pag. 202. Anno 845.

Inter Baluzium & Dacherium de anno quo privilegii huius auctoritas firmatur, his intercedit. Dacherius annum præteri 852. Baluzius 845. Constat enim ex præfatione Capitularium Caroli Calvi tit. VII. VVenilonem non diu ante an. 846. Synodum cum suffraganeis suis egisse. Cujus potissimum partes tenende sint nobis indicat nomen Adalberti Tricassii, quod inter subscriptores recitatur. Constat enim Adalbertum anno 837. con-

ventui Carisiacensi interfuisse, ut ex diplomate Ludovici imperatoris apud Baluzium lib. 3. Miscel. cap. 50. vitæ Aldrici Cenomanensis constat. Anno vero 847. successor ejus Prudentius Parisiensi concilio subscribit. Ex quo inferas Senonense concilium, cui Adalbertus adfuit, ante annum 847. convenisse. Præstat ergo Baluzii chronologiam, que concilium istud cum anno 845. componit, retinere.



CONVENTUS SENONENSIS

IN QUO ACTUM DE BURCHARDO,

Carnutensî episcopo consecrando. Anno Christi DCCCLIII. ante Concilium Suetionensê eodem anno habitum.

ANNO CHRISTI 843.

ANNO CHRISTI 843.

Ex Libbei Append. 10. Vill.

Totam hujus conventus historiam scribit Andreas Medicus hujus ætatis auctor, ad an. 853. ex libro revelationum legati ecclesiarum nomine. Rex, inquit, Carolus accersivit quendam diaconum nomine Burchardum e partibus Lotharii Regis, & commendavit illi ecclesiam Carnutensium, ut esset in ea pontifex; ac si nullum in regno dignioris nominis clericum invenire potuisset: edixit VVeniloni Senonum archiepiscopo, ut eum ordinaret episcopum. Vocavit autem legatum ecclesiæ idem archiepiscopus, & dixit: Scio ad iram Dei provocandam regem nostrum Karolum egisse prædicta de Burchardo; nam de eo per universas regni hujus ecclesiæ fama dictu horribilis divulgata est. Sed si esse posset, ut Dei iracundia non provocaretur, quia apud sæculi causam strenuus esse dignoscitur, rogo te omnimodis, sic ores Deum, quatenus dignetur tibi ostendere, si secundum ejus voluntatem idem Burchardus fieri mereatur episcopus. Hoc ego satis vellem, est e-

nim mihi consanguineus. Cumque orarem solito, etiam & pro supradicto negotio: ecce Dominus dignatus est me audire, & descendens de celo, lumine suo circumfulsit me in loco, quo eram orans, & dixit, *Malèdixit dies, quo erit Burchardus episcopus*; & hæc dicens, in celum rediit. Ego autem retuli universa archiepiscopo meo, qui mox scriptum misit oraculum istud regi Carolo: & illud quoque conventui episcoporum, qui ob hoc Senonas conveniunt, monente jam dicto archiepiscopo, retuli. Qui primo quidem noluerunt ordinare episcopum eundem Burchardum, tam evidens Dei oraculum pavescens: sed imperium regis postea, & multorum episcoporum, ac principum regni consensus, prævaluit, & mense quarto ordinatus est episcopus.

G. C. Nollnerus episcopi ordinare Burchardum in hoc conventu: in Suetionensi concilio ordinandum dixerunt, ut constat ex capite 3. Suetionensê igitur anni 843. concilium hoc conventu postioris est.



CONVENTUS TICINENSIS.

PREFATIO.

ANNO DCCCLV. convocare

In nomine sanctæ & individue Trinitatis, incarnationis Domini nostri Jesu Christi annis DCCCLIII. anni imperii domini Hludovici imperatoris Augusti vi. indictione xv. dum conventum fidelium nostrorum palatio nostro Ticinæ civitatis convocarentur, & simul eorum nostrorum nobilium consultum, non solum ecclesiasticam utilitatem, & populi salvationem, sed et-

Eiam totius regni statum perquirere studeremus, inter reliqua populus noster nobis quasdam petitiones obtulit, quas nos Dei amore & eorum fidelitate ducti libenter suscepimus, atque ideo subter annotata capitula ad eorum utilitatem subscribi fecimus, quas in futuro pro lege tenendas firmamus.

CA.

1. Baluzius hunc Conventum edidit inter Capitularia ad an. 845.

## CAPITULA.

ANNO  
CHRISTI  
813.Lib. 3. Leg.  
Longob. tit.  
d. cap. 3.  
voluntate  
Locus cor-  
ruptus.

idem

00

Lib. 3. Leg.  
Longob. tit.  
44. c. 4.

06. 10.

## I.

(a) De feminis, quæ defunctis viris lex Longobardorum prohibet ante anni spatium vestem religionis mutare, & velamque suscipere petierunt, ut nostra licentia eis mox divina pietas inspiraverit, eas indemnes licere suscipere. Nos autem ejus considerantes, quia opto pro ipsa dilatione multæ etiam raptu intra eundem spatium ad aliam partem distractæ fuerunt; ideo & eorum petitionem, quam justam censuimus, suscepimus, & eis ita fieri concedimus.

## II.

Nostræ majestati reclamaverunt patres nostri, vel nostri super eas superfluas factas inquisitiones, ideo eis concedimus ab hinc in futurum nullas alias super eos fieri inquisitiones, nisi unde Caroli proavi, & avi nostri tempore factæ fuerunt.

## III.

De liberis hominibus, qui super alterius res residunt, & utique nunc a ministris reipublicæ contra legem ad placita protrahantur, & ideo pignorantur, confi-

Atutum est, ut secundum legem patroni eorum eos ad placitum adducant: & si quis eos contra hanc nostram auctoritatem & eorum legem pignorare aut distringere præsumperit, patronum ejus omnia cum lege commendet, & insuper præsumptione ban- num nostrum componat.

## IV.

De homicidio, unde lex pro simplicitate probationem trium testium querit, & testes habere non potuerit, concedimus, ut cum duodecim juratoribus juret ab eadem simplicitate absolutus propriam non admittat.

## V.

De chartis, quæ a quibusdam personis falsæ appellantur, constituimus, ut si notarius superfuerit, & testes qui eam veram & idoneam faciant; & si testes mortui fuerint, & notarius superfuerit, cum duodecim juratoribus veram & idoneam eam faciat. Concessas denique petitiones vestras consideravimus, etiam ea quæ ad nos in pridem pervenerunt, ad referendas malorum insidiationes iisdem adjungere capitulis.

## CONCILIIUM SUESSIONENSE II.

## IN MONASTERIO SANCTI MEDARDI.

Apud Sueffiones, præsentem Carolo Calvo rege & quinque provinciarum episcopis celebratum die Kalendas x. Maias, indictione 1. hoc est anno Christi DCCCLIII. Leonis IV. pape vi. Caroli ejusdem regis XIII.

## TITULI CANONUM.

## D

## PRÆFATIO.

- I. De clericis ab Ebbone post depositionem perperam ordinatis: & de legitimo Minemari successore ejus ordinatione.
- II. Herimanni episcopi Nivernensis ecclesie, propter ipsius infirmitatem, Vvuloni archiepiscopo commendata.
- III. De Burchardo Carnatum episcopo eedere vel ordinari jussu.
- IV. Aldrici episcopi paralyti laborantis ecclesie ejus metropolitano commendata.
- V. Duo monachi presbyteri, Pippinum & sancti Medardi monasterio abducere conati, depositi atque in diversa monasteria relegati.
- VI. De Ragamfrido diacono, qui præcepta falsa regio nomine condidisse dicebatur.
- VII. De missis ad instaurandum Dei cultum per singulas provincias dirigendis.
- VIII. Ut ecclesie immunitatem olim adeptæ in perpetuum illa frui possint.
- IX. Ut ex possessionibus ecclesiasticis nona ac decima percipiuntur.
- X. Ut in locis sacris judicia publica non exercentur.
- XI. Ut disciplina ecclesiastica novis nemò audeat tueri.
- XII. Ut incesti & alii peccati, qui episcoporum exomen refugium, per iudices publicos compellantur.
- XIII. Ut nulla res ecclesiastica absque regie permissione commutetur.

Regnante in sempiternum Domino Deo universorum, anno incarnationis ejusdem Domini Dei nostri Jesu Christi DCCCLIII. anno vero regni gloriosi Caroli filii Ludovici religiosissimi Augusti XIII. indictione 1. episcopis juxta instituta canonum synodum celebrare volentibus annuit idem rex Carolus, eosque ad urbem Sueffionum, in monasterio sancti Medardi & sancti Sebastiani, x. Kalendas Majas convenire præcepit: ubi, posthabitis secularibus curis, ipse quoque rex adesse dignatus est: ut non solum devotione ecclesie se situm esse ostenderet, verum etiam, sicubi opus esset, protectorem regia potestate monstraret.

## CANONES.

## I.

Cum itaque præfules diversarum ecclesiarum, pro rege multa humiliter & prudenter proponente, tractassent potius quædam quam diffinivissent, vi. Kalendas Maji synodo præsidentibus Hinemaro Rhemorum,

(a) Has leges habes etiam supra in Capitulari Lotarii anni 824. eodem Imperatori adscriptas; reversa autem Ludovici II. esse Harduini in Nora ibidem censuit. Mansi.  
Baluz. legit, quia præterito tempore pro ipsa dilutione multa etiam itaque intra eundem spatium etc.  
Concil. Generali. Tom. XIV. 299

ANNO  
CHRISTI  
877.

rum, Vvenilone Senonum, Amalrico Tu-  
ronorum metropolitano episcopo, idem  
Rhemorum metropolitano episcopo ve-  
nerabilis Hincmarus ostendit, non paucos  
a decessore suo Ebbone, postquam canoni-  
ce depositus fuisset, nec vero canonicè re-  
stitutus, irrationabiliter ordinatos. Jam rex  
absque ulla ambitione synodum solus in-  
gressus simpliciter cum episcopis residebat.  
Serie igitur depositionis memorati Ebbon-  
is plenissime prolata, multis metropolita-  
nis, pluribusque aliis episcopis, qui aucto-  
res fuerunt, recitatis; restitutionis autem  
illius non canonicè, immo nec verissimi-  
lis, paucis admodum & aliarum regio-  
num præsulibus nominatim expressis, cla-  
ruit præfatum Ebbonem episcopale offi-  
cium illicitè repetisse, quousque gradibus  
eccelesiasticis æstimatus fuerit promovisse,  
damnationi potius obnoxios effecisse: Hinc-  
marum autem successorem ejus canonicis  
sanctionibus caute ac subtiliter observatis  
ad sedem accessisse, & præter decreta ma-  
jorum in hac parte nihil omnino moliri,  
sicut in gestis synodalibus exinde ab epi-  
scopis ejusdem concilii more canonico con-  
firmatis plenius edocetur.

## II.

Postmodum venerabilis Vvenilonis Seno-  
nicæ urbis metropolitani episcopi suffraganeus  
Nivernensis ecclesiæ, nomine Herimannus,  
pro suis excessibus, quos corporali molestia sæpe dicebatur admittere, a  
sanctis præsulibus modeste & acriter incre-  
patus est, quod prius frequenter correptus,  
ordini sacratissimo perseverantia le-  
vitatum adhuc injuriam faceret: & in præ-  
sentia principis, infirmitatem pastoris ne-  
quaquam fastidientis, injunctum est metropo-  
litano ejus, ut adjunctis secum aliquot  
episcopis ad oppidum Nivernense accederet,  
& omnia ibi negotia ecclesiastica sapienter  
componeret: ipsam vero coepiscopum suum  
Herimannum apud urbem Senonum se-  
cum haberet, donec æstivum tempus,  
quod valde contrarium inhrmitati illius  
ferebatur, pertransiret: & sic Domino an-  
nuente abstinencia competenti assuetum,  
episcopali gravitate instructum, apostolicis  
moribus informatum, clerus & populus  
cum ad sedem propriam utiliter favente  
Dei gratia revocaret.

## III.

De Burchardo etiam, qui Carnotensem  
ecclesiam tenebat, statutum est ut aut se  
idoneum ad assumendum episcopalem gra-  
dum admonitu Vvenilonis metropolitani  
episcopi ostenderet, aut certe pronam in  
se clementiam cognoscens principis cederet,  
in utroque Dei iudicium experturus. Igi-  
tur sequenti die causa illius ad modum  
deducta, venerabiles episcopi, Rhemorum  
metropolitano Hinemarus, Lugdunensium  
Pardulus, Aurelianorum Agius, seorsum

eum admonere præcepti sunt, ut si ab-  
sque discrimine valeret, officium se posse  
aggredi fateretur; aut si non posset, pro-  
pter Dei timorem impossibilitatem ingenue  
confiteretur. Parte cleri, quæ præfens e-  
rat, ac laicorum, bonum ei testimonium  
perhibente, memoratis præsulibus suaden-  
tibus, ad concilium intromissus, tanto qui-  
dem gradu se dignum esse profiteri, arro-  
gantia austerit esse, non veritatis: si quis  
vero crimen aliquod sibi vellet objicere,  
ad id purgandum se paratum esse firma-  
vit. Nullo qui id conaretur existente, de-  
crevit sancta synodus, ne diu Carnutum  
sedes vacaret: sed directis illuc secundum  
voluntatem metropolitani episcopi venerabi-  
lis Vvenilonis, qui electionem præfati  
Burchardi recognoscerent, & ipsi refer-  
rent, optantibus canonicè ordinaretur epi-  
scopus.

## IV.

Præterea Cenomannicæ urbis Aldricus  
episcopus paralyti dissolutus epistolam di-  
rexerit, causam suæ absentia insinuans, pe-  
tensque ut maxime sibi adhuc viventi, &  
quandocumque defuncto, sacris precibus  
Coptularentur. Quod exuberantes caritate  
se facturos omnes promiserunt, & metropo-  
litano illius, Turonicæ urbis venerabili  
episcopo Amalrico, ut ad eandem urbem  
accederet, injunxerunt; & quæcumque ef-  
ficerent eidem ecclesiæ proficua, ut strenue  
exequeretur, unanimiter præceperunt.

## V.

Ante hoc tempus venerandi concilii,  
obtinente Pippino, Pippini regis filii Lu-  
dovici piissimi Augusti filio, Aquitaniam,  
consentiente etiam avunculo ejus glorioso  
rege Carolo, cui eadem provincia in par-  
tem obtigerat, ecclesiastica disciplina &  
militari soluta, eadem regio a suis indige-  
nis valde vastata est, & multi illic impu-  
ne illicita perpetrarunt. Tandem aliquan-  
do, respiciente Deo populum suum, idem  
Pippinus a suis contemptus & desertus,  
atque in potestatem avunculi sui Caroli  
reductus, concilio reverentissimorum ponti-  
ficum & procerum attonsus, & in habitu  
monachico ad monasterium sancti Medardi  
custodiendus & docendus deductus est. Ibi  
duo quidam monachi habitu, propositi sui  
vix credibiliter transgressores, ardentibus im-  
modica cupiditate, eundem Pippinum ab-  
ducere conati sunt, & pacem Christiani  
populi dissipare. Quos præsentibus diver-  
sorum cœnobiolorum religiosis abbatibus, &  
causam subtiliter juxta regulam beati Be-  
nedicti examinantibus, concors congrega-  
tio sancti Medardi a sua unanimitate præ-  
oidit, attestata se ab horum crimine longe  
abstere, quod usitatas culpas jam inde ab  
initio hujus religionis monachorum om-  
nium, præter dumtaxat Eutychem, & alio-  
rum hæreticorum, facile superaret. Ejectos  
jussu

ANNO  
CHRISTI  
877.



ANNO  
CHRISTI  
877.

982  
jussa venerabilis Rothardi Sueffionum episcopi ad synodi audientiam archidiaconus deduxit: & partim confessi, partim convicti, conspirationis malum perpetrasse, canonum severitate depositi sunt (presbyteri quippe erant) & separati in monasteria sui ordinis longe distantia relegati, ut deinceps nemo tale quid committere audeat, nisi qui similia perpeti non timeret.

## VI.

Post hæc gloriosissimus dominus rex Carolus, coram sacra synodo quemdam diaconum Rhemenfis ecclesie nomine Ragamfridum impetivit, quod præcepta falsa regio nomine compilasset, sicut ad eum quorundam suggestionibus & verisimilibus indicis esset perlatum. Unde quia putatum est quibusdam significationibus, ut purgationem sui isdem diaconus subterfugere voluisset, aliis aliter dicentibus, visum est omnibus in eodem sacro conventu degentibus, ut ab omni concilio illi interdiceretur, ne a parochia Rhemenfis quoquomodo præsumeret abscedere, donec se ab illis, quæ ei impingebantur, idoneum redderet, vel competenter satisfacere procuraret. Quod & omnibus singillatim episcopis illi auctoritate episcopali præcipientibus ex divino mandato est interdictum.

## VII.

Ut in civitatibus, & monasteriis, utriusque sexus & ordinis, Dei cultus quam proxime fieri posset instauraretur, statuit sancta synodus, annitente pio principe, ut idonei legati dirigerentur, qui singulorum locorum statum solertissime perscrutarentur, & quæ ipsi per se non valerent corrigere, judicio proxime futuri concilii, & potestati regis revelarent.

## VIII.

Decreverunt præterea sancti pontifices, ut ecclesie, quæ olim indulgentia religionum principum, vel aliorum fidelium devotione, immunitatem meruissent, ea in perpetuum perfrui sicerentur.

## IX.

Et ut ex possessionibus, quæ ecclesiasticis certis indicibus comprobantur, nec plene propter varias necessitates possunt restitui, saltem nonæ ac decimæ tribuantur.

## X.

Et ut in locis sacratis, diebus dominicis, vel aliis sollempnitatibus, judicia publica non exercentur: neque enim fasces, ibi reos puniri, ubi respectu divinæ reverentiæ misericordiam consensu fidelium consequuntur.

## XI.

Illud quoque cunctis volentibus confirmatum est, qui disciplina ecclesiastica noxii, sive ingenui, sive servi, coercentur, nulli audeant eos tueri; & vindictam eorum in quoslibet ad potestatem episcoporum pertinentium retorquere. Quod si qui

*Concil. General. Tom. XIV.*

A deinceps præsumpserint, & excommunicationem ecclesiasticam, & motum indignationis regis perpetuos.

## XII.

Obtentum est etiam a devotissimo principe, ut incesti, & quilibet alii perditii, examen episcoporum refugientes, per iudices publicos ad eorum præsentiam deducantur, ne alterius illecebram peccandi nutriat impunitas vitiorum.

## XIII.

Postremo quod a quibusdam conservabatur, præfixum est generaliter ab omnibus custodiendum, ne ullæ res ecclesiasticæ abique regis conniventia commutentur.

## CONCILII EJUSDEM SUESSIONENSIS

GESTORUM SYNODALIVM PARS,  
ex singulis ejus actionibus decerpta.

*De clericis ab Ebbone ordinatis, & de Hincmaro  
successoris ejus ordinatione.*

**R**egidentibus in synodo venerabilibus episcopis, Hincmaro Rhemenfis ecclesie archiepiscopo, Vvenilone Senonensi archiepiscopo, Amalrico Taronensi archiepiscopo, Theodorico Cameracensi episcopo, Rothado Sueffionum urbis episcopo, Lupo Catalaunensi episcopo, Immo Noiomagensi episcopo, Erpino Silvaneßensi episcopo, Ermenfrido Belvacensi episcopo, Pardulo Laudunensi episcopo, Hilmerado Ambianensi episcopo, Hucberto Meldensi episcopo, Agio Aurelianensi episcopo, Prudentio Tricassinæ civitatis episcopo, Herimanno Nivernensi episcopo, Jona Augustodunensi episcopo, Godelfado Cabilonensi episcopo, Dodone Andegavensi episcopo, Gunterberto Ebriocensi episcopo, Hildebranno Sagensi episcopo, Erlino Constantiæ urbis episcopo, Balfrido Bajocensi ecclesie episcopo, Heirardo Lexoviensis ecclesie episcopo, Ansegauto Abrincatunæ urbis episcopo, Breidingo Matisconensium ecclesie episcopo, Lanno Equolessinæ civitatis episcopo, Ricboldo Rhemorum chorepiscopo. Residentibus etiam presbyteris & abbatibus, Dodone abbate monasterii sancti Sabini, Lupo abbate monasterii Bethlehem, quod Ferrarias dicitur, Bernardo abbate ex monasterio sancti Benedicti, quod appellatur Floriacus, Odone abbate ex monasterio Corbeiz, Erico abbate ex monasterio Corbionis, Bavone abbate ex monasterio Orbacensi; & quampluribus aliis sacerdotibus & abbatibus: adstantibus diaconibus; adstante quoque & reliquorum graduum clero. Residente etiam in cætu episcoporum glorioso rege Carolo, qui in eadem synodo suam exhibere dignatus est præsentiam, apud Sueffionis civitatem, in monasterio sancti Medardi confessoris Christi, quod situm est in suburbio ipsius civitatis in ecclesia quæ est in honore sanctæ Trinitatis sacra, anno incarnationis Domini nostri Jesu Christi DCCCLIII. anno etiam regni jam dicti pii principis Caroli XIII. indictione I. VI. Kalendas Maji.

## EX ACTIONE I.

Dum quædam ecclesiastica & necessaria negotia in eadem synodo ventilarentur & diffinirentur, venit Sigloardus servans locum archidiaconi Rhemenfis ecclesie, dixitque filios ejusdem Rhemenfis ecclesie, & Hincmari archiepiscopi, stare pro foribus, qui se pro sua necessitate in synodum intro-

Q 9 9 2

ANNO  
CHRISTI  
877.\* f. melius  
legenda est  
10101.\* Contraze-  
runt hæc se-  
dosa acta,  
cum Fiedo-  
ardus lib. III  
c. 2. tum  
Baldrinus  
chr. Camer.  
lib. I. c. 9. ut  
dicitur ex no-  
tis Hincii ad  
hæc concilium.

ANNO  
CHRISTI  
877ANNO  
CHRISTI  
877

\* Sigloardus

De libello  
de electione  
judicum  
cap. 109De libello  
de electione  
judicum  
cap. 109

Lib. 1. c. 109

trodici petebant. Hincmarus archiepiscopus dixit: Recita illorum nomina, ut audiat dominus rex gloriosus Carolus, & sacra synodus illorum conscripta nomina, & tunc quod iustum fuerit, in nomine Domini fiat. Et recitavit idem Sigloardus servans locum archidiaconi Rhemenfis hęc nomina: Rodoldus, Gislaldus, Vulfadus, Fredebertus, ex canonicis ipsius sanctę matris ecclesię; Sigimundus ex monasterio sancti Theodoric; ex monachis autem de monasterio sancti Remgii, Nortunus, Heinradus, Mauringus, Anteus, Teutlandus, Haroaldus, Radulphus, & Vvictus. Quibus iussu synodi & principis introductis, Hincmarus archiepiscopus dixit: Quę est petitio vestra fratres? Illi autem responderunt: Misericordiam petimus nobis a vestra paternitate impendi de ministracione ordinum ecclesiasticorum, ad quos a domno Ebbone quondam provedi, a vestra autem auctoritate suspensi sumus. Hincmarus archiepiscopus dixit: Habetis libellum reclamacionis aut postulacionis, sicut ecclesiastica se habet traditio? Illi autem responderunt, se pręmissis nullum habere libellum.

Hincmarus archiepiscopus dixit: Legum ecclesiasticarum consuetudo & auctoritas talis est, ut in causis gestorum semper scripturam requirant: adeo ut qui ad sacrum fontem accedit, suum dare nomen præcipiatur; qui ad summum sacerdotium provchitur, decreto manibus omnium roborato eligatur: ordinatus autem a suis ordinatoribus literas accipere jubetur; qui etiam ab ecclesiastica societate quolibet excessu discinditur, libellari inscriptione, aut recipitur aut deicitur. Sed & qui accusatur, vel qui excommunicatur, seu reconciliatur, per scripturam accusari, vel reconciliari jubetur. Et sic in ceteris huiusmodi tantum scriptura deponitur, ut, sicut B. Gregorius in communitorio ad Joannem defensorem ex Romanis legibus sumens scribit, sententia quę sine scriptura profertur, nec nomen sententię habere mereatur. Quapropter, fratres & filii, oportet vos secundum ecclesiasticam auctoritatem reclamacionem vestram libelli serie allegare, eumque vestris manibus roboratum synodo sacre porrigere, ut convenienter & canonicę vobis valeat responderi. Et tunc ipsi fratres libellum conscribentes porrexerunt Hincmaro archiepiscopo, qui tunc una cum Vvencilone archiepiscopo, & Amalrico archiepiscopo, sub presentia gloriosi regis domni Caroli, synodo præsidebat. Relegens vero Hincmarus archiepiscopus libellum porrectum, & subscripta nomina, comperit deesse nomen Vulfadi, quod ante Sigloardus prædictorum relegens nomina recitavit. Tunc Hincmarus archiepiscopus audiente sacra synodo dixit: Tu frater Sigloarde antea nomen Vulfadi fratris nostri inter prælatorum nomina recitasti, & modo hic illius non videmus presentiam, nec nomen libello subscriptum invenimus. Sigloardus servans locum archidiaconi Rhemenfis ecclesię respondit: Frater noster Vulfadus, de quo veneratio vestra dicit, hic in monasterio jacet infirmus, & ideo vestris sanctis aspectibus, & sacre synodo, gloriosęque principis suam non potest exhibere presentiam. Hincmarus archiepiscopus coram omni synodo dixit: Tu frater Sigloarde accipe libellum, & adhibe tecum Liudonem archidiaconum venerabilis fratris, & coepiscopi nostri Parduli Laudunenfis ecclesię, & Isaac diaconum sanctę Rhemenfis ecclesię, & vade ad jam dictum fratrem Vulfadam, & die ei ex parte gloriosi principis nostri, ac sacre synodi, nostręque humilitatis voce, ut si in hac causa, quam præiens libellus continet, his fratribus nostris vult participare, huc libello, sic-

Aut se habet auctoritas, nomen suum propria manu subscribat, & per suam subscriptionem nobis suam studeat representare personam. Tunc Sigloardus servans locum archidiaconi Rhemenfis ecclesię, & Liudo archidiaconus venerabilis Parduli episcopi Laudunenfis ecclesię, & Isaac diaconus Rhemenfis ecclesię, ut in ore duorum vel trium testium veritatis verbum confirmaretur, perrexerunt ad jam dictum fratrem Vulfadam, qui nomen suum libello subscripsit, & synodo sacre cum ceteris fratribus voto suo, & voce fratrum prædictorum qui ad eum transmissi fuerant, libellum roboratum porrexit. Quem suscipiens Hincmarus archiepiscopus, & relegens coram synodo, excelsa voce dixit: Istorum fratrum sententia manifeste me tangit: qui si contra aliquem coepiscoporum nostrorum clamassent, ad nostrę humilitatis auctoritatem ab eo provocare deberant. Nunc autem quis de iudicio nostro queruntur, oportet ut libellari subscriptione ad electos provocent iudices, quatenus causa illorum debitum & certum finem accipiat. Sic enim scriptum est in concilio Africano cap. 63. Si autem fuerit provocatum, eligat qui provocaverit iudices, & cum eo & ille contra quem provocaverit, ut ab ipsis deinceps nulli liceat provocare. Item in eodem concilio cap. 88. A iudicibus autem, quos communis consensus elegerit, non liceat provocare. Item in lib. 1. capitulum synodali domni Caroli Imperatoris cap. 43. Ut probati a metropolitano iudices non spernantur. Et ideo utrumque partium eligendi sunt iudices, qui nostram rationem audiant, & consultu ac sententia synodali definiant. Unde & relegit, & porrexit hunc libellum idem Hincmarus archiepiscopus, in quo hæc scripta continebantur: *Libellus Hincmari archiepiscopi de electione iudicum.* Ego Hincmarus sanctę metropolis ecclesię Rhemorum episcopus, in hac dumtaxat causa quę ventilatur, de his qui se a domno Ebbone post depositionem suam asserunt ordinatos, eligo mihi iudices Vvencilonem Senonensem archiepiscopum, Amalricum Turonensem archiepiscopum, Pardulum diaconum nostrę Laudunensem coepiscopum, servantem locum in hoc iudicio nostrę auctoritatis, salvo in omnibus primatu metropolis Rhemorum ecclesię, & manente in suo statu iure, quod cum aliis metropolitans mibi a sacris canonibus est collatum: salva etiam reverentia apostolicę sedis, cui in omnibus causis reverentia debet exhiberi, sicut Innocentius papa ad Vviticium Rothomagensem scribit episcopum, & sancti etiam canones prætere dignoscuntur. Et recedens de loco suo posuit sedere coepiscopum suum Pardulum Laudunensem in hoc iudicio, ut præscriptum est, quos servaret locum primatus metropolis Rhemorum ecclesię. Deinde licet a metropolitano iudices electi sufficerent secundum canonicam auctoritatem: nequerentur proclamantes se illius opprimi auctoritate, dedit eis licentiam, si vellent, eosdem, vel alios quoslibet & quantoslibet ex consensu suo eligere iudices. Qui elegerunt prænominos reverendos viros, & superaddiderunt sibi velle constitui iudicem Prudentium Trecaunensis civitatis episcopum: quod & præfatus non abnuvit Rhemenfis archiepiscopus. Et sic missum est scriptum illorum de electione iudicum per prælatos fratres, Sigloardum videlicet servantem archidiaconi Rhemenfis ecclesię locum, & Liudonem archidiaconum Laudunenfis ecclesię, & Isaac diaconum Rhemenfis ecclesię, ad Vulfadam eorum confortem, quem jacere in eodem monasterio infirmum prædiximus; ut si eorum consensui in eadem iudicum electione consentiret, propria voce edicere pro-

Lib. 1. c. 109

procuraret. A quo idem fratres in responsis synodo retulerunt, quod prefata electioni iudicium usquequaque idem Vulfadus praeberet assensum, eisdemque sibi iudices devote expeteret.

## EX ACTIONE II.

Et sic prima actio finita, in primordio actionis secundae, iudices synodum iussu principis, & in conspectu ipsius scilicet gloriosi regis domini Caroli, sic sunt voce promptissima allocuti: Fratres & confacerdotes nostri, manifestum est, quia si Ebbo quondam episcopus in suo statu canonice manens hos fratres canonice ordinavit, debent utique ministrare. Si etiam injuste dejectus est, & canonice restitutus, & post suam canonicam restitutionem hos fratres studuit ordinare, sine ulla quaestione debent etiam ministrare. Qua de re ordinatores fratris & coepiscopi nostri Hincmari doceant, si iuste & rationabiliter, quia tunc canonice fuerat Ebbo dejectus, & non secundum ecclesiasticas regulas extitit restitutus, & ante canonicam audientiam ministrare, & istos quasi ordinare praesumpserit, quin etiam usurpavit, facilis patet responsio, quoniam ministrare nec debent, nec potuerunt. Tunc surgens Theodoticus episcopus ecclesiae Cameracensis, porrexit in conspectu principis & synodi scriptum, dicens: Sicut audivi & vidi depositionem canonicam Ebbonis episcopi, ita & vestrae reverentiae profiteor voce, & scriptum porrgo, & auctoritate confirmo. Et revelatum est volumen illud synodo coram principe glorioso Carolo a Lupo venerabili presbytero & abbate in monasterio sancti Petri quod Bethlehem vel Ferrarias dicitur. In quo volumine continebatur, qualiter idem Ebbo voce propria, & iudicium, peccatorum suorum, videlicet episcoporum, iudicio, Ajulsi scilicet archiepiscopi, Badaradi episcopi, Modoini episcopi, & testificatione testium, Nothonis archiepiscopi, & ipsius Theodorici, quem praediximus, episcopi, & ipsius libelli subscriptione, qui relectus est in synodo, quem ipse propria manu in conspectu praenominatae synodi subscriperat, & synodo ipsi porrexerat, pro reatibus & criminibus confessus, & ministerio episcopali alienum se reddens, & 44 episcoporum sententiam, ut a ministerio episcopali recederet, & sub poenitentiae modo Domino deservire deberet suscipiens se condemnavit, & condemnatus recessit. In quo etiam volumine continebatur, quia & taliter se episcopus a ministerio exuens, administratione episcopali spoliatus manere deberet: & eductus est sacris auctoritatibus, qualiter exautoratus episcopus restitui deberet. Et quia idem Ebbo restitutus canonice non fuerat, insuper & ab apostolica sede, sicut in gestis pontificum coram principe synodo relectum est, a Sergio papa confirmante dejectionem illius damnatus extitit, ut in laica tantummodo communione permaneret. Sed ministerium episcopale, quo suo & episcoporum iudicio fuerat spoliatus, irreverenter usurpare praesumpsit. Et hoc secunda actio plenissima auctoritate monstratum, & a cuncta synodo generaliter diffinitum est.

## EX ACTIONE III.

In primordio tertiae actionis iudices coram synodo dixerunt: Nunc quia evidenti ratione, & veneranda auctoritate decretorum catholicae & apostolicae ecclesiae, & sacrorum canonum promulgatione monstratum est, & qualiter canonice & apostolica auctoritas jubet vel accusare vel condemnare, & quia Ebbo canonice fuerat depoli-

tus, & non fuerat restitutus, immo & ab apostolica sede pristinae suae damnationi addictus, volumus ut ordinatores fratris nostri Hincmari doceant, qualiter idem frater noster Hincmarus canonice fuerit ordinatus. Tunc surgens Rothadus episcopus Suedionensis civitatis, porrexit canonicam auctoritatem, qualiter metropolitanus episcopus debeat ordinari: & si de eadem ecclesia non sumitur, qualiter petente ejusdem ecclesiae clero vel populo a vicina debeat ecclesia postulari, porrigens etiam canonicas literas Erchenradi episcopi Parisiorum ecclesiae, confirmatas suis suisque archiepiscopi & coepiscoporum suorum manibus, quas ad petitionem Rhemenis ecclesiae cleri & plebis idem Hincmaro tribuerat: porrigens nihilominus decretum canonicum cleri & plebis manibus roboratum, qualiter jam dictum Hincmarum sibi postularunt episcopum ordinari. Et his omnibus relectis, docuit, quia canonice cum praesentia omnium episcoporum Rhemenis dioeceseos eundem Hincmarum ordinavit archiepiscopum. Post haec surgens idem Hincmarus in conspectu principis gloriosi & synodi, porrexit & literas canonicas, quas canones sacri ordinatum a suis ordinatores accipere jubent, diem praesentes & consulens. Porrexit etiam epistolam totius Galliae episcoporum manibus subscriptam ad apostolicam sedem pro confirmatione ipsius ordinationis: quoniam sedes apostolica per Sergium papam saepe dictum Ebbonem damnavit episcopum, adeo ut inter laicos communionem tantum habere mereretur, ut diximus. Offendit etiam ipsi Christianissimo principi coram sancta synodo diploma sacrum ipsius venerandi principis manibus insignitum, & sigillo subter signatum, ex approbatione suae ordinationis, ad eandem sanctam & apostolicam, omnium scilicet ecclesiarum matrem, Romanam ecclesiam.

## EX ACTIONE IV.

Et sic quarta actio evidentissimis documentis ostensum, & synodali iudicio decretum est, Hincmarum archiepiscopum canonice a vicina dioecesi adeptum, canonice electum, & canonice ordinatum, & canonice pallio apostolicae sedis rata ordinatione perfectum, & in culmine primatus metropolitana auctoritate usquequaque & in omnibus confirmatum. Deinde iudices percontati sunt, quid de his canonice auctoritate affirmant vel decernant, quos suspectus Ebbo post suam depositionem absque ulla legitima restitutione praesumpserat ordinare. Tunc surgens Immo Noviomagenis episcopus, porrexit rotulam, auctoritatem canonicam & apostolicam continentem, quod qui ab ipso voluerant & visum fuerant ordinari in gradibus ecclesiasticis, ab eodem quod idem non habuit nemo eorum accipere potuit: damnationem utique, quam habuit, per pravam manus impositionem eis dedit, quia qui particeps factus est damnato, quomodo debeat honorem accipere, ut Innocentius papa dicit, inveniri non potest.

## EX ACTIONE V.

Et sic quinta actio canonice & apostolice auctoritate inventum & decretum est a sacratissima synodo, ut quicquid in ordinationibus ecclesiasticis idem Ebbo post damnationem suam operat, secundum traditionem apostolicam sedis, ut in gestis pontificum legitur, praeter sacrum baptismam, quod in nomine sanctae Trinitatis perfectum est, irritum & vacuum habeatur, & ordinati ab eo, in quamcumque terrarum partem profugi evaserint,

ANNO  
CHRISTI  
911.

tur, vel vagari suat, quia divinum iudicium effu-  
gere nullatenus possunt, Spiritus sancti iudicio  
ecclesiasticis gradibus privati perpetuo habeantur.  
Tunc relegens unus ex prædictis fratribus, nomi-  
ne Fredebertus, libellam proclamationis, voce  
omnium dixit, se ideo ab eodem Ebbone permi-  
sisse se ordinari, quia viderat suffraganeos Rhe-  
mensis ecclesie, Rothadum videlicet episcopum,  
Simeonem episcopum, Erpwinum episcopum, in  
metropolim Rhemensem ecclesiam convenisse cum  
litteris domni Lotharii, & eundem Ebbonem re-  
stituisse. Et ostenderunt literas, quasi ex nomine  
Theodorici episcopi, Rothadi episcopi, Lupi epi-  
scopi, Immonis episcopi, Simeonis episcopi, Ful-  
coni episcopi, Ragnarii episcopi, Hildemanni e-  
piscopi, Equini episcopi manibus confirmatas, B  
quæ manifeste falsissime sunt comprobatae. Tunc  
surgens Immo episcopus, licet ipsi accusatores &  
criminatorum episcoporum ad accusationem eorum  
non essent idonei, sicut scriptum est in concilio  
Africano cap. 95. Qui posteaquam excommunica-  
tus fuerit, in ipsa adhuc excommunicatione con-  
stitutus, sive sit clericus, sive laicus, si accusare  
voluerit, diffimus ad accusationem non admit-  
tit: tamen ad satisfactionem gloriosi principis, &  
sacrae synodi, porrexit rotulam, quæ & de com-  
municatione eorum cum illo post expositionem  
Ebbonis episcopi, & de cujus chartula subscriptio-  
ne evidentissima protulerunt iudicia, quibus men-  
dacissima est approbata illorum assertio. \* Sed &  
de baculis & annulis ab illo datis, unde & in  
præfata schedula idem frater relegerat, frivola est  
autumatio per auctoritatem ab omnibus compro-  
bata. Unde & iidem fratres, qui felle amaritu-  
dinis majores natu criminati sunt, quorumque  
vox muta fore est iudicata, juxta canonicam au-  
thoritatem, secundum concilium Eliberitanum,  
quod actum est tempore Constantini cum missis  
apostolicæ sedis, cap. 75. Si quis, inquit, epi-  
scopum vel presbyterum, sive diaconum, falsis cri-  
minibus appetierit, & probare non potuerit, nec  
in fine dandam ei esse communionem. Et quia  
gradus ecclesiasticos quibus privarentur non ha-  
bebant, iusti sunt communionem privati.

#### EX ACTIONE VI.

Et sic sexta actione finita, decreto iudicium. &  
synodali iudicio, atque contempu principis, Hinc-  
marus archiepiscopus primatus sui locum recepit,  
& iudex ac præses synodi effectus, superventuris  
actionibus cum archiepiscopis, VVenilone scilicet  
& Amalrico, sensum accommodavit. Tunc de  
presbytero quodam, & monachorum abbate in  
Altivillaris monasterio, nomine Halduno, qui ab  
eodem Ebbone diaconus iustus fuerat ordinatus,  
& a Lupo postea venerabili episcopo Catalaunen-  
si presbyter sine examine fuerat consecratus, mo-  
ta est quaestio. Unde surgens idem Lupus epi-  
scopus porrexit volumen, in quo continebatur, quia  
metropolis Rhemorum ecclesia carebat pastore,  
iustus est regis literis domni Caroli, ut in con-  
secratione christiatis, & in aliis necessitatibus vide-  
licet ut sine matris ecclesie pro sua possibilitate  
in ecclesiasticis negotiis consulere procuraret. Qua  
de re cum epistola regia, ut eundem fratrem  
nomine Haldunum & presbyterum ordinaret, &  
abbatem monachorum in monasterio Altivillaris  
saceraret, archidiaconus Rhemensis ecclesie, cum  
aliis ministris tam canonicis quam monachis, eum-  
dem illi ad ordinandum in gradu diaconi ad pres-  
byterium obtulit; quem secundum consuetudinem,  
quam in offerendo ordinandos ex canonica &  
monasteriis ipsa metropolis ecclesia habebat, ordi-

nandum suscepit, & ad votum principis prin-  
cipis & offerentium ordinaavit. De quo iudicatum  
est a synodo secundum sacros canones, sicut scri-  
ptum est: Ut qui presbyteri sine examine per i-  
gnorantiam, vel per ordinatum dissimulationem  
sunt proventi, cum fuerint cogniti, deponantur:  
quia quod irreprehensibile est catholica defendit  
ecclesia. Et ostensum est in eodem ex concilio  
Sardicensi cap. 9. & ex aliis conciliis ac decretis,  
damnationis scripto secundum canonicam formam  
eundem episcopum nihil de illius ordinatione at-  
tigisse: sed qui salta sine gradu diaconi ad sacer-  
dotium profuerat, in degradationem debitam re-  
sistere deberet.

#### EX ACTIONE VII.

Et hoc negotio septima actione finita, interro-  
gatum est de his qui sæpedito Ebboni oratione  
vel oblatione communicaverant: quoniam scri-  
ptum est in canonibus, ut qui excommunicato  
communicaverint, omnes ab ecclesia respui, ma-  
xime eos qui sciebant eum esse dejectum. Unde  
surrexit Erpwinus, & porrexit rotulam, canoni-  
cam & apostolicam auctoritatem continentem,  
qualiter libellari satisfactione sanari valeant & de-  
beant exorbitantes. Unde & in gestis pontificum,  
& in decretalibus apostolicis papæ Leonis, & in  
libro epistolarum domni Gregorii, qui dicitur ex  
registro, & in ecclesiasticis historiis, & in decre-  
tis multorum pontificum, sufficienter est exem-  
plis manifestissimis demonstratum, per quorum  
doctrinam libellari satisfactione, & decreto cano-  
nico manibus omnium roborato, in electione cano-  
nica venerabilis archiepiscopi Hincmari, omnis  
Rhemorum ecclesia, iudicia sibi penitentia, largi-  
ta indulgentia, benedictione supercessu, com-  
munionem sacra tributa, per sæpeditum venerabi-  
lem Hincmarum archiepiscopum, operante Do-  
mino nostro Jesu Christo, purificata esse noscitur  
& sanata.

#### EX ACTIONE VIII.

Et sic octava actione finita, benignus & pius  
princeps sæpeditus domnus Carolus rex gloriosus  
sacram synodum & sæpeditum Hincmarum epi-  
scopum humiliter petiit, ut quia præfati fratres  
episcopos diocesis sanctæ Rhemensis ecclesie fal-  
sis appetere criminibus, quod post depositionem  
Ebbonis illi communicaverint, & cum irregulari-  
ter restituerint, & ob id secundum canonicam au-  
thoritatem communionem privati existerint, quo-  
nam gradus ecclesiasticos habere non possunt,  
legum ecclesiasticarum auctoritate decernente, hu-  
manius de illis desinientes, vel communionem  
habere valeant per sacrae synodi indulgentiam.  
Quod & pietas sacerdotalis libenter assensit, &  
misericorditer pieque concessit: recognoscentibus  
iisdem fratribus, & penitentibus veniam. Et sic  
eundem ex ordine secundum regulam ecclesiasti-  
cam canonicè & diligenter patris, decretum &  
iudicatum a sancta & venerabili synodo, assentien-  
te & favente Christianissimo & glorioso rege dom-  
no Carolo, hæc omnia gestis inseri, & in con-  
spectu synodi relegi; & rata omnia iudicata cun-  
ctorum manibus & subscriptione canonica perpe-  
tuo inconvulsa & inviolabiliter permanentia fir-  
mari.

#### OBSERVATIO PHILIPPI LABBE, S. J.

In m. cod. Pal. Bibl. Vat. haberi subscriptiones epi-  
scoporum & abbatum observavit Lucas Holstenius inter cetera;

ANNO  
CHRISTI  
911.  
Corr. Nac.  
Cap. p.

ANNO CHRISTI 892.

re: qua ad illustrandam conciliarum nostrorum editionem... ANNO CHRISTI 892.

Heriboldus Antissiodorensis ecclesie episcopus... Frotholdus Carnotensis ecclesie episcopus...

ANNO CHRISTI 892. \* al. Frotholdus. H.

SUBSCRIPTIONES CONCILII

SUESIONENSIS II.

Hincmarus, &c. Vanilo munere divino Senonensis episcopus... Paulus Rothomagensis sanctam ecclesiam archiepiscopus...

\* Huc est. Lonlensis. H.

Folcoinus episcopus sanctae ecclesiae Morini... Aldricus Caesomannicae urbis episcopus... Untridus Morinensis ecclesiae episcopus...

CAPITULA A DOMNO CAROLO REGE IN EADEM SYNODO APUD SUESIONIS CIVITATEM...

\* In ms. cod. Ripullensis in Cataloniae monasterio capitulo hoc dicitur Com. presidente & anno 868. tribuitur: quod emendatum errore non videtur. causa eventus. se subtra-

Mandata Missis dominicis per regnum directis data.

TITULI CAPITULORUM.

- 1. De omnium monasteriorum indagatione. 2. De monasteriis in eadem datis. 3. De capellis & abbatiis in beneficium datis. 4. Ut presbyteri omnes sub diabolico sint episcoporum. 5. De rebus ecclesiasticis in eadem datis. 6. De rebus ecclesiasticis unde nona & decima solvi debent. 7. Ut malla, vel placita, in locis sacris, & diebus festis non fiant. 8. Ut tempore quadragesime, & aliis jejuniorum diebus, non fasti. 9. Ut colones ab episcopis flagellari coram senioribus indigne non fiant. 10. Ut in vestris republica episcopus parochiam circumvicinis non auxilio. 11. Quod super beneficia ecclesiastica & praebatis regis preceptis non fiant. 12. Ut commutationes rerum ecclesiasticarum, vel mancipiorum, sine consensu regis non fiant.

P R A E F A T I O.

Septima adione eidem sacrae synodo Christianissimus dominus rex Carolus haec quae sequuntur capitula proposuit, & consulto eorumdem episcoporum, ea quae per regnum suum innovanda, exercenda, & conservanda communit, precepit, & confirmavit.

CAPITULA.

I.

Ut missi nostri &c. Extant apud Baluzium Tom. II. pag. 53.

No.

\* Abrincensis. \* Liturgicus. H.

\* al. Burgardus. H.

\* Vide capitula Caroli Celsi pag. 892.

Hae Capitula renovata sunt an. 868. apud Compendium: ut adnotavit Baluzius in tom. 2. Capitular. pag. 12-13. Et haec omnino animadvertenda sunt, ne in errorem Labbei incidamus, qui in annotatione, ad marginem hic posita, iudicavit mandatum esse eodem Ripullensem capitulo hoc referentem ad Compendiense Concilium an. 868. Mansi.

ANNO CHRISTI 811

NOTA JACOBI SIMONDI, S. J.

ANNO CHRISTI 811

1 Concilium Suffraganeum II. Triplici capite qua ad hoc concilium (postquam discussa sunt. Primo enim loco posita sunt decreta, seu canones concilii, quibus universae omnia perstringuntur, qui in septem ejus actionibus de diversis personis ac rebus fuerant definiti. Tum deinde sequuntur excerptae eorum quae in singulis concilii actionibus (integras enim actiones non habemus) de uno eodemque negotio, hoc est de clericis ab Ebbone post reditum ordinatis, agitata & statuta fuerant. Postremo subiunguntur mandata missa domesticis, quorum in canone vii. fit mentio, a rege praescripta, atque in actione vii. concilii relicta. Ex his omnibus unicum id caput, quod ad Ebbonis clericos pertinebat, Nihilominus postea non placuit, ut illis retraheretur, ut suo loco videbimus, in alia synodo fuerit: de ceteris nulla fuit controversia. Quae non recte faciunt: quod hoc concilium velut reprobatum ac minus legitimum titulo suo infamant.

Et cum Rivego simili- bus consuetudinibus inter concilia habita rescri- bantur.

Ceterum synodi hujus editionem habemus confusam & praepostere digestam ex codice Metensi recentissimo. In missorum etiam commentario plura primo capite adjecta sunt, tum ex eodem codice nostro, tum ex Ballovensi, & Gandavensi.

2 Hincmarus archiepiscopus dicit. ) Ea caput 1. de libelli abolitione, in libro vii. decretalium tit. 111. nisi quod perperam Ignarus episcopus eo loco scriptum est pro Hincmaro.

3 44. Episcoporum. ) Eundem numerum habent vulgari, & codex Metensis: ac relictus Florentinus quadragesima tres legi: lib. 11. cap. 10. Nam & apud Hincmarum Rheumensem, & in codice Laudensi, ubi episcoporum qui Ebbonis depositioni adstant catalogus textitur, 43. tantummodo recensentur.

4 Sed & de baculis & annulis. ) Aiebant Ebbonem, post reditum suum ad ecclesiam Rheumensem, tres episcopos, qui ipso absente fuerant ordinati, totis annulis & baculis confirmasse. Sic enim habet in codice Atrabateni vetus libella clericorum Rheumensium nomine composita. Puerum, & inquit, per longum spatium ejus exulatus ordinat episcopi ex absentis, Simoni episcopi, Lupi episcopi, Erpini episcopi, quod annimodis sanctissimis praebitis canonibus. Qui completa cum omni gaudio & laetitia consecratione & solemnitate sacrificii, praesente omni ecclesia deprecati sunt eum, ut ipsius auctoritate eorum statueretur ac roboraretur ordinatio. Qui benignissime verum precis obaudiens, dedit eis publice coram sacrosancto altari annulos & baculos sua auctoritate in confirmatione eorum ordinati. Et allocutus est de eis omni ecclesia, ut sic uti antequam in exilio, & quae ex Deo est, eorum ordinationi confirmet. Quod Ebbonis factum exagitant Hincmarus in epistola quadam ad Anastasium bibliothecarium scripta post synodum Tricassinam anno 807. ipsumque Ebbonem, qui a gradu suo dejectus fuerat, ab episcopis annulum & baculum accipere, & non episcopis dare debuisse docet.

NOTA GABRIELIS COSARTII.

G. C. Hoc editis concilium Strimodum, cum hoc titulo: Ita capitula constituta sunt a domino Karolo in synodo apud Suffoniam civitatem, in monasterio S. Medardi anno Incarnationis Domini DCCCLIII. in mense Aprili.

NOTA SEVERINI BINII.

Causa haec a Concilio. ) Ebbo Rheumensis archiepiscopus sub Ludovico imperatore sedo privatus, ut supra in noctis concilio in villa Theodonis celebrati vidimus, operaque Lotharii imperatoris per synodum provincialium episcoporum restitutus, complures in eadem ecclesia clericos ordinaverat. Verum dum Caroli regis auxilio Galliarum episcopi eundem iterum (sede Rheumensi amovissent, eique Hincmarum substituisent, mortuus est anno Domini octingentesimo quinquagesimo primo. Substitutus in locum illius adhuc vivens Hincmarus, post obitum ejusdem Ebbonis, quos ipse ordinaverat recipere voluit, eoque de consilio hanc synodum celebrari curavit, in qua clericos ab Ebbone ordinatos demeruit, simul etiam ostendentes iusto Ebbone de jure Romae, Hincmarum vero eidem legitime substitutum esse, Acta concilii huius enarrat Florentinus lib. 8. cap. 11. Hinc memorabilis praesul Hincmarus anno sui episcopatus septimo synodum habuit commentum apud Suffoniam urbem, in monasterio sancti Medardi, in ecclesia sancta Trinitatis honoris facta, cum Westone Senonensi archiepiscopo, Amalrico Tunonensi, Theodoro Cameracensi episcopo, Radulfo Suffoniensi, Lupo Catalunensi, Immo Novemagenensi, Erpino Bituricensi, Ermenardo Belvacensi, Pardulo Laudunensi, Hincmaro Ambianensi, Hucerto Milderi. Agio Auro-

Immo longevitas huiusmodi quae supra edita sunt ex editione R. P. Simonidi

Uranus, Prudentio Tricasso, Hermanno Novemagenensi, Jona Angobadunensi, Godescodo Cabillonensi, Dodo An- dogavensi, Quatrebrochensi, Hilichomano Sagensi, Rigobaldo Rheumensi episcopo. Respondentes etiam presbyteri & abbates, Dodo abbas monasterii sancti Sabini, Lupo abbas monasterii quod dicitur Ferravias, Bernardo abbas monasterii sancti Benedicti, quod dicitur Florentium, Odono monasterii quod dicitur Caruja, Bruno monasterii Corbitani, Bayone monasterii Orbanensi, & quatuordecim alii sacerdotibus & abbatibus, adhaerentes dissonantibus, ac religionum graduum clero. Respondit quoque in medio glorioso rege Carolo. Ubi quaedam necessaria ecclesiae Dei sunt protrahente negotia.

Ad quam synodum accedentes quidam Rheumensi, ecclesiae canonici ac monachi, videlicet Radulphus, Gisfeldus, Vul- fadus, Prodebertus ex canonici ipsius monasterii ecclesiae: Si- gemundus ex canobus sancti Theodoric: ex monachis au- tem monasterii sancti Romigii Novemageni, Hincmarus, Maurinus, Anser, Teilandus, Ratulphus, Radulphus, Wipertus, clamaverunt super se a praesule archiepiscopo suo ab administratione ordinum ecclesiasticorum, ad quos ab Ebbone quaedam concessa fuerant. Super qua reclamante vobis praesentis pontificis Hincmarus iudicis sibi Venulphum & Amalricum supra sacros archiepiscopos, Pardulum quoque Laudunensem episcopum, qui in hoc iudicio locum metropolitanum sua jura non habuerunt. Ipsi clamantes eosdem iudices suscipientes, addiderunt etiam Prudentium Tricassinensem episcopum. Hi iudices constituti hoc iudicaverunt, quod si Ebbo archiepiscopus in suo statu manens canonice huiusmodi ordinaverit, debent ministrare: si ita in iusto dejectus, & canonice restitutus, post sua canonice restitutionem eosdem ordinaverit, sine ulla quaestione debent etiam ministrare.

Unde interrogati sunt ordinatores Hincmarus, ut edicerent quid de Ebbonis depositione, & Hincmaro compressis ordinatione. Tunc surgens Theodoricus Cameracensis episcopus porrexit in conspectu principis, & synodi scriptam, continens ordinem depositionis praesul Ebbonis. Tum venulphum est qualiter excommunicatus episcopus restitui debeat: & quia idem Ebbo restitutus canonice non fuerit, insuper & ab apostolica sede, Sergio papa confirmante dejectionem illius, damnatus existeret, ut in laica tantummodo communitio maneret. Tum venulphus auctoritate, qualiter metropolitanus debet ordinari, litteris quoque canonice Ecclesiae addi episcopi Parisiensem ecclesiam, confirmant: sua quoque archiepiscopi & coepiscoporum suorum manibus, quos ad possessionem Rheumensis ecclesiae clerici ac plebes Hincmarum tribuunt decreto etiam canonice Rheumensium cleri nobilitatis manibus roborata, qualiter eundem Hincmarum sibi populum ordinari episcopum: effectum est canonice tam praesentis vel consensu omnium coepiscoporum Rheumensium restitui eum ordinatum archiepiscopum.

Post haec surgens idem Hincmarus, in conspectu principis & synodi porrexit litteras canonice, quas ordinari sacri canonice ab ordinantibus accipere jure, diem praesentem, & consensum. Porrexit etiam epistolam Rheumensium praesul, ac per totam Galliam manibus episcoporum suscriptam, ad apostolicam sedem pro confirmatione ipsius ordinandi datam. Offendit etiam diploma sacrum, ipsius venulphi principis manibus inscriptum, & sigillo jubileatum, etiam ad approbationem sua ordinanti, ad eandem sanctam & apostolicam Romanam ecclesiam. Itaque iudicatum atque confirmatum est Hincmarum episcopum canonice ordinatum. Deinde venulphum est, quid deinceps fieri de his qui Ebbo post suam depositionem absque legitima restitutione praesumptim ordinati. Tunc surgens Immo Novemagenensis episcopus, porrexit etiam auctoritatem canonice & apostolicam continentem, quoniam qui ab ipso vix fuerant ordinati in gradibus ecclesiasticis, ab eodem quod ipse non habuit nomen verum accipere possent, & cetera. Itaque decretum est, ut quicquid in ordinationibus ecclesiasticis Ebbo post depositionem suam egisset, secundum traditionem apostolicam sedis, prout sacrum baptisma, quod in nomine sanctae Trinitatis posuerunt, irritum haberetur, & ordinati ab eo gradibus ecclesiasticis privati existerent.

Tunc annus ex praedictis Fratribus, nomine Prodebertus, libellum proclamationis legit, in quo continabatur, quod idem se ab Ebbone permisissem ordinari, quia videmus susfraganeos Rheumensi ecclesiae, Radulphum videlicet episcopum, Lupum, Simonem, Erpinum, in metropolitano Rheumensium ecclesiam convenisse cum litteris Lotharii imperatoris, & eundem Ebbonem restituisse, & insuper ostendentes idem praesul clerici litteras, quae ex nomine Theodoric episcopi, Radulphi, Lupi, Immo, ac ceterorum huiusmodi discesserunt episcoporum manibus roborata: quae tamen ab eisdem episcopis restituta falsaque sunt comprobata: & quia talia episcopi tempore praesentem, iusti sunt communitio privari. Hi ita terminatis, decreto iudicium, atque consensu principis, Hincmarus archiepiscopus primatus sui locum recepit.

Tum de presbytero quodam abbate Altillorensi canonice, nomine Hordano, qui ab Ebbone diacone dicitur fuerat ordinatus, & a Lupo postea Catalunensi episcopo presbytero fuerat consecratus: nota est quaestio surgens in quo Lupo episcopus porrexit solamen, in quo continabatur, quomodo iustus esset regis litteris Carolo regi, ut quia metropo-

litanus, Prudentio Tricasso, Hermanno Novemagenensi, Jona Angobadunensi, Godescodo Cabillonensi, Dodo Andogavensi, Quatrebrochensi, Hilichomano Sagensi, Rigobaldo Rheumensi episcopo. Respondentes etiam presbyteri & abbates, Dodo abbas monasterii sancti Sabini, Lupo abbas monasterii quod dicitur Ferravias, Bernardo abbas monasterii sancti Benedicti, quod dicitur Florentium, Odono monasterii quod dicitur Caruja, Bruno monasterii Corbitani, Bayone monasterii Orbanensi, & quatuordecim alii sacerdotibus & abbatibus, adhaerentes dissonantibus, ac religionum graduum clero. Respondit quoque in medio glorioso rege Carolo. Ubi quaedam necessaria ecclesiae Dei sunt protrahente negotia.

Tum de presbytero quodam abbate Altillorensi canonice, nomine Hordano, qui ab Ebbone diacone dicitur fuerat ordinatus, & a Lupo postea Catalunensi episcopo presbytero fuerat consecratus: nota est quaestio surgens in quo Lupo episcopus porrexit solamen, in quo continabatur, quomodo iustus esset regis litteris Carolo regi, ut quia metropo-

993 Rhemorum ecclesia passiva careret, in consuetudine christi...

Deinde requisitus est de his qui Ebboni post depositionem...

Hi ita peracti, beatissimi patris Caroli patris Hincmarum...

Qua alio synodi sedis apostolica ab Hincmaro decessit, et...

Intimas etiam quomodo dominus Hincmarus pro his alii...

Benedictus apertum viro apostolice succedente, eidem subro...

At hoc quod inuicem hoc peracto iudicio, intimas se...

Reprobandi autem et hoc quoque concilium praefatus papa...

Nicolaus, quod non solummodo omnia iuxta quod ipse di...

Praemissis denique concilii praefati apostolica sedis ab...

REVERENTISSIMO ET SANCTISSIMO DOMINO patri ac papa...

Scriptum verum gestarum de Ebboni quondam Rhemorum...

Eadem alia brevis describitur in chron. Cameracensi...

Eidem Ebboni restitui canonice non fuerit: insuper et ab...

Capitula qua adis postposita habes, sicut ex quibus Ca...

Reprobatum fuit hoc concilium a Nicolao papa episcopo...

R r r s e t,

ANNO  
CHRISTI  
911.

995  
fuit, nihilque ab eo impetrasset, Benedictus Leonis suc-  
cessorem factis narrationibus induxit, synodique confi-  
cessionem surreptitio obtinuerit cum illa clausula, quem  
rationem Benedicte & Nicolai 46. litteris grandisculis  
in epistola Benedicte & Nicolai invenies. Refert ibidem Nicolaus,  
exaratum & expressam invenies. Refert ibidem Nicolaus,  
quod cum Benedictus papa per epistolam suam voluntati

A Hincmari pontificis non plane satisfactis, ille quendam  
eidem epistola addidit: quendam vero pro suo arbitratu  
ab ea sustulit. Ex antiquissimo codice Antonii Augusti-  
ni in Vaticanam bibliothecam relato edidit eam Baronius  
anno 853. num. 15. Ego inde acceptam sub Benedicto pa-  
pa collocavi loco atque ordine debito.

ANNO  
CHRISTI  
911.

AD SUESSIONENSE CONCILIUM

In monasterio S. Medardi, anno 853. habitum,

Canonis additi ex Barchardo.

Ex Concilio apud S. Medardum cap. IV. Barch. lib.  
XII. cap. XXIV.

Ex suppl.  
Mansi to. 1.  
pag. 299.  
Cap. decreti  
XXXI.

DEcrevit S. Synodus, ut a Septuagesima usque  
in octavas Pasche, & ab adventu Domini  
usque post consecratas dies; necnon & in jejuniis  
quatuor temporum, & in Litiis majoribus, &  
in diebus Rogationum, & in diebus Dominicis,  
& in diebus concordia, & pacificatione nullus super  
sacra jure presumat.

\* Gratian ad-  
dit & expositio

Ex concilio apud S. Medardum presens Carolo  
imperatorum Cap. V.

Barch. lib. I. cap. CCXXXVIII.

PROvidendum est ne episcopi per suam quietem  
ad remotiora loca recedentes, & suam mini-

sterium negligentes proprias deserant civitates, sed  
aut parochias suas cum officiosa efficacia circum-  
beant, aut cum religione in suis civitatibus cano-  
nice cum filiis suis degant; presbyteros etiam sibi  
commisissos doctrina, castitate, & sobrietate, atque  
hospitalitate secundum suum ministerium ordina-  
ri compellant.

Ex Concilio ad S. Medardum.

Cap. XI. Barch. lib. XI. cap. XXI.

Si quis oblationes ecclesie extra ecclesiam ra-  
pere, vel dare voluerit præter conscientiam epis-  
copi, vel ejus cui ejusmodi officia commissa sunt,  
anathema sit.

CONCILIUM ALTERUM APUD CARISIACUM

HABITUM,

In quo capitula quatuor adversus doctrinam Gotthescalci edita, que fuis supra jam fuerunt edita  
pag. 55. ex Hincmaro.

Ex suppl.  
Coeq. Gall.

SueSSIONENSIS concilio II. Carisfacense itidem II. sub-  
jungit auctor annalium, qui passim Bertiniani  
appellatur, hæc verbis.

Ctio monachus, ab ipso Hincmaro concilii illius,  
ut vero simillimum est, præfide explicata superius in  
Synodo I. apud Carisfacum representatus.

CAROLUS mense Aprilis synodum episcoporum  
juxta urbem SueSSIONUM in monasterium fan-  
di Medardi adgregans duos presbyteros monachos  
ejusdem monasterii ipse synodo præsidens, episco-  
pis judicantibus, degradari fecit, eo quod Pippi-  
num furari & cum eo in Aquitania fugere dis-  
potuissent. Hincmarus Remorum episcopus omnes  
ecclesie sue presbyteros, diaconos & subdiaconos,  
quoscumque Ebbo post depositionem suam ordina-  
verat, synodo judicante deposuit, Pippinus Ca-  
rolo sacramentum fidelitatis jurat & insuper ha-  
bitum monachi suscipit regulæque observationem  
more monachi solito promittit.

Carolus inde ad Carisfacum veniens cum qui-  
busdam episcopis & abbatibus monasticis quatuor  
capita edidit & propria subscriptione roboravit.

Quorum primum est: A Deo neminem prædesti-  
naturum ad penam, unamque esse Dei prædestina-  
tionem, que aut ad donum pertinet gratie, aut  
ad retributionem justitie.

Secundum: Liberum arbitrium, quod in primo  
ordine ( hominis ) perdidimus, nobis, prævenien-  
te & adjuvante Dei gratia, redditum.

Tertium: Velle Deum generaliter omnes ho-  
mines salvos fieri, licet non omnes salventur.

Quartum: Christi sanguinem pro omnibus fu-  
sum, licet non omnes passionis mysterio rediman-  
tur.

Vtrum hæc capitula accuratius diffusisque, ut ini-

ADDITIO AD CONCILIUM  
CARISIACUM ANNO DCCCLIII.

Ex Lab. Ap-  
pud. to. VIII.

In quo Capitula quatuor adversus Gotthescalci  
doctrinam edita sunt, & confirmata Fulcrii  
excommunicatio.

G. C. De quatuor contra Gotthescalci doctrinam capitulis,  
jam habes supra. De Fulcrii excommunicatione hæc  
addo ex supplementis Petri Delalande, cujus hæc ver-  
ba sunt.

Hæc synodus habita fuit ab episcopis provincia  
Rhemensis, in qua confirmatur excommunica-  
tio in quendam vassallum illustrem Lotbarii impera-  
toris, nomine Fulcrum, in altera particulari ob  
illicitas nuptias lata, ac in alios quoque eadem ex-  
communicato communicantes: e quorum numero ipse-  
met Imperator, qui tandem absolutus est ab Hincma-  
ro provincia metropolitano, synodique præfide. De his  
supradictis passim loquitur Flodoardus in historia lib.  
3. recensens ea que idem Hincmarus diversis rescri-  
psit, & inter cetera, Richaldo chorepiscopo, &  
Rodoaldo archipresbytero pro synodo provin-  
ciali apud Carisfacum palatium regium habenda,  
mandans ut notum faciant omnibus per omnem  
parochiam Rhemensem, ut qui se laicos existi-  
mant, ad ipsam synodum convenire procurent:  
quosdam vero cum auctoritate invitent, & venire  
commoneant. Sed & Milonem cum filia sua, qua  
Ful-



ANNO CHRISTI 811.

997 Fulricus abusus fuerat, & omnes, qui consentane...

milliter deprecantem pro participatione, quam habuerat...

ANNO CHRISTI 811.

G. C. Carthacenſem ſynodum, in qua Gottheſcalci dem...

CONCILIUM VERMERIENSE II.

Hæ quæ ſequuntur diſſinitiones in ſynodo apud Vermeriam palatium habita adz ſunt anno DCCCLIII. in meſe Aug. indiſt. 1.

Extant in Capitul. Baluz. Tom. II. pag. 57.

Brunt apud Valentianæ per meſem Novembrium: num. 211. recenſentur capitula, quæ in ipſo ſano & ipſo me...

NOTA JACOBI SIRMONDI S. J.

EJUDEM SIRMONDI NOTA UBERIORES.

Conſtitutum Vermerienſe II. ) Primum enim, cui Pip-

Extant in Capitul. Baluzii Tom. II. pag. 766.

CONCILIUM ROMANUM

LXVII EPISCOPORUM,

In quo Anaſtaſius preſbyter cardinalis tituli beati Marcelli eſt depoſitus, octava Decembris, anno Redemptoris noſtri DCCCLIII. tempore Leonis pape 1v.

Fragmentum alterum ſynodalium.

Subdiaconus de quorunquæ ſemina, ſic. ut cap. 171. Et item. Sacerdos omnino aut quis alius in ordinem eccle-

Ed. J. H. Romæ Lucæ Holſtenii per 21. colleſionis Romanæ.

Theodorus notarius ac ſcrianiarius ſanctæ Romanæ eccleſiæ legi: Imperantibus dominis piſſimis, &c. In editionibus Benianis & regia: quæ nos ſuo pteſta loco ſubiſciemus, cum integras duas ſynodos Romanas Eugenii II. & Leonis IV. ex editione Romanæ V. C. Luca Holſtenii præmiſerimus.

Anaſtaſius S. R. E. ſubſcribitur in eſſa Leonis IV.

DE SYNODIS EUGENII II. ET LEONIS IV.

Veterum aliquot teſtimonia.

Intor hæc vero quæ ſuperius ſcripta ſunt capiti cerebro nominatus ſanctiſſimus præſul de ſingulis eccleſiarum reſcripſit, videlicet, epifcopis, preſbyteris, diaconibus, acque omni Chriſtianorum militie curam ſollicitudinemque habere præcipiam. Volens itaque, ſicut & ſolium eſt, ex præſiti auctoritatibus novam Chriſto juvante normam proponere, qualiter unuſquique eorum vitam caſtum & ſoberiam duceret, & Deo, cui ſemper irreprehendiſſime ſumularum debemus impendere, in omnibus complaceret; tunc demum ſancti et Spiritus gratia revelante, non cum conſilio ſereniſſimorum Hlotharii & Hludovici imperatorum, anno imperii eorum quinto, & trigefimo ſepſimo, acque pontificatus jam dicti præſulis ſepſimo, meſe Decembris, die VIII. Indiſt. 11. ſanctam ac venerandam in eccleſia beati Petri apoſtoli ſynodum congregavit: in qua tam ipſo catholice & apoſtolicæ viæ, quamque & aliæ cum eo & XVII. epifcopi reſederunt. Ex quibus quatuor epifcopi ab imperatoribus deſtinati, Joſeph Eporegnæſis, Northingæ Helxienſis, Petrus Spoletianus, & alius Petrus Atratinus. Inter quos etiam Paulus diaconus ſanctæ Romanæ eccleſiæ reſidens, vicem tamen Joannis archiepiſcopi ſui, abſque preſbyteris & diaconibus, & clero ſanctæ univerſe eccleſiæ. Et tunc coram omnibus quadraginta & duo capitula, quæ proſeſſo ad ſalutem & lucrum omnium Chriſtianorum hominum pertinere noſcuntur, per diaconos ſanctæ & univerſalis eccleſiæ ſolis legi præcedit. Quæ etiam capitula, ut in ſanctum ab omnibus libere ſerventur, poſt cetera decreta pontificum in ſanctis canonibus juſte adſcribiti: quatenus omnes epifcopi hujus auctoritatis exemplum ante oculos habentes, & ſuo poſſint melius iſſerere & erudire ſubſcribere. In hæc denique poſt cetera ſynodo Anaſtaſius præſbyter cardinalis tituli beati Marcelli ab omnibus canonice depoſitus: eo quod parochiam ſuam per annos quinque contra canonem iſſerere deſeruit, & in alieno uſque domicilio demoratur. Qui cum neque ad duo pro eo congregata concilia venire vellet, neque per apoſtolicas epifſulas, neque per tres vocatus epifcopos, Nicolaum videlicet, Petrum &

Hincmarus Rbemenſis epifſola Caroli II. Imperatori nomine ſcripta ad Joannem VIII. PP. de judicis & appellationibus epifſcoporum & preſbyterorum, cap. 11.

In diebus domini & genitoris noſtri pie memoria Hludovici imperatoris cum ipſa teſpeli exortio aliquatenus caput, apud papam Eugenium inde ab eo commentio facta eſt, quæ de ræ ſynodum iſdem univerſalis papa convocans, inter alia generalia decreta promulgare curavit; quæ Leo IV. tempore fratris noſtri Hlotharii, & nepotis noſtri Hludovici obſervanda decrevit, ſicut in geſſis ſynodalibus, & in hujus ſanctæ Romanæ eccleſiæ archivo haberi credimus, & ab hæc ſanctæ ſede noſtris deſcriptis directis venerabili ſanctis habemus.

Tandem hinc præter antiquas regulas & legum conſtitutiones in præſerta habemus ſynodalia capitula apoſtolicorum Eugenii, anno imperii VIII. domini & genitoris noſtri Hludovici, & anno X. imperii Hlotharii fratris noſtri meſis Novembrio; acque Leonis IV. anno Hlotharii XXVI. & Hludovici nepotis noſtri anno V. meſis Decembris decreta; quibus præcipiant, ut ſi quiſpiam ſacerdotem, id eſt, epifcopus, preſbyter, diaconus, vel etiam

Conſil. General. Tom. XIV.

Hic locus Anaſtaſii cl. Decretal. cler. 1007. Ex geſſis, & in 10. Colled. tit. 104. cap. 12. geſſis Romanorum poſt.

999 ANNO CHRISTI 1100. ANNO CHRISTI 1100. ANNO CHRISTI 1100.

Ex synodo habita Roma a B. Eugenio PP. Ubi clerici considerere debeant, ut canone vii. Necessaria etiam res existit, &c. S. etiam eodem libro vii. c. 2. citat canonem xxxiv.

De synodo habita Leonis iv. ad annum DCCCLIII. n. 32. & seq. annualem to. 2.

Ant. Augustinus archiepiscopus Tarraconensis lib. 1. de emend. Christiani dialogi 1. Alia exempla sumuntur ex duabus Romanis synodis non editis Eugenii II. & Leonis IV. Coniunguntur autem in veteri libro, quod magna ex parte eisdem verbis scripta sunt.

De synodo habita Leonis iv. ad annum DCCCLIII. n. 32. & seq. annualem to. 2.

Ant. Augustinus archiepiscopus Tarraconensis lib. 1. de emend. Christiani dialogi 1. Alia exempla sumuntur ex duabus Romanis synodis non editis Eugenii II. & Leonis IV. Coniunguntur autem in veteri libro, quod magna ex parte eisdem verbis scripta sunt.

Dantur var. lecturae MS Cod. 110. Lucch. Manf.

INCIPIT CONCILIIUM ROMANUM EUGENII PAPA II.

IN nomine Domini Dei salvatoris nostri Jesu Christi. Imperante domino nostro piissimo Aug. Hludovico a Deo coronato magno imperatore anno XIII. & 2. (a) regni eius anno XIII. scilicet Hlorthario novo imperatore eius filio anno X. indictione xv. mensis Novembris die xv. Eugenius tenuissimus ac ter beatissimus & universalis papa cum universis (b) episcopis, videlicet:

- Petronacio archiepiscopo Ravennate, Leopardo episcopo Forosemproniate, (c) Passivo episcopo Blerane, Romoaldo episc. (d) Anagnin, Lamperto episc. Arretino, Joanne episc. Silvan candida, Stephano episc. Portuense, Benedicto episc. Albanense, Cesario episc. (e) Ostiense, Georgio episc. Gavenense, Gregorio episc. (f) Bellitris, Constantino episc. Praeneste, Romauo episc. Cereense, (g) Grausolpho episc. Fuzulense, Paulino episc. Senogalliese, (h) Guriperto episc. Populoniense, (i) Pertico episc. Senense, (k) Valerino episc. Sutriense, Stephano episc. Ariminense, Germano episc. Auximano, Passivo episc. (l) Calliense, Stephano episc. Ortense, Andra episc. Clufense, Stabili episc. Castello Felicitatis, Valiperto episc. Orbiveteris, (m) Bastiano episc. Suanense, Alifredo episc. Balneq regis, Paulo episc. (n) Tribense, Petro episc. Centumcellente, Agatho episc. Monte Feretris, Agatho episc. Polimartiense, Maio episc. Assisiese, Liutardo episc. (o) Nuceriense,

- Petro episc. Lucano, (p) Petroaldo episc. Lunense, (q) Aliprando episc. Florentino, (r) Lanprando episc. Pistoria, Theodorico episc. Perusino, Donato episc. (s) Gallense, Godemundo episc. Tuscanense, (t) Rauperto episc. Rossellense, Tigrino episc. Anconitano, (u) Agriperto episc. Fanestrense, Icarne episc. Pisano, Benenato episc. Eugubiese, Lupo episc. (v) Firmense, Petro episc. (z) Bolaterrense, Sebastiano episc. Burense, Dominico episc. Pilaurense, Joanne episc. Etsiate, Leonino episc. Tribus tabernis, Gratioso episc. Nepesina, Joanne episc. Tudertina, Eleutherio episc. Privernate, Benedicto episc. Amerina, Theodosio episc. Manturanense, Hadriano episc. Falaritana, Samuele episc. Sabinense, Hadriano episc. Signino, Cosma episc. Humana, (z) Mauriano episc. Urbinate, Bala episc. (a) Potentina.

Atque cum venerabilibus presbyteris, (quorum nomina haec sunt):

- Jaonnes archipresbyter, (b) Domnus presbyter, Benedictus presbyter, Simeon presbyter, Sergius presbyter, (c) Gregorius presbyter, Anastasius presbyter, Benedictus presbyter, Gregorius presbyter, Ursus presbyter, Crescentius presbyter, Simeon presbyter, Jobinianus presbyter, Anastasius presbyter, D Benedictus presbyter, Marinus presbyter, Ursus presbyter:

Coram sacratissimo corpore beati principis apostolorum residentes: adstantibus quoque diaconibus quorum nomina haec sunt:

- Valentinus archidiaconus, Theodoros diaconus, Leo diaconus, Faustus diaconus, Leo diaconus, Leontius diaconus.

E diversisque clericis, legente Theodoro diacono pontifex dixit:

Cum simus dominice plebis superna miseratione rediores, studioso nos convenit Dei presidio Gregor. II. pro eorum semper cogitare salute: ne de frustratis creditis, quod abis; animabus insidias antiqui hostis, ante omnium patorem ( nisi succedat

1 Legendum cum editione Beroniana, & P. C. ( id est post Consulatum ) eius anno XIII. Imperatores enim Occidentis, Orientalium Imper. exemplo, tot Consulatus, quot imperii annos numerabant. Ad haec anno 1100. Indictio V. a Kalend. Septemb. incipit, & Pontificatus Romani hoc saeculo, sicut & precedentibus, Indictionum initium a Kalendis Januarii non desumebant. Quare loco, Indictio quarta, legendum Indictio quinta. Pagus ad An. Ch. 1100. n. 1. (a) In Cod. Luc. Deest: & regni eius anno XIII. (b) Luc. inferit: Sacchissime. Fuzinate. (c) Passivo. (d) Antiqua manus in margine ponit: Nanna. (e) Stracense. (f) Bellianense. (g) Grausulfo. (h) Arrepto. (i) Pertico. (k) Valeriano. (l) Calliense. (m) Vastano. (n) Aracense. (o) Lunense. (p) Romoaldo. (q) Agobrande. (r) Ante hunc inferit: Sebastiano episc. Tustinense: cuius se quitur: Lanprando episc. Pistoriense, ut in editis. (s) Calense. (t) Rauperto. (u) Agriperto. (v) Fuzerariense. (z) Lucense. (z) Mantino. (a) Teutino. (b) Domnus. (c) Gregorius.

ANNO  
CHRISTI  
1111Anselm  
clausi defons  
in Luceni.

præveniendæ de offensis correctio) districtam cogamur solvere rationem. Dumque perpendo vel ad animum reduco, quanta circumspicione nos oporteat vigilando contra sui cuiusque sceleris occurrere; & si quando insilierit ad perturbandas fidelium mentes (a) adjutorio supermo idui ejus resistere, valde concutior, atque nimis tabesco, ne serpentina calliditate quod absit leviores quoque decipiat. Deo vero favente sollicitudinem æquanimiore mente divino juvamine freti pro salute omnium ostendere debemus; ut inconsulto vultu non de fraude cuiusquam perculli adsistere æterno judicio mereamur; sed potius vocem audire inquietem: *Euge serve bone & fidelis, quia in paucis fuisse fidelis, super multa te constituam: intra in gaudium domini tui.* Hinc namque est, B quod ingemiscens dico, quia populi Christiani per provincias & loca commorantes audio tenere contra catholicæ fidei documenta, & patrum statuta agere; quod opportunum est spiritali amputare mucrone, (atque si vestræ placet sanctitati radicitus evelli,) ne seges boni agricolæ zizaniorum mixta horrentibus fructibus surdescat

## INCIPIUNT CAPITULORUM

TITULI NUMERO XXXVIII.

- I. Ut episcopus bono approbatus opere ordinetur.
- II. Ut nullus episcopus aliusve sacerdos manibus ordinetur.
- III. Qualiter episcopum docere & consilium oportet.
- IV. De indoctis sacerdotibus.
- V. Ut in eligendis episcopis canonum regule serventur.
- VI. Ut episcopi extra proprias parochias non morentur.
- VII. Ubi clerici consilium debeant.
- VIII. De sacerdotibus in subjectis baptismatis precibus constituendis.
- IX. Ut clerici non plus quam sufficiat ordinentur.
- X. De sacerdotibus qui in ecclesiis vel monasteriis non habitant.
- XI. Ut sacerdos non aliquo ludo delectetur.
- XII. De sacerdotibus qui officii adesse debent, ut famulari aliqui aut rusticæ ministeria non exercent.
- XIII. Si sacerdotes testimonium dicant.
- XIV. Ubi sacerdotes post condemnationem esse oportet.
- XV. De suspensis sacerdotibus.
- XVI. Ut episcopi de subjectis plebibus aliisque piissimis locis non liceat auferre.
- XVII. De presbyteris qui oblationem alterius suscipere volunt.
- XVIII. Qua re aut auctoritate dimissoria fiant, aut creantur.
- XIX. Ut episcopi univcrsq; sacerdotes iubeant advocatos.
- XX. De his qui advocatos invenire nequeant.
- XXI. De monasterio vel oratorio quod a proprio domino soli edificatum est.
- XXII. De invocatione quasi pro parte ecclesie facta.
- XXIII. De synodis & aliis similibus locis.
- XXIV. De piis locis qui sine presbyteris existunt.
- XXV. De desertis ecclesiis.
- XXVI. Si episcopus a subjectis sacerdotibus & clericis donationes exigat.
- XXVII. Qualiter abbates sui constituendi.
- XXVIII. De monachis qui in solo habitu existant, & non ea vita vivant.
- XXIX. De religionis habitu feminis existentibus.
- XXX. De negotiis & laborationibus die dominico non faciendis.
- XXXI. De criminalibus causis, ac furtis, ceterisque similibus die dominico inventis.
- XXXII. De his qui sine officio crimine inveniunt monasteria sunt introduci.
- XXXIII. Ut laici ad missas in presbyterio non consistant.
- XXXIV. De scholis reparandis pro studio literarum.
- XXXV. De conviviis festis diebus non faciendis.
- XXXVI. De his qui adhibitam sibi uxorem reliquerunt & alias societates.

XXXVII. Ut non liceat uno tempore duas habere uxores, seu concubinas.  
XXXVIII. De incestis & inutilibus conjunctionibus.

ANNO  
CHRISTI  
1111

EXPLICIUNT CAPITULA.

## INCIPIUNT CANONES.

## I.

Beatissimi Pauli discretionem atque amonitione episcopum consecrari omnino oportet desiderabilem boni operis, irreprehensibilem, & reliquis optimis apparitionibus quæ sequuntur: ut doctrinam Dei nostri ornent in omnibus; ne ut in pastoralis libro continetur, contradicendus inveniantur. *Ab imperitis enim, inquit, pastorale magisterium qua temeritate suscipitur, quando ars est artem regimen animarum?* Et iterum: *Ille igitur modis omnibus debet ad exemplum vivendi pertrahi, qui cunctis carnis passionibus moriens iam spiritaliter vivit; qui prospera mundi postponit, qui nulla adversa pertimescit; qui sola interna desiderat: cuius intentioni bene congruens, nec omnino per imbecillitatem corpus, nec valde per contumeliam repugnat (b) spiritus. Qui ad aliena cupiendo non ducitur, sed propria largitur: qui per pietatis viscera citius ad ignoscendum seclitatur, sed nunquam plusquam decessat ignoscens ab arte rectitudinis inclinatur. Qui nulla illicita perpetrat; sed perpetrata ab aliis ut propria deplorat: qui ex affectu cordis aliena infirmitati compatitur: sicque in bonis proximi sicut in suis provecibus latetur. Qui ita se imitabilem ceteris in cunctis qua agit insinuat, ut inter eos non habeas quod saltem de transactis mens erubescas. Qui se studeat vivere, ut proximorum quoque (c) corda arentia doctrina fluentis irriget. Qui orationis usu experimento jam didicit, quod obtinere a Domino qua poposceris, possit (d) cui prophetica voce iam quasi specialiter dicitur: *Adhuc loquens te dicam (e) adsum.* Ideoque talium rerum tales esse oportet non indoctos, ne aliqua opportunitate turpes inveniantur, sicut in eodem libro habetur: *Quia cum spiritali aliquid a subditis pastor inquiritur, ignominiosum valde est, si tunc quasras discere, cum questionem debes enodare.**

## II.

Cavere itaque oportet unumquemque sacerdotem, ne præmiis videatur consecrari: ut non exemplo Simoniaci in condemnationem & laqueum incidat diaboli. Quia tam factus, quam etiam faciens honore adempto debite sunt condemnandi, sicut Chalcedonenis aliorumque patrum habetur concilio. Quia muneribus ordinatus non animæ decertare cupit remedium, sed vanæ gloriæ mercari lucrum.

## III.

(a) Adjutor. (b) Deest spiritus. (c) Deest corda. (d) Pro his verbis ita legit Cod. Luc. *cujus effectus verum iam quasi specialiter dicitur. Adhuc &c.* (e) Ego adsum.

Vide ep. 4.  
Galati papæ.  
Cap. 2.

ANNO  
CHRISTII  
1111

ANNO  
CHRISTII  
1111

III.

Episcopum vero bono opere consistere oportet, ut factis congruentibus luceat: ut optimus speculator existat: qualiter populus verbum prædicationis ostensio opere sine dubio observando attendat, beatissimo Gregorio papa docente: *Pro qualitate igitur audientium formari debet sermo doctorum; ut & ad sua singulis congruat, & tamen a communis adificationis arte nunquam recedat.*

Pafr. par. 3  
prologo.

IV.

Quamquam admonita doctorum & statuta patrum sacerdotes indoctos prohibeant consecrari, opportuni temporis moderatio, si episcopus inveniatur indoctus a metropolitano proprio, & deinceps sacerdotes (a), presbyteri, diaconi, vel etiam subdiaconi suo episcopo ut doceri possint admoneantur. Interim subjecti sacerdotes & tales clerici ad tempus a celebratione (b) divinæ hostiæ & officiis suspendantur, ut docti valeant ad debitum ministerium advenire. Si autem non potuerint edoceri, in potestate episcopi sint canonicè judicandi.

\* Gelasio p. 4  
tra. Sordio  
rebus cap. 7

V.

Episcopum enim consecrare non convenit, nisi a clericis & populo fuerit postulatus. Unde & Cælestinus papa dicit: *Nullus in vobis ordinatur episcopus: plebis enim, clericorum & ordinis consensus & desiderium constat esse requirendum.* Et Leo sanctissimus papa ait: *Nulla enim ratio finis, ut inter episcopos habeantur, qui nec a clericis sunt electi, nec a plebibus expetit.* Quod si in eadem ecclesia dignus non inveniatur: tunc aliter de altera eligatur ecclesia: tamen quamvis necessitas eveniat, invidiose nullo modo conlectetur invitus.

Constitutio  
an. 4. 1110  
cap. 1. 1110  
Dionysius  
lib. 1. cap. 11  
Deo. 1. 1111  
An. 11. 1111  
Deo. 1. 1111  
Dir. 11. 1111

VI.

Episcopi enim ad culturam propriæ ecclesiæ suæ (c) piissime debent adesse, quia absentia episcopi plerumque sic calamitas plebis. Ideoque Sardicense admonente concilio, ultra trium hebdomadarum spatium a propriis ecclesiis non morentur, nisi forte per iussione metropolitani vel principis ex necessitate contingat. Quoniam longius nisi per auctoritatem canonicam prohibiti neque (d) suscipi sacerdotes debent.

\* Faustus  
1111. 1111

Card. Deo.  
de deo leg. 1. c.  
1111. 1111  
1111. 1111  
1111. 1111  
1111. 1111

VII.

Necessaria etenim res existit, ut juxta ecclesiam claustra constituantur, in quibus clerici disciplinis ecclesiasticis vacent. Itaque omnibus unum sit refectorium, ac dormitorium, seu ceteræ officinæ ad usus clericorum necessariæ. Ministri vero post episcopum super eos tales eligantur, quorum vita atque doctrina illos potius exornent, quam dehonestant.

1111. 1111  
1111. 1111

VIII.

Episcopi (e) in subjectis baptismalibus

A plebibus, ut certe propriis, diligenter curam habere debent: & cum in eis presbyteros necessitas occurrerit ordinandi, ut reverentius observetur, convenit enim ibidem habitantium sibi adhibere (f) consensum.

IX.

Itaque in congregandis clericis modus discretionis teneatur, videlicet, ne plus admittantur, quam facultas rerum eis canonicè adtributa sufficere possit.

X.

Sacerdotes namque constitui non oportet nisi in ecclesiis, aut speciali monasterio deputentur: ne necessitas in secularibus domibus illis habitandi occurrat, alioquin a propriis episcopis aut in episcopia, aut in monasteria habitandi & conversandi pro exerendo officio constituantur: in quibus (g) mulieres conversari nulla ratio permittit. Ideoque ibi eos conversari & nutriri oportet.

XI.

Sacerdos enim sedule divina debet perscrutari & ammonere eloquia, ut inveniat beatus, de quo psalmista ait: *Et in lege eius meditabitur die ac nocte.* Quamobrem ludos aliquos coram se fieri non delectetur. Transgressor quippe inventus ammonitione episcopi ulterius agere desinat: sin autem, canonicè judicetur.

1111. 1111  
1111. 1111

XII.

Sacerdotes itaque qui ad debita & opportuna officia ecclesiis indifferenter adesse debent, lenore aliquo, aut venatione, vel aliqua aucupatione, rusticoque ministerio omnino non occupentur. Quia sine ornatu sacerdotali extra domos eos apparere non convenit: ne ut aliquis secularium injurias patiantur. Sed ea solummodo quæ per (h) patres constituta (i) videntur observent: contrarius denique inventus, aut deinceps desinat, aut canonicè subjacenti disciplinæ.

1111. 1111  
1111. 1111  
1111. 1111

XIII.

Quamquam sacerdotum testimonium creditibile habeatur, tamen ipsi in secularibus negotiis pro testimonio, aut conscientis instrumentis non rogentur: quia eos in talibus rebus esse non convenit. Si enim eveniæ causæ aliquid viderint aut audierint, ubi nullæ idoneæ secularium inveniantur personæ, ne veritas occultetur, & malus ut bonus existimetur, in providentia proprii sit episcopi, ut aut coram se & competentibus iudicibus, aut aliter veritatem honorifice attollant.

1111. 1111  
1111. 1111

XIV.

Sacerdos etenim, aut quisvis alius in ordinem ecclesiasticum proventus, si in eo scelere inveniatur quo abijciendus existat, depositus providentia episcopi bene provi-

1111. 1111  
1111. 1111

(a) in ministerio. (b) deo. (c) in baptis. (d) subiecti. (e) in baptis. (f) in baptis. (g) in baptis. (h) in baptis. (i) in baptis.

in loco constitutur, ubi peccata luceat, & ulterius non committat.

ANNO  
CHRISTI  
1777

Dist. 11. 22.

## XV.

Si quispiam sacerdotum, id est, episcopus, presbyter, aut diaconus, vel etiam subdiaconus, de quacumque semina crimine fornicationis suspicatus, post primam secundamque & tertiam ammonitionem metropolitanam vel alterius episcopi, aut ejus cui subiacere videtur, inveniatur fabulari cum ea, aliove modo conversari, canonice judicetur. Quapropter unusquisque episcopus in tali re studiose ac diligenter curam habere debet, ne ecclesia Christi a propriis possit sordidari ministris. Quia cum propriam uxorem habere non permittitur, maxime ab omni femina est abstinendus.

## XVI.

Nulli episcoporum liceat res immobiles de subjectis plebibus seu aliis piis locis in proprio usu habere, ne majores enormiter locupletentur, aut minores tali facto pauperiores inveniatur. Contra agens canonica auctoritate coarctandus existat.

## XVII.

Presbyteri nullius blandiantur, aut suadeantur sermonibus, ut non omnium ad se concurrentium in quibuslibet sacris locis oblationes ad missarum sollempnitates recipiant. Quia cum mediatores Dei hominumque existant, in exercendis votis relaxandisque peccatis largissimam debent orationem peragere. Si quis autem contra hæc temerario extiterit, aut desinat, aut doctoris proprii constringatur sententia. Redemptor enim noster cum sit omnipotens, immensæque misericordiae plenus quantum populorum vota non recipit, & vincula peccatorum unatenus non resolvit?

## XVIII.

Episcopus subjecto sibi sacerdoti vel alii clerico, nisi ab alio postulatus dimissorias non faciat, ne ovis quasi perditus aut errans inveniatur: sed per consensum unius in alterius inveniatur ovili. Et ne falsæ ut veræ credantur, & veræ ut falsæ suspicentur, universalis pontificis, aut imperialis, vel metropolitani bulla eas roborari oportet.

## XIX.

Quia episcopi universique sacerdotes ad solam laudem Dei, bonorumque operum actionem constituuntur, debet ergo unusquisque eorum tam pro ecclesiasticis, quam etiam pro propriis suis actionibus, excepto publico videlicet crimine, habere advocatum, non malæ famæ suspectum, sed bonæ opinionis, & laudabilis artis inventum: ne dum humana lucra attendunt, æterna præmia perdant.

\* Vide leges  
Lorber c. 96.  
ap. Morat.  
Res Ital. 10.  
l. p. II. pag.  
149.

## XX.

Si enim fuerit quispiam sacerdotum inventus, qui advocatum in iudicium proferre non valeat, coram plebe propria suum episcopum eundem oportet discutere sacerdotem, si bonæ aut malæ conversationis existat, cujus rei causa debite advocatum habere non possit: malæ vero inventus, pro qualitate culpæ secundum canonum normam emendari curetur.

## XXI.

Monasterium vel oratorium canonicè constructum a domino constructoris invite non auferatur, liceatque illi id presbytero cui voluerit pro sacro officio illius diocæses & bonæ auctoritatis dimissorias, cum consensu episcopi, ne malus existat, commendare: ita ut ad placita & ad justam reverentiam ipsius episcopi obedienter sacerdos recurrat.

## XXII.

Si quispiam invalor comprobatus dicat pro parte ecclesie se egisse de privata sibi re pertinente, ab ipso suoque hærede solvatur invasio. Sacerdos denique in talis plura pauper inventus a proprio canonicè judicetur episcopo; ut non ecclesia sibi commissa damnum sustineat.

## XXIII.

(a) Per sollicitudinem episcoporum hæc, quorum diocæses existunt, ad easdem utilitates, quibus constituta sunt, ordinentur, ut debitis atque curæ pertinentibus revertantur.

## XXIV.

Sunt quedam pia loca, ut fertur, in diversis regionibus inventa, quæ ita impia solitudine & sacerdotibus destituta, nulloque debito ibidem resonante existunt officio, ut cum sint pro sola Dei laude constituta, divino attestante oraculo: *Domus mea domus orationis est*. nunc autem ut aliz domus utilitate sæcularium hominum sordere inveniuntur. Itaque si proprio jure ecclesie sint subjectæ, episcopus ibidem sine intermissione presbyteros cum sufficiente suæ utilitatis (b) ope constituat. Et si sæcularium hominum sub jure sint constitutz ab episcopo illius diocæsis admoneantur. Et si admoniti presbyteros infra trium mensium spatium ibidem neglexerint constituere, curam exinde habens episcopus absque neglectu principem suggerat, quatenus ejus emendetur sententia.

## XXV.

Ecclesia & quælibet pia loca destructa rejacentia promissæ atque susceptæ formæ constitutione proprio dispendio restauerentur. Non sufficiente vero necessario, a populo plebis auxiliarentur, quatenus Dei domus honorifice videatur existere.

## XXVI.

(a) Xenodochia & cetera per sollicitudinem episcoporum existunt, ad easdem utilitates quibus constituta sunt, ut debitis atque curæ pertinentibus revertantur. (b) omnes

ANNO CHRISTI 1779. Jul. 21. 1779.

ANNO CHRISTI 1779.

XXVI.

Nulli liceat episcoporum a subiecto sacerdote vel (a) aliquolibet clerico (b) & piis locis dationes ultra statuta patrum exigere, aut superposita in angariis inferre. Sed cum sit (c) optimus prospector, ita prospiciat, ut universæ sibi oves commissæ a se maxime alantur, atque in necessitatibus adjuventur, quam illicitis exactis dationibus opprimantur.

XXVII.

Abbatess etenim per cœnobias, vel ut (d) hoc tempore nuncupantur monasteria, tales constituantur, qui sui vocabuli ministerium Deo possint indubitanter supplere. Ita docti, ut quandoque fratrum negligentia acciderit, omnino cognoscere possint & emendare. Sacerdotalem quæque honorem sint adepti; ut peccantium sibi subiectorum fratrum valeant omnimodis retrænnare & amputare commissæ, & ita observent, ut statuta regularum per omnia non inveniuntur delinqui.

XXVIII.

Quamquam plura sint genera monachorum observanda videlicet, & alia omnimodo refutandæ, tamen de his qui in solo habitu existunt, diligenti cura debet unusquisque episcoporum in sua diocesi decernere, ut qui religiositate conantur illudere, boni pastoris studio coarctentur: ut aut ad proprium de quo defuerint revertantur monasterium, aut prospectu congruo in aliud mittantur; ut qui semel se Deo voverunt, & habitum monachi ostenderunt, vel comas totonderunt, regularem teneant vitam: uno scilicet ut convenit dormitorio ac refectorio dormientes atque existentes; & ad similitudinem apostolorum omnia peragentes: quia nec quisquam quod habebat, aliquid suum esse dicebat, sed erant illis omnia communia.

XXIX.

Feminarum vero, quæ habitum religiosum aut velamen obtentu religiositatis susceperunt, cum essent viri potentes, deinceps viro sociari non permittantur, sed eligentes monasteria regulariter vivant, aut in domibus susceptum habitum caste observent: contra autem turpes inventæ providentia episcopi emendentur.

XXX.

Constat enim omnes omnino observare, ut die dominico (e) nullas audeant operationes mercationesque peragere, præter in cibariis rebus (f) pro itinerantibus, ita ut libere possint ac debite in (g) eo secundum possibilitatem omnes ad ecclesiam concurrere, & in sola omnipotentis Dei oratione

Avacare ut qui Christiano vocabulo nuncupantur, convenienter opera peragere videantur.

XXXI.

Sunt quippe qui dominico die, in quo commissæ facinoræ debent oratione abstinere, alia delectantur committere. Itaque quod aliis diebus committantur, licentia sit iudici auctorive eo die personam suspectam reatu infamatam, aut optima satisfactione, aut custodiis consistere, ut licitis diebus iudicetur.

XXXII.

Sicut enim qui monasteria elegerunt, a monasteriis egredi non permittuntur; ita hi qui invitati sine iustæ ostensionis (h) crimine monasteriis sunt intromissi, nisi volentes non teneantur, quia quod non petunt, non observant. Ideoque tales considerandi sunt maxime peccata committere, quam plangere, sicut decreto sanctissimi Leonis papæ manifestissime continetur.

XXXIII.

Sacerdotum, aliorumque clericorum ecclesiis servientium honores a laicorum discretis apparere (i) convenit. Quamobrem nulli laicorum liceat in eo loco, ubi sacerdotes reliquæ clericis consistunt, quod presbyterium nuncupatur, quando missa celebratur, consistere: ut libere ac honorifice possint sacra officia exercere.

XXXIV.

De quibusdam locis ad nos refertur, non magistros, neque curam inveniri pro studio litterarum. Idecirco in universis episcopis, subiectisque plebibus, & aliis locis in quibus necessitas occurrerit, omnino cura & diligentia habeatur, ut magistri & doctores constituantur; qui studia litterarum, liberaliumque artium (k) ac sancta habentes dogmata, assidue doceant, quia in his maxime divina manifestantur atque declarantur mandata.

XXXV.

Sunt quidam, & maxime mulieres, qui festis ac sacris diebus, atque sanctorum natalitiis, non pro eorum quibus debent delectantur desiderii (l) advenire; sed ballando, verba turpia decantando, choros tenendo ac ducendo, similitudinem paganorum peragendo, advenire procurant. Tales enim si cum minoribus veniunt ad ecclesiam peccatis, cum majoribus revertuntur. In tali enim facto debet unusquisque sacerdos diligentissime populum admonere, ut pro sola oratione his diebus ad ecclesiam recurrant, quia ipsi qui talia agunt non solum se perdunt, sed etiam alios (m) deprimere attendunt.

XXXVI.

(a) quolibet alio. (b) ex parte. (c) omnibus optimus. (d) hanc tempore. (e) nullus. (f) Deest pro itinerantibus. (g) eo die. (h) Deest crimine monasterii. (i) convenienter. (k) artium liberalium dogmata. (l) ecclesiam advenire. (m) deprime.

ANNO  
CHRISTI  
1122

## XXXVI.

Nulli liceat excepta caussa fornicationis adhibitam uxorem relinquere, & deinde aliam copulare: alioquin transgressorem priori convenit sociari conjugio. Sia autem vir & uxor (a) divertere pro sola religiosa inter se consenserint vita, nullatenus sine conscientia episcopi fiat, (b) ut ab eo singulariter proviso constituantur loco. Nam uxore nolente, aut altero eorum, etiam pro tali re matrimonium non solvatur. \*

## XXXVII.

Nulli liceat uno tempore duas habere uxores, uxoremve & concubinam: quia cum domi non sit lucrum, animæ sit detrimentum. Nam sicut Christus castam observat ecclesiam, ita vir castum debet custodire conjugium.

## XXXVIII.

Consobrinam, neptem, novercam, fratris uxorem, vel etiam de propria cognatione, aut quam cognatus habuit, nullus audeat sibi in conjugium copulare. Si quis vero huic tali nefario conjugio convenierit, & in eo permanerit, sciat se apostolica auctoritate anathematis vinculo esse innodatum: & nullus sacerdos illi tribuat communionem. Si vero conversus, divitiisque ab illicita fuerit copulatione, dignæ poenitentiae submitatur: ut sacerdos loci consideraverit. (c)

*Explicit Concilium Eugenii pape II.*

CONCILIUM ROMANUM  
LEONIS PP. QUARTI.

IN nomine Patris & Filii & Spiritus sancti. Incipit sancta ac veneranda synodus, quæ per Domini gratiam & ejus divinum consilium congregata est in ecclesia beati Petri apostoli, anno scilicet pontificatus sanctissimi ac coangelici & universalis quarti pape Leonis septimo: atque invictissimorum dominorum nostrorum: Hilarii ac Ludovici imperatorum anno quoque imperii eorum quinto & trigésimo septimo mense Decembris, die VII. Indiæ. II.

Incipit prima admonitio pontificis in concilio, quæ lecta est per Nicolaum diaconum sanctæ sedis apostolicæ.

FRatres & coepiscopi, sacerdotes, clerici, & universi qui ad sacrum hodie nobiscum celebrandum concilium permittente Domino convenistis, illa petimus quæ inferius intimanda sunt ut intentis audire dignemini auribus. Monet nos denique superexcellens gratia sancti Spiritus fidei jam mentibus illustrata, atque indefinenter hortatur; ut sicut præ omnibus, licet immeritis, pontificatus est nobis onus & honor concessus, ita illius compuncti corde & devotique consilio, simul vestro nos fraterno & caritative certamine, quatenus post plantationem rigatiorumque com-

munem Deus, qui verus plantator in omnibus & potens existit, præbeat incrementum: ut ex his quæ sive ad disciplinam ecclesiasticam, sive ad salutem animarum profecto nostrarum congruum conspicitur fore, secundum suam divinam majestatis consultum, & nostrum maximum desiderium, quod de sancto corde tenus gessimus, concilio salubriter cogitemus. Ut dum lucis gressum conspicimus, sicut & ipsa sancti evangelii salutifera veritas crebro denuntiat. *Ambulate dum lucem habetis, ne vos tenebra comprehendant;* tam a nostris, hujus informati oraculo, quam a cordibus omnium subditorum, auctoritate antistitum præcedentium, cunctas vitiorum tenebras effugemus. Et ideo si vobis placet, carissimi in Christo fratres, quidquid ad sacerdotalem pertinet honorem, immo utilitatem justamque emendationem, nunc dignum magisque conveniens est, ut secundum catholicorum præcipuas promulgationes doctorum, canonumque etiam venerabilium regulas nobiliter enodatas, virtute ac sapientia desuper adstante divina, sine tenus censeamus fore mansurum. Ita ut nulli fas sit absque proprii honoris periculo, qui contra hæc quæ modo a nobis congrua provisione sancita sunt, agere; neque adversus sedis apostolicæ decreta inviolato solidata fundamenta, unquam ausu temerario penetrare. Nam ut ipsi nobiscum luculenter sentis, ideo oves Christi alendas suscepimus, ut de illarum non solum pacis, verum etiam cunctis utilitatibus solertiores ac pervigiles existamus. Alioquin si in his, quod abis, quæ prætulimus, desides vel idonei operarii non fuerimus, sine dubio ab ipso tunc judicio adveniente novissimo acriter vindicabimur, qui pro eis suum sanctum ac pretiosum sanguinem fudit. Meminimus quippe quemadmodum idem per se comminetur Dominus desidia sacerdotum. Quamobrem majorem reatum delinquit, qui potiore honore persuitur; facitque dignitatum sublimitas graviora vitia peccatorum: dum is pro nihilo æstimat, quod ad multorum lucrum Deo præordinante suscepit. Propterea, fratres dilectissimi, inter cetera cavendum primum multo per est, ne quilibet ex vobis, quod minime optantes dicimus, ad sacros ordines, usque præcis auctoritatibus jam descriptum est, deinceps audeat contra legem, vel sanctorum canonum iustitiam, patrumque terminos inconcussa soliditate compositos ac præfixos, aut inhonestas turpesque & superfluas ordinationes mensibus congruentibus facere; de quibus Deo vitam opemque præbente, adhuc pleniter quid in futurum fieri debeat proprio capitulo demonstrabimus. Sed neque literarum inscios, neque plusquam auctoritas jubet canonica per loca congruentia constituere sacerdotes; aut eos quos parte membrorum aliqua vestra fraternitas mutilatos reperit: necnon & ceteros, quos ecclesiastica omnimodis damnat sententia. Tamen tam de his & nonnullis, quæ necessitatis atque utilitatis affectu ad liquidum sunt proferenda, capitulis subsequenter vestre luce clarius sanctitati differemus. Et post hæc quisquis talium consecrator inventus fuerit, provideat. Nam nos in nullo volumus adversus fraternitatis vestre benevolentiam ultionis jacturam inferre, præter si in causis Dei propria aliquis contumacia aut delictum deliquerit, vel quod ipse in subditis reprehensibile adspicit, radicibus amputare & abolere noluic; hoc denique

(a) a conjugio divertere. (b) hunc locum ita legit Cod. Luc. *fas ab eo singulariter, su autem, proviso constituantur loco.* (c) In Cod. Luc. hæc gemina subscriptiones dantur: *Eugenius gratia Dei Episcopus Catholicus, atque Apostolicus Romanæ Ecclesiæ huic decreto a. N. N. promulgato SS. Petronacius humilis archiepiscopus S. Ravennæ Ecclesiæ huic decreto a nobis promulgato SS.*

ANNO  
CHRISTI  
811.

que nobis nolentibus agens in se, quod in alium A  
emendasse dissimulat, incunctanter inveniet: ut  
quod juxta capacitatis nostræ modulum constitu-  
tum & promulgatum fuerit, possit perpetim con-  
servari. Si enim placet, cuncta que legenda erunt,  
ut melius in futurum observentur ab omnibus &  
fideliter ut concedet recolantur, propriis subscri-  
ptionibus roboremus, quatenus decretali judicio  
aditus cunctis claudatur illicitis.

Incipit prima responsio episcoporum, que lecta  
est per Benedictum diaconum sanctæ sedis a-  
postolicæ.

Q Uoniam & vestrorum ora omnium fidelium  
lacerdotum, quos divina pietas vestro con-  
spectui præsentavit, palmis extentis, vocibus &  
corde medullitus omnipotenti Deo gratias reso-  
nant; qui plebem fragilitatis humanæ isto in tem-  
pore adeo visitare dignatus est, ut excellentiam  
pontificatus vestri luce clarius gratia sancti Spi-  
ritus persulam ubertissime contempleremur: perquam  
& nociva plantaria importune pullulantis miseri-  
corditer a vestra sanctitate eradicare nitantur, &  
spurciosa zizania ex area inquit dominica transcri-  
bantur, ut cum venerit Dominus, purumque in  
horreo perispetit triticum, voce propria collau-  
dans dicat: *Enge serve bene, intra in gaudium do-  
mini tui: & constituam te super multa, quia fuis-  
ti in pauca fidelis*: & ita eadem plenitudine spiritus  
Dei cor apostolatus vestri videatur incendi. Unde  
non exiguo gaudio perlatamur, quod nihil super-  
fluum, nihil contrarium sanctæ fidei, vel sancto-  
rum præcedentium patrum dictis constituere que-  
ritus; sed cuncta congrua, & humanæ vitæ ne-  
cessitudine digna: quatenus gressibus nostris recto  
semper calle transmisissis facilius a Deo que po-  
scimus, impetrare valeamus. Et ideo nos omnes  
totis viribus nostris cepta vestra adjuvare curabi-  
mus, & disciplinam ecclesiasticam a vobis vibran-  
tius patefactam, fidelius observare: ut favente  
Deo voraginis barathrum vestra intercessione im-  
pune vitare valeamus. Quia certum est Deum  
vobis donasse, non solum ut bene velles, verum  
etiam in quibus posses apparere quod velles.

Incipiunt capitula num. XLII. quorum priora  
XXXVIII. repetita sunt ex synodo præcedenti  
Eugenii papæ II. & additionibus quibusdam  
aucta a Leone IV.

## I.

Beatissimi, &c. que *Hofstinius* iterum ex-  
cudenda curavis nullo opere pretio. Nos solas  
additiones adscribimus, ne actum agere videamur  
& charitas disperdere.

Ad II. caput. *Additio Leonis.*

Ideo sicut superius statutum est, unus-  
quisque sacerdos ab hoc se avaritiæ fer-  
mento semper custodiat; ne obtemporalis  
lucri commodum post damna animæ præ-  
dicti Simonis particeps esse mereatur.

Ad III. caput. *Additio Leonis.*

Hæc enim si digni desiderat exempla  
simulatoris perficere, toto mentis debet  
meditari conamine, quatenus prodesse ma-  
gis, quam præesse populo Domini videat-  
tur.

Ad IV. caput. *Additio Leonis.*

Si quis autem post hæc que communi  
ventilatione sancita sunt, veluti hæcenus  
oblivioni tradiderit; sciat se quod in sub-  
ditis amputare negligit, secundum patrum  
canones omnino sustinere censuram.

Ad IX. caput. *Additio Leonis.*

Deus enim noster omnipotens tribus in  
rebus universa constituit, pondere videli-  
cet, numero & mensura: cujus nos salu-  
berrimum perficere & conservare præce-  
ptum semper oportet.

Ad XXI. caput. *Additio Leonis.*

Si vero superbia elevatus, vel aliquoli-  
bet modo a proprii se subtrahere malue-  
rit mandatis episcopi, canonicis cum de-  
cernimus ultionibus subjacere.

Ad XXII. caput. *Additio Leonis.*

Sed illam hujus invasionis temeritate  
permanere sancimus.

Ad cap. XXXIII. De *menodochiis, ptochotrophiis,*  
*nosocomiis, & orphanotrophiis, & gerontoco-*  
*miis, brephotrophiis, & monasteriis tam mo-*  
*nachorum quam sanctimonialium.*

*Additio Leonis.*

Qualiter Deo vacantes inopia vel ne-  
cessitatibus nullatenus occupentur; sed om-  
ni expulsa cura purius in Dei servitio va-  
leant mentibus permanere.

Ad XXV. caput. *Additio Leonis.*

Et ne ruinis obruta in Dei laudibus  
perseverent.

Ad XXVI. caput. *Additio Leonis.*

Quia Dominus pascere & docere nos  
docuit, & omnibus ministrare, non terre-  
nis lucris vel avaritiis delectari.

Ad XXVII. caput. *Additio Leonis.*

Quatenus Domini pro cunctis possint  
clementiam exorare; ut scelorum abluti  
squalore, piaque conversatione muniti,  
sanctorum mereantur consortio sociari.

Ad XXVIII. caput. *Additio Leonis.*

Et monasteriorum ordo debet persistere,  
ut muti ore aut ab excellentioribus quo-  
tidie lectione, aut pia inter se agitatione  
monachi instruantur, qualiter non tantum  
monachicum nomen quasi auribus audiant,  
sed clarius intenta meditatione, vel eru-  
ditorum informatione scire queant, qui-  
bus moribus vel actibus studeant partici-  
pari: cognoscentes, quod actu in oratio-  
nibus, in lectionibus, in disputationibus,  
in vigiliis, in jejniis, moribus modesti,  
ut bene placati concordem esse debeant: &  
in ceteris multis, que aut a sanctis pa-  
tri-



1013  
tribus, aut a monasteriorum conditoribus  
de eorum vita ubertissime reperiuntur ex-  
posita. Et qualiter monachorum auctores  
non tantum habitu sequantur & nomine,  
sed magis operibus & virtute pertingere  
valeant. Nam qui per gratiam & levi  
jugo Dei colla submittant, & postmodum  
ad proprium vomitum revertuntur, san-  
ctorum patrum qui in Nicæa convenerunt  
sententia, quam abrenuntiantibus statue-  
runt, habet integram firmitatem. Et ut  
nullatenus violetur, pio censemus arbitrio,  
ut nequaquam extra septa monasterii cel-  
lulas monachi habere videantur; & nec  
a monasteriorum clausuris absque abbatibus  
vel qui ab eis subpræesse constitutus, licen-  
tia ad quodlibet opus exercendum egredi  
presumant. Cum vero licentia impetrata  
aliquid ad peragendum perrexerint, non  
sine duorum vel trium ex fratribus testi-  
monio pergant. Nam si abbas intento stu-  
dio cuncta hæc non procuraverit adim-  
plenda, talem se credat sustinere juxta  
patrum censuram sententiam, qualem de-  
linquentes monachi tunc promereri debue-  
rant.

*Ad xxx. caput. Additio Leonis.*

Secundum culpæ vel peccatorum dif-  
ferentiam pœnitentia moderetur; & ipsa-  
rum cœnobiis doctrina & institutio ad si-  
militudinem virorum maneat monasterio-  
rum; quia quamvis in sexu dispares sint,  
in humilitate sine status differentia con-  
cordant.

*Ad xxx. caput. Additio Leonis.*

Qui vero iusticia opera die dominico a-  
gere presumpserit, contra divina præcepta  
egisse non dubitet, & ad pœnitentiam  
omnimodis redigatur: qualiter pro hoc  
cœlestia regna non amittat.

*Ad xxxi. caput. Additio Leonis.*

Sed tamen sacerdotibus, si præsto sint,  
deprecetur, ut ad publicam redigatur pœ-  
nitentiam; ut iudicium mortis non subeat.  
Nam legibus infirmatur iudicium domini-  
co die depromptum, & obligationes ejus-  
dem sacri diei imperatorum siquidem cen-  
sura dissolvit.

*Ad xxxii. caput. Additio Leonis:*

Verum etiam qui sponte ad talem de-  
votionem pervenerit, & postmodum ad  
nuptias vel ad militias devolvitur, publi-  
cæ satisfactionem pœnitentiæ gerat inten-  
tius, ut ad perfectionem redire non diffi-  
dat.

*Council. General. Tom. XIV.*

*Ad xxxiii. caput. Additio Leonis.*

Et seculi discrete in ecclesia singula vi-  
dentur exposita, ita virorum pars & mu-  
lierum partibus suis contenta sit. Et sæ-  
culares, ne peccent cum iustificari deside-  
rant, a prohibitis abstinere videantur; nec  
inter sacros cancellos ordinibus debitos nisi  
permittente episcopo adirent accedere.

*Ad xxxiv. caput. Additio Leonis.*

Et si liberalium artium præceptores in  
plebibus, ut assolet, raro inveniuntur; ta-  
men divinæ scripturæ magistri, & institu-  
tores ecclesiastici officii nullatenus desint:  
qui & annualiter proprio episcopo de eju-  
dem actionis opere sollicite inquisiti de-  
beant respondere. Nam qualiter ad divi-  
num utiliter cultum aliquis accedere pos-  
sit, nisi iusta instructione doceatur?

*Ad xxxv. caput. Additio Leonis.*

Nam qui hujus perniciosi & scelesti fa-  
cti studiosus inventus, admonitus a sacer-  
dote minime obaudierit, a communione  
modis omnibus suspendatur. Quia conde-  
cet pergentes ad ecclesiam divinas inten-  
te scripturas attendere, & locis Dei quæ  
ejus sunt agere; secundum quod scriptum  
est: *Domus mea domus orationis vocabitur*:  
non alios secum ad immane peccatum sua  
culpa suadere.

*Ad xxxvi. caput. Additio Leonis.*

Utraque enim pars consentiens, & ma-  
gis alter ex illis divini amoris quam hu-  
mani ardens, ut in castitate maneret, di-  
vortium miserit, & postmodum pollicita-  
tionem propriam non observaverit, ad di-  
strictam mentiens pœnitentiam redigatur.

*Ad xxxvii. caput. Additio Leonis.*

Contra hæc salubria dicta faciens, cum  
uxore concubinam habens, ecclesia com-  
muni videatur indignus. Et si persevera-  
verit, & cum satisfactione non emenda-  
verit, perseverans ab ecclesia penitus am-  
putetur: respiscenti vero communionis vel  
reconciliationis tempus episcopus abbrevia-  
re debet.

*Ad xxxviii. caput. Additio Leonis.*

Et utpote beati papæ Gregorii decreta-  
lia plenissime pœnant.

*Hucusque canones ex synodo Eugenii PP. II.*

ANNO  
CHRISTI  
811.

ANNO  
CHRISTI  
811.

Cap. 11.

L. v. p. 811  
Cod. de fe-  
cibus.

Greg. 1. syn.  
Rom. can. 9.  
6. etc.

ANNO  
CHRISTI  
512.Cum additionibus Leonis PP. IV. cujus  
sequuntur canones.

## CAP. XLI. SEU III. LEONIS.

ANNO  
CHRISTI  
512.

## CAP. XXXIX. SEU I. LEONIS.

*Ne per singula ecclesiarum loca plus quam  
operas presbyteri ordinentur.*

**R**es parumper necessarias favente Domino vobiscum pariter multo tempore volumus emendare, & modum arbitrio pium in hac urbe de forensibus sacerdotibus, qui per viciniores episcopos consecrantur, rationabilius ordinare: qualiter nullatenus amplius per titularum vel diaconiarum ecclesias in sacerdotali gradu constituti sacerdotes reperiantur, quam nos communi consilio supra fuisse annotatum recolimus. Denique a majoribus ordinatum, ut secundum facultatem rerum ecclesie oblationes, vel redditum clerici ordinentur: nos in quid tantam superfluitatem presbyterorum forensium cernimus ordinatam, quorum non amplius quam tertiam partem debito more posse sufficere; Et credo in nonnullis sancti canones corrumpi potuissent, dicentes: *Non neophytum, ne in superbiam elatus in iudicium incidat diaboli*, & in aliis multis, quæ hic per totum longum recensere: & maxime in hoc: quod nullus absolute debeat ordinari presbyterorum. Deinceps vero qui contra interdicta attentare præsumpserit, sciat se in eo omnimodo vindicandum. Idem vero hujus urbis presbyteri episcopum proprium recognoscant; & delinquentes canonicè judicet, judicatique obedienter auscultent, & ad eum jussi adveniant, si volunt ecclesiasticis participium retinere. Cuncta hæc illis patienter sunt observanda, si ex toto canonum nolunt damna sentire.

## CAPUT XL. SEU II. LEONIS.

*Ut presbyteri ordinati per loca proprii episcopi  
nullo modo concilium negligant.*

**P**resbyteri vero qui in diversis locis, baptisteriis, vel quibuscumque aliis sacris oratoriis ordinantur, instanter & inexcusabiliter ad concilium diocesis episcopi occurrere, secundum sanctorum statuta patrum decernimus. Hi autem qui colonatus possessiones retinent nihilominus volumus ad episcopi indifferenter venire concilium. Nam si per contumaciam se quasi in alterius potestate subtraxerint, & proprio non subjiciuntur episcopo, canonicis corruptionibus subjaceant.

*Ut laici qui absque proprio consensu episcopi  
presbyteros retinens, communionem priventur:  
presbyteri vero admoniti redire nolentes honorem amittant.*

**L**aici qui alterius diocesis presbyterum ecclesie cujuscumque sua potestate instituerint, non præbente consensum episcopo, cujus parochia videtur existere, a fidelium communionem separantur. Presbyteri vero qui talium subreptione recipiuntur, & admoniti ab episcopo tertio, vel misso ejus, recedere de alterius ecclesia noluerint, proprii officii gradum amittant. Nam si & presbyter sua audacia ecclesiam ad alterum pertinentem episcopum invadere tentaverit, & contra prohibentem episcopum a tali præsumptione non compescuerit, similis sententiæ subeat ultionem.

## CAP. XLII. SEU IV. LEONIS.

*Ut nullus in ecclesiis præsumat presbyteros  
constituere, nisi qui & dare licite, &  
increpare canonicè potest.*

**I**llud itaque non intermittendum prævidimus, quod quidem fratres vicini episcopi extra hanc urbem in proprietatibus monasteriorum hujus urbis, vel ceterorum piorum locorum, id est, xenodochiorum, titularumque & similibus a prædecessoribus fundatis querelantur, quod non providentiæ episcoporum, quorum ipsa loca diocesis videntur existere; sed abbates aut prælati ipsorum piorum locorum ad sacras missas celebrandas, aut aliquid sacerdotalis officii agendum instituant sacerdotes. Quod nequaquam de reliquo fieri volumus, & insolidabili rejunctione persecamus: id est, ut nullus in ecclesiis præsumat presbyteros constituere, nisi qui & sacerdotalem gradum dare licite potest, & canonicè de neglectis presbyteros increpare. Sed ab his venerabiliter sacerdotes ad divini ministerii officium expectantur episcopis, quibus singulariter & dioceses pertinent, & canonicè debent ipsas ecclesias providere, ordinareque provisas.

Tunc vero sancta completa synodo ab universis episcopis, presbyteris, diaconibus, & clero cuncto sic acclamatum est: **EXAUDI CHRISTE.** Domino nostro Leoni a Deo decreto summo pontifici & universali quarto papæ vita.

ANNO  
CHRISTI  
1111

## ACTA DEPOSITIONIS ANASTASII

PRESBYTERI TIT. B. MARCELLI.

**ET** hoc dicto Theodorus notarius ac scriniarius sanctæ Romanæ ecclesiæ legit.

Imperantibus dominis piissimis perpetuis Augustis, Hlotario a Deo coronato pacifico & magno imperatore anno XXXVII. sed & Hlodovico Deo coronato ejus filio novo imperatore, anno v. incalæ Decembrio, die VIII. indictione II. in civitate nova, cujus vocabulum Lenoniana est, intra ecclesiam ubi corpus beatissimi Petri apostolorum principis conditum est.

*Leo episcopus servus servorum Dei venerabilibus missis sacratissimorum imperatorum filiorum nostrorum, Joseph Eporedicensi ecclesiæ antistiti, seu Petro Spoletina, itemque Petro Arretina ecclesiæ episcopis, ac Notingo episcopo Braxiensis, universaque sancta synodo hic pariter congregata.*

Quod bene ac pleniter nobiscum simul fratres carissimi scitis; nunc iterum dilectioni vestræ cognitum esse volumus; quomodo insigante ac suadente diabolo Anastasius presbyter cardinis nostri, quem nos in titulo B. Marcelli martyris atque pontificis ordinavimus, contra statuta patrum propriam ecclesiam deserens, ecce jam per quinquennium tempus in alienis parochiis, id est, Aquilejensibus, velut ovis errans degere ac temere inhabitare præsumpsit. Quem etiam auctoritate suffulti apostolica & canonica, apostolicis literis per tertiam & quartam vicem vocavimus; ac ubi reside distulit, duobus congregatis episcoporum conciliis, cum eum non potuissemus videre vel habere specialem præsentiam, communi eum decreto, sancta communione privavimus. Volentes siquidem suam per hujus excommunicationis censuram ad gremium sanctæ, a quo discesserat, matris ecclesiæ personam reducere, juxta illum, in quo omnem necessitatem presbyteris a propria ecclesia discedentibus imponi præcipitur ac promulgatur. Sed apostolica monita sanctique concilii pro nihilo ducens, erroris irretitus caligine redire nullatenus voluit. Postmodum vero Ravenne nobis cum piissimo invidioque domino Hlodovico imperatore spiritali filio nostro degentibus ejus clementiam exoravimus, ut eundem presbyterum ad nos suamque ecclesiam reverti juberet; quod omni alacritate nostro repromisit perficere pontificio, diem constituens atque denuncians, in quo eum remeare sanciret. Missos etiam majestatis suæ nobiscum reliquit, Notingum scilicet episcopum Braxiensem, & Adelgisum illustrem comitem, qui revertentem illum nostro conspectui præsentarent. Quibus expectantibus illic nobiscum usque ad diem statutum & ultra, præfatus presbyter non advenit: ac iidem missi se illum nobis representare non posse professi sunt. Post transfactum autem placitum dum eum mandatis nostris temere renitentem conspexissemus; ita ut nec jussis apostolicis obedire voluisset, neque sanctioni venerandi concilii conservatorem se, a quo sancta communione privatus existeret, exhibuisset; ac plurimos sua læsione pestifera maculasset: quin & domini Hlotarii præstantissimi imperatoris decreto, redire jubenti, pertinaciam suam intemperantiam resistisset; ne ulterius suo exemplo ecclesiasticus ordo confunderetur, & Christianitatis religio profanaretur, anathematis eum vinculo cum sacerdotum nostrorum consensu notavimus. Ubi etiam præsto fuerunt idem dictus Notingus

*Council. General. Tom. XIV.*

**A** Braxiensis episcopus, & Adelgisus illustris comes, præfati missi domini Hlodovici serenissimi imperatoris. His ita peractis Ravenna remanentes advenimus Roman, ipseque jam satis presbyter preventus est Clusum: ad quem tres venerabiles episcopos nostros cum vocationis literis destinavimus, Nicolaum videlicet, Petronacium & Joannem, monentes eum tam per se quam per episcopos, quas ei per eosdem mandavimus, ut die quatuordecimo mensis Novembris, hujus secundæ indictionis, ad generalem synodum absque omni dilatione vel mora occurrere debuisset. Ille autem ut semper, ita & nunc in sua inquietudine atque audacia perseverans, venire, ut omnes modo nobiscum cernitis, distulit atque contempsit.

Nos autem post tantas vocationes, tantosque labores, quot una vobiscum pro eo habuimus, quid aliud nunc facere vel agere possumus, nisi ut canonum promulgationem, ob illius indisciplinatam mentem, vobiscum venerabilibus & imperatilibus missis, carissimis in Christo fratribus nostris, nec non cum ceteris episcopis atque presbyteris hac synodo residentibus atque stantibus diaconibus, ac reliquo clero, in eum communiter inferamus, qui de talibus in tertio Antiocheni concilii capitulo luce clarius continentur?

Ad hæc omnes episcopi sancta synodo residentes dixerunt: Vestræ sanctitati si placet, veniant in medium venerabiles episcopi, per quos eum vestris apostolicis literis accersiri decreveritis. Illi vero surrexerunt, Nicolaus videlicet, Petronacius, & Joannes episcopi, & coram omnibus voce clara dixerunt: Nos secundum justionem beatissimi præfati nostri præsentialiter verbis & literis eum vocavimus; quarum exemplaria en, ut cernitis, in manibus; & si vobis placet, legantur. Sancta synodus dixit: Legantur.

Tunc relecta sunt per Theodorum notarium & scriniarium sanctæ Romanæ ecclesiæ, in quibus continebatur ita.

† *Leo episcopus servus servorum Dei Anastasio presbytero excommunicato.*

Cum spiritualibus te nostris procreatum visceribus noscimus, tua deceptione quotidie ingemiscimus; qui sine matris tue progressus, erroris irretitus caligine alienis parochiis vel regionibus immorari, contra præcepta patrum canonumque sanctionem, non dubitas. Revertere igitur, salutisque incedere summopere callem procura, te ne vana spes decipiat, caduceque adulationes subvertant. Sed terrenis mente actibus erigens, eaque superna infinitaque permanent, inquietabili intuitu anhelare memento. Quia salutem semper tue cupimus animæ corporisque videre: & ne te diabolica insidia concludant, omnipotentis Domini semper clementiam exoramus. Præterea apostolicis tibi præcipimus literis; jam quinquennium tempus huc illucque latitans velut anguis discurrens, ad concilium, quod xv. congregaturi sumus die Novembris expectatæ futuræ secundæ mensis indictione, præsentare te omni deposita occasione procures: ut causam tuam in venerabili cætu sanctæ valeamus congregationis subtili ventilare intuitu, & humanius tuam conversionem tractare. Si autem neglexeris, quod præcipimus, ampliori te vinculo innodamus. Nam e multimodis te reprehendimus, ac reprehensibilem judicamus: quia ad duo pro te congregata concilia occurere distulisti; sicut hi præfati Nicolaus, Petronacius, atque Joannes venerabiles episcopi nostri, per quos te nunc auctoritate canonica justissimum evocare, ore proprio indicabunt. Si autem constituto tempore ad prædictum concilium venire neglexeris, sub excommunicatione atque anathemate

ANNO  
CHRISTI  
1111\* mensis ep.  
f. secunda  
indictionis\* & multis  
modis leguntur  
e. ad  
lib. Card.  
Dauferdit.

ANNO CHRISTI 411.

ANNO CHRISTI 412.

mate te modis omnibus decernimus esse man-  
sum.

Sanda synodus, interea, dixit, requiratur si  
sperditus Anastasius presbyter excommunicatus  
utrum venit, an non requisitus minime est inven-  
tus. Tunc sacratissimus papa imperialibus superius  
jam dictis missis dixit: Cur nobis sanctoque con-  
cilio secundum imperialem epistolam jam dictam  
non presentatis presbyterum? Ipsi autem affir-  
mantes dixerunt: Nos eum secundum preceptio-  
nem domini magnique imperatoris reducere, vo-  
bisque presentare maluimus; sed minime illum  
invenire potuimus. Mox autem omnibus episco-  
pis ipse insignis & beatissimus præsul dixit: Quid  
vobis de his videtur? Univerſus cœtus episcopo-  
rum respondit: Imperialis, si vobis placet, epi-  
stola relegatur. Et cum lecta fuisset, in ea in-  
ter cetera repertum est ita: Vestra denique Fe-  
rentinatis industria cognoscat de Anastasio presby-  
tero, cur ad vos non pervenit, nostro satis a-  
nimo displicuisse, quare nunc carissimos missos  
nostros, Joseph videlicet reverendissimum episco-  
pum, atque dilecti filii nostri Hludovici archiepa-  
pellanum, necnon & Petrum sanctæ sedis Spole-  
tinæ venerabilem episcopum, & Adelgismum illu-  
stem comitem nostrum præsentialiter vobis mitti-  
mus: quicquid canonice & secundum Deum su-  
per illo vestra deliberaverit sententia, nihil con-  
tradictentes. Tantum sollicitè cavere, ac pruden-  
ter tractare curate, ne in hoc facto divina volun-  
tas offendatur in aliquo.

Tunc venerabilis ac præcipuus præsul omnibus  
residentibus episcopis & presbyteris, stantibus quo-  
que diaconibus & omni clero dixit: O beatissimi  
fratres, quid vestra beatitudo de crebro dicto  
presbytero, qui tanta ac talia enormiter contra  
patrum regulas atque statuta peregit? Mox om-  
nes episcopi unanimiter dixerunt: Quid aliud arbi-  
trari aut proferre valemus, nisi ut sancti patres,  
qui Antiocheno concilio residentes tertio capitulo  
promulgarunt, & inviolabiliter statuerunt: Si quis  
presbyter parochiam propriam deserens ad aliam pro-  
parochiam; vel inde omnino demigrans in aliam pa-  
rochiam per multa tempora nititur immorari, ulte-  
rius ibidem non ministret: maxime si vocanti suo  
episcopo, & regressi ad propriam parochiam commo-  
nenti obedire contempserit. Quod si in hoc indiscipli-  
natione perdurat, a ministerio modis omnibus remo-  
veatur, ita ut nequaquam locum restitutionis inven-  
iat. Quam promulgationem in eum, si vobis  
placet, presbyterum inferimus, & propriis mani-  
bus roboramus.

Præsul summus respondit: Placet. Tunc elevans  
se ipse præclarus pontifex de sede sua ait: Ana-  
stasium jam nuper excommunicatum presbyterum  
tituli S. Marcelli, qui propriam parochiam relin-  
quens, in aliena per multa tempora nititur im-  
morari, a sacerdotali ministerio modis omnibus  
removemus; ita ut locum restitutionis nequaquam  
inveniat. Si quis autem contra hanc definitio-  
nem nostram quocumque tempore agere præsum-  
perit, aut eum restituere in sacro officio tenta-  
verit, sit ei a sanctis patribus & a nobis omnibus  
anathema. Posthæc omnes episcopi eadem syno-  
do residentes, unanimes dixerunt: Et nos sic ju-  
dicamus, sicque irrefragabiliter statuimus. Et sub-  
scripsero episcopi numero LXVII.

SUBSCRIPTIONES.

Leo sanctæ catholicæ & apostol. Rom. ecclesiæ  
quartus episcopus in hac excommunicatione & a-  
nathemate: sive depositione Anastasii presbyteri

tituli S. Marcelli a me facta, sicut superius legi-  
tur, manu propria subscripti,  
Hlotharius imperator subscriptus.

Paulus diaconus vicem agens Joannis archie-  
piscopi Ravennatis.

- Joseph episc. Eporediensis,
- Petrus episc. Spoletanus,
- Petrus episc. Arretinus,
- Notingus episc. Brixianus,
- Leo episc. Balneoregis,
- Joannes episc. Bellitrensis,
- Adrianus episc. Ferentinatus,
- Joannes episc. Sutrinensis,
- Agalbo episc. Tullertinus,
- Nicolaus episc. Anagninus,
- Petrus episc. Gabienensis,
- Andreas episc. Auximanus,
- Joannes episc. Furconius,
- Dominicus episc. Fulginensis,
- Megistus episc. Ostiensis,
- Majo episc. Privernate,
- Stephanus episc. Narniensis,
- Racipertus episc. Nuceriensis,
- Rodoaldus episc. Portuensis,
- Cancio episc. Senensis,
- Leo episc. Silva candidiana.
- Georgius episc. Polimartiensis.
- Dominicus episc. Centumcellensis,
- Alipertus episc. Fundanus,
- Colo episc. Reatinus,
- Arnolfus episc. Valdensis,
- Albinus episc. Amerinæ,
- Benedictus episc. Nepesinus,
- Rodoricus episc. Castellanus,
- Theodorus episc. Manturanensis,
- Joannes episc. Tuscanensis,
- Tanimundus episc. Suanensis,
- Jordanes episc. Terracinenus,
- Sergius episc. Gumanensis.
- Adrianus episc. Cerenfis,
- Petronacius episc. Albanensis,
- Joannes episc. Fanensis,
- Ragubel episc. Pifaurensis,
- Joannes presbyter vicem tenens Benedicti epi-  
scopi Perusensis.

- Talarus episc. Minturnensis,
- Samuel episc. Senogallianus,
- Atrualdus episc. Berolanus,
- Joannes episc. Falaritanus,
- Dominicus episc. Gallienus,
- Andreas episc. Callianus,
- Bonipertus episc. Signinus,
- Leo episc. Alatrinus,
- Jordanes episc. Castrensium,
- Joannes episc. Forotemproniate,
- Odalpertus episc. Populoniensis,
- Constantinus episc. Urbinatus,
- Erfo episc. Eugubinus,
- Sergius episc. Sabinensis,
- Andreas episc. Bleranus,
- Ibo episc. Assisensis,
- Anastasius episc. Tribus tabernis,
- Ursus episc. Tiburtinus,
- Petrus episc. Urbevetanus,
- Linderisus episc. Marsensis,
- Crescentius episc. Tribensis,

- Aimo diaconus vicem agens Anastasii episcopi  
Efinatis,
- Ursus archidiaconus vicem agens Petri episcopi  
Teatinensis,
- Leo presbyter vicem agens Stephani episcopi  
Montefeltranæ,
- Rampertus presbyter vicem agens Hieremie e-  
piscopi Apratiensis,

\* Polymar  
Scuti.

\* Mantura-  
nensis

\* Talarus,

\* Verolanus,

\* Joannes

\* Tuderiscus

ANNO CHRISTI 817.  
 • Vvredemadi

VValderamus presbyter vicem agens Tende-  
 randi episc. Afulana,

ANNO CHRISTI 817.

## SUBSCRIPTIO PRESBYTERORUM.

Romanus archipresbyter tituli S. Pudentiane,  
 Sergius presbyter tituli S. Clementis,  
 Leo presbyter tituli S. Cæcilie,  
 Zacharias presbyter tituli S. Chrylogoni,  
 Benedictus presbyter tituli S. Callisti,  
 Leo presbyter tituli S. Laurentii,  
 Paulus presbyter tituli S. Balbinæ,  
 Leo presbyter tituli S. Cyriaci,  
 Adrianus presbyter tituli S. Marci,  
 Gregorius presbyter tituli S. Anastasii,  
 Romanus presbyter tituli SS. Joannis & Pauli,  
 Quirinus presbyter tituli S. Eusebii,  
 Jovinianus presbyter tituli S. Sabine,  
 Hadrianus presbyter tituli S. Vitalis,  
 Georgius presbyter tituli S. Laurentii,  
 Georgius presbyter tituli SS. Joannis & Pauli,  
 Joannes presbyter tituli S. Chrylogoni,  
 Leo presbyter tituli SS. IV. Coronatorum,  
 Martinus presbyter tituli S. Marci,  
 Joannes presbyter tituli S. Priscæ,

## SUBSCRIPTIO DIACONORUM.

Joannes archidiaconus,  
 Joannes diaconus,  
 Nicolaus diaconus,  
 Benedictus diaconus,  
 Leontius diaconus,  
 Benedictus diaconus,

In hac quidem sancta & venerabili synodo,  
 Domini solatiante gratia, nobiliter celebrata, post  
 diversas episcoporum, sacerdotumque vel clericorum,  
 atque omnium Christianorum hominum  
 pias ac salutiferas admonitiones & exhortationes,  
 depositus est iuste atque canonicè Anastasius pres-  
 byter tituli S. Marcelli: eo quod contra auctori-  
 tatem canonicam propriam parochiam deseruit,  
 per annos scilicet quinque, & in alienis adhuc  
 usque hodie demoratur, & neque vocatus, neque  
 excommunicatus, & ad ultimum anathematiza-  
 tus, sicut de eo in hac ipsa synodo pleniter scri-  
 ptum est, ad congregata duo episcoporum concilia  
 pervenire noluit. Ideo tam a summo pontifi-  
 ce, quamque ab universis episcopis tunc synodo  
 residentibus ob suam stultam audaciam merito,  
 ut prædiximus, est depositus, & sacerdotali hon-  
 ore privatus: Anno denique, mense, die, & in-  
 ditione ut supra.

*Ejusdem synodi Leonis IV. brevium, ex incerto E  
 scriptore de vitis pontificum Romanorum, cui  
 Luitprandi nomen falso tribuitur.*

**H**ic Leo videns multa suo in tempore contra  
 Deum & salutem animarum impudenter fieri,  
 consilio imperatorum Lotharii & Lodevici  
 Romæ synodum habuit cum LXVII. episcopis:  
 cum quibus XLII. capitula Christianorum salu-  
 ti necessaria edidit, & firmiter firmanda esse præ-  
 cepit.

In primo enim capitulo instituit, ut episcopus,  
 juxta Pauli discretionem & admonitionem, irre-

prehensibilis, & boni operis desiderabilis conse-  
 cretur.

*Secundo.* Quisquis sacerdos careat, ne præmissis  
 consecrationem adipiscatur: ne exemplo Simonis  
 in laqueum incidat diaboli.

*Tertio.* Ut bono opere episcopus existat, &  
 bene speculetur, qualiter populum verbo predica-  
 tionis instruere debeat.

*Quarto.* Ut si episcopus inveniat inductus, a  
 metropolitano proprio admoneatur, & presbyteri,  
 & diaconi, & subdiaconi a suo episcopo, ut do-  
 ceri possint, admoneantur, & interim tales pres-  
 byteri & clerici celebrare divina mysteria & offi-  
 cia suspendantur; ut docti valeant ad debitum  
 ministerium pervenire.

*Quinto.* Confirmavit quæ Cælestinus & magnus  
 Leo de episcopis instituerant: videlicet, ut non  
 conveniat episcopum consecrari, nisi a clericis &  
 populo fuerit postularus. Quia nulla ratio sinit,  
 ut aliter consecrati inter episcopos habeantur. Et  
 cum in eadem ecclesia dignus non inveniat,  
 tunc primam aliam de altera ecclesia eligatur: &  
 quævis necessitas eveniat, tamen invidiose nul-  
 lo modo consecratur.

*Sexto.* Præcepit, ne juxta Sardicensem syno-  
 dum ultra trium hebdomadarum spatium episcopi  
 a propriis ecclesiis moreantur; nisi forte per jus-  
 tionem metropolitani vel principis ex necessitate  
 contingat. Quia absentia episcopi plerumque sit  
 calamitas plebis.

*Septimo.* Necessario servari præcepit, ut juxta  
 ecclesiam claustra constituantur, in quibus clerici  
 disciplinis ecclesiasticis imbuantur: & omnibus u-  
 num sit refectorium ac dormitorium, sive ceteræ  
 officinæ ad usus clericorum necessarias. Ministri  
 vero post episcopum tales eligantur, quorum vi-  
 ta & doctrina illos potius exornent, quam deho-  
 nestent.

*Octavo.* Ut episcopi diligenter curam habeant  
 in baptismatibus plebibus; & cum necessitas in  
 eis presbyteros ordinandi occurrerit, ut reveren-  
 tius observentur, non sine consensu ibidem ha-  
 bitantium fieri convenit.

*Nono.* Ut in congregandis clericis non plures  
 admittantur, quam facultas rerum eis canonicè  
 distributa sufficere possit.

*Decimo.* Ut sacerdotes constitui non oporteat,  
 nisi ecclesiis aut speciali monasterio deputentur;  
 ne necessitas in secularibus domibus illis habitan-  
 di occurrat, alioquin a propriis episcopis, aut in  
 episcopo, aut in monasteriis causa habitandi &  
 convertendi pro exercendo officio constituantur,  
 ubi mulieres nullam habeant copiam convertan-  
 di.

*Undecimo.* Ut sacerdotes divina eloquia sedulo  
 percrutentur, & populum admoneant, & indos  
 aliquos ante se fieri non delectentur. Transgres-  
 sores quippe admonitione episcopi ulterius agere  
 desinant; sin autem, canonicè judicentur.

*Duodecimo.* Ut sacerdotes, qui ad debita & op-  
 portuna officia in ecclesiis indifferenter adesse de-  
 bent, fenore aliquo, aut venatione, vel aliqua  
 aucupatione, rusticove ministerio omnino non oc-  
 cupentur: nec sine ornatu sacerdotali extra do-  
 mos suas appareant: & ea solum, quæ patrum  
 constituta videntur, observent; contrarii denique  
 inventi, aut deinceps desinant, aut canonicè di-  
 sciplinis subiaceant.

*Tertiodecimo.* Ut sacerdotes in secularibus ne-  
 gotiis pro testimonio, aut conficiendis instrumen-  
 tis non rogentur; quia eos in talibus rebus esse  
 non convenit. Si enim eventu causæ aliquid vi-  
 derint aut audierint, ubi nullæ secularium ido-  
 neæ personæ inveniantur, ne veritas occultetur,  
 & ma-

& malus ut bonus existimetur, in providentia A sit episcopi, ut coram se, & competentibus judicibus hanc aliter veritatem honorifice attolant.

*Quartodecimo.* Ut sacerdos, aut quis alius in ecclesiastico ordine proventus, si in eo scelere invenitur, quo abiciendus sit, depositus providentia episcopi bene proviso loco constituitur; ubi peccata lugeat, & ulterius non committat.

*Quintodecimo.* Ut si episcopus, presbyter, diaconus, vel subdiaconus de quacumque femina crimine fornicationis suspicatus, post primam & secundam & tertiam admonitionem metropolitani, vel alterius episcopi, aut ejus, cui subjacere videtur, invenitur fabulari cum ea, aliquove modo conversari, canonice judicetur: quia cui propriam habere uxorem non permittitur, ab omni femina debet se abstinere.

*Sextodecimo.* Ut nulli episcoporum liceat res immobiles de subiectis plebibus amsque piis tollere locis; ne in tali facto pauperes inveniantur: contra agens canonica auctoritate coarctandus extirpat.

*Septimodecimo.* Ut presbyteri omnium ad se currentium in quibuscumque sacris locis oblationes ad missarum sollempnia recipiant: quia cum Dei & hominum mediatores existant, in exercendis votis & relaxandis peccatis largissimam debent orationem peragere.

*Octodecimo.* Ut episcopus sibi subiecto sacerdoti, vel alio clerico nisi ab alio postulatus, dimissiones non faciat: & ne falsè ut verè credantur, & verè ut falsè suspicentur, pontificis vel imperiali, vel metropolitani bulla eas roborari oportet.

*Nonodecimo.* Ut episcopi, universique sacerdotes, quia ad solam Dei laudem, bonorumque operum actionem constituuntur, debeant tam pro ecclesiasticis, quam pro propriis suis actionibus, excepto publico crimine, habere advocatum; non malè tamè suspectum, sed bonè opinionis, & laudabilis artis inventum: ne dum humana lucra inveniunt, æterni præmia perdant.

*Vigesimo.* Ut si quispiam sacerdotum inventus fuerit, qui advocatum in judicio proferre non valuit, coram plebe propria suus episcopus ipsum sacerdotem dicitur, si bonè, an malè conversationis existat, aut cujus rei causè debite advocatum habere non possit, malè vero inventus, pro qualitate culpe secundum canonum normam emendari curetur.

*Vigesimo primo.* Ut monasterium, vel oratorium canonice constructum a domino constructoris eo invito non auferatur; liceatque illi idem presbytero, cui voluerit, pro sacro officio illius diocesanos & bonè auctoritatis dimissiones cum consensu episcopi, ne malus existat, commendare: ita ut ad placita, & justam reverentiam illius episcopi obedienter sacerdos recurrat; alioquin canonice ultionibus subjaceat.

*Vigesimo secundo.* Sancivit, ut si quispiam comprobatus invalor, dicat pro parte ecclesie se egisse, de privata sibi re pertinente; ab ipso, suoque hærede persolvatur invasio. Sacerdos denique in tali culpa pauper inventus a proprio canonice judicetur episcopo, episcopus a metropolitanò, ut non ecclesia sibi commissa damnum sustineat de invasione.

*Vigesimo tertio.* De monasteriis monachorum sive tantimonialium, & de omnibus aliis pro diversis necessitatibus ad eleemosynam constitutis præcepit, ut per episcoporum sollicitudinem, in quorum diocesi hæc existunt, ordinentur ad eadem utilitates, quibus constituta sunt.

*Vigesimo quarto.* Disposuit de ecclesiis, quæ in diversis regionibus sacerdotibus & solitudine destitutæ nullo debito officio resonant: ut episcopus, si proprio juri ecclesie sunt subiectæ, ibidem sine intermissione presbyterum constituat; & si sæcularium hominum sunt sub jure constitutæ, ab episcopo admoneantur: & si admoniti presbyteros infra trium mensium spatium ibidem neglexerint constituere, absque neglectu principem urgeat episcopus, ut ejus sententia emenderetur.

*Vigesimo quinto.* Ut ecclesie quælibet destructæ proprio stipendio restituantur; non sufficiente vero necessario, a populo plebis auxilientur.

*Vigesimo sexto.* Ut nulli episcoporum liceat, a subiecto sacerdote vel alio quolibet clerico ex suis locis donationes ultra statuta patrum exigere, aut superimposita in angariis inferre.

*Vigesimo septimo.* Ut abbates tales constituantur, qui sui vocabuli ministerium Deo possint indubitanter supplere; ita docti, ut quæcumque fratrum negligentia acciderint, omnino cognoscere possint & emendare.

*Vigesimo octavo.* Ut episcopus in sua diocesi diligenter perferretur illos, qui solo habitu monachi existunt, & ad proprium monasterium redire eos cogat, aut prospectu congruo in aliud mittat, ut regularem vitam servent.

*Vigesimo nono.* Ut femine, quæ habitum religiosum, aut velamen obtentu religionis suscepunt, deinceps viro sociari non permittantur; prævaricatæ autem ad penitentiam coercentur.

*Trigesimo.* Ut die dominico nullus audeat mercationes, nisi in cibariis rebus, aut quælibet rustica opera facere; alioquin ut transgressor ad penitentiam redigatur.

*Trigesimo primo.* Ut dominico die personam suspectam & reatu infamem, aut optima satisfactione solvant, aut in custodiis constituant, ut licitis diebus judicetur. Nam legibus infirmatur judicium dominico die depromptum.

*Trigesimo secundo.* Ut nulli laicorum liceat in eo loco, ubi presbyteri & ceteri clerici existunt, quod presbyterium nuncupatur, quando missa celebratur, consistere: quia sicuti in ecclesia singula loca videntur exposita, ita virorum pars & mulierum partibus suis debet esse contenta.

*Trigesimo tertio.* Ut sicut hi qui monasteria elegerunt, a monasteriis egredi non permittantur; ita hi qui in monasteriis sunt intromissi, nisi volentes non teneantur: quia quod non petunt, non observant.

*Trigesimo quarto.* Ut magistri & doctores in singulis locis, in quibus necessitas occurrit, constituantur, qui liberales artes assidue doceant: & si tales non inveniantur, tamen divinæ scripturæ magistri, & institutores ecclesiastici officii nullatenus desint.

*Trigesimo quinto.* Ut sacerdotes admoneant viros ac mulieres, qui festis diebus ad ecclesiam occurrunt, ne ballando & turpia verba decantando choros teneant ac ducant, similitudinem paganorum peragendo: quia si tales cum minoribus peccatis ad ecclesiam veniunt, cum majoribus revertuntur. Si vero non cessant admoniti, a communione modis omnibus suspendantur.

*Trigesimo sexto.* Ut nulli liceat, excepta causa fornicationis, uxorem relinquere, & aliam sibi copulare: alioquin convenit transgressorem sociari priori conjugio. Si autem vir & uxor solummodo pro religiosa vita divortire inter se consenserint, nullatenus sine conscientia episcopi fiat, ut ab eo singulariter proviso constituantur loco: nam uxore nolente, aut altero eorum, etiam pro tali re matrimonium non solvatur.

*Trigesimo septimo.* Ut nulli liceat uno tempore habere uxorem & concubinam: quia cum domi non sit lucrum, animæ sit detrimentum: alioquin ecclesiastica communione videatur indignus; & si perseveraverit, ab ecclesia penitus amputetur.

*Trigesimo octavo.* Ut de propria cognatione, vel quam cognatus habuit, nullus audeat in conjugium copulare: si quis vero fecerit, & perseveraverit, sciat se vinculis anathematis innodatum.

*Trigesimo nono.* Ut nullus absolute presbyter ordinetur: & ut juxta facultatem rerum ecclesiæ, & oblationes vel redditum clerici ordinentur.

*Quadragesimo.* Ut presbyteri urbani, & suburbani, & rurales omnes indifferenter ad concilium episcopi veniant, aut canonum correptionibus subiacent.

*Quadragesimo primo.* Ut laicus qui presbyterum sine consensu episcopi proprii sua potestate ecclesiæ cuiuscumque instituerit, a fidelium communione separatur. Presbyteri, si tertio ab episcopo, vel legato ejus de alterius ecclesia recedere admuniti obedire noluerint, proprii officii gradum amittant.

*Ultimo vero capitulo* immutabiliter præcepit, ne ullus abbas, aut quilibet alius præsumat presbyteros in ecclesiis statuere, nisi qui & sacerdotis gradus licite dare potest, & canonicè de neglectis presbyteros increpare. Sed ab his venerabiliter sacerdotes ad divini ministerium officii expectantur episcopis, quibus singulariter & dioceses pertinent, & qui canonicè debent ipsis ecclesiis prævidere, & prævias ordinare.

Prædictus pontifex in prædicta synodo Anastasium presbyterum in aliena diocesi morantem, & sæpenumero vocatum, demumque excommunicatum, & tamen ad propriam parochiam redire nolentem deposuit, & penitus sacerdotali honore privavit.

Item in eadem synodo monuit, & apostolica auctoritate præcepit, ut unusquisque episcopus per dioceses & parochias suas, per se & per sacerdotes suos subjectum sibi populum moneat, ut primitias & decimas incunctanter persolvant: has autem dare nolentes, quousque suppleant, a cibo & potu suspendant. Quod si nec pro hac suspensione supplere curaverint, sancta communione priventur.

Item in eadem irrefragabiliter affirmando instituit, ut nullus episcoporum vel sacerdotum rem sui tituli usurpare aut alienare præsumat: qui autem hoc fecerit, canonicam sine dubio subeat ultionem.

*Joannes papa VIII. epistola CXCIII. ad aliquos Gallicanorum episcopos, nonnullos hujus synodi canones afferit, & confirmat.*

Sandissimi prædecessores nostri, Stephanus videlicet, Eugenius atque Leo synodali decreto tale netandum conjugium fieri prohibuerunt, dicentes: *Ut consobrinam, neptem, novercam, fratris uxorem, vel etiam quamlibet de propria cognatione nullus præsumat sibi in conjugio copulare, &c.* Hoc etiam cum illis pariter jubemus, ut nullus propriam relinquat uxorem, & illa vivente alteram sibi sociare præsumat: nec liceat ei uno tempore duas habere uxores, uxoremve & concubinam. Jubemus etiam, ut nulli sacerdotum, nullique laicorum liceat res immobiles sub qualibet occasione a piis & venerabilibus locis subtrahere, & in proprio usu habere: qui vero præsumperit, canonicis subiaceat correctionibus. Vide supra canonem XVI. XXXVII. & XXXVIII.

*A Hincmarus Rhenensis episcopus de presbyteris criminosis, quod est XLVII. tom. II. harum synodorum canones aliquos præfert.*

**C**AP. XI. Et in synodis Romanis Eugenii & Leonis quarti decretum est: *Si quispiam sacerdotum, ad eum, episcopus, presbyter, vel etiam subdiaconus de quacumque femina, &c. ut can. xv.*

Cap. XIII. Unde in synodis Romanis ab Eugenio & Leone quarto celebratis decretum est: *Quamquam sacerdotum testimonium credibile habeatur, &c. ut can. XIII.*

Cap. XXVII. Et in synodis Romanis apostolicorum Eugenii atque Leonis quarti, ubi sacerdotem post condemnationem esse oporteat, constitutum est: *Ut sacerdos autem quovis alius in ordinem ecclesiasticum promotus &c. ut can. XIV.*

Cap. XXX. Et in synodis Romanis apostolicorum Eugenii atque Leonis quarti; de pervasione quasi pro parte ecclesiæ facta decretum est, *Ut si quispiam iustos comprobatus dicat, &c. ut can. XII.*

Et in eadem synodo decretum est, ut episcopi universique sacerdotes habeant advocatos: *Quia episcopi, universique sacerdotes &c. ut can. XIX.*

Et item ibi, de his qui advocatos invenire nequeunt: *Si enim quispiam sacerdotum fuerit inventus &c. ut can. XX.*

*De Anastasio presbyteri tituli S. Marcelli iterata excommunicatione, in annalibus Francis Bertiniani a Fran. Chesneo tom. III. scriptorum Francorum publicatis, ad an. Christi DCCCLVIII.*

**Q**uarta feria post initium quadragesimæ factione Arsenii filius ejus Eleutherius filiam Adriani papæ ab alio desponsatam dolo decepit & rapuit, sibi que conjunxit. Unde idem papa mirum est contristatus. Arsenius ad Ludovicum imperatorem pergens in Beneventum infirmitate corripitur, & thesaurum suum in manus Indelbergæ imperatricis committens, & ut dicebatur, cum dæmonibus confabulans, sine communione abiit in locum suum. Quo mortuo Adrianus papa apud imperatorem missos obtinuit, qui præfatum Eleutherium secundum leges Romanas judicarent. Isdem vero Eleutherius consilio ut ferretur fratri sui Anastasio, quem bibliothecarium Romanæ ecclesiæ in exordio ordinationis suæ Adrianus constituerat, Stephaniam olim uxorem ipsius pontificis, & ejus filiam, quam sibi rapuit, interfecit: & isdem Eleutherius a missis imperatoris occisus est. Adrianus vero papa congregans synodum, præfatum Anastasium hoc modo, sicut subsequitur, post damnationes in eum latis iterum condemnavit.

*Excommunicatio quam fecit Leo episcopus de Anastasio presbytero, & postea Adrianus.*

*Hæc in imagine in dextera parte scripta sunt.*

**I**mperantibus domitis nostris Lothario & Ludovico Augustis, mensis Decembris die XVI. indictione XIV. Leo episcopus servus servorum Dei Anastasium presbyter cardinis nostri, quem in titulo beati Marcelli ordinavimus, quique secedens ab eo ad alienas parochias absque nostra pontificali scientia demigratus est, quem per missos & literas nostras vocavimus, & pro quo dominos imperatores supplicati per missos nostros, ut eum ad suam parochiam redire jberent: qui nunc illic latitando in ipsa demigracione per biennium moratus est, & ad duo vocatus concilio nostra

ANNO CHRISTI 1027

ANNO CHRISTI 1028

minime venit; sed neque inventus est. Quia ut prædiximus, veluti ovis errans extraneis regionibus suadente diabolo inhabitat; secundum canonicam instituta ex Dei omnipotentis, & beati Petri apostoli, nostraque simul apostolica auctoritate, ab hodie sit communione privatus: donec ipse meæ speciali præsentia in canonico iudicio fuerit præsentatus: & si non venerit, nunquam communicet. Post Romanum pontificem in hac excommunicatione contulerunt archiepiscopus Ravennatis & Mediolanensis, aliique num. LXXV.

Chiam deteruisset per annos scilicet quinque & in aliena ad ulque hodie demoratur. Et neque vocatus, neque excommunicatus, & ad ultimum anathematizatus, sicut de eo in hac synodo veridica pictura demonstrat, ad congreganda duo pro eo episcoporum concilia venire noluit. Ideo tam a summo pontifice, quamque ab universis episcopis tunc synodo residentibus, videlicet n. LXVII. ob suam stultam audaciam merito, ut prædiximus, est depositus, & sacerdotali honore privatus, anno denique mense ac die, atque indictione ut supra.

*Hæc in imagine in sinistra parte scripta sunt.*

*Huc usque Leo pontifex scribi iussit.*

**L**eo episcopus servus servorum Dei, omnibus episcopis, presbyteris, diaconibus, subdiaconibus, & universis clericis, cunctoque populo Christiano. Quod bene ac pleniter nobiscum simul, carissimi fratres, scitis; nunc iterum pro cautela & memoria temporum futurorum dilectioni vestræ cognitum esse volumus: quomodo intigante ac suadente diabolo Anastasius presbyter cardinalis nostri, quem nos in titulo beati Marcelli ordinavimus, contra statuta patrum propriam ecclesiam deferens, ecce jam per quinquennium tempus per alienas parochias velut ovis errans discursit. Quem etiam auctoritate suffulti canonice apostolicis literis per tertiam quartamque vicem vocavimus. At ubi redire distulit, duo pro eo episcoporum concilia congregavimus, quorum conventu cum ejus non potuissimus videre vel habere specialem præsentiam, communi eum decreto sancta communione privavimus, volentes siquidem suam per hujus excommunicationis censuram ad gremium sanctæ, a qua discesserat, matris ecclesie personam reducere. Sed apostolica monita sanctique concilii pro nihilo ducens, erroris irretitus caligine redire nullatenus voluit. Proinde sicut Ravennæ nobis degentibus de eo in ecclesia beati Vitalis martyris, mente Majo, die xxix. indictione prima, ore proprio; nunc iterum in ecclesia beati Petri apostoli mente Junio, die xix. indictione superius annotata, similiter promulgavimus, sit ille a sanctis patribus & a nobis anathema, & omnes qui ei in electione, quod absit, aut pontificatus honore adiutorium præstiterint vel solatium quodcumque voluerint, simili anathemate subjaceant. Post Romanum pontificem in hoc anathemate contulerunt Joannes archiepiscopus Ravennatis, Nottingus & Singitredus episcopi domni imperatoris & sex episcopi ad prædictum archiepiscopum pertinentes, quorum notitiam non recolimus; & alii tam ex Romana urbe, quam ex aliis num. lvi. absque presbyteris & diaconibus sanctæ Romanæ ecclesie.

*Super valvas argenteas hæc scripta sunt.*

**I**n nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti. Incipit sancta ac veneranda synodus, quæ per Domini gratiam, & ejus divinum consilium congregata est in ecclesia beati Petri apostoli, anno scilicet pontificatus sanctissimi ac coangelici & universalis quarti papæ Leonis septimo, atque invictissimorum Lotharii ac Ludovici imperatorum anno imperii quadragesimo secundo, mense Decembri, die viii. indictione ii. In hac siquidem sancta ac venerabili synodo, Domini solatiante gratia, nobiliter celebrata, post diversas episcoporum sacerdotumque vel clericorum, atque omnium Christianorum pias ac salutiferas admonitiones & exhortationes, depositus est iuste atque canonicè Anastasius presbyter tituli sancti Marcelli, eo quod contra auctoritatem canonicam propriam paro-

**P**ost mortem vero jam dicti Leonis dignæ memorie præfulis, ipse anathematizatus atque depositus Anastasius, sæculari potentia rediens ab abditis, quibus sicut sur latitaverat, locis, diabolica fraude seductus, iretiritusque caligine, latro num more hanc quam non debuerat introire ecclesiam invasit; velut ethnicus atque barbarus, ad perditionem suæ animæ atque periculum, hujus venerandæ synodi cum suis nequissimis consentaneis atque sequacibus staturam destruxit, & maque deiecit. Quam beatissimus papa Benedictus atque egregius restauravit, & luculuis coloribus decoravit.

*Adrianus episcopus servus servorum Dei.*

**O**mni Dei ecclesie notum est, quid Anastasius tempore prædecessorum nostrorum pontificum gesserit, sed & qualiter ab eis de illo sanctæ recordationis Leo & Benedictus eximii præfuls instiguerint, palam est cunctis. Quorum unus eum deposuit, excommunicavit, & anathematizavit: alter vero sacerdotalibus expoliatis vestimentis inter laicos in communione recepit. Decessor itaque nosse sanctissimus papa Nicolaus eum postea, si fideliter erga sanctam Romanam ecclesiam incederet, in gremio pari modo recepisset ecclesie. Sed infidelitas ejus nunc in tantum apparuit, ut post depredationem patriarchii nostri, ablationemque synodaliū scripturarum, quas tam super se, quam super hujusmodi a sanctissimis præfulibus diversis temporibus decretas repererat; institutionem quoque venerandæ synodi ab ipsis sanctis pontificibus factam, atque sub interpositione anathematis retractam, violari nobis subripiendo fecerit: & homines ad seminandum inter piissimos principes & ecclesiam Dei discordias, per muros hujus civitatis more furis exire coegerit: quemdamque Adalgrimum ad ecclesiam confugium facientem oculis & lingua privari suggesterit. Modo vero, sicut multi vestrum mecum a quodam presbytero consanguineo ejus nomine Adone auditis, & aliis modis nobis revelatum est, beneficiorum quoque nostrorum immemor hominem ad Eleutheriam misit, exhortans homicidia perpetrari, quæ sicut scitis, proh dolor! facta sunt. Et ideo pro his omnibus, & pro aliis multis, quibus ecclesiam Domini perculit atque læsit, quam etiam subdolis machinationibus hætenus tundere non desistit, auctoritate Dei omnipotentis, omniumque sanctorum patrum, ac venerandorum conciliorum, prædictorumque pontificum, simul & iudicii nostri sententia sancimus, illum eundem Anastasium esse tenendum, quemadmodum de eo iidem domni pontifices Leo & Benedictus sollemniter & synodice statuerunt; nihil in ejus anathemate vel casta penitus adjungentes vel minuentes, nisi ut omni communione ecclesiastica privatus existat; donec de omnibus quibus impeti-



CONCILIUM CONSTANTINOP.

1030

ANNO CHRISTI 811.

ANN CHRIS. 811.

1029 petitur, nobis coram synodo rationem ponat & A... ANNO CH. 811. Explicet synodus Leonis IV.

In hac denique post cetera synodo Anastasius prohibere... ANNO CH. 811.

NOTA LUCAE HOLSTENII AD cap. XXXIX.

Tantum super Antistatem presbyterorum Forensium. Sacerdotes qui non sunt e canone vocantur superflui...

NOTA SEVERINI BINII

Ad Concilium. De rebus in hac synodo gestis in vita Leonis papae IV. hanc scribit Anastasius...

OBSERVATIO PHILIPPI LABBE, S. J.

Vermerienſi concilio ſubiecit Sirmondus tertio concilio Galliae... ANNO CH. 811.

AD CONCILIA ROMANA

Sub Eugenio II. & Leone IV.

ADDITIONE

Ex Suppl. Manii to. 1. p. 517. Canon XXIII. hujus concilii ita legitur a Ratherso Veromenſi episcopo...

Datur; ut debiti panes atque cetera petentibus (a) revertantur, qualiter Deo vacantes inopia, vel necessitatibus nullatenus occupentur...

ANNO CHRISTI 814.

ANN CHRIS. 814.

CONCILIUM CONSTANTINOPOLITANUM,

QUO GREGORIUS SYRACUSANUS EPISCOPUS

Damnatus est, anno Domini MCCCLIV. tempore Leonis papae IV.

Ad Concilium

Conciliarius. Hanc synodus auctoritate Ignatii patriarchae Constantinopolitani celebrata, atque Romani pontificis auctoritate firmata Gregorium Syracusanum episcopum sub ratificatione Romani pontificis episcopatu deposuit...

Edelata est causa, quae maximae tragediae atque delatri schismatis initium fuit: hac enim occasione Gregorius Syracusanus animo ulciscendi se in Ignatium patriarcham Constantinopolitanum malis artibus operatus est...

AD

(a) In editis est ut debitis atque cura pertinentibus revertantur: Sed Gerbei lectionem sic ut MS. Cod. Lucensis, de quo supra dictum

## AD CONCILIUM CONSTANTINOPOLITANUM

*In quo Gregorius Siracusanus episcopus damnatus fuit,*

Anno, ut fertur, 854. habitum,

## ADNOTATIO CHRONOLOGICA.

Ex Suppl.  
Mansi. to. 1.  
Pag. 930.

Concilium hoc Constantinopolitanum, in quo Gregorio Siracusano anathema dictum ab Ignatio patriarcha Constantinopolitano, idemque e sede sua episcoporum sententia depositus est, in annum 854. chronologi hucusque omnes retulerunt. Verum longe ante annum illum convenisse demonstrat supputatio illa chronologica deducta ex iis, quæ vulgavit P. Matthias Raderius in appendice ad concilium VIII. generale, legendis in editione Veneto-Labbeana tom. IX. col. 927. Scriptum est Græci alicujus, qui hæc literis mandabat post annos quatuor & triginta a Photii consecratione, nempe anno 892. Notat enim Græcus ille scriptor. Photium solidis undecim annis ante assumptionem suam ad solium Constantinopolitanum anathemate obstrictum perseverasse, quod scilicet incurrerat ex communiione cum Gregorio Siraculano censura iniusto, atque damnato. Constat vero Photium anno 858. Constantinopolitanam sedem occupasse; ex quo si annos XI. demas, ad annum 847. vel 848. retraheris. Hoc ergo anno Gregorius in concilio Constantinopolitano anathematis sententiam retulit. Annus vero ille 847. primus erat Leonis IV. & Ignatii in Constantinopolitana sede alter. Epocha ista congruit cum iis, quæ Nicetas in vita S. Ignatii scribit, narrans Ignatium, mox in patriarcham inaugurandum, denunciasse Gregorio Siraculano *de maleficis reo jam facto, ne initiationi sua inter- esset, donec per osium causa ipsius diligenter recognoscatur.* Dies igitur jam dicta erat Gregorio anno 846. quo Ignatius Sacerdotium cepisset. Quis vero credat causam anno 846. jam ceptam, nonnisi post septennium anno 854. in concilio discussam, fuisse? Appellatio vero, quam Gregorius ad sedem Romanam interposuit diutius extracta est, cum labentibus Leonis IV. annis nondum penitus deliisset.

FINIS TOMI DECIMIQUARTI.

